Bibliothèque numérique
medic@

Hippocrate / Ermerins, FranzZacharias (éd.). Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum

Traiecti ad rhenum : apud Kemink et Filium, 1859.
Cote : 6522

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?06522x01

©BIUM

HIPPOCRATIS

ET

ALIORUM MEDICORUM VETERUM

RELIQUIAE.

©BIUM

©BIUM

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΚΑΙ

ΑΛΛΩΝ ΙΑΤΡΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ

ΛΕΙΨΑΝΑ.

HIPPOCRATIS

ET

ALIORUM MEDICORUM VETERUM

RELIQUIAE.

MANDATU ACADEMIAE REGIAE DISCIPLINARUM QUAE AMSTELODAMI EST

EDIDIT

FRANCISCUS ZACHARIAS ERMERINS.

Volumen Primum.

TRAIECTI AD RHENUM
APUD KEMINK ET FILIUM.
CIↃIↃCCCLIX.

LIPSIAE
APUD T. O. WEIGEL.

PARISIIS
APUD BENJ. DUPRAT.

©BIUM

©BIUM

L. S.

Erunt fortasse, qui mirentur hoc tempore, quo Hippocratis editio, quae postremis annis Littréi, viri eruditissimi, curis Parisiis prodire coepit, nondum absoluta sit, novam hanc a me parari. Cuius rei si qua iusta sit reprehensio, eam in me cadere debere ultro profiteor. Itaque sentio et occasionis et finis operae meae qualiscumque in ea positae rationes esse reddendas, quod quidem in hac praefatione facere est animus.

Quum aliquot annis ante Academiae nostrati Regiae doctrinarum adscriberer, sentiebam illud certe mihi officium imponi, ut efficere studerem, ne prorsus indignus viderer honore rogantibus viris in patria probatissimis in me collato. Quod debitum ut pro virili parte persolverem, consilium dudum susceptum, postea paene depositum, novam Hippocratis, cuius lectionem et studium diligentius numquam fere intermiseram, editionem concinnandi repetivi et rogavi ut viri eruditissimi, qui mecum ei parti Academiae, quae disciplinis, quas vocant, physicis destinata est, adscripti sunt, novam Hippocratis editionem parandam decernerent, — rem, si vellent, mihi mandarent. Atque ita tunc illis visum est; postea Academia universa decrevit sumtus editionis, quae mihi commissa erat, in se suscipere; itaque Hippocratem edendi copiam sum nactus.

Quamquam haec non in tenebris latent, sed in Academiae actis cum eruditis communicata sunt, iterum tamen enarro, ut pateat, si qua temeritas in hoc consilio insit, omnem eius culpam mihi esse imputandam, Academiae contra laudem omnem esse tribuendam eximiae liberalitatis, qua sumtus non exiguos sane impendendos iudicavit, ut aliquid fieret, quod utile fore sponderem; me vero gratum animum significare decet, quod mihi illud affirmanti credidit et eam in me posuit fidem, ut totum negotium mihi committeret.

Haec igitur dicta sunto de huius editionis occasione; ut vero de laboris huius ratione et fine dicam, de ipsis libris Hippocrati adscribi solitis eorumque historia et praesenti conditione pauca praemittenda videntur.

E Graecia antiqua accepimus corpus librorum medicorum maiorum, minorum, qui si epistolas iis additas singulas computes, centum et ultra sunt numero et operum Hippocratis titulo circumferri solent. Vel obiter tamen haec scripta inspicienti statim apparet illa non ab uno viro esse profecta, neque eodem tempore esse nata, sed a viris diversis diversisque temporibus orta ad posteros transmissa esse.

Dudum ante Galenum, e cuius operibus pleraque hausta sunt, quae de horum scriptorum

©BIUM

sorte innotuerunt, item post hunc medicum celebratissimum veteres eorum editiones pararunt, glossariis, commentariis instructas, iudicia de illis proferentes alia Hippocrati adscripserunt, alia illi abiudicarunt; — quae omnia dum fiebant, scripto ab antiquioribus ad posteros semper sunt tradita.

Post renatas literas editiones horum librorum exstiterunt plures; rursus ut olim iudicio eruditorum submissi, ut olim pars Hippocrati adscripti, pars illo indigna aestimati, nec semper iidem; summatim multum laudati, celebrati, neque tamen rite intellecti sunt, plures sane pernegligenter tractati, alii multo licet studio adhibito tamen saepius male intellecti.

Cuius quidem rei causae sunt plures, partim in horum scriptorum ratione et conditione positae, partim in iis, qui ad eorum explicationem mentem appulerunt.

Ut de causis in ipsis his operibus positis primum videamus, reputemus quid ad intelligentiam eiusmodi veterum medicorum Graecorum sylloges requiratur.

Primum saltem, quoad eius fieri potest, distinguere oportet, a quibus viris, e qua schola, qua aetate prodierint. Quae res non parvi momenti est, quum sit fundamentum omnis ulterioris investigationis tum grammaticae, tum medicae. Qui serio haec scripta, quae Hippocratica parum apte vocantur, intelligere et explicare studet, eum ab hac re incipere oportet. Utendum autem est eum in finem instrumentis pluribus, testimoniis externis, internis, rerum propositarum convenientia, discrepantia, orationis forma; de quibus ego sic sentio, quod ad Hippocratem attinet, externa illa instrumenta dignitate cedere internis, longe maximi vero faciendam esse orationis formam inter notas distinctionis.

Medici Graeci Coi veteres alio sermone medico usi sunt, quam eiusdem aetatis Cnidii, quod necessario fieri debuit, quum singulae scholae longe diverso modo observarent et de observatis ratiocinarentur, diverso etiam modo artem facerent. Sed sine dubio tractu temporis in scholis singulis mutatâ sensim doctrinâ et aliis viris artem facientibus quam ante, etiam sermo medicus est mutatus; tandem exstiterunt medici, qui utriusque scholae monumenta in manibus habuerunt; qui placita philosophorum medicorum observationibus substraverunt, qui in ipsam medicinam nova elementa introduxerunt, ita ut necessario lingua medica veterum Graecorum mutari debuerit; — cuius quidem rei manifesta indicia haec scripta obferunt.

Sed insuper aliud quid est: sermo viri in arte aliqua, de qua scribat, excellentis in eaque exercitatissimi, qui omni, qua pollet, ingenii vi insita eam emendare, amplificare studet, alius est quam eius, qui cum doctrinae aliquantulae specie, docte, si velis, et magnifice de ea loquatur, sed ita tamen, ut ultro appareat eum talia proferre, quae quivis, modo aliquid de ea legerit, aut fando de ea audiverit, etiamsi ipse numquam mentem et manus ad opus admoverit, profundere potuisset. Et quemadmodum horum oratio differentiae notas obferre debebit, ita etiam viri ingeniosi oratio diversa erit ab oratione artis compendia describentium, aliorum opera compilantium, de suo vix aliquid addentium. Quae res sicuti omni aevo et quavis generis humani aetate ad eundem se habet modum, ita etiam antiquo illo aevo se habuit. Itaque Hippocratis, clari apud Graecos nominis viri, quem a Platone memorari, non parvum eius praestantiae indicium est, oratio diversa erit ab ἰατρῶν τῶν τυχόντων aut sophistarum sermone; et contendo eos Hippocratem non rite cognovisse, qui illorum cum huius sermonem confundant, ita ut quae re ipsa dissimillima sunt, misceant et seni Coo adscribant.

©BIUM

Vereor multum ne in sole lucem accendere velle videar cum haec disputo; et tamen certum est Hippocratis interpretes et editores cum antiquos, tum recentes, quin etiam recentissimos in hac distinctione librorum germanorum et spuriorum nescio quam negligentes, quin ineptos fuisse. Non dicam eos non vidisse distinguendum hîc esse, nam faciendum esse scripserunt et re ipsa distinxerunt, sed in hac distinctione omnia miro modo miscuerunt, alii manifesto, quia non satis facile librum Graecum legerent, ut orationis genera diversa distinguerent, alii propter nescio quam socordiam et tarditatem. Quin Foësius quum utilissimam suam oeconomiam Hippocraticam conderet, cum alia, de quibus postea videbimus, tum hoc prorsus neglexit, cum tamen vel in eiusmodi lexico componendo tenendum sit; neque enim, ut unum hoc iam adferam, perinde est, si quae dictio certam aliquam habeat significationem, num eam habeat, quia in vocabulorum indole ista notio re ipsa sita sit, an vero, quia nominum usu inepto, abusu quodam eam acquisiverit.

Sed cum eadem re proxime cohaeret, ut vides, quaestio de dialecto Hippocratis. Et tamen recentissimo tempore, anno 1853, in diario Philologo J. Fl. Lobeck de dialecto Hippocratis ita scripsit, ut promiscue locos citaret e libris germanis, spuriis, omnia miscens, etiam scripta Hippocrate longe recentiora, ut scilicet nobis proprietates dialecti senis Coi aperiret. Utrum re vera eam noverit necne, nescio, sed eum ita rem egisse, ut videatur de interiore scriptorum Hippocraticorum historia eorumque ratione et conditione nihil prorsus compertum habuisse, certum est.

Itaque primum hoc teneamus, ut haec scripta Hippocratica intelligantur, requiri ut certis notis distinguamus quid Hippocratis sit, quid non, quid scholae Coae, quid Cnidiae tribuendum sit, quid dogmaticis recentioribus, quid sophistis ac rhetoribus, quid medicis Graecis antiquis, quid recentioribus. Teneamus orationis characterem diversum non minimum sed maximum esse instrumentum; qua de causa plurimum de eo disputavi, de reliquis enim distinctionis notis non dubitant, de hac miro modo iudicio vacillant: arripiunt, de manibus abiiciunt, summatim ea uti nesciunt, ideoque contemnunt, quin ab aliis ut item contemnant postulant.

Quodsi iam ponamus notum esse quis librum quemque conscripserit, saltem ad quam scholam et aetatem pertineat, in singulis porro materies consideranda erit, oratione qua liber conscriptus est expressa, et quae, ubi liber medici argumenti est, duplex fere: observationes et theoremata, quae duo plerumque sunt mista.

Observationes purae et recte factae satis facile intelliguntur: morborum indolem mutari pro regionibus in quibus observantur, pro cultus hominum ratione varia, pro civitatum conditione et regionum, pro institutorum civilium diversitate, dudum ab ipso Hippocrate didicimus, sed tamen una eademque nunc atque olim hominis natura est, quam nos hodie certe non minus bene quam olim veteres observamus et cognovimus. Itaque observationes, intelligentiam earum nobis comparaturi, ita iudicio submittemus, ut videamus num cum nostra experientia conveniant, pugnent, num inter se conspirent an discrepent; qua ratione de maxima earum parte certi fieri poterimus, num re vera observari potuerint, nec ne, num verae sint, an non probabiles.

Theorias ita explorare oportebit, ut earum ortum indagemus, num quid veri insit diiudicemus, num prorsus imaginariae sint an observatione diligentiore, minus diligenti nitantur et magis minusve cum ea conveniant videamus. De quibus quidem rebus si certi facti fuerimus, affirmare fere licebit, nos eas, quantum possimus, intelligere.

©BIUM

Haec omnia, de quibus huc usque dixi, vel tum difficultates multas superandas obferrent, si libros illos, sit licet sine auctorum nominibus et aetatis significatione, at integros saltem et prima, qua conscripti olim fuernnt, forma relictos haberemus. Quid autem factum est?

E libris antiquioribus originis diversissimae, profectis e scholis inter se olim contendentibus, quorum forma pristina periit et quam reperiundi nulla spes superest, conflati sunt alii, quos iam partim forte sub antiquo aliquo titulo, partim sine dubio etiam sub recentioribus inscriptionibus hodie possidemus. Alii primo ordine turbato nova forma ad nos pervenerunt paucis additamentis recentioribus adscriptis; alii distracti et interpolatione omnis generis referti sunt; aliorum fragmento alicui maiori superstiti subiuncta sunt aliena recentia; alii adeo mutilati ut insignes eorum partes deficiant. Quin harum reliquiarum omnium vetustiorum, recentiorum, per se servatarum, commistarum oratio corrupta est, nec leviter, sed gravissime corrupta vocabulis prave scriptis, transpositis, periodis de sede sua aberrantibus, glossis in textum receptis, mutilatione vocabulorum, periodorum, verbo quovis vitiorum genere nullo excepto. Quin nescio num qui sint libri veteres peius habiti quam hi vetustissimi medici Graeci, cuius rei hanc causam esse dixerim, quod ii libri, a medicorum una aetate ad alteram praecipue transmissi sunt propter materiem, quam continerent, minusque medici, in usum suum eos describentes vel describi curantes, formam quam materiem cordi habuerunt.

Haec puto si quis omnia computaverit, non miraturum esse in mediis his turbis nondum omnia recte intelligi, quin inesse quae spem eludant unquam ut intelligantur.

Sunt igitur hae fere causae in ipsis his scriptis earumque materie et conditione, in qua versantur, positae, quae quominus facile intelligantur impediunt; sunt autem aliae, quae rectae intelligentiae officiunt, sitae in viris eruditis, qui eorum interpretationem, explicationem tentarunt.

Statim quidem rari fere omni tempore fuisse videntur, qui linguarum veterum et medicinae notitiam eam haberent, ut eiusmodi labori pares essent. Aliis ex antiquitate ingenii monumentis interpretes contigerunt, qui in literis antiquis omnem aetatem transegerant, omnia studia in iis collocarant in iisque quasi vitae tabernaculum posuerant. Pluribus illorum plures interpretes in hoc genere excellentes fuerunt et tamen sensim tantum mendis purgantur, sensim recte intelligi coepti sunt. Hippocratis scriptis, iisque, quae his admista sunt, raro tantum viri in hoc genere principes manum admoverunt; et optimi ex illis, qui fecerunt, alii in aliis, manifestis erroribus fuerunt obnoxii.

Commune horum omnium vitium hoc fere est, quod textum Graecum etiam ita corruptum, ut modo sanae interpretationis legibus obsequendum existimes, neque omnia susque deque misceas, omni rite eum explicandi spe fallaris, tamen Latine reddant, quasi omnia integra essent, nec de corruptela fere moneant. Non solum glossemata etiam maxime aperta non viderunt, errores multo peiores commissi sunt; — sententiae, quarum protasis, vel apodosis tota deficiat, Latine, aliove sermone nescio quo modo pro integris sunt redditae; lacunosi loci ad eundem modum; interpolationes, dittographiae membrorum periodorum, non animadversae; omnia vel omni modo pessime corrupta, non restituta sunt, dein explicata, sed alio, si dis placet, sermone reddita dudum emendationem exspectant. Scripta Hippocratica a fronte ad calcem Latine, Gallice, aliis sermonibus sunt reddita ita ut formam et speciem imperitis obferant, quasi sine ullo librariorum errore ad nostram aetatem transmissa essent.

©BIUM

Itaque factum esse putas a viris, qui Graece parum aut nihil intelligerent. Minime gentium: methodi vitium me hic notare nemo ὑγιαίνων negabit, sed tamen quod dixi factum est a Cornario homine Graece docto, in Hippocrate non hospite, qui subinde solus mihi visus est locos corruptos recte, perite emendavisse; factum est a Foësio, quo an doctior medicorum Graecorum interpres nemo fuerit, dubito; factum est nuper ab editore Parisiensi; quin quum librum de victu acutorum primum ederem me reprehenderunt, quia locum, quem iterum editurus nondum intellexi, sine versione reliqueram. Postremis demum annis Darembergium video in adnotatione fatentem se hic illic e locis sanum sensum elicere non posse; at versionem tamen adiicit. Quod autem dixi methodi vitium me hac in re notare, id eo spectat, quod, me iudice, perperam fecerunt putantes omnia in versionibus illis esse reddenda. Mihi enim sic videtur: primum explorandus est textus Graecus; si vitia habeat, emendandi subsidia adhibebis, quibus nihil boni habentibus, videbis num probabili coniectura res confici possit; sin contra, locus sibi pro desperato est relinquendus, donec alius forte te melius instructus subsidiis, aut doctior, aut fortunatior rem expediat; quae contra integra esse comperies, aut quae restitueris ea interpretaberis; illa enim, de quibus dixi, interpretari non potes, nam e corruptis sanus sensus non emerget. Qui rem experimento comprobare velit, is nae! mihi interpretetur locos, quibus in hac editione Latina non adscripsi; — fieri possit ut hîc illic me erroris coarguat, neque enim ἄπταιστος sum, sed si centesimam partem et ne illam quidem, sed minorem etiam mihi rite explicet, falso Hippocratis interpretes me accusasse fatebor. — Nec tamen haec res, de qua nunc ago, parvi momenti est; neque enim potest ducere ad rectam scriptoris intelligentiam, sed ad pessimam rerum confusionem necessario viam sternit. Est sane aliquid in auctorum veterum interpretatione corrupta ab integris secernere et vitia scripturae agnoscere; hac re enim tanquam certa basi et unico fundamento omnes in scriptorum intelligentia progressus nituntur.

Aut ego fallor, aut hac in re interpretibus adhaeret labes ex aevo antiquo: nempe Galeno, aliis veteribus, qui eodem vitio in lectione, quo illi, de quibus dixi, in interpretatione laborarunt, nimiam fidem habuerunt et nunc etiam habent. Ridiculus sane esset, qui veterum de scriptis Hippocraticis narrationes, commentarios, exegeses, negligeret in accuratiore illorum tractatione; sed necessario in errores incidet, qui non debita diligentia et prudenti iudicio adhibito illis utatur. Ipsi veteres raro bonos criticos se praebent, interpretantur vocabula corrupta, sententias distractas, nec semper inquirunt, num fieri potuerit, ut quis non plane demens scripserit quod explicare student. Hinc sequitur, ut multa longe diverso modo atque illi fecerunt accipere nos oporteat. Quin Galenum paene delectatum esse dixerim scribendo amplos commentarios in libros, quos neque ipse, neque quisquam unquam intellexit, aut intelliget; fit etiam ut ad talia nugas proferat, quae modo diligenter explores, sensum sanum quidem et probum habent, sed quae iuste investigata longe aliud quid esse deprehenduntur quam ille credidit. Testor librum epidemiorum sextum et libellum de humoribus eiusque in eos commentarios. Quid proderunt veterum commentarii, aut exegeses qualescumque, ubi ipsi veteres decipi se passi sunt in locorum lectione? Sed recentiores etiam in alia re nimiam fidem tribuunt Galeno, quod continuo textum firmare volunt huius auctoritate, remque in tuto esse arbitrantur, cum demonstrarunt Galenum re ipsa qualicumque modo scriptum locum, quemadmodum eum edunt, legisse. Quasi vero Galenus ipsum Hippocratem audivisset et ex eius

©BIUM

ore calamo excepisset verba, aut quasi non plura saecula inter Hippocratem et Galenum sint intermedia, ita ut in ea traditione facile errores irrepere potuerint. Quin aliud quid etiam hic observandum esse sentio: saepius Galenus affirmat se in omnibus, ut ait, exemplaribus hoc illudve legisse; credendumne eum omnia sui temporis exemplaria vidisse? minime sane! Ubi dicit se lectionem aliquam in omnibus libris vidisse, id intelligendum est de omnibus, quos viderit, non de omnibus, qui eo tempore vulgati fuerint. Quid quod e nostris manuscriptis recentibus sane, si cum Galeni aetate compares, ultro patet, si varietatem lectionis cum Galeni textu et commentariis conferas, olim fuisse libros scriptos ab omnium, quos Pergamenus adhibuerit, lectione diversos. Itaque puto duo haec me demonstrasse, et interpretibus post renatas literas eam quam dixi labem e vetusto aevo adhaerere, et Galeno, aliis veteribus, non nisi diligenti adhibito iudicio fidem habendam esse.

Redeo autem ad causas, quare ipsorum interpretum culpa nondum melius Hippocratica scripta intelligantur.

Nimirum quod omnibus, qui Hippocrati manum admoverunt, difficultatem parit est praeparationis ad opus eiusmodi aggrediendum defectus; grammatices non satis accurata cognitio. Hoc vitio ne Foësius quidem, licet omnium fortasse doctissimus, liber est vel in ea re, quam praestantissimam illius laboris partem habere licet, in oeconomia componenda; — leguntur enim in ea talia, quae, si accuratius grammaticae obsecutus fuisset, aut omisisset, aut alio modo proposuisset, quum rectius de illis iudicium laturus fuisset. Ubi Foësius in Oeconomiam recipit *εὐσημείη* ex Ep. VI. p. 570. mihi, a Galeno eum in errorem induci certum est, a quo grammatica eum revocare debuisset, quippe quae eum docuisset vocabulum Graecum non esse. Cum *παλιμβόλοισι* in Oecon. recipit ex eodem libro p. 596, non animadvertit librarios, sequentis vocabuli *μεταβολαί* syllabis postremis relatis ad usitatissimum *παλιγκότοισι*, sententiam protulisse, quae omni modo absurda est; nam si *παλιμβόλοισι* serves, sequens *μεταβολαί* ad spontaneas in morbis mutationes referri debebit, quum tamen in *μεταβάλλειν* membri sequentis manifesto sermo sit de mutationibus in regimine victus, medicamentis, a medico faciendis. Ubi in Oecon. recipit *μαδαρὰ ὑφιστάμενα* in urinis, ex Ep. VII. § 83., mihi p. 691. addens: „impropria tamen est et insolens sedimentorum attributio," absurdum quid recipit, quod numquam ab historiae auctore est scriptum, sed quod corruptum est, vide adnn. ad illum locum. Ubi *ἀραιὰ ἀλγήματα* in eam introduxit, deceptus est a veteribus dictionem interpretantibus, quae nata est ex *ἆρα τὰ — ἀλγήματα*, quod demum vidi quum prolegomena scriberem et de Prorrh. I. agerem, § 2. Neque ex eodem libro *ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα* debuerat recipere, nam *ἔχοντα* interpolatio est et *ὄμμα ἐπίχνουν* scriptum fuit; iam vero *τὸ ἐπίχνουν* pro substantivo in Lexicis fertur, quasi re vera *ὄμματα τὸ ἐπίχνουν ἔχοντα* scriptum fuisset. Ex eodem libro *γριφόμενα* e Galeni glossario in suam Oecon. transtulit, quod Galeni auctoritate tueri non potest Foësius, sed quod probabiliter Küstero ad Hesych. coniiciente e *χριμπτόμενα* est corruptum. Est monstrum vocabuli *αἱματοφλοιβοιστάσιες*, quod ex Ep. VI. (p. 602. mihi) in oeconomiam receptum et coniecturis ibi tentatum est, quum tamen neque ipsum, neque vocabula, qualia substituere conatur Foësius, nisi a comicis risum movendi causa ita composita sint et a loco eiusmodi omnino aliena existimanda. Mirum eum id non vidisse, qui recte Erotiani *ῥινονυχογραφηθεῖσα* corruptum pronuntiat. Ex Epid. II. *ταγγαί* pro tumoris specie

©BIUM

legi apud Hippocratem e corrupto loco efficit, de quo dixi p. 468., ubi item de λοποί monui, quod ille squamas, aut desquamationes ex impetigine significare Ep. II° scribit, quum tamen sine dubio corruptum sit vocabulum. Quid igitur? Foësius vocabula ἅπαξ λεγόμενα, nam adhuc nullum citavi, quod non sit ἅπαξ λεγόμενον, parum diligenter exploravit et e libris, qui ubivis omni corruptionis genere scatent, in Lexicon suum Hippocraticum recepit. Neque tamen solum ἅπαξ λεγόμενα sunt, quae minus caute arripuit; ἄκροπις in Ep. VII. textu vulgato saepius recurrit, a veteribus explicatur, nulla tamen analogia defendi potest, nec quidquam est nisi in vetustissimis exemplaribus male scriptum ἀκρατής, quod longe plurimis locis servatum est. — Quod si quis literarum peritus iam Oeconomiam inspiciat et tales dictiones ex Hippocrate excerptas reperiat, de intima historia et ratione horum librorum nihil compertum habens, quid, quaeso, existimare debet de auctore, in quo talia leguntur, quem tamen vel e Platone novit ad auream literarum Graecarum aetatem pertinere? Quid si in Onomastico hodierno, quod cum Lexico, cuius pars est, hoc ipso tempore in multorum manibus est, ex Hippocrate (p. 16. huius voluminis) pro eleganti nomine proprio viri adlatum videt Δυσώδης, natum scilicet ex ΛΤΣ. ΟΔΗΣ.? Mirum ni propter mali ominis nomen scriptorem, si forte arripuerit, quantocius e manibus deponat! Sed seria serio tractemus et quid discamus ex Foësii exemplo, quaeramus.

Patet virum praestantem, ac verum Hippocratis interpretum antistitem, in errores incidisse, ubi diligentem grammaticam interpretationem auctoris negligebat. Palam fit eiusmodi exemplis ex optima laboris illius parte adlatis, quod supra iam dixi, omnis interpretationis cardinem versari in textu bene descripto. Quodsi textum scriptoris accurate recensitum habeas, tum de eo scribas quodcumque voles, sed antequam eum habeas, circumspicias prudenter, ne in pessimos errores incidas. Et tamen audivimus querelas prolatas de editoribus, qui quum nimium philologi essent, codicibus non haberent fidem! Vellem ad Hippocratem accederent, qui non iusto minus philologi essent, sine dubio plus in eius studio proficeremus et minus male mulcatum ab imperitis, inter quos Foësium non pono, eum haberemus!

Verum hic audire mihi videor vocem dicentis: tu igitur, qui Foësium scilicet revereri te profiteris et modestiam illam praetexis nobis, dum tamen eius errores in lucem protrahis, num tu solus Hippocratem nobis recte es interpretaturus? Non credo me eum esse, quem Hippocrati contingere vellem, interpretem; quin me non esse, certo scio. Idem puto me pertinere ad eos medicos, quibus solum ideo fortasse licet scriptorem Graecum de sua arte agentem edere, quia philologi ab his libris abstinere solent. Noto autem aliorum errores, ut qui post me ad Hippocratem accedant, eo melius cernant quid ab iis exspectetur et quid agere debeant, antequam ad rem tam difficilem suscipiendam se accingant. Scio vero si quid boni proferam eos id lucro esse apposituros, eosque forte simul e meis quoque erroribus, quos sine dubio commisero, esse profecturos.

Antequam tamen quid ipse voluerim et effecerim dicam, de postrema editione verbulo monendum est.

Summa editionis Littréi laus, quoad ego maxime eam terendo cognovi, me iudice posita est in sedula collectione apparatus critici, qua in re nemini cedit, Foësium etiam, quamquam hic minime eam neglexit, superat. Varias lectiones ditissimi apparatus Bibliothecae Parisiensis summa fide collegit, sicuti in omnibus, perinde atque ille, virum se praebet veritatis studiosis-

©BIUM

simum, eamque omnibus reliquis rebus anteponentem. In textu reficiendo non semper sibi constat; saepius e librorum scriptorum contextu locos vere emendat, verum non semel, sed saepius deteriorem lectionem recepit. Coniecturis utitur, — non multis ratione habita locorum corruptorum, quia non satis diligenter versatus est neque acute cernit in vitiorum detectione; vidi coniecturas bonas, quas sine mora statim amplexus sum, vidi etiam, quae non essent necessariae, aut rem non restituerent, saepius etiam tales, quae ne sanum quidem sensum offerrent. Licet locos consentientes, quorum plerorumque collectionem Foësio debemus, diligenter notaverit, mihi visus est non satis diligenter iis usus esse ut textum reficeret; quae res tamen non negligentiae est tribuenda, sed inde nata quod rationes quae sunt inter libros singulos alias sibi mente informaverat, quam mihi saltem esse videntur. Talem fere in textu constituendo me iudice se praebuit; in versione aliis locis melius antiquioribus interpretibus textum expressit, aliis non item, sed id quidem fere omnibus continget, qui ad talem rem accedunt. Fecit autem idem, quod superiores editores qui Latinas versiones adiecerunt textui Graeco: omnia Gallice reddidit, integra, corrupta, sine discrimine vernacula lingua exprimens. Librum spurium de hebdomadibus inscriptum e codice Latino primus edidit, quae res non solum facit ut, qualis iste liber olim fuerit, cognoverimus, sed inde etiam aliis libris lux clarior affulsit. In iudicio de libris Hippocrati tribuendis, abiudicandis in manifestos errores incidisse mihi visus est. Ipsi Hippocrati adscripsit librum de vetere medicina, sophisticum, scriptum a viro qui utrum unquam morbos curaverit ex isto libro non liquet, quovis praeterea modo, praesertim etiam orationis formâ, longissime a vere Hippocrateis distantem; eum autem librum divellit ab iis, qui cum eo unum faciunt λόγον, ἀπολογίαν ἰατρικῆς sophistae ac rhetoris nescio cuius, de qua re § 1. prolegomenorum aliquid dixi et plura dicam, cum eos libellos coniunctim sum editurus. — Quin e libris duodecim, vel tredecim, si epidemiorum primum et tertium singulos per se numeres, quos Hippocrati ipsi adscribit, sex sunt, qui sine dubio magno medico Coo non debentur: — sunt hi, prognosticum, aphorismi, de articulis, de fractis, lex et quem in fronte editionis suae posuit, de vetere medicina, de quo paulo ante dixi; quid quod ne certum quidem est, ius iurandum Hippocratem composuisse, licet non sit absonum id viri scriptis adnumerare, quia saltem probabilius est apud Coos veteres eam formulam in usu fuisse, quam apud alios. Causam, quare in iudicio de librorum auctoritate lapsus sit, indicare facillimum est: orationis formam distinguere prorsus neglexit, licet hac de re loquatur; Hippocratis orationis formam cum Thucydidea comparat, quod fieri ut possit multum vereor, sed fac fieri posse, quin recte fieri: at quomodo tunc liber sophistae ac rhetoris Hippocratis scriptum esse poterit? Noto, ut pateat, me non falso virum erroris in his rebus coarguere.

Itaque Littréi, inquis, laborem et laudes detrectas, ut scilicet tuum opus commendetur et acceptum sit aliis! Nolim ita mea verba accipi, quia probe mihi sum conscius me id non spectare, nec cuiquam invidere; quod si quis tamen me nolente ita existimet, ferendum esse putabo, nec multum curabo. Neque enim aliud quid facio quam fecit ipse Littréus et facere debuit, quum criticorum superiorum errores investigaret, ut meliorem viam ingrederetur ipse. Et licet non excusserim tot libros scriptos, quot Littréus, tamen per vitae cursum satis saepe in hoc negotio occupatus fui, ut sciam quo pretio sit aestimanda indefessa Littréi industria; nec praetermitto bona multa, quae tum inde, tum e viri inventis in textum redundarunt; nec si ab

©BIUM

illo dissensi, id feci alia de causa, quam quia perinde atque ille et Foësius veritatem ceteris omnibus rebus antepono. Sed hoc saltem obtinere studui, ut ostenderem eos inconsiderate agere, qui existiment Hippocratis interpretationem iam paene absolutam esse, neque amplius quidquam addi illi posse, aut in ea mutari debere, quod sit operae pretium. Imo vero spero fore ut post Littréum, qui successoribus laborem illum sine dubio faciliorem reddidit, aliquid ad Hippocratis intelligentiam conferam. Id num magnum, num parvum sit non quaero, multo minus num maius minusve sit eo, quod Littréus contulit, sed spero fore ut aliquantum saltem veteris medici Coi studium et intelligentiam promoveam. Attamen certo simul scio ne nunc quidem rem esse confectam: utinam eruditi haec scripta, nimis neglecta, diligenter pervolvant et medicorum pauci licet in hoc studiorum genere laudem sibi quaerant, quod non frustra facient, modo ne leviter ea tractent. Utinam philologi etiam nobis medicis praesentes adsint et opem nobis praestent in veterum de arte nostra librorum recta interpretatione.

Itaque tandem quibus auxiliis usus sim et quid in hac Hippocratis editione adornanda spectaverim, dicam.

Id inprimis agere studui, ut textum proferrem aliquanto emendatiorem superioribus; quem in finem editis exemplaribus usus sum omnibus, saltem iis qui hunc in finem in censum veniant et subsidiis manuscriptis paucis, sperans fore ut explorationis diligentia aliquantum compensarem, quae in hoc instrumentorum genere penuria mea censeri possit. De subsidiis mss. haec monenda habeo.

Duobus usus sum codicibus Leidensibus, altero Vossiano, in quo maxima pars librorum Hippocraticorum continetur, altero Scaligerano, in quo non nisi prognosticum et aphorismi descripti sunt. Vossianus codex recens est, vulgatum textum, quem appellavit Littréus, fere repraesentans, vitiis scripturae plenus et omissionibus omnigenis. Non nisi minoris pretii codicibus Parisiensibus aequiparandus est. Licet igitur non multum boni praebuerit, non tamen sine aliquo fructu est excussus, quum paucis licet locis, at subinde tamen eum solum bonam lectionem habere viderim, idque locis interdum talibus, ubi Littréus e mss. Parisiensibus eam non notavisset, qua de re in notulis ad Ep. VII. V. hic illic monui. Lindanum isto libro usum esse credo, quia locum reperi, ubi Littréus e nullo ms. Lindani lectionem adnotat, quam ego in Cod. Vossiano observavi et in adnotatione indicavi. Moneo ideo, quia e varr. lectt. Parisiensibus abunde constat, Lindanum multo magis manuscriptorum lectiones secutum esse quam multi ante Littréi editionem existimarunt. — Codex Scaligeranus item vulgatum textum fere refert, neque maioris est pretii quam Vossianus in paucis illis, quae complectitur. — Horum autem librorum lectionis varietatem textui descripto subieci, ubi utrumque contuli notis V. et Sc. utens, ubi solum Vossianum, litera V., aut nulla. In hoc volumine libri, qui in Vossiano habentur, sunt: ius iurandum, prorrh. I., ad quem varr. lectt. ex eo non descripsi, quia nihil reperi, quod non e Parisiensibus esset notatum, pars Coacarum praenotionum, ad quas eadem de causa varr. lectt. non nisi in notulis excerpsi, prognosticum, Ep. I. et III., de victu acutorum, Ep. II. IV. V. et initium sexti, non septimus, liber de humoribus.

Maioris pretii fuerunt excerpta e codice Marciano 269., quae a Cobeto acceperam; in quibus collata habui haec scripta: ius iurandum, prognosticum, partem germanam libri de victu

©BIUM

acutorum, Ep. V[i] partem maximam, integrum Ep. VII. In hoc epidemiorum libro maxime convenire hunc codicem comperi cum Cod. Par. C, ita ut uterque e communi fonte profluxisse necessario debuerit, saltem quod ad Epidd. libros hos spurios attinet.

Itaque paucis tantum subsidiis mss. uti potui: itaque, inquis, praestitisset te ab editione abstinuisse! Huic obiectioni respondebo ita ut aliquid tibi narrem, de iis, qui multos libros contulerunt, de Foësio, de Littréo! Audi! Hi legerunt Ep. VI. p. 594. mihi: Ὀδυνέων τὴν ἐγγύτατα κοιλίην καθαίρειν· αἵματος δὲ κοιλίην διαιρεῖν. — In his verbis vitium inesse non vident: apud Foësium de iis altum silentium, reddit autem Latine: „in doloribus leniendis proximum ventrem purgare, sanguinis vero ventrem secare oportet." — Littréus eandem lectionem servans adnotat: „Jean d'Alexandrie explique ainsi αἵματος κοιλίην: sanguinis vero ventrem dicit venam." Reddit autem „pour les douleurs, purger la cavité la plus voisine, ouvrir la cavité du sang." Tum in versione dimittit ad notulam, quam descripsi. Ecce! talia discere licet e multis codicibus et interprete vetere! Αἵματος κοιλίη si quid esset, cor esset et praeciperetur cor esse incidendum! I nunc et dic mihi praeter codices multos et interpretes veteres omnes non alia quadam re insuper opus esse, ut veterum locos interpreteris. Quid igitur insuper requiritur? Id, quod si habes, vix quaeres, sin non habeas, perinde est utrum dicam, nec ne! — Quodsi scire velis, quid de loco ipso sentiam, in adnotatione exposui!

Ne quis putet me Galeni commentarios neglexisse, quam suspicionem fortasse movere potui, quia multo minoris quam alios me eos facere professus sum, dicam me omnes Pergameni commentarios ad libros hoc volumine contentos non solum legisse, sed vitia scripturae mihi notavisse et, ubi potui, emendavisse. Nonnunquam in adnotatione quae corrigenda erant adposui v. c. ad aphorismos: commentarium ad librum de humoribus priore certe parte sua tam prave descriptum in cod., e quo a Kühnio Graece est editus, nihil ut supra, mihi correxi a principio ad finem, sed emendationes commemorare nolui, quum ipse libellus et commentarius Galeni fastidium pariant. Quodsi intellexero id a me expeti, emendationes in altero volumine addam; hoc certum est neminem pessime habitum a librariis commentarium legere posse, nisi statim in ipsa lectione emendet.

Itaque haec, quibus Dietzii scholia addere licet, sunt fere subsidia, quibus uti mihi licuit.

Librum epidemiorum quintum, quod in prolegomenis dixi, alio modo edidi quam huc usque factum est: nempe ita ut supprimerem partem, quae est post historiam morbi quinquagesimam in Editione Littréi, uno casu morbi excepto, quem feci quinquagesimum primum. Scilicet illa pars posterior, quae in mss. hodiernis fere omnibus et in omnibus Edd. adhaeret, non est nisi apographum vetus historiarum numero multarum, quae in Ep. VII. habentur, et quod fortuito hodie libro quinto adiicitur, quum Galeni tempore id non fieret. Itaque ad locos libri septimi, qui in eo habentur, id adhibui, ut eos emendarem, quod iure et cum fructu factum esse contendo; nam alterum apographum alterum saepius explet.

Si quis quaerat, quid in dialecto fecerim, profitebor me non multum fecisse, quia meo fortasse vitio non satis scio quid hac in re Hippocrati in usu fuerit, quid non. In codicibus rem ita se habere vidi, ut „qui eorum auctoritate sola regi iudicium suum patiuntur, perinde faciant ac si quis tesserarum iactu discernendum esse contendat, quibus quoque in loco voca-

©BIUM

bulorum formis usus esse putandus sit," ut Dindorfii de Herodoto verbis in re simili utar. Hippocratem Ionice scripsisse ex reliquiis huius dialecti et toto sermonis colore in eius fragmentis patet. Patet etiam inde, quod eius successores, et ii, qui consulto libros suos posteriore aevo illi supposuerunt, ea dialecto sunt usi, vel eius formas saltem vocabulorum singulorum in libros suos introduxerunt. Quodsi ad singulas formas vocabulorum devenio, haereo et incertus sum; paucis exemplis defungar. Utrum ξύν, quod ubivis dedi, scripserit Hippocrates, an σύν, non certo me novisse profiteor. In libris formae fluctuant, et tamen si eos sequi velis, maxime in ξύν inclines, at Hippocrates, si cum Herodoto eadem dialecto usus est, secundum regulam, ex Herodoto ductam, Ionice σύν scribere debuit. Quomodo certus fiam, utrum γίγνεσθαι, γιγνώσκω, an γίνεσθαι, γινώσκω scripserit, non video; illud dedi, hoc Herodoteum est; codices fluctuant, non certus es Herodoteas formas in Hippocratem esse introducendas et manifesto innumeris locis in libris forma γίνηται pro γένηται ponitur. Unum quid tamen feci, falsos omnino Ionismos αὐτέους, αὐτέῳ, αὐτέου eieci, cum iis ἄκρεα, pro quo ubivis ἄκρα dedi; ubi ᾱ breve librarii iu ῆ mutaverunt, falsos Ionismos innumeros proferentes, ᾱ revocavi, in his rebus maxime obsecutus Dindorfio de Herodotea dialecto monenti.

Olim putavi omnes Ionismos, quos e codd. haurire liceret, recipiendos esse, quum eos potius evanuisse quam a librariis introductos crederem. In Hippocrate saltem id certum non esse postea comperi: subinde codicis descriptor uni alterique Ionismo animum advertit, atque semper hos praebet, dum in aliis libris iidem illi non habentur. Praeterea alio loco hac, alio illa forma, saepe falsis utuntur. Itaque vitiosos illos Ionismos certe, quoad potui, e textu abegi.

Sed aliud quid est, quod supra iam attigi, quod magnam mihi de dialecto Hippocratis dubitationem movit, propter quod adeo despero unquam hanc rem ad liquidum perductum iri. Dialectum illam componere debebimus e libris vere Hippocraticis; nam e libris multo recentioris temporis et a nescio quibus et cuiatibus scriptis eam profecto non discemus. Itaque e Coacae locis vere Hippocrateis, i. e. e fragmentis distractis et quae cum libris, unde provenerint, non amplius comparare licet, illam dialectum construes; — ex Ep. I°. et III°., item primam formam non amplius referentibus; tum e libro de Aëre, aquis, locis admodum mutilato et cuius pauci codd. supersunt; e fragmento libri de victu acutorum, quod item multa passum est, nec minus multa liber de capitis vulneribus, quod fragmentum postremo eo consilio adhibebis. — Sed etiamsi ego hanc classem librorum vere Hippocrateorum non levibus de causis constituere mihi sum visus, tamen sentio alios eam firmare debere, ut pro certa in dialecti constitutione basi illa utaris. Itaque optime facturum me putavi, si tantum eliminarem quod manifesto vitiosum esset, in reliquis non multum moverem; quod quidem efficere studui.

Ceterum in textu constituendo egi quemadmodum olim in Aretaeo; textum Graecum quam diligentissime ad librorum scriptorum lectiones excussi; vitia notavi; quae corrigere licebat, correxi; glossas, adnotationes lectorum recentiorum eieci, saltem ubi fieri posse videbatur, neque feci, nisi lectore admonito et librorum scriptorum lectione, quam mutavi, adscripta. Sunt, scio, qui te ita facere nolint; sed ab iis nondum audivi, quod me moveret, ut methodum mutarem. Quod autem vidi factum ab eo, qui post me Aretaeum edidit, eiusmodi est, ut pleraque vitare, pauca imitari velim.

Versionem Latinam Foësii ad textum, qualem constitueram, accommodavi; sed nolui ad eos

©BIUM

locos eam adscribere, qui intelligi plane non possunt, aut admodum dubiae sunt interpretationis. Qua de re supra satis me monuisse confido.

Singulis libris praefixi *προγράμματα*, quibus de charactere eorum summatim lectorem certiorem facere volui.

Ne alienum laborem meum fecisse videar, monendum est me olim libros de capitis vulneribus et praenotionum edendos tradidisse discipulis duobus meis, ita ut textum cum adnotatione de meo illis praeberem, neque enim a iuvenibus in longe alio studiorum genere occupatis recensionem textus Graeci exspectare licebat. Feci autem, ut viderem, num eorum aut aliorum studia excitare mihi contingeret et nonnullos quasi ad haec studia invitarem. Licet igitur magnam partem earum adnotationum repetiverim, non tamen ita feci, ut in tum repertis subsisterem; videbit, qui eos libellos cum hac editione conferat, me denuo sedulo textum perlustrasse et subinde meliore, ut spero, ratione constituisse.

Ego quid in posterum facere possim, videbo, persentio quam utile esset Oeconomiam Foësii denuo recensere, et prudenter ad editionem hanc accommodare, quod num unquam futurum sit ut facere mihi liceat, *θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.*

Tu, L. B.! vale! et nostris utere, iisque fave!

Scripsi Groningae
mense Octobri anni CIↃIↃCCCLVIII.

©BIUM

PROLEGOMENA.

Paucissimis verbis statim in ipso introïtu significare liceat, quid haec prolegomena scribens velim.

Duo maxime sunt, quae in huius librorum veterum medicorum sylloges editione specto. Ac primum quidem et princeps, quod pro virili parte efficere studeo, hoc est, ut eorum textum quam diligentissime possim excutiam et mendis purgem, notem saltem vitia, quae tollere non contingit. Neque enim ulla re magis peccatum esse sentio ab horum scriptorum editoribus, quin etiam ab horum praestantissimis, quam vitia non agnoscendo et corrupta pro integris incautis lectoribus obtrudendo. Alterum autem est, ut in collectione diversis temporibus, a diversis hominibus, iisque e scholis diversis natorum librorum denuo in lucem proferenda iudicium feram de scriptis singulis, ut Hippocratis ipsius reliquias ab aliorum operibus et haec ipsa inter se distinguam ita ut sententiam, quam profero, idoneis, ut spero, argumentis muniam. Hoc ipsum enim postremo in primis tempore in editionibus sensim quidem fieri magis coeptum est, nondum tamen ita perfectum, quin plures manifestos et graves errores in iudicio de singulorum librorum auctoritate et ratione, qua inter se iungantur, commissos indicari posse affirmare liceat.

Quam arcto vinculo duo ista, de quibus dixi, inter se sint coniuncta, unusquisque ultro perspicit, neque ut multis ostendam et explicem est opus. Prius autem illud argumentum fere est adnotationis perpetuae ad libros singulos; alterum horum prolegomenorum argumentum erit. Quae tamen scribens quum sedulo denuo percurram unumquemque libellum, id ita faciam, ut si quid de locis singulis hic illic monendum superesse videatur, iudicio de libro universo subiiciam.

Itaque in capitulis sequentibus de singulis scriptis hoc volumine comprehensis deinceps videbimus.

§ 1.

De iure iurando.

Ius iurandum, quod Hippocratis fere dici solet, num a magno medico Coo re ipsa compositum sit, nemo facile dicat, quin fateri praestat nos auctorem eius ignorare. Ne certum

©BIUM

quidem est num apud medicos Coos solos, an apud Cnidios solos. an apud utrosque, aut forte apud alios in usu fuerit. Una in re fere consentiunt interpretes, quod formulam hanc antiquissimam esse existimant eamque Hippocratis aevo usitatam fuisse credunt apud stirpem medicorum veterum. Et profecto eiusmodi priscae artis monumentum nisi antiquo tempore et apud viros probos et arti ipsi factitandae omne vitae tempus impendentes nasci non potuit. Expressam habemus in iure iurando hoc imaginem amabilis candoris et venerabilis morum integritatis, bonitatis. Nam sicuti hae maxime in rebus, quibus obligantur qui fidem suam dant, elucent, ita ille maxime apparet in oratione qua eius formula expressa est, quippe in qua ornamenti nihil nedum fuci aut calamistrorum quidquam deprehenditur, adeo ut simpliciorem dictionem neque apud veteres scriptores Graecos reperias, neque omnino, etiamsi velis, fingere tibi possis.

Postremum hoc idcirco praecipue urgeo, quia nuperrimus Hippocratis editor cum iuris iurandi formula coniungi debere et ab eodem auctore profectum putat libellum, qui νόμος inscribitur. Qua in re multis annis ante me ab eo opinione differre significavi et nuper vidi me consentientem habere Darembergium, qui tamen non ab omni parte perspicere visus est erroris Littréi fontem. Nimirum hic a se iuvicem divellit libellos in libris mss. et editis plerisque olim sibi contiguos, qui νόμος, — περὶ τέχνης, — et περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς inscribuntur et qui unum continuum integrumque opusculum referunt ab uno homine, eoque certo certius rhetore ac sophista compositum et illo ordine, quo tres libellos, in quos dilapsum est, enumeravi, dispositum. De quo quidem alio loco uberius dicam, sed e cuius parte, quae νόμου titulo hodie separatim occurrit, locos citabo, ut appareat, quantum foedo orationis fuco et invenusto ornatu rhetorico a simplicissima, tersa, antiqua ὅρκου formula discrepet.

Compara mihi, quaeso, cum eximio hoc antiquitatis monumento initium νόμου, ubi auctor: ἰητρική, inquit, τεχνέων μὲν πασέων ἐστὶ ἐπιφανεστάτη, διὰ δὲ ἀμαθίην τῶν τε χρεομένων αὐτῇ καὶ τῶν εἰκῇ τοὺς τοιούσδε κρινόντων πολύ τι πασέων ἤδη τῶν τεχνέων ἀπολείπεται· ἡ δὲ τῶνδε ἁμαρτὰς τὰ μάλιστά μοι δοκέει ἔχειν αἰτίην τοιήνδε· πρόστιμον γὰρ ἰητρικῆς μούνης ἐν τῇσι πόλισι οὐδὲν ὥρισται, πλὴν ἀδοξίης· αὕτη δὲ οὐ τιτρώσκει τοὺς ἐξ αὐτῆς ξυγκειμένους. Confer mihi quae dein leguntur: ἡ δὲ ἀπειρίη κακὸς θησαυρὸς καὶ κακὸν κειμήλιον τοῖσι ἔχουσι αὐτὴν καὶ ὄναρ καὶ ὕπαρ, εὐθυμίης καὶ εὐφροσύνης ἄμοιρος, δειλίης τε καὶ θρασύτητος τιθήνη. Adverte mentem ad νόμου extrema: τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα ἱεροῖσι ἀνθρώποισι δείκνυται, βεβήλοισι δὲ οὐ θέμις πρὶν ἢ τελεσθῶσι ὀργίοισι ἐπιστήμης. Quae, quaeso, hic similitudo orationis, aut coniunctio cum iure iurando? Hic rhetorem audimus, aliis in partibus opusculi sophistam, nihil quod priscis illis viris medicis, vel ipsi Hippocrati, acceptum referas.

Concedo quidem Littréo illum νόμον suam inscriptionem debere loco τοῦ ὅρκου, ubi τῶν ὡρκισμένων νόμῳ ἰητρικῷ fit mentio, sed non credo ipsum auctorem tractatus perperam in tres libellos divulsi hanc operis sui partem νόμον appellavisse. Mira lex, quod etiam Darembergium animadvertisse video, in qua nihil reperis quod ad legem aliquam pertineat, sed quae nihil refert, nisi rhetoris declamatiunculam. Quae vero Darembergius in medium profert de nomine νόμος alio sensu, quam quo *lex* significat, hic sumendo me non movent. Origo inscriptionis quaerenda est in iuris iurandi verbis adlatis; quin non solum iste νόμος, si Dis placet, sed alius etiam libellus spurius titulum suum debet alteri τοῦ ὅρκου loco; sunt

©BIUM

scilicet παραγγελίαι, quae vocantur et quae nomen obtinuerunt ab illius loco, ubi παραγγελίης mentio facta.

Sed de his omnibus postea accuratius agam, nunc id unum ostendere erat animus, orationis genere τὸν ὅρκον et τὸν νόμον tam longo inter se intervallo esse remotos, ut ne integro quidem libro nescio quibus argumentis referto efficias ut ad eundem hominem aut ad idem hominum genus uterque referri posse videretur.

Primum autem locum in serie librorum Hippocraticorum iuri iurando tribui, ut sit vere τηλαυγὲς πρόσωπον, quo priscae artis dignitas statim in huius editionis, quemadmodum item in Foësianae, introïtu late splendeat.

§ 2.

De Prorrhetico primo.

Ne quis miretur me librum, quem Hippocrates non conscripsit, statim iuri iurando subiungere, dicam mihi olim eam fuisse mentem, ut primum ederem scripta vere Hippocratea, dein Cnidiorum, aliorum in hac sylloge opera, itaque omnia certis finibus circumscriberem; sed spes me fefellit. Sors enim horum librorum antiquo aevo admodum varia fuit, quo factum est ut forma plurium librorum mutaretur, ut coniungerentur, quae diversis temporibus essent conscripta, ut librorum inscriptiones perirent, mutarentur. Itaque accidit ut traditione per tempora inter se satis remota Prorrheticus primus, Praenotiones Coacae et Prognosticum tali nexu inter se connecterentur, ut a se invicem divelli non possint, sed coniuncta ea pervolvere debeat, qui rectam eorum intelligentiam sibi parare studeat. Haec quidem causa est, cur hi libri hic sibi subsequantur; principem autem locum iis in hac editione concessi, quia in Coacis multa operum vere Hippocrateorum fragmenta superesse videbantur; de quibus omnibus iam data opera exponemus ab hoc Prorrhetico primo initium facientes.

Longe maior pars sententiarum prognosticarum, quae fere materies sunt huius libri, legitur etiam in Praenotionibus Coacis; statim autem constat utrumque librum comparanti locos in utroque libro obvios non esse nisi apographa diversa earumdem prorrhesium. Sunt autem, ut summatim dicam, minus corrupte nobis servatae in Praenotionibus quam in Prorrhetico. Quum autem nihil sint, nisi apographa diversa earumdem sententiarum, locos alterius libri ex alterius locis emendare licebit, neque libidine uteris in textu eorum constituendo cum hoc feceris, sed nisi facias omnino negliges emendationis fontem, quo antiquiorem, aut magis fidum, certe neque in Galeni commentariis, neque in nostrorum temporum codicibus possidemus. Ubi hodie loci singuli inter se discrepant, ista discrepantia non sententiarum auctori, sive auctoribus debetur, sed recentioribus eas sibi describentibus. Itaque vitia manifesta in comparatione locorum similium utriusque libri observata, ubi fieri possit, tollere oportet alterum ex altero emendando; nec tamen ideo ad eandem lectionem ad amussim revocare oportet locos consentientes omnes, sed repugnantiae certe non admittendae videntur, ubi ab iis cavere probabili emendatione poteris.

©BIUM

Et ad comparationem quidem locorum Prorrhetici et Praenotionum mox redeo, sed sunt sententiae duae, de quibus statim aliquid dicendum esse video.

Prorrhesis 32. libelli nostri, uti in adscriptis iam e Foësii adnotatione monui, ita cohaeret cum hist. aegr. 2. libri Epidd. III, ut ex hac ductam esse appareat. Nempe non est in his fortuita signorum similitudo, sed historia morbi materiem praebuit huic praesagio universali. Itaque certum esse puto hunc librum Hippocratis aevo recentiorem esse. Si quis dicat non certum esse, quia eiusmodi prorrhesis ex illa historia deduci potuit ab homine, qui Hippocrati coaevus fuerit, respondeo id certe minus probabile habendum esse, praecipue si ad orationem simul et modum, quo res proponuntur in universo hoc libello, mentem advertamus.

Alter locus, qui item maximi momenti esse mihi visus est, Prorrhesis est 71., de qua in adnotatione ita dixi, ut e comparatione loci ex epistola spuria ad Democritum de veratri usu efficerem, librum nostrum Prorrheticum scriptum esse ante epistolam istam, quam si inspicias, constat eo tempore, quo epistolae illius auctor eam conscriberet, iam librum, de quo agimus, τὸ προρρητικόν fuisse inscriptum.

Ut iam redeam ad comparationem eius cum locis congruentibus Coacarum praenotionum, e centum et septuaginta aphorismis plerumque prognosticis, quos liber noster complectitur, quindecim tantum esse video, quos in Coacis frustra quaesiveris.

Verum distinguendum est inter illas sententias, quae in Coacis non leguntur; ac primum quidem a reliquis seiungo Prorrh. 71., de quo loco paulo ante monui, tum de Prorrh. 23. videnda adnotatio ad 23. 24., quum harum sententiarum alterutra dittographiae ortum suum debere videatur; est igitur hic quoque locus a ceteris seiungendus, quamquam longe alia de causa. Prorrhesis 62. eadem aut paene simili forma in Coacis non legitur, sed puto fragmentum esse Coacae 39.; res vero, de qua ibi agitur, magnam partem Coaca 556. item legitur. Prorrhesis 110. fragmentum est adeo mutilum, ut intelligi plane non possit. Prorrhesis 98. item locum corruptum refert, sed quo quid auctor voluerit coniectura certe aliquatenus assequi potes, quemadmodum in adnotatione significavimus.

Quod attinet ad reliquos locos in Coacis non obvios, me iudice Prorrh. 7. 52. 82. 84. 108. 150. 170. sententiae sunt satis late patentes, quales in libris aphorismorum forma descriptis plures, quin frequentes animadvertimus. Minus late patent his Prorrh. 72. 117., nec tamen similis generis loci desiderantur in iis, qui in Coacis item leguntur.

Constat igitur plures esse locos inter Prorrheses nostras, quae in Coacis non leguntur, qui non sunt omissi quia indigni essent, qui in illam collectionem reciperentur, sed aliam esse debere huius omissionis causam, quam intelligere hodie non amplius possumus.. Iure autem inde efficias Prorrheticum primum et Coacarum praenotionum partem non exiguam e communi quodam fonte profluxisse, qui qualis fuerit, aut quo nomine antiquo tempore appellatus, ignoramus. Fons tamen iste partem tantum continuit sententiarum in Praenotionibus descriptarum, non omnes; nempe videbimus ipsas praenotiones Coacas non ex unico, sed e pluribus et diversi generis scriptis antiquis esse ductas. Sed sunt permultae in Coacis sententiae ex eodem genere e quo sunt, quae in utroque libro occurrunt, quae in illis solis reperiuntur. Itaque fons iste videtur continuisse sententias cum in Prorrh. I., tum in Coacis obvias, porro earum aliquot, quae in solo Prorrh., tum etiam earum, quae in solis Coacis leguntur.

©BIUM

Quodsi iam quaeratur quomodo de Prorrhetico sentiam, huc fere res redire mihi videtur: distinguendum est inter aphorismos prognosticos, quos liber continet, et hunc ipsum. Ipse liber videtur ex antiquioribus monumentis ortus esse, sive unus sive plures fuerint libri antiquiores, e quibus ductus sit. Quod docere mihi videtur comparatio huius libri cum Coacis, his aphorismis prorrheticis respondentibus. Quis autem librum hunc in eam, quam hodie habet, formam redegerit, ignoratur, neque sciri unquam poterit.

Dubito an singulae sententiae prognosticae hoc libro contentae, non omnes ab uno auctore sint profectae. Sunt sane inter eas loci s. aphorismi, quales sponte in arte exercenda apud medicos nascuntur et qui, quum lata observationis basi nitantur, leges referunt certas, fidas, perpetuas. Sunt alii, qui nimis angusto observationis fundamento superstructi sunt et in quibus inductio, — nam inductionis via fere omnes nati sunt, — est imperfectior quam in illis. Ut autem exemplis rem illustrem, parum sane probabile mihi videtur sententias, quales Prorrheses 5. 8. 17. 18. 23., aliae plures, conscriptas esse ab eodem viro, qui Prorrhesin 32. ex historia morbi ab Hippocrate conscripta excerpsit, aut sententias, quales Prorrheses 1. 2., aut 36. 71. 99., composuit.

Existimo igitur fontem illum, unde plurimae sententiae Prorrhetici et numerus haud ita parvus Coacarum praenotionum originem traxerint, eo exstitisse, quod sensim apud medicos nascerentur apophthegmata ex ipsa quotidiana eorum experientia, ex quibus multa forte diu ore tradita tandem collecta fuerint admistis sententiis longe minoris pretii et a multo minus peritis viris ortis. Ex eiusmodi autem fonte communi Prorrh. I. et pars Coacarum descriptae sunt, quod quis fecerit frustra quaeres.

Sed Prorrheticus primus quum ea fere forma, quae hodie est, antiquitus esset natus, non sine multa textus corruptione ad nos pervenit. De qua tamen antequam dicere pergo, statim errorem profiteri liceat, in quem adolescens incidi, cum specimen meum inaugurale de Hippocratis doctrina a prognostice oriunda scribebam. Quin illum paene puerilem laborem silentio sibi reliquissem, nisi Littréus et Darembergius partim certe plus fidei illi tribuissent, quam a longo inde tempore ipse habeo, qui conscripsi. Quod facile mihi credet, qui audiet affirmantem me quum specimen illud componerem vix facultatem mihi comparavisse librum Graecum intelligendi, neque eo tempore perlegisse omnia scripta, quae Hippocratis nomine circumferuntur.

Fuit autem error hic, quod credebam diversas harum sententiarum amplificationes, quaestiones in iis propositas, circumscriptiones locorum in Praenotionibus et Prorrhetico obviorum ipsis antiquissimis Cois deberi, quippe fidem habebam Sprengelio affirmanti tales locos probabiliter e tabulis votivis in Asclepieis esse natos. Quod merito falsum visum est Darembergio, neque ipse a longo inde tempore credidi. Universe quidem verum est, quod in opusculo illo, auctore maxime praeceptore meo Pruys v. d. Hoeven, proposui, Hippocratis doctrinam prognosticae indolis esse atque e prognosi originem traxisse; probabile etiam mihi videtur Prorrheticum nostrum e schola medica Coa esse profectum, sed in reliquis ceteroquin multa sunt, de quibus hodie alio modo atque olim sentiam.

Scilicet de oratione insolita, obscura horum praesagiorum fere omnes sunt questi, qui ad eorum interpretationem animum appulerunt, nec sane minimum Galenus. Sed insigniter errare mihi videntur, qui obscuram illam dictionem primis harum sententiarum auctoribus adscribunt.

©BIUM

Quum enim plures expressae sint oratione perspicua, tersa, in qua nihil quod ad formam attinet neque in singulis vocabulis, neque in eorum inter se nexu desideres, patet saltem earum auctores non alia quam simplici et bene Graeca oratione esse usos. Est autem culpa Galeni et recentiorum paene omnium, quod non animadverterunt plures locos male habitos esse per longam describentium successionem. Eiusmodi vitia scripturae e nostri temporis codicibus emendare profecto non poterimus, quippe quos aetate longe superant, quum vel Galeni temporibus sint antiquiora. Nec tamen ideo manifesto indicari non possunt, si diligenter locos singulos persequamur; subinde etiam satis certo corrigi poterunt. Quodsi quis credat in orationis Graecae usu medicos illos veteres tali indulsisse libidini, aut eos linguae suae adeo fuisse imperitos, ut ne Graecum quidem sermonem proferrent, vehementer mihi falli videtur; quin in ioculares incidet errores, a quibus ne Galenus quidem, ipse licet sermone Graeco usus, immunis est, quamquam eum ad nauseam usque tanquam deum quemdam ex machina citatum videam, ut plura absurda Hippocratis lectoribus obtrudantur. Atque ut nunc semel breviterque id dicam, Galenus in libros Hippocratis commentarios reliquit dignissimos, quos pervolvamus, quia varr. lectt., alia, quae ad textus traditionem spectant, continent, quibus sine illis destitueremur et quibus prudens lector summo cum fructu utetur. Verumtamen Galenus, ut plerique alii sive eiusdem, sive recentioris aevi, linguam Graecam antiquam non satis accurate novit; in iudicio de verborum singulorum scriptione, significatione, de vocabulorum inter se nexu saepissime est negligens, nonnumquam adeo lapis, ut fidem illi habere sic demum liceat, si in te ipse habeas doctrinae copiam et iudicandi facultatem, ad quam perpetuo eius monita exigas, quod nisi facias persaepe una cum illo nubem pro Iunone amplecteris; sunt enim saepius eius observationes aut tam putidae, aut tam certo falsae, ut ne dignae quidem sint, quas serio refellas.

Sed a Galeno redeo ad has, de quibus iam scribimus, prorrheses.

Hodie eas tali possidemus dispositas forma, ut in ea non quivis ordo deficiat, quum plures ad idem caput referendae sibi subsequantur, sed qui recentiore demum tempore est ortus; quod comparatio huius libri cum Praenotionibus saepius manifesto docet.

Singulorum vero locorum in hac sylloge orationem saepius esse mutatam diligenti lectori ultro patet; quod quidem non ab uno hominum genere factum est, sed minimum a tribus generibus diversis.

Primum locum concedamus iis, qui res quidem intelligentes, dum periphrasi breviter ab antiquis dicta illustrare conabantur, docti sibi videbantur, sibique placebant. Exemplo sit Prorrhesis 2. collata cum extrema Coaca 179.

Alterum genus est eorum medicorum antiquorum, qui in suum usum hos aphorismos adhibuerunt et exempla in artis usu sibi oblata ad has sententias exigebant. Exemplum praebet Prorrhesis 17. collata cum Coaca 561., videantur adnn. ad utrumque locum; item Prorrh. 99. cum adn. collata cum Coaca 617, plures alii loci. Ex his exemplis patebit non inde iure confici posse, quod adolescens putabam, exempla in sententiis adlata, et quaestiones in iis propositas indicare recentiorem esse aetatem huius libelli quam praenotionum Coacarum. Quaestio uter liber sit antiquior inanis est, propter causas, quas dixi, neque ad liquidum perduci unquam poterit.

©BIUM

Tertium denique genus est eorum, qui sententias describentes, forte alio ordine disponentes etiam commentariorum antiquorum verba cum verbis sententiae principis confundentes, et in rebus et in vocabulis omnia susque deque miscuerunt; qui procul dubio longe gravissima omnium vulnera his libris inflixerunt, quippe saepe nihil intelligentes. Exempli loco citabo Prorrh. 17. 37, ubi vide quae adscripsimus.

Quodsi quaeratur quae vitiorum genera eo, quem dixi, modo in his sententiis orta sint, sunt sane plura; subinde vocabulorum corruptio, alio loco membrorum, periodorum de sede sua deturbatio; sed latissime patens vitium est interpolatio, quae quum diversi generis sit, de ea pauca addere lubet.

Interdum morborum signis a veteribus enumeratis interponuntur alia, de quibus primus sententiae descriptor, sive auctor ne cogitavit quidem, cf. adnn. ad Prorrh. 28. Talia ideo difficultatem pariunt, quia in infinito numero et varietate formarum morborum non semper facile distinxeris, quid interpolatum sit, quid non.

Altera labes, quae ab interpolatoribus adhaeret his prorrhesibus, sunt interrogandi formulae ἆρα, ἆρά γε, quas ad unam omnes recentiore tempore quam quo conscriptae sunt primum, sed iam forte in antiquo communi Prorrhetici et Coacarum fonte, a nescio quo sciolo interpositas esse existimo, et quas non sustuli, ne nimium movere velle viderer, sed de quibus futuros editores diligenter videre oportebit, an non re ipsa omnes sint repudiandae et e textu movendae. Merito autem me omnem his fidem denegare triplici argumento evincere conabor.

Primum contingit ut in alterutro tantum libro, — Prorrheticum et Coacas volo, — sententia per interrogandi formulam proponatur v. c. Prorrh. 63. Coaca 168. At, inquis, quare altero loco interpolatam, non altero omissam esse interrogandi formulam statuis? Adverte mentem, respondeo, ad modum, quo Prorrh. 127. οἱ δὲ ἆρά γε τεταρταίοισι ταῦτα αἱμορραγέει, κωματώδεες; in vulgata legebatur ineptissime et videbis interpolatas esse tales formulas. Atque eo loco quidem id tam inepte factum erat, ut eam delerem. Sed vide simul in Prorrh. 72. omnia a verbis ἆρά γε ἐξαίφνης inde referre pannum recentiore tempore adsutum. Audi me insuper alia argumenta proferentem.

Quemadmodum igitur primum hoc argumentum spectat formam orationis, ita alterum desumam ex absurdo modo, quo saepius quae certa sunt et facile observari potuerunt et re ipsa aliquando ex observatione nata et tanquam certa prolata sunt, iam interrogandi formula addita quasi dubia essent nobis obferuntur. Cuius rei illustrius exemplum vix datur, quam Prorrhesis 166., ubi vide adnotationem nostram.

Tertium argumentum mihi erit hoc: non solum in Prorrhetico eiusmodi quaestiones habentur, sed eiusdem interpolationis exempla manifesta etiam aliis in libris deprehenduntur. Unum sustuli e media Coaca 366., quae longe alius est indolis quam sententiae in Prorrhetico et Coacis obviae. Simile sustuli ex Ep. I. p. 175., ubi vide quae adscripsi; tertium ex Ep. IV. 25. p. 533., quartum § 27. p. 536., ubi e cod. V. in varr. lectt. notatum videbis ἦρα τοῖσι κοπιώδεσι ἐς ἄρθρα καὶ οὐκ ἐς ὀφθαλμόν; quae verba ne monens quidem hac de re in adn. eieci, quum interpolata esse statim unicuique pateat. Plures eiusmodi formulas uncis intersepsi Ep. VI. p. 571., unam p. 578. Eieci simile quid ex Ep. VII. § 52. media et § 57. in fine et § 79., ubi cf. adnn.

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 23 sur 880

©BIUM

Itaque puto futuros editores talia eiicere debere; equidem nondum feci, quia malui aliis meam opinionem non leviter, ut puto, susceptam confirmandam committere. Distinguendi autem erunt loci ubi solum illud ἄρα, ἆρά γε interpolatum est, et ii, ubi tota quaestio proposita a recentiore manu est adscripta; utrumque enim subinde accidisse vidi.

Quin nonnumquam hanc rem nobis magis occulte fraudem facere, docebo exemplo Prorrhesium 21. 22. collatarum cum Coaca 607. In Prorrhetici loco legi solet τὰ ἀραιὰ κατὰ πλευρὸν ἐν τούτοισι ἀλγήματα παραφροσύνην σημαίνει. In Coacae fine legis pro his ἆρα δὲ τούτοισι τὰ ἀλγήματα, ubi Littréo praeeunte pro ἆρα e Prorrh. ἀραιά scripsi, cf. adn. — Verum rebus diligentius perpensis ἀραιὰ ἀλγήματα, licet cum Foësio interpretatus sim *leves et per intervalla dolores*, nihil est nisi corruptela hoc modo nata. Antiqua scriptura fuit τὰ κατὰ πλευρὸν ἐν τούτοισι ἀλγήματα παραφροσύνην σημαίνει. Alius dedit ἆρα τὰ κατὰ πλευρὸν κ. τ. λ.; ex APATA evanescente lineola transversa literae T exstitit APAIA, cui nomini recentior rursus librarius τά praefixit, unde nata est vulgata, quam iam tuto emendabis totum illud ἀραιά eximendo. Vide ceterum de ἀραιὰ ἀλγήματα Foës. in Oecon. ex unico hoc loco dictionem citantem, quam solis librariorum fraudibus et erroribus debemus.

Sed hunc locum ἐν παρέργῳ retractavi, redeo iam ad vitia in Prorrhetico.

Non parum sane offendunt in Prorrhetico et Coacarum nonnullis ista neutra pluralia, quorum partem haud exiguam iam in debitum genus mutavimus. Nemo profecto negabit antiquos usos esse dictionibus, quales τὰ σπασμώδεα, τὰ φρενιτικὰ, τὰ ἀποπληκτικά, similibus aliis, sed hoc tamen non ita inepte fecerunt, uti in plurimis sententiis in vulgata lectione vidimus. Hac de re in adn. abunde monui et ex rebus ipsis saepius fraudem librariorum ostendi, quum neutris intermista nomina vel pronomina masculina ultro docerent neutra solis librariis deberi. vid. adnn. ad Prorrh. 31. 61. 94. 101. Sed in aliis libris idem subinde factum est, cf. adn. ad Ep. IV. p. 543. mihi. Quin praeter ea, quae attuli, librariis talia deberi argumento erit discrepantia interdum hac in re observata inter Prorrhetici et Coacarum locos ceterum consentientes, vide v. c. adnn. ad Prorrh. 31. Alterum argumentum petam ex absurda oratione, quae isto vitio hic illic exstitit, et de qua saepius in adnotatione monui.

De pronominis οὗτος, adiectivi τοιοῦτος, similium aliorum interpolatione initio adnotationis statim monui; haec vero item per libros Epidd. spurios, alios, patet, neque repetere nunc lubet, quae in adnotatione de ea scripsi.

De reliquis item in adnotatione dictum est et ad Coacas plura dicentur. Monui de his rebus ideo maxime, ut qui post me Hippocratem edituri sint videant non satis esse ad codicum lectiones aut ad Galeni, aliorum veterum auctoritatem provocare, ut absurda quaevis tueamur, sed re vera ad solitam Graecae orationis normam has sententias esse exigendas, uti quemvis alium librum Graecum ex linguae forma solita aestimare oportet.

Atque haec fere sunt, quae de hoc libello praemonenda habui. Redeo ad nonnullos locos eius, quod ad libros singulos facturum me esse dixi initio prolegomenorum. Maxime autem facio, quia chartae meae non amplius mihi in manibus erant, quo tempore, serius quam ipse editor voluerat, mihi adferebatur Darembergii opus Oeuvres choisies d'Hippocrate, deuxième edition, quod pro ea qua erga me est humanitate dono mihi misit et quo duce de nonnullis dicam, neque enim de omnibus aut copia dicendi, aut animus est; penes lectores

©BIUM

sit iudicium de reliquis in quibus opinione differimus; — de paucis aliquid in medium proferam.

Prorrh. 1. Video Darembergium etiam servare vulgatam ἄλλως τε καὶ ἦν τεταρταίοισι ἀρχομένοισι. Est autem vitiosa; nam si auctor voluisset quod vir amicissimus Gallice expressit, Graece scriptum fuisset ἄλλως τε καὶ τετάρτῃ (vel τεταρταίοισι) ἀρχόμενος. Vulgata vel eo modo, quem in adn. dixi, exstitit, vel ita ut solum ἤ pone dativum antecedentem periret. Possis enim item legere ἄλλως τε καὶ ἦν τεταρταίοισι ἢ ἀρχομένοισι, quod si malis, ex ἀποστάζων in superioribus hic cogitatione, ut aiunt, supplebis ἀποστάζῃ.

Prorrh. 6. Vulgata, e qua ἀγαθόν excidit, inepta est; non voluerunt significare in phrenitide somnia esse manifesta, neque enim hoc verum est. Sed recte docuerunt insomnia, si forte apparerent in huius morbi declinatione, manifesto indicio esse restitutionis ad sanitatem.

Prorrh. 22. De ἀραιὰ ἀλγήματα, quae dictio nauci non est, supra iam dixi. p. xx.

Prorrh. 26. Vere monet vir amicissimus de commentarii Galenici verbis cum textu Hippocratis in Galeni editionibus inepte commistis. Sed non intelligo, quare Galeni commentarium valde corruptum dicat, quem non negligenter, ut spero, in Basileënsi et Kühniana editione relegens integrum esse video.

Prorrh. 36. Darembergius ad h. l. diligentissime persequitur Galeni commentarium ac de pluribus acute disputat, quae ad textus constitutionem pertinent; mihi tamen falli est visus; est autem operae pretium de his videre. In Pergameni verbis ἔστι μὲν οὐκ ὀλίγον ἐν ὅλῳ τῷ βιβλίῳ τὸ ἀσαφές· τὸ δὲ τῆς διανοίας ἐφεξῆς ἴδωμεν. ἐὰν ἐναιωρηθῇ τι τῷ οὔρῳ τοῦ κατὰ τὸν μηρὸν ἀλγήματος, ὡς οἱ ἐξηγηταὶ λέγουσι, ἀφανισθέντος, ἀσφαλέστερόν τε καὶ βεβαιότερον ἀποφαινόμεθα περὶ τῆς ἐσομένης παραφροσύνης opinatur non solum τοῦ κατὰ τὸν μηρὸν ἀλγήματος ἀφανισθέντος orationem esse veterum, quos Galenus excitat, interpretum, sed etiam ἐὰν ἐναιωρηθῇ τι τῷ οὔρῳ, ita ut haec non pertineant ad textum Hippocraticum, quem Galenus viderit. Me iudice primum locus, quo legitur ὡς οἱ ἐξηγηταὶ λέγουσι, facit ut solum τοῦ κατὰ τὸν μηρὸν ἀλγήματος ἀφανισθέντος interpretum veterum esse existimes. Praeterea Coaca 30. similis formula legitur ἄλλως τε καὶ ἦν οὖρον ἐναιωρηθῇ in re non absimili. Sed Darembergius etiam citat verba e p. 590. commentarii, quae cum superioribus nonnullis hic item describam: γράφουσι δ' ἔνιοι καὶ κατὰ κύστιν τοιαῦτα καί φασι δηλοῦν τὴν λέξιν οὐ μόνον ἐναιωρήματα σκοπεῖσθαι τῶν οὔρων ὡς παρακρουστικὸν σημεῖον, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον φαίνοιτο τῶν ἐκ τῆς κύστεως ἀποκρινομένων, ὥσπερ οὐ δυνηθέντες ἄνευ τούτου εἰπεῖν ὃ ὁ συγγραφεὺς ἠβουλήθη κατὰ τόνδε τὸν τρόπον ἑρμηνεῦσαι· ἄλλως τε καὶ ἦν οὖρον ἐναιωρηθῇ καὶ ὅσα ἄλλα κατ' αὐτὸ γίγνεται παρακρουστικὰ σημεῖα. In quibus κατὰ τόνδε τὸν τρόπον non ad τὸν συγγραφέα, sed ad τοὺς ἐξηγητάς spectare contendit. At ego scire averem, quomodo καὶ ὅσα περὶ κύστιν τοιαῦτα scripsissent antiqui illi, nisi in textu reperissent ἐὰν ἐναιωρηθῇ τι τῷ οὔρῳ. Tum vero mihi κατὰ τόνδε τὸν τρόπον ad auctorem praesagii referendum videtur et ἑρμηνεῦσαι non significare h. l. *interpretari*, sed *exprimere*. Puto Darembergium in errorem inductum esse mira argumentandi ratione Galeni, qui simul, cum adversus incongruam sibi visam auctoris sententiam, tum adversus erroneam exegetarum interpretationem eius verborum disputat p. 586., ubi pro ὑποδειξαμένων cum Ed. Basil. ὑποδεξαμένων vs. 10. legendum esse obiter moneo.

©BIUM

Sed quominus in eiusmodi opinionem incidamus, prohibent ea, quae supra attuli, tum vero quoque principium commentarii. Quomodo enim Galenus hunc ordiri potuisset verbis: ἔστι μὲν οὐκ ὀλίγον ἐν ὅλῳ τῷ βιβλίῳ τὸ ἀσαφὲς, τὸ δὲ τῆς διανοίας ἐφεξῆς ἴδωμεν, nisi verba ἐὰν ἐναιωρηθῇ τι τῷ οὔρῳ ex ipso Prorrhetico citaret? Quis esset sententiarum nexus, si illis praemissis non de auctoris oratione, sed de verbis exegetarum solis dicere pergeret? Verum quidem est, quod supra iam attigi, Galenum tum de auctoris, tum de exegetarum erroribus, quos commissos ab illis esse putat, agere, sed non omnia, quae dicit, ad solam exegetarum orationem spectant. Hinc quidem sub finem p. 588.: ἐγὼ μὲν οὖν, inquit, ἀεὶ προσδιορίζομαι τὰ κατὰ τὸ βιβλίον ἀδιορίστως εἰρημένα καὶ διὰ ταῦτα μέλλοντα βλάψαι τοὺς ἀναγινώσκοντας αὐτὰ, τοῖς δ' ἐξηγηταῖς ἀδιόριστος ἡ διδασκαλία γιγνομένη βλάπτει μᾶλλον ἢ ὠφελεῖ τοὺς νέους. Quin etiam locus p. 589. obvius, τὸ δὲ ἐπὶ τῷ τέλει τῆς ῥήσεως εἰρημένον καὶ οἷα περὶ ὄχους τοιαῦτα καλὸν ἦν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ γεγράφθαι χωρὶς τῆς τῶν οὔρων ἐπισκέψεως, ultro docet urinae conditionis mentionem factam fuisse in iis, quae in textu praecedebant. Haec ideo disputavi, quia quum primum Darembergii adnotationem legissem statim credebam eum quae vera essent adnotavisse, diligentior demum et repetita loci lectio me docuit ab eo dissentiendum esse. Certo autem scio et Littréum et Darembergium verum quaerere, quod item facio; itaque quemadmodum ego facile fero a me dissentientes, spere fore ut mihi quoque permittant quae vera mihi videantur libere in medium proferre.

Prorrh. 53. Διαχωρήματα ἔκλευκα, ἀφρώδεα, περίχολα facile intelligo de excrementis albicantibus, quibus liquida, spumosa, biliosa materies circumfusa est. De urinis περίχολα usurpari nequit, licet Darembergius de biliosis in superficie forte dici putet. In eiusmodi composito praepositio περί numquam potest habere vim eandem, quam ἐπί habet, v. c. in ἐπίχνοος in hoc ipso libro obvio.

Prorrh. 109. Vere sane Daremb. monet de nominis εὐχερής interpretatione. Omnino hoc quoque loco accipiendum est, quemadmodum Coacarum locis consentientibus.

Prorrh. 145. In adnotatione Darembergii ad h. l. plura sunt, a quibus dissentio. Primum textus huius prorrhesios et Coacae consentientis olim unus idemque fuit; tum sola Coacae lectio vera est. Falso sane Littréus πολλά glossam esse existimat ad λάβρα adscriptam; sed falso etiam Darembergius πολλά defendit loco ex Epidemiorum I. Scilicet πολλά natum est e praepositionis ἀπό literis postremis et primis participii cum illa praepositione compositi: nam quum antiqua lectio esset ΒΙΑΙΑΠΟΛΗΦΘΕΝΤΑ, literis, uti videtur, in vetusto libro evanescentibus, certe nescio quo modo male lectis, exstitit ΒΙΑΙΑΠΟΛΛΑΡΤΕΝΤΑ. Itaque dativus βίαι cum prima litera praepositionis βιαῖα progenuit et e πολη natum est πολλά; sed non fuit hoc adscriptum pro glossa ad λαῦρα s. λάβρα.

De pluribus dicere supersedeo, pergo ad Coacas.

§ 3.

De Praenotionibus Coacis.

De praenotionum inscriptione Κωακαὶ προγνώσιες statim dicam mihi suspicionem esse

©BIUM

ortam illam esse antiquissimam. Miraberis forsitan et quomodo cognoverim quaeres. Respondeo: ipse Hippocrates initio libri de victu acutorum nos docet e Cnidia schola librum prodiisse titulo Κνίδιαι γνῶμαι, cuius libri fragmenta pauca superesse docui in adn. ad librum illum Hippocratis. Idem initium nos docet dissensionem fuisse inter scholam Coam et Cnidiam, adeoque mihi nomen Κωακαὶ προγνώσιες et titulus Κνίδιαι γνῶμαι ita sibi respondere videntur, ut non possim abiicere suspicionem nomen illud libri, de quo iam agimus, esse antiquissimum. Quin suspicionem mihi auxit titulus praecedentis scripti, de quo vidimus, quod τὸ προρρητικόν audit, quem puto recentiorem esse titulum et referendum ad ea tempora, quibus libri Epidemiorum spurii sunt compositi; in quam opinionem inducor loco v. c. qualis Ep. VII. 121. πρόρρησις, ὅτι σπασμοῦ γενομένου οὐ βραδέως ἀπολεῖται; et vero apud Foës. in Oecon. videbis πρόρρησις adlatum e libris manifesto Hippocratis aevo recentioribus. Ceterum ad hanc rem redibo infra, ubi de toto hoc libro exponemus; quod antequam faciam, de alia re monere operae pretium videtur.

Recentiores critici et nostro aevo paululo superiores Galenum obiter tantum praenotionum Coacarum mentionem fecisse affirmarunt, quasi hunc librum vix cognovisset. At certum est Galenum hunc librum vidisse et saepe citavisse, quin vix alia forma praenotiones videre potuit, quam qua nos eas possidemus, quia locos citat e diversissimis operis partibus. In comm. 2. in Epid. II. p. 320. Kühnio citat Coacas 556. et 560.; in comm. 3. ad eundem librum p. 394. Coacam 564.; ibidem p. 399. e vulgata lect. adfert Coacam 548. omittens τράχηλον; p. 400. ibid. Coacas 16. 17. et 294.; p. 406. Coacas 204. 186.; p. 408. Coacam 48.; p. 411. Coacam 73.; p. 415. Coacam 260.; p. 420. Coacam 327.; p. 424. Coacas 150. 133. 330. 152.; p. 425. Coacam 148. In comm. 1. ad Ep. III. p. 500. mentionem facit Prorrhetici et Praenotionum, ubi: τοὺς δέ, inquit, διὰ τῶν ἔν τε τῷ προρρητικῷ καὶ ταῖς Κωακαῖς προγνώσεσι γεγραμμένων ἐξηγουμένους τὰ κατὰ τοὺς νοσοῦντας ἐν τοῖς βιβλίοις εἰρημένα πολλοὶ θαυμάζουσι. — In Glossarium transtulit nomen δικροῦν e Coaca 230., nisi e libro de hebdomadibus hauserit. Occurrunt in glossario porro vocabula, quae cum in Prorrh. I., tum in Coacis obviam veniunt, ita ut incertum sit e quo libro sint desumpta. Utrum φωΐδες desumserit e vitiosa lectione vulgata postremae partis Coacae 318., nec ne, definire non ausim. Sed hoc utut est, et licet non omnia anxie conquisiverim, ex iis, quae expromsi, certo patet Galenum vidisse et cognovisse Coacas, nihilque esse quod indicet eum has sententias ob oculos habuisse alia forma quam qua nos hodie eas legimus.

Referunt autem hae Coacae syllogen locorum maximam partem, — neque enim de omnibus id affirmare licet, — semeioticen prognosticam spectantium; inter eos autem persaepe magnum quoddam in forma et materie discrimen apparet. Satis multae harum sententiarum conveniunt cum locis aliorum librorum, neque dubium est quin tota sylloge conflata sit e libris antiquioribus et loci in ordinem aliquem sint redacti a recentiore manu. Non credo Foësium id non sensisse; ipse ante plures annos id animadvertere coeperam et fontes diversos libri mihi notare. Diserte autem primus rem exposuit Darembergius, a quo tamen quum de ratione, quae inter locos Prognostici et Coacarum intercedit, prorsus dissentiam et in nonnullis aliis quoque opinione differam, de tota libri, de quo agimus, compositione dicendum erit ita ut rem ab origine sua, quoad maxime possimus, repetamus.

©BIUM

Primum quidem in hoc scripto cernimus sententias, quas in Prorrh. I. inveniri iam vidimus. Numeravi centum septuaginta septem locos, qui partim integri leguntur in utroque libro, partim non ex toto, sed ita ut partes eorum inter se conveniant, quorum tamen numerus exiguus, si cum reliquis compares. Sine dubio, quod de Prorrhetico agens iam exposui, utriusque libri sententiae hae e communi quodam fonte profluxerunt; sunt autem, ut in breve cogam, ita fere descriptae, ut qui hoc faceret, non semper verbum verbo redderet, sed subinde verbis paululum mutatis sensum locorum fere exprimeret. Summatim etiam me affirmare audere supra iam dixi locorum, qui in Prorrhetico et Coacis leguntur, meliorem in his quam in illo textum esse servatum. Sed hoc constare puto, ubi in alterutro libro in sententiis consentientibus vocabula omissa sunt, aut interpolationes factae, aut sensus verborum mutilatione est depravatus, tuto alterum librum ex altero in his rebus suppleri, corrigi, emendari. Neque enim de auctore Coacarum, Prorrhetici loqui possis, sed de compilatore, collectore, qui descripserit aliunde et quem imperitiae suae documenta prodere saepius observavi, et illustri exemplo patet in Coacae 578. parte extrema collata cum Prorrh. 156., ubi vide quae adnotavi. Verum item hic illic patet in antiquiore illo libro, unde hae sententiae desumptae sunt, textum fuisse corruptum, quae vitia antiquissima me iudice item sunt investiganda et tollenda, quod tum demum sensim fiet, cum eruditi magis magisque diligenti studio huius libri cum aliis comparati operam dederint, neque existimaverint acquiescendum esse in textu nostro aevo, aut Galeni tempore in libris scriptis obvio, sed cum senserint hunc ipsum diligenter esse explorandum et ad solitam Graecae linguae normam exigendum.

Vidimus autem in superiore §. aliquot in Prorrh. I. legi sententias, quae non descriptae sunt in Coacis, sed contra multo plures sunt in his, quae non habentur in Prorrhetico, quum tamen si orationis formam pariter et materiam earum respicias, probabiliter manaverint ex eodem fonte, unde consentientes illae inter se, de quibus diximus. Licet hoc de iis certo demonstrari non possit, quum antiquior liber ille perierit, confido tamen neminem esse negaturum, qui sedulo utrumque librum persecutus sit. Sed etiamsi hoc praefracte negare velles, consentientes locos certo patet ex alio libro fluxisse, in quo alio ordine fuerint dispositi. Hunc ego librum, antiquum, de cuius inscriptione, origine nihil novimus, primum aliquem fontem habeo praenotionum.

Sed antequam ad alios libri fontes pergam, lubet alterum argumentum expromere, quo constet, quam parum diligenter, imo quam negligenter in rebus suis agendis versatus sit, qui has sententias collegit et in praesentem formam compilavit. Nimirum eaedem sententiae bis, paucae etiam ter repetuntur in Coacis. Neque vero exiguus horum locorum numerus est, sed quinquaginta quinque repetuntur, quatuor autem saepius leguntur, i. e. tres ter, unus quater. Itaque licet ordinem aliquem omnino animadvertamus, quo Coacae ad certa capita summa pertinentes sibi subsequuntur, non fuit liber diligenti studio et sollerter in ordinem, quo hodie eum habemus, redactus, sed hoc pernegligenter factum fuisse abunde constat. Hinc Foësius in adn. saepissime de tumultuaria opera, qua hae sententiae congestae sint, loquitur.

Ut autem ad diversorum praenotionum fontium explorationem redeam, statim quinquaginta memorandae sunt, quae etiam in Prognostico leguntur. Equidem semper credidi has in Prognosticum esse translatas et nunc idem firmiter mihi persuasum est. Darembergius vero contra

©BIUM

opinatus est excerptas esse e Prognostico, eique postea adstipulatus est Littréus, licet primo mecum aliisque idem statuentibus consentiret. Quam quidem quaestionem eo loco attingam, ubi de Prognostico videndum erit. Equidem nunc hoc dicam, titulum Κωακαὶ προγνώσιες mihi videri antiquum esse et plurimos locos, de omnibus enim confidenter affirmare non ausim, sed longe maiorem numerum locorum in Prognosticum receptorum fragmenta esse veterum illarum Praenotionum Coacarum, quas veri simile est alterum fontem referre, unde haustae sunt illae sententiae, quae hodie sub vetusto illo titulo circumferuntur et quae ea forma, qua nunc eas possidemus, certe multo post Hippocratem demum exstiterunt. Nolim tamen affirmare non plures esse locos inter Coacas, quam qui in Prognostico legantur, qui ex eodem fonte fluxerint; idem nescio num forte aliquot ex optimis eorum locorum, quos e primo fonte, de quo dixi, ortos esse opinor, item ad veteres illas Praenotiones referendi sint. Est enim difficile subinde de locis singulis iudicium; sed si quis contendat, Coacas 47. 66. 72. 125. 142. 150. 151. 152. 161. 172. 207. 425. 426. 427. 476. 481. 599. forma orationis et materiae pondere et prognostica ratione cum iis, quae in Prognosticum compositae sunt, magnopere convenire et ex eodem fonte prodiisse videri, ego argumenta nulla noverim, quibus contrarium verum esse demonstrem.

Coniicio igitur, Hippocratem edidisse Κωακὰς προγνώσιας, quarum fragmenta, alio modo quam in vetusto illo libro disposita, in praenotionibus, quas hodie possidemus, superesse. Sumo autem Hippocratis opus fuisse propter istorum locorum dictionis cum Hippocratea similitudinem, quum in Prognostico hic illic dissimilitudinem quamdam apparere postea sim ostensurus.

Sed insuper credo, aliorum Hippocratis librorum fragmenta, sed pauciora, his sententiis intermista esse. Nimirum maximopere me advertit aliquid: in libri de victu acutorum partis germanae § 17. legimus: διὰ ταύτας οὖν τὰς προφάσιας καὶ ἑτέρας τοιαύτας ἔτι μᾶλλον οἱ ὄλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεόμενοι ἑβδομαῖοι καὶ ἔτι ὀλιγημερώτεροι θνήσκουσι, οἱ μέν τοι καὶ τὴν γνώμην βλαβέντες, οἱ δὲ ὑπὸ τῆς ὀρθοπνοίης τε καὶ τοῦ ῥέγχους ἀποπνιγέντες. μάλα δὲ τοὺς τοιούτους οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι διὰ τόδε μάλιστα· οὐχ ἥκιστα δὲ ὅτι ἀποθανόντων αὐτῶν ἡ πλευρὴ πελίη εὑρίσκεται, ἴκελόν τι πληγῇ. αἴτιον δὲ τούτου τόδε ἐστὶ, ὅτι πρὶν λυθῆναι τὴν ὀδύνην θνήσκουσι. Coaca vero 400., cum qua sequens 401. unum continuum locum refert, legimus: ἢν μὲν οὖν σφόδρα φλεγμήνωσι αἱ ἀορταὶ, ὥστε προσκαθῆσθαι πρὸς τὸ πλευρὸν, παραλύονται τὰ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τοῦ σώματος καὶ πελιώματα περὶ τὴν πλευρὴν ἔξω γίγνεται· τούτους δὲ ἐκάλεον οἱ ἀρχαῖοι βλητούς κ. τ. λ. Itaque aut ego insigniter fallor, aut Coacae illae ab eodem auctore sunt conscriptae, a quo liber de victu acutorum, i. e. ab Hippocrate. Loci citati non sunt interpolati, non vitiosi, alter non ad imitationem alterius expressus est, sed eadem res, quae sponte singulos locos describentis menti obversabatur, utroque traditur. Quodsi orationem Coacarum istarum cum oratione libri de victu acutorum conferimus, Graecitas cum Graecitate adeo convenit, ut vix sit ovum ovo similius.

Hoc igitur τεκμηρίῳ usus Coacas 400. 401. Hippocratis ipsius verba continere certum iudico; quin inviti cogimur ita de iis sentire. Sed simul iam probabile fit sententias in Prognosticum translatas item Hippocratis esse, cuius opus esse non posse Prognosticum postea pluribus argumentis demonstrabo.

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 29 sur 880

©BIUM

Itaque iam duos fontes nostrarum praenotionum Coacarum indicavimus, unum in communi illa earum et Prorrhetici origine, alterum in opere aliquo, seu potius in operibus pluribus Hippocratis ipsius, de quorum tamen pristina forma, quam ab ipso auctore acceperint, nihil novimus. Lubet autem hanc rem persequi et de aliis locis nonnullis item pauca monere.

Maximopere igitur semper me advertit Coaca 501., cuius oratio cum Graecitate libri de capitis vulneribus ita convenit, ut non dubitem quin locus sit e chirurgico aliquo scripto Hippocratis, licet non audeam affirmare re ipsa esse fragmentum libri de capitis vulneribus, quod Darembergius voluit. Nec minus advertit Coaca 509., quam item Hippocratem auctorem habere puto: sed Coacas 510. 511. non minore iure, me iudice, illi adscripseris. Quin sunt forte plura alia chirurgica ex senis Coi monumentis ducta; sed de iis, quae adtuli, confidentius quam de aliis id affirmaverim. Locus autem de dysuria v. c. Coaca 472. 473. nihil habet, quare Hippocratis esse negem, si quis eum huic tribuere velit.

Coaca 481. ad diagnosin potissimum hydropis spectat, sed oratio adeo tersa est et ita ad amussim convenit cum oratione locorum in Prognosticon receptorum, ut fragmentum esse putem Hippocratis, quod utrum ad veteres, quas fuisse suspicor, praenotiones Coacas pertineat, an alius libri pars fuerit, nescio, licet hoc probabilius videatur, quia minus prognosin tractat quam diagnosin morbi. Coaca 512. fortasse item Hippocrateus locus est; de memorabili lethargi descriptione Coaca 139. 140., in qua fortasse verba οὖρον ὑποζυγίου insiticia sunt, dubito num Hippocrati sit adscribenda, nec ne; dubito nempe propter mentionem σφυγμῶν νωθρῶν in ea factam. Non constat e monumentis vere Hippocrateis senem Coum pulsum tetigisse; videtur ad pulsationes arteriarum interdum oculos convertisse; itaque non ausim hunc locum ei adscribere, quia incertus sum, quomodo auctor iste pulsum observaverit et quo loco.

Supra autem locutus sum de earundem sententiarum in hoc libro repetitione, est vero operae pretium notare ampliores illos locos in Prognostico etiam descriptos, aut qui praeter illos Hippocratis esse videntur, licet in id non sint translati, haud ita repeti, nisi forte partes eorum, quae ad alvum et urinam spectant. Advertit etiam lectionis corruptela in his longe minor, ita ut statim pateat eos multo integriores feliciore traditione e veterum monumentorum naufragio esse servatos.

Habemus dein seriem locorum in Coacis, qui cum aphorismis conveniunt, aut in quibus certe similium rerum atque in aphorismis fit mentio sine plena vocabulorum similitudine. Numeravi Coacas sexaginta quinque, quae cum aphorismis congruunt, certe sine dubio cum iis nexu aliquo coniunguntur, in quibus quidem affirmare licet plures esse, quarum recentiorem scripturam constet aphorismum referre, alias esse in quibus de hac re dubius haereas.

Una Coaca 81. translata est in additamenta spuria ad librum de victu acutorum (p. 337. mihi). Nec dubium cuiquam erit, uter locus recentior sit, quum in additamentis illis manifesto periphrasin habeamus illius Coacae. Vid. adnn. ad locum utrumque.

In Epidemiorum libris item loci sunt, qui ab aliis etiam adlati nexu aliquo cum praenotionibus coniunguntur, sed vidi tamen, de quibus dubitaverim, num re ipsa cohaererent cum locis excitatis.

Ep. I. § 9. media citatur a Darembergio ad Coacam 207.; respicitur § 20. (p. 178. mihi),

©BIUM

sed non credo Coacarum locum ex illa epidemiae descriptione esse ductum; locus Coacarum latius patet, quam ut ex unius epidemiae observatione ortus sit; utiliter vero locos inter se conferri non negabo.

Epid. II. 6. 5. conferri debet cum Coaca 128., ubi vide quae adnotavi; etiam nunc puto vere scriptum esse, Epidemiorum locum illum esse Coaca recentiorem.

Epid. II. 5. 12. cum Coaca 211. consentit, neque facile Epid. locum intelligeremus, nisi Coacam haberemus, cum qua comparari posset; sed uter locus altero sit antiquior, non satis discerno, neque quidquam de hac re affirmo.

Epid. II. 3. 7. cum Coaca 260. congruit, certumque iudico, Coacam esse locum antiquiorem, e quo alter sit excerptus; imitatio quaedam est alterius.

Ep. II. 2. 24. conferri debet cum Coaca 266. Locus vero hicce omnino ex epidemiae illic descriptae observatione natus esse videtur.

Ep. II. 6. 5. et Coaca 296. comparari debent; Coaca autem pars est 128ae paulo ante laudatae, ubi de locorum nexu iam monui.

Ex Epid. IV. ad Coacam 564. a Darembergio adferuntur § 25. 30. 35. Respicitur § 25. (p. 532. mihi) mulier apud uxorem Temenei, § 30. (p. 537.) anus apud Sosilen et § 35. (p. 540.) mulier in Bulagorae vico. Equidem non audeo affirmare Coacam ex illis casibus esse deductam; rem incertam esse arbitror. Loci in solo illo apostemate ad oculos fere inter se conveniunt.

Ad locum Ep. VI. 1. 8. cum Coaca 29. collatum animadverto symptoma retentionis urinae commune esse utrique loco, sed neutrum ex altero descriptum mihi videri.

Ep. VI. 2. 3. et Coaca 260. ita conveniunt, ut Coaca sine dubio sit fons alterius loci, qui idem ac Epid. II. 3. 7., de quo supra iam aliquid dixi.

Ep. VII. 82. ad Coacam 16. citatur a Darembergio; fateor me non certum nexum videre inter utrumque locum, quin potius binis his locis res diversas spectari existimo.

Ep. VII. 42. citatur ad Coacam 207.; sed Coaca late patentem legem continens non est ducta e solo casu ex Epid. libro citato, neque certum, ullum nexum qualemcumque esse inter locum utrumque.

Haec quidem ideo singulatim persequor, ut appareat, num in Coacis sententiae sint re ipsa ex Epidemiorum libris desumptae, an contra ex illis in his. Vidimus autem de paucis locis constare, eos fontes fuisse locorum in libris Epidd., contra vero esse etiam Coacarum locum, qui e libris Epidemiorum sit ductus. De dubiis loqui nolim, praestat de certis dicere; ac Coacam 260. certum iudico originem praebuisse locis ex Ep. II. et VI., de quibus vidimus. Et contra Coaca 266. omnino hausta videtur ex observatione in Epid. libro II. Sed Coaca 260. pertinet ad veteres illos locos, unde Prognosticum composuerunt, et Ep. II. et VI. sine dubio Hippocrate recentiores sunt; Coaca 266. pertinet ad recentiores sententias in hoc libro et cum Ep. II. post Hippocratem demum literis mandatas.

Percurramus simili modo locos, qui in libris de morbis cum Coacis conveniunt, certe ad eas adferuntur.

E libro de morbis I. § 7. p. 152. a Littréo locus citatur ad Coacam 366. Ac loci hi quidem idem phaenomenon morbi spectant, sed num alter ex altero sit desumptus, mihi non

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 31 sur 880

©BIUM

constat. Tales regulae semeioticae adeo vulgo notae esse debuerunt, ut quivis medicus fere eas teneret.

Ex eodem libro ad Coacam 379. adferuntur § 26. 31. Coaca convenit cum loco § 26. p. 194. Littréo, quatenus iidem dies, quibus pus intro colligatur, memorantur; sed alium nexum non video. In § 31. fateor me non reperire quod cum Coaca cohaereat.

Eiusdem libri § 32. ad Coacam 396. citatur, ac loco sane illo sermo est de causa mortis eiusque rationis in pleuritide et dicuntur ἐκ περιπνευμονίης eodem modo e vita decedere; sed aliam cum Coaca similitudinem non video.

Quodsi Coacas 499. 500. 502. cum § 4. p. 146., Coacam 503. cum § 8. in fine p. 156., Coacam 504. cum § 4. initio et § 8. in fine, Coacam 508. cum § 3. initio comparemus, videmus hos locos ita se habere, ut Coacae describi potuerint e libri de morbis primi locis citatis. Certo tamen affirmare id re ipsa factum esse non ausim, quippe et Coacae et loci illi aliunde hauriri facile potuerunt.

Locus e § 3. p. 144. cum Coaca 509. confertur, neque dubito quin hi loci inter se cohaereant, sed minime mihi liquet, locum e Coacis, de quo supra iam dixi, non esse antiquiorem. Non habemus in Coaca de intestinorum vulneribus monitum quale illud de intestino tenui vulnerato, quod coalescere amplius nequeat, sed praeceptum multo prudentius circumscriptum.

Ut igitur summatim dicam, mihi non certo demonstrari posse videtur, re ipsa locos Coacarum in librum de morbis I. esse translatos, aut contra. Nam ne postremus quidem, de quo vidimus, certo e Coacis ductus est.

In libro de morbis II. est § 27ae locus cum Coaca consentiens 367.; nempe eiusdem metastasios mentio facta est utroque loco, sed minime certum tamen, alterum ex altero esse descriptum. Et § 48. cum Coaca 434. conspirat, sed uter altero sit antiquior incertum mihi videtur.

Itaque non audeo affirmare librum secundum de morbis partem materiae praebuisse Coacis praenotionibus.

At de tertio de morbis alio modo sentio: Coacae 379. 380. 381. 382. 384. 385. 386. 387. conferri omnino debent cum § 16. libri III. de morbis, quo facto sane probabile videtur hos Coacarum locos ex ista § esse desumptos. Advertit in horum locorum serie de argumento Coacae 383. nihil legi.

Venimus tandem ad locos e libro de hebdomadibus:

Cum huius libri § 46. (p. 663. Littréo) convenit Coaca 211., item Epid. II. 5. 12. In Coaca ταπεινούμενον legitur, ubi locis illis ἰσχνὸν, ἰσχναίνηται. Idem locus etiam initio libelli de diebus iudicatoriis legitur, ubi item ἰσχναίνεται. Non video unde docear Coacam re vera e libro de hebdomadibus esse descriptam.

Cum § 46. p. 664. conspirat Coaca 217; sed neque hic discerno, uter locus ex altero provenerit.

Idem affirmo de § 51ae p. 668. verbis Coacae 229. ad unguem similibus; nam quod numerus cardinalis altero loco ordinalis est nihili facio.

Neque alio modo iudico de § 46ae p. 664. verbis cum Coaca 230., aut § 51. p. 671.

©BIUM

cum Coaca 361. consentientibus. Illi loci paululum differunt; hi fere prorsus inter se sunt similes, sed qui vetustiores sint, non satis discernere valeo.

Itaque me iudice nullum illorum locorum, qui in Coacis et libro de hebdomadibus leguntur, certo constat esse ex hoc in illas translatum. Nam si quis velit ita quaestionem dirimere, ut probabilius abruptos locos e libro uno tenore descripto desumptos esse dicat, quam contra factum esse, eiusmodi argumentum admittam de libro, in quo ratiocinatio et demonstratio sit non interrupta, sed de libello, qualis iste *περὶ ἑβδομάδων*, parum firmum esse contendam, quin vix quidquam valere.

Illae Coacae, quae (513. seqq.) de morbis mulierum agunt, unde huc devenerint, ignoramus; vidi paucas tantum earum etiam in Prorrhetico I. esse descriptas.

Licet igitur de multis locis me iudice dubitandum sit, num ex aliis libris in Coacas translatae sint, an contra; — quamvis de pluribus, quos eo nomine memorarunt, id negandum mihi videatur, — nihilominus tamen certum est, Coacas hodiernas e pluribus fontibus antiquioribus, ex operibus ceterum deperditis veteris aevi esse congestas. De ordine, quem hodie in iis animadvertimus, supra iam dicere coepi: est autem profecto non prorsus fortuitus; nam licet nonnullae extra ordinem inferantur, longe plurimae ita se excipiunt, ut sibi proximae sint, quae ad idem caput spectant. Alii alio modo recentiore tempore istam in capita distributionem notarunt, sed hi omnes certum aliquem ordinem animadverterunt, quin is sponte in oculos incurrit. Debetur quidem hoc ei, qui librum in formam eam redegit, qua hodie circumfertur. Puto, quod supra iam dixi, partim etiam huic libri origini deberi frequentes earumdem sententiarum repetitiones, quamquam non credo hanc rem ubivis et ex toto inde explicari, sed plures causas esse debere, quarum unam, i. e. dittographiam nonnullarum sententiarum, in adnotatione attigi, reliquas vero huc forte facientes non assequor.

Dignum tandem ad quod animum advertamus hoc est, quod hic illic plures sententiae sibi contiguae prae reliquis magis corruptae sunt, qua de re in adnotatione monui. Quod quidem probabiliter explicabimus e librorum antiquissimorum adversa fortuna, ita ut paginae vel foliorum partes nescio quo casu prae reliquis peius habitae posterioribus fuerint traditae, quod fortasse iam antiquis temporibus accidit.

Ceterum quum ea, quae de Coacis dixi, demum complementum habitura sint in iis, quae de Prognostico sum dicturus, eo iam lectorem dimitto.

Nunc vero etiam secutus ea, quae Darembergius ad hunc librum observavit, nonnulla de locis singulis quibusdam adiiciam.

Coacas 19. 20. inter se coniunxit initio vicesimae *τὰ δ' ἐπιρριγέοντα* cum cod. A legens. Non male sane hae sententiae in unam contrahuntur; ego non feceram, quia Prorrhetici locus per se constat, sed fieri posse facile concedo ut ibi tantum fragmentum habeamus loci ex utraque Coaca componendi. Sed ita si res se habent, eo certius pro *τὰ δ' ἐπιρριγέοντα* legendum est *οἱ δ' ἐπιρριγέοντες*, quum in Coaca 19. epitheta masculino genere sint descripta.

Coaca 57. Daremb. *ἐν ὀξέσι κακαί* legit e cod. P′ et cum Mack. Vereor ne e sequentis Coacae *ἐν ὀξέσι* cod. P′ lectio originem traxerit; sed quum ibi *δέ* initio periodi hanc ipsam cum Coaca superiore coniungat, *ἐν ὀξέσι* etiam ad Coacam 57. spectat, ita ut sensus sane eodem redeat.

©BIUM

Coaca 81. De coniectura mea, quam recepi, nihil dicam amplius: Littréus et Darembergius eam reiiciunt, quippe codices sequi oportet, coniecturis uti non licet. Legunt vulgatum οἱ ἐν ἀρχῇ λεπτοί et reddunt, „les fièvres legères au debut." „les fièvres faibles au debut." Nimirum admittunt ellipsin οἱ λεπτοί pro οἱ πυρετοὶ λεπτοί, quae tamen nusquam occurrit. Οἱ λεπτοὶ ἐν ἀρχῇ non potest significare nisi *qui morbi initio tenues sunt* et de aegris solum intelligendum est. Itaque, liceat enim iocari, videant, num ellipsin illam exemplis firmare possint; nisi faciant, ego temerariae interpretationis eos reos habebo!

Coaca 121. Daremb. ὑποχόνδριον cum cod. A. legit et ὑποχόνδρια vitiosum esse putat. At vitiosum sane non est, me iudice; codicis antiqui lectio facile potest esse recentior emendatio, quales plures in illo libro occurrunt; sed utrum scripserit auctor non certo definire possum.

Coaca 126. Pro ἐντάσιος cod. A. ἐπάρσιος, quod praefert Daremb.; non alio modo de his lectt. sentio quam de iis, de quibus ad Coacam 121. dixi.

Coaca 136. Inspicienda est Darembergii adn. ad h. l. Mihi scriptura huius Coacae omnino incerta videtur, quum rem propositam non satis cognoscamus. Sed lectio cod. A. a me procul dubio vitiosa esse putatur, si cum aliorum librorum scriptura eam conferam.

Coaca 148. Daremb. se cum cod. A. numerum πέντε omittere scribit. Quae quidem auctoritas parva mihi videtur, quia in illo libro non solum iste numerus, sed plura insuper vocabula alia omittuntur.

Coaca 156. 157. Daremb. mutationem intulit eam, ut legeret Coacam 156. Πυρετὸς ἐν σπασμῷ γενόμενος παύει τὸν σπασμὸν αὐθημερὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τρίτῃ. Equidem locum isto modo legere non ausim, quippe quo minus faciam impedit convulsio, quae tres dies durare in ea lectione sumitur. Profecto miro modo se habet Coaca illa, si cum aliis locis de hoc argumento conferatur. At ista universalis lex de convulsione per febrem supervenientem soluta suas tamen habebit exceptiones. Sententia, de qua agimus, an a recentiore aliquo sit excogitata, nescio; sed si invertatur, quod facere vult Daremb., vereor ne vel peius se habeat, quam si intacta sibi relinquatur.

Coaca 158. Consentio cum Darembergio affirmante incertum esse utrum ἐκχλοιοῦνται, an ἐκλύονται legere oporteat; nempe totum praesagium non satis intelligitur. Equidem ἐκχλοιοῦνται praetuli, quia hoc symptoma cum alvo subsistente saepius coniunctum vidi in his praesagiis, v. c. Coaca 621.

Coaca 218. De una re tantum hic moneo: Daremb. καὶ χρώματα μεταβάλλειν servat, ad oculos refert et reddit: „voir les couleurs differentes de ce qu'elles sont." Ille contendet mihi non licere textum mutare, ego contendo illi non licere ita interpretari. Solum praecedens μύειν, non χρῶμα μεταβάλλειν ad oculos spectat. Verissime Sichel dixit periphrasin haberi huius dictionis in Prognostici verbis § 3. ἢ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου ἠλλοιωμένον ἦ. p. 130. mihi. Quodsi Daremb. fidem mihi non habeat, eum invito, ut inspiciat Coacam 109., ubi de pueris, καὶ τὸ χρῶμα μεταβάλλειν καὶ ἴσχειν ἔρευθος, σπασμῶδες, et Prognostici § 46. p. 154. mihi, ubi periphrasis Coacae et legimus ἢν .... κλαυθμυρίζωσι καὶ τὸ χρῶμα μεταβάλλωσι καὶ χλωρὸν, καὶ πέλιον, ἢ ἐρυθρὸν ἴσχωσι. — Dubitasne L. B. mecum statuere, plurale χρώματα vitiosum esse et in solita loci interpretatione acquiescendum esse?

©BIUM

Coaca 269. Darembergius hic Lindani emendationem, quam in adn. descripsi, sequitur. Fortasse praestat prae librorum σπασμῷ, quod retinui; videat L. B.

Coaca 332. Monuit Darembergius ad h. l. de re, quae a longo inde tempore mihi probabilis est visa, cum dicit se existimare, σπάσματα saepius memorari ita ut antiqui ruptiones, quae re ipsa non adessent, sibi fingerent.

Coaca 384. Profiteor me nescire quam bullam in lingua velint; sermo est de una tantum, non de pluribus, itaque vereor ut Darembergii interpretatio admitti possit.

Coaca 424. Puto Darembergium iusto plus tribuisse pathologiae hodiernae in huius locī interpretatione, cum τὰ ὀρθοπνοϊκά obiectum faciat pro subiecto, quod ego in hoc verborum ordine fieri non debere contendo. Cohaeretne hic locus cum theoremate aliquo e doctrina de pneumate?

Coaca 480. Equidem certum iudico Galeni interpretationem vulgati λελυμένως esse falsam; mihi locus intelligendus videtur de apoplexia, cuius accessus sedatur, sed cuius reliquiae inflammatione reactiva, quam hodie appellamus, suscitata febrem sustinent, donec aeger moriatur. Cuiusmodi casum ipse superiore hieme observavi in nosocomio Academico, ubi mulier nuper ex apoplexia hemiplegica facta ad me delata est, quae cum febre levi aliquot hebdomades decubuit, donec tandem exstingueretur. Post mortem sanguinis sat magnam molem effusam fuisse constitit, cuius residuum in corpore striato lateris dextri relictum reperiebatur. Itaque dicis λελυμένως servandum et de paralysi, ut voluerunt antiqui, accipiendum: equidem simplex λύεσθαι id h. l. significare non credo.

Coaca 511. Darembergium mecum consentire video de interpretatione huius loci.

Coaca 539. Darembergius credit hoc loco oedema labiorum pudendi muliebris spectari; non negabo id satis congruere cum comparatione cum scroto; sed non congruit cum tumoris loco, quem περὶ τὸ λεπτόν ponit auctor. Locum ceterum intellectu difficilem esse, nemo negabit.

Coaca 543. Lectio illa ἤν τι ῥηγῇ iotacismo ex ἤν τι ῥιγῇ orta est, neque in ea latet ἤν τι ῥαγῇ, quod fieri posse credit Darembergius; mihi adeo ῥαγῇ h. l. prorsus incongruum videtur.

Coaca 580. Gaudeo Darembergium mecum consentire de interpolatione, quam sustuli.

Coaca 590. Orationem huius loci pessime se habere certum est, solum illud τὰ τρομώδεα διουρέει λιβίδια tam absurda dictio est, ut ultro corruptionem loci indicet; sed quid scriptum olim fuerit, non intelligo.

Coaca 607. Puto tandem me hanc corruptionem rite perspexisse et de ea exposuisse § 2. horum prolegomenorum, ubi vide.

Coaca 620. Codicem A. secutus Darembergius legit φρικώδεες, ῥιγώδεες; sed vereor multum ne sit dittographia in cod. illo praestanti.

Ceterum de his Coacis disceptandi finem vix facias, cum semel coeperis, quippe in multis locis multa incerta sunt et dubia. Nunc tamen abstineo et ad Prognosticum propero.

©BIUM

§ 4.

De Prognostico.

Quum ante aliquot annos discipulo meo hunc librum edendum traderem, in prolegomenis ad illam editionem de eo disputatum est, e quo loco nonnulla hic repeto:

„Praenotionum liber, Hippocratis, quod nemo negavit, opus ipsius, per totum sane orbem medicum, omnemque doctrinarum medicarum aetatem fuit celebratissimus. Non pauci ex antiquis eius mentionem fecerunt; laudarunt enim Erotianus, Galenus, Aëtius, Palladius, Paulus. Plures locos e Prognostico in opus suum transtulit Celsus; nonnulli veteres hunc librum sunt interpretati, quos, quoad fieri potest, cognoscere operae pretium est."

Et de Prognostico Hippocrati ipsi adscribendo me hodie longe diverso modo sentire iam significavi et infra quare ita sentiam dicam. De iis vero, quae de interpretibus in illa praefatione sunt dicta, inculpante licet discipulum meum Darembergio, nihil detraho. Quin operae pretium videtur locum in hanc editionem recipere.

„Plures suo tempore fuisse huius libri interpretes testatur Galenus in comm., ubi (p. 17. Ed. Kühn.): τί ποτ' ἐστὶ τὸ θεῖον, inquit, οὗ κελεύει ποιεῖσθαι τὴν πρόγνωσιν διαπεφώνηται τοῖς ἐξηγησαμένοις τὸ βιβλίον, ἔνιοι μὲν γὰρ οἴονται διὰ θεῶν τινὰ ὀργὴν γίγνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις νοσήματα κ. τ. λ.; et paulo post: μήτ' οὖν οἰόμεθα τὴν ἐπιλημψίαν θεῖον εἶναι νόσημα, μηδὲ τὸν ἔρωτα· καὶ γὰρ καὶ τοῦτόν τινες ὑπολαμβάνοντες ἀληθῆ μὲν ἔγραψαν ἱστορίαν, ὡς Ἐρασίστρατος ἐφώρασε δι' ἔρωτα τὸν τοῦ βασίλεως ἀρρωστοῦντα υἱόν, θεῖον δ' οὐκ ἐδίδαξαν οὐθ' ὑπὸ Ἐρασιστράτου καλούμενον, οὔθ' ὑπὸ Ἱπποκράτους, οὔθ' ὑπ' ἄλλου τινὸς ἰατροῦ τὸν ἔρωτα. et pag. 19. in fine: τὸ τῶν κρισίμων γένος ἡμερῶν εἰπὼν εἶναι, θεῖον ἑαυτοῦ τι πάθος ὡμολόγησεν, οὐ μὴν Ἱπποκράτους γε τὴν γνώμην ἔδειξε. Habemus exemplum interpretationis variae τοῦ θείου Hippocratis in morbis a diversis antiquis in medium prolatae; quae quemadmodum Galeno displicebat, ita saepius a suae aetatis eruditis opinione differebat; quorsum spectat etiam locus (p. 20.) ubi: ὡς μὴ μέμφεσθαί μοι, inquit, παραλιπόντι πολλὰ, τῶν τοῖς ἐξηγηταῖς εἰρημένων μοχθηρῶς."

„Antiquissimus, cuius nomen ad nos pervenit, interpres, seu potius adversarius prognostici, fuit Herophilus: Galenus in comm. (p. 16.) sibi visum esse dicit ἐξετάσαι .... αὖθις ἐπὶ σχολῆς πλείονος ἐν ἑτέρᾳ πραγματείᾳ καὶ διασκέψασθαι περὶ τῶν ὑπὸ Ἡροφίλου πρὸς τὸ προγνωστικὸν Ἱπποκράτους ἀντειρημένων. Nec vero valde placuisse hanc scriptionem Galeno ultro patet ex iis, quae paulo post (p. 20.) habet: διὸ καὶ τὰ κακῶς ὑπὸ Ἡροφίλου γεγραμμένα πρὸς τὰς Ἱπποκράτους προγνώσεις ἀνεβαλλόμην ἐπισκέψασθαι. Paulo ante vero (p. 14.) κατὰ πλεῖστα βαρβαρίζοντας dicit τοὺς περὶ Ἡρόφιλον. Et sane saepius mentionem facit mirae distinctionis Herophili: narrat enim (p. 12.) τοὺς περὶ Ἡρόφιλον τὴν πρόγνωσιν τῆς προρρήσεως διορίζειν. Quod quomodo factum sit, paulo post tradit (p. 13.), ubi: οἱ δὲ περὶ τὸν Ἡρόφιλον, inquit, ἡγοῦνται τὴν μὲν πρόγνωσιν τὸ βέβαιον ἔχειν, τὴν πρόρρησιν δὲ οὐκέτι. Cum quo

©BIUM

loco conferri debet initium comm. in Prorrh. I.: οὐ μὴν οὐδὲ τὴν Ἡροφίλου νομοθεσίαν ἀποδεκτέον ἐπιχειροῦντος διωρίσθαι πρόγνωσιν προρρήσεως τῷ βεβαίῳ τε καὶ οὐ βεβαίῳ. Itaque si ex eiusmodi exemplo de ceteris iudicare licet, haud ita magnum damnum intulit interitus huius libri Herophilei; nisi fortasse excipiendum sit, quod simul perierunt varr. lectt., quae textui reficiendo prodesse potuissent."

„Eiusdem Herophili commentarii meminit Coel. Aurel., qui p. 536: „Herophilus vero, inquit, libro, quem ad Hippocratis prognosticon scripsit." Fortasse eodem referendus Erotiani locus in voce ἀλυσμόν, quae e § 4. Prognostici ab illo desumpta est; nam ibi: ἀλλ' ὡς εἰκός, inquit, ἐπλάνησεν αὐτὸν (i. e. Βακχεῖον) Ἡρόφιλος, συνώνυμον θεὶς τὸ ἀλύειν τῷ πλανᾶσθαι. Haec de Herophilo."

„Galeni in Prognosticum commentarios tres integros hodie adhuc possidemus, quibus tamen quum ab interpretibus et editoribus non semel iusto maior fides habeatur, non abs re fore credo, si ipsum audiamus Pergamenum, de opere suo narrantem. Initio igitur comm. 3. in hunc librum nostrum: δύο, inquit, πραγματείας ἔχετε (πρὸς ὑμᾶς γὰρ λέγω τοῦτο τοὺς ἑταίρους, ὅσοι κατηναγκάσατέ με μὴ προηρημένον ἐξηγήσεις γράψαι τῶν Ἱπποκράτους συγγραμμάτων), ἐν αἷς ἅπαντα περί τε κρισίμων ἡμερῶν εἴρηται καὶ κρίσεων, ἴστε δὲ ὅτι καὶ αὐτὰς οὐκ ἐκδοθησομένας, ἀλλ' ὥσπερ ὑμῖν μόνοις ἐσομένας ἔγραψα, συνέβη δ'ἐκπεσεῖν αὐτὰς καὶ παρὰ πολλοῖς εἶναι, καθάπερ, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ἡμῖν γεγραμμένων, ὅθεν οὐδ' ἐξηγεῖσθαι προηρούμην ἐν ὑπομνήμασιν οὐδὲν τῶν Ἱπποκράτους βιβλίων· ὅσα γὰρ εἰς τὴν τέχνην χρήσιμα παρ' αὐτοῦ μαθεῖν ἔδει, γέγραπταί μοι κατὰ πολλὰς πραγματείας ἅμα ταῖς οἰκείαις ἐξηγήσεσιν. ἐπεὶ δ'ἔνιαι τῶν λέξεων ἀσαφέστερον εἰρημέναι μοχθηρᾶς ἐξηγήσεως ἔτυχον, ὡς ἀρέσκειν ὑμῖν μηδένα τῶν γραψάντων ὑπομνήματα, βέλτιον δὲ αὐτῶν στοχάζεσθαι τῆς Ἱπποκράτους γνώμης ἐδόκουν ὑμῖν ἐγὼ, διὰ τοῦτό με καὶ διὰ γραμμάτων ἠξιώσατε παρασχεῖν ὑμῖν, ὅπερ ἐν ταῖς διὰ λόγων συνουσίαις ἠκούσατε, [τοῦτ' αὐτὸ] κἀγὼ προεῖπον ὑμῖν, ὡς ἀναγκαῖον ἔσται τὰς ἐξηγήσεις ἀνωμάλους ἔσεσθαι, ἤτοι μὴ πάσας ὁμοίως ἐξηγουμένου μου τὰς λέξεις, ἀλλὰ τελεώτερον μὲν, ὑπὲρ ὧν οὐδαμόθι τῶν ἐμῶν πραγματειῶν ἐμνημόνευσα· διὰ κεφαλαίων δὲ περὶ ὧν ἤδη τελέως ἐν ἐκείναις διῆλθον, ἵνα μὴ πολλάκις ὑπὲρ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀναγκαζώμεθα γράφειν. Locus longior, qui vero lectu perutilis est, ut noscamus Galeni operam in libro nostro exponendo positam: et cum quo conferenda sunt verba supra adlata, ubi dicit, se postea velle ἐπὶ σχολῆς πλείονος agere de iis, quae minus recte Herophilus in Prognostico reprehenderat. Nimirum Galenus potius levem opellam commentariis suis tribuit, quam accurate et sedato animo Hippocratis verba perpendit."

„Verum nefas profecto h. l. silentio transire quae habet cap. 6. libri περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων. In quo seqq. leguntur: οὔτ' ἄλλο τι τῶν ὑπ' ἐμοῦ δοθέντων φίλοις ἤλπισα πολλοὺς ἕξειν, οὔτε τὰ τῶν Ἱπποκρατείων συγγραμμάτων ἐξηγητικά· τὴν ἀρχὴν γὰρ αὐτῶν οὐδὲν γυμνάζων ἐγράφην (immo ἔγραψα) εἰς αὐτὰ ποθ' ὑπομνήματα, καθάπερ ἐποίησα τῆς ἰητρικῆς θεωρίας ἁπάσης καθ' ἕκαστον μέρος ἐμαυτῷ παρασκευάσας, αἷς ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν ἰατρικὴν τέχνην ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένα περιέχεται διδασκαλίαν ἔχοντα σαφῆ τε ἅμα καὶ παντοίως ἐξειργασμένην· ἰδίᾳ μὲν γὰρ περὶ κρισίμων ἡμερῶν ἔγραψα κατὰ τὴν Ἱπποκράτους γνώμην, ἰδίᾳ δὲ περὶ κρίσεων, ἰδίᾳ δὲ περὶ δυσπνοίας· ἑκάστου

©BIUM

τε τῶν ἄλλων· ὅλην δὲ τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον ὡσαύτως ἐν τέσσαρσι καὶ δέκα βιβλίοις ἐποιησάμην, ἅπαντα [τὰ] θεραπευτικὰ καὶ πρὸς αὐτοῖς ταύτην [ἅτε] κατὰ τὴν ἐκείνου γνώμην. ἐξηγήσεις δὲ καθ' ἑκάστην αὐτοῦ λέξιν ἤδη πολλοῖς τῶν πρὸ ἐμοῦ γεγραμμένας οὐ φαύλως εἶναι (supple ἰδὼν), εἴ τι μοι μὴ καλῶς ἐδόκουν εἰρηκέναι, περιττὸν ἡγούμην ἐλέγχειν· ἐνεδειξάμην δὲ τοῦτο δι' ὧν πρώην ἔδωκα τοῖς παρακαλέσασι· σπανιάκις ἐν αὐτοῖς εἰπών τι πρὸς τοὺς ἐξηγουμένους αὐτά. τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐδ' εἶχον αὐτῶν ἐν Ῥώμῃ τὰ ὑπομνήματα, πάντων ὧν ἐκεκτήμην βιβλίων ἐν Ἀσίᾳ μεινάντων· εἴ που τοίνυν ἐμεμνήμην ὑπό τινος αὐτῶν πάνυ τι μοχθηρῶς εἰρημένον, ὡς μεγάλως βλάπτεσθαι περὶ τὰ τῆς τέχνης ἔργα τοὺς πιστεύσαντας αὐτοῖς, ἐπεσημηνάμην τοῦτο· τὰ δ' ἄλλα πάντα κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην εἶπον ἄνευ τοῦ μνημονεῦσαι τῶν ἄλλως ἐξηγουμένων."

„Patet ex hisce quam parum instructus ad explanationes suas conscribendas delatus sit Galenus. Puto autem lectorem iam fidem mihi habiturum esse, affirmanti non nisi cautissime Galeni ἐξηγήσεις hodie nobis esse adhibendas, de quibus quid sentiam in medio proferam confidentius, postquam quid ipse de se profiteatur audivimus."

„Galenus plurimis locis textum Hippocratis contulit cum suae aetatis apographis: itaque causam cur non recipiamus lectiones vere praestantiores, quas hic illic describit, video nullam. Fit interdum ut ipse deteriorem non solum ab aliis traditam sequatur, sed vel de suo illatam cupiat; itaque criticam facultatem in Galeno omnino desidero nec nisi prudenter eius de textu ipso monitis obsequendum est. In ipsarum rerum explanatione profecto non est negligendus, quum saepius, utpote medicus eruditus, his egregiam lucem adferat; sed tamen hic etiam cavendum ne nimis confidenter eius vestigiis insistamus; nam ipso auctore teste non tantam quantam adhibere potuisset curam commentariis impendit; tum vero plura e sua sententia diiudicat, non ex Hippocratis mente, licet in comm. (p. 17.) dicat οὐ γὰρ ἁπλῶς πρόκειται λέγειν ἐν ταῖς ἐξηγήσεσιν ὅ τι περ ἂν ἡμῖν ἀληθὲς εἶναι δοκῇ, ἀλλὰ τὸ κατὰ τὴν τοῦ συγγραφέως γνώμην, κἂν ψευδὲς ᾖ, cuius egregii praecepti non semper ipse memor fuisse videtur. Praeterea ad Prognosticum praenotiones Coacas non contulit, quod quantum faciat ad huius scripti intelligentiam mox patebit, cum eius argumentum percurremus, ut de rerum inter se nexu constet."

„Res praeterea notatu dignissima haec est; quem hodie ad Galeni commentarium adscriptum habemus, Hippocratis textus non ubivis eandem refert lectionem, quam Pergamenus ob oculos habuit. Pessime autem cum isto contextu actum est a Chartierio, qui e cod. Med. Foësii inprimis multa in textum invexit, de quibus ne per somnium quidem cogitavisse videtur auctor."

„Haec de Galeno. Verbulo moneo de scholiis in Prognosticum a Dietzio editis."

„Sunt illa scholia Stephani philosophi talia, qualia ex illa aetate exspectaveris. Galenum legit, saepissimeque huius commentarios describit, subinde res eiusmodi addit, quibus facile caremus. Quomodo Galenum legerit, exemplo ostendam. Hic nempe initio commentarii: ἐδέησε δέ, inquit, αὐτῷ τοῦ προοιμίου κατὰ τοῦτο τὸ σύγγραμμα, καίτοι γε οὐ πάνυ τι προοιμίοις χρωμένῳ, διά τινας ὡς εἰκὸς ἰατροὺς τῶν κατ' αὐτὸν, οἵοι καὶ νῦν εἰσι τῶν μεθοδικοὺς ἑαυτοὺς ὀνομαζόντων, ἰατροῦ μὲν ἔργον εἶναι φάσκοντες ἢ τοι φυλάττειν τὴν οὖσαν ὑγείαν, ὡς ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων, ἢ ἀναλαμβάνειν τὴν διεφθαρμένην, ὡς ἐπὶ τῶν

©BIUM

νοσούντων· μάντεως δὲ τὸ προλέγειν τὸ γενησόμενον. Ne haec Galeni quidem observatio acumine se commendat, sed potius huius garrulitati est tribuenda. Verum ecce vide quam belle Stephanus ille ista in suum librum transtulerit! Ἄξιον, inquit, ἀπορίας ὅτι πῶς ὁ Ἱπποκράτης (ὅ τι ποτὲ ὁ Ἱππ.?) μὴ εἰωθὼς ἐν τοῖς οἰκείοις συγγράμμασι προοιμίῳ κέχρηται. καὶ λέγομεν ὅτι διὰ τοὺς μεθοδικοὺς τῷ προοιμίῳ ἠναγκάσθη χρήσασθαι, ἵνα ἀποδείξῃ ἀναγκαίαν τὴν πρόγνωσιν. ἐκεῖνοι γὰρ πάντη ἀνῄρουν τὴν πρόγνωσιν λέγοντες μηδὲν ὅλως λυσιτελοῦσαν τῷ ἰατρῷ. ἔφασκον γὰρ ὅτι ἰατροῦ ἐπιστήμονός ἐστι τὸ τὴν ὑγείαν φυλάττειν καὶ τὸ τὴν διεφθαρμένην ὑγείαν ἀνακαλέσασθαι, τὸ δὲ προγινώσκειν μάντεώς ἐστιν ἢ προφητῶν τινων. ὁ οὖν Ἱπποκράτης θέλων ἐλέγξαι τοὺς μεθοδικοὺς καὶ ἀναγκαίαν ἀποδεῖξαι τὴν πρόγνωσιν τῷ προοιμίῳ ἐχρήσατο. — Vides quam scite hic Galeni verba in suum usum convertat! scilicet Hippocratem redarguere methodicos! Ex hoc quidem exemplo hominem cognoscimus. Nec tamen editori negligendus est: textum Galeni fere refert, quemadmodum pedetentim hunc in commentario sequitur, sed propter id ipsum, quod lectiones subinde firmat, vel additamenta recentiora non habet, diligenter est adhibendus: reliqua, quae tradit, vix ullius sunt pretii."

„Sufficiant haec de interpretibus."

Itaque pergo ad librum ipsum, de quo cum dicere aggredior, vereor ne nonnullis nova sectari videar, quasi aliquid quod παράδοξον sit propter id ipsum quod nemo ante me ita senserit defendere velim, hunc librum Hippocrati esse abiudicandum contendens. Res tamen mihi certa videtur et postremis demum annis eam rite perspicere coepi, ita ut argumentis sane non levibus eam munire possim. Ipse L. B. iudicabit num longe quaesita, contorta, levia proferam, ut opinionem ex errore natam defendam, an contra verum sit et simplex quod demonstro.

Primo me advertit unum vocabulum, aut duo si velis, quae in Prognostico aliquoties inveniuntur et me docuerunt quo modo res se habeat: sunt scilicet adiectivum περιεστικός et adverbium περιεστικῶς. Semper miratus sum Hippocratem tam mirae formae vocabulum usurpavisse, sed eodem usus est ille, cui locos debemus interpolatos Epidemiorum I° et III°. Mihi autem iam firmiter persuasum est Prognosticum e praenotionibus Coacis esse compositum ab eodem homine, cuius interpolationes, quas indicavi, Epidemiorum I° et III° intermistae sunt, et qui fortasse eos libros in eam, quam hodie cernimus, formam redegit; quamquam hoc nunc admodum dubitanter propono; sed hac de re ad ipsos epidemiorum libros diligentius agere est animus. Nimirum ex veteribus nemo nisi interpolator iste et auctor s. compilator Prognostici eo vocabulo est usus; nam quod in libello de diebus iudicatoriis (p. 149. Kühn.) legitur, nihil huc; est enim locus ex ipsa interpolatione in Ep. I. descriptus. Et ne quid reticeam, advertit aliquando locus e libello de crisibus (p. 137. Kühn.), ubi: οἷς ἐν πυρετῷ μὴ θανατώδει κεφαλῆς ἄλγημα καὶ τὰ ἄλλα περιέστηκε σημεῖα, χολὴ τούτων κρατεῖ; quippe primo dubitavi, num forte aliud quid quale περιεστικά in περιέστηκε lateret; sed neque hoc credo, neque etiamsi esset re ipsa scriptum me moveret, quum ipse locus mutatis paululum verbis e Prognostico in illum libellum multo recentiorem sit translatus. Consule praeterea Foësium in Oecon. vocem e nullo alio libro quam e duobus, quos dixi, citantem. Neque vero puto te negaturum esse interpolata esse ea, quae p. 181. huius editionis et p. 222. tan-

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 39 sur 880

©BIUM

quam παρεγγεγραμμένα uncis inclusi; si velis negare, te iam dimittam ad ea, quae §. seq. de his dicentur, ubi rem data opera explorabimus.

De ipso autem illo vocabulo περιεστικός et modo, quo hic usurpetur, verbulo dicam. Mihi quidem semper mira forma nominis visa est; etiamsi Lobeckius Paralip. Gr. Gr. p. 241. formam cum aliis analogiam aliquam habere doceat, negari non potest vocem originem ducere a περιέσται. Nempe quum duae προρρήσεις summae fere essent, ut de aegro affirmarent: ἀποθανεῖται!, vel περιέσται!; ab hac praedictione nomen formatum est et aeger περιεστικός dictus, de quo affirmari potuit ὅτι περιέσται et signa περιεστικά dicta sunt, quae ostenderent aegrotantem ad sanitatem esse rediturum, ut de eo liceret dicere ὅτι περιέσται. — Itaque vocabulum, quod umbraticus quidam magister antiquo tempore usurpavit, pro vocabulo Hippocrateo a medicis Graecis recentioribus arreptum est et saepissime corruptum et ita propagatum per seculorum plurium cursum. Quodsi tamen velles negare mirum vocabulum esse, nec Hippocrate dignum; non potes sane negare duobus tantum in libris, quos citavi, id occurrere et indicio esse hos eiusdem originis esse.

Sed videndum etiam quomodo in Prognostico occurrat: primum id noto p. 136, § 17, ubi καὶ ἄλλο τι τῶν περιεστικῶν πρὸς τούτοισι τοῖσι σημείοισι ὑποδεικνύῃ, quibus verbis nihil respondere video in Coaca 493.; tum legitur p. 141. § 24., ubi περιεστικόν, sed in Coaca 390. σωτήριον legimus; porro p. 146. § 33., ἢν ... ὑπηρετέηται περιεστικῶς ὑπὸ τῶν λοιπῶν πάντων τῶν περιεστικῶν σημείων, dum in Coaca legitur τά τε ἄλλα σωτηρίως ἔχοιεν; sequitur locus p. 152. § 43. περιεστικῶς διακειμένου τοῦ ἀνθρώπου, ubi in Coaca 143. τοῖσι χρονίζουσι ἀσφαλέως. Itaque ubi σωτήριος, σωτηρίως, ἀσφαλέως in Coacis reperit, περιεστικός, περιεστικῶς subinde dedit Prognostici compilator.

Sed ita statim perducor ad aliam quaestionem, sitne in Prognostici oratione aliquid, quod ab Hippocratis simplici voce, quae, quum ab ipsa natura sponte proveniat, minime scholae umbram redolet, discrepet? Et primum redeo ad illud ὑπηρετεῖσθαι περιεστικῶς ὑπὸ τῶν λοιπῶν πάντων τῶν περιεστικῶν σημείων. Estne hoc conveniens cum Hippocratis solita orationis simplicitate ὑπηρετεῖσθαι ὑπὸ τῶν σημείων? Imo vero non est, nec nisi cum affectata gravitate et inepte dicitur. Sed ni fallor istius tumoris plura exempla colligere licet. Si velis tanquam Hippocrateam dictionem ferre, quamquam ego non fero, quod p. 128. habetur τῇ τέχνῃ ἀνταγωνίσασθαι πρὸς τὸ νόσημα, at quid p. 129. λιμῶδές τι ἔχει τὸν ἄνθρωπον? Quid p. 130. αἱ ὑποφάσιες τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσι ὕπνοισι? Ubi nisi subiungeretur ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται τοῦ λευκοῦ τῶν βλεφάρων ξυμβαλλομένων, non intelligeres quid sibi vellet αἱ ὑποφάσιες τῶν ὀφθαλμῶν. Aut Coaca consentiens, simplicissime καὶ βλέφαρα μὴ συμβάλλειν ἐν τῷ καθεύδειν ferens, aut ipsa epexegesis compilatoris nostri te sententiam docebit, aut non intelliges τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν; quin operae pretium est notare quam Aretaeus id senserit, cum eodem vocabulo usus p. 5. vs. 2. mihi diceret: οὐ ξυμβάλλουσι τὰ βλέφαρα, ὡς καὶ τὰ λευκὰ ὁρῆσθαι ἐξ ὑποφάσιος. Advertit me item p. 143. § 27. χρὴ τὰς προρρήσιας προλέγειν; nempe scholam hoc redolet et tempora, quibus αἱ προρρήσεις tanquam certum quid de morbo prolaturis a medicis postulabantur et convenit hoc dictum cum eo, quod Ep. VII. legi et ad titulum Coacarum excitavi initio § superioris, ubi in media historia morbi πρόρρησις ὅτι κ. τ. λ.; ac simile quid habetur Ep. VII. § 46. πρόρρησις, — ὀπισθό-

©BIUM

τονος. Neque tacitus praetereo quod p. 145. lego ἡ γαστὴρ ὑποχωρέει, quum in vetustis monumentis ἡ κοιλίη διαχωρέει legatur, uti re ipsa scribitur Coaca 402. consentiente; scilicet in Epidd. spuriis saepissime ἡ γαστήρ usurpari vidi, ubi in Ep. I. et III. constanter ἡ κοιλίη cf. adn. ad. Ep. IV. p. 535. Nec puto te mihi obiecturum esse quod Coaca 497. usurpatur ἐπὶ γαστέρα κεῖσθαι, quippe hoc longe aliud quid esse sentis; item ratio in aprico cur in lib. de aëre, aquis et locis, ubi saepe ἡ κοιλίη, αἱ κοιλίαι occurrit, p. 250. legas γαστέρας σκληράς τε καὶ λεπτὰς καὶ θερμάς, nam adiectivum λεπτάς facit ut ibi γαστέρας ponatur; τοῖς λεπτὴν τὴν γαστέρα ἔχουσι oppositi sunt οἱ προγαστρότεροι p. 282. Et quam accurate inter κοιλίην et γαστέρα distinxerint, docet etiam dictio ἐν γαστρὶ ἔχειν, neque enim ἐν κοιλίῃ ἔχειν mulier potest. In libro de victu acutorum constanter ἡ κοιλίη de tractu intestinorum. Advertit etiam p. 148. dictio πυρετοὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων βεβῶτες, — est hoc sane maxime remotum a simplicitate sermonis Hippocratei, a qua item remotum quod p. 153. legis χειμάζονται δὲ μάλιστα πεμπταῖοι. Neque aptum est, quod p. 155. dicitur, περὶ τῶν τεκμηρίων καὶ τῶν ἄλλων σημείων. Verum quidem est recentiores diversas significationes nominibus τεκμήριον et σημεῖον h. l. dare voluisse, sed tamen in toto libro de nulla re sermo est, quae non sit σημεῖον, mihique dictio videtur pertinere ad solitam illam nominum diversorum idem fere significantium coacervationem, qua omni tempore doctrinae species affectatur et gravitas sermonis.

Iam vero in nonnullis fortasse a me dissenties, sed tamen ὑπηρετεῖσθαι ὑπὸ τῶν σημείων idque περιεστικῶς non defendes, neque πυρετοὶ βεβαότες ἐπὶ σημείων ἀσφαλέων, neque dices simplicem esse orationis formam ἀνταγωνίσασθαι τῇ τέχνῃ πρὸς τὸ νόσημα, neque χειμάζεσθαι aegrotantes, neque negare poteris quod de nomine γαστήρ protuli.

At sunt alia plura: est enim locus, de quo in adn. p. 128. iam aliquid dixi et de quo rursus videndum. In huius libri prooemio compilator noster praecipit ut medicus cognoscere studeat, εἴ τι θεῖον ἔνεστι ἐν τῇσι νούσοισι, quum tamen Hippocrates in libro de aëre, aquis, locis aperte dicat (p. 277.): ἐμοὶ δὲ καὶ αὐτῷ δοκεῖ ταῦτα τὰ πάθεα θεῖα εἶναι καὶ τἆλλα πάντα καὶ οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου θειότερον, οὔτε ἀνθρωπινώτερον, ἀλλὰ πάντα ὁμοῖα καὶ πάντα θεῖα· ἕκαστον δ' ἔχει φύσιν τῶν τοιούτων καὶ οὐδὲν ἄνευ φύσιος γίγνεται, et (p. 279.) ἀλλὰ γὰρ, ὥσπερ καὶ πρότερον ἔλεξα, θεῖα μὲν καὶ ταῦτά ἐστι ὁμοίως τοῖς ἄλλοις· γίγνεται δὲ κατὰ φύσιν ἕκαστα. Quod his locis ex libro de aëre, cett. docemur non congruit sane cum verbis e Prognostici initio adlatis, quin non congruere omni tempore fere viderunt, sed difficultatem alii alio modo subterfugere studuerunt; ipse etiam volui effugere, quum hunc librum discipulo edendum traderem et adnotavissem: „Hinc Petersen (p. 23.) et Littréus (II. p. 99.) efficere studuerunt Prognosticum ante tractatum de aëre, cett. esse compositum, Hippocratemque suam, quam h. l. prodit, sententiam ibi refellere. His non adsentior; me iudice senex Cous h. l. e vulgari suae aetatis hominum more et sententia loquitur, illic autem quid ipse re vera de morborum divina, ut aiebant, origine sentiat, exponit." — Alio modo rursus Darembergius nuper (p. 155. l. l.) „Le mot τι θεῖον a beaucoup embarrassé les commentateurs et a donné lieu a des explications toutes plus inadmissibles les unes que les autres, au lieu de s'en referer au sens précis et rigoureux de ce mot (pris constamment par Hippocrate comme signifiant *influence*, mais non pas toujours *infliction divine*),

©BIUM

et au contexte du pronostic, les critiques, et Galien à leur tête, ont fait dependre leur interprétation d'une question indirecte et secondaire d'authenticité." Equidem certo scio Darembergium falso interpretari τὸ θεῖον, s. τι θεῖον *influence*, neque volo sensum vocabuli detorquere de solita significatione propter quaestionem de auctore Prognostici, sed contra vim solitam vocabulo relinquens ex eo collato cum locis e libro de aëre, aquis et locis, quos dixi, efficio Prognosticum et librum illum non tribuendum esse uni auctori; res, de qua in libro de aëre cett. sermo est, alte inhaerebat in animo scriptoris, neque idem homo ita sibi contradicere potuit, certe non ingenium quale Hippocratis.

In peroratione vero libri est item aliquid, quod semper miratus sum: nempe p. 154. § 47. legimus χρὴ δὲ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς προγιγνώσκειν..... τὰ σημεῖα ἐκμαθόντα πάντα δύνασθαι κρίνειν λογιζόμενον τὰς δυνάμεις αὐτῶν πρὸς ἀλλήλας, ὥσπερ διαγέγραπται περί τε τῶν ἄλλων καὶ τῶν οὔρων καὶ τῶν πτυέλων, ὅταν πῦόν τε ἀναβήσσῃ καὶ χολήν. De universi moniti praestantia nihil dicam; est enim verissimum quod docemur, sed quid in universalibus istis sibi vult illud ὅταν πῦόν τε ἀναβήσσῃ καὶ χολήν? est hoc ineptum, tum quia non ea solum, quae memorat, de sputo observanda sunt, sed alia plura, de quibus in Prognostico agitur ipso, tum quia, uti dixi, eiusmodi quid peculiare universalibus reliquis miro modo interponitur.

Sed iam aliud quid in censum venit, scilicet vere necne Darembergius eumque secutus Littréus statuerint Coacas illas excerptas esse e Prognostico.

Daremberg ius p. 135. l. l. et p. LXXXVI. introductionis loquitur de ordine, quo res in Prognostico sint dispositae, ita ut statuat librum, in quo ordo tam exquisitus, certus, lucidus appareat, non potuisse consarcinari e locis non in certum ordinem redactis et dissolutis.

Equidem primum dicam nos hodie de ordine quo loci Coacarum vetustiores et in Prognosticum translati olim fuerint dispositi, iudicium ferre non posse.

Tum dicam mihi dubium videri, num ii, qui non viderint in libro esse integram § insiticiam et a libri argumento alienam, § 42am volo, re ipsa satis diligenter libri argumentum et rerum in eo nexum exploraverint.

Tertio loco dicam ipsum Darembergium fateri in singulis Coacarum locis res aptiore consecutione interdum descriptas esse, quam in Prognostico. Vide p. LXXXVIII. prolegomenorum.

Quarto loco dicam mihi ordinem in nonnullis saltem Prognostici partibus tam laxum esse visum et incertum, ut semper crederem, nos potius huius tractatus fragmenta conglutinata nunc habere, quam integrum, quemadmodum olim e manibus s. auctoris s. compilatoris prodiit.

Verum age! percurramus librum, neque enim amplum volumen est. Credo me nonnulla in aptiorem sedem et quam libri descriptor voluerit, transtulisse ex ea, quam antea occupabant; neque Prognostici compilatori tribuam, quod librariorum oscitantiae debetur. Sed ne vel sic editus libellus obfert tam aptam materiae dispositionem, quam perhibent. Quid enim?

Post prooemium sequitur § 2. locus de signis in facie, § 3. de oculis § 4. de decubitu et somno, cui adhaeret § 5. de dentium stridore, qui quum in pueris per somnum saepe fiat, intelligimus eum ibi facile inseri potuisse. Iam vero § 6. locum habemus de ulceris ha-

©BIUM

bitu ante mortem; sed hic materiae dispositio tam parum certo ex ordine facta est, ut si § 6ª pone 7ªm, aut 8vam posita esset, non animadverteremus ordinis perturbationem. De manuum motu agit § 7ma, 8va de respiratione, quae apte eo loco ponuntur, quatenus de externo habitu aegri summatim hic agitur. Sed quare § 9. de sudoribus dicere incipiat, dum de excretis per alvum et de urinis serius demum agit, non facile dixeris. Sequuntur iam loci de hypochondriis § 10. 11. 12. 13., cum quo postremo cohaeret quod de pure § 14. annotatur. Sed quare iam sequatur locus de hydropis speciebus § 15. non ita sponte patet. Item incertum quare § 16ª iam sequatur, quin § 17ª profecto potius pone quartam describi potuisse aut debuisse videtur, quam quo loco nunc legitur; verum etiam § 19. multo magis cohaeret cum § 4ª de decubitu, quam ut tam longo intervallo tamque alienis interpositis inde distet. Sequuntur iam § 20. 21. de excretis per alvum, § 22. de urinis, § 23. de vomitu et § 24. de sputis, cum quibus coniunctam velles, uti supra iam dixi, § 9. de sudoribus. A sputis dein pergitur ad empyemata § 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32, dein § 33. et 34. de aliis abscessibus agitur, quibus peripneumoniae terminentur, cum qua re non inepte coniungitur locus de metastasi a partibus inferioribus ad superiores § 35. Sed iam rursus quaero, quis certus ordo sit in sequentibus, ubi § 36. de vesicae inflammatione agitur, § 37. 38. de dierum iudicatoriorum certa forma κατὰ τετράδα, § 39. de cephalalgia § 40. de otitide, tum de faucium inflammatione, porro § 43. de febrium sine manifesta phlogosi topica per abscessus terminatione, qui locus rursus magis cum § 37. 38. coniunctus esse videtur quam cum vicinis? — Dein § 44. de vomitu bilioso in febribus agitur, § 45. de sanguinis per nares effluxu et § 46. series rerum concluditur convulsionum in pueris commemoratione.

Haec cum perpendo, sententia mea eo redit, ut facile intelligam non requirendum esse in Prognostico ordinem systematicum, qualem in compendiis et enchiridiis nostrorum temporum cernimus, sed ut simul confidenter affirmem falli, qui dicat rerum dispositionem in hoc libro tam certo probare opus esse continuum, ut omnem suspicionem e locis abruptis compositum esse statim exstinguat. Itaque certe primum illud Darembergii argumentum, quo probari putat necessario Prognosticum fontem fuisse Coacarum illarum, profligasse mihi videor, itemque simul alterum, quo obiicit mirum esse non alios locos item e Coacis translatos esse in Prognosticum, si hoc ex illis sit ortum; nam nemo quisquam neque de Praenotionibus, neque de Prognostico certo affirmare poterit non multas horum librorum, aut eorum, e quibus orti sint, partes periisse.

Quod attinet ad Costéi animadversionem verosimilius esse Prognosticum e Coacis natum esse quam contra has ex illo, quia facilius credas e locis distractis librum uno tenore descriptum componi quam contra, neque ego hanc magni facio. Nam licet aliunde certo sciam Prognosticum e Praenotionibus compilatum esse, non mihi constat de Praenotionum pristina forma, quae nobis quidem hodie speciem disiunctarum sententiarum referunt, sed quae num olim opus quoddam continuum composuerint, ignoramus.

At aliud quid est: vellem esset, qui mihi dictionis specimina, qualia supra e Prognostico attuli, et quae ab Hippocratea simplicitate aliena esse dixi, adferret e Coacis cum Prognostici locis convenientibus, aut ex illis, quas item facile Hippocratem auctorem habere posse contendo. Quamdiu argumenta a diversa in libris aliis aliisque oratione desumenda negligemus, semper in iudicio de librorum auctoritate labemur; quod exemplo suo cum alii tum nuper

©BIUM

Littréus et Darembergius docuerunt, quippe qui aliorum libros cum vere ab Hippocrate scriptis sine ullo dubio confuderunt.

Sed ne quidquam praetermittamus, et licet Daremb. affirmet (p. LXXXIX) hac via ad certum iudicium perveniri non posse, comparemus inter se Prognostici locos et Coacas consentientes, ut appareat, quo nexu inter se teneantur.

Si § 2. conferamus cum Coaca 213. 192., videmus locum Coacarum esse brevem, si cum altero compares; alterum e Prognostico formam referre commentarii in alterum, idque multo magis apparere in hac § cum Coaca collata, quam aliis locis. Modus, quo praecipitur: *σκέπτεσθαι ὧδε ἐν τοῖσι ὀξέσι νοσήμασι, πρῶτον μὲν κ. τ. λ.* — dein: *ἢν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τῆς νούσου τὸ πρόσωπον ᾖ τοιοῦτον καὶ μήπω οἷόν τε ᾖ τοῖσι ἄλλοισι σημείοισι συντεκμαίρεσθαι, ἐπανέρεσθαι χρή*, — plura e sequentibus omnino referunt orationem magistri ad discipulum, neque aliud quid habemus in hac § nisi commentarium in gratiam discentium compositum in locos Praenotionum. Coacae non sunt ex illo loco excerptae; is qui excerpit non ita mutat rerum propositarum ordinem; quin mirum esset, si hoc excerptum, quod tanto brevius est loco unde desumptum esse perhibet Darembergius, quanto nullus alius locus Coacarum cum Prognostico convenientium, cum his orationis genere tamen tantopere congrueret.

Quodsi § 3. cum Coaca 218. conferamus, certe nemo iure affirmare poterit hanc ex illa esse excerptam. Puto integriorem Prognostici loco esse Coacam, cuius orationis forma antiquior est.

Locus § 4. de decubitu continet sanorum decubitus descriptionem, quae in Coaca 497. non legitur, ordo rerum propositarum hic iterum paululum mutatus est. Advertit *καὶ τὸ ξύμπαν σῶμα ὑγρὸν κείμενον*, quia similem dictionem notavi in lib Ep. VII. 84. *ὑγρὸς ἐν τῇσι κλίσισι*. Nec tamen solum propter hanc dictionem Prognosticum recentius Coacis habere velim.

Inter § 5. et Coacam 255. id interest, quod dentium siccitatis non fit mentio; sed si quis dicat forte in Prognostico periisse, quod huic parti Coacae responderit, non possim contrarium demonstrare.

Omnino § 6 de ulcere explicatior est locus quam Coaca 496.; sed ipsa Coaca forma sua ita convenit cum aliis locis aphorismorum forma descriptis in Coacis et Prorrhetico, ut sit sane vero similius Coacam antiquiorem loci formam referre, cuius Prognostici § sit exegesis quaedam.

De § 7. quum in Coaca eiusmodi locus desideretur, nihil hic habeo dicendum.

Qui § 8. cum Coaca 260. conferet, videbit non esse excerptam e Prognostico; sed in iis, quae in Prognostico legimus, habemus in fine § paene similem periphrasin atque in Prorrhesi 2. collata cum Coacae 179. parte extrema.

Circa § 9. collatam cum Coacis 572. 573. observo certum iterum esse Praenotionum locos rursus non referre excerpta e Prognostici parte illa, in qua res quidem contrahuntur, sed eae, quae proponuntur, ampliori tamen periphrasi obferuntur.

Comparanti mihi § 10. cum Coacis 279. 282. nihil inesse videtur, quod me magnopere in alterutram sententiam impellat.

In § 11. illud *ἐπανερωτᾶν χρή* rursus pertinet ad similem periphrasin, atque in § 2. indicavimus.

De §§ 12. 13. collatis cum Coaca 281. possis fortasse dubitare, num Coacae materiem praebuerint,

©BIUM

sed certo id demonstrare non poteris, ita ut quum plures loci contrarium factum esse ostendant, hic idem sit existimandum. — § 14. non habet in Coacis locum sibi respondentem.

In § 15. de hydrope habemus *τὴν γαστέρα λαπάσσεσθαι* et *ἡ γαστὴρ οὐ διαχωρέει*, ubi Coaca *λαπάσσεσθαι κοιλίην* et *ἡ κοιλίη σκληρὰ διαδίδωσι*. De quo usu nominis *γαστήρ* apud recentiores, ubi veteres *ἡ κοιλίη*, supra iam monui.

Inter § 16. et Coacam 492. tam exiguum est discrimen, ut nihil inde conficias.

In § 17. collata cum Coaca 493. habemus in Prognostico illud *περιεστικῶν*, de quo iam dixi.

Inter § 18. et Coacam 494. nihil magnopere interest, quod quidem ad rem faciat.

Posterior pars Coacae 497. et § 19. item parum inter se differunt, neque adeo quod hoc nomine ad rem faciat fere obferunt nobis. Sed operae pretium est observare quod ad rerum consecutionem in tota Coaca coniungi, quae in Progn. a se divulsa sunt, quod minus apte factum esse supra iam monui. Hoc quidem cum excerptorum ratione congruere vix quemquam affirmaturum esse puto.

Conferentibus § 20am cum partibus Coacarum 601. 604. 609. 631. certo patebit non esse has ex illo loco excerptas, sed potius Prognostici compilatorem praecipua quaedam, maioris momenti sibi visa, arripuisse et in tractatum suum transtulisse.

Convenit § 21. cum Coaca 495. et parte postrema Coacae 281., sed si locum, quem cum Coaca 281. convenientia occupant in Prognostico, conferas cum loco, quem in Coaca tenent, non negabis in Coaca aptiorem esse rerum consecutionem, quale quid supra iam ad § 19. animadverti.

Si § 22. de urinis conferatur cum partibus Coacarum 575. 572. 578. 580. 582., difficilis erit demonstratio esse excerptas e Prognostico; valet hic idem quod ad § 20. de excretis per alvum dixi. Ceterum ego non contendo omnia illa signa ex urinis et alvi excretis in Coacis et Prognostico descripta Hippocrati deberi, quin fateor id vel parum veri simile videri.

Circa § 23. de vomitu et Coacam 556. observo accuratius in Coaca *ἀλυπότατον* dici vomitum initio descriptum quam in Progn. *ὠφελιμώτατον*. Ceterum paulo explicatior rursus oratio in Prognostico omnino periphrasin refert eorum, quae in Coaca dicta sunt.

Cum § 24. de sputis consentiunt Coacae 390. 391. 399., — cum § 25. Coacae 394. 392. In his nihil magnopere observandum videtur, quod in alterutram partem iudicium inclinare faciat.

In §§. 26. 27. 28. 29. rursus non habemus, nisi amplificationem et explicatiorem orationem de rebus iisdem et ordine subinde paulum diverso quam in Coacis 393. 402. 428. propositis; nullum sane certum indicium Coacas ex illis locis esse excerptas. Idem autem affirmo de §§ 30. 31. 32. cum Coaca 402. comparatis.

In § 33. cum Coaca 393. collata video rursus explicatiorem orationem in Prognostico, in quo hoc loco illud *ὑπηρετεῖσθαι ὑπὸ τῶν σημείων*, de quo iam dixi.

Cum § 34. conveniunt Coacae 396. 431.; periphrasin hic agnosco cum paululum diversa rerum dispositione.

In § 35. et Coaca 108. explicatior sane est Prognostici oratio, sed non ausim affirmare aliquid inesse in utroque loco, quod certo demonstret, uter ex altero descriptus sit; neque alio modo sentio de § 36. comparata cum Coaca 271.

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 45 sur 880

©BIUM

Verum §§ 37. 38. quae sunt de diebus criticis conscripta sibi respondentes locos in Coacis non habent. Advertit autem hoc: quemadmodum initio dixi, nomen περιεστικός me eo perduxisse, ut interpolata in Ep. I. et III. et Prognosticum eidem scriptori tribuerem, ita mirum, nisi idem ille series istas dierum criticorum in interpolatis in Epidd. et in Prognostico literis mandarit. At, inquis, diversae series numerorum traduntur: — non nego, sed non video eas ita inter se pugnare, ut non ab eodem homine tradi potuerint. Aperte dicam me has series dierum criticorum non satis intelligere; sed video in Ep. I. tradi duplicem seriem dierum iudicatoriorum parium et imparium, in Prognostico dierum iudicatoriorum numeratorum διὰ τεσσάρων, in qua serie numeri pares et impares occurrunt; sed tales, qui habentur in serie duplici interpolatorum in Ep. I. — Itaque non est inter has series repugnantia, sed potius conspiratio. Quemadmodum igitur iis, quae in Coacis vetustis reperit, adiecit seriem dierum criticorum, ita etiam Epid. I^{um} et III^{um} in eam redigens formam, quam hodie cernimus, item ibi traditis historiis series dierum criticorum adiecit.

Sed pergimus ad reliquas §§ Prognostici: § 39. cum Coaca 160. convenit, idque unum observavi, orationem in Prognostico esse aliquanto explicatiorem. Idem valet de § 40. cum Coaca 182. collata, ubi tamen multo certius mihi apparet locum Prognostici esse Coacae periphrasin. De § 41. cum Coacis 276. 363. 364. 365. comparata idem sentio. De § 42., quum manifesto aliena sit a Prognostico, taceo.

§ 43. paululum explicatiore oratione eadem refert, quae Coaca 143.; sed non inest, quod ceterum advertat, nisi illud περιεστικῶς, de quo iam dixi.

In Coacis non habent sibi respondentes locos § 44. 45.; cum Coaca 109. convenit § 46., quae addita habet de aetate, qua convulsiones fieri solent, quae in Coaca non leguntur.

De libri conclusione iam supra aliquid dixi; de universa eius forma puto negari non posse declamatorii generis aliquid adhaerere, quod minus cum Hippocratea simplicitate congruit.

Ecce! comparavimus Prognosticum cum locis consimilibus Praenotionum; quo eventu vero fecimus? Nusquam certa indicia reperio, quod ipse Darembergius etiam fatetur, Coacas excerptas esse e Prognostico. Contra multo graviora sunt documenta, unde conficias contrarium factum esse. Neque momento caret series illa dierum criticorum, quae in Praenotionibus non habetur et quae magis etiam facit, ut Prognosticum Epidemiorum interpolatori tribuas, cum contra oratio locorum e Coacis nihil, ne vel tantillum quidem habeat, quod a simplice, aperta et a fuco quolibet alienissima oratione veterum monumentorum Hippocrateorum recedat. Itaque etiam alterum illud Darembergii argumentum corruit.

Sed praeterea si quaeramus, unde Darembergii opinio primum originem traxerit, res eo redit. Diligenter et cum fructu Coacas explorans, vidit locos e recentibus libris introductos esse in Coacas, unde effecit librum Coacarum recentibus illis recentiorem esse debere; quum autem de Prognostico ipso nemo dubitavisset quin Hippocratis opus esset, Coacae, quia recentiores illi viderentur, ex Hippocratis opere i. e. e Prognostico excerptae ab illo habitae sunt. Qua in re ad orationis genus non attendit animum. Quum hoc negligeret, non vidit Coacas esse compilationem eiusmodi, quam qui confecit locos undecumque desumptos ad idem caput pertinentes e libris vetustis eo congessit, ita ut locos describeret, ordine alio disponeret, sed de suo nihil adderet; contrario modo fecit compilator Prognostici, nam hic et locos digessit

©BIUM

et oratione paulo explicatiore reddidit, et de suo nonnulla addidit et caput et caudam corpori dedit. Itaque falso loquitur de *auctore* Coacarum hodiernarum: qui has congessit fuit librarius, et, ut ad Coacas ostendi, imperitus homo. Qui Prognosticum e vetustis Praenotionibus composuit fuit homo non ingeniosus, sed pro ea aetate doctus, et minime tam stolidus, quin in eius compilatione e Coacis restituere oporteat, quae omittere non potuit, nisi longe ineptissimus esset: quod tamen contendere Darembergium paulo post videbimus.

Sed Darembergius alio etiam argumento usus est, ut Prognosticum Hippocratis opus esse demonstraret. E loco Coelii Aureliani, quem ipse etiam citavi ad § 20., deducere studet Dioclem, qui fere coaevus fuerit Hippocratis, Prognosticum vidisse, divino seni adscripsisse et adversus locum e Prognostico disputavisse. Sed tota illa argumentatio ita est hypothetica, ut ipse Darembergius p. 135. dicat: „Du texte de Coelius il ne ressort ni positivement, ni directement, que Diocles avait lu le Pronostic et qu'il en a discuté certains points de doctrine, cela est vrai; mais la reflexion de Chrysippe donne du moins à ma supposition une très grande probabilité, etc." De Dioclis testimoniis de aphorismis et libro de articulis suo tempore agemus. Equidem video Coelium Aurelianum e Prognostico Hippocratis citare quae ibi non leguntur; video eum ex Herophilo adferre talia unde, si fidem habeas, effeceris Herophilum item ea, quae in Prognostico, quale hodie relictum habemus, non leguntur, re ipsa in eo vidisse. Contra Chrysippi verba minus pugnant cum Prognostici loco de vermibus, sed neque ad amussim conveniunt; etenim in Prognostico sermo est de excretione vermium *πρὸς κρίσιν λούσης τῆς νούσου*, Chrysippus apud Coelium loquitur de vermibus, *qui in aegritudinis declinatione cum stercoribus egeruntur*. Iam vero non ausim affirmare idem esse declinationem morbi et tempus quo ad iudicium tendit, sed tamen verosimile est Chrysippum ita accepisse Hippocratis verba. Me vero iudice omnia illa id unum ostendunt, quod diu novimus, veteres Prognosticon cognovisse et Hippocrati adscripsisse; Dioclem vero id vidisse, aut adversus locum eius disputavisse nullo modo inde effici potest.

Attamen dices L. B.! scriptum, quod tu Hippocrati abiudicas, omni tempore ad illum ipsum auctorem relatum est; quin semper unum ex illustrissimis laudis et gloriae viri in paucis eximii monumentis est habitum. Concedo: sed nemo umquam mentem advertit ad ea, quibus Hippocratis ipsius opus non esse certo constare mihi videtur. Tum vero nihil de laude Hippocratis detraho, neque Prognostici compilatorem tam egregium existimo, ut alter Hippocrates sit habendus. Quid enim ipse ille Prognostici auctor de suo dedit quod non, quoad sciri potest, aliunde acceperit? Non multa sane: introductio illi debetur, in qua sententia occurrit cum Hippocratis mente maxime pugnans; conclusio libri, in qua nonnulla minus apte proposita esse negari non potest; dierum criticorum series, quemadmodum in interpolatis in Epid. I. et III., duas alias tradidit; pauci praeterea loci sunt, quos ne certum quidem est ipsi deberi, quippe Coacae perire potuerunt, unde fortasse hausti sunt; debentur illi pauca ad locos e Coacis sine dubio translatos additamenta. Non video a recentiore (nam recentiorem fuisse ipse eius sermo arguit) non prorsus inepto, nec prorsus artis imperito, talia addi non potuisse. Prognosticum magis tritum est a veteribus, uti videtur, quam fuerunt Praenotiones, fuitque admodum celebratum, idque iure; veteres res maxime spectabant in Prognostico obvias et sunt hae praestantes longe maximam partem, at paucis exceptis non de-

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 47 sur 880

©BIUM

bentur libri compilatori, sed Coacarum locis, unde haustae sunt. His de causis existimo Prognosticum omni fere tempore falso Hippocrati fuisse adscriptum.

Superest ut his nonnulla addam de locis quibusdam, de quibus monuit Darembergius in adnotatione opere laudato.

p. 129. vs. 3. Delevi pone πέλιον glossam ἢ μολιβδῶδες. Darembergius factum non vult, quia omnes libri scripti istas voculas habent, uno tantum codice et scholiaste exceptis. Librorum consensum in hac re nihili facio; sunt non pauca in Hippocratis scriptis cum interpolata, tum vitiosa, quae in mss. omnibus circumferuntur et modo possimus discernenda et tollenda snnt.

p. 129. § 3. vs. 4. Ad ductum verborum Coacae consentientis iunxi ἢ τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ ἴσχωσι ἢ πέλια. Dissentit Daremb. propter Galeni interpretationem et quia Coacae textus nimium a Prognostici loci textu differat, quam ut ita comparentur. Sed quo iure provocat ad Galenum, cui numquam in mentem venit Prognosticum debita ratione cum Coacis conferre et qui praeterea in talibus iudex est fere ineptus? Alterum vero argumentum Darembergii falsissimum est, nec nisi imprudentes decipiet; qui adnotationem nostram releget videbit Prognostici verbis ad unguem respondere ea, quae e Coaca citavi.

p. 130. vs. 13. ὑπολυόμενα e Gal., cod. Marc. dedi; edi solet ἀπολυόμενα, quod ridiculum h. l.

p. 131. § 5. Darembergius sibi vindicat primam suspicionem interpolationis, quam sustuleram, quum Posthumo meo Prognosticum edendum traderem. Descripseram autem eo modo, quo tunc editum est, diu antequam prima editio operis Darembergii prodierat. Hinc accidit, ut rei mentio non fieret.

p. 132. § 9. Reiicit emendationem huius loci quam in adnn. descripsi in prima ad hanc § notula; nempe licet omnia argumenta, quibus emendatione opus esse demonstravi, probet, tamen codicibus fidem adhibendam esse dicit. — Pernego: compilator Prognostici, nisi dormiret, aut deliraret, talia omittere non potuit; non est ita ineptus, quod paulo ante iam dixi hanc viri eruditi obiectionem respiciens.

p. 133. § 9. Locum de sudoribus, quem eieci, item interpolatum esse credit Daremb.; at dicit: „mais je n'oserais pas le rejeter absolument." — Ego non intelligo, quare interpolata servanda sint; licet talia subinde uncis tantum intersepserim, feci brevitatis causa aut propter aliam quamcumque; sed mihi perinde est utrum eximenda uncis intercipias, an ad notulas releges, — summa rei versatur in iudicio, quod de iis ferimus, non in modo, quo iudicium significamus.

p. 136. § 11. in fine. Vir eruditissimus hic recepit verba τοῖς δὲ γεραιτέροις ἐκπύησιν quae in codd. quatuor apud Littréum extremae parti capituli pone χρή adscribuntur. Ipse tamen addit fortasse in margine adposita fuisse e Coaca. Nempe Littréus in uno ms. ab alia manu in margine adscripta re ipsa vidit. Equidem sic existimavi, si ista a Prognostici compilatore re ipsa profecta fuissent, legeremus τοῖσι δὲ γεραιτέροισι τὴν ἐκπύησιν, quia τὴν τοῦ αἵματος ῥῆξιν προσδέχεσθαι χρή antecedit, addito articulo.

p. 137. § 20. initio. De iis, quae hic in aliam sedem transtuli a me dissentit vir amicissimus. Videbit me non substitisse, sed perrexisse.

©BIUM

p. 138. § 20. vs. 9. Illud *καὶ αἱματώδεα* rursus addendum non fuisse contendit Daremb. Quod autem dicit Coacam consentientem differre a Prognostici loco, nego de vocabulis de quibus iam agitur. At cum dicit verba illa in Posthumi editione addita esse contra auctoritatem mss. et Galeni comm., quod ad hunc commentarium fallitur, nam ex eo non liquet num vocabula ista legerit, nec ne, sed in Hippocratis textu Galenico adscripta sunt. (vid. p. 143. Ed. Kühn.)

p. 143. § 28. De *ἐπισκέπτεσθαι* in *ὑποσκέπτεσθαι* a me mutato dissentit Daremb., sed non vidi apud eum, quod me aliter sentire cogat, quam in adn. dixi et quo subverterentur exempla adlata.

p. 144. § 31. vs. 9. Daremb. h. l. *ξύντονος*, de quo in adn. monui, non inserendum fuisse affirmat. Dissentio propter causas, quas in notula exposui.

p. 144. § 32. vs. 15. Vir eruditissimus *ἢ φλεγματῶδες καὶ ἀφρῶδες* servandum dicit, quin potius in Coaca *ἢ ἀφρ.* in *καὶ ἀφρ.* mutandum esse opinatur quam contra: „attendu, inquit, que les crachats séreux sont ordinairement écumeux." Emendationem meam hac ratione defendam: in Coaca legis *πέλιον, ἢ χλωρὸν, ἢ φλεγματῶδες, ἢ ἀφρῶδες*, in Prognostici vulgata *ἢ χλωρὸν καὶ πέλιον, ἢ φλεγματῶδες καὶ ἀφρῶδες*. Itaque e quatuor distinctis sputi speciebus in Coaca, in Prognostico duae natae sunt, duobus epithetis copula *καί* iunctis singulae indicatae. Sed *χλωρὸν καὶ πέλιον* coniunctim constare nequit; itaque librarios nobis fraudem fecisse probabile est particulam disiunctivam in copulam, ut saepe fit, mutantes. Non autem compilatorem Prognostici id fecisse vel magis patet inde, quod *τὸ ἀφρῶδες* tanquam species sputi per se constans memoratur § 24. et Coaca 390., ubi tamen *τὸ λευκὸν, καὶ γλίσχρον καὶ στρογγύλον* item manifesto est sputum *φλεγματῶδες*. Itaque Darembergii argumentum, quod nititur hypothesi *τὰ φλεγματώδεα* esse „des crachats séreux" certo fundamento destituitur.

p. 138. vs. penult. § 38. Daremb. cum adnotatis consentit. Sed operae pretium est notare quod addit, verba *γίγνεται δὲ ἡ τῶν τεταρταίων κατάστασις ἐκ τοῦ τοιούτου κόσμου* forte referre adnotationem marginalem. Video me verba, si abessent, non desideraturum esse et licet non certum putem insiticia esse, viri eruditissimi observationem tanti facio, ut eam futuris Hippocratis editoribus explorandam commendem. Ipse non adverteram mentem ad id, de quo Daremb. loquitur, sed verum esse posse quod contendit, non negabo.

His quidem quae de Prognostico memoranda videbantur absolvi.

§ 5.

De Epidemiorum libris primo et tertio.

Non minus quam Prognosticum omni tempore celebrati sunt Hippocratis libri de morbis epidemiis primus et tertius. Galenus non uno loco, sed saepius, hos solos e septem, qui de hoc argumento Hippocrati adscribuntur, libros germanos esse testatur. Locos citatos vide apud Grünerum, cens. libr. Hippocrateorum p. 61. Idem in commentario plurium antiquorum horum librorum interpretum mentionem facit, quorum opera dudum interierunt; neque vero

©BIUM

magnum damnum horum interitum cognitioni librorum Hippocrateorum attulisse puto, nisi fortasse varr. lectt. inde elicere licuisset probabiles, quae iam nos lateant.

Omnium, qui apud Galenum memorantur antiquissimus est Bacchius, quem saltem librum Epidemiorum tertium edidisse constat e comm. (p. 619.), ubi Galenus: οὔτε, inquit, τὸ κατὰ τὴν ὑπὸ Βακχείου γενομένην ἔκδοσιν ἔχειν φάσκων οὕτω τοὺς χαρακτῆρας. Sunt nempe characteres, quos p. 202. in adnotatione me omisisse dixi, quum has nugas nihili facerem. Videtur autem hunc Epidemiorum tertium solum edidisse, collatis verbis citatis cum iis, quae habentur p. 606., ubi solus ille liber memoratur. Nec tamen certo hoc affirmo, quum Gal. initio Epid. VI. testetur eundem hunc quoque librum ἐξηγήσασθαι. Fortasse plurium librorum textum recensuit, iisque ὑπομνήματα adiecit. Hoc vero utut est, Erotiano teste (p. 8.) tribus libris complexus est expositionem obscurarum in Hippocratis operibus dictionum, quarum explanationum locos subinde citat Erotianus.

Etiam Zeuxis quidam, qui a Galeno (comm. 3. in Ep. VI. p. 15.) ἐκ τῶν παλαιῶν ἐξηγητῶν εἷς ὤν dicitur, eundem librum est commentatus. Eum autem empiricum fuisse docemur a Galeno comm. 3. in Prorrh. I. (p. 735). Ceterum memoratu digni sunt de illo loci duo Galeni ad Epidd. libros, quorum alter est p. 605.: λέλεκται μὲν οὖν ἃ μέλλω λέγειν ὑπὸ Ζεύξιδος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὸ προκείμενον βιβλίον ὑπομνημάτων καὶ ἦν ἴσως ἄμεινον ὥσπερ εἴωθα ποιεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις ἀναπέμψαι τοὺς βουλομένους τὴν ἱστορίαν ταύτην γνῶναι (loquitur de historia characterum illorum) πρὸς ἐκεῖνο τὸ βιβλίον, ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ τοῦ Ζεύξιδος ὑπομνήματα μηκέτι σπουδαζόμενα σπανίζει, διὰ τοῦτ' ἠξίωσαν ἐμὲ διελθεῖν [αὐτὰ] τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Μνήμονος ποιησάμενος (ποιησάμενον?) αὐτῆς. Nempe Mnemonem characteres illos exemplari e magna bibliotheca Alexandrina adscripsisse fama erat, de qua re aliisque pluribus, quae iam minus huc faciunt, licet lectu perdigna sint, monere pergit Galenus. Quod autem ad Zeuxidem attinet, videmus eius commentarios Galeni tempore iam obsolescere coepisse; eos vero satis copiosos fuisse patere dixeris e Pergameni verbis (p. 706.), ubi: ὁ δὲ Ζεῦξις, inquit, διελέγχει καθ' ἕκαστον ἄρρωστον τοὺς ἐξηγησαμένους μοχθηρῶς, quod tamen potissimum ad signa illa aegris nonnullis libri tertii subiecta spectare videtur.

Heraclidis Tarentini et Erythriaei mentio fit p. 608., ubi Galenus: οὐκ ὀκνοίην δ' ἄν, inquit, οὔτε τὰς ὑφ' Ἡρακλείδου τοῦ Ταραντίνου τε καὶ Ἐρυθριαίου γεγραμμένας ἀποδείξεις τοῦ παρεγγεγράφθαι τοὺς χαρακτῆρας εἰπεῖν κ. τ. λ. Et Heraclidis quidem Tarentini explanationes satis acceptae fuisse videntur Galeno, qui mirari se dixit, hunc ad aegrum 8vum libri tertii adscripta signa explicasse, quum vulgo graviora tradere soleret; sed ipsum lubet describere locum: εἰς ταύτην δ', inquit Gal. (p. 619), οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν ἀδολεσχίαν ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης ὑπεσύρη, καίτοι πειρώμενος ἀεὶ πρὸς τὸ χρήσιμον ἀγαγεῖν τὰς ἐξηγήσεις. ἀλλὰ νῦν γε φαίνεται φιλονεικεῖν τῷ Ζήνωνι μᾶλλον ἢ τοῦ χρησίμου στοχάζεσθαι κ. τ. λ. cf. ceterum locum ampliorem usque ad p. 623.

Nempe Zeno Herophileus, οὐχ ὁ τυχὼν ἀνήρ, ut ait Gal. (p. 600.), commentarios scripsit, quibus notas illas morborum historiis libri III. additas explanavit, quippe l. l. dicitur ἐξηγούμενος τοὺς προσγεγραμμένους χαρακτῆρας ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημίων. Et vero p. 618. γράψαντος γάρ, inquit Gal., ὡς καὶ πρόσθεν ἔφην, οὐ μικρὸν βιβλίον τοῦ Ζήνωνος περὶ τῶν χαρακτήρων.

©BIUM

Torserunt illi χαρακτῆρες multos ex antiquis: Apollonius empiricus adversus Zenonem de iis scripsit, cui adversario Zeno respondit etiam. Vide p. 618., quo loco porro Galenus: Ἀπολλώνιος, inquit, ὁ Βιβλᾶς ἐπικληθεὶς ἔγραψε μετὰ ταῦτα καὶ αὐτὸς, ἤδη τεθνεῶτος τοῦ Ζήνωνος, βιβλίον ὑπὲρ τῶν χαρακτήρων οὐ μόνον διεσκευασμένους ἐλέγχων, ἀλλὰ καὶ τὸν καλούμενον παρεξέλεγχον ἐπ' αὐτοῖς (πρὸς supplendum videtur) τὸν Ζήνωνα ποιησάμενος.

Quintus etiam inter Hippocratis exegetas enumeratur. Hic etiam empiricorum sectae addictus fuit et eum quoque notavit Galenus, ut fit, e sectae suae doctrina Hippocratis opera diiudicavisse. Faciunt huc duo Galeni loci; alter est e p. 24.: κατὰ μὲν τὸν Κόϊντον οὔθ' ἡ χώρα συνενδείκνυταί τι πρὸς τὴν τῶν νοσημάτων πρόγνωσιν, οὔθ' ὅλως δυνατόν ἐστι τὰ γενησόμενα προγνῶναι, μόνον δὲ τὸ γεγενῆσθαί τινα νοσήματα, διεφθαρμένης τῆς κατὰ φύσιν ἐν ταῖς ὥραις κράσεως. Alter habetur p. 99.: Κόϊντος δὲ τοῖς ἐμπειρικοῖς ὁμοίως ἀρνούμενος ἐπίστασθαι τῶν οὕτω γινομένων παθῶν τὰς αἰτίας, ἀναφέρων δ' εἰς πεῖραν μόνην αὐτὰς τῶν προσηκόντων βοηθημάτων τῆς εὑρέσεως ἠπόρει, καίτοι δι' αὐτὸ τοῦτο χρησίμης οὔσης ἀνεγνῶσθαι τῆς γενέσεως τῶν ἐπιδημίων νοσημάτων.

Quintum audivit Lycus Macedo, qui commentariorum in Epidemios auctor fuit. Nam Galenus (p. 502.): λαβὼν γάρ, inquit, ἐναργές τι τῶν εἰς τὸ προκείμενον βιβλίον ὑπὸ Λύκου τοῦ Μακέδονος ὑπομνημάτων γεγονότων εὗρον ἐν τῇ τοῦ Πυθίωνος (est aeger primus Epid. III.) ἐξηγήσει τρεῖς ῥήσεις ἐκ τοῦ Προῤῥητικοῦ γεγραμμένας κ. τ. λ. et paulo post: αὗται μὲν αἱ ἐκ τοῦ προῤῥητικοῦ ῥήσεις ὑπὸ τοῦ Λύκου προσεγράφησαν, ὡς εἰρηκότος οὕτω Κοΐντου κατὰ τὴν ἐξήγησιν τοῦ προκειμένου Πυθίωνος. Pagina autem 574. Gal. eos reprehendit, qui fidem habeant enunciatis in Prorrh. I. et Coacis, quique perverse in his libris expositis utantur ut suam adstruant sententiam. Tum vero postea (p. 575.) Λύκος δ', inquit, οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ αὐτὸς ἀναπλησθεὶς τῆς τοιαύτης μοχθηρίας εἰς Κόϊντον αὐτὴν ἀναφέρει· καίτοι Κοΐντῳ μὲν αὐτὸς οὐδ' ἐνιαυτὸν ὅλον συνεγένετο. Σάτυρος δὲ καὶ Φικιανὸς ἐπὶ πλεῖστον αὐτῷ συνδιατρίψαντες οὐδεμίαν τοιαύτην ἐξήγησιν εἰς Κόϊντον ἀνέφερον. οὐκ (negatio procul dubio tollenda) ἀκριβῶς γὰρ ἐπίσταμαι τοῦτ' ἐγὼ ἀμφοτέροις διδασκάλοις χρησάμενος.

Quod attinet ad perversam illam Galeno auctore tum Lyci tum aliorum interpretandi rationem, huius exemplum profert p. 502—504., ubi Lycum talia ad aegrotantis historiam, de qua agit, e Prorrh. adnotasse narrat, quae neutiquam eo spectent, et falsa fuerint, et praetermittentem quae maioris sint momenti otiosas et ineptas sibi proponere quaestiones: ὅλως γάρ, inquit, οὐδὲν τούτων (i. e. rerum illarum, quae magis ad propositum facere videbantur) ἐπισκεψάμενος ἑαυτῷ προὔβαλεν ὡς ζήτημα τὸ μηδ' ὅλως ὂν ζήτημα κατὰ λέξιν οὕτως· — τῇ ζ' ἡμέρᾳ τὸ στόμα παρειρύσθη, καὶ δοκεῖ ἡ ἱστορία αὕτη μαχομένη εἶναι τῇ ἀποφάσει τῇ οὕτως ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ἐχούσῃ· ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ ἢν χεῖλος, ἢ ῥὶς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ὀφρὺς διαστραφῇ, ἢ μὴ βλέπῃ, ἢ μὴ ἀκούῃ ἀσθενέος ἐόντος, ἢ (ortum videtur ex ἤδη) ὅ τι ἂν τούτων γίνηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος. — αὕτη (ἡ addendum) τοῦ Λύκου ῥῆσις ἑαυτῷ προβάλλοντος ὡς ζήτημα τὸ μηδ' ὅλως ἔχον ἀμφιβολίαν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἀφορισμοῖς εἴρηκεν ἤδη ἀσθενέος ἐόντος, ὁ Πυθίων δ' οὐκ ὢν ἀσθενὴς παρειρύσθη τὸ στόμα καὶ μέντοι καὶ λύων ὃ προὔβαλεν αὐτὸς ὁ Λύκος οὐδὲν ἄλλο εἶπεν εἰς τὴν λύσιν αὐτοῦ τοῦδε τοῦ νῦν λελεγμένου.

©BIUM

Agmen claudunt apud Galenum Sabinus eiusque discipulus Metrodorus. Sabinum autem et saepissime et merito carpit Galenus: οἱ τοίνυν inquit (p. 507.) περὶ τὸν Σαβῖνον καὶ τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Μητρόδωρον ἀκριβέστεροι δόξαντες εἶναι τῶν ἔμπροσθεν Ἱπποκρατείων ὅμως καὶ αὐτοὶ φαίνονται μοχθηρῶς ἐξηγούμενοι πολλάκις (πολλὰ?) τῶν Ἱπποκράτους· αὐτίκα γέ τοι κατὰ τὸν προκείμενον ἄρρωστον φασὶν αὐτοῖς (adde τοῖς) ὀνόμασι· ὡς γὰρ ὁ σπασμὸς γίνεται καὶ ἀπὸ κενώσεως καὶ ἀπὸ πληρώσεως, οὕτω καὶ ὁ τρόμος μικρὸς ὢν σπασμὸς ἀπὸ τῶν ἐναντίων ἀποτελεῖται. Iamque Sabini secum repugnantiam notat, qui, quum empiricus esset, tamen de causis, quibus haec παθήματα fierent, exponeret, additque: φαίνονται δ' ἐν αὐτῷ τούτῳ πρῶτον οἱ περὶ τὸν Σαβῖνον ἐσφαλμένοι, μικρὸν σπασμὸν εἰπόντες εἶναι τὸν τρόμον· ὅλῳ γὰρ τῷ γένει διενήνοχεν ἀλλήλων τὰ πάθη. Exposita dein sua de hisce sententia pergit (p. 515.): τοῖς δὲ περὶ Σαβῖνον ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις ἢ μεῖζον, ἢ μεῖόν τι παρῶπται, ὥστε πάλιν ἑτέρῳ τρόπῳ τοὺς περὶ Κόϊντον καὶ Λύκον ὡς φρονιμωτέρους ἐκείνου ἀποδεκτέον ἐστὶν, ὅτι μηδ' ἐπεχείρησαν εἰπεῖν τι περὶ τῶν τοιούτων, ἀλλ' ὡς ἐμπειρικὰς (ἐμπειρικοὶ?) τὰς ἐξηγήσεις ἐποιήσαντο. καίτοι τῶν ἐμπειρικῶν ἔνιοι, καθάπερ ἔφην (vide p. 505. 506. 507.), ὡς ἐν δράματι τὸ παρακείμενον ὑποκρίνονται πρόσωπον, Ἱπποκράτειον μὲν ἐξηγούμενοι βιβλίον ὡς Ἱπποκράτειοι, τὰ δ' Ἐρασιστράτου τε καὶ Ἡροφίλου καὶ Ἀσκληπιάδου καὶ τῶν ἄλλων ἐπ' ἐκείνων ἑκάστου τῆς αἱρέσεως ὄντες. Conferri ceterum de Sabino possunt p. 519—521. 547. 562. 595. 744. seqq., nolo enim omnia, quae absurde ab illo dicta reprehendit Galenus, describere.

Itaque videmus ante Galenum plures veteres quocumque tandem modo Epidemiorum libros primum et tertium, aut hunc certe interpretatos esse. Fuerunt autem Bacchius, Zeuxis, Heraclides Erythriaeus, Heraclides Tarentinus, Zeno Herophileus, Sabinus eiusque discipulus Metrodorus, Quintus, Lycus Macedo. Fortasse etiam Satyrus et Ficianus; — fortasse, inquam, neque enim certo hoc e Galeni loco adlato deduci posse mihi videtur.

Ipsius autem Galeni commentarii in hos libros mihi non multo magis placent quam eius explanationes Prognostici. Quae e sua sententia describit saepe parvi sunt pretii; sed praeterea rogantibus, ut ait, amicis obsecutus saepius aliorum sententiam redarguit, eamque talem, quae vix digna sit, quam respicias, vel iisdem rogantibus nugas extricat tanto molimine prorsus indignas, quasque ipse contemnit, adeo ut operam in his positam esse perditam fateatur ultro. Nolo tamen significare mihi Galenum abiiciendum videri nec legendum esse ab Hippocratis interpretibus, sed hoc notare volui, commentarios illos magis propter antiquitatem, quam propter praestantiam suam esse pervolvendos, nec nisi raro eos vestigia referre acutae illius, quam vulgo Pergameno tribuunt, mentis; scilicet potius viri garrulitatem in his me advertisse fateor, quam aut ingenii acumen insigne, aut accuratam doctrinam.

Haec quidem de interpretibus antiquis; pergamus iam ad ipsos Epidemiorum libros hos, eosque percurramus, ut de nexu partium inter se, de aliis nonnullis forte circa res observandis videamus.

In prima quidem, quam descripsit Hippocrates constitutione epidemica in Thaso insula observata coelum fere fuit mutabile, vernale. Auctumnus continuas tulit pluvias austrinas, hiems fere similis veri, quod ipsum austrinum parvas habebat pluvias; aestate coelum nubilum, siccum, ventis etesiis parvis disiunctim spirantibus.

©BIUM

Hac anni conditione vere febres invasere ardentes, quas boreae hieme aliquantum flanti adscribit auctor; contigerunt istae numero paucis et benignae fuerunt, paucis vero in iis e naribus sanguis fluxit. Sed multis tumores enascebantur ad alterutram aurem, vel utramque, plerisque febre liberis, at pauci tamen levi febre incaluerunt. Evanuerunt hi tumores sine damno, nulla facta suppuratione, contigerunt in primis iuvenibus et in aetatis flore degentibus, corpore exercitato, vix ullis mulieribus. Frequentes fuere tusses siccae, raucedines et postea testis alterutrius et utriusque inflammationes, partim comitante febre, partim non; ex his plurimis molestiae. Sub aestatis vero initia et per ipsam aestatem et sub hiemem multis tabe iam affectis haec increvit vel confirmata est, aliique in hunc morbum proclives eo tangi coepti sunt, idque ut plurimum cum eventu infausto, illoque citiore quam vulgo. Tabidi fere prehendebantur febre continua, cum horrore, acuta, semitertiana, semper ingravescente; sudores, sed non per totum corpus oriebantur, artus frigebant, venter biliosa, tenuia, sincera, mordacia frequenter reddidit; urinae non coctae, tenues, sine subsidentibus, quae laudanda essent. Tussis parva, frequens, aegre cocta educens, aliis cocti nihil proferens. Fauces plerisque cum dolore rubentes; fluxiones parvae, tenues, acres; a cibis aversatio, sitis absentia, circa mortem fere delirium.

Aestate vero et auctumno multae fuere febres continuae, leves, longae; — (nempe in iis, qui non tabescebant); — vix ullae ab intestinorum affectione noxae, urinae coloris laudandi, sed tenues et temporis tractu demum coctae; vix tussiebant, neque tussis nocebat valde; cibos appetebant. Istae febres brevissime vigesimo die iudicabantur, multis tamen ad octogesimum protrahebantur; aliis nullo servato ordine circa iudicium sunt finitae, quibus revertebantur, adeo ut sub hiemem adhuc aegrotarent. Solis tamen phthisicis fere haec constitutio funesta fuit.

Haec quidem primae constitutionis est descriptio; in qua locus est in textu § 3., de quo alii dubitant num debita illi sede legatur et de quo Darembergius item dubitat; itaque de eo videamus.

In adn. ad § 3. p. 163. iam monui de verbis *τὸ μὲν οὖν ὅλον ὑπενόσεον οἱ φθινώδεες κ. τ. λ.*; conferri poterit adn. Littréi ad h. l., qui Galeni commentarium in ea reddidit. Daremb. (p. 414. l. l.) istud *τὸ μὲν οὖν ὅλον ὑπενόσεον οἱ φθινώδεες οὐ τὸν φθινώδεα τρόπον* intercepit uncis et aut antiquam adnotationem marginalem, aut locum, qui e fine § 2. aberraverit, esse credit; posterius hoc maxime probabile illi videtur propter finem § 3. — Ego statim dicam, sine ullo dubio ita cohaerere verba: *τὸ μὲν οὖν ὅλον — παροξυνόμενοι τριταιοφυέα τρόπον*, ut si quid hic transferendum sit, tota illa periodus transferri debeat, non solum verba, de quibus Daremb. loquitur. Alienam adnotationem nos in periodo, quam indicavi, habere non credo, vetat orationis forma; quodsi totum, quem significavi, locum legeremus p. 162. post *θάνατον·* et ante *περὶ μὲν τὰ φθινώδεα ταῦτα*, neminem offenderet, nisi quod eadem paene signa, quae § 2. p. 161. vs. penult. *ἦν δὲ τοῖσι πλείστοισι κ. τ. λ.* leguntur, post breve intervallum repeterentur. Quin fortasse in § 3., nihil enim reticendum cum verum quaerimus, periodus p. 163. vs. 14. *ἐκρίνετο δὲ τούτων κ. τ. λ.* facilius cum superioribus, i. e. cum § initio usque ad *ἀλλὰ καὶ διδόναι πάνυ ἐνεδέχετο* vs. 8. connecti videatur demtis inde, uti dixi, quae iam intermedia sunt. Sed licet haec videam, non certum videtur locum in aliam sedem esse transferendum: § 2. describitur ista tabidorum affectio epidemica, quae

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 53 sur 880

©BIUM

iam πρωΐ τοῦ θέρεος regnare coeperat; — § vero 3. serius i. e. κατὰ θέρος ἤδη καὶ φθινόπωρον describit quas ortas esse narrat febres illas minime periculosas, sed his regnantibus phthisica illa affectio item saevire perrexit et periodo, de qua agitur, Hippocrates describit quomodo minus periculosis illis febribus regnantibus tabidi aegrotaverint, ad quos digreditur, ut postea ad febres illas rursum redeat. Quin opinor etiam finem § 3. quodammodo firmare hanc meam locum accipiendi rationem.

In secunda constitutione iam auctumni principio frigora incidernnt usque ad hiemem ineuntem, sub vergiliarum occasum (diem 7. Nov.) Ipse hiems aquilonia pluvias multas, copiosas et nives tulit coelo interdum sereno. Post solstitium hiemale frigora, nives, venti vehementer flantes, coelum nubilum, usque ad aequinoctium vernale. Ver humidum, frigidum, nubilum, neque aestas admodum calida etesiis continenter spirantibus; circa Arcturi ortum (diem 14. Sept.) flante borea copiosae rursus pluviae.

Hieme nulli fere morbi, sed primo vere lippitudines vexarunt fluentes, quae revertebantur et sero demum auctumno desierunt. Aestate et auctumno ventris affectiones variae, dysenteriae, lienteriae, diarrhoeae variae materiae, stranguria non a renum sed ab intestinorum morbo pendens, vomitus biliosi, pituitosi, ciborum non coctorum sursum eductio; sudores. Talia quidem multis circumeuntibus sine febre, aliis in febribus acciderunt; quibus vero omnia ista evenirent, cum dolore tabidi evaserunt. Auctumno et hieme febres continuae, paucis quibusdam ardentes, etiam multis variae intermittentium species acciderunt. Ita quidem auctor veluti brevem conspectum dedit diversorum anni temporibus diversis morborum, iam vero pergit ad pleniorem febrium descriptionem.

Febres ardentes paucis acciderunt, septendecim diebus fere circumscriptae mortem non attulerunt, nec phrenitici in iis facti sunt. Tertianae plures afflixerunt, idque cum maiore molestia; septem circuitibus finiebantur, nec recidivae fuerunt. Quartanae prehenderunt multos, sive morbus statim hac forma se proderet, sive ex aliis in hanc transitus fieret; diu vero protrahebantur. Quotidianae, nocturnae et erraticae, fuere multae partimque decumbentibus, partim circumeuntibus acciderunt; vexarunt autem usque ad hiemem. Convulsionibus cum alii tum maxime pueri prehendebantur, sive febris antecederet, convulsio superveniret, sive contra; longum hae fecere morbum, nec tamen, nisi gravia alia adessent, lethalem. Omnium gravissimae fuerunt continuae ad tertianarum genus proxime accedentes, a leni initio sensim ingravescentes; horrores quidem in his minus intensi quam in febribus ceteris et minus copiosi sudores, at morbum non levantes, sed contra noxas inferentes. Magnum in his τριταιοφυέσι extremorum frigus et vigiliae cum sopore alternantes. Omnibus alvus male affecta, sed in his pessime, tum in his urinae fere crudae, sine laudandis subsidentibus. Tusses fere febres comitabantur sine magno damno, nec bono. Hae igitur febres diutissime protrahebantur et variae illarum accessiones citra iudicium fiebant; sive perniciose affecti essent iis laborantes, sive non, aliquantum intermittebant, revertebantur. Quibus brevissimo tempore perdurarunt, iudicabantur octogesimo die, quorum nonnemini revertebantur, ita ut vel hieme etiam laborarent.

Maximum et pessimum in his febribus signum fuit a cibis aversatio continua, in primis in lethaliter affectis; sitis minus pressit. Per longum morbi decursum abscessus, vel maiores quam quos ferrent, vel minores quam ut morbum finirent, ita ut potius damno essent. His

©BIUM

autem aegrotantibus dysenteriae istae et tenesmi et lienteriae acciderunt, quin etiam hydropes, quorum unumquodque vel cito mortem attulit vel nihil profuit. Parvae in cute efflorescentiae non sufficientes ad iudicium, vel tumores ad aures item morbo tollendo impares. Ita ex omnibus quidem morbis hac constitutione ortis perierunt, maxime tamen ex his subtertianis, in primis vero aetate iuniores, pueri, infantes. Uno autem signo, urinae difficultate, magna fieri solebat morbi in meliorem partem mutatio, licet ipsa stranguria diu perseveraret et moleste ferretur; urinae vero prodibant multae, crassae, variae, rubrae, pure mistae cum dolore. Hi vero omnes salvi evaserunt.

Huc usque habemus descriptionem alterius constitutionis, in qua nihil desideras quod attinet ad orationis puritatem, rerumque nexum.

Sequuntur vero iam §§ 11. 12., quas interpolatas esse certum est. In § 11. habemus quinque sententias, quae formam referunt aphorismorum et oratione omnino conveniunt cum sententiis illis brevibus, e quibus magna pars aphorismorum, qui vocantur, et partes nonnullae epidemiorum spuriorum, sexti praecipue, constant. Cum epidemiorum descriptione nullo nexu tenentur, ex declamatoriâ orationis formâ constat eas ab alia manu esse, quam enarrationem morborum, et a recentiore interpositas. Argumentum postremi membri sententiae quintae convenit adeo cum parte Aph. s. I. Ad tertiam sententiam huius capituli Gal. (p. 147 comm.) citat Prognostici locum *προγιγνώσκων γὰρ καὶ προλέγων κ. τ. λ.* propter similitudinem rerum.

Cum § 11. minime cohaeret 12ª, sed argumenti alius est; possis omnino defendere velle materiem quodammodo cohaerere cum primo illo et secundo aphorismo § 11ªᵉ, sed nexus tamen admodum laxus est. In § 11. in locorum singulorum oratione nihil est, quod pro eo dicendi genere ineptum est. Sed res non ita se habet in hac § 12ª; in adn. iam dixi de miro nexu inter principium § et *Φρενιτικοῖσι μὲν σπασμοί*, quod significare debebit *Φρενιτικοῖσι μὲν σπασμοὺς προσημαίνουσι*; sed miro modo etiam cum superioribus connectitur *καὶ ἰώδεα ἐπανεμέουσι*, quod fere est pro *καὶ ἐκ τούτων ἰώδεα ἐπανεμέουσι*. — In seqq. pro eo rursus dicendi genere, quale in interpolatis illis in libris spuriis epidemiorum, nihil magnopere requiris; sed praesagia ipsa partim parum sunt firma. Postrema capitula Prognostici §§ 44. 45. 46. quodammodo in mentem tibi revocantur hanc § 12. perlegenti; certe argumentum cum illis cohaeret, licet modus, quo hae res ibi proponantur, sit melior.

Itaque certum est § 11. 12. cum epidd. descriptione minime cohaerere, orationis genere ab ea differre, interpolatas esse. Huc usque animadverto quidem aliquam orationis diversitatem inter § 11. et 12., sed haec non tanta est, ut non possint omnia in his capitulis ab eadem manu profecta esse; sed quum plura eiusdem generis infra legantur, nunc haec sufficiant; postea interpolata alia cum his conferemus.

In tertia *καταστάσει*, quae perinde ac duae superiores in Thaso depingitur, hiemalis summatim fuit tempestas, frigida, sicca. Ante Arcturi ortum (12. sept.) multae pluviae, venti aquilonii; circa aequinoctium auctumni et ad vergilias usque parvae pluviae austrinae. Hiems borealis, sicca, frigida, venti vehementer flantes, nives. Ver itidem boreale, siccum; circa aestivum solstitium pluviae parvae, frigora magna ad canem usque (16. Julii). Post canem ad Arcturum usque (12. Sept.) calores intensi, continui, vehementes, pluviae nullae, venti anniversarii spiraverunt. Circa arcturum ad aequinoctium auctumnale usque pluviae austrinae.

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 55 sur 880

©BIUM

Hac constitutione hieme frequentes fuere paraplegiae, subinde brevi aegros de medio auferentes. Primo vere febres ardentes inciderunt, quae ad aestatis finem perseverarunt; primis anni temporibus his laborantes servati sunt, sed auctumno pluvioso mortem inferebant; salvi autem evaserunt omnes, quibus sanguis debito modo flueret. Plerumque sub crisin rigor invasit, maxime quibus non erumperet sanguis, qui sudore etiam madefacti sunt. Nonnullis sexto die morbus regius contigit, qui tamen per urinas, alvum, largam haemorrhagiam sunt iudicati. Sanguinis autem profluvia in aetatis flore degentibus frequentiora, senioribus contra icterus, diarrhoea. Aestate dysenteriae etiam grassatae sunt, ita ut sanguinis undecumque eruptio pervulgata esset. Plures viri aegrotarunt quam mulieres, quae minus quam illi sunt periclitatae; plurimis vero partus fuit laboriosus, quo edito in morbum inciderunt et perierunt. Menstruorum illis eruptio sive tum primum accideret, sive saepius expertis contingeret, sive una cum sanguinis fluxu e naribus, sive sine eo, saluti fuit. Urinae aegrotantibus plurimis coloris laudabilis, sed tenues et pauca habentes subsidentia: alvus biliosa materie fluens; multis, iudicatis ceteris, difficultates intestinorum. Circa arcturum multis undecimo die morbus iudicio finitus est, neque reversus: fuerunt autem in soporem proclives, inprimis pueri, qui minus quam reliqui ex hac re sunt periclitati. At versus aequinoctium auctumni et ad vergilias usque et sub hiemem perseverarunt quidem febres ardentes, sed etiam phrenitici facti sunt plurimi, quorum magna pars periit, quod aestate paucis tantum accidit. Iam vero febre ardente laborantibus, quibus infaustus morbi exitus futurus esset, statim ab initio pravis his signis se prodidit et sexto die eos sustulit. Phreniticis undecimo et vigesimo etiam die iudicium contigit. Febres autem istae fuerunt frequentes et maxime illis perierunt iuvenes, aetate florentes, cett.; quatuor vero signa inprimis salutaria erant: sanguinis e naribus eruptio, urina multa cum multis subsidentibus laudandisque, diarrhoea biliosa et dysenteria; mulieres insuper iuvit menstrua purgatio.

Ita quidem epidemii morbi enarratio in editionibus et mss. procedit nulla facta interruptione ad finem § 19. usque. Ibi vero e textu p. 168. eieci aphorismum prognosticum, qui misere interrumpebat epidemiae enarrationem, nullo cum ea nexu tenebatur et quem Darembergium item interpolatum esse credere video. Materies huius loci attingitur etiam Aph. 52. IV. p. 424. mihi. Ep. IV. p. 548., item Ep. VI. 1. 13. p. 562.

Tum vero vix negari potest mirum aliquid observari in periodo initio § 20. ubi parotidum mentio fit et generale monitum habetur ex una historia morbi, quam in adn. citavi, deductum. Nempe § 21. demum de pluribus sermo est, quibus tumores ad aures oborti sunt, ita ut locus, quem illa periodus occupat, certe non minus advertat, quam in catastasi prima § 3. locus de phthisicis, de quo supra monui; tum vero etiam advertit inductio illa unicae observationi, uti videtur, superstructa. Sed ad haec postea redibimus.

Deinceps igitur hac § 20. variae traduntur iudicationes, quae omnes universi morbi die decimo septimo sint factae. Ceterum plurimos in morbis hac coeli temperatura contingentibus sexto die periisse narrat auctor. Quibus vero tumores ad aures oboriebantur, vigesimo die iudicabantur, tumoribus evanescentibus, per urinas. Hieme et ad vernale solstitium alterius anni tum febres ardentes, tum phrenitides perseverarunt et multi perierunt: iudiciorum tempora vero mutata sunt ita ut decimo quarto morbi die fierent et vigesimo, quadragesimove facta morbi

©BIUM

reversione. Multi inprimis in iudicio riguerunt, itemque in iudicio post recidivas: paucissimis rigor accidit vere, pluribus aestate et auctumno, hieme longe plurimis; haemorrhagiae vero sensim cessarunt.

Hic quidem tertiae constitutionis finis. Eam autem si cum reliquis tribus conferamus, observamus in hac sola auctorem continuo ad singulos aegrotantes provocare, quod nunquam facit in reliquis. Cohaeret fortasse cum hac re quod supra de periodo illa initio § 20. monui. Nunc autem pergimus, postea ad talia redituri.

Videndum iam de tertia sectione, quam totam interpolatam esse contendo. Quin ne veteres quidem fugit orationis diversitas inter hanc sectionem et morborum descriptiones, cum quibus minime cohaeret, nisi forte et alia et series dierum criticorum ex his observationibus certe partim sint deducta. Verissime autem, quod in adn. ad p. 181. iam significavi, antiqui illi apud Galenum compararunt certe § 23ae orationem cum ea, quam in libro de humoribus habemus. Sunt autem in epidemiorum libris spuriis loci simili dictione expressi plures. Exempla si velis, vide Ep. IV. 43., qui locus corruptus, sed in quo idem orationis genus agnosces. cf. § 46. p. 548. Puto autem veteres illos locos e libro de Humoribus respexisse, quales § 1. 2. 3. 4. 5. cett. Id unum tamen advertit, nos in hac sectione epidemiorum primi certe locos habere, qui intelligi possunt, quod non audeo affirmare de iis, qui in libro *περὶ χυμῶν*, epidemiorum spuriis, simile orationis genus referunt. Verum age! argumentum quatuor capitum sectionis huius tertiae persequamur.

§ 23. enumerantur variae res, tum in ipso aegrotante, tum extra illum observandae, ut de morbi indole et ratione vere iudicetur.

Sequenti § varia recensentur febrium genera et singulis adponitur diversa in generibus illis periculi significatio.

§ 25. diversae esse dicuntur harum febrium formae et constitutiones et accessiones, quas computare oporteat in victus modo praescribendo.

Denique § 26. dierum criticorum cum parium, tum imparium series describuntur et alia monita circa iudicia traduntur, in quibus illud *δεῖ δὲ προσέχειν τὸν νόον καὶ εἰδέναι ἐν τοῖσι χρόνοισι τούτοισι τὰς κρίσιας ἐσομένας ἐπὶ σωτηρίην ἢ ὄλεθρον, ἢ ῥοπὰς ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἢ τὸ χεῖρον* statim in mentem revocat Prognostici verba ex initio § 37. *οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσι αὐτῇσι ἡμέρῃσι τὸν ἀριθμὸν ἐξ ὧν τε περιγίγνονται οἱ ἄνθρωποι καὶ ἐξ ὧν ἀπόλλυνται.*

Omnia ista profecto aliena sunt ab epidemiae descriptione; sunt illi loci oratione perspicua sane scripti, sed insunt dictiones, quas in germanis Hippocratis libris non legis. De febre septimana, nonana, quintana, quae § 23. memorantur, nihil; *τὸν πυρετὸν ἀνθέειν, ὑποβρύχιον ἄρχεσθαι, ἅλις ἐκλάμπειν*, uti § 24., nusquam in iis audimus. Talia praeter nexus cum reliquis defectum manifesta mihi indicia sunt ab aliena manu ea esse interpolata.

Sequuntur iam aegrotantium historiae quatuordecim, de quibus tamen postea dicere praestat, quemadmodum de duodecim illis etiam, quae initio libri tertii leguntur. Itaque iam quartam constitutionem in libro tertio descriptam persequamur! Est autem ea unica, cui regio, in qua observata sit, non adponitur.

Annus fuit austrinus, coelum nubilum, venti raro spiravere. Circa arcturum (12. Sept.)

©BIUM

pluviae multae itemque auctumno. Hiems lenis, humida, austrina. Multo post solstitium hiemale versus aequinoctium veris frigora et ipso aequinoctii tempore tempestas borealis non diu protracta cum nivibus. Ver austrinum, humidum ad canem (16. Julii) usque; aestas calida, serena; parvi, nec continui venti anniversarii: circa arcturum (12. Sept.) iterum multae pluviae flante borea. Fuit igitur in summa κατάστασις humida, calida.

Hieme fere sani degebant exceptis phthisicis, de quibus postea dicetur. Sed primo veris tempore una cum frigoribus tum ortis ignis sacer multus, malignus, non paucis mortifer: faucium dolores, vocis affectiones, febres ardentes, phrenitides, aphthae, ad pudenda tumores, lippitudines, carbunculi, ventris turbae, a cibis aversatio partim cum siti, partim sine ea, urinae multae turbulentae non laudabiles, sopor cum vigiliis alternans, iudicationis absentia, vel difficultas, hydropes, tabes. Hae summatim fuere illo anno affectiones, quae hac fere ratione se prodiderunt.

Ignis iste sacer aut externa causa inducebatur, aut citra illam: magnae oboriebantur phlegmonae et mox quaquaversum erysipelas proserpebat: hinc transitus in suppurationem et carnium, nervorum, ossium dilapsus; non oriebatur pus, sed putrida quaedam fluxio fuit; hinc capillorum e capite profluvium et nudatio ossium, sive cum febre coniuncta, sive sine illa. Nec tamen magnum inde periculum ortum, nam quibus res ad suppurationem deveniret, ii servabantur; quibus vero erysipelas evanesceret, nullo abscessu facto, horum multi perierunt. Hac autem ratione aliae in aliis partes tangebantur, maximam vero molestiam peperit pudendorum affectio. Multis tum in febribus, tum ante et post febres ulcera oriebantur; quibus vero abscessus fieret per suppurationem, vel diarrhoea, vel urinae laudabilis profluvium, hoc modo morbo liberabantur; quibus vero horum nihil contingeret, perierunt. Frequens fuit erysipelas vere, per aestatem tamen et auctumnum productum est. — Nonnullis tubercula in faucibus magnam pepererunt molestiam et linguae phlegmone et abscessus ad dentes; multis vox impedita, tum tabescentibus, tum in febre ardente, tum phreniticis.

Febres igitur ardentes et phrenitides veris initio post frigora praegressa inciderunt, fuere acutae, lethales, hoc fere decursu: initio sopor, horror, febris acuta, sitis non valde intensa, delirium nullum, parcum stillicidium narium, accessiones diebus paribus fere in quibus oblivio tenebat et paralysis ac vocis defectus; extrema erant frigida. Sopor continuus, vel vigiliae cum doloribus, diarrhoea materiae crudae, tenuis, copiosa; urinae multae critici nihil referentes, in universum nulla iudicatio qualiscumque apparebat, sed vario modo moriebantur. Ista quidem lethaliter affectis contigerunt, similiaque phreniticis, qui non delirabant vehementer, sed sopore gravabantur. Multis aphthae, pudendorum ulcera, bubones; lippitudines crudae, diuturnae; excrescentiae ad palpebras, carbunculi, pustulae magnae et serpentia ulcera. At ventris quoque affectiones multis molestae, tenesmi pueris inprimis, adolescentibus; lienteriae; dysenteriae, quae graves noxas non ediderunt; diarrhoeae biliosae. In multis ipse morbus in eiusmodi affectiones transiit et in universum ventris laesiones plurimum damni et mortem intulerunt. Omnes cibos aversabantur, in primis qui perniciose affecti essent. Sitis molesta non fuit. Urinae maiore prodibant copia quam pro potus modo et malae fere, non iudicium, sed colliquationem significantes. Sopor oppressit in primis febre ardente laborantes et phreniticos, attamen alios quoque aliis morbis gravibus affectos. Diversa alia praeterea fuerunt febrium

©BIUM

genera, tertianarum, quartanarum cett., hae omnes cum multis turbis invaserunt, diu protractae sunt, et difficile, vel nullum habuerunt iudicium. Pauci inde hydropici facti.

Plurimum et maxime vexabat tabes; multi enim hieme hoc morbo tangi coepti decubuerunt et vere mortui sunt, quique primis anni temporibus obambulantes morbum tulerunt, auctumno decubuerunt et diu eum trahentes magnam partem interierunt. Tabidi hi vero frequenter inhorruerunt, saepe continenter et acute febricitarunt, sudor illis frigidus multus et multum frigebat corpus, ita ut vix recalescerent. Alvus varia, iam consistens, mox contra fluens, sub finem morbi colliquescens. Urinae pravae copiosae. Tussis multa et multum educens sputorum coctorum, liquidorum, non admodum molesta. Fauces haud multum morsu vexabantur, sed multa tenacia et liquida de capite defluebant. Maxime vexabat a cibis aversatio.

Iam vero §§ 13. 14. qui homines et quo habitu maxime hac illave morbi specie tacti fuerint, describit et quo anni tempore plures paucioresve obierint. Quibus descriptis § 14. verbis *δοκέει — ὠφέλησε* veluti epicrisis habetur, qua de temporum anni ratione et vi in morbos diversos exponit, quae vero antiquo tempore una cum § 15. ad calcem libri totius adscripta legebatur, recentiore contra aetate, Dioscoride partimque Galeno ducibus, huc retracta est.

Verum operae pretium est de his locis Galeni sententiam (p. 732. comm.) describere: *μετὰ τὴν λοιμώδη*, inquit, *κατάστασιν ἀρρώστων ἐστὶν ἐκκαίδεκα διήγησις ἄχρι τοῦ τέλους τῆς βίβλου, κἄπειτα προσγέγραπταί τινα, περὶ ὧν ὀρθῶς μοι δοκεῖ γινώσκειν ὁ Διοσκορίδης ἀξιῶν αὐτὰ μετὰ τὴν κατάστασιν εὐθέως γεγράφθαι· καὶ κατά γε τὴν ἰδίαν ἔκδοσιν ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ τοῦ συγγράμματος ἔταξεν αὐτὰ καὶ ἡμεῖς οὖν ἐνταῦθα τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν ποιησόμεθα, τοσοῦτον προειπόντες, ὡς φαίνεταί μοι καὶ ταῦτα προσγεγραφέναι τις ἕτερος οὐκ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης γεγραφέναι.*

Apparet rursus ex hisce non subtilem criticum fuisse Galenum, nec acute discernere valuisse. Primo enim non vidit loco isti *δοκέει — ὠφέλησε* § 14, inhaerere aphorismum, adnotationem si malis marginalem, quam p. 221. in adnn. descripsi, sed e textu relegavi. — Praeterea vero non omnia, quae in loco illo ad calcem libri olim relegato Hippocrati abiudicavit Galenus, sunt *παραγεγραμμένα*; nam manifesto eorum pars illa, quam ad § 14. retuli, est conclusio descriptionis epidemiae.

Tota autem § 15. est insiticia et ad easdem interpolationes pertinet, de quibus iam supra ad librum primum vidimus. Sed si quis iam conferat in hac § verba *δεῖ δὲ καταμανθάνειν κ. τ. λ.* cum ultimae § Prognostici verbis *χρὴ δὲ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς προγιγνώσκειν κ. τ. λ.* non poterit negare inter eos locos esse similitudinem, nec negare poterit, quod ipsum illud *περιεστικόν* demonstrat, interpolata haec et Prognostici locos, qui e Coacis non sint desumpti, ab eadem manu esse.

Sed haec iam sibi relinquo, ad totam libri distributionem enim redibo; nunc paulo intentius in morborum singulorum historias inquiramus et ad quas *καταστάσεις* singulae pertineant videamus. Verum hac in re cavendum, ne insigniter fallamur; Freindius, clarus omnino medicus: „etiam id, inquit, observatu dignum est, quod ubi anni constitutio esset admodum diversa, ut in libro primo et tertio notatur, eadem prope fuerit febrium species." (opp. ed. Wigan. p. 238.) Vere haec ille, ut opinor, ita ut magnopere cavendum sit, ne in his aegrotantibus uni alterive *καταστάσει* adscribendis nubem pro Iunone amplectamur. Itaque ubi

©BIUM

res certa esse mihi videtur, dicam; de ceteris ignorantiam fateri non erubescam; simul autem notabo paucis quibusdam locis alia memoratu digna, licet non ad ordinem, quo aegrotantes dispositi sint, pertineant.

Primus aeger libri primi Philiscus est. Idem autem nomen legitur in tertiae constitutionis §§ 14. et 21.: quodsi vero cum huius aegri historia loci illi comparantur, certo constare dixerim de eodem homine ibi agi; nam nostro huic quinto morbi die exiguus de naribus destillavit sanguis, tum vero sexto die est exstinctus.

Hinc igitur probabiliter efficio hunc Thasium fuisse, quum ipsa epidemia ibi observata fuerit, quo fit ut verba ὃς ᾤκει παρὰ τὸ τεῖχος omnino ad moenia oppidi Thasi referam et veri simile iudicem omnes aegros, quorum habitationis locus indicatur sine nomine urbis adposito, ad idem oppidum esse referendos, ita ut de urbis loco quo fuerint et personis, in quarum aedibus decubuerint, auctor loquatur, quasi de rebus unicuique notissimis.

Alter Silenus est, quem ob loci, quo habitavit, indicationem item Thasium fuisse puto: nec tamen idem est, cuius mentio facta §§. illis, brevi ante e tertia constitutione citatis; neque enim huic quarto, quintove die de naribus sanguis stillavit, neque sexto die vita functus est, sed undecimo. Videtur mihi hic Silenus pertinere ad tertiae constitutionis καυσώδεις illos, quibus sanguinis eruptione deficiente morbus in mortem exiit.

Herophon audit aeger tertius, cui nono die morbus est iudicatus, quinto post, i. e. decimo quarto ab initio revertit, tertioque post reversionem, s. decimo septimo decursus universi, in totum iudicio absolutus est. Quo fit, ut fere certum iudicem iis aegris adnumerandum esse, quibus in tertia constitutione septimo decimo morbi die post varias recidivas hunc finitum esse narrat § 20.

Quartam et quintam aegrotantes, quorsum referam, vix scio: possis cum plurimis aliis, quarum mentio facta est, mulieribus eas referre ad tertiam κατάστασιν § 16., nec tamen indicia video ita certa, ut non supersit dubitationi locus.

Cleonactidem, aegrum sextum, propter narium haemorrhagiam ad tertiam constitutionem omnino refero et ad eandem eadem de causa refero septimum, qui quinto morbi die larga sanguinis e naribus eruptione est iudicatus.

Et in huius Metonis historia animadvertendum parcum sanguinis e naribus fluxum quarti diei largiorem diei sequentis praenunciavisse. Itaque quum saepius post crisin sanguis illi fluxerit et propter delirium, uti videtur, usus sit λουτροῖσι κατὰ κεφαλῆς, patet hanc curationem ad amussim respondere monito in fine § 67. libri de victu acutorum, lavandos non esse τοὺς αἱμορραγέοντας, εἰ μὴ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι.... εἰ δὲ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι, ita pergit, λούειν, ἤν τε ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγῃ, ἤν τε τὴν κεφαλὴν μοῦνον. Quin facile etiam fieri possit, ut in historia morbi illud λουτροῖσι ἐχρήσατο κατὰ κεφαλῆς ad diem quartum, aut superiores etiam spectet. Certum est inter methodum curandi et praecepta therapeutica in historia hac et in libro de diaeta acutorum tantam esse similitudinem, ut eam rem fere ducere putes ad necessariam conclusionem eundem fuisse virum, qui et historiam morbi conscripsit, et libro laudato praeceptum illud proposuit.

Octavum, Erasinum, Thasium, — quod e loci, quo habitavit, indicatione efficio, — ad eos constitutionis tertiae aegros sat certo referendum iudico, de quibus sermo est § 18. ver-

©BIUM

bis: τοῖσι μὲν οὖν καυσώδεσι — ἑκταῖοι ἀπέθνησκον ξὺν ἱδρῶτι. Nimirum huic paroxysmi fuerunt diebus paribus, fuerunt πυρετοὶ διὰ τέλεος ξὺν ἱδρῶτι, fuit φόβος, δυσφορίη, cett.

In Critonis, noni aegri et Thasii, descriptione morbi certas desidero notas, quibus ad quam constitutionem referre eum oporteat, pateat. Puto eiusmodi casus semper quidem esse raros, sed minus a constitutione epidemica pendere, quam a peculiari aliqua in ipso aegrotante labe, nisi forte aliquid huic acciderit, quod latuerit ipsum aut τὸν ἰατρόν. Vide de hoc aegro Burserium Instit. med. pract. vol. I. partem alteram p. 30.

Longe certissimum est Clazomenium, aegrum decimum, eundem esse Hermippum, cuius mentio fit § 20. initio, de quo loco supra iam monui, ubi tertiam constitutionem perlustravi.

Dromeadae uxor mihi quidem omnino pertinere videtur ad eas, quae § 16. constitutionis tertiae memorantur et post partum periisse dicuntur. Notemus parcas quarto die de naribus sanguinis stillas ad iudicium obtinendum non sufficientes.

Duodecimus aeger, cuius neque nomen, neque habitationis locus notatur, referendus videri possit ad phreniticos, quibus in fine § 18. morbus iudicatus esse dicitur et quos initio capitis illius fere interiisse narrat.

Mulier trimestri facta gravida, sed quae abortum non est passa et cui febris tres dies intermisit, decimo quarto vero per vomitum iudicium factum est, forte referenda ad aegros, quos sub hiemem decimo quarto die iudicatos fuisse dixit § 22.; quamquam hoc non nimis urgeo.

Postremam in libro primo mulierem item ad tertiam constitutionem accensendam esse probabile mihi videtur.

Pervenimus iam ad seriem duodecim aegrotantium, quam initio libri tertii habemus, et de qua haec Freindii verba adponere uvat: „Nam qui duodecim aegrotantium historias in principio tertii expositas ratione animoque lustrarit, facile perspiciet eos eodem plane morbo ac illos, qui in primo numerati sunt, laborasse, adeoque ad coeli constitutionem, quae illic describitur, referri oportere." At in primo libro tres describuntur καταστάσεις inter se satis diversae; itaque videamus num apte ad harum aliquam referri possint.

Primum omnium in hoc libro fortasse accensendum esse arbitror illis, quibus morbus (vid. § 10.) ἐπὶ τὸ στραγγουριῶδες ἐτράπετο καὶ ἐς τοῦτο ἀποστάσιες ἐγίγνοντο.

Hermocratem, aegrum alterum, quum sexto die ἰκτεριώδης factus sit, referendum existimo ad tertiae constitutionis aegrotantes, de quibus auctor loquitur § 15.

Tertium, τὸν κατακείμενον ἐν τῷ Δελεάρκεος κήπῳ, haud sine veri specie annumerare licet iis, de quibus constitutione tertia § 22. agit verbis: ἔστι δ' οἷσι ἔκρινε ἐνδεκαταίοισι — ἔκρινε τεσσαρακοστῇ.

De quarto dubius quidem haereo itemque de quinto: fortasse uterque in tertia constitutione aegrotavit. Hic num accensendus sit iis, qui die vigesimo iudicati dicuntur § 22., nescio: crisium dies non apposite conveniunt, sed intermissio fuit et τελέως ἐκρίθη εἰκοστῇ.

Sextam, Euryanactis filiam, omnino referri debere dixerim ad constitutionem primam. Cum eius historia maxime conferendus finis § 2ae, cuius magna est cum hoc morbo similitudo.

De septima nihil affirmare audeo, neque de octavo nonaque. Tres reliquae fortasse ad eas referendae foeminas, quarum meminit § 16. tertiae καταστάσεως.

Pergimus autem ad sedecim historias illas post statum pestilentem descriptas.

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 61 sur 880

©BIUM

Licet non certo affirmare ausim, opinor primum iis adnumerari posse, de quibus a § 6—10. constitutionis quartae sermo est. Forte accensenda altera illa *παρὰ τὸ ψυχρόν* decumbens iis, de quibus § 13. agitur verbis: *τὸ μελαγχολικὸν καὶ τὸ ὕφαιμον· οἱ καῦσοι καὶ τὰ φρενιτικὰ καὶ τὰ δυσεντεριώδεα τούτων ἥπτετο.*

Aeger tertius ad eandem constitutionem mihi pertinere videtur, praecipue collatis § 5. verbis: *οἱ παροξυσμοὶ τοῖσι πλείστοισι ἐν ἀρτίῃσι· περὶ δὲ τοὺς παροξυσμοὺς λήθη καὶ ἄφεσις καὶ ἀφωνίη.*

De quarto et quinto dubito; nihil enim reperio, cur hos ad certam constitutionem referam. Sextum autem propter sanguinis e naribus profluvium fere ad tertiam constitutionem retuleris.

Septima Abderitis ad § 16. tertiae constitutionis pertinere videtur: nempe menstrua huic prima vice prodierunt et decimo septimo die *διὰ τῶν ῥινῶν ἐρρύη πουλύ.*

Anaxio Abderita, octavus aeger, fortasse tertiae quoque *καταστάσει* adnumerandus est, inflammationibus nempe magnam opportunitatem praebenti. Sed circa hunc aegrum observanda habeo, quae tenere sit operae pretium: Galenus enim aliique post illum pleuritico huic octavo demum die venam secuisse Hippocratem mirati statuerunt eum non tunc primum id fecisse, sed superiore aliquo die iam idem remedium tentavisse, (vid. Freind. comm. 5. p. 259.), ita ut octavo illo die in historia repetitae venae sectionis mentio fieret. Equidem secus me sentire profiteor: confero locum e libro de victu acutorum § 21. mihi: *ὀδύνη δὲ πλευροῦ ἤν τε κατ' ἀρχὰς γένηται, ἤν τε ἐς ὕστερον, θερμάσμασι μὲν πρῶτον οὐκ ἄπο τρόπου ἐστὶ χρησάμενον πειρηθῆναι διαλῦσαι τὴν ὀδύνην.* Et § 22. verba: *ἢν δὲ μὴ λύηται πρὸς τὰ θερμάσματα ὁ πόνος, οὐ χρὴ πουλὺν χρόνον θερμαίνειν, ... ἀλλ' ἢν μὲν σημαίνῃ ἡ ὀδύνη ἐς τὴν κληῖδα .... τάμνειν ἀρήγει τὴν ἐν τῷ ἀγκῶνι φλέβα τὴν ἔσω.* Nempe huius aegri octavi curatio cum his praeceptis ad amussim convenit. Nam sexto die *πρὸς τὰ θερμάσματα οὐδὲν ἐνεδίδου*; octavo vero *ἀγκῶνα*, inquit, *ἔταμον.* Verum simul notandum sexto demum die historiam morbi describi coeptam esse. Itaque sic statuo: Hippocrates non ante sextum illum diem aegrotantem vidit; illo autem die et septimo *θερμάσμασι* dolorem discutere tentavit; quod quum ei ex voto non succederet, octavo die omnino primum venam secuit.

Nonus aeger Heropythos Abderita fortasse referendus ad § 11. *καταστάσεως λοιμώδους.*

Fieri possit ut decimus pertineat ad eos, quorum morbi ratio ibidem § 5. describitur; sed leviore modo affectus fuisse videtur.

Mulier *δυσήνιος* et Larissaea virgo; morbi decursum utriusque si spectes, ad tertiam quidem constitutionem pertinere dixeris, quamquam certo eo referendas esse non affirmo.

Aegri decimi tertii morbus eiusmodi est, ut minus ab epidemica constitutione pendere mihi videatur. Cyzicena mulier fortasse ad § 16^{am} constitutionis tertiae pertinet; de decima quinta dubius haereo, item de postremo, iuvene Meliboeae mortuo.

Itaque constitit, puto, rem neque facilem, neque certam esse ad singulas aëris *καταστάσεις* descriptas omnes hos aegrotantes revocare. Advertit autem nullum casum describi, in quo exemplar habeamus vehementium illorum symptomatum, quae in quarta constitutione descripta leguntur; sed videamus de nonnullis, quae circa has morborum descriptiones tenere praeterea est operae pretium.

©BIUM

De tribus primis constitutionibus patuit ex ipsis, eas observatas fuisse in Thaso insula; de quarta nihil eiusmodi monetur, sed alii tamen vero simile duxerunt eam item ibi observatam fuisse; quodsi non in errore fui, cum suspicabar nonnullos aegros e sedecim postremis ad quartam constitutionem pertinere, idque de tribus primis vero simile est habendum, res sane veri speciem maiorem habet.

Hic autem aliquid observandum se offert, de quo Desmarsius primum et post illum Littréus, Darembergius monuerunt et quod difficultatem parit, quam dubito num ex toto tolli possit. Nempe e singulorum aegrotantium historiis plurimae Thasiorum morbos referunt, certe probabile hoc existimandum; sed aliae historiae observationes continent Abderae factas, in urbe e regione Thasi ad Thraciae oram maritimam sita. Memoratur una Larissaea virgo ex urbe Thessaliae ad Peneum fluvium, altera Cyzicena ex insula Cyzico, in qua eiusdem nominis oppidum in Propontide: denique iuvenis Meliboeënsis e Magnesiae urbe, regionis Thessaliae maritimae. Iam vero quaeritur: observavitne idem Hippocrates tot locis diversis morbos, quorum nonnulli diu durarunt, uno anno unaque annua constitutione? Non credo, certe minus probabile est; sed potuit discipulis et amicis debere observationes, quas ipse in opus suum receperit, quin etiamsi haec res alio modo se haberet ac nos hodie putamus, id minime mirum videri debet. Nam etiamsi certum sit, epidemiorum descriptiones inniti casuum peculiarium observationibus, quod luce clarius patet e Clazomenii § 20. constitutionis tertiae commemoratione, non possumus tamen adeo certo aegrotantium historias ad constitutiones singulas referre, ut nulli dubitationi locus supersit. Itaque vereor ne semper hic aliquid superfuturum sit, quod ad amussim exigi non possit. Nec tamen id eiusmodi est, ut iure dubites, num re vera unius hominis opus sit liber noster primus et tertius epidemiorum, aut num is, qui composuit, re vera sit Hippocrates.

Operae pretium vero est de sedecim illis postremis libri III. aegrotantibus Galenum audire, qui (p. 736. comm.): ἐκκαίδεκα, inquit, μετὰ τὴν κατάστασιν ἀρρώστους ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης, ὡς μέν τινες οἴονται τῶν ἐν αὐτῇ νοσησάντων, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς εἶπεν ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς διηγήσεως τῶν κατ' αὐτὴν γενομένων οὕτως· ἦν δὲ πᾶσι τοῖς ὑπογεγραμμένοις χαλεπώτατον μὲν τὸ ἔαρ. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν προγεγραμμένων εἰρῆσθαι τὸ ὑπογεγραμμένοις, οὔσης γε τοιαύτης τῆς χρήσεως παρὰ τοῖς πολλοῖς· (imo vero posterior accipiendi ratio unice vera est.) ἐν γὰρ τοῖς ιε′ (lege ις′) ἀρρώστοις, ἕτερον εἶδός ἐστι νόσων παρὰ τὰς εἰρημένας ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὴν λοιμώδη κατάστασιν. Quae Galeni sententia similis ei, quam Littréus protulit (p. 8. vol. III.): „La constitution epidemique du 3e livre, qui se trouve intercalée, entre deux séries d'observations particulières *et qui n'a fourni aucune histoire à ces deux séries ou à celle, qui se trouve dans le premier livre etc.*" Equidem rursus affirmo non semper rem esse facilem morborum singulorum historias certo referre ad partem aliquam descriptionis constitutionum, quum in late patentibus illis descriptionibus semper generis aliquam formam habeamus deductam e casibus singularibus, quare non semper ad amussim inter se quadrare poterunt. Sed procul absum ut cum Galeno et Littréo audacter pronunciem, nullum e sedecim illis aegrotantibus ad quartam illam constitutionem pertinere, quod supra significavi in singularum historiarum perlustratione.

Sed adponere lubet etiam duos Galeni locos, ubi sermo est de rara remediorum administra-

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 63 sur 880

©BIUM

torum et methodi curandi omnis commemoratione in his morborum historiis singularibus; nam in universalibus paene altum de iis est silentium. Itaque (p. 484.): ἐπεὶ δ' οὐκ ἐπὶ Πυθίωνος μόνον, inquit, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἄλλων ἀρρώστων φαινομένων δεῖσθαι φλεβοτομίας, ἐξ ὧν αὐτὸς ἔγραψε τεκμαιρομένοις ἡμῖν οὐχ εὑρίσκεται προσγράφων αὐτὴν, ἀναγκαῖόν ἐστι δυοῖν θάτερον ὑπονοεῖν, ἢ μὴ φλεβοτομηθῆναι τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους, ἢ παραλελεῖφθαι τὴν διήγησιν τοῦ βοηθήματος. τὸ μὲν οὖν μηδένα τῶν δεηθέντων αὐτοῦ φλεβοτομηθῆναι τῶν ἀπιθάνων ἐστὶν, ὡς στέργοντος (τοῦ suppleo) ἀνδρὸς τὸ βοήθημα τοῦτο, καθάπερ ἐν τοῖς γνησιωτάτοις ἐδήλωσε βιβλίοις, ἀφορισμοῖς τε καὶ περὶ διαίτης ὀξέων καὶ τῷ περὶ ἄρθρων, ἐν αὐτῷ τε τούτῳ τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐπί τινος ἀρρώστου γράψας· ὀγδόῃ ἀγκῶνα ἔτεμον, ἐρρύη πολὺ, ὡς ἔδει. ὅπου γὰρ ὀγδοαῖον αὐτὸν ἐφλεβοτόμησε πολὺ δή που μᾶλλον ἐν ταῖς προειρημέναις ἡμέραις εὔδηλός ἐστι χρώμενος τῷ βοηθήματι. (Hac de re quid sentiam, in singulorum aegrorum perlustratione dixi.) τὸ δὲ μὴ γράψαι καθ' ἕκαστον ἄρρωστον, ἐφ' ὧν προσήχθη τὸ βοήθημα τῶν σμικροτέρων αὐτοῦ μνημονεύοντα, μέχρι καὶ βαλάνου προσθέσεως ἀπίθανόν ἐστι. εἰ τοίνυν ἀτόπου τοῦ λόγου καθ' ἑκάτερον ὄντος ἐλέσθαι χρὴ τὸ ἧττον ἄτοπον, ἡγοῦμαι παραλελῆφθαι μὲν καὶ ἐπὶ πολλῶν τὸ βοήθημα, παραλελεῖφθαι δ' ὡς σαφὲς ἐν τῇ διηγήσει. Alter autem, quem volui, locus est, ubi (p. 628.): ἔστι δ' ὀξύτατον, inquit, τὸ πάθος καὶ διὰ τοῦτο νῦν ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης αὐτὸ μετὰ τοῦ προσγράψαι, ὠφελεῖν οὐδὲν ἠδύνατο. μέμνησο δή μοι καὶ τούτου πρὸς τὸν περὶ τῆς φλεβοτομίας λόγον, οὐ γὰρ ἄλλο τι τῶν βοηθημάτων ἔγραψεν ἐπὶ τῶν ἐν τούτοις τοῖς βιβλίοις ἀρρώστων, οὔτ' ἐκείνην, οὐ δή που τῶν καμνόντων ἀβοηθήτων ἐρριμμένων ἀλλ' ὡς οὐ χρῄζων γράφειν τὰ βοηθήματα καθ' ἕκαστον, εἰ μή τί που τῶν σπανίως εἴη γεγονότων, ὡς ἐπὶ τοῦ φλεβοτομηθέντος ὀγδοαίου. — Cum his locis cf. Freindius l. l. p. 240. Darembergius opere l. p. 404. seq. — Hippocrates naturam descripsit morborum, quos observavit, et naturae factorum enarrationem nobis proponit, non exemplaria quomodo artem factitare oporteat declarantia, unde factum est, ut quod primum ac princeps esse putaret et in quo rei caput haberi existimaret, diligenter elaboraret, minus enucleate contra exponeret id, quod ad ipsius propositum minus pertineret.

Verum ecce! iam perlustravimus varias horum librorum partes. Videamus num quid certi ex iis, quae adhuc disputavimus, de illorum auctoritate et nexu, quo inter se tenentur, effici possit.

Et ad auctoritatem quidem quod attinet, Gal. (comm. ad Ep. III. p. 579.); ἐν δὲ τῷ πρώτῳ, inquit, καὶ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἢ οὐδὲν, ἢ βραχέα παντελῶς ὑποπτεύσειεν ἄν τις ἐγγεγράφθαι. At alio loco (p. 633.): παντοίως γάρ, inquit, ἐλυμήναντο τῷ βιβλίῳ τούτῳ κατὰ τὰ προσγεγραμμένα πολλοὶ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν. Quod tamen ad ea spectat, de quibus in adnn. monuimus, quae cum Freindio omittenda censuimus, nempe ad additamenta signorum et vocabulorum morbi descripti nomen indicantium καῦσος, φρενῖτις, κυναγχική, cett. Hac in re me a Galeno dissentire et re vera insiticias partes libro inesse cum veteribus illis, de quibus supra e Galeni commentario monui et quibus hic fidem non adhibuisse videtur, ex ipsa indicatione τῶν παρεγγεγραμμένων in editione et e supra dictis iam patuit. Magis cum Galeni verbis de argumento horum librorum consentiendum est, cum (p. 579.): καθόλου δ', inquit, ἐν τοῖς βιβλίοις τούτοις θεωρήματα παντάπασιν ὀλίγα γέγραπται, δι-

©BIUM

γήσεως οὔσης ἐν αὐτοῖς ψιλῆς τῶν συμβάντων, ἤτοι κοινῇ πολλοῖς ἐν καταστάσεσιν ἐπιδημίοις, ἢ καθ' ἕκαστον ἰδίᾳ.

Itaque primum de illa nuda factorum enarratione videamus in constitutionibus et morborum historiis et de nexu harum librorum partium inter se, dein de illis quae παρεγγεγραμμένα esse diximus, horumque cum germanis illis partibus coniunctione, ut ita de toto opere iam in duos libros diviso quomodo sentire oporteat nobis constet.

Primum quidem dicam mihi certo constare, descriptiones morborum epidemiorum et casuum singulorum Hippocratis ipsius esse; aeque certo me scire epidemiorum secundi, quarti, quinti, sexti, septimi, horum nullum Hippocratis opus esse, neque hoc notis dubiis, sed certis patere. Primum τεκμήριον mihi est oratio illa antiqua, pura, simplex, elegans, fuci et ornamenti longe quaesiti nihil habens, cum oratione locorum Coacarum, de quibus antea dixi, consentiens et a qua recentiorum epidemiorum descriptores recessisse videbimus, mutata scilicet ipsa artis conditione et cum hac etiam sermone, quo artis opera concipiebantur.

Alterum indicium mihi est convenientia, quam observamus, inter monita practica in libro de victu acutorum et ipsam artis praxin in his libris nobis propositam. Nam quod supra in aegrorum singulorum perlustratione monui ad aegrum septimum libri primi et ad octavum seriei postremae libri tertii eiusmodi est, ut sine dubio idem homo in libro de victu acutorum artem docere et in his Epidemiorum libris eam eodem modo, quo docuit, facere censendus sit.

Accedit, de quo alii et Darembergius nuperrime monuerunt, cum libro de Aëre aquis et locis hos libros arcto nexu coniungi, quod ad doctrinam de rebus externis in hominem agentibus. Quin sermonis omnino similitudo inter librum de Victu acutorum et librum de Aëre aquis et locis et hos ipsos harum rerum peritum non latebit.

Sunt autem, uti videntur, omnes illae historiae morborum singularium, et quatuor constitutionum descriptiones ab una manu; nimirum orationis in his et methodi descriptionis et observationis tantus est consensus, ut a diversis proficisci non potuisse videantur.

Quaestio iam oritur, habeamusne hodie hoc opus, de quo agimus, eadem forma qua Hippocratis id ediderit?

Quin descriptiones universales e singulorum aegrotantium historiis deductae sint, dubitari non potest: indicio rei est Hermippi Clazomenii casus in constitutionis epidemicae tertiae descriptionem receptus et indicio sunt alii aegrotantes ad amussim cum epidemiae descriptione convenientes. Sed etiamsi nonnullas historias aegrotantium certo constet ad Epidemiae descriptionis certam partem pertinere, non est in his ordo debitus. Nam prima historia omnium Philisci procul dubio referri debet ad tertiam, non ad primam κατάστασιν, contra sexta historia libri tertii ante statum pestilentem ad primam constitutionem revocari debet. Licet mihi igitur probabile videatur ad singulas catastases aliquando adscriptos fuisse casus morborum ad eas pertinentium, sive praemissae fuerint historiae aegrotantium, sive praecesserit constitutionis ad quam pertinerent descriptio, iste ordo hodie non amplius apparet.

Sed praeterea aliud quid tenendum censeo. Vir in arte versatissimus, qualis Hippocrates, non has solum epidemiorum et aegrotantium historias scriptis mandavisse censendus est, sed profecto plures literis consignavit. Utrum ipse has epidemias selegerit, ut eas ederet coniuntim, nec ne, ignoramus; sitne in delectu et collectione harum descriptionum posita opera a

©BIUM

recentiore, ignotum est. Hoc si factum sit, quaestio oritur, num re vera illi casus singulares, quos quadraginta duos possidemus, omnes re ipsa ad quatuor constitutionum aliquam pertineant. Quam quaestionem ad liquidum perductum iri non ausim sperare.

Hoc tamen utut est: puto Hippocratem ipsum non eo ordine, quo partes in his libris hodie dispositas cernimus, eas dedisse, sed sive casu fortuito, sive aliena manu, sive utroque in hunc ordinem devenisse.

Verum iam alia rursus quaestio oritur cum interpolatis illis cohaerens: nimirum quaero, quomodo interpolata illa sint consideranda. Fuitne recentior aliquis, qui e scriptis ab Hippocrate relictis has historias selegit, in certum ordinem disposuit, et ita librum componere voluit artem discentibus utilem, qualem Prognostici compilator e veteribus Praenotionibus Coacis probabiliter composuit? An sunt ista παρεγγεγραμμένα alieni operis partes, quae forte fortuito in has epidemiorum descriptiones devenerint, qualia fortuito invecta animadvertimus permulta in reliquis epidemiorum libris?

Ut ad has quaestiones respondeamus, redeundum est ad illa interpolata et videndum, num quo nexu cum epidemiorum partibus germanis coniungantur; num inter se cohaereant, sive eo ordine, quo iam intermista sunt librorum partibus, sive alio, ita ut alio modo disposita integrum fortasse tractatum efficiant. Perlustremus ergo denuo!

In libro primo habemus § 11., quam vidimus quinque quasi aphorismis constare ita inter se cohaerentibus et dispositis, ut si ex nostra mente eas disponere deberemus, postremum (ἡ τέχνη διὰ τριῶν) fere reliquis praeponere vellem, tum quartum, dein tertium, denique primum et alterum describere. Ceterum in his sententiis nihil est, quod statim ad epidemiorum descriptionem pertineat; sunt monita universalia practica.

Ibidem habemus § 12., quae cum § 11. non cohaeret, neque cohaeret cum morborum historiis qualibuscumque in his libris, et quae omnino ad semeioticen practicam spectat.

In eodem libro habemus porro § 23—26., interpolatas. Est quaedam consecutio in his et magis haec capitula inter se cohaerent quam § 11. et 12. In superioribus iam argumentum eorum exposui, quod non repeto, dicam tantum sine dubio arctius esse vinculum inter § 24. 25. 26. inter se, quam inter has et § 23., licet nolim affirmare nullum esse. Sed de tota hac interpolatione, in qua sunt sane quae ex epidemiorum lucubratione deduci possint, id animadverto, non magis patere, quare hoc loco descriptionibus morborum interponatur, non alio, quod neque de § 11. et 12. libri huius primi patet.

Superest § 15. in calce constitutionis quartae in libro tertio. Nemo non in hac § agnoscet perorationem libri alicuius, quemadmodum re ipsa vetustissimis temporibus haec ad totius libri tertii calcem adscripta fuerunt et in Galeni Edd. etiam eo loco leguntur. Sed fuerintne adiecta ad calcem libri alicuius, qui epidemiorum nostrum primum et tertium continuerit, an ad calcem tractatus alicuius, cuius membra disiecta habemus in singulis interpolatis capitulis, non satis discerno; neque enim video, num certo illud περὶ τῶν γεγραμμένων loci initio spectet ad alia, cum quibus haec § cohaeserit, an ad epidemiorum descriptiones, quas forsitan collegerit et in certum aliquem ordinem redegerit interpolator, licet ab hac opinione non alienum me esse profitear.

Non dubito, quin interpolata in his libris sint omnia ab eadem manu; agnosco in iis

©BIUM

eundem, qui Prognosticum e Coacis compilavit. Sed quemadmodum certus rerum ordo in Prognostico non apparet, ita ut hunc numeris omnibus absolutum tractatum appellare liceat, ita neque his in epidemiis tale quid apparet. Quae res forte debetur detrimento quod hi libri tractu temporis acceperint; quod cum reputamus, simul tenere debemus nos nullum Hippocratis opus integrum possidere, sed germana eius scripta omnia fragmenta tantum esse operum maiorum.

Haec puto causa est cur non liceat fere certo respondere ad quaestiones, quas supra de his interpolatis proposui. Et facile tamen fieri possit, etiamsi certi quid affirmare non possim, re vera recentiorem διασκευαστήν ex Hippocratis scriptis relictis, sive editioni distinata fuissent, sive non, quod pariter prorsus ignoratur, composuisse unum opus, quod epid. I. et III. continuerit, et quod discipulorum in gratiam in formam redegerit, aliquantum forte diversam ab hodierna, sed cuius tamen libri partes plerasque hodie possideamus.

Quodsi quis alio ordine vellet edere horum librorum textum, non puto id non licere, sed non video multum id profuturum esse. Diligens lector facile animadvertit, quomodo haec res se habeat in ordine, quo hodie et a multis seculis inde hos libros legimus; neque pristina librorum horum dispositio facile reperietur.

Haec de epidemiorum primo et tertio. E Darembergii ad hos libros notulis iam attigi supra locum, ubi interpolatam esse existimat periodum, quam item reieci; de reliquis hic nihil subiungo, quia maximam partem ad interpretationem spectant. Non quia hanc nihili faciam, aut quia parvi faciam eius observationes, de his taceo, sed quia propositum est ea inprimis respicere, quae ad textus Hippocratis constitutionem pertineant.

§ 6.

De libro: de aëre, aquis et locis.

Antiquorum opera, quibus hunc Hippocratis librum illustrarunt, perierunt omnia fere. Galenus de propriis libris (p. 36. Ed. Kühn.) narrat se eum explanasse, sed, quem hodie superstitem habemus, commentarium Latinum et alii spurium habuerunt et me quoque iudice illi adscribere non licet. Est hic ipse secundum Coraën (p. CXLIII. prolegomenorum ed. prioris) ex Hebraïco sermone Latine redditus a Mose Alatino, medico Iudaeo, et adeo ieiunus, ut licet non permagni facere soleam Galeni aliorum Hippocratis scriptorum exegeses, hic tamen longe illis postponendus videatur. Equidem illum legi in Ed. Chartierii vol. VI. et unum alterumque locum notabo, quibus aliquatenus certe de eo iudicium ferre doceamur.

Ita p. 195. haec habentur ad locum p. 251. mihi: ὥστε τὰς τοιαύτας φύσιας οὐχ οἷόν τε μακροβίους εἶναι, ἀλλὰ προγηράσκειν τοῦ χρόνου τοῦ ἰκνευμένου: „scire sane convenit unumquemque senem terminatam vitam ex coelestibus motibus sortiri; motus vero coelestes ab opifice et motore eorum. Itaque dicimus humanae vitae tempus a tempore vitae equi, ac tempus vitae elephantis a tempore vitae equi differre, nec vitae tempus in senibus solum, sed in singulis quoque animalium speciebus invenimus, tempus namque vitae equi aliud est a tempore vitae asini. Verum senes naturali solum, iuvenes accidentali morte intereunt, ex

©BIUM

accidentibus nimirum, quae ab aquis, aëre, cibisque iis contingunt. Haec medicorum sententia existit. Sapientes vero aliam opinionem sortiuntur, credunt enim mortem ex quacumque causa contingat, naturalem esse, Divina potentia, nec non ea, quae ex accidentibus evenit, Dei nutu evenire, omniaque a Superis contingere affirmant. Hippocrates vero aït, eiusmodi naturam cito ad senectutem devenire. Senectus enim ex aquis pravis corruptisque humoribus in ea existentibus accidit." Haec sane Galeni mentem et doctrinam non referunt!

Sequenti pagina 196. legis: „Nonnunquam vero aliquibus in morbis suppetias ferunt, quemadmodum nonnullae aquae sunt in quadam Italiae regione (Damiata vocata) non procul a Roma sita, scaturientes, in (excidit *quibus*) ferri, atque aeris permixtam qualitatem adesse videtur." Quid hoc? Damiata Italiae regio prope Romam? Vitia hic subesse necessario videntur, nam quis sana mente certe praeditus talia scribat?

Paulo post: „Romae, inquit, insuper aquae quaedam corpus solventes inveniuntur, ad eas autem quispiam non accedit, nec illas bibit." Vixeritne Romae, qui commentarium composuit? At p. 202.: „quum regio, inquit, nostra Asia totius orbis temperatissima regio censeatur." Saepius de Asia, tanquam de sua regione audimus loquentem Galenum (v. c. p. 443 comm. in lib. de V. A. *ὁ δὲ ἕτερος Ἕλλην ἐξ Ἀσίας τῆς ἡμετέρης*). Tum vero eadem pagina advertunt verba: „in libro de septimanis, qui Hippocratis nomen praefert, in septem partes annum divisum invenies." Nimirum Gal. comm. 1. in lib. Epid. I. (p. 18. Ed. Kühn.): *καὶ μέντοι*, inquit, *κἀν τῷ περὶ ἑβδομάδων Ἱπποκράτους ἐπιγραφομένῳ βιβλίῳ διῃρημένον ἔστιν εὑρεῖν τὸν ἐνιαυτὸν εἰς ἑπτὰ κ. τ. λ.* His reputatis quaerere mecum coepi, num forte qui hunc commentarium composuit, re ipsa usus sit commentario antiquo Galeni, ipse scilicet multo recentior?

Sed auxilia mihi desunt, quibus hanc rem investigem; nec iuvat in commentario tam parum utili oleum et operam perdere et bonas horas terere.

Hic liber ab omnibus ipsi Hippocrati adscribitur, licet in altero Codd. Parr. (apud Coraën p. CXXXVII.) pars libri inscribatur *Ἱπποκράτους περὶ προγνώσεως ἐτῶν· οἱ δὲ τινὸς ἄλλου παλαιοῦ*. Neque ego dubito, quin Hippocratis opus sit; docet me oratio antiqua cum dictione epidemiorum, libri de victu acutorum consentiens; docet me arctus doctrinae in hoc scripto expositae cum epidemiorum descriptionibus nexus; docet prognostica ratio huius quoque libri, quemadmodum prognostice omnino veluti fundamentum et simul etiam finis est doctrinae medicae Hippocratis. Itaque hac de re nihil amplius dico, sed argumentum libri persequi lubet.

„Artem medicam, inquit Hippocrates, qui recte indagare volet, mentem attendere debebit ad anni tempestatum vim et effectum mutationum illarum, ad ventos calidos, frigidos, ad aquarum facultates, quae multum inter se differunt. Itaque si quis ad civitatem sibi ignotam perveniat, primo observet oportet eius situm quod ad ventos attinet et ad solis exortum, tum quales illi sint aquae et terra quomodo se habeat et quae solita sit civibus victus ratio. Quorum quidem ratione habita singula sunt consideranda. Etenim si quis ista noverit, cognoscet indolem morborum regioni eiusmodi propriorum et communium, adeo ut in curatione minus a recto aberrandi sit periculum quam si ista non noverit. Praevidebit insuper qui morbi communiter cives sint affecturi tam aestate quam hieme et quos unusquisque passurus sit propter victus rationem mutatam. Nam qui mutationes anni tempestatum noverit, et astrorum

©BIUM

ortus et occasus, praenoverit omnino qualis sit futurus annus. Hac autem ratione qui investigabit et praevidebit, in arte facienda a recta via minime aberraverit."

Hisce introductionis loco praemissis hoc quidem modo pergit:

„In civitate calidis ventis perflata, et quae a frigidis tecta sit, aquae abundant et subsalsae sunt et e sublimibus locis scaturiunt suntque aestate calidae, hieme frigidae. Homines caput humidum habent et pituita abundans, qua defluente in ventrem saepius hic conturbatur. Habitu fere sunt debili; parco cibo utuntur, nec multum bibunt. Morbi autem illis proprii hi sunt; mulieres fluxionibus tentantur et saepe adversam patiuntur valetudinem, quapropter multae sunt steriles, non vero natura sua: gravidae factae frequenter abortum faciunt. Pueri convulsionibus tentari solent et asthmate, quem morbum sacrum appellant et a divino numine repetunt. Viris accidunt dysenteriae, ventris profluvia, febres algidae et diuturnae hiemales et epinyctides, quas vocant, et haemorrhoïdes. Morbi autem acuti vix ibi nascuntur, neque enim facile locum obtinent, ubi alvus fluida est. Oriuntur contra lippitudines fluentes, breves, curatu faciles. Cum annum quinquagesimum attigerint, defluxione a capite facta membra illis resolvuntur sive solis ardori nimis expositum fuerit caput, sive riguerint. Hi quidem morbi illis sunt proprii et si quis alius forte detineat communis propter anni tempestatum mutationem."

„In iis vero, quae contrario modo sunt sitae et ventis frigidis expositae, calidis ad eas non pervenientibus, res ita est comparata: primo quidem aquae sunt durae ut plurimum et frigidae; homines vero robusti et exsucci, ventre inferiore indomito, sicco, superiore magis fluxo: sunt bile potius quam pituita abundantes, capite sicco, sed facile ruptis tentantur. Frequentes sunt his morbi acuti, ventre videlicet sicco: multis pus intro oritur, quia ob corporis distentionem et ventris siccitatem saepius vasa rumpuntur. Multum edunt, sed parum bibunt: subinde lippitudines nascuntur siccae et vehementes et sanguis e naribus fluit, maxime aetate minoribus; raro accidunt morbi, qui vocantur sacri, sed si quando fiant, sunt vehementes. Eiusmodi civitatis hominibus vita esse solet longaeva, vulnera in illis facile curantur, mores sunt agrestes. Mulieribus corpus fere durum fit propter aquas, unde parca illis purgatio menstrua et partus difficilis, licet raro faciant abortum. Partu edito matres infantes enutrire vix possunt, quum lac exstinguatur ab aquis; est etiam frequens post partum tabes a contentione et nisu in foetu edendo. Pueris hydrops scroti proprius est, quando parvi sunt, et sero pubescunt."

„Civitates autem, quae versus solis ortum spectant, sanitati magis favent, quam quae versus septentrionem et versus calidos ventos, etiamsi perexiguo intervallo distent. Nam calor et frigus modum non excedunt, tum vero aquae sunt limpidae, boni odoris, dulces. Homines pulcro colore sunt et florido, clara voce et moribus et intellectu praestant prae iis, qui boreae sunt expositi. Eiusmodi civitatis situs veri perquam similis est: sunt autem morbi, qui ibi fiunt, minores et minus vehementes, ceterum simillimi iis, qui oriuntur in regione calidis ventis exposita. Mulieres perfoecundae sunt et facile partum edunt."

„Quae vero versus occasum spectant situm habent sanitati maxime omnium adversum. Nempe aquae non sunt limpidae: nam nebula mane eas occupans iisque commista, quominus limpidae fiant, impedit. Aestate vero matutino tempore aura frigida spirat et ros decidit:

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 69 sur 880

©BIUM

ceterum sol eò maxime inclinans homines percoquit, unde color illorum pallidus et corporis debilitas, eademque de causa omnibus morbis sunt obnoxii; vocem habent gravem et raucam ob aërem, quem spirant, impurum, humidum. Situs harum civitatum auctumno simillimus est."

„Haec de ventis tam utilibus sanitati quam noxiis."

„Ad aquas vero quod attinet, quae palustres sunt et stagnant, aestate sunt calidae, crassae, olidae et quum non defluant et semper pluviis augeantur et sol eas adurat, pravi sunt coloris et omnino minus laudandae et biliosae: hieme vero glaciatae, frigidae, turbidae, adeoque pituitam augent et raucedinem adducunt, lienem volumine augent, ventres siccos, tenues et calidos reddunt; humeris vero et facie extenuantur qui eas bibunt, multumque edunt et sitiunt, ventremque superiorem et inferiorem habent siccum et calidum admodum, ita ut non nisi vehementioribus medicaminibus moveatur. Insuper hydropes illis sunt frequentes iique letales; nam aestate difficultates intestinorum fiunt et diarrhoeae et quartanae longae, qui morbi in hydropem exeunt et ita aegrotantes perimunt. Fiunt illi morbi maxime aestate: hieme vero iunioribus pneumoniae et insaniae, senioribus febres ardentes ob ventris duritiem. Mulieribus fiunt oedemata et pituita alba et difficulter concipiunt ac pariunt; infantes edunt magnos, tumidos, qui dum enutriuntur extabescunt, nec post partum debita purgatio contingit. Pueris fiunt herniae, viris in primis varices, ulcera crurum; neque longaeva vita fruuntur isti homines. Praeterea mulieres videntur esse gravidae, sed partu instante evanescit ventris plenitudo, quod fit ex uteri hydrope."

„Et aquae quidem palustres illae ad rem quamlibet sunt pravae, secundo vero loco in censum veniunt quae scaturiunt e terra, in qua ferrum, cuprum, sulphur, bitumen, nitrum, similia alia inveniuntur, quae omnia vi caloris gignuntur et unde aquae durae, difficulter per urinas elabentes, aegre per intestinum descendentes. Optimae sunt, quae e locis sublimibus et terrae tumulis profluunt et e fontibus altissimis: sunt enim dulces, tenues, aestate frigidae, hieme calidae. Praestant vero prae ceteris eae, quarum fontes versus solis ortum conversae sunt, in primis versus ortum aestivum; sunt enim limpidiores et melioris odoris, leves. Salsae vero et durae pravae sunt, at sunt naturae quaedam et morbi, quibus conveniunt, de quibus mox dicam. Sed cum his aquis res ita comparata est, ut optimae sint, quarum fontes solis ortum spectent, tum illae, quae sint inter solis ortum et occasum aestivum, tertio loco quae sint versus solem occidentem, omnium deterrimae, quae sint inter solis ortum et occasum hiemalem."

„Iam vero illis, qui prospera utuntur valetudine et viribus vigent, omne genus aquarum bibere licet, sed qui remedii adversus morbos loco iis uti volet, hunc ita facere oportet. Ventrem siccum et qui facile exuratur habentibus maxime prodest aqua dulcis et levissima, sed iis, quorum alvus mollis et humida et pituita redundans, indomita et subsalsa. Nam falluntur, qui salsas aquas alvum solvere putant, contra enim evenire solet: sunt nempe coctu difficiles. adeo ut alvum potius adstringant, quam solvant. Haec de aquis fontanis."

„Aqua pluvia levissima est et dulcissima et limpidissima: nam sol quod tenuissimum in aqua inest ad se rapit; docet sal, quod tanquam pars crassissima ex aqua marina relinquitur in altum sublatis ceteris. Neque vero solum ex aquis tenuissimas particulas ad se sol attrahit,

©BIUM

sed ex omni re quacumque; cuius indicium maximum hoc est: homo in solis luce obambulans, aut sedens qua parte vestes corpus contegunt sudore diffluet, qua parte vero nudus est non sudat, quippe sol ab hac parte tollit sudorem, quicumque apparet in cute. Id autem in causa est, cur aqua pluvia facile putrescat et male oleat, quod e multis colligitur et commiscetur. Tum vero, cum a sole sublata est, cum aëre mista partim fit nebula et vapor, limpidissima pars vero et levissima relinquitur et dulcescit: quippe omnia, quae coquuntur, dulcia fiunt. Itaque quamdiu dispersa est, necdum coacta, sublimis fertur, collecta vero et condensata a ventis e contrariis regionibus flantibus decidit. Sunt autem hae aquae optimae, modo rite purgentur, ceteroquin raucedines faciunt."

„Aquae vero a nive et glacie collectae omnes sunt deteriores: pars enim tenuissima evanuit, crassior remansit. Quod hinc conficias: si hieme vas aliquod aqua impleveris et frigore eam in glaciem converti sinas, posteaque rursus calori exponas, ita ut glacies liquescat, aquae copiam invenies multo minorem quam antea, itaque in congelatione levissima pars illi adimitur."

„Sed ubi homines omnigenas aquas bibunt e magnis fluminibus collectas, in quae alia influunt, vel e lacu, in quod fluvii deveniunt multi et diversi, vel ubi aquis e longo intervallo adductis utuntur, calculo laborare solent et nephritide et urinae difficultate et ischiade et herniis. Neque enim aqua alia alii est similis, verum alia dulcis, alia subsalsa, alia aluminosa, quae quidem inter se pugnant, ita ut fortior quaecumque ceteras superet; neque semper eadem praevalet, sed alio tempore alia pro ventis diversis. Unde fit, ut in vasis arena et limus subsideat, quibus morbi illi oriuntur, qui quare non omnibus accidant, iam dicam. Quibus alvus bene respondet et sana est, neque vesica eiusve orificium inflammatum, hi facile urinam mittunt. Quibus vero vesicae ostium incenditur, urina non demittitur, sed retenta concoquitur et comburitur et levissima eius pars excernitur; principio exigua remanet, sed postea increscit et, cum urina emitti debet, prolabitur ad ostium vesicae et quominus exeat urina impedit et dolorem parit vehementem, ita ut pueri pudenda vellicent et fricent, quippe ibi loci causam esse putant, cur ita meiant. Indicio est quod limpidissimam urinam effundunt qui calculo laborant. Oritur autem calculus in pueris etiam a lacte nimis calido et bilioso, quod alvum calefacit et vesicam, ita ut urina idem patiatur. Quapropter pueris vinum dare convenit maxime aquosum. Mulieribus contra haud ita facile calculus nascitur, nam urethra brevior et amplior et plus bibunt quam mares."

„Quod vero ad anni tempestates attinet, si quidem signa respondeant astris orientibus, occidentibus et auctumno pluat, hiems modice sit frigida, vere in tempore pluviae cadant, itemque aestate, annus ille erit saluberrimus. Sin hiems sit sicca, borealis, ver nubilum austrinum, aestate febres invadent et lippitudines et dysenteriae. Quodsi eiusmodi tempestate sub canis ortum pluat et etesiae spirent, morbos finitum iri spes est et auctumnum salubrem fore. Sin contra eveniat, ne multi moriantur timendum e pueris et mulieribus; qui vero evadunt, ne in quartanam et ita in hydropem delabantur. Quodsi hiems sit austrina et humida et lenis, ver autem boreale, siccum, frigidum, metus est ne mulieres, quibus partus sub ver sit futurus, abortum faciant, quae vero pepererint, ne debiles foetus edant; ita ut vel cito moriantur, vel miseram vitam trahant. Ceteros dysenteriae affligent et lippitudines siccae et defluxiones a capite in pulmones. Pituitosis igitur erunt dysenteriae et mulieribus ob humo-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 71 sur 880

©BIUM

rum abundantiam, biliosis ophthalmiae siccae ob carnis siccitatem; senibus defluxiones a capite ob venarum extabescentiam, unde mors consequetur, vel membrorum resolutio. Nempe cum hiems est humida et austrina, corpus non consistit; itaque vere incidente boreali, sicco, cerebrum quo tempore purgari debebat per coryzas et raucedines, cogitur et consistit, quo fit ut aestate calida superveniente morbi isti incidant. Quodsi aestas sit sicca, citius morbi illi finiuntur, sin contra humida, diu tenent et depascentia fiunt ulcera quavis de causa et lienteria et hydrops in morborum exitu; neque enim facile alvi resiccantur. Quodsi aestas sit nubila, et austrina, itemque auctumnus, hiems morbosa sit necesse est et contingunt fere febres ardentes pituitosis et annos natis amplius quadraginta, biliosis vero pleuritides et pulmonis inflammationes. Sin autem aestas sicca sit et borealis, auctumnus vero nubilus et austrinus, sub hiemem dolores capitis fient et cerebri sphacelus et raucedines, tusses, tabes. Sin contra auctumnus siccus sit et borealis, pituitosis proderit et natura humidis et mulieribus, sed biliosis nocebit, qui plus iusto resiccantur."

„Quodsi ita has res consideres, praevidere poteris quae proventura sint ex tempestatum mutationibus. Animum autem praecipue attendere oportet ad mutationes maximas, quo tempore neque alvum movere convenit, neque venam secare. Tum vero animum advertas ad astrorum ortus et occasus, qua occasione morbi alii finiuntur, alii in aliam formam transeunt."

„Verum Asiam et Europam a se diversas esse tum ceteris rebus, tum gentium forma, ostendere est animus."

„Asia omnium, quaecumque profert, et hominum etiam natura prae Europa praestat, nam omnia et maiora ibi proveniunt et pulchriora quam in Europa. Cuius rei causa est anni tempestatum aequabilis moderatio. Nec tamen universa Asia eodem se habet modo, sed quae in medio inter frigus et calorem sita est, pars fertilissima est, et arboribus tecta et coelo aequabili et aquis pulcherrimis gaudet. Qua rerum omnium iusta temperatione fit ut quodcumque ibi proveniat sit longe optimum et ut homines sint bono corporis habitu, magni, non admodum inter se dissimiles. Regio autem illa ad ver proxime accedit secundum tempestatum anni moderationem. Non autem fortes sunt incolae, nec laborum patientes, neque enim istae virtutes in eiusmodi regione inveniuntur."

At hoc quidem loco insignis lacuna est, de qua in adnotatione monui: deficit enim integra pars libri, qua de Libycis, Aegyptiis exposuit Hippocrates. Credo autem quae auctor libri de morbo sacro (p. 590. Kühnio) de Libycis habet ex ea parte libelli nostri, cuius interitum lugemus, esse desumta: *ἐγὼ δέ*, inquit, *δοκέω Λιβύων τῶν τὴν μεσόγειον οἰκεόντων οὐδένα ὑγιαίνειν, ὅτι ἐν αἰγείοισι δέρμασι κατακεῖνται καὶ κρέασι αἰγείοισι χρέονται, ἐπεὶ οὐκ ἔχουσι οὔτε στρῶμα, οὔτε ἱμάτιον, οὔτε ὑπόδημα ὅ τι μὴ αἴγειόν ἐστι· οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἄλλο προβάτιον οὐδὲν ἢ αἶγες καὶ βόες.* — Nimirum certum est auctorem huius libelli de morbo sacro argumentum tractatus sui duxisse e libro Hippocratis, de quo agimus: est autem vero simile illum scriptum hocce senis Coi integrum ob oculos habuisse, itaque quum talia in eius tractatu legamus, quae ad argumentum fragmenti deperditi pertineant, probabili coniectura efficias, locum laudatum haustum esse e deperdita illa parte libri de aëre aquis et locis.

Sed pergimus in eius argumento persequendo: ita fere deinceps auctor noster:

©BIUM

„Quae vero gentes ad dextram ortus solis aestivi sitae sunt ad paludem usque Maeotidem inter se magis sunt diversae quam illae, quarum mentio iam facta est, propter anni tempestatum mutationes et his respondentem regionis naturam. Nimirum regio, quae maximis illarum mutationibus subiecta est, maxime quoque est inaequalis et contra: neque alia est hominum ratio, quorum alias naturas montibus similes reperies, alias campis planis, cett."

„Iam vero eas gentes notabo, quae a ceteris maximopere sunt diversae et primum de macrocephalis agam. Hi nempe infantum recens natorum caput manibus fingunt et circumdito vinculo et arte adhibita ut in longum excrescat faciunt. Qui mos principio longa ut haberent capita effecit; postea vero natura temporis tractu ita est mutata, ut instituto illo non amplius opus sit, sed iam sponte illa forma capitis oriatur."

„Ad Phasianos autem quod attinet, regio, quam colunt, est paludosa, calida, arboribus tecta; pluviae abundant; vivunt homines in paludibus, ubi aedes habent e ligno et arundine fabrefactas. Per fossas regionem pernavigant, bibunt aquas calidas a sole putrefactas et imbribus auctas. Flumen autem Phasis lente fluit. Fructus in ea regione sunt imperfecti ob aquarum abundantiam; neque ad maturitatem perveniunt. Forma ab aliis longe diversi sunt Phasiani, magni, crassi, pallidi, voce gravi, aërem videlicet inspirantes spissum, ad laborem segnes. Anni tempestates in hac terra parum immutantur, sunt venti fere austrini, boreas vix regionem perflat, nec, si quando spirat, nisi leniter admodum."

„Causa vero, cur Asiatici magis ignavi sint quam Europaei et minus fortes et moribus mansuetioribus, in anni tempestatibus maxime sita est, quae haud ita magnas mutationes subeunt. Tum etiam instituta civilia id faciunt. Sunt enim Asiae incolae regibus subiecti, unde fit ut non sua ipsorum causa pericula belli obeant, sed illorum. Praeterea terra inculta iacet propter hostium invasiones. Atque ita illorum animi istis institutis a fortitudine avertuntur. Ipsos tamen Asiaticos etiam inter se diversos hoc nomine reperies, alios meliores, alios deteriores, quod anni tempestatibus debetur."

„Ac de illis quidem, qui Asiam colunt, res ad eum se habet modum."

„Est autem in Europa a reliquis diversa gens Scythica in regione circa paludem Maeotin, Sauromatae nomine. Horum foeminae equis vehuntur et arcu et iaculis utuntur et cum hostibus pugnam ineunt, neque viro nubunt priusquam sacra solita fecerint, nuptaeque non amplius equum conscendunt, nisi belli necessitate cogente. Dextra mamma carent: nam tenera aetate matres eam adurunt instrumenti ferrei ope, ut ne excrescat, sed omne robur et succorum adfluxus brachium alat."

„Ceteri Scythae sibi valde sunt similes. Regio, quam colunt, plana est, pratis abundans, alta, aquis modice irrigata. Vocantur Nomades, quod domos non habent, sed in curribus vitam degunt tutis a pluvia, nive, ventis, boum paribus duobus tribusve vectis pro curruum magnitudine. In his fere sunt mulieres cum liberis; viri equis vehuntur; sequuntur ovium, boum greges et equi. In eodem autem loco manent, quamdiu sufficit pabulum pecoribus, quo deficiente in aliam regionem migrant. Cibo illis sunt carnes coctae et lac equinum bibunt et equino caseo vescuntur."

„Quod attinet ad anni tempestates et formam a ceteris gentibus Scythica longe distat sibique fere similis est, et regio cum parva, tum numero pauca animalia alit; nam sol vix eam

©BIUM

calefacit et semper venti flant frigidi et nives et glacies in montibus numquam non adsunt et nebula planitiem occupat et vix aestas est, sed semper fere hiems. Anni tempestates parum inter se sunt diversae, hinc forma sibi semper sunt similes homines, semper eodem cibo vesci et eadem veste tegi soliti et aërem humidum spirantes. Ignavia corporis et animi illis magna est, neutrius enim vires exercentur ubi anni tempestates paulum tantum differunt. Sunt ergo corpore crasso, carnoso, humido, laxo, ventre fluido, neque enim resiccantur; verum ob pinguedinem et glabram carnem sibi sunt similes, si quidem in seminis conformatione corruptio vix accidit, nisi casu aliquo morbove fiat."

„Quam humidi sint natura vel inde conficias, quod Scythas Nomadas humeris, brachiis, manuum articulis adustos invenias. Quod faciunt ut arcum intendere et iaculo incumbere valeant, resiccato ita redundante in articulis humore. Sunt autem fluxo corpore et debili, quod tenelli non involvuntur, quippe id illis in more non est propter equitationem, tum vero quia multum insident curribus et vix circumeunt. Sunt autem praesertim laxae et debiles mulieres."

„Fulvus illis color corporis est et ex frigore infoecundi sunt, neque enim viris insignis est coeundi libido propter naturam humidam. Tum vero defatigatione inter equitandum infirmi redduntur ad coitum. Mulieres vero steriles sunt carne humore et pinguedine abundante. Menstrua purgatio debito modo non contingit et os uteri a pinguedine occluditur, neque semen recipit. Ipsae vero sunt ignavae, pingues, et alvum habent frigidam, mollem. Servae contra laborem obeuntes et magis macilentae, simul ac cum viro rem habuerint, concipiunt."

„Praeterea multi Scythae eunuchis similes fiunt, muliebria factitant et loquuntur, cuius rei causam divino numini tribuunt, sed morbus iste, ut ceteri omnes, propriam suam sibi habet naturam. Videlicet ex equitatione κέδματα illis fiunt, quae ut curent, venas pone aures sibi incidunt, quibus sectis semen genitale pessumdatur. Quodsi vero ad mulieres accedant, primo curae non habent, si cum illis rem habere nequeant; sin saepius idem experiantur, muliebrem vestem induunt et contra numen se peccasse existimant."

„Patiuntur hoc Scythae ditissimi et nobiliores ex equitatione, pauperes longe minus. Qui morbus tamen si divinus esset, potius pauperibus contingeret, quippe qui non habent quod Diis obferant, quum tamen Dii honore affici velint; quin pauperes Deos etiam inculpant, quod opum nihil sibi largiuntur. Divites contra Diis gratum facientes, quia habent unde sacrificia desumant, minus illo morbo tangi deberent. Sed apud Scythas eodem modo se res habet, quo apud reliquos populos; qui enim plurimum equis insident plurimum κέδμασι, podagra cett. laborant et ad coitum perparum sunt idonei."

„Ceteri vero Europaei magnopere inter se sunt diversi tum magnitudine corporis, tum forma, quae diversitas anni tempestatum mutationibus debetur; sunt enim magni calores et frigora intensa, imbres copiosi et siccitates diuturnae, unde magna in generatione varietas. Eadem morum est ratio, qui agrestes sunt Europaeis; sunt iidem animo fortes, cui rei favent instituta civilia; nam sunt liberi, sui iuris, adeo ut sua sponte pericula obeant, secus atque ii faciunt, qui regibus sunt subditi."

„Sunt autem variae gentes in Europa forma, magnitudine, fortitudine valde inter se diversae propter causas, quas dixi. Videlicet qui regionem colunt montanam et altam et aquis abundantem et ubi magnae fiunt anni tempestatum mutationes, ii magni esse solent forma, laboris

©BIUM

patientes, strenui, sed simul rudes. Qui vero loca cava, ubi prata sunt et calor insignis est, habitant et ventis calidis perflata, et qui aquis calidis utuntur, non solent esse magni, sed lati, carnosi, capillitio nigro ipsique colore atro potius quam albo et fere biliosi, et licet natura non sint fortes, neque laboris patientes, instituta ut tales evadant facere possunt. Quodsi flumina in eiusmodi regione sint aquas stagnantes et pluvias devehentia, sani erunt incolae, sin contra aquae stagnantes sint, illis ventris amplitudo et lienis augetur. Altae vero regionis incolae corporis magnitudine excellunt et inter se sunt similes et mansuetis moribus. Qui vero in nuda regione degunt, aquarum experte, anni tempestatibus non bene moderatis, hi sicco sunt corporis habitu et robusto et flavi et moribus superbis."

„Hae sunt maximae naturae diversitatis causae; tum vero etiam regio quam quis colat et aquae quibus utatur; regioni enim fere respondent incolarum et forma et mores. Pinguis terra et mollis, aquosa, aquis sublimibus praedita et anni tempestatibus bene temperata homines feret carnosos, humidos, ignavos, ad artes crassos. Regio contra nuda et aquis carens et aspera, quae frigore et calore vehemente prematur, homines habebit siccos, macilentos, robustos, alacres ad negotia obeunda, moribus asperis, ad artes acutos et fortes et reliqua omnia, quaecumque fert terra, huic ipsi respondentia."

„Sunt hae quidem diversitates praecipuae, quarum ratione habita ceteras si consideres, a vero non aberrabis."

Ecce! vidimus quae libro de aëre, aquis, locis dicto tradiderit Hippocrates. Quodsi breviorem contentorum indicem requiras, en tradam:

Introductio § 1. 2. — De locis ventis calidis expositis § 3. De locis ventis frigidis adversis § 4. De civitatibus, quae spectant versus orientem § 5., versus occidentem § 6. De aquis fontium § 7. 8. 9. De pluviis et iis, quae e glacie, nive fiunt § 10. 11. De aquis magnorum et diversorum fluminum et calculo ex earum potione orto § 12. 13. De variarum anni tempestatum consecutione varia § 14. 15. 16. 17. De Asiae et Europae diversitate summatim § 18. 19. De Asiae populis ad dextram solis ortus aestivi § 20. De Macrocephalis § 21. De Phasianis § 22. De anni tempestatum et institutorum civilium effectu in diversitatem Asiaticorum et Europaeorum. § 23. — De Scythis Sauromatis § 24. De humida Scytharum natura § 27. De sterilitatis apud hanc gentem causa § 28. De Scytharum iis, qui eviratis similes fiunt § 29. 30. Ἀναχεφαλαίωσις causarum differentiae gentium Asiaticarum et Europaearum § 31. De regionum diversarum Europae in earum incolas efficacia § 32. 33.

Iam vero licet interpretis Hippocratis vice fungi malim quam laudatoris, nolo committere quin duas sane virtutes, quae in hoc opere eius splendent, in auctore ostendam.

Quodsi brevi huius libelli argumentum complectaris, possis dicere Hippocratem explicare potestatem rerum externarum in hominum naturam mutandam tum quod ad corpus, tum quod ad animum et mores attinet. In quarum rerum observatione quam praeclare versatus sit, neminem latebit intenta mente libellum perlegentem. Ultro miraris diligentem naturae observatorem, qui in hoc opere velut specimen exhibet unde pateat, quam arctus sit historiae hominis cum omnium rerum extra hominem positarum observatione nexus et quam arcto vinculo historia et philosophia coniungantur, adeo ut nisi hac illustretur, illa in tenebris versetur, neque lux temporum merito dicatur.

©BIUM

Verum ecce! quaecumque indagando et explorando de his rebus didicerat, ea continuo in artis medicae usum translata cupit, ad providentiam scilicet medicam, quam si quis sibi comparaverit, et melius futurum rerum eventum praenoverit et prudentius curationem instituerit, causas cognoscens et, si modo liceat, tollens, quibus hoc illudve valetudinis adversae genus hominibus oboriatur.

Itaque veneror in huius libri auctore et medicum et philosophum egregium. Insunt praeterea multa, e quibus theorias medicas Hippocratis omnemque eius rerum naturam contemplandi viam et rationem eruas; quod tamen nunc non agam, fortasse alio loco aliquando facturus.

De paucis locis in adnotatione maximam partem iam tractatis nonnulla subiungo:

p. 243. *εἰ δὲ δοκέοι τις ταῦτα μετεωρολόγα εἶναι.* Si recte Darembergium intelligam, ubi de hoc loco monet in adn., nam ex eius interpretatione res non certo mihi constat, non credit cum Coraë h. l. *τὰ μετεωρολόγα* cum quadam irrisione et contemtu quodam poni. Mè iudice Coraës verissime sensit Hippocratem hic velle *μετεωρολόγα* vocari posse cum contemtu a quibusdam, quae re ipsa ad artem medicam magnum momentum conferant. Hos autem leviter et leniter perstringit, cuiusmodi lenis derisio omnino propria fuit illi, quippe item in libro de victu acutorum eandem in illo observamus. Quin omnis loci, de quo agimus, venustas perit, nisi ita accipiamus.

p. 244. *ἃ νομίζουσι τό τε θεῖον ποιέειν καὶ ἱρὴν νοῦσον εἶναι.*] Redeo ad hunc locum ut Coraïs lectionem magis etiam firmem; facio autem tum quia video Darembergium etiam vitiosum illud *ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον ποιέειν* sequi, tum quia, quum adnotationem ad h. l. adscriberem, nondum pertractaveram Galeni locum in comm. ad Epid. VI. 1. 4. p. 558. huius editionis. Docet iste locus ultro *παιδίον*, deminutivum nominis *παῖς*, non fuisse scriptum in ea lectione, sed *παίδειον*, unde exstitit *παιδίον*. Simul vero ineptias Galeni noto, qui non viderit *τὸ παίδειον* pro *τὸ πάθος τὸ παίδειον* esse ellipsin, qualem vetus lingua ignorat. — Omni nomine igitur *τὸ παιδίον* et *τὸ παίδειον* ineptum est, sed emendatione loci Galeni firmata est ratio, qua vitium natum esse dixi: *παι* ortum est e *τε* et *δειον* e *θεῖον* est natum. Erotiani glossa *παιδικὸν πάθος*, licet non probabile videatur eam recte se habere, omnino ex isto *παίδειον* ortum duxit; si ad hunc locum pertineat, quod Foësius existimat verum esse, certum est quod sequitur, *παιδίαν νῦν τὴν παιδοτροφίαν*, ad glossam non pertinere. Forte datum fuit

παίδειον) *παιδικὸν πάθος.*
παιδείαν) *νῦν τὴν παιδοτροφίαν καλεῖ.*
ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς *ἐν* Πελίᾳ *φησί,*
λευκὸν μὲν αὐτὴν ὦδ' ἐπαίδευσεν γάλα.

Cum Galeni locum p. 558. emendabam, peccavi in accentu nominis *παίδειον*. — Corrigat L. B.!

p. 254. *οὐκ ἀπὸ τῶν ὑδάτων μόνον.*] Daremb. de eadem re monuit, de qua in adn. dixi et Gallice expressit coniecturam ex Ideleri meteorol. vett. p. 88. Itaque legit: *ἀνάγει δὲ τὸ τοιοῦτο οὐκ ἀπὸ τῆς θαλάσσης μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ὑδάτων τῶν λιμναίων καὶ ἐξ ἁπάντων ἐν ὁκόσοισι ὑγρόν τι ἐστί.* Loco etiam nunc iterum iterumque perlecto nulla emendatione opus esse credo. Profecto hic longe alius generis quaestionem habemus, quam paulo ante in isto *παίδειον*; agitur nunc de idearum consecutione, quae potuerit esse in mente scriptoris. Itaque videamus: quodsi recurras ad superiorem periodum, primum ponit; *τὴν*

©BIUM

ἀρχὴν ὁ ἥλιος ἀνάγει καὶ ἀναρπάζει τοῦ ὕδατος τό τε λεπτότατον καὶ κουφότατον, — dein proponit exemplum salis remanentis ab aquae marinae evaporatione. Quidni igitur in hac periodo primum loqui potuit de aquis palustribus, si harum aquarum stagnantium evaporatio illi ob mentem versata fuerit ea, quae Graece citavi, scribenti? Multum vereor ut iure vulgatae ordo mutetur: nulla fere res primis observatoribus facilius ostendere potuit aquarum evaporationem, quam paludum aestivo tempore exsiccatio, nec mirum est Hippocratem hoc exemplum primo proponere, dein analoga e rebus aliis ducta subiungere, ut alterum exemplum altero firmari pateat. Non video in his verborum perturbationem, sed sententiarum consecutionem facilem.

p. 266. In notula de magna illa lacuna scripsi: „Nempe integra pars libri, qua de Aegyptiis et Libycis egit Hipp., deficit. Scilicet hi populi *ad sinistram* solis hieme orientis siti sunt, transit autem § seq. ad eos, qui sunt ἐν δεξιᾷ τοῦ ἡλίου τῶν ἀνατολέων τῶν θερινῶν." — Haec describens non animadverti me contrario modo situm Aegyptiorum et Libycorum computare, quam quo ille, ἐν δεξιᾷ sitos dicens: nempe Hipp. solem adversum sibi adspiciens computat, quod si item faciamus *ad dextram* scribere oportet.

p. 274. καί τοι οὐκ ἔστι ἀλεὴ, οὐδὲ σκέπη. De καί τοι in adn. monui; sed invenio apud Darembergium coniecturam ὅθι pro ὅτι, quam Dübnero se debere scribit. Praebet sane ὅθι sensum laudabilem, neque a Dübnero exspecto quod sensum sanum non praebeat. Tamen etiam nunc credo καί τοι esse veram lectionem, alteram recentiorem.

p. 277. εὐνουχίαι. Cum Foësio *eunuchi* reddidi; accuratius tamen si rem consideres, εὐνοῦχος est *eunuchus*, εὐνουχίας fere idem quod εὐνουχοείδης, εὐνουχώδης, scilicet adiectiva sunt ab eo nomine ducta.

Pergo iam ad alia.

§ 7.

De libro de victus ratione in morbis acutis.

Hunc quoque Hippocratis librum omni tempore admodum celebratum fuisse adnotationem nostram perlustranti apparebit, in qua ostendimus vix esse medicum antiquum, qui hoc opus non citaverit, et aliquid inde desumserit et in usum suum converterit. Nec sane hoc mirabitur, qui reputet unicum fere praxeos Hippocraticae superesse monumentum hunc libellum. Negligendum non est multos antiquos tum e parte vere Hippocratea, tum ex additamentis spuriis locos usurpavisse, adeo ut iudicium hic quidem in illis magnopere desideres. Non satis perspicio, quae causa sit cur Galenus in commentario antiquiorum huius scripti exegetarum non meminerit. Statuamusne aut nullos fuisse, aut Galeni tempore eorum opera interiisse? Mirum sane esset. An haec est causa, quod potius materiem in sua opera partim receperint, partim reprehenderint, non commentarios in hunc librum scripserint? Fortasse aliquatenus hoc docet locus, quem e Galeno mox adferemus. An vero hanc causam dicemus, quod Galeno, quo tempore suum commentarium compararet, aliorum opera exegetica non praesto fuerint? Id fieri potuisse, non re ipsa factum esse, docet locus ex eo adlatus in his prolegomenis, ubi de

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 77 sur 880

©BIUM

Prognostico vidimus. Me certe advertit eius de exegetis veteribus silentium. Erasistratum in opere de febribus secutum esse Hippocratem docet Gal. in comm. (p. 435.), ubi ad locum, qui nobis est § 7., dicit: τοῦτ' οὖν ἐστιν αὐτὸ νῦν προβαλλόμενον ὑπὸ Ἱπποκράτους ἐφ' ἑνὸς τῶν κατὰ μέρος ὑποδειγμάτων· εἴρηται δὲ καὶ ὑπὸ Ἐρασιστράτου κατὰ τὸ πρῶτον βιβλίον περὶ πυρετῶν αὐτό τε καὶ ἡ λύσις αὐτοῦ διὰ ταχέων τε καὶ σαφῶς, ἀκολουθήσαντος αὐτοῦ τῷ Ἱπποκράτει πάντη. διελθὼν γὰρ ἐν τῷ προειρημένῳ βιβλίῳ τοὺς ἐναντιωτάταις ἀγωγαῖς ἐπὶ τῶν πυρεττόντων χρωμένους ἰατροὺς, τούς τε μακραῖς ἀσιτίαις καταπονοῦντας τοὺς κάμνοντας καὶ Πετρωνᾶν κρέα τε καὶ οἶνον διδόντα ἐπιφέρων φησὶ κατὰ λέξιν οὕτως· ἐπὶ πολλῶν μὲν οὖν πάνυ μεγάλαις πληγαῖς περιέπιπτον· εἰ δὲ πάντες κακῶς ἀπηλλάττοντο (suppleo οἱ) πυρέττοντες ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀγωγῇ τῆς θεραπείας, πεπαυμένοι ἂν ἦσαν τοῦ θεραπεύειν οἱ ἰατρεύοντες οὕτως.

Aliis locis Galenus Erasistratum reprehendit, tanquam iniquum Hippocratis censorem. Ita ad verba § 1. additamentorum τῷ τοιούτῳ δίδου πίνειν ὕδωρ τε καὶ μελίκρητον haec adnotat Pergamenus (p. 744.): τοῦτο τὸ βιβλίον εἰ καὶ μὴ Ἱπποκράτους ἐστὶ σύγγραμμα, παλαιὸν γοῦν ἐστὶ, ὡς κατὰ τοὺς Ἐρασιστράτου χρόνους ἤδη προσκεῖσθαι τῷ γνησίῳ. θαυμαστὸν οὖν ὅπως ἐτόλμησεν εἰς Ἀπολλώνιον καὶ Δέξιππον ἀποσκῶψαι τὰ περὶ τῶν κηρίνων κυλίκων ὁ Ἐρασίστρατος. ὁ γὰρ ταῦτα γράψας τὴν Ἱπποκράτους γνώμην ἄμεινον Ἐρασιστράτου γινώσκων ὁπόσον ἐθέλουσι πίνειν ἐπιτρέπει τοῖς καυσουμένοις. ἔδειξα δὲ καὶ κατὰ τὸ γνήσιον μέρος τοῦ συγγράμματος οὕτω γινώσκειν τὸν Ἱπποκράτην. Respicit locum e p. 703., ubi: διαβάλλει, inquit, τὸν Ἱπποκράτην τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ δῆθεν μεμφόμενος Ἀπολλώνιόν τε καὶ Δέξιππον, οὓς φησι κηρίνους κυάθους δώδεκα ποιήσαντας εἰς τὸν ἑκτημορίτην τῆς κοτύλης κύαθον, ἕνα τούτων ἢ δύο ἀπομετρεῖν τοῖς πυρέττουσιν. Tum vero ad illas Hippocratis obtrectationes spectant etiam verba e p. 477: τούτων γὰρ οἱ μὲν περὶ τὸν Θεσσαλὸν ἐγκαλοῦσιν ὡς ἐμπιπλῶντι τοὺς κάμνοντας, οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐρασίστρατον ὡς λιμαγχωνοῦντι τῷ Ἱπποκράτει.

Ceterum imitatoris alicuius, qualiscumque et quicumque fuit, mentionem facit Galenus, ubi (p. 722.): καὶ ταύτην, inquit, τὴν ῥῆσιν ὁ δοὺς ἰατρὸς Βίκτωρι τῷ Ῥώμης ὑπάρχῳ τὸ περὶ τῆς καθ' Ἱπποκράτην διαίτης καὶ ἄλλας τινὰς ἐξ ἡμισείας ἐνέγραψε τῷ βιβλίῳ, καθάπερ κἀκείνην ἐν ᾗ φησιν ὅτι οὐχ ὑστερητέαι (οὐχὶ στερητέαι) αἱ πρῶται ἡμέραι τοῦ ῥοφήματος· ἔτι δὲ πρὸς αὐτῇ καὶ τοῖσι μέν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης δὶς δοτέον· ἀλλὰ τούτων μὲν τῶν δύο ῥήσεων ἑκατέρας ἀφεῖλε τὸ ἥμισυ μέρος, τῆς δὲ νῦν προκειμένης ἀφεῖλε μὲν οὐδὲν, οὐ προσέθηκε δὲ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ τοὺς φιλολουτροῦντας ἐπιλέγει τοὺς ἐν τῷ τῆς ὑγείας χρόνῳ χαίροντας τῷ λούεσθαι καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις λουομένους κ. τ. λ. Est autem ῥῆσις, ad quam haec adscribit Galenus, locus e § 68. partis germanae libri, τοὺς δὲ φιλολουτρέοντας καὶ δὶς τῆς ἡμέρης εἰ λούοις, οὐδὲν ἂν βλάπτοις. Locus vero, quem dein medicum illum descripsisse narrat, est e fine § 39. eiusdem partis mihi p. 310. Alter est e § 11. p. 294. Itaque medicus iste e parte libri germana saltem locos in usum suum convertit; num ex altera etiam desumserit, non constat. Sed dedit hic librum suum Βίκτωρι τῷ Ῥώμης ὑπάρχῳ; quod ita narrat Galenus, ut eum de re, quae sua aetate acciderit, loqui supponas. Quo munere functus est ille Victor, nam ὕπαρχος nomen est satis incertae significationis? Fuitne praefectus urbis?

©BIUM

Libellus, qui inter Galeni libros habetur (vol. XIX. p. 182. seqq.) non est is, de quo loquitur, licet eum non ab Galeno conscriptum esse putem et titulum habeat: περὶ τῆς κατὰ τὸν Ἱπποκράτην διαίτης ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων. Nempe locus, ad quem Galenus supra adlata adnotat, in toto libello non occurrit; neque reperio in eo verba καὶ τοῖσι μὲν εἰθισμένοισι δὶς σ. κ. τ. λ. Locus autem e § 39. omnino in eo legitur; at non ἐξ ἡμισείας haec ῥῆσις ibi descripta est, sed tota. Credo fere libellum post Galeni aetatem esse scriptum et a viro, qui eius commentarium in librum de V. A. legerit; quod coniicio ex iis, quae de dictione ὁκόταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ ἐς τοὺς πόδας ad § 20. e comm. Galeni citavi, collatis cum loco, qui p. 212. seq. in isto libello legitur.

Sed pergamus ad libri argumentum:

„Qui sententias Cnidias conscripserunt, ita fere Hippocrates, ii recte quidem tradiderunt ea, quae unusquisque ab aegrotantibus audire possit, sed quae ipsum artificem praenovisse oportet, horum magnam partem omiserunt. Cum vero exponitur, quomodo singula curare oporteat, multum ab illis dissentio cum in ceteris, tum quod paucissimis utuntur remediis, quae si bona essent et ad morbos, ad quos praescribuntur, idonea, potius laudanda essent quam reprehendenda, quod pauca licet numero, sufficerent; verum ita res non se habet. Neque vero de victus ratione quidquam quod operae pretium sit, scripserunt antiqui, sed hanc rem quamvis gravem neglexerunt. Multiplices autem morborum formas et singulorum species non ignorarunt, sed harum numerum definire cupientes errarunt, morbos inter se diversos esse credentes, si alter casus ab altero minuta tantum in re differret. Mihi vero ad singulas res in omni arte mens advertenda videtur et singulae melius quam alii fecerunt, esse faciendae. Maximeque is mihi placet medicus, qui prae ceteris excellit in morbis acutis; quorum vi, nisi pestis quaedam grassetur, plures intereunt quam reliquorum omnium. At qui artis medicae rudes sunt in ipsis his morbis non dignoscunt a minus praestantibus artifices praestantiores. Etenim si quis quidpiam nominaverit eorum, quae adversus hos morbos administrari solent, statim medicus esse putatur, eademque quae ceteri illis dicere videtur, quamquam alter ab altero plurimum differt.

Videntur autem scriptu digna ea praesertim quae scitu licet pernecessaria a medicis ignorantur: v. c. quare in morbis acutis alii semper exhibeant ptisanas non colatas, alii id agant ut ne vel ullum hordei granum devoret aeger; alii rursum neque crassam dent ptisanam, neque succum, alii ad septimum morbi diem usque, alii usque ad finem, donec iudicatus sit morbus. Eiusmodi autem quaestiones medicis fere non proponuntur, quamvis ars ob artificum in his rebus insignem dissensionem magnam calumniam apud imperitos sustineat, adeo ut artem medicam aliquam esse fere negent. Est autem haec commentatio pulcherrima et cum multis et gravibus in arte momentis coniuncta."

„Recte quidem, ut ab hoc ordiar, praefertur prae ceteris frumentaceis eduliis ptisana; est enim levis, sitim non affert, alvum leniter ducit, non adstringit, neque intumescit in ventre. Qui igitur integra ptisana utuntur, eos continenter ea uti oportet nullo die interposito, nisi propter remedium purgans, vel clysterem sit intermittendum. Et illis quidem, qui bis die cibum sumere consueverunt, bis danda, qui semel, semel, verum his quoque si quid addendum videatur, sensim bis danda est. Principio vero neque multa, neque crassa admodum

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 79 sur 880

©BIUM

danda. In copia vero sorbitionis augenda ita facere oportet, ut quo humidior fiat morbus, eo plus addas et contra detrahas, quo siccior; et quo plus expurgetur eò plus addere convenit, maxime duobus ab iudicatione diebus, in iis nempe, in quibus eam praevidere poteris. Post iudicationem vero mane sorbitione utendum, vespere ad cibos transeundum. Maximeque haec prosunt iis, qui integra utuntur ptisana; dolores enim in pleuriticis sponte ita evanescunt simul ac pro morbi ratione sputa prodeunt, iudicationes simpliciores fiunt et faciliores et minus purulenti fiunt aegri."

„Parentur vero ptisanae ex optimo hordeo et quam optime cocto; nam ita facile digeruntur et parum nutriunt."

„Sin quis non insuper adiuverit, ut ad morbum tollendum sufficiat hic modus sorbitionis, nocebit. Nam si ei, cui non subierit alvus, exhibeas sorbitionem, graviorem morbum reddes; si lateris dolore etiam perseverante, sputo nondum prodeunte, venae sectione aut purgatione ante dolorem non solvas, sed ptisanam praebeas, cito de vita decedet aeger. Propter quas causas, aliasque similes, qui integra ptisana utuntur, septimo die et citius intereunt, quos quidem sideratos esse crediderunt veteres, quod eorum latus lividum appareat, quasi ictu percussum sit. Haec autem contingunt, si ptisana intempestive utantur, maximeque si quid aliud edant ptisana minus congruum."

„Adiuvandi modus autem idem fere cum in illis, qui integra ptisana utuntur, tum in illis, qui succo ptisanae. Qui contra solo potu, eos interdum alia ratione iuvare oportet, et sic fere agendum quidem est."

„Si quis recens cibum sumserit, necdum alvus ei subierit, quum febris incidat, sive cum dolore, sive is absit, a ptisana danda abstinendum est, donec cibi recrementum ad alvum inferiorem descenderit; concedendum vero est oxymel, vel mulsa et aqua, tum si quis dolor sit, vel periculi signum, sorbitio danda parca, tenuis post septimum diem, si per vires liceat. Sin pristini cibi recrementum non subierit, clysma administrandum, vel glans supponenda in debilioribus."

„In primis autem abstinendum est a ptisana cum pedes sunt frigidi; concedi vero potest quum calor ad pedes descenderit. Quae res in morbis acutis, periculosis maximi momenti est."

„Dolorem lateris primum num fomentis discutere liceat tentare, non est absonum. Quorum in numero censentur aqua calida in utro, vesica, vase sive fictili, sive aeneo, quae linteo interiecto adponuntur; etiam spongia mollis ex aqua calida expressa, superne contecta, ut diutius permaneat fotus et ne vapor ad aegri spiritum adscendat; tum vero hordeum et ervum ex aceto sacculis inclusum et furfures eodem modo. Sicci fotus vice fungentur sal et milium tostum in sacculis laneis. Eiusmodi fomentatio subinde et dolores ad claviculam pertingentes tollit, qui tamen si non brevi evanescant, in fomentatione non est consistendum, sed vena secanda cubiti interna et sanguis detrahendus donec multo rubicundior effluat purus, vel lividus."

„Sin dolor sub septo transverso sedem habeat, neque ad claviculam sentiatur, alvus subducenda veratro nigro, aut peplio; quippe haec dolorem sedant, perinde atque alia multa in sorbitionibus exhibita, nisi nimis amara sint, minusve probanda propter ingratum saporem, copiam sumendam, colorem, suspicionemve aliquam."

„Quum vero purgans remedium sumserit aeger, ptisanam statim superbibat; sed in ipsa

©BIUM

purgatione eam dare non est congruum, verum postquam cessaverit, parce quidem initio et sensim augendo copiam, si dolor evanuerit, nec quidquam aliud obstet."

„Eadem sentio si quis succo ptisanae uti debeat, nam praestat statim sorbitionis initium facere, quam postea demum eam dare, quum ante plures dies aegrum inedia presseris, nisi certe morbus isto tempore iudicatus sit. Praeparationibus vero hisce opus est iisdem, quibus supra dictis. Ac summatim eadem quoque est ratio potus exhibendi, qualemcumque quis sumpturus est."

„Ego autem medicos contra quam oportet facere video: scilicet prius duos, tres, pluresve dies praemaceratis aegrotantibus postea sorbitiones et potiones administrant. Quid quod sic existimare videntur, magna in corpore mutatione facta, magnum quid contra esse immutandum. Quod verum quidem est, modo recte eiusmodi transitus fiat."

„At e sanorum victus ratione maxime quid utile sit discere oportet. Est autem facile intellectu pravam victus rationem, sed semper sui similem, fere tutiorem esse ad sanitatem integram servandam quam si quis subito magnam in meliorem partem faciat mutationem. Quandoquidem iis, qui semel vel bis cibum capiunt subitae hac in re mutationes nocent; iisque, qui prandere non consueverunt, si fecerint, statim aegritudinem attulerit, gravesque fiant et debiles. Quodsi insuper coenaverint, acidum eructant, aliis vero etiam diarrhoea accidet, ubi praeter consuetudinem bis cibis repleti fuerint. Hos igitur quiete, ceteris compensare mutationem oportet; sed magis etiam laborarint, si ter ad satietatem ederint, magisque si saepius, quamquam multi sunt qui facile ter sumptum cibum ferant, modo ita facere soliti fuerint. Verum ii etiam, qui bis die cibum capere consueverunt, si non pransi fuerint, debiles sunt, cardialgia laborant, cett. Quodsi isti insuper coenent, ventrem gravant et dormire nequeunt. Qualia si sanis accidunt propter dimidiam diurni victus mutationem, ad solitum modum addere non convenit, neque de eo demere. Iam vero is, qui praeter consuetudinem semel tantum cibum ceperit, maius damnum patietur, quo diutius ab esu abstinuerit. Hunc autem compensare oportet illo die inediam quiete et coena parciore e cibo mediocri et potu pro cibi ratione, et parciore postridie prandio. Talia quidem superne amara bile redundantes difficilius ferent. Pituitosi contra inediam facilius tolerant."

„Est sane in his omnibus magnum indicium mutationes eorum, quae circa naturam et habitum nostrum contingunt, maxime morbos gignere, neque fieri posse praeter rationem magnas vasorum inanitiones, neque cibis oppleri posse aegrotantes in morborum vigore, neque subito magnas faciendas esse mutationes qualescumque. Multa autem istis affinia aliquis addere possit de noxis e cibo et potu, quibus non adsuerint, oriundis, tum ex iis, qui peculiares sibi habent facultates notatu dignas, tum e minus hac re notabilibus, veluti e maza pane vesci solitis et contra, cett."

„Hoc tamen concedendum iis, qui contra sentiunt, victus rationis mutationem his factam esse corpore non mutato, neque aucto eius robore, ita ut ciborum copiam adaugere conveniat, neque imminuto adeo ut inde sit detrahendum. In his omnibus aegri vires et morbi indolem computare oportet, minus vero conducit adiicere; saepe enim abstinentia prodest, si aegri vires sufficiant, donec morbus sit coctus. Id autem in quibus fieri debeat, paulo post scribetur."

„Alia addere possis exempla, verum res ipsa loquitur; qui enim in morbos acutos incidunt,

©BIUM

cibos qualescumque sumserunt, damni quid patiuntur. At minus hoc grave si tunc peccant quam si quis duos tresve dies a cibis abstinuisset, quarto vero aut quinto ista comederet, prius quam morbus sit coctus. Hoc scilicet, nisi mitissimus morbus sit, mortem adferet, quod magnum praebet indicium primis morbi diebus non abstinendum esse a sorbitione qualicumque, qua quis postea uti debeat."

„Iam vero prorsus ignorant qui hordeacea ptisana vel succo utuntur, noxas se pati, si postquam duos tresve dies abstinuerint iis utantur: at hoc et cognoverunt et observant, noxium esse, si priusquam morbus maturuerit hordeaceam ptisanam sumat is, qui succo uti soleat."

„Quae quidem omnia testantur medicos aegris victus rationem non recte instituere, sed in quibus morbis vasa exinanire non convenit, iis, qui sorbitionibus postea uti debent, exinaniunt et contra. Quin nonnumquam cruda biliosa a capite et thorace ad alvum inferiorem attrahunt et vigiliae aegris accidunt, propter quas morbus non coquitur, et delirant et aurium tinnitus fit et extrema frigescunt et omne pravorum signorum genus invadit et fere moriuntur qui ita se habent, aut si forte evadant, cum abscessu evadunt, vel alio iudicii modo, sed necessario tale quid fieri debet. Nempe ignorare video medicos, quo modo distinguendae sint debilitates, quae a vasorum inanitione profluunt ab iis, quae ab alia quadam irritatione, a dolore, morbi vehementia, quamquam aut mortem, aut salutem adfert harum rerum vel scientia, vel ignorantia. Maius quidem damnum adfert, si quis illi, qui propter dolorem et morbi vehementiam debilis sit, plus potus vel sorbitionis, vel cibi praebeat, quam si contrario modo peccetur, sed hoc contra multo magis ridiculum est. Idem vero quod in ventre fit, etiam in reliquo fit corpore. Si nempe diu quieverit, subitoque ad laborem accedat, malum aliquod patietur; similiaque accidunt circa corporis partes singulas. Quod exemplo facile illustratur: si homo vulnere in crure accepto non pergat circumire, sed quiescat, neque crus moveat, facilius curabitur quam si deambulet. Sed minus nocebit, si ab initio circumiens curetur, quam si primum aliquot dies quiescens curetur, quinto vero aut sexto progredi velit. Omnia haec testantur iusto maiores mutationes quascumque nocere. Iam vero quemadmodum ventri subitus transitus ab abstinentia ad multum cibi usum plus nocet quam contraria mutatio, ita plus quoque nocet corpori, si a quiete ad laborem subito transeat; quam si contra a labore ad quietem. Etiam vigiliae insolitae et somnus multus praeter consuetudinem et lectus solito mollior, vel durior noxas inferunt."

„Maximam partem igitur adhuc de mutata victus ratione dixi, quae tenuisse tum ad cetera refert, tum ut scias non recte e vasorum inanitione ad sorbitiones transitum fieri."

„Dulce vero vinum et vinosum et album et nigrum et mulsam et aquam et oxymel hisce notis in morbis acutis distingues. Dulce vinum minus quam vinosum caput gravat et mentem percellit et facilius per intestina descendit, sed viscerum volumen auget et biliosis nocet et sitim infert et intestinum inflat et urinas parum promovet, sed sputum magis educit. Vinum album vinosum maxime prodest, quod urinas propellit, ceterum cum dulci vino convenientia habet multa. Fulvo vero vino et nigro austero uteris, si caput non sit tactum in his morbis et alvi recrementa sint strigmentosa. Universe autem tenendum, vinum partes corporis superiores et vesicam minus laedere, si aquosum sit, intestinis vero potius prodesse, quum sit meracius."

©BIUM

„Aqua mulsa in morbis acutis amara bile redundantibus et viscera tumida habentibus minus convenit, quam contrario modo se habentibus. Pulmonem emollit et sputum modice educit et tussim sedat; satis etiam propellit urinam et per alvum biliosa educit, in bile redundantibus vero nimis bile saturata depellit. Magis autem hoc facit meracior quam aquosa, neque prodest eiusmodi alvi excretio. Quodsi quis sine sorbitionibus mulsa utatur, potius proderit quam nocebit. Quibus vero danda sit aut non sit danda, iam e superioribus patet. Damnatur autem ab hominibus, quasi debilitet aegrotantes et cito mortem inferat, quae opinio suscepta est, quod qui inedia se ipsi conficiunt ea utuntur. Quorum nonnulli eam bibunt, quasi tantum potus sit, quod non ab omni parte verum est, nam, nisi certe ventrem deturbet, plus quam aqua nutrit. Quid quod vino tenui partim sit minus infirma, partim infirmior. Ratio quaerenda in vini et mellis meracitate. Nempe si quis bis tantumdem vini meri bibat quam mel delingat, magis melle quam vino nutrietur, nisi illo venter deturbetur. Si quis vero sumpta sorbitione mel superbibat, hoc repletionis sensum pariet et flatum et visceribus in hypochondriis sitis inimicum erit; sin contra ante sorbitionem sumat, haud ita nocebit, sed quodam modo proderit. Mulsa autem cocta a cruda eo nomine tantum differt, quod adspectu sit pulchrior, maximeque usu venit, si vili melle utaris, quum huius vitia corrigat coctio."

„Oxymel in his morbis saepe utile esse deprehenditur, nam sputum educit et ut facile spiret aeger efficit. Nec tamen quod valde acidum est plus iuvat quam minus acidum ad sputa educenda; quin subinde potius nocet, illis in primis, qui ceteroquin iam in vitae periculo versantur. Quod autem modice acidum est os et guttur humectat, sputum educit, hypochondriis et visceribus ibi sitis amicum est, sed alvo inferiori nimium humorem adfert et strigmenta facit, flatum etiam quominus emittatur impedit, tum vero debilitat et extrema frigida reddit. Parva copia sumptum noctu et mane ante sorbitionem non nocet, neque longo post sorbitionem tempore. Qui vero solo potu utuntur, iis cavendum est ne illud semper bibant, quum ramenta faciat. Sin tamen profuturum esse opineris, pauxillum aceti adfundendum est, ut gustu vix percipi possit. Summatim autem aceti acor potius amara bile redundantibus prodest quam melancholicis. Tum vero mulieribus potius quam viris nocet acetum, quum uteri dolorem pariat."

„Aqua non nisi potus est in morbis acutis neque ullam praeterea facultatem ei tribuo. Inter oxymel et mulsam epota parumper sputum educit ob potuum facultatis diversae vicissitudinem. Ceterum sitim non restinguit, sed os amarum reddit: nempe in biliosis bilem auget et hypochondriis nocet, maximeque si in vacuum incidat, nam redundantem humorem facit. Lienem et hepar volumine auget, ubi calefacta est. Non facile per urinas et ventrem descendit. Maxime nocet, si pedibus frigentibus bibatur. Sin in morbis acutis capitis gravitatem reformides, vel delirium, vino omnino abstinendum et aqua utendum, vel vino aquoso, cui superbibatur aqua. Quibus vero aqua sit utilis et quando multa et parcior et frigida et calida, partim iam dictum est, partim dicetur. Dicetur etiam de ceteris potuum generibus et remediis compositis."

„Balneum in multis morbis acutis proderit partim continenter administratum, partim non. Interdum vero eo abstinendum est, quum homines ad id non sunt parati. Opus est enim tecto a fumo libero, aqua multa, frequenti affusione, sed non larga; corpus potius non detergen-

©BIUM

dum; via brevis requiritur ad solium et introitus et exitus facilis. Eum, qui lavetur, quiete se habere oportet, ipsumque nihil agere, aquam temperati caloris multam paratam habere debet et saepe hanc adfundere et spongiis utendum pro strigili, neque admodum siccum inungendum est corpus. Caput resiccare oportet spongia, nec refrigerari debent extrema, vel caput, vel reliquum corpus. Nec recens a sorbitione, vel potione lavari aliquis debet, nec recens a balneo sorbitione vel potu uti. Magnam partem in balnei usu tribuere oportet aegrotanti, qui si sanus illud deamat, fere proderit. Magis in peripneumonia conducit quam in febre ardente. Minime lavandi sunt, quibus alvus iusto fluidior est, vel quibus diutius restitit, neque viribus fractos lavabis, neque vomiturientes, bilem eructantes, e naribus sanguinem fundentes, nisi iusto minore copia fluat. Quodsi igitur apparatus sit idoneus et aeger balneum facile ferat, semel quotidie lavabis; balnei amantes etiam bis. Maxime prodest balneum iis, qui integra ptisana utuntur, minimum illis qui solo potu. Quibus vero maxime sit profuturum e supra dictis conficies, lavabisque illos, quibus signa sunt, quae balneum profuturum esse denunciant, contrario vero modo se habentes non lavabis."

Ecce! argumentum percucurrimus primae partis libelli nostri, eiusque vere Hippocrateae, qua de re nemo, quod sciam, dubitavit. In prolegomenorum § 5., eo loco ubi singulas historias aegrotantium perlustravi, indicavi, quam pulchre cum therapeia ibi descripta consentiant praecepta in hac parte germana tradita. Sed praeterea testis est oratio antiqua, elegans, simplex, Ionica et exordium, ubi praenotio medica et signorum intelligentia laudantur, quas res quasi summa in doctrina Hippocratis momenta esse in aliis libris germanis iam vidimus. Tum argumentum, tum forma orationis, tum lepida et lenis aliorum irrisio satis docent non *ὑπὸ τοῦ τυχόντος*, sed a viro excellentis ingenii hunc librum, seu potius hoc libri fragmentum esse conscriptum.

Nempe fragmentum esse operis maioris, cuius maior pars perierit, maxime est probabile. Exhibet introductionem in tractatum de victus ratione in morbis acutis instituenda, in qua summaria quaedam hac de re traduntur et pollicetur auctor se postea praecepturum esse, quid in singulis istorum morborum formis sit faciendum. Ut autem demonstremus id, quod affirmavimus, sine dubio verum esse, notabimus locos, ubi ad partem libri deperditam nos dimittit auctor. Et primo quidem § 13. *πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα*, inquit, *ἐπίκαιρα παρεῖται, οἷσι προσημαίνεσθαι χρὴ, ἃ εἰρήσεται ὕστερον*, — quae verba si conferas cum iis, quae paulo ante § 12. dixit: *τὸ δ'ἁρμόζον ἐφ' ἑκάστοισι τῶν τρόπων εἰρήσεται*, non potes fere quin ad ea, quae hodie deficiunt, referas. De hoc loco quidem diversa a me Galenum sentire iam in adn. monui ad § 12.; de illo quid Galenus opinetur, e comm. non certo efficio, vid. p. 475. seq. — Advertit dein locus § 26., *ὁκοῖον ἄν τις μέλλῃ πίνειν τῶν γραφησομένων*, de quo Galenus nihil habet quod huc faciat, vid. p. 546. Sunt autem ista fortasse referenda ad § 50. et seqq., fortasse perinde ac § 64. ad libri partes, quae interierunt, spectant. — Porro § 38,: *ἐν ὁκόσοισι δέ*, inquit, *τὸ τοιόνδε ποιητέον γεγράψεται*, de quo loco quid Galenus in comm. dicat, in adn. iam descripsi, posteaque ad ea verba redibo: id autem teneamus, haec manifesto ab Hippocrate referri ad posteriores operis sui partes, quas hodie desideramus. Notandus locus e § 44. *γεγράψεται οὖν καὶ περὶ τούτου σημήϊα, οἷσι χρὴ ἕκαστα τούτων διαγιγνώσκειν*. Ad quem Galenus: *ἐπαγγέλλεται*, inquit, *οὖν πάλιν κἀνταῦθα..... ἕτερόν τι γράψαι*

©BIUM

περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων βιβλίον, quod quidem si ad amussim exigas, haud verum videtur, nam ad aliud opus suum non dimittit auctor, sed ad seqq. huius ipsius libri partes, quae perierunt. Neque est fere locus, cuius interitus magis deplorandus est, quam eius, quem h. l. innuit, in quo scilicet notas tradidisse videtur, quibus in singulis morbis debilitas vera a specie debilitatis distinguatur. Porro in fine § 54.: ἀλεξητήρια δέ, inquit, τούτων γεγράψεται, de quo loco item in adn. Galeni sententiam tradidi. Tandem conferri debet § 63. finis cum § 64. et Galeni verba in comm. ad istos locos p. 704. seqq. Quibus omnibus consideratis sine dubio constat nos principium operis maioris possidere in hoc libro de victu acutorum, eumque non esse nisi fragmentum, sicuti fere non nisi ampliora fragmenta ex divini senis operibus nobis servata gaudemus, quippe ne de epidemiorum primo et tertio quidem constat non esse ἀποσπάσματα, seu potius re ipsa esse longe est maxime probabile.

Sed denuo de ordinis perturbatione in hoc libello videndum, quia haec res cum aliis nuperrime a Darembergio prolatis cohaeret, de quibus monendum videtur. Primus locus, ubi ordinis perturbationem animadverti, est in § 8. p. 292., ubi verba ἔνιοι δὲ τῶν μαντίων τἀναντία τούτων de sede sua aberraverant, quod in adn. dixi. De hoc scribarum errore nihil monet Galenus. Alter locus et tertius est § 48. p. 314., ubi vide adnotata, unde constat Galenum ipsum advertisse perturbationem. Quartus locus est § 61. p. 322., ubi de restitutione vide in adnn.; ordinis vero perturbationem non animadvertit Galenus. Ultimo loco denique a sede sua aberraverunt verba e § 62. πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιέει, de quorum translatione monui p. 323. et de quibus alieno loco olim descriptis item altum apud Galenum silentium.

Quemadmodum autem Galenus parum diligentem criticum se praebet vitia eiusmodi non animadvèrtendo, ita ea quae animadvertit non librariorum incuriae adscribit, sed operis conditioni, quippe non ex integro absolutum reliquisse Hippocratem putat; vide locum in adnn. descriptum p. 314. ad § 48. — Quin Darembergius, „la première partie, inquit, de cet écrit, celle que j'ai traduite, offre un commencement de redaction et de coordination; déjà l'auteur avait essayé de séparer les principes généraux des faits de détails, et d'en faire un tout. Il y a plus, c'est que la seconde partie présente des passages parallèles qui se correspondent exactement, non seulement pour le fonds des idées, mais encore pour les expressions. Seulement dans la première partie, beaucoup de détails inutiles ou redondants ont été élagués; le style est devenu plus laconique et plus soigné. Ainsi nous avons tout ensemble le premier jet et la révision. Toutefois cette révision n'est pas encore satisfaisante, sinon pour le style, du moins pour l'arrangement des matières; nous ne possedons donc dans cette première partie, qu'un travail inachevé, où les pensées ne se suivent pas toujours, et où on trouve ça et là des digressions, qui ne sont commandées par rien. Ce travail a été publié sans doute après la mort d'Hippocrate comme le remarque Galien."

Equidem dissentio: nego negligentiam in oratione apparere in hoc libro, nego apparere negligentiam in dispositione materiae, modo corrigas et in ordinem redigas, quae a librariis perturbata sunt. De parte altera mox dicam; sed in priore sententiarum nexus non abrumpitur, modo legamus librum quemadmodum restitui facile potest. Quod autem attinet ad digressiones, quae non requirantur, de quibus loquitur Darembergius, licetne scriptori digredi de argumento suo, ut aliquid adstruat, an non licet? Fecitne idem numquam in libro de aëre aquis

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 85 sur 880

©BIUM

et locis? Reperimusne in hoc libello eiusmodi digressiones, quae aut ratiocinationem distrahant, aut alienae sint a proposito? Imo nullam eius generis. — Utrum opus illud fuerit editum mortuo an vivo Hippocrate, neque Galenus, neque Darembergius, neque ego novimus; talia possunt fingi, non probari, nec multum ad rem faciunt. Repetam quae in priore editione de Galeni sententia dixi: „Mira sane explicatio negligentiae eorum, qui librum descripserunt; quasi vero opus eâ, qua haec eius pars expressa est, facili oratione conscriptum, quemadmodum Galenus velit, sensim sensimque consarcinatum fuerit, ita ut labor tam molestus profecto fastidium peperisset; vel quasi non omnia, quae divinus senex expromsit exempla viro in medendi arte plurimum versato sponte sese obferre debuerint."

Sufficiant nunc haec de germana libri nostri parte, ad cuius orationis cum oratione partis spuriae comparationem redeo. Iam perbreviter exponam quae additamentis continentur.

§ 1. Nonnulla de febris ardentis aetiologia, signis, curatione. § 2. De alia huius febris specie. § 3. De venae sectionis in morbis acutis usu. § 4. 5. De morbis quibusdam primum venae sectione, dein purgatione curandis, noxisque ab his remediis inverso ordine administratis. § 6. De vocis defectu a spirituum in venis interceptione. § 7. De effectu spirituum interceptionis in venis. § 8. De horum morborum curatione. § 9. De angina pharyngea. § 10. De angina laryngea. § 11. De febre cum sordibus in intestinis; quo loco multa e parte germana libri translata leguntur. § 12. De febre ardente sine sordibus in intestinis. § 13. 14. De tempore quo cibi et potus in febribus exhiberi possint, quae partim e priore libri parte vere Hippocratea desumpta. § 15. De febre cum diarrhoea. § 16. De prava febris specie cum alvo fluente et delirio. § 17. De febre cum vertigine. § 18. De febribus ἀσωδέσι. § 19. De prognosi ex urinis. Sunt ista forte referenda ad febres, de quibus superiore § egit. § 20. De febribus vagis. § 21. De vario aegrotantium adspectu et cautelis a medico ideo observandis. § 22. 23. De signis quibusdam idcirco recte notandis. § 24. Quaedam de febre hiemali aliqua. § 25. De nonnullis signis pravis quinto die in febribus observandis. § 26. De quadam febris specie, in qua tubercula ad crura. § 27. De huius curatione. § 28. De vocis defectu et delirio certis diebus. § 29. De prognosi e sanguinis stillis e naribus decidentibus. § 30. De febre cum singultu. § 31. De pulmonum inflammatione et lateris dolore. In his quoque multa e priore libri parte translata deprehenduntur. § 32. De tempore ptisanam in his morbis administrandi. § 33. De remediis externis in his morbis adhibendis et signis quibusdam mali ominis. § 34. Medicamenta delingenda ad morbos acutos thoracis. § 35. Intestinorum difficultatis exitus varii. § 36. Icteri in febre biliosa significatio. § 37. 38. Tetanus eiusque curatio. § 39. Varii iudicationis modi in morbis. § 40. Monita de veratri usu. § 41. Locus corruptus, quem non intelligimus. Videtur egisse auctor de dignoscendis doloribus a diversis quibusdam causis repetendis. § 42. De noxis e victus ratione mutata quod attinet ad cibos. Sunt haec magnam partem e vere Hippocrateis superioribus desumpta. § 43. De noxis e potionibus; quae ex eadem parte priore libri desumpta sunt, sicuti etiam illa, quae § 44. traduntur de illis, qui semel die cibum capiant. § 45—50. De nonnullis ciborum generibus singulatim exponitur. § 51. De cholera sicca. § 52. De hydropis speciebus variis. § 53. De diarrhoea colliquativa et eius curatione. § 54. De tempore cibis exhibendis idoneo. § 55. Quos non purgare oporteat, docetur. § 56. Cautelae in venae sectione apud eos, quos superiore §° indicavit.

©BIUM

§ 57. Superne hos purgandos esse docet et alia quaedam de horum curatione monet. § 58. Remedia ad hydropem. § 59. Remedia ad sanguinis fluxum sistendum. § 60. De sesamoïde. § 61. De ciliis introrsum versis, de huius morbi curatione. § 62. De haemorrhoïdum cura chirurgica, cett. § 63. Remedia iis praebenda, qui pus intro collegerunt. § 64. Ad difficultatem intestinorum remedia. § 65. 66. Ad oculos lippientes. § 67. Ad oculos dolentes et fluxiones. § 68. Dignotio uterina suffocatione laborantium. § 69—71. Remedia adversus hydropem.

Quodsi iam consideremus huius partis spuriae compositionem, apparet argumentationem continuam, uti in parte priore, non inesse. Sunt loci distracti sine certo ordine aut nexu casu et fortuito iuxta collocati. Sin orationem respicias, omnis color Ionicus ab oratione abest, etiamsi formas Ionicas plurimas in vocabulis singulis usurpaverit, qui haec capitula composuit. Si res ipsas spectemus, habemus theoremata multa neque observationi primae partes tribuuntur, ut fieri solet in monumentis vere Hippocrateis. Sed ipsa illa theoremata partim cum doctrina in Platonis Timaeo exposita conveniunt, quin dictiones adeo ibi obviae usurpantur; partim cum doctrina in libro de morbo sacro tradita congruunt, qui liber ipse Hippocrate recentior e locis ex libro de aëre aquis et locis fluxit. Ubi verba et vocabula e priore parte usurpantur, habemus imitatorem Hippocratis: nam omnia recentiorem scriptorem esse docent. Neque vero affirmo uni homini omnia ista deberi; in postremis §§ facile fieri potuit, ut altera post alteram sit sensim adsuta a diversis medicis, quod certe in formulis illis sub finem libri traditis facillime evenisse suspiceris.

Quid vero Galenus? Τὰ δὲ προσκείμενα, inquit, τούτῳ τῷ βιβλίῳ μετὰ τὸ λουτρὸν εἰ μὲν ὡς ἐν τύπῳ τις ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένα ταῦτα, παρασκευάσαντος εἰς ἀνάμνησιν ἑαυτῷ, εὑρὼν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐξέδωκε μετὰ τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρὸς, ἴσως ἄν τινα λόγον ἔχοι· ὡς σύγγραμμα δ' οὔκ ἐστιν ἄξιον τῆς Ἱπποκράτους δυνάμεως. — Imo vero non est Hippocraticus sermo in his fragmentis et mira hypothesis est, esse primam rudem delineationem operis. Non credo virum, qualis Hippocrates fuit, tam parum matura praeparatione ad scribendum se accinxisse, ut tam disiecta fragmenta possis habere primam aliquam operis delineationem. Sed ipsa, uti dixi, doctrina et ipsa oratio est recentior; estne eiusmodi argumentum nihili faciendum? Et tamen Darembergius amplectitur hanc Galeni opinionem, uti patet e verbis ex eius opere laudatis. Mihi sic videtur: prima pars libri vere Hippocratica ita nobis servata est, ut antiquam orationem Ionicam Hippocratis referat; nihil temporum tractu passam esse hanc partem non affirmabo, sed orationis praestantia non cedit libro de aëre, aquis, locis. Quin mirum est, si Darembergius in hac parte germana libri de victu auctorum negligentiam in materiae dispositione repererit, illum eam non agnovisse, aut de ea non monuisse ad librum de aëre, aquis, locis. Magis mirum eum Prognosticum tanquam exemplar operis materiae distributione egregii proposuisse. — Equidem fragmentum in hac priore libri parte agnosco ab ipso Hippocrate nobis relictum et fragmentum est libri quod plana eadem et simplice oratione, qua reliqua eius opera expressa sunt, nobis reliquit. — Altera pars nihil cum ipso Hippocrate habet commune. Promiserat Hipp. se in sequentibus libri partibus acturum esse de iis, quae in singulis morbis acutis facienda sint, et in fragmentis his agitur plurimis locis de morbis acutis. Sed quo modo? Aetiologia, semeiotice, prognosis, una cum therapeia traduntur et character in prima parte observandus, quo agnoscis

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 87 sur 880

©BIUM

librum practica monita exhibentem, prorsus periit. Ubi in prima parte summum audis artificem, in altera hominem de schola, sciolum qui quae ab aliis didicit tradit, non quae suo ingenio reperit et quae quanti momenti sint perspicit et quia tam utilia scitu sint tradit. Mihi nullum argumentum est obviam factum, quare de sententia in epistola ad Cobetum in priore editione libelli tradita discedam; contra potius eam mihi firmavit recens et repetita libri exploratio.

Sed lubet iam de mss. notabilioribus, quibus hunc librum traditum habemus, item aliquid monere; volo codicem veterem Paris. 2253. et Marcianum 269.; quos eiusdem codicum familiae esse dicunt. Lubet cum L. B. videre, quae ratio sit inter codd. illos et vulgatam et quomodo alter se habeat cum altero comparatus. Initio § 21. huius libri p. 299. monui cod. 2253., quem iam cum Littréo A appellabo, diversam a vulgata scripturam habere. Dixi autem in adn. mihi cod. Parisiensis scripturam loci recentiorem videri, quam vulgatam; Marcianus autem h.l. tuetur vulgatam, sicuti mihi constat e collatione a Cobeto mihi tradita, qua pars germana continetur, non spuria; partis autem germanae collatio pertinet ad p. 374. vs. 2. Ed. Bas., non ultra. Sed non alia est in cod. A. ratio loci sub finem § 57. *ὧν οὐδετέρης τιμωρίης* in cod. illo, quem locum iam cum Marciano conferre non possum, sed qui in A omnino exhibet recentiorem correctionem. Haec causa est, cur, ubi hic liber a ceteris omnibus differt, saepe recentiores correctiones illi inesse credam, quod supra in his prolegomenis ad praenotiones Coacas iam significavi. Quin imo puto potius vulgatum textum, quam hunc librum fundamentum esse debere, cui textum superstruas.

Sed operae pretium est etiam advertere mentem ad locos, ubi lacunae sunt explendae. Iam in Ep. I. p. 163. observavi vulgatam habere *κοιλίαι ταραχώδεες*, sed cod. A. *κοιλίαι τε γάρ* sine *ταραχώδεες*; iam vero hoc puto indicio esse hanc lectionem cum altera esse coniungendam, maxime quum libri plurimi Parr. *κοιλίαι τε ταραχώδεες* habeant, et pateat quam facile *γάρ* eo loco omittatur. — Utique archetypus ergo fuisse debet, in quo utrumque, et quod codd. plurimi habent et quod cod. A. fert, scriptum fuerit. Idem puto factum § 21., ubi vulgo *περιστέγειν τε ἱματίῳ τὴν θάλψιν χρή*, — quod etiam Marcianus fert 269., — sed cod. A solus *περιστέγειν τε ἄνω τὴν θάλψιν χρή*. Archetypus hic habebat *περιστέγειν τε ἄνω ἱματίῳ τὴν θάλψιν χρή*. — Itaque rursus indicium habemus librum antiquiorem aliquem fuisse, in quo occurrebant vocabula quorum aliud in alia stirpe codicum, aliud in alia superest. Sed simul in re admodum notabili videmus cod. A. a Marciano differre. — Alio modo res se habet loco § 4., ubi ex A. lacuna in vulgata suppleri potest et simul manifesto *ἔχει* glossa est pro Ionico vocabulo in vulgata servato, de qua re in adn. monui. — Sed neque hic cod. A. cum Marciano convenit, quippe qui vulgatam habet. — Memorabilis, ut cod. A. cognoscamus, locus est etiam initium § 14. additamentorum spuriorum, ubi vulgata *εἵνεκεν τουτέου προσαρτέον*, cod. A. *τοῦ δ' εἵνεκα προσαρτέον*. Iam vero in archetypo fuit *τοῦ δ' εἵνεκεν τότε οὐ προσαρτέον*, vel *τούτου δ' εἵνεκα τότε οὐ προσαρτέον*; nempe librarii pro *τότε οὐ* legerunt *τουτέου* et igitur prius sive illud *τοῦδ'* sive *τούτου* omiserunt in vulgata, dum in cod. A. superest.

Itaque ego sic sentio: fuit aliquando exemplar Hippocratis admodum vetustum, cuius lectiones aliae in aliam stirpem codicum abierunt, quae propterea coniungendae sunt in editionibus.

©BIUM

Cod. A. servavit ex his lectionibus admodum pretiosas, quas tenere editorem omnino oportet. Licet autem liber vetustissimus sit, non solum recentiora glossemata interdum exhibet, sed etiam manifestas recentiorum coniecturas, adeo ut ubi a libris reliquis omnibus differat, prudentia in eius usu requiratur. Perparum probabile mihi videtur cod. A. et Marcianum ad eandem codd. familiam pertinere, quin etiam ex iis quae conferre licuit, paene cogor contrariam opinionem suscipere.

De plerisque, de quibus in adnotatione ad opus laudatum monuit Darembergius et quae ad textus constitutionem pertinerent, in adnotatione dixi.

Pergo ad libellum sequentem.

§ 8.

De libro de vulneribus capitis.

Veterum in hunc librum commentarii nulli supersunt. Galenum illum explanavisse patet ex iis, quae habet in opusculo de propriis libris p. 36.: τὸ δὲ περὶ ἑλκῶν καὶ τὸ περὶ (τῶν suppleo) ἐν κεφαλῇ τρωμάτων ἑκάτερον ἐξηγησάμην δι' ἑνὸς βιβλίου. Commentarium istum nondum composuerat, quum methodum medendi scriberet: nam libro VI. cap. 5. περὶ δὲ τῶν, inquit, ἐν τῇ κεφαλῇ καταγμάτων, γέγραπται μέν που καὶ περὶ τούτων Ἱπποκράτει βιβλίον ὅλον, ἅπαντα διδάσκοντι, ὅσα χρὴ πράττειν ἐπ' αὐτῶν· καὶ ἡμεῖς δὲ ὅταν τήνδε τὴν πραγματείαν ἐπιτελέσωμεν, ἐπιθησόμεθα ταῖς ἐξηγήσεσι τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ. κατὰ δὲ τὸ παρὸν, ἐπειδὴ τά τε προσευρημένα τοῖς ὑπ' ἐκείνου λεχθεῖσι ἐν τοῖσδε τοῖς ὑπομνήμασι προστίθεμεν, ὅσα τε ἀδιορίστως εἶπε διοριζόμεθα, πρῶτον μὲν ἀναγκαῖόν ἐστι μνημονεῦσαι τῶν κοίλων ἐγκοπέων, οὓς καὶ κυκλίσκους ὀνομάζουσι· εἶθ' ἑξῆς τῶν φακωτῶν· καὶ μετ' αὐτοὺς τῶν στενῶν ξυστήρων· εἶτα περὶ τῆς τῶν φαρμάκων χρήσεως εἰπεῖν τι. — Videmus Galenum plenum paene tractatum de capitis vulneribus, in primis de fracturis ossium capitis, appellare Hippocratis opus, de quo agimus. Patet autem simul ex isto loco, quae desideraverit Pergamenus in libello Hippocratis, cuius argumentum iam persequamur:

„Hominum capita, ita fere Hippocrates, inter se sunt diversa et suturae in illis diverso se habent modo. Quibus anteriore parte capitis os prominet, his suturae in modum literae T decurrunt, transversa linea breviore ante prominentiam ducta, altera per mediam capitis longitudinem ad cervicem. Inversa ratione se habent in iis, quibus posterior pars cranii prominet quibusque transversa linea ante prominentiam ducta est, altera ab eo loco inde per medium caput ad frontem. Quibus autem ab utraque parte os prominet, his instar literae Π ducuntur suturae, duabus transversis lineis ante prominentiam utramque decurrentibus, per medium autem caput inter utramque illam transversam decurrente tertia in longitudinem ducta. In iis tandem, in quibus nulla ex parte os prominet, suturae referunt formam literae X; nempe altera linea transversa inter utrumque tempus ducitur, altera per mediam capitis longitudinem. Haec de suturis."

„Ipsum vero os duplex est in medio capite. Lamina inferior cerebrum attingens et supe-

©BIUM

rior, quae sub cute est, durissimae sunt partes, his interpositum os introrsum sensim rarius fit usque ad partem mediam, diploën dictam, quae cavernosa est spongiae ad instar. Continet autem os in se veluti carunculas quasdam, quas si conteras, sanguis effluit; sunt et venulae in osse sanguinis plenae. Haec quidem dicta sunto de ossis duritie et mollitie et structura cavernosa."

„Quod ad crassitudinem et tenuitatem attinet, ita se res habet: tenuissimum et infirmum maxime est os ad sinciput, ubi exigua etiam carne tegitur et plurimum cerebri subest. Unde fit ut vulneribus ibi loci acceptis et os facilius frangatur et collidatur et medium desidat, quam si alio loco accipiantur et ut certius et citius eiusmodi vulnera mortem adferant. Cerebrum enim ibi citissime afficitur malis, quae os patitur, quum tenuissimo ossi subsit et exiguae carni, idque longe maiore sui parte. E reliquis ossibus minime firmum est os temporis, in quo cum cranio connectitur maxilla inferior, quae ibi loci deorsum et sursum movetur et cui vicinum est organon auditus et iuxta quod vena tendit ampla et cava. Validius vero est os pone verticem et aures quam totum anterius et crassissima carne tegitur, quo fit ut minus facile vulneribus laedatur et ut mors, si pereat aeger, tardius accidat. Os enim tardius et longiore tempore in pus vertitur et minor cerebri pars subest et plures evadunt, qui ibi vulnerantur, quam qui alio loco."

„Etiam hieme diutius vivit homo, qui e capitis vulnere, quacumque parte acceptum sit, periturus est, quam aestate."

„Verum teli acuti et levis vestigium in osse relictum per se sine ruptura et colliso, osseque medio non desidente, mortem non adfert, etiamsi consequatur."

„Sutura vero in vulnere apparens nudato osse minus vulneri et telo resistere valet, si telum in ipsam suturam impactum sit; minimum omnino, si in sincipite id fiat."

„Os quidem capitis sequentibus vulneratur modis; in singulis vero modis plures sunt species."

„Os frangitur, quo fracto os fracturam ambiens collidatur est necesse. Hic modus primus. Sunt autem plures fracturae species: tenues, adeo ut oculis vix conspicere queas, crassiores, ampliores, longiores, breviores, in rectum tendentes, curvae, altius et minus alte penetrantes."

„Colliditur os sine fractura, qui alter modus laesionis ossis est, cuius plures sunt species. Est enim collisio maior, minor, altior, minus alta, longior, brevior, lata, minusve lata. Huius modi species oculis aeque difficulter patent ac fracturae longe a vulneris sede remotae."

„Colliditur os ita ut fractum medium desidat. Hic tertius modus est, in quo itidem plures species, nam maior minorve pars ossis intro recedit, idque aut altius, aut minus alte."

„Relicto teli in osse vestigio fractura ad vestigium accedit, adeoque collisio, sine qua fractura esse nequit. Hic quartus est modus."

„Esse possit teli vestigium in osse cum sola collisione sine fractura. Qui modus est quintus.

„Simplex erit teli vestigium in osse, quod dicimus, quum osse in statu naturali manente telum, qua parte in os impactum fuerit, conspici potest. Sextus hic modus est. In singulis autem modis plures sunt species, quod de collisione et fractura supra iam monuimus. Teli vestigium autem per se longius erit vel brevius, magis curvum rectumve et circuli formam referens vel aliam quamdam pro varia ipsius teli forma. Erit etiam altius, vel minus alte penetrans et angustius, vel latius, minusve angustum, aut latum. Praecisio vero ossis ita facta,

©BIUM

ut os non desidat medium, ad teli vestigium refertur; sin contra medium desidat, non est vestigium."

„At os frangitur alia capitis parte quam qua vulnus inflictum sit, qui septimus modus est; qui, quum utrum adsit nec ne deprehendi nequeat, curari non potest."

„Ex his laesionis modis ad sectionem deveniunt collisio et fractura, sive conspici possint, sive non possint, et teli vestigium, sive cum fractura ossis et collisione, sive cum sola collisione. Pauci vero casus collisionis cum ossis fractura, ita nt medium desidat, sectione opus habent. Quid quod maxime desidentia et fracta minime omnium sectionem requirunt, qua itidem nec simplex teli vestigium indiget, neque ossis praecisio."

„Primum autem vulneratum inspicere oportet, ut scias qua capitis parte vulnus acceperit, debiliore an robustiore, et animadvertere, quomodo pili se habeant, num praecisi sint telo, an in vulnus impacti; quod si eiusmodi quid factum sit, metuendum est ne os carne nudatum et laesum sit. Haec quidem videnda sunt antequam ad aegrum manum admoveas, quo facto explorandus est aeger, ut certo scias, num os carne nudatum sit; quod si oculis cerni possit, res bene se habet, sin contra, specillo investigabis. Nudo autem reperto osse et laeso, quid huic acciderit primo videndum et quid faciendum sit. Interrogandus etiam aeger, quid passus sit. Sin oculis non pateat num quid mali ossi acciderit, magis etiam interrogare oportet, quo modo vulnus inflictum sit; nam collisiones et fracturas oculis haud conspicuas ex aegri responsionibus primum cognosces, dein ratiocinatione et ipsa manu adhibita, specillove. Nempe hac ratione nihil discernes, quod non oculis etiam ipsis conspici possit."

„Os autem maxime frangitur et colliditur et medium desidit, si quis ab altero consulto vulneretur, aut quando ex altiore loco infligitur vulnus, aut si quis fortiter telum manu prehendat et robustior debiliorem feriat. Quibus vero e casu vulneratur os, id plerumque fit, si quis ex altiore loco in durum quid et obtusum incidat; minus facile fiet contra in eo, qui loco plano cadat et in mollius quid incidat. Quae in os incidentia tela id vulnerant, ea sunt inprimis, quae ex altissimo loco decidunt et durissima sunt, maxime obtusa et gravissima. Praecipue ita frangitur et colliditur et medium desidit os, cum telum e directo ad os adigitur; quae vero ex obliquo feriunt tela minus id efficiunt etiam, si carne nudetur os, quod ipsum ne semper fit quidem."

„Ea autem tela inprimis os frangunt et collidunt et ut medium desidat faciunt, quae rotunda sunt, orbiculata, obtusa, gravia, dura. Eadem carnem etiam maxime contundunt. Vulnera his inflicta sana fiunt maxime, in iisque pus magis oritur et humida sunt magis et longiore tempore purgantur, quum caro contusa in pus converti debeat. Verum tela oblonga, tenuia, acuta, levia carnem et os potius praecidunt quam contundunt aut frangunt."

„Praeterquam vero oculis etiam interrogando in haec omnia, quae videas, inquirendum est et num homo vulnere accepto in soporem inciderit et caligo obversata sit oculis, et num vertigo eum prehenderit et conciderit."

„Quodsi os carne nudatum et vulnus ad ipsas suturas inflictum sit, difficulter teli vestigium deprehenditur, si in ipsis suturis acciderit. Nam sutura quum reliquo osse sit asperior, non constat quid sutura sit et quid teli vestigium, nisi hoc insigne sit admodum. Simili modo res comparata est, si qua huic teli vestigio fractura accedat, quia haec etiam plerumque in ipsis

©BIUM

fit suturis, quippe iuxta quas et infirmius est et facile hiat. Fractura autem ad suturam facta etiam huius laxatio est, nec facile dignoscitur, sive a teli vestigio in suturis fiat, sive colliso osse ad suturas; posterior tamen cognitu est difficilior. Fallunt enim medici mentem et oculos suturae, quae fracturae speciem referunt. Res tamen attento animo indaganda, quum ab ea maius periculum impendeat, quam si alio loco idem contingat. Saepeque eiusmodi casus ad sectionem deveniunt, quae tamen non in ipsis suturis facienda, sed prope illas."

„At de curandis capitis vulneribus et laesionibus ossis non conspicuis dignoscendis sic sentio. Vulnus in capite madefacere non oportet, nec cataplasmate, nec linamento curare, nec deligare, nisi in fronte sit, vel ad supercilia et oculos, quibus quidem locis magis id requiritur quam si in reliquo capite vulnus sit factum. Neque vero in ipsa fronte semper cataplasmate et deligatione opus est, sed ab his desistendum sedata inflammatione et collapso tumore. In reliquo vero capite vulnus neque linamento, neque cataplasmate, neque deligatione curandum est, nisi sectione quoque opus sit."

„Tum vero vulnera in capite secabis, quum os carne nudatum sit et a telo laesum esse videatur, vulnus vero non satis sit amplum, ut dignoscas num os a telo malum acceperit, nec ne et quid mali passum sit et quantum et quae ad curationem facienda sint. Est autem sectione etiam opus quum os carne nudatum sit et cavum sit iuxta vulnus; nimirum incidere oportet quod cavum est, quocumque pervenire medicamento non possis. Item secanda sunt vulnera orbiculata multumque cava."

„Licet autem reliquae capitis partes tuto secentur, in temporibus facta sectione maius periculum imminet: nam convulsio eos prehendit, qui ea parte secantur, ex sectioni adverso latere."

„Quodsi igitur vulnus in capite seces, ut ossium laesionem dignoscas; tantum quantum sufficere videatur, incidendum est; caro ab osse diducenda et totum vulnus linamento opplendum, ut postridie late hiet. Linamento autem dum uteris, simul cataplasma adhibendum e maza ex polenta et aceto trita, vel cocta."

„Postridie vero exempto linamento inspectoque osse, si tibi laesio non pateat, nec quale damnum os acceperit noveris, at telum tamen ad ipsum os penetrasse videatur, hoc radendum est, quo facto facile deprehendes laesiones ossis ceteroquin non conspicuas. Quodsi vestigium teli in osse detegas, ipsum vestigium et ossa ambientia radenda sunt, ne forte lateant ruptura et collisio, vel sola collisio in osse factae. Quum vero raseris os et eius laesio sectionem requirere videatur, haec intra tertium diem facienda est, non post, in primis calida tempestate anni, si ab initio inde curationem suscipias. Sin os fractum esse aut collisum suspiceris, nec tamen sive alia quacumque ratione, sive oculis certo discernas, nigrum aliquod medicamentum liquabile linamento exceptum ossi imponendum et vulnus claudendum et imposito linteo oleo madefacto et cataplasmate sive maza deligandum; postridie vero vulnus purgandum et os radendum, quod nisi sanum sit, reliquae partes albae erunt, sed rima et collisio nigrae apparebunt in medio osse albo. Dein vero rursus radenda est nigra illa apparens fractura, quam si radendo delere possis, minus periculum subest, sin contra non deleatur, sectione opus erit, qua facta dein vulnus curandum."

„Cavendum autem ne os a carne non recte curata malum contrahat; nam in osse facilius

pus oritur, si caro male curetur et inflammetur et constringatur, nempe incenditur os et ex ambiente carne calorem et turbationem et pulsationem in se suscipit et ad suppurationem tandem devenit. Malum est etiam madere carnem in vulnere et longo tempore expurgari. Sed vulnus cito ad suppurationem deducere oportet; ita enim ambientes partes minime inflammantur et cito purgatur vulnus, quum caro contusa suppuratione dissolvenda sit. Purgatum autem vulnus siccetur oportet; nam citissime sanescit carne sicca subnascente, quo facto minus etiam est periculum ne caro luxuriet. Idem valet de membrana cerebrum circumdante, quam si secto osse et exempto detegas, quam citissime possis purgare debes et siccare; ne diu madens putrescat."

„Quodcumque vero os ab alio quodam abscedere debet, exsangue fit et ita abscedit. Etenim tum temporis tractu, tum medicamentis sanguis exsiccatur et quo citius vulnus purges et sicces, tum id ipsum, tum os, eo citius hoc abscedet."

„Quando os medium desidit et e naturali suo statu intro recedit, vel praecisum late hiat, minus periculum instat, si non laedatur membrana et vero plurimis rimis desidentia et latius patentibus facilius eximi possunt. Horum autem nullum secandum est, neque os eximendum, priusquam sponte sua sursum redeat; quod fit subcrescente carne e diploë et e sana lamina, ubi sola superior emortua est, citissime autem id contingit quam citissime purgato et ad suppurationem deducto vulnere, tum in casu supra dicto, tum si utraque ossis lamina ad membranam introcesserit."

„Puerorum vero ossa et tenuiora sunt et molliora, quod sanguinis plena sunt et cava et cavernosa. Et sub simili minoreve vulnere os pueri magis et citius quam aetate provectiorum purulentum fit et breviore tempore: citiusque pueri ex his vulneribus pereunt. At osse carne nudato enitendum ut dignoscas, nisi oculis pateat, num os qualicumque modo laesum sit. Quo facto sanguis emitti debet parvae terebrae ope et ad exiguam altitudinem perforando: est enim tenuius quam in seniore."

„E capitis autem vulnere periturum his signis dignosces. Si os utcumque laesum non seces, sed quasi sanum sit, sibi relinquas, febris ut plurimum ante decimum quartum diem hieme prehendet, post septimum aestate. Quod si fiat, vulnus pravum colorem induit et exiguam fundit saniem, inflammatae partes emoriuntur, sordidum fit vulnus et os vitiari incipit et nigrescit, quum vulgo fuisset album, tandem subpallidum, vel exalbicans fit. Cum vero pus in eo oritur, in lingua pustulae enascuntur et delirus moritur aeger et plerosque convulsio prehendit ex latere vulneri adverso. Sunt et qui attoniti moriantur ante septimum diem aestate, ante decimum quintum hieme. Valent autem haec signa tum in iuniore tum in seniore vulnerato. Quodsi febrem invadere observes et aliud signum huic accedere, os secandum est."

„Quando capite vulnerato et osse nudato in facie tumor oritur ad erysipelatis naturam accedens, tumor vero ad tactum dolet et febris et rigor prehendit, ipsum vero vulnus bene habet adspectu, neque alius in victus ratione error subest, alvus purganda medicamento, quod bilem educat, quo facto febris cessabit et tumor evanescet."

„De sectione ita sentiendum est: si quem ab initio inde suscepta curatione seces, os non statim secandum est usque ad membranam: neque enim diu nuda sit oportet male affecta, quia fit subinde, ut tandem putrescat. Praeterea si statim totum os seces, periculum est ne

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 93 sur 880

©BIUM

cerebri membranam laedas. Sed inter secandum paene effecta sectione et osse iam moveri incipiente cessare oportet et ut sponte abscedat id sibi relinquere."

„In ipsa autem sectione terebra saepe extrahenda ob calorem et in aquam frigidam immergenda; nam calefacta terebra os siccat et adurit et facit ut maior pars quam debuit abscedat circa sectionem."

„Quodsi statim os exsecare velis ad membranam usque, idem faciendum est."

„Sin curationem non a principio inde susceperis, sed ab altero, lapso iam aliquo tempore, tibi tradatur, terebra serrata statim os ad membranam usque secare oportet; saepe vero extrahenda est et loca circum terebrae circuitum tum aliis modis, tum specilli ope exploranda sunt. Citius enim perforatur os, in quo pus iam ortum sit, in primis ea capitis parte, ubi prae ceteris os est tenue. Cavendum autem ne ad alium locum admoveas terebram, nisi ubi os est crassissimum, quo facto frequenter tentare oportet, num os sursum attollere et auferre possis. Ubi ab initio suscepta curatione statim os exsecare velis, iisdem cautelis opus est. Quando vero terebrae usus requiritur, non ad membranam usque est pergendum, si a principio inde cures, sed tenuis pars ossis relinquenda est, sicuti in sectione dictum est."

En! libri argumentum descripsimus, quod si perbreviter expositum cupias, paucis his absolvemus: § 1. Traduntur variae capitum hominum formae et suturarum ossium capitis. § 2. De horum ossium structura agitur. § 3. 4. Quaenam partes cranii robustiores sint et debiliores. § 5. Teli vestigium in osse non est mortiferum. Sutura perparum resistit vulneri. § 6—10. Varii modi laesionis ossium capitis illorumque species traduntur. § 11. Qui modi requirant sectionem. § 12. Examen vulnerati. § 13. Quo maxime modo os rumpatur et fiat, ut medium desidat. § 14. Laesiones diversae per tela diversa. § 15. Alia, de quibus aegrum interrogare oportet. § 16. De teli vestigiis prope suturas. § 17. Curatio vulnerum in capite. § 18. Quae vulnera secare oporteat. § 19. Periculum a sectione ad tempora. § 20. Quo modo post sectionem curare oporteat. § 21. De radendo osse. § 22. De tenuissimarum rimarum exploratione. § 23. De cura carnis in vulnere et cerebri membranae, noxisque ab his male curatis. § 24. De osse a reliquis abscedente. § 25. De curatione ossis medii desidentis. § 26. 27. De puerorum ossibus. § 28. Signa mali ominis in capitis vulneribus. § 29. De osse secando et cautelis in sectione observandis.

Sed iam redeundum est ad ea, de quibus principio huius capituli monentem audivimus Galenum, ad quaestionem num integer sit liber hicce, num partes eius ita sint dispositae, ut in sententiarum consecutione nihil desideres, an vero secus sit sentiendum.

Ac Grünerus quidem et Littréus iam citarunt locos duos e Galeni glossario, qui sane cum iis, quae de hoc libro in comm. ad tractatum de victu acutorum habet, collati minime negligendi videntur. Et ut ab hoc loco ordiar, monet Pergamenus, ad calcem librorum interdum a recentioribus talia addita esse, quae ipsi divino seni tribuere minime liceat: τῷ γάρ, inquit, ἐν μνήμῃ πολλοῖς εἶναι τὰ πρῶτα τῶν συγγραμμάτων οἱ παρεγγράφοντες εἰς τὰ τελευταῖα παρεγγράφουσι. Tum pergit: τοῦτο γοῦν αὐτὸ καὶ κατὰ τὸ περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τρωμάτων ἐφάνη γεγονὸς, ἔτι δὲ (καὶ suppleo) κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημίων κ. τ. λ. Videntur olim renascentibus literis fragmentum libri de aëre, aquis, locis, quod huic tractatui adhaesit, huc retulisse; nam in antiquissimis editionibus ibi adscribitur: ταῦτα προσγεγρά-

©BIUM

φθαι τῷδε τῷ βιβλίῳ Γαληνός φησι. (vid. Littr. p. 260. vol. III.) Attamen certo constat aliunde, additamenta illa spuria periisse: nimirum in exegesi Gal. haec habet: Ἐκλούσθω σημαίνει ποτὲ καὶ τὸ προσκλυζέσθω, ὡς ἐν τῷ περὶ ἀφόρων καὶ τοῖς προσκειμένοις τοῖς (lege τῷ) περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων. Et infra: Σφάκερος) ἐν τοῖς προσκειμένοις τοῖς (lege τῷ) περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων κεφαλαλγία δὲ καὶ σφάκερος ἦν ἥ, κρόμμυα πολέμιον. Ἐν δὲ τοῖς πλείστοις ἀντικρυς σφάλερος γράφεται. Ista autem vocabula adlata in fragmentis libri de aëre, aquis, locis non inveniuntur, ita ut vere Littréus statuerit additamenta illa spuria interiisse. Idem etiam rectissime statuere mihi visus est finem libri, qui aliis in mss. alius est, ita se habere, ut facile suspiceris etiam germani tractatus Hippocratei partem aliquam hodie desiderari. Manifesto enim liber abrumpitur, non absolvitur, quapropter in inscriptione eius fragmentum insigne operis Hippocratis appellavi. Res hic simili se habet modo, atque in libro de victu acutorum, cuius ante τὰ νόθα item fragmentum habemus; id unum interest, quod hic τὰ νόθα perierunt. Contra in libro de aëre, aquis et locis perorationem habemus et libri conclusionem intermediis quibusdam deficientibus.

Ac de libelli fine, qualem hodie habemus, haec sufficiant. Verum ad partium inter se consecutionem si attendamus, a multis inde annis me advertit finis capituli mihi quarti et initium quinti. Quarti enim principio agit de cranii partibus crassioribus, postquam tertio de tenuissimis et maxime infirmis egit. Quae partes tenuiores, quae crassiores sint exponit et quid ideo de maiore minoreve vulneris periculo sentiendum sit, prouti in his illisve vulnus sit acceptum. In fine quinti de suturarum debilitate agit, adeo ut hae telis et vulneribus perparum resistere valeant. Intermedia vero his sunt monita de morte e capitis vulnere, hieme tardius quam aestate accidente in fine § quartae, verbis καὶ ἐν χειμῶνι — ἔχων τὸ τρῶμα (p. 373.), et de teli vestigiis mortem non adferentibus principio § 5., verbis Αἱ δὲ ἕδραι — δ'ἦν γένηται, quae cum vicinis haud ita certo nexu coniungi videantur, ita ut si haec eximas superiora et inferiora fere multo aptius cohaereant. Possit quis forte de altero loco id minus affirmari velle quam de priore, sed tamen, quum § 6. de modis laesionis ossium sermo sit et αἱ ἕδραι re vera sint modus unus laesionis, fatendum est nexum cum vicinis non esse firmum. Non audeo tamen affirmare ista aliunde invecta esse; revocant in memoriam, quae de loco ex Epid. I. p. 163. horum prolegomenorum § 5 monui. Sitne haec quasi digressio revera auctori tribuenda, an casui fortuito, non satis discerno: rem aliis quoque explorandam relinquo; mihi hic non satis certa argumenta in promptu sunt, ut in alium locum ista transferam, sicuti nonnulla de sede, quam in mss. tenent, dimovi in libro de victu acutorum, et fieri tamen facile potest, ut hic vere perturbationis indicia observaverimus, itaque futuris editoribus rem explorandam relinquo.

Tandem de auctore libri dicam mihi hunc libellum omnino ab Hippocrate conscriptum videri. Color orationis antiquus est, eandem cerno simplicitatem in oratione et rerum tractatione, quam in ceteris libris vere Hippocrateis, nihil quidquam animadverto affectatae gravitatis orationis aut fuci, aut ornamenti cuiuslibet. Prognostica vero doctrinae ratio hic quoque apparet, neque habemus abstractum tractatum de capitis vulneribus, sed in medias res rapimur, quod semper fieri novimus in reliquiis divini senis. Ab erroribus hic sane non fuit liber, sed qui potuisset esse illo antiquo tempore, quando hodie non eius dementiae sumus,

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 95 sur 880

©BIUM

ut erroribus superiores nos praedicare audeamus. Eximium tamen et medicum et scriptorem, facundia insignem et arte facile in hoc opusculo agnoscimus.

De uno loco ex hoc libello aliquid etiam addam: Darembergius in opere laudato p. 696. in notula loquitur de verbis p. 376., ubi πέμπτος οὗτος τρόπος retinui. Ibi Rutgersius culpatur, quasi voluerit semper contrariam quam Littréus opinionem tueri. Aperte dicam falso tale quid mihi, nam ipse adnotationem meam Rutgersio tradideram typis describendam, imputari. Neque enim contrarium eius quod Littréus opinatus est, statui, sed novum quid dedi, de quo nemo quisquam ante cogitaverat, quod quidem servavi et insuper in adnotatione nunc novam emendationem adieci. — Iamque hoc dicam: si quis πέμπτος οὗτος τρόπος reiiciat, id illi licere puto, modo omnia ista εἷς οὗτος τρόπος § 6. usque ad ἕβδομος οὗτος τρόπος § 10., omittat: nempe si defendere vellet, omnes illas numerorum τῶν τρόπων indicationes esse insiticias, non haberem argumenta, quibus certo demonstrarem rem secus se habere. — Videant de hac re futuri editores.

§ 9.

De aphorismis.

In aphorismorum censura paulo diversam viam tenebo, quam in librorum superiorum. Ibi quidem a veteribus interpretibus fere sum orsus, hic ab ipsis his sententiis brevibus incipiam, dein de veteribus interpretibus aliquid saltem dicam.

Me iudice hi aphorismi supra modum laudati sunt: non ignoro difficile esse mensuram, ut ita dicam, laudis pariter et meritorum libri alicuius reperire, ad quam quid nimium sit, quid parum, exigas; sed hoc puto licet dicere: praenotiones Coacae, si cum aphorismis conferas, paene oblivioni fuerunt traditae, dum hi omnium in manibus erant; nec tamen mihi dubium est, quin illae aphorismis sint longe praestantiores.

Recentiores eruditi quaestionem iam sibi proposuerunt num aphorismi re ipsa ab Hippocrate essent conscripti, an a discipulis ex eius operibus excerpti; quin hanc opinionem clari viri iam susceperant. Equidem comperi paucos esse excerptos e libris vere Hippocrateis, alios esse, qui ex operibus aliorum ducti videantur; plurimos esse, quorum fontem indicare non amplius licet. Totam vero harum sententiarum collectionem recentiore tempore quam Hippocratis esse congestam, certo mihi persuasum est.

Quin huius rei indicium non leve habemus in primo et extremo omnium aphorismo; quos si respiciamus et inter se comparemus, manifesto constat collectorem, quisquis fuit ille, illustri et gravi sententia syllogen utrinque terminare voluisse. Et a postremo ut ordiar, hîc procul dubio rhetorica quadam pompa talia refert, quae a prudenti illo observatore practico, quem in fragmento libri de victu acutorum miramur, non exspectaveris, quippe quae falsissima sunt. Non verum est ferrum sanare, quae medicamenta non sanent, neque verum est ignem sanare, quae ferrum non sanet, pariterque falsum est sanari non posse, quae igne non sanentur. Singula illa membra aphorismi, κλίμακι quadam res aperte falsas docent; ita ut neque formam, neque res si spectes, talem sententiam a viro medendi arte excellente profectam esse putare debeas.

©BIUM

Primus autem omnium aphorismus sane multo meliora continet, et quae vera habenda sunt, ut quivis videt. At est tamen in forma orationis grandiloquum aliquid, quod cum eximia illa sermonis Hippocratei simplicitate non quadrat, quin mihi prorsus cum ea pugnare videtur. Character huius sententiae eiusmodi est, ut ad inanem potius contemplationem pertineat, quam ad artem amplificandam, aut emendandam, aut ad ipsam naturae observationem, ad quas res Hippocratis scripta semper tendunt.

Sed percurramus iam deinceps singulas Aphorismorum sectiones, ut quae observanda videantur ad rem facientia colligamus et notemus.

In primae sectionis igitur aphorismis, qui principem cousequuntur, advertit dicendi genus diversum ab oratione sectionis 2ae, 4ae, 5ae, 6ae, 7ae, de tertia enim paulo post dicemus. Nempe oratio in plurimis multo explicatior est et plures aphorismi continuum neque dissolubilem locum e libro aliquo antiquo efficiunt, qui nunc quidem in plures partes est divisus, certe descriptus ita, ut plures sententias quasi per se constantes referat, sed quae tamen ita cohaereant, ut iam Galenus arctum earum inter se coniunctionem agnoverit.

Iam in adnotatione significavi locos esse, qui instar sint commentarii in brevem sententiam aliquam superiorem, sed ultro fateor iudicium de modo, quo hae sententiae exstiterint et hanc formam induerint eo nomine esse dubium et incertum, quod fontem seu fontes, unde profluxerunt, ignoramus. Ut statim exemplo utar, num doctrina de calido innato, qualem in aphorismis sectionis primae nonnullis propositam videmus et quam in libro de natura hominis § 12. in fine item offendimus, re ipsa Hippocrati debeatur, nec ne, incertum mihi habendum videtur.

Summam aphorismorum 8i et 9i pendere patet e verbis § 38ae libri de victu acutorum: *ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελέει, ὅκου διαρκέειν μέλλει ὁ κάμνων μέχρι τῆς νούσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ.* Aphorismus vero 17us cohaeret cum loco e § 28. eiusdem libri: *ἐπεὶ καὶ τοῖσι δὶς σιτεομένοισι τῆς ἡμέρης καὶ τοῖσι μονοσιτέουσι αἱ ἐξαπιναῖοι μεταβολαὶ βλάβας καὶ ἀρρωστίην παρέχουσι.*

Iis igitur, quos iam attuli, locis habemus doctrinam, aut si malis praxin Hippocraticam, sed aphorismo nono me advertit illud *μηδ' ἀναγκάζειν*. Vox alio modo accipi non posse mihi videtur, quam ita ut aphorismi auctor moneat aegros non esse cogendos ut volentes nolentes cibum capiant illo tempore morbi. Sed quocumque tempore tali methodo aliquis usus sit, parum refert, ipsa enim illa ratio mihi cum prudenti Hippocratis therapeia, cum eius naturae operum imitatione, ita pugnare videtur, ut ipsum aphorismum ei tribuere minime possim. Verum, inquis, ecquis unquam talem methodum est secutus? Imo vero sunt huius rei vestigia: Ep. V. 10. *καὶ προσηναγκάσθη* eodem spectare mihi videtur, eodemque modo ante me locum accepit Littréus, licet Calvus aliam lectionem, *ἀπεμέσαι προσηναγκάσθη*, secutus videatur, (quam tamen nec codices collati, nec me iudice, loci nexus, firmant) Cornarius et Foësius alio modo, sed minus recte, ut mihi videtur, interpretentur. Ego, quod in adn. ad Ep. V. significavi, analogiam inter aphorismum, de quo loquimur, et morbi historiam agnosco, quae res mihi documento est aphorismum 19um partim ad Hippocratis methodi imitationem esse expressum, sed partim etiam continere aliquid, quod ad miras illas curandi vias, Hippocrati sane non tribuendas, pertineat, quas in libris spuriis subinde animadvertimus. Ep. VII.

©BIUM

p. 643. mihi verba καὶ ἀπόσιτος σφόδρα καὶ μετὰ πάσης ἀνάγκης προσδεχόμενος eodem spectant — et ibid. § 119. προσετάσσετο ὑπὸ τῶν ἰητρῶν ἐσθίειν πολλά, — sed in morbo diuturno; cf. de morbis II. p. 44. Littréo: ῥοφάνειν δὲ ἀναγκάζειν τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης. p. 46. ἦν δ' ἀναγκασθῇ.

Cum Aph. 1. contulerunt dudum locum ex additamentis spuriis ad Ep. I. § 11. p. 170. mihi; tum Ep. VI. 2. 24., p. 572.; contulerunt etiam verba e libro de locis in homine ἡ δὲ ἰητρικὴ ὀλιγόκαιρός ἐστι, — quae puto comparata esse cum aphorismi verbis ὁ δὲ καιρὸς ὀξύς. — Hic non multum discimus, neque de origine loci nostri ex aphorismis, neque de vetustate locorum inter se comparatorum, sed advertunt tamen notiones affines iis, quae aphorismus docet e libris Hippocrate recentioribus adferri, quae affinitas sane congruit cum opinione, quam ex ipsa oratione et argumento aphorismi susceperam, non Hippocrati eum, sed recentiori alicui deberi.

Aph. 2. cum loco ex Ep. IV. 4. 10. p. 585. convenit, sed uter locus vetustior sit, non liquet.

Cum aph. 12. conferunt Coacam 385., quae cum parte postrema aphorismi congruit; sed nescis an non pars posterior illa forte pannus adsutus sit, a verbis inde ἀτὰρ καί; itaque ad loci aetatem aestimandam haec comparatio nihil valet. Cum eodem aph. aliquatenus congruit Ep. II. 1. 6. p. 465. mihi, sed hic rursus nihil puto nos discere de re, de qua agimus.

De aph. 14. de calido innato cum loco e libro de nat. hominis consentiente iam dixi; nescis iterum quae vetustiora sint.

Aphorismi tandem 19—25. paene iisdem verbis in libro de humoribus leguntur § 6. p. 622. mihi: sunt autem ex his locis nulla certa deducenda hoc nomine, sed si dixero librum de humoribus recentiorem esse Hippocrate et cum hac re confero, quod supra de ἀναγκάζειν in medium protuli, puto fere probabilem esse opinionem et hunc libellum et aphorismos, quos volo, esse Hippocrate recentiores.

Sed operae pretium est etiam ad nexum rerum, consecutionem igitur aphorismorum animum advertere.

Aphorismus primus quasi introductionem refert in totam syllogen, de qua iam diximus.

Aphorismo secundo evacuationum spontanearum, aliarum utilitas docetur, si debitae materies excernantur.

Tertio de athletarum victus ratione plena et huic contraria tenui exponitur.

Quarto eadem victus rationis diversitas in morbis universe quid valeat, docetur; in quinto fere explicatiorem habemus locum de eodem argumento.

Sexto docemur ad summos morbos summas curationes in usum vocandos esse; quod argumentum ampliore modo tractatur aphorismis 7—12.

Decimo tertio de nova re agitur in his sententiis, i. e. de ratione inter cibum sumptum et caloris innati efficaciam maiorem, minorem. De quo argumento item agitur aphh. 14° et 15°; eodemque spectare censeri potest aph. 16us.

Decimus septimus de consuetudine in victus ratione tractat et aphorismus 18us et 19us rursus arctius cohaerent, hic cum iis, quae aph. 6°—12um habentur, ille cum iis, quae 15° docentur.

©BIUM

Aphorismi 20^us^—25^am^ de purgatione in morbis et temporibus morbi, quibus ea uti conducat, monita tradunt. Postremus autem fere repetitio est partis prioris secundi huius sectionis aphorismi.

Constat igitur non omnem omnino ordinem prorsus desiderari in locorum consecutione, sed in hac subinde desultorii quid inesse negari non potest. Dispositio igitur aphorismorum non est profecta a viro eximii ingenii, sed mediocris.

Eadem vero mediocritas ingenii non raro in singulis sententiis etiam observatur, ut exemplo utar: aphorismi secundi pars postrema ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ χώρην — ἢ μή cum superioribus non ita cohaeret, ut totus aphorismus apte descriptus sit, nam ad rem, de qua sermo est, neque ἡ χώρη, neque ἡ ἡλικίη multum facit. Equidem hic rursus agnosco illam accuratae doctrinae affectationem, qualem saepius in epidemiorum libris spuriis notavimus. Principio aphorismi quinti contortam habemus ratiocinationem in verbis ἐν τῇσι — βλάπτονται.

Quodsi ad omnia, de quibus huc usque dixi, et quae quomodo omnia falsa esse quis demonstret nondum video, mentem advertamus, quaero num probabili argumentatione hae sententiae auctori libri de aëre, aquis et locis, fragmenti libri de victu acutorum, elegantium morborum descriptionum in epidemiorum primo et tertio, eximiorum e Coacis locorum, libri de capitis vulneribus tribuantur?

Sed perganus ad sectionem alteram: in qua primum quidem statim advertit dicendi genus vere aphoristicum, quod per omnes locos patet et quo iam dixi hanc sectionem cum reliquis, prima et tertia exceptis, convenire. — Sed statim dicam e libris germanis Hippocratis minime patere istam orationis formam illi fuisse propriam; quin omni modo apparere eum continua oratione et cuius cursus non abrumperetur uti fuisse solitum. Ad quam rem num quis satis mentem adverterit, valde dubium mihi est. Si quis opinetur me ita existimantem oblivisci me Coacas Hippocrati tribuisse, — respondeo minime me rei oblivisci, sed sane eos Coacarum locos, quos Hippocrati tribuo non habere characterem aphorismorum, quales in hac, de qua agimus, sylloge cernimus, neque nobis amplius servatam esse primam formam antiquarum illarum προγνωσίων Κωακῶν.

Sed aliud quid advertit; si dixero huius sectionis aphorismos summatim habere orationem perspicuam et monita referre praestantissima, puto me consentientes habiturum omnes. At quid tamen observamus? Aph. 15. quid sibi vult? Non facile huic quaestioni responderis et mirer, si mihi obloquaris contendenti talem sententiam Hippocratem vix habere posse auctorem. Neque intelligo aphorismum 20^um^; neque credo talem locum congruere cum accurata naturae observatione senis Coi. Aph. 28. partim saltem mihi perobscurus est; neque satis mihi apparet veritas aphorismi 34^i^. — Aphorismus, qualis 43^us^ num Hippocrati tribui possit, rursus admodum dubium mihi est, — neque alio modo sentio de quadragesimo quarto, quem prorsus falsum quid docere opinor et tale quid quod diligentem observatorem fallere non potuerit. — Sit hoc certe dictum iis, qui aphorismos tantis laudibus evehunt, ut summam quamdam sapientiam medicam iis contineri contendant.

Respiciamus iam locos consentientes ex aliis libris:

Aph. 12. respicitur Ep. II. 1. 2. (p. 471.), ubi eius monitum ad ἕλκεα et φύματα parum

©BIUM

apte transfertur, me iudice. In eodem Ep. II. 3. 8. (p. 489.) prorsus eadem sententia, quam aph. refert, descripta est, sed forma tali ut primam auctoris manum ibi agnoscas, in aphorismo formam recentiorem. Ep. IV. 28. eandem antiquam sententiae formam (p. 536.) legimus cum additamento adsuto. Ep. VI. 2. 7. (p. 567.) item antiquam habemus loci formam et Ep. VI. 3. 21. (p. 580.) habemus locum consentientem cum Ep. II. 1. 2., quem mox citavi. Quodsi iam aphorismum cum Galeno legamus, cf. adn. nostram, superest illud *ἐν τῇσι νούσοισι* in eius textu, quod docet eius scripturam esse recentiorem locis illis ex Epid. spuriis adlatis.

Aph. 13. cum Ep. VI. 2. 10. contulisse est operae pretium. Nam dixerim omnino locum ex Ep. VI. esse aphorismum cui alienum principium dederint librarii: una res certa est ex uno fonte utramque sententiam fluxisse, sed de antiquitate locorum hic nihil certi disco.

Cum aph. 16. comparat Daremb. locum e libro de v. A. p. 314. § 47.; sed me iudice, ille corruptum locum contulit, quem emendavi, ita ut vitio sublato locus aliud quid quam Aph. doceat.

Aph. 22. monitum continet pendens ex universali lege, quam ad Ep. VI. 5. 4. (p. 589.) in adn. e corruptis elicere contigit. Sed videtur aph. ductus esse e § 9. libri de natura hominis. Operae pretium autem est cum postrema parte aphorismi contulisse verba e libro de locis in homine p. 334. *ὑγιαίνονταί τε αἱ ὀδύναι τοῖσι ὑπεναντίοισι.* Nempe *ἡ ὑπεναντίωσις* eò spectat, mihique haec res indicio est aphorismum hunc non ab Hippocrate, sed a recentiore aliquo esse profectum.

Aph. 23. et Coaca 147. ita differunt, ut descriptores ordinem verborum paululum immutaverint; itaque de antiquitate locorum nihil comparando utrumque discis.

Aph. 26. agitur de re, de qua Coaca 156. 157., sed Coacarum locus ille mihi recentior videtur. Coaca 354. de simili re agitur, sed ab aph. locus nimis est diversus, quam ut quod attinet ad rem, de qua iam agimus, aliquid e comparatione cum aphorismo efficiamus. Idemque valet de Coaca 358. Aphorismus tamen et meliorem et antiquiorem huius moniti formam, ut summatim dicam, mihi referre videtur.

Cum aph. 31. convenit, quod ad caput rei, Coaca 127., sed hîc nihil de locorum antiquitate affirmo.

Credatne mihi aliquis iam affirmanti hanc comparationem locorum consentientium certe docere non deesse in aphorismis, qui Hippocrate sint recentiores et hoc certe patere Aphorismos, perinde ac Coacas, e pluribus fontibus esse ductos, ita ut haec collectio non possit Hippocratem habere auctorem?

Nexus aphorismorum huius sectionis secundae rursus ita se habet, ut fortuitam et desultoriam consecutionem esse necessario fateri cogaris. Nolo pluribus de hac re dicere, quum res sponte pateat; neque vero Galenus id non vidit, modo conferas quae ex eius commentario ad aph. 31. monui. Neque in hac sectione dispositionem locorum observamus, qualem a summo viro aliquo exspectas, sed qualis proficiscitur a collectore ordinem certum parum curante, aut potius assequi nequeunte.

Videamus autem de tertia sectione.

In ea quidem aphoristica illa orationis forma rursus non animadvertitur, quam in secunda observamus, nam aphorismi 19—23. et 24—32. capita referunt integra, de quibus si uno

©BIUM

tenore descripta coram haberes, ne suspicio quidem nasceretur ea unquam fuisse discerpta in aphorismos plures. Neque locos, qui e libro de aëre, aquis, locis descripti in hac sectione leguntur, aphorismi sunt, quales plurimi leguntur in sectionibus, quas dixi, et in Epidemiorum libris spuriis.

Verum inspiciamus statim in hac sectione locos, qui etiam in aliis libris habentur; sunt autem qui etiam leguntur in libro de humoribus, Epidd. secundo et sexto, libro de aëre, aquis, locis.

In libro de humoribus est § 15ª, quae cum primo aphorismo convenit; uter autem locus altero vetustior sit, mihi non liquet: in aphorismi dictione nihil offendit, in libro vero de hum. inepte scriptum est *αἱ δ' ἐκ προσαγωγῆς — ἀσφαλέσταται*, miro etiam modo in ipsis his verbis aetatum facta mentio in illo rerum nexu. In eodem libello § 16. leguntur aph. 2. et 3., sed locis collatis tertium aphorismum mutilum esse apparet; qui vero loci vetustiores sint, distinguere non valeo. Locus cum aph. 4. conveniens legitur § 12ª.; videtur autem mihi apertius scriptus in aphorismis; utrum vero fragmenta in libro de humoribus habeamus, unde aphorismi sint excerpti, fere dubites; ipse saltem liber de humoribus item e fragmentis diversissimis est conflatus, primumque fontem horum locorum indicare non licet.

Aphorismus 5. legitur § 14.; omissa sunt in aph., certe in eo non leguntur, verba *ἕλκεα — καὶ τἆλλα*, quae prave scripta sunt in libro de humoribus, quodsi utrumque locum confers, tibi videntur adlata ista recentius esse additamentum, ita ut aphorismum vetustiorem lectionem referre dixeris.

Aphorismus 6. ibidem § 13. occurrit; iam vero certum mihi videtur aphorismum quasi excerptum esse e loco libelli de humoribus.

Aphorismus 7. parum apte descriptus est, quod in adn. iam significavi; Foësius ad eum adnotavit partem extremam paulo aliter legi in libro de humoribus. Puto eum respicere locum e § 13ª.

Cum principio eiusdem § 13ªᵉ convenit aph. octavus et vero cum aph. magis etiam convenit Ep. II. 1. 5. De locorum inter se collatorum antiquitate hic vix aliquid disco.

Aphorismum nonum distractum videmus interpositis aliis in Ep. II. 1. 4 et 5.

Decimum autem legimus Ep. VI. 7. 9.; quod autem non legitur in aphorismo, *κακὸν δὲ καὶ τὸ ἔαρ*, id num ex aphorismo exciderit, an in Ep. VI. priori illi membro, eique forte antiquiori, adscriptum sit, quis definiet?

Multum certi circa locorum originem, primis fontibus deficientibus, ex hac illorum inter se comparatione non discimus quidem; sed quod de aphorismo sexto dixi docet tamen aphorismos non esse fontem, unde loci consentientes in libris spuriis ducti sint, sed aphorismos et locos illos consentientes profluxisse ex antiquioribus fontibus, unde excerpti sint. Quod rursus multum labefactat opinionem Hippocratem esse aphorismorum auctorem.

Sed ea opinio quam falsa sit multo magis apparet in aphorismis 11. 12. 13. 14., qui sine dubio e §§. 14. 15. 16. libri de aëre, aquis, locis sunt desumpti. Primum quaero sitne probabile, scriptorem, qualis Hippocrates fuit et qualem e libris, quos germanos habere licet, cognovimus, excerpta e libris suis edidisse; — et num probabile sit, ea edidisse virum, qui utitur dicendi genere non prolixo, nec inconcinno, sed quod summa simplicitate res magni ponderis semper tradat? Certum autem est nos hic habere excerpta e scripto illius uno;

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 101 sur 880

©BIUM

certumque simul est ex iis, quae huc usque de aphorismis disputavi, esse in his aphorismis locos Hippocrate recentiores. Quid igitur? collectio, in qua excerpta e libris post Hippocratem demum scriptis leguntur, quod vel magis in sequentibus sectionibus apparebit, diceturne opus esse Hippocratis ipsius? Ego nunquam inducar ut credam.

Sed iam monui hic illic de aphorismorum in ipsis sectionibus singulis dispositione; verum ipsarum sectionum inter se consecutio qualis est? In prima sectione summatim de diaetasanorum et aegrotantium agitur; in altera res nimis diversae tractantur. quam ut universalem eius characterem indices; in tertia sectione de duabus fere rebus agitur: de anni tempestatibus et morbis diversis anni tempestatibus observandis, tum de morbis aetatibus singulis hominum propriis. Quaero num in his ordinem habeamus, qui in aphorismorum collectore nobis ostendat hominem ingenio excellentem? Ego nego! dispositio tum sectionum, tum locorum in sectionibus nihil habet, quod magni viri operis notas nobis praebeat.

At in hac sectione etiam operae pretium est de orationis forma videre in locis singulis. Aph. 3. mutilatum esse apparet, quod vitium fortasse antiquo tempore contraxit, neque iure collectori aphorismorum, neque loci auctori adscripseris. Verum aphorismus quintus non vitio describentium, sed auctoris parum aptam habet orationis formam: illud ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ κ. τ. λ. miro modo infertur in utroque membro, me iudice; multos fortasse in priore non offendet, sed in altero certe non reddit concinnam orationem, qua de re in adn. ad librum de hum. p. 630. iam dixi. De inepta idearum et notionum confusione in aphorismo septimo in adnotatione monui; ibi non orationis forma est accusanda, sed notionum, uti dixi, perturbatio. Talia ab Hippocrate non exspecto!

Aphorismus autem sextus cohaeret cum placito de sudoribus copiosioribus in febribus tempestate pluvia, de quo confer Epid. II. 1. 2. et cum rei observatione ibid. 3. 1. p. 483. vs. 14., cett. Hunc autem locum recentiorem esse Hippocrate inde satis patere dixerim, licet sentiam eum forsitan cohaerere cum iis, quae § 10. libri de aëre, aquis et locis de sudore leguntur, ita ut haec fortasse ansam praebuerint, ut recentiores ad hanc rem mentem adpellerent.

Quid igitur? reperimusne in tertia hac aphorismorum sectione indicia certa eam Hippocratem habere auctorem? Imo potius contrarium verum esse magis magisque apparuit. Sectiones autem priores ideo diligentissime hoc nomine explorandae sunt, quod a plerisque hae prae reliquis et eximiae et germanae esse perhibentur, quamquam de postremis sectionibus multum dubitari posse contendunt. Iam vero pergimus ad quartam.

Summatim, ut dicam, sectio haec descripta est forma solita aphorismorum. Sententias plures inesse, quae nobis hodie mirum sonant, negari non potest; sed ante omnia id agamus ut singulos aphorismos percurramus et de locis consentientibus videamus, ut comparatione facta pateat, num quid inde efficere liceat. Aphorismorum repetitiones ita attingam, ut qui in superioribus sectionibus occurrant, indicentur, de iis, qui in sequentibus sectt. etiam leguntur, monebo cum ad singulas sectiones deinceps pervenero.

Aph. 3., particulam μέν additam si excipias, iisdem verbis refert aph. ultimum sectionis primae. Mirum non esset si repetitio haec deberetur lectori, qui ad aphorismum secundum nostrae sectionis locum e prima sectione adscripsisset, quum ad idem fere argumentum pertineat et alter alterum illustret. Hic autem unicus est, qui e superioribus repetitur; sunt

©BIUM

quidem plures, qui illustrantur e comparatione superiorum aphorismorum, sed nullus ita describitur; sunt autem ex hac sectione aliquot in septima etiam obvii, de qua re postea.

Sed operae pretium est in primis de iis videre locis qui cum Coacis consentiunt; nam recentissimo tempore Coacas habere coeperunt opus diu post Hippocratem conscriptum et Coacas consentientes ex aphorismis ductas esse perhibuere; quod certe hic illic manifesto falsum esse apparebit, nî vehementer fallor.

Cum aphorismo 11° de eadem re agit Coaca 304.; me iudice minime patet Coacam ex aph. esse desumptam, sed neque certa contrarii indicia vidêo. — Vicesimus primus cum Coaca 613. partim convenit; sed videtur mutilum referre locum e Coaca 608.; de vetustate loci alterutrius prae alterius maiore, nihil affirmo. — Comparanti cum aph. 22° Coacam 68. dubium esse non potest, quin antiquiorem loci lectionem in Coaca habeamus, quam aphorismi descriptor minus accurate reddidit. Aph. 27. cum Prorrh. 133. Coacis 153. 332. referunt eiusdem loci lectiones paululum diversas: aph. et Coaca 153. antiquam formam loci referunt, locis duobus ceteris additamenta accesserunt. — Cum aph. 28. convenit Coaca 627, quae simpliciorem loci formam refert, quod item valet de aph. 29. collato cum Coaca 15ª, ita ut dixerim Coacas antiquiores locorum formas referre. — Aphorismi 34. 35. mihi desumpti esse videntur e Coacis 277. 278.; in aphorismo vero 36. habemus ampliorem sententiam, cuius summa redit ad idem, quod principium est Coacae 572., sed ex his solis non constat aphorismum e Coaca esse desumptum, aut contra hanc ex illo; sed fortasse res aliquantum illustratur aph. 37., qui cum Coaca seq. 573. congruit, quos locos si conferas, Coaca rursus antiquiorem lectionem referre videtur. Aphorismo 40° respondet Coaca 125.; me iudice vero Coaca sine dubio antiquior est, neque constat mihi aphorismi descriptorem non alio modo quam oportebat accepisse locum praenotionum, in quo scilicet num morbi in longum protractio spectetur dubito. Cum aph. 43. 44. conveniunt Coacae 116. 117. 118.; videntur autem mihi hîc aphorismi rursus recentiorem locorum formam referre; idemque existimo de aph. 46. collato cum Coaca 9. Aph. 47. desumptus est e Coaca 242. et aliquid additum; itemque aph. 48um e Coaca 115. et 49um e Coaca 72. descriptos esse opinor. Aph. 57. e Coaca 354. desumptus est; cum 58° vero convenit Coaca 135., sed de his non certo mihi constat, uter locus antiquior sit. Aph. 59., me iudice, descriptus est e Coaca 648., 60us e Coaca 210. — Quodsi aphorismum 61um cum Coaca 146. compares, aphorismum manifesto recentiorem esse dixeris, quin aliud quid docet, quum eius descriptor solum dies impares criticos habeat; vid. adnn. ad aph.; 62us et 63us de Coaca 121 sunt hausti et 69us fere verbotenus Coacam 597. refert. Aph. 70us cum parte Coacae 582. convenit; licet non certo contendam, coniicio tamen, maxime propter partem extremam aphorismi, hunc esse recentiorem. Cum aph. 71. cf. Coacam 149., sed locus desumptus est e Coaca 375., unde tamen pessime est descriptus. E Coaca 579. haustus est Aph. 72. — Si verba ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα ab ipso aphorismi 73i descriptore sint, non a recentiore lectore, hic aph. recentior est Coaca 291. cum quo similia tradit. Aph. 82. expressus est ad imitationem partis Coacae 473. et parum apte si formam spectes inde desumptus, nam ἐκραγέντος apte in Coaca ad pus, minus apte in aph. ad τὸ φῦμα refertur.

Constatne iam aphorismos e fonte aliquo antiquiore, unde Coacae partim descriptae sunt, esse ortos? Dicemusne iam aphorismos eximium Hippocratis ipsius esse opus? Num affir-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 103 sur 880

©BIUM

mabimus Coacarum locos consentientes ex aphorismis esse descriptos? Credat qui velit, ego cras credam.

Sed videamus etiam de aphorismis illis quibuscum conveniunt loci e libris epidemiorum spuriis et de humoribus!

Aphorismus 31. IV. cum principio § 7ae libri de humoribus congruit, vide adnn. ad locum e libro laudato, sed iam dixeris aphorismum e loco aliquo, qualis fere habetur in libro de humoribus, forte e melius scripto esse excerptum; quod nescio an non probabilius sit, quum seqq. aphorismi 32. 33. item ibi sequantur. — Aph. 52. respondet locis ex Epid. VI. 1. 13. et Ep. IV. 46. et aph. 53. cum fine loci ex Ep. IV. 46. convenit, — saltem partim cum eo consentit, sed in his vix aut ne vix quidem distinguere valeo, qui loci antiquiores sint. — Aph. 54. 55. comparandi sunt cum Ep. VI. 2. 11. et Ep. II. 3. 5.; ac de aph. 54o quin ex Epid. VI. l. l. sit ductus, nullus dubito, verum ut de modo, quo eiusmodi breves sententiae subinde exstiterint, iudicare liceat cf. adn. nostram ad Ep. VI. 2. 11.

Talia num quis affirmanti mihi fidem habiturus sit, nescio; sed velim tamen idonea argumenta audire, quibus redarguantur, quae postremo loco dixi. Quodsi igitur mihi ista concedantur, quaero quid existimandum sit de opinione aphorismos prae reliquis praestantissimum opus esse, et opus Hippocratis ipsius?

Convenit aliquantum aph. 17. cum initio § 15ae libri de affectionibus (p. 222. Littréo) nec tamen audeo affirmare aphorismum inde desumptum esse. Neque aliter sentio de aph. 20. comparato cum loco e media § 40. libri de morbis II. p. 56.

Aph. 76. paene certo dixerim excerptum esse e § 14. libri de nat. hom. p. 66. Littréo.

Iam vero non ignoro plures citatos esse locos ad sectionis quartae aphorismos, de quibus non sum locutus; hos tamen non neglexi, sed vidi ad quaestionem propter quam nunc eos perlustro, haud multum facere. — Itaque iam pergo ad sectionem quintam. — Id unum de quarta sectione etiam addam, de quo iam dicere coeperam supra, plures aphorismos miras referre sententias et de quibus quid sentiendum sit, vix scias, sed quos certe Hippocrati non facile adscripseris.

In quinta sectione loci longiores aliquot occurrunt, in quibus aphorismorum forma solita omnino desideratur; de his dixi in adn. ad. aph. 21. 23., ubi vide, cf. etiam adn. ad aph. 63. — Ad longiores illas sententias pertinet etiam aph. 64.; plerique tamen omnino solitam aphorismorum orationem referunt. Ordinem, quo sibi subsequuntur aphorismi, miramur potius quam laudamus; nam etiamsi detrahas, qui fortasse pro recentioribus adnotationibus excipiendi sunt, ceteri tamen admodum desultorie sibi subsequuntur. Miras in hac sectione res subinde proponi et quales ab eximio naturae observatore non exspectes, certum est, neque quisquam negabit.

Sed videamus iam de locis convenientibus ex aliis libris.

Aphorismus primus convenit cum Coaca 567.; ex locorum orationis forma nihil conficio quod ad antiquitatem attinet, licet fere praeferam Coacae loci lectionem. — Si aphorismum 2. cum Coacis 355. et 505. conferas, dixeris antiquiorem loci lectionem esse in Coaca 355. — Aph. 3. cum Coaca 388. convenit, sed hic quoque Coacam antiquiorem loci scripturam referre puto. Aph. 4. partem refert Coacae 565. aliis verbis expressam. Conferri quidem potest

©BIUM

aph. 8. cum Coaca 396., sed diversus tamen morbus utroque loco spectatur. Cum Coaca 439. convenit aph. 9., sed non diiudico, uter locus altero antiquior videatur. — Aph. 10us si cum Coaca 367. conferatur, locus melius scriptus videtur in Coaca. Aphorismi 11. 12. 13. 14. desumptos esse opinor e Coacis 434. 436. 433. 435. — Aphorismum 15um paene suspiceris ortum esse e Coacis 389. et 404., licet certo affirmare non ausim.

Hi igitur aphorismi sunt cum locis e praenotionibus consentientes, — e plurium autem comparatione rursus apparuit Coacas antiquiores referre sententiarum lectiones, nec raro meliorem locorum similium scripturam.

Cum aph. 24. V. convenit Ep. VI. 3. 6., cf. adn. ad aph.; forte locus ex Epid. libro antiquior est. — Aph. 26. legitur paululum diversis verbis Ep. II. 2. 11., sed hîc nihil reperio quod ad rem praesentem faciat. — Aphorismo 37. de eadem re agitur, de qua in parte § 6ae Ep. II. 1., ubi exempli loco proponitur; quid hic antiquius sit inanis est quaestio, quod ad rem praesentem attinet. — Aph. 40. meliorem videtur habere lectionem loci, quem item legis Ep. II. 6. 32., ubi vide adnn.; puto Ep. locum a librariis esse corruptum, ita ut ad rem, de qua agimus, locorum comparatio non multum conferat. Eadem res, quae aphorismo 50o, traditur Ep. II. 6. 16., sed non definio, uter locus sit vetustior; neque alio modo sentio de § 18. ibid. collata cum aph. 52o. Aphorismi 65. 66. 67. cum locis ex Epid. II. 3. § 18. conveniunt, sed non discerno quid hic vetustius, quid recentius sit, cf. adnn. ad istos locos. — Aph. 68. consentit cum loco ex Ep. VI. 2. 13., ubi ὠφέλησε mihi poni videtur de re fieri solita, non indicio esse spectari casum aliquem singularem observatum, cui postea lex universalis superstructa sit. — Cum aph. 69. aliquatenus cōnveniunt loci ex Ep. II. 3. 16. et VI. 3. 11., omnes tamen paulum diverso modo scripti sunt. Cum aph. 70. 71. congruunt loci ex Ep. VI. 6. 5.; opinor autem aphorismum 70um omnino recentiorem loci lectionem referre; cf. adn. ad illum aphorismum.

Summam rerum si hic respiciamus, hoc saltem patere contendo, aphorismos minime antiquiores habendos esse illis sententiis, quae sparsim in Epidemiis spuriis leguntur.

Num aph. 30. e § 3. p. 145. libri de morbis I. sit desumptus definiri nequit. Nec magis affirmes de aph. 5. num e § 8. p. 126. libri tertii de morbis sit descriptus. Forte adnotatio, quam refert aph. 21., nititur postremis verbis § 13. p. 134. eiusdem libri.

Aph. 37. affinis quidem est iis, quae § 27. libri primi de m. mull. traduntur, sed non idem refert, neque ideo inde desumptus est. — Ad aph. 62. adlatum vidi locum e § 181. libri de m. mull. II., sed vel dubito, num loci hi commune quid inter se habeant. Idem sentio de aph. 64. collato cum loco e lib. I. 63.

Cum aph. 43. conferre oportet § 12. libri de nat. mul. p. 328. Littréo; — fieri possit, ut aph. inde desumptus sit. Sequens vero 44. num desumptus sit e § 19. eiusdem libri, dubito. Neque credo 45um e § 17. esse ortum; de aph. 46o nescio, an non e § 20. sit natus. — Sed hoc, puto, fatendum notiones locis illis expressas adeo esse inter se affines, ut aphorismi certe auctores habeant ex eadem schola, unde hic liber sit profectus.

Neque aliter sentio de aph. 59. collato cum loco e § 214. libri de sterilibus p. 416. et aph. 41. cum loco ibidem obvio p. 414. — Aph. vero 46. cum § 229. eiusdem libri collatus rem omni dubio maiorem et certiorem reddit. Itaque licet, ut opinor, statuere hos aphorismos de morbis mulierum, et rebus muliebribus, non magis quam libros illos ipsos Hippocratem habere auctorem.

©BIUM

Plures ex hac sectione aphorismi in libello de liquidorum usu obviam veniunt, quos tamen singulatim persequi supersedeo, quum iste libellus admodum recens videatur, characterem autem certum nullum habeat, nisi quatenus ex locis diversissimis consarcinatum esse apparet.

Repetitum habemus in aphorismo 29° primum sectionis quartae.

Ni fallor, plura ex hac sectione documenta collegimus, quibus coniicias, eam neque antiquam esse, neque ab Hippocrate ipso conscriptam; propero ad reliquas sectiones.

In sexta sectione locus e Prognostico occurrit aph. 52.; sed nolo uti eo loco, ut demonstrem aphorismos Hippocrate recentiores esse, quippe multum vereor ne locus a recentiore lectore adpositus sit, quod in adn. iam significavi et quae causa est cur uncinis interseptum exhibuerim. Tota haec sectio fere veros, quod ad formam attinet, aphorismos refert. Subinde ut in superiore sectione res proponi, quae nobis mirae nec dignae Hippocrate videantur, certum est. Videamus autem hîc quoque de locis similibus in aliis libris obviis.

Aphorismus 10. VI. de similibus rebus agit ac Coaca 172., at differunt tamen loci inter se. Cum Coaca 461. convenit aph. 14us, qui fortasse, neque enim certo affirmo, recentiorem loci formam refert. De 17° vix dubito, quin sit recentior Coaca 224.; de Coaca 509. cum aph. 18° collata magis dubito, si locos per se spectem; cum aph. 19° conveniunt Coacae 504. 505.; facile autem fieri potest, ut aphorismus e Coacis inverso ordine sit compositus. Inter aph. 24um et Coacam 503am dubius fere haeres, uter locus sit vetustior. Aphorismum 25um sine dubio excerptum esse opinor e Coaca 366a; itemque probabilius puto 26um e Coaca 132 esse desumptum quam contra factum esse. Aph. 40us sententiam refert, quam item legimus Coaca 449., fortasse aph. e Coaca est desumptus et prudentius circumscriptus. Cum aph. 41° in adn. contuli Coacam 281., in cuius parte media eadem fere traduntur; puto autem aphorismum e praenotionum loco esse haustum. Cum Coaca 466. convenit aph. 43., illa vero antiquiorem referre videtur loci lectionem. Inter aph. 44. et Coacam 475. vix audeo de antiquitate locorum iudicium proferre. Cum aph. 48. cf. Coacam 466., cuius primam partem refert, sed minus prudenter prolatam. In aph. 50° partim exprimitur quod Coaca 500. legitur; res vero in Coaca prudentius proponuntur. Tandem aph. 58us convenit cum Coaca 502., non potest tamen dici uter locus alterius fons sit.

Itaque licet plures sint loci inter se similes in aphorismis et Coacis, de quibus dubius haereas utri vetustiores sint, sunt certe unus alterque quibus pateat Coacas vetustiores locorum formas referre, neque ullum vidi aphorismum, de quo contra iure statuas eum Coacae ipsi respondenti originem praebuisse. Quae res sane argumento est huius quoque sectionis aphorismos ex aliis operibus esse congestos, non primam operis alicuius ab Hippocrate conscripti formam nobis referre.

Colligemus iam sententias in Epidemiis spuriis obvias, ut hic etiam pateat, qui loci vetustiores habendi sint, qui ex aliis ducti.

Cum aphorismo 1. VI. convenit locus ex Ep. II. 2. 21., sed utra loci scriptura vetustior sit, sciri non posse opinor, nam quod in Ep. II. exemplum additum est et aliena adscripta fuerunt, de quibus in adn. dixi, id nihil ad locum principem facit. Aphorismi secundi pravam lectionem habemus Ep. VI. 6. 8.; de antiquitate si quaeris, hi loci inter se conferri, ita ut

©BIUM

uter vetustior sit appareat, non possunt, me iudice. Tertium si cum Ep. VI. 8. 1. conferamus, nescio an Epid. locus sit antiquior. Quartus iisdem verbis descriptus est ibidem 8. 2.; quintus convenit cum Ep. VI. 7. 11., locisque collatis aph. mutilatum esse apparet, vide adnn., sed ideo iudicium de locorum antiquitate incertum est. Aph. 6^us^ quidem de re simili agit atque Ep. VI. 8. 4.; non certum esse dixerim locum alterum ex altero esse descriptum, sed si factum sit, aphorismus ex Ep. loco est descriptus. De aph. autem 9°, quin recentior sit quam locus ex Ep. VI. 2. 15., nullus dubito, vide adnn. ad h. l.

Omnibus igitur computatis hic certiora habemus indicia aphorismos sententiis ex Ep. VI. esse recentiores quam contra; quod item iam ad superiorem sectionem observavi.

In aph. 22. miram sane doctrinam habemus de *ῥηγμάτων* descensione; compararunt dudum locum e lib. de morbis I. p. 180., ubi item de *μεταστάσι* eorum sermo est. Patet rursus non Hippocratem conscripsisse aphorismos, sed recentiorem e diversarum scholarum operibus eos collegisse. Aphorismum autem 51^um^ omnino ductum dixeris e § 6. libri de morbis secundi, nisi forte e § 21. sit ductus; sed hoc certum est, eum iterum e schola alia quam Coa ortum duxisse. Quae omnia rursus firmant meam, quam principio huius § protuli, de aphorismis opinionem.

Minimum sane omnium huic opinioni adversatur sectio ultima, quam tandem eadem ratione perlustrabimus.

Habemus autem in ea aphorismum decimum, cum quo conferri solet Coaca 470.; loci tamen non ab omni parte inter se conveniunt. Undecimus idem quod Coaca 397. tradit; sed non affirmo Coacam antiquiorem loci formam referre, quin potius hic in contrariam opinionem inducimur. Qui cum aph. 14° comparat Coacam 499. videbit locos nimium inter se differre quam ut eum in finem, quem nunc spectamus, inter se componamus. Aph. 29. cum Coaca 482. idem docet; sed non audeo affirmare alterum locum altero antiquiorem esse habendum. Aphorismo 45. et Coaca 451. eadem res fere docetur verbis diversis, sed iudicium de locorum antiquitate parum certum mihi videtur, quamquam potius aphorismum recentiorem habuerim quam contra. Aphorismum 50^um^ e Coaca 187. et 58^am^ e 499^a^ desumptos esse arbitror.

Itaque hic unum habemus aphorismum, qui videri possit, recentiori Coacae originem praebuisse; neque tamen hoc evertere valet, quod de ceteris dixi, quippe in collectione Coacarum loci sunt e diversis et diversae aetatis fontibus. Quin igitur summatim verum sit, quod aphorismi cum Coacis consentientes potius ex his orti sint quam contra, nullus ego dubito.

Pergimus autem ad reliquos cum locis ex aliis libris congruentes.

Aphorismus 42^us^ convenit cum Ep. II. 6. 31.; sitne vero aph. ex Ep. loco desumptus fere dubites. De aph. 56. cum Ep. II. 6. 23. collato confidentius affirmaverim, eum ex Ep. loco esse deductum.

Mihi quidem ex hac comparatione rursus constare videtur, haud certum esse aphorismos Epidemiorum secundo esse antiquiores.

Quid sibi velint et quomodo natae sint aphorismorum e superioribus in hac sectione repetitiones, non intelligo: ne incuria quidem collectoris primi aphorismorum, vel librariorum ad rem explicandam causam idoneam obfert. Sed in antiquis huius generis monumentis idem saepius observatur. Repetuntur autem plerumque cum parva licet verborum immutatione, sed

©BIUM

tamen non semper iisdem verbis. Si quid forte faciat, ut descriptorum negligentiam iure accusare posse tibi videaris, sunt aphorismi, quales 66. seqq., de quibus in adnotatione dixi.

Aph. 17^us^ partem refert eius quod V. 58. legitur: 28^us^ paulum mutatis verbis e VI. 19. est repetitus. Aph. 49. recentiorem formam referre videtur aphorismi 80. IV. Aph. 46. minus recte scriptum refert VI. 31. Aphorismi 47. 48. 49. aliis verbis, partim etiam rebus paulo aliter propositis referunt aphh. 35. 36. 37. sectionis VI. Simili modo 52. et 53. sunt repetitiones aphorismorum VI. 40. 47. Aph. 57^us^ mihi forma recentior esse videtur aphorismi 82. IV. Aph. 59. non deteriorem, forte meliorem lectionem refert aphorr. 34. 35. IV. eodemque modo res comparata est in aph. 61. ex 40. IV. repetito. Aphorismi 63. 64. 65. vix differunt a 43. 44. 45. IV.; primus eorum tantum paulisper a simili e sectione IV. est diversus. Aphorismus 70. cum IV. 47. convenit ad amussim, nisi quod additamentum alienum paulum diversis verbis expressum est. Aph. 71. est 9. II. cum additamento recentiore. Aph. 72. postremo vocabulo tantum a II. 3. differt. Aphorismi 73. 74. paululum aliter scripti sunt 48. 49. IV. Aph. 76. paene repetitio est 23^i^ huius ipsius sectionis, paulo magis differunt inter se 79. 80. et 15. 16. sectionis postremae. Aph. 83. paulum mutatis verbis est IV. 52.

Haec locorum inter se comparatio, mihi magis etiam dubium reddit, qua ratione ortae sint illae repetitiones, dubitoque, num huius rei idonea explicatio dari possit.

Ut iam breviter quid de aphorismis sentiam dicam, mihi sic persuasum est:

Aphorismi non sunt ab Hippocrate conscripti: pauci insunt ex eius operibus excerpti: tota sylloge locos refert e variis operibus congestos, non secus ac praenotiones Coacae: exstitit haec collectio post Hippocratis tempora.

Argumenta summa, quibus hanc sententiam de aphorismis munire posse mihi videor, haec sunt:

Libros vere Hippocraticos perlegenti mihi non apparuit, eam dicendi formam, qua maior numerus aphorismorum expressus est, Divino seni fuisse familiarem, aut cum eius ingenio et ratione congruere. Quin Hippocratis operum fragmenta ad artis ζήτησιν, minime ad eius ἀπόδειξιν, quae aphorismis fere continetur, spectant.

In aphorismis habemus locos ex Hippocratis fragmentis excerptos paucos; parum autem probabile mihi videtur, ipsum e suis operibus excerpta edidisse, minus probabile etiam ex aliorum; est, me iudice, alienum hoc a viri ingenio, scribendi ratione, tempore quo vixit.

Si aphorismos a summi ingenii viro conscriptos haberemus, ista ingenii praestantia in aphorismorum singulorum forma et in eorum dispositione esse deberet conspicua: rem autem non ita comparatam esse in his brevibus sententiis exemplis non paucis ostendimus.

Plerique aphorismi, sunt autem numero multi, qui cum praenotionum Coacarum locis conveniunt, recentiorem quam hae locorum formam referunt. Itaque Coacae pro parte parum aut non mutatae e fonte antiquiore sunt ductae, unde aphorismi forma paululum mutati, nec semper emendati promanarunt.

Aphorismi certe non sunt antiquiores locis simili modo breves sententias referentibus e libris spuriis epidemiorum. Hi autem sunt recentiores Hippocrate, quod suo tempore me demonstraturum esse confido. Sunt autem nonnulli aphorismi ex epidemiorum brevibus sententiis ducti. Itaque hîc res eodem se habere videtur modo, atque in Coacis: antiquior fons

©BIUM

fuit harum sententiarum, e quo puriores in Epidd. libros, quam in Aphorismorum collectionem transierunt.

Sunt procul dubio aliquot aphorismi ex operibus non Coae, sed Cnidiae scholae placita referentibus ducti. Dicemusne hos interpolatos esse? At tota aphorismorum collectio refert locos descriptos et excerptos aliunde; quibus excerptis sententiam gravem initio praefixerunt, alteram ad calcem subiunxerunt, quarum postrema falsa tradit, ea vero quae principio sylloges habetur non falsa quidem continet, sed quae ab Hippocratis artem amplificandi et emendandi via et ratione prorsus aliena sunt. Itaque sententiae, quas dixi, sine dubio ex alienae scholae operibus sunt profectae.

Quis quaeso his omnibus reputatis Hippocrati ipsi tribuet aphorismos?

At omnia argumenta illa, quae ex ipsis aphorismis eorumque cum aliis operibus comparatione ducis, evertunt veterum testimonia, quibus usi sunt, ut Hippocrati aphorismos vindicarent! — Imo vero pernego; sed tamen de his ipsis videamus!

De recentioribus dicere vix attinet; quod hic maxime grave esse putatur, est testimonium Dioclis Carystii; quippe hoc praecipue indicio urgent Aphorismos ab Hippocrate ipso esse conscriptos, quum sit antiquissimum. At miro modo comparatum est quidquid de his Dioclis testimoniis traditur; nam eiusdem testimonio etiam Hippocrati vindicare student librum *περὶ ἄρθρων*, quem certis nec dubiis indiciis demonstrabo ipsum Hippocratem non habere auctorem, quemadmodum non prorsus levibus idem de aphorismis iam ostendi. Et summatim ut dicam, veterum illa testimonia parum apud me valent, nisi cum internis, quae vocari solent, argumentis et indiciis consentiant et his firmentur; contra gravissima indicia interna testimoniis illis externis minime subverti poterunt.

De ipso vero Diocle tenendum eius vitae tempus deduci e Galeni verbis de uteri dissectione (p. 905. vol. II. Kühn.) *καὶ μὴν Διοκλῆς ὁ Καρύστιος καὶ Πραξαγόρας ὁ Κῷος ὁ Νικάρχου, μικρὸν ὕστερον Ἱπποκράτους γεγονότες ταῦτα λέγουσι.* Cf. Plin. hist. nat. XXVI. 6. — Non certo igitur definitur eius aetas, sed numerus annorum non magnus fuisse dicitur, quo post Hippocratem vixerit.

Dioclis autem testimonium continetur loco e Stephano excerpto in scholiis a Dietzio editis vol. II. p. 326. ad Aph. 34. II.: *Λέγει ὅτι ὅσα νοσήματα τοῖς ἰδίοις σύμφωνα συστοίχοις ἧττονα ἔχει τὸν κίνδυνον καὶ ἀπορεῖ ὁ Διοκλῆς πρὸς τὸν Ἱπποκράτην λέγων, τί φὴς ὦ Ἱπποκρατες, ὁ καῦσος, ᾧ τινι ἕπεται ζέσις διὰ τὴν ποιότητα τῆς ὕλης καὶ δίψος ἀφόρητον καὶ ἀγρυπνία καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅσα ἐν θέρει ἐστὶν, ἐπιεικέστερος διὰ τὴν τῶν συστοίχων ὥραν ἐστὶν, ὅτε πάντα τὰ κακὰ ἐπιτείνεται, ἢ ἐν τῷ χειμῶνι, ἡνίκα τὸ σφοδρὸν τῆς κινήσεως κολάζεται καὶ* (τῆς excidit) *φλογώσεως καὶ ἀμαυρότερον γίνεται καὶ τὸ δριμὺ ἀμβλύνεται καὶ τὸ ὅλον νόσημα ἠπιώτερον καθίσταται;* — Firmatur autem hoc testimonium Galeni verbis ad eundem aph. in comm.: *τὸ δ'ἐναντίον ὑπὸ Διοκλέους εἴρηται κἀν τῷ περὶ ἑβδομάδων, ὑπολαβόντων, ὡς εἴρηται, τῶν γραψάντων ἀνδρῶν αὐτὰ παροξύνεσθαι μὲν ὑπὸ τῶν ὁμοίων τὰ νοσήματα, λύεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἐναντίων, ἐπειδὴ καὶ πρὸς αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους εἴρηται τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα.*

Mihi oratio Dioclis Carystii non satis est familiaris, ut certo diiudicem num Stephanus ipsa Dioclis verba adferat, an de suo illi aliquid obtrudat secundum Galeni commentarium,

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 109 sur 880

©BIUM

quod non scripsit. Non video tamen in verborum citatorum forma et nexu quidquam, quod certo me doceat ea Dioclis esse non posse (*). Quin plus etiam concedam, etiamsi ficta a Stephano essent, non subverteretur ideo Galeni testimonium; quamquam minus firmiter constaret Dioclem adversus Hippocratem disputavisse, sed tantum pateret eum alio modo exposuisse de eadem re.

Sed etiamsi concedam Dioclem aphorismos vidisse et adversus aphorismum laudatum disputavisse et credidisse se contra ipsum Hipp. disputare; non ideo constat non in errore esse potuisse Dioclem μικρὸν ὕστερον Ἱπποκράτους γεγονότα et illo tempore, quo vixit, iam aphorismos Hippocrati fuisse tributos, licet re ipsa ab aliis et ex aliorum operibus essent collecti.

At omnia tamen, fatendum est, hic incerta sunt; non novimus num Dioclis opus Stephani aetate superesset; non licet certo efficere Stephanum re vera Dioclis verba adferre. Utinam haberemus fragmentorum medicorum veterum criticam editionem! At, quod dixi, concedamus locum illum apud Stephanum Dioclem habere auctorem, at mirae interpretationis vocabuli ἔρριψις apud Hippocratem exemplum nobis servavit Gal. in comm. ad librum de humoribus (p. 197. Kuhn.), ubi narrat Dioclem putavisse μὴ εἶναι τοῦτο σύμπτωμα τῆς δυνάμεως καὶ σωματικὸν, ἀλλὰ τῆς διανοίας καὶ ψυχικόν. — Oportetne e Galeni loco efficere eum librum de humoribus pro Hippocratico interpretatum esse? Nescio, neque affirmo. Sed mira illa interpretatio tamen docet, tali viro, antiquo licet, nos non plane fidem habere debere et ubi alia argumenta eius testimonia dubia reddunt, non tantam illis tribuere nos posse auctoritatem, ut in illis acquiescere cogamur.

Verum tandem de aphorismis dicere desino; de interpretibus antiquis Littréus et Darembergius reeentissimo tempore scripserunt, ad quorum opera iam lectorem dimitto, ad reliqua pergens.

Sunt autem pauci loci, de quibus dicere attinet propter ea, quae apud Darembergium opere laudato reperi.

Aph. 3. I. Gaudeo me hic consentientem habere Darembergium de verbis ἦν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσι e textu reiiciendis.

Aph. 27. II. In postremis ἀβέβαια καὶ οὐ πάνυ τι διαμένειν ἢ χρονίζειν εἴωθε Darembergius auctore de Villebrune καὶ — εἴωθε glossema esse putat ad ἀβέβαια adscriptum; munit autem sententiam suam ita ut Galenum et Theophilum ac Damascium ista verba non legisse sibi videri dicat. Postremorum autem comm. ad hunc locum totus e Galenico pendet; Galenus vero potuisset commentarium suum ita scribere, si verba adlata abfuissent, sed potuit etiam ita eum scribere, etiamsi re ipsa adessent. Itaque quaero, num glossae formam referant? quod affirmare non audeo, quin manifesto eum parallelismum inter prius membrum bipartitum et alterum item bipartitum observo, ut ἀβέβαια respondeat τοῖς μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσι, — et καὶ οὐ πάνυ τι διαμένειν, οὐδὲ χρονίζειν εἴωθε verbis τὰ μοχθηρὰ γενόμενα παραλόγως. Mihi aphorismus bene descriptus videtur.

Aph. 13. IV. Pro προϋγραίνειν Darembergius ὑγραίνειν praefert et e Galeni comm. patere

(*) Insigne eius fragmentum servatum est apud Gal. vol. VI. p. 455. seq.; plura habentur vol. VIII. p. 185. seqq. Eius ἐν Ἀρχιδάμῳ locus legitur vol. XI. p. 472.

©BIUM

scribit Galenum ὑγραίνειν legisse, non προϋγραίνειν. — Res magni momenti non est, nam utrumlibet scribas, locus bene habebit et perspicuus erit, sed quomodo e comm. Galeni efficiat hunc προϋγραίνειν desideravisse, adeoque re ipsa non legisse, non satis intelligo.

Aph. 55. V. Equidem quod ad loci sensum nunc etiam ἰσχναίνονται h. l. praefero, Darembergius θερμαίνονται mavult; postquam eius opinionem cognovi, mecum quaerere coepi, an ἰσχναίνονται e θερμαίνονται ortum sit librariorum errore primas literas adverbii ἰσχυρῶς ad θερμαίνονται trahentium et ita ex eo ἰσχναίνονται efficientium; sed non concoquo καὶ ἰσχυρῶς θερμαίνονται ἄνευ προφάσιος φανερῆς, postquam πυρετῶν mentio facta est: neque puto ἄνευ προφάσιος φανερῆς ad ὑπὸ πυρετῶν λαμβάνονται etiam spectare, quia non semper πρόφασις φανερή praecedit febrem. Itaque superest, ut sententiam ex aph. 44. pendere putemus.

Aph. 41. VI. Darembergius in hoc aphorismo lectionem vulgatam servavit, sed potissimum se πύου servaturum esse dicit, si quid deleret, *quia aphorismi Coacis consentientibus originem praebuisse videntur.* Contrariae opinioni me addictum esse abunde significavi, quod ad rationem attinet inter Coacas et aphorismos.

Aph. 39. VII. Darembergius τὸ ὑπογάστριον in hoc aphorismo positum esse putat in dittographia cum τὸν κτένα, forte etiam huius nominis glossam esse. Vid. adnn. ad 80. IV., ubi idem locus. Mihi non in mentem venerat quod Daremb. protulit, quia ὁ κτείς aliud quid quam hypogastrium significat. Scholiastes ad Aph. 80 IV. videtur de *spina dorsi* accepisse, quod aphorismi auctor profecto non voluit. Sed nolim affirmare non esse potuisse, qui τὸν κτένα interpretaretur τὸ ὑπογάστριον et credo facile fieri posse ut Darembergius verum viderit.

§ 10.

De libris Epidemiorum secundo, quarto, sexto et libello de humoribus.

De his libris simul sumptis ita dicam ut primo nonnulla observemus, quae ad eorum intelligentiam necessaria videantur. Simul autem eos perlustro in hac § coniunctim, quia argumento et compositione et forma, qua hodie exstant, inter se admodum similes sunt, ita ut tantum una prae altera argumenti eorum pars magis praevaleat in eorum uno prae altero. Epidemiorum septimum et quintum dein inspiciemus, quo facto ad hos libros omnes revertemur, ut de epidemiorum et singulorum morborum in iis descriptorum ratione et inter se nexu videamus. Itaque ordior a libro epidemiorum secundo.

Admodum varia et distracta sunt quae hoc libro continentur; cum in locorum singulorum argumento, tum in oratione maxima apparet diversitas; unde statim probabiliter deduxeris non unum, sed plures fuisse fontes, unde fragmenta orta ac descripta sint. Totus enim liber non unum continua oratione expositum argumentum habet, sed e fragmentis admodum discrepantibus consutus seu potius conflatus est.

De nonnullis monere sane est operae pretium, ut appareat plures huius libri locorum fontes fuisse. Singulos autem ad suam originem referre neutiquam possum, quin id si quis agere vellet, vereor ne oleum et operam perderet; sed credo tamen manifesta deprehendi vestigia eius, quod veluti libri fundamentum fecerit; credo etiam nonnullorum alienorum ac-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 111 sur 880

©BIUM

cedentium tantam indicari posse diversitatem, ut negare non possis additamenta illa a diversis auctoribus scripta et e diversis libris antiquis excerpta esse. Quam rem tenuisse, quantum ad rectam libri intelligentiam valeat neminem fugere profecto poterit.

Primum quidem habemus in Epidemiorum secundo descriptionis morborum epidemiorum fragmenta et historias morborum singulorum fere lacunosas, aut harum partes tantum, alias maiores, alias minores.

Unum istorum fragmentorum historiarum epidemiorum statim habemus in libri exordio § 1. sect. I. Est epidemia carbunculorum Cranone in Thessalia observata, cuius descriptionis particula tantum superest, quam eius principium esse dixerim.

Alterum fragmentum maius est; est nempe observatio admodum memorabilis, quae describitur, luxationis vertebrarum colli epidemice grassatae, uti opinatur saltem iste auctor. Locus non indicatur (§ ult. sect. II.), ubi iste morbus observatus fuerit. Ipse vero hic mihi dubiae fidei est: nam multum vereor ne describatur angina, in qua vehemens orthopnoea fuerit, quae fecerit ut auctor huius fragmenti luxationem colli vertebrarum observare sibi visus fuerit, licet in ipsa habitus aegrotantis reclinato capite, ut quantum posset spiritum traheret, istam speciem modo protulerit, ut vertebras cervicis luxatas esse putaret.

Advertit oratio facilis, bene Graeca, qua hoc fragmentum descriptum est, advertit etiam adiectivi *παλίγκοτος* in ea usus, ad quam rem paulo post redibo.

Tertium fragmentum est descriptio Epidemiae Perinthi observatae, quod Thraciae oppidum fuit ad Propontidem, postea Heraclea dictum, unde nomen sinus Heracleotici. Fuit febris ardens, fuerunt febres cum exanthemate et comate, quae describuntur. Oratio ita convenit cum superiori fragmento, ut vix dubitem quin utrumque eidem debeatur scriptori. Primum fragmentum forsitan ab eadem manu est, sed fere brevius est, quam ut certum de oratione iudicium feras.

Accedit tandem quartum, uti mihi certe videtur, idque brevissimum fragmentum sect. IV. § 3., ubi memoratur morbus ex esu leguminum et ervorum observatus Aeni in Thracia ad ostia Hebri fluminis, ubi hoc in mare Aegaeum effunditur. Opinor autem in ea § exordium esse descriptionis illius morbi epidemici.

Habemus porro in hoc libro historias, quod dicere coeperam, morborum singularium, lacunosas maximam partem, aut eorum fragmenta tantum. Vide sect. II. § 1., 3—9, 14—20, 22—23. Sect. III. § 3. 4. 11. 13. Hi casus ad fragmenta morborum epidemiorum referri non possunt, sed dicendi genus tamen facit, ut ad antiquiores eiusmodi morborum enarrationes pertinere videantur et omnino cum his multo magis conveniant, quam cum fragmentis in hoc libro ad argumentum longe diversum spectantibus.

Credo autem has morborum descriptiones tum universales, tum speciales veluti fundamentum esse horum librorum et antiquissimos esse locos, qui in iis occurrant.

Sunt autem scripta a medico ex iis, qui *περιοδευταί* vulgo dicuntur, quod patet e verbis *ἐς Πέρινθον ἤλθομεν* § 1. sect. III. et e dicto § 18. sect. II. *κατέλιπον γὰρ ἐξάμηνον*. Sunt formulae quaedam in his casuum singularium descriptionibus, e quibus deduxeris eas literis esse mandatas aliquamdiu post ipsam observationem factam, ita ut videantur dies, quo aliquid aegrotanti contigisset, iam e memoria describentis *ἐξίτηλοι* facti esse. Sed prudenter agendum est, cum de his iudicium fers; qua de re in adnotatione ampliore p. 472. dixi.

©BIUM

Certo quidem demonstrari nequit, me iudice, morborum singulorum historias eidem deberi auctori, cui Epidd. enarrationes; sed probabile hoc esse omnino existimo.

Fragmenta vero descriptionum epidemiorum sine dubio sunt recentiora quam Hippocrateae illae descriptiones, quas in Ep. I. et III. relictas habemus. Testimonio est vocabulum, de quo iam dicere coeperam, παλιγκοτωτάτοισι, quod proprium est auctori libri de articulis, fractis, mochlici, de morbis mull. II., de locis in homine, qui omnes Hippocrateis recentiores sunt. Advertit illud παλίγκοτος apud Aristoph. in Pace legi vs. 390., unde apud Suidam adfertur; exponitur a scholiaste. Non me fugit apud Aeschylum, alios poëtas, etiam recentiores vocabulum legi; sed patebit deinceps in aliis libris, pariter non Hippocrateis, saepius occurrere vocabula Aristophanea, comicis certe saepius usitata, ita ut inde cum non parva veri specie de orationis similitudine horum fragmentorum cum libris aliis iudicare possimus.

Sed hac de re cum ad illos libros pervenero postea dicendi copia dabitur: lubet iam nonnulla in medium proferre de aliis illis locis morborum descriptionibus interpositis.

Sunt ex his pauci, qui ad ipsas illas morborum historias spectant. Ita v. c. statim § secundae sectionis I. pars prior deducta est ex iis, quae de sudoribus pluvia tempestate in febribus fluentibus monentur in fragm. sect. III. § 1. Altera vero pars eiusdem §. fortasse cohaeret cum verbis ibidem obviis τοῦ θέρεος καῦσοι ἐπεδήμησαν πολλοί.

Iis igitur locis monitum universale deducitur ex descriptione, aut apponitur ad hanc ipsam. In § vero 5. sectionis I. monitum universale de constitutione epidemica anni cuiuslibet trahitur ad Perinthum et ibi quidem satis pueriliter.

§ 7ª. exemplum ex hist. morbi § 26. Ep. IV. refertur, ut universale monitum ibi obvium exemplo illo firmetur. Unde statim patet horum librorum distributionem esse arbitrariam et minime auctori, sive auctoribus tribuendam.

Itaque hi quidem loci aperto nexu cohaerent cum descriptionibus morborum, sed non videntur aliud quid esse quam adnotationes lectorum recentiorum, qui item medici fuerint.

Atque hic quidem unus fons additamentorum illorum ad descriptiones morborum.

Num ab eodem fonte profluxerint loci, quales § 3. 4. sectionis I., non certo definio; nec tamen sine veri specie eos ab eadem origine repetiveris.

Advertunt sectionis primae § 6ªe duae periodi initio obviae, quum multum conveniant cum interpolatis in Epidd. I. p. 181. huius ed., ita ut dixerim illa ab eadem manu, a qua haec, esse profecta.

Alium rursus additamentorum fontem agnoscere mihi videor in permultis illis remediorum formulis, aut curandi methodis symptomatum, aut morborum, singulatim traditis, quales legimus v. c. § 12. sect. I. §§ 3. 6. 7. 9. 12. 16. 20. 23—31. sect. VI. Nimirum eiusmodi formulae item apparent in additamentis spuriis ad librum de victu acutorum, qua de re iam in adn. dixi. Veteres medici Graeci videntur libris antiquioribus in usum suum et memoriae causa adscripsisse eiusmodi formulas, et observatu dignum est fere in extremis librorum partibus eas legi, ita ut appareat vetustioribus exemplaribus subiunctas fuisse ab iis, qui haec possederint et res futiles cum praestantioribus artis vetustioris monumentis, quorum pretium aestimare nesciverint, miscuerint.

Alium iterum fontem fuisse puto opus aliquod de muliere, conceptione, foetus evolutione

©BIUM

lacte, menstruis, cuius fragmenta apparent in §§ 17. sect. III. prima parte § 4. sect. VI. et ibidem in §§ 15. 17. 18.

Etiam § 10. sect. VI. cum locis, quos eodem pertinere in adn. dixi, peculiarem doctrinam referunt et characterem igitur me iudice prorsus diversum a reliquis locis.

Profecto ex alio fonte et diversissimo ab iis, unde omnia reliqua profluxerunt, ad nos pervenerunt magna illa fragmenta, quae de venis et nervis agunt et § 1. et 2. sectionis IV. leguntur. Dixeris fere ea esse folium quoddam, quod nescio quo modo e libro anatomico solutum ad reliqua ista forte fortuito advenerit et cum his aberraverit.

Ecce! de pluribus dicere supersedeo; ex iis, quae attuli, patet librum e locis diversissimae originis conflatum esse; sunt vero praeterea duae res, quae insuper advertunt.

Libri divisio in τμήματα, quando et a quo homine sit facta, nos latet; sed probabiliter perinde atque ipsorum librorum divisio facta est, postquam illa farrago sine discrimine congesta fuerat. Nempe quarta sectio περὶ φλεβῶν inscribitur, nec tamen agit de solis venis, sed de his non nisi in § 1. sermo est. Quinta et sexta φυσιογνωμονικαί dicuntur; sunt autem pauci tantum loci principio singularum sectionum, quibus de argumento hoc disseritur. Itaque librarii hos locos vicinos tantum respicientes titulos illos adposuerunt. Fieri etiam possit ut divisio in τμήματα antiquior sit, quam ista posteriorum sectionum denominatio. Ipsa tamen distributio in sectiones ab hominibus parum rerum gnaris profecta est, quod loci, ubi dissecantur libri in τμήματα, satis docent.

Altera res, quam observasse mihi videor, haec est: si respiciamus § 12. sect. II. ῥητέον ὅτι κ. τ. λ., suspicemur fere illud ῥητέον ὅτι recentiorum esse librariorum, fragmentum loci his voculis explentium. Similique modo sentio fere de σκεπτέαι § 8. sect. I. et σκεπτέον paulo superius ibidem obvio. Possis scilicet pari iure idem vocabulum praemittere § 10. ibidem duabus periodis. Obiicies mihi fortasse § 11. et 6. eiusdem sectionis! De his profecto non mihi constat, sed neque scimus, quas metamorphoses multi loci in his libris temporis tractu subierint.

Ad hanc autem quasi historiam literariam huius libri pertinent etiam ea, quae supra iam attigi et de quibus abunde monui in adn. ad § 3. sect. II., quae hic repetere nolo.

Itaque, quaeris, quomodo sentiendum de libri huius ortu et compositione? Responsio non facilis, neque certa, sed, quantum observando et meditando rem assequi licuit, hoc dicam: —

Vetustiores fuerunt olim libri enarrationes continentes morborum observatorum: posteriore aevo his alii aliud adnotarunt et vetera monumenta nihili facientes suis nugis referserunt. Recentiore tempore libri illi παρεγγεγραμμένων pleni sunt distracti, cum aliis libris, aut fragmentis aliorum librorum commisti. Ita demum nata est indigesta moles, quae libro hoc continetur, et quam postea in sectiones distribuerunt librarii nihil intelligentes, quod ex ipsa divisionis ratione constat. Nomen vero ἐπιδημίων servatum est et isti farragini proprium mansit, licet minor pars eius epidemiorum aut σποράδων morborum enarrationem referat.

Haec de epidemiorum libro II.

Pauciora sunt quae ad librum IV. praemonenda habeo. Argumentum eius minus quam secundi est varium, potest autem quidquid continet revocari ad summa tria. Leguntur enim in eo fragmenta descriptionis epidemiorum morborum; — casuum singularium historiae partim

©BIUM

integrae, maximam tamen partem lacunosae, adeo ut multarum perexiguae tantum partes supersint; — denique habentur in eo interpolationes istarum morborum descriptionum, quae in Ep. II. maximam libri partem efficiunt, in hoc vero quarto longe minorem quam casus ipsi.

Ab his ut incipiam, interpolatum est quodcumque monitorum s. praeceptorum universalium forma in eo reperitur descriptum. Arguit plerumque *νοθείας* hos locos ipsa, qua proferuntur, oratio. Pleraque uncinis in hoc libro intersepsi, quod hic fieri potuit, quoniam, sicuti dixi, illa interpolatio hic minus spatium occupat quam in libro secundo. Ad id genus locorum pertinent: pars posterior maior § 14., media pars maior § 19., particula in media § 20. uncinis intercepta; duae sententiae, quae forte olim ad unum locum pertinuerint, in § 23. Item nonnulla in § 25., tota § 34. 40. 43. 44., pars § 45. posterior, § 46. 56. 59—61.

Quod autem supra de Ep. II. dixi, nonnullas interpolationes spectare ad historias sive epidemiorum, sive singularium morborum, idem hic animadvertere licet, v. c. § 19. et in extremis verbis interpolationis § 45. Fortasse quidem lacunae in causa sunt, cur nexum aliorum *παρεγγεγραμμένων* cum argumento primario libri, i. e. cum historiis morborum hodie non amplius detegamus; nec tamen affirmare ausim omnia huius generis aliquando certo nexu cum textu auctoris fuisse coniuncta. Legimus enim talia quoque, quae quomodo et unde ad locum, quem hodie in libro tenent, sint devecta, perspicere plane non possis.

Et haec quidem de insiticiis locis iis, qui toti interpolati sunt; neque enim id malum his circumscriptum est, sed serpit etiam per medias morborum descriptiones, de qua re in adnn. monui. Pergo iam ad epidemiorum fragmenta.

Quemadmodum eorum magna duo in Ep. II. reperimus, in hoc. Ep. IV. unum tantum fragmentum satis longum habemus § 7. Describuntur febres cum hepatis et lienis tumoribus et ictero et post solstitium hiemale coryzae et bronchitides et anginae tonsillares.

Pertinent ceterum ad hanc argumenti libri partem loci ita e nexu suo divulsi, ut fragmenta epidemiae descriptionis agnoscas quidem, sed nescias quodnam morbi genus, aut certe quis epidemiae decursus depictus fuerit. Huc referendi videntur loci seqq.: §. 1. 5., pars posterior § 13., cum qua fortasse cohaeret § 16ae pars posterior. Porro § 20ae partes plures, § 21. initium ubi verba *ὅτ' ἐν Περίνθῳ ἦμεν* rursus ostendunt *περιοδευτήν* fuisse descriptorem horum morborum. Dein pars prima § 23., partim § 52. Sunt vero, uti dixi, hi loci admodum distracti et luculentum obferunt documentum, quam male textus horum librorum a descriptoribus fuerit habitus.

Notandum in epidemiorum morborum descriptionibus desiderari nomina locorum, oppidorum, ubi morbi fuerint observati.

Nomina vero urbium in commemoratione aegrotantium obvia sunt: Cranon, § 16. 37., Abdera § 31., Perinthus § 40., Aenus § 48. Significantur etiam cives aliorum oppidorum, quam ubi medicus, qui historias descripsit, artem fecit, eo saltem tempore, quo aegrotantes illos invisebat. Chalcedonius quidam § 3., peregrinus adolescens § 17., *λάτυπος* Acanthius § 20., ibidemque Tenedia mulier et Megarensis cuiusdam filius; praefecti annonae Cymaei filia § 24.

Haud negligendum est § 50. 52. pertinere ad epidemiam, quae in libro Epid. VI. describitur; nam haec res insigni est documento, quam pessime turbatus sit primus ordo, quo au-

©BIUM

ctor, quisquis ille fuit, hos libros descripsit; quam disiecta membra harum observationum tractu temporis mutilatarum ad nostram aetatem pervenerint et quam verum sit, quod supra ad librum secundum iam dixi, harum observationum non solum in sectiones, sed etiam in libros distributionem esse arbitrariam, fortuitam, neque ipsis primis auctoribus deberi.

In numero casuum singularium plures sunt; qui characterem morbi epidemice grassantis sibi non habent impressum, quales omni tempore necessario proferri debent. Sed de iis in quibus agnosci potest, non nisi difficulter hic illic indicare licet, ad quodnam fragmentum descriptionis epidemiae pertineant. Quod partim ab ordinis perturbatione in his libris, partim a partium descriptionis interitu pendere censendum est.

Quod denique attinet ad orationem, qua hae historiae morborum proferuntur, maxime sane corrupta est, qualis hodie in mss. et editionibus circumfertur. Sed olim probabili Graeca oratione fuisse descriptas ultro apparet, ubi interpolationis et corruptelae quasi putamine detracto nucleum ipsum integrum et purum hic illic conspicere licet. Testimonio est fragmentum epidemiae descriptionis § 7., cuius maior pars saltem integra ad nos pervenit. Testes sunt plures casus integri, aut paene integri nobis servati. Quin ipsa fragmenta, modo debita ratione distinguantur et lacunae animadvertantur, non minus bene Graecae orationis vestigia referunt, licet non affirmem eam ubivis ad sermonis praestantiam in Epidemiis I. et III. accedere. De corruptela vero et interpolatione, quas quam maxime potuimus sustulimus, abunde est monitum in adnn. ad locos singulos, ad quas igitur lectorem dimitto; propero ad Epidemiorum sextum.

De huius libri argumento antequam dicam, observo lectorem necessario advertere debere locum sectionis postremae § 7. initio, ubi vulgo *τὰ ἐκ τοῦ σμικροῦ πινακιδίου σκεπτέα*, et de quo in adn. significavi *σκεπτέα* mihi additum videri a recentiore manu, neque aliud quid nos ibi habere nisi titulum *τὰ ἐκ τοῦ σμικροῦ πινακιδίου*, ita ut sive seqq. omnia ad libri finem usque, sive nonnulla saltem subsequentia descripta sint e parva illa tabella, quam ob oculos habebat libri descriptor ille, cuius haec verba sunt. Quae res mihi comparanda videtur cum iis, quae supra monui de fragmento illo anatomico in Epid. II. obvio: scilicet quum hi libri non nisi fortuitam habeant ab imperitis descriptoribus profectam distributionem in libros et librorum *τμήματα*, ea, de quibus iam agimus, certo sunt indicio re vera e fragmentis diversis operum antiquiorum nescio quorum auctorum esse conflatos, quod ex ipso Epid. VI. argumento item luce clarius patebit.

Nempe in eo quoque legimus fragmenta descriptionis morborum tum epidemiorum tum singularium, sed pauciora pro libri amplitudine, quam in libro quarto, quin secundo etiam. E quibus fragmentis rursus apparet libros hos spurios multiplici modo inter se connexos esse, ut ita dicam, et discerptos. Maxime autem id patebit cum singula *ἀποσπάσματα* perlustrabimus: itaque primum epidemiae descriptionis reliquias colligamus.

Sectione prima § 5. probabile est nos fragmentum habere discriptionis morbi epidemii, modo cf. adn. ad l. l. et Ep. II. 2. 9. Pertinet autem ad descriptionem tussis epidemiae Perinthi, quae infra sect. 7. § 1, describitur.

Eodem spectare credo locum sect. primae, qui est § 9., de cuius lectione in adn. dixi: itemque fortasse secundae sectionis § 11. — Minus etiam mihi constat de § 3. sectionis ter-

©BIUM

tiae, de qua cf. adn.; sed saltem, si fragmentum est eius generis, quale coniicio, spectat me iudice ad eandem tussim epidemicam.

Sectione quarta invenimus §° 11. idem fragmentum, quod iam Epid. II. 4. 3. legimus et quod ad epidemiam nescio quam Aeni observatam spectat.

Sectione autem sexta § 12. in adn. dedi locum, qui fragmentum epidemiae descriptionis referre videtur, sed cui locum adsignare nequeo.

Omnium in hoc libro maximum fragmentum est sectione septima § 1., in quo pars insignis relicta est epidemiae tussium, aliorum morborum catarrhalium, quae grassata est Perinthi. Qui locus in ipso quidem fragmento illo non indicatur, sed ibi morbum observatum fuisse patet e casibus eo referendis et statim v. c. e § 10. eiusdem sectionis septimae.

Num eodem referendum sit fragmentum secundum eiusdem sectionis, vix scio; nec magis constat de tertio in eadem §. — Sectionis septimae § 7. sine dubio spectat ad tussim illam hiemalem, quae in amplo illo fragmento § 1. huius sectionis describitur; quin ex § 10. procul dubio certo statuere licet, eam Perinthi grassatam fuisse. Mihi vero probabile videtur locum illum continuari § 53. Ep. IV., ita ut huius loci prima vocabula et postrema illius eadem sint habenda. Quae res igitur insigni documento est verum esse, quod de nexu inter libros Epidd. spurios et forte fortuito facta eorum dilaceratione dixi.

Sunt autem hi fere loci, quos iure statueris ad morborum epidemiorum descriptionem referendos esse; ad enarrationem morborum singularium seqq. spectant.

Locus e § 15. sectionis secundae non facile ad epidemiam aliquam referri poterit; — § 18. vero ibidem fragmentum est, e quo nihil discas; — § 19. fortasse continet casum e tussi Perinthiaca; quaeris fere sitne opponendus iis, de quibus sub finem § 1. sectionis septimae loquitur epidemiae descriptor, ubi aegris alvi purgationem non profuisse narrat?

E tertia sectione est § 2., quam Littréus spectare putavit ad casum Ep. IV. 14. descriptum. In adn. minus accurate dixi similitudinem utriusque casus non apparere; volui utramque descriptionem non satis esse claram, ut consecutionem aliquam animadvertas, qua demum constare possit, num eadem aegrotans sit, quum medicus iste plures alias utroque loco curae suae mandatas habere potuerit. — Eiusdem sectionis §§ 8. 9. videntur casus continere ad epidemiam Perinthi observatam pertinentes.

In sectione quarta habemus historiam Agasios filiae § 4., quae ad certam epidemiam referri nequit, quod item cadit in fragmentum § 5. obvium.

Utrum sectionis sextae § 4. pertineat ad epidemiam illam Perinthi sectionis septimae, nec ne, non satis certo scio. De fragmento vero p. 596. vs. 1. eiusdem § nihil affirmare licet. — Casus Lyciae § 15ª memoratur etiam § 22. sect. 2. Ep. II.

In sectione septima de § 5ª nihil certo constat.

Neque quidquam fere affirmari potest de § 3. sectionis octavae. In postrema vero hac sectione est § 27., quae fragmentum habet historiae aegrotantis, quam legis Ep. VII. 113., sed quae ad certam aliquam epidemiam referri nequit.

Casus e § 28. 29. 30. 32. eiusdem sectionis Thasi et Abderis observati satis integri sunt, sed ita comparati, ut ad epidemiam aliquam eos referre non possis.

De his pluribus agere nunc supersedeo; cum perlustraverimus libros Epidemiorum spurios

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 117 sur 880

©BIUM

ad has descriptiones morborum redibo. Id unum etiam observo in Ep. I. et III. nusquam in ipsa epidemiae descriptione curandi methodi mentionem fieri, quod factum est in fragmenti ampli illius fine § 1. sect. 7. Ep. VI.

Nunc pergo ad aliud genus locorum in hoc libro notandorum.

Primaria pars argumenti huius libri est etiam in brevibus illis sententiis, quae aliae integrae, aliae pessime corruptae et cum adnotationibus et interpretationibus mistae in libris mss. et editis reperiuntur et quarum nonnullas saltem ad scripturae integritatem revocasse mihi videor. In singulis §§ earum consecutionem literis significabo, quum earum plures saepe in una § occurrant. Huc maxime refero: E sectione prima §§ 1. 6. 7., quales emendare studuimus; § 8. *a. b. c.*, § 11. *a.*, 15 *b.* E secunda sectione § 1. *a. b. c. d.* et. *f*, sicuti locum emendavimus, § 7. *a.* 8. 10. 12. *a. b.*, 13., 16. *a. b.*, 17. 20. *b.* E tertia sectione § 4. 6. 11., uti emendatur, 16. uti emend., § 19. 21. 22. 23., ut emendatur. E quarta § 9. 10. 12. 13. 16. 17. 18. *a. b. c. d.*, 19. *a.*, 20., 21., ut emendatur, 23. E quinta § 1. 2. 3., 4., ut emendatur, 5. *a.*, ut emendatur, et *b. c.* § 10. *a.*, sicuti em., cf. adnn. et 8. 9.; porro 10. *b.*, 11. 12. 13. 14. 15. *b. c. e. g. h. j. k. n.* — E sectione sexta § 1. *a.* 4. *a*, ut emend., *b.*, 5, *a. f.* ut emendatur, *g. h.*, 6., ut emendatur, 7. 8. 9^ae^ pars prima, 10. E sectione septima § 9. *a.*, 11. Tandem ex octava § 1. 2. 17. 31.

Iam vero invito L. B. ut hos, quos indicavi locos, tum eos, qui integri supersunt, tum eos, quos e corruptelae latebris in lucem protrahere studui, perlustret, ut eos cum aphorismis comparet et videat an ad amussim forma orationis conveniant cum illis ex aphorismis, qui re ipsa sententias huius generis breves referunt. Fieri non potest, quin statim similitudinem agnoscat. Sed inde probabiliter aliquem conficere dixerim cum aphorismos, tum has breves ex Ep. VI. et aliis libris, in fronte huius prolegomenorum capituli indicatis, sententias e nescio quibus scriptis antiquis desumptas esse. Exstitisse autem contendo aphorismos ex eadem, e qua reliquae breves sententiae, materie, quae ab Hippocratis dicendi genere et methodo et ingenio ita est aliena, ut plane absurdum sit eam divino seni adscribere velle; licet non negem in ea passim gemmas omnino occurrere, quod supra iam de aphorismis item vere affirmavisse mihi videor.

Sed redeo ad argumentum Epidemiorum sexti: sicuti in sententiis supra adlatis veros habemus aphorismos, ita sunt aliae praecepta medica universalia continentes quidem, sed forma non ita ad amussim apopthegmatica. Quorsum refero e sectione prima § 10. 14. 15., quae, quod de aliis pluribus item affirmari possit, magnopere conveniunt cum Coacarum locis, qui minus antiqui sunt illis, quos Hippocrati adscripsimus et praestantissimos censemus totius sylloges. E secunda sectione § 1., 3., quae excerpta est e Coaca 260, aut Prognostici loco de eodem argumento, § 6. eiusdem sectionis emendata, § 25., quae eiusdem originis est ac loci nonnulli ex Ep. II. Eodem refero e sectione tertia § 1. *b. c. d.*, 5. *a.*, 12. 13. 14., ut emendatur, 18. ut emend., 23. *b.*, 24. E sectione quarta § 1. 2. 6. 7. 22.; — e sexta § 13., e septima § 3. 4., ut emendatur, 7.; ex octava §§ 4. 10. 13. —

Quemadmodum autem supra vidimus nexum manifestum inter hunc librum, seu potius inter huius libri descriptiones epidemicas aliasque et eas, quae in reliquis libris spuriis Epidemiorum occurrunt, ita nexus similes apparent inter partes universalia eiusmodi monita sive

©BIUM

aphoristica, sive minus brevia continentes. Ut exempla statim adferam, Sect. I. § 2. sine dubio, fortasse etiam § 3., itemque sectionis quartae § 19. *b.* pertinent ad physiognomonica illa, quae habentur Ep. II. sectt. 5. et 6ª.

Curationis modi symptomatum aut morborum in hoc libro haud ita multi occurrunt: exempli loco talium esse poterunt Sect. V. § 7., ubi illa vere ἀπάτη a librario dicta describitur; § 15. ibidem sententia prima; sectionis septimae § 2ae locus primus.

Apparent subinde loci, qui nihil aliud sunt quam inscriptiones aut in quibus habemus brevem indicationem capituli sive olim deperditi, sive olim describendi: v. c. sectione secunda II. 14., ibidem 20. locus uncinis interseptus, ibid. § 24. sicuti reficiendus videtur locus; — sectione III. § 1. *a.* sectione VI. 5. *b.* sectione octava § 7. *a*, de quo loco iam dixi supra; ibidem § 14., qualem emendavimus; fortasse plures alii loci sunt, neque enim omnes anxie nunc conquiro, sed exempli gratia hi sufficient.

De misera corruptela insignis numeri locorum in hoc libro quid dicam? Longe maior pars sane numquam amplius ad integritatem restituetur, nam vitia antiquiore tempore sunt orta, quam ut e codicibus opem aliquam exspectare liceat. Quid hic illic alius me felicior, aut acutior efficere possit, non definio; sed multos locos insanabiles esse certum est. Mirum est, antiquos maxime videri delectatos esse scribendo commentarios in libros, quos nemo unquam intellexit, nec propter corruptelam umquam intelliget. Testes sunt commentarii Galeni in totum hunc librum, cuius partes tamen illustrari tantum possunt et in libellum de humoribus, in quo vel maior corruptorum copia. Nostro aevo certe tandem distinguendum est inter ea, quae integra sunt et ea quae propter corruptelam omnem probabilis interpretationis spem eludunt; itaque spero me nec sine causa, nec sine fructu corruptelam indicavisse et notavisse.

Advertit me in hoc libro sectionis sextae § 5. locus p. 596. obvius, ubi ἐν τοῖσι παλιγκότοισι αἱ μεταβολαὶ ὠφελέουσι, — nempe occurrit in eo idem vocabulum παλιγκότοισι, de quo iam supra, ubi de Ep. II. egi, monui; nimirum vocabulum sane non Hippocrateum ibi in epid. descriptione occurrit, hîc vero in monito universali indicio est in his certe etiam locos esse, qui minime antiqui sunt habendi.

Sed tandem ab hoc etiam libro ad alium transeo, ad libellum de humoribus, quem Littréus verissime vidit esse affinem admodum his spuriis libris Epidemiorum.

Quod attinet ad titulum huius scripti περὶ χυμῶν, non pluris est aestimandus quam v. c. titulus sectionis 5. Ep. II. φυσιογνωμονική et 6ae φυσιογνωμονικόν; nempe eiusmodi inscriptiones ad locos proximos spectant, e quibus sectioni, aut libro sunt praepositi ab illis, qui opera aliorum descripserunt, non ab ipsis auctoribus.

Libellus maximam partem constat e congerie locorum male descriptorum, de quorum vitiis in adn. monui. Fateor taedium parere talia typis excudenda curare, quae nemo intelligit et unde ad animi fructum nihil proficias.

De argumento haec dicam.

§ 6. *c.* habemus locum ex Ep. II. 1. 16., qui paulo aliter scribitur.

In § 7. *b.* habemus locum, qui refert adnotationem ad monitum universale, quae exstitit post epidemiae Perinthiacae in Ep. VI. descriptionem, quippe hinc exemplum desumitur, ut monitum universale comprobetur; talia in Ep. II. item observavimus.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 119 sur 880

©BIUM

§ 20. legitur locus ex Ep. VI. 3. 23. et ibid. sect. 4. § 1. 2. 3. — Quum vero ista § 23. sit in Ep. VI. postrema sectionis tertiae, apparet verum esse, quod dixi de fortuita illa horum librorum in sectiones distributione.

Iam vero plures loci in hoc libello cum aphorismis conveniunt: § 1. *b.* cum aph. 21. I., similisque locus § 6. *e.* occurrit. Cum § 6. *a. b. d. f.* porro conveniunt sectionis primae aphorismi 19. 20. 24. 23. — Cum § 7. *a. b.* aphorismi 31. 32. 33. sectionis IV. — Cum § 12. *b.* aph. 4. III. Cum § 13. *a. c.* aph. 8. 6. III.; cum § 14. *a. b.* aph. 5. III.; cum § 15. *a.* et § 16. aphorismi 1. et 2. sectionis III^{ae}.

In § 6^{a} me advertit locus p. 623. *ἐν τῇσι περίσσῃσι ἄνω κ. τ. λ.*, de quo in adn. dixi: nimirum licet locus vitiosus sit, suspicor eum pendere e doctrina illa in libro de morbis quarto, qua paribus diebus corpus e ventre haurire humorem dicitur, imparibus vero demittere.

Libellum *περὶ χυμῶν* descriptiones morborum vix continere eum perlustranti statim apparet: nam non nisi locis postremis cum Ep. VII locis convenientibus casus morbi fit mentio.

Ceterum plura de hoc libello non dicam: maxime consentio cum iis, quae Littréus vol. I. p. 368. 369. de illo monuit. De uno loco Galeni, quem supra ad aphorismos in his prolegomenis iam adtuli et ubi hic de Diocle Carystio nomen *ἔρριψις* male accipiente loquitur, verbulo moneo. Littréus: „*ἔρριψις*, inquit, est un mot que Dioclès a defini mais sans aucune relation à un écrit d'Hippocrate." Ego veterum testimoniis non tantam, quam alii multi fidem me habere, iam ad aphorismos significavi et tamen prudenter h. l. agendum est.

Gal. in comm. p. 196. Ed. Kühn: *Οἱ παλαιοί*, inquit, *καὶ νεώτεροι τοῦ Ἱπποκράτους ἐξηγηταὶ μὴ νοήσαντες τί ποτε σημαίνει τὸ ὄνομα τῆς ἐρρίψεως, πολλὰ μὴ πρεπόντως εἰρήκασιν.* Iam vero Glauciae et Heraclidis Tarentini et Zeuxidis explicationem tradit, tum Rufi Ephesii et Sabini; porro damnat Artemidori et Numesiani accipiendi modum, tandem vero pergit: *κάκιστον δὲ πάντων ὁ Λύκος ἡρμηνεύσατο. οὗτος γὰρ εἰς Ἱπποκράτην κακῶς διακείμενος πάντα αὐτοῦ* (interpono *τὰ*) *νοήματα καὶ πάσας τὰς ῥήσεις ἀπιθάνως ἐξηγήσατο, καὶ μὴν οὐδὲ Ἀσκληπιάδης, οὐδὲ Διοκλῆς ὁ Καρύστιος καλῶς τὴν Φωνὴν ταύτην κατέλαβεν· ᾠήθη γὰρ μὴ εἶναι τοῦτο σύμπτωμα τῆς δυνάμεως καὶ σωματικὸν, ἀλλὰ τῆς διανοίας καὶ ψυχικόν.* Itaque me iudice licet nolim deducere e Galeni verbis Dioclem commentarium aliquem in hunc librum conscripsisse, vix possum quin existimem Galenum in aliquo Dioclis opere vocabuli huius Hippocratici ex ipso, de quo Galenus agit, loco desumti interpretationem vidisse. Quo modo etiam de h. l. fere iudicare video Kühnium Opusc. vol. II. p. 90. — Quod si verum sit, multum confert ad aetatem libelli definiendam, quippe quem inter Hippocratem et Dioclem interponere oporteret.

Antiquissimi interpretes ita dissentientes fuerunt, ut alii Hippocrati, alii aliis eum adscriberent, qua de re videri poterit Gal. in comm. ad h. l. — Hos etiam offendit obscura dictio, quae omnino variis interpretationibus et innovationibus ansam praebuit.

Pergimus iam ad Epidemiorum septimum et quintum.

©BIUM

§ 11.

De Epidemiorum septimo et quinto.

Epidemiorum septimum et quintum me demonstraturum esse confido a medico Cnidiis placitis addicto esse compositum, sed ab alio conscriptum esse quintum quam septimum. Oratio in utroque et medendi methodus longe diversa est ab ea, quam in Epid. I et III. observamus. Tum vero longe maxima orationis est similitudo inter libros de morbis, maxime secundum et tertium et Epidemiorum septimum; — de quinto postea videbimus. Iam superioris saeculi critici, Grünerus v. c., hanc rem noverunt partim: neque vero satis perspicio, qui factum sit ut Darembergius de libris Epidemiorum spuriis a Littréo in duas classes divisis, scribere potuerit: „Le premier groupe comprend les livres II. IV. et VI. et le second les livres V. et VII.; si ces deux groupes et celui qui est formé par les livres I. et III. n'appartiennent pas à la même main, ce qui me paraît cependant à la fois possible et probable, ils appartiennent du moins à la même école et à la même époque." Aperte dicam eum ita scribentem in errorem non minus gravem esse lapsum quam in quem Littréus incidit, quum librum de vetere medicina Hippocrati tribueret; quin error illius paene gravior est.

Ut igitur a libro Epidemiorum septimo ordiar, primum ostendam hunc et oratione et medendi methodo toto coelo differre ab Epidemiorum I. et III., summopere contra convenire utraque re, quam dixi, cum libris de morbis, praecipue II. et III., quos Cnidiae originis esse dudum demonstravi, quum primum librum de victu acutorum ederem.

In nulla historiarum morborum singularium in Ep. I. et III. tempus anni notatur, quo morbus acciderit; quod persaepe factum est in Ep. VII.; v. c. § 53. *περὶ φθινοπωρινὴν ἰσημερίην.* § 5. *περὶ χειμερινὰς ἡλίου τροπάς.* § 7. *βέρεος περὶ τὸ ἄστρον*, qualis temporis indicatio omnino non legitur in fragmentis vere Hippocrateis. § 9. *περὶ φθινόπωρον.* § 11. *χειμῶνος.* § 14. *περὶ πληϊάδων δύσιν*, vide porro §§ 28. 44. 46. 48. 51. 53. 69. 88. 89. 92. 93. 98. — Equidem non credo hoc forte fortuito factum esse, sed rem cohaerere cum modo, quo primum descriptae fuerint eiusmodi morborum historiae et ratione, qua cum epidemicae constitutionis descriptione olim fuerint coniunctae.

Temporum diei significatio hoc libro Ep. VII. alia habetur, quam in Ep. I. et III., ubi sane nusquam legis *ἀκρέσπερον*, ut Ep. VII. § 24., *περὶ πλήθουσαν ἀγορήν*, uti § 25., *ἀγορῆς πληθούσης*, uti § 92.; neque *περὶ μέσας νύκτας* ibidem, cum quo confer e libro de morbis secundo p. 72. Littréo *μεσονύκτιον.*

Vidimus autem in Ep. I. et III. raro medicamentorum et medendi aut victum administrandi methodum commemorari; in Epid. VII. medicamenta, curandi via per remedia, per victus rationem cum frequenter exponuntur, tum talia de his traduntur, quae cum ratione Cnidiorum, quam e libro de victu acutorum ab ipso Hippocrate discimus et quam in libris de morbis II. et III. expressam habemus, omni ex parte convenit.

Statim notum est purgantibus, sero lactis, ipso lacte Cnidios multum fuisse usos; novimus ex sententiarum Cnidiarum formula ab ipso Hippocrate initio libri de victu acutorum adlata; novimus e libb. de morbis.

©BIUM

Iam vero in Ep. VII. legimus § 1. ἀπὸ Φαρμάκου κάθαρσις κάτω. § 9ª ἔπιεν εἰκῇ Φάρμακον ἄνω καὶ κάτω. § 50. Φάρμακον πιοῦσα καὶ ὀρρόν. § 71. Φαρμακοποσίη. § 121. ἐΦαρμάκευσε κάτω. — In libro de morbis II et III. λινόζωστις eiusque ὕδωρ inter purgantia in usu esse dicuntur, v. c. p. 20. Littréo: λινόζωστιν ἐψήσας ἐν ὕδατι; — in Ep. VII. § 43. ἀπὸ λινοζώστιος εὖ ὑπῆλθε. § 44. ὑποχώρησις ἀπὸ λινοζώστιος. § 59. λινοζώστιος ὕδωρ ὑπήγαγε. § 92. ἀπὸ ὕδατος λινοζώστιος ὑπεχώρησε εὖ κοπρώδεα καὶ ὑγρά. In libro de morbis secundo veratri usus commendatur, v. c. p. 28. προκαθήρας αὐτὸν ἄνω ἐλλεβόρῳ; — in Ep. VII. § 45. ἐλλέβοροι. — § 68. ἐλλέβορος οὐκ ὠΦέλησε. § 85. ἐλλέβορον ἔπιε μέλανα. — Itaque tum purgantium usu, tum delectu horum remediorum Ep. septimum cum libro e Cnidiorum schola profecto convenire patet.

Simili autem modo res se habet in usu seri et lactis: in libro de morbis II. v. c. p. 24. legis ἢν δὲ ὥρη ἔῃ, καὶ ὀρρὸν μεταπιέτω· εἰ δὲ μὴ, γάλα ὄνου. p. 74. γάλακτι ὀνείῳ ἐΦθῷ κάθηρον. p. 80. ἕως ἂν γαλακτοποτέῃ. p. 86. Φ. πιπίσκειν κάτω καὶ μεταπιπίσκειν γάλα ὄνου. p. 104. καὶ ὀρρὸν τὴν ὥρην καὶ γάλα ὄνου πιπίσκειν. In Epid. vero VII. § 3. ὀρροποτήσαντι καὶ γαλακτοποτήσαντι γάλα πεπυρωμένον; ibid. πίνοντι ἄπεΦθον — ὄνειον; ibid. μετὰ δὲ ταῦτα βοείου γάλακτος ὡς τέσσαρας κοτύλας ἀττικὰς ὠμοῦ ἔπινε. § 4. τὸ ἐν τῷ ἀλεύρῳ μᾶλλον τοῦ αἰγείου ὀρροῦ ξυνήνεγκε. § 45. γαλακτοποσίη βοείου, πρότερον δὲ ὀνείου ξυνήνεγκε. § 115. τούτῳ πρωὶ μὲν ἐδίδοτο γάλα αἴγειον καὶ ὕδατος πέμπτη μερὶς ἀνεζεσμένον; ibid. paulo post ἐγαλακτοπότησε δὲ ἕως τὰ οὖρα ἀποκατέστη.

Dubitabisne mecum affirmare Ep. VII. et libros de morbis II. et III. esse ex eadem schola profectos, eaque Hippocraticae Coae opposita?

Sed lubet convenientiam inter hos libros quod ad medicamina attinet, insuper demonstrare exemplis hisce: In libro de morbis II. commendatur τὸ ἀπὸ τῶν κρίμνων ὕδωρ v. c. p. 26. 46. 64.; in Epid. VII. eo usus dicitur aeger § 10. et § 80. ποτὸν τὸ ἀπὸ κρίμνου legimus. — In Epid. VII. § 118. reperies προστιθεμένου δὲ τοῦ ἐκ τῆς χολῆς; aut ego fallor, aut spectatur glans, quae describitur p. 134. libri III. de morbis, verbis: καὶ βάλανον μέλιτος μόνου ποιέων ὡς δεκαδάκτυλον, ἐξ ἄκρου χολὴν ταύρου ἐς τὸ πρόσθεν ἐπιπλάσσων, προσθές, κ. τ. λ.

Non omnia anxie conquiro; sed haec puto sufficient, ut libros, quos dixi, medicaminum usu inter se convenire ostendamus, neque illis quidquam cum Ep. I. et III. esse commune.

Quodsi iam mentem advertamus ad observationem symptomatum et vocabula technica, quibus significantur, item apparet talia observari, ad quae auctor Ep. I et III, mentem non ita adverterit, quin orationem medicam prorsus diversam nos habere in Ep. VII. quam in I. et III. eamque talem, quae conveniat cum ea, quam in libris de morbis II. et III. cernimus; tum vestigia apparere deteriorem esse hanc orationem vetere Hippocratica, ita ut a pristina illa puritate subinde manifesto aberret.

Videamus: — statim advertit in historiis morborum Ep. VII[i] febrem observari ἐν κροτάΦοισι, cuius rei mentionem non ita factam vidi in Ep. I. et III. Ita § 1. καὶ τὰ τοῦ πυρετοῦ οὕτως ἤπια, ὡς ἄδηλα, πλὴν ἐν κροτάΦοισι, § 2. καὶ τὸ σῶμα πᾶν περιεψυγμένον, πλὴν κροτάΦων. — § 3. τὸ δὲ πυρέτιον ἐδόκει τῷ ἀρρωστέοντι καὶ τοῖσι πολλοῖσι ὅλως μὴ ἔχειν, — οὕτως ἄδηλον ἦν· κατὰ κροτάΦους δὲ σΦυγμὸς ἦν. § 7. ἐν δὲ τοῖσι

©BIUM

κροτάφοισι ἡσυχίη. — Sunt plura exempla, sed describere supersedeo. Iam vero ad τῶν κροτάφων conditionem mentem advertit etiam auctor libri II. de morbis, ubi dicit καὶ αἱ φλέβες ἐν τοῖσι κροτάφοισι σφύζουσι p. 38. § 25. — Sed ista venarum pulsatio verbo πηδᾶν significatur in Ep. VII. v. c. § 84. p. 693. mihi: αἱ ἐν κροτάφοισι φλέβες ἐπήδων, quod nusquam in germanis Hippocratis reliquiis leges, neque in iis reperies quod Ep. VII. § 39. πηδηθμὸς δὲ φλεβῶν περὶ κροτάφους εἶχε, quae mira dictio, neque profecto ex aurea Graecae linguae aetate; sed simili modo de morbis III. p. 120, dicit istius libri scriptor οἱ κρόταφοι πηδῶσι, quod vel peius quam illa ex Ep. VII. adlata, neque a prisco Hippocrate dici potuit; aliud quid enim οἱ κρόταφοι πάλλονται § 30. libri de victu acutorum.

Apud Hippocratem ipsum θέρμη, θέρμαι, de febre, aut leviore febre non usurpatur; in Ep. VII. frequenter legitur eandemque vocem in libro de morbis I. — non in II. et III. quod sciam, — legimus. Ita v. c. Ep. VII. § 1. ἠπιώτεραι αἱ θέρμαι, ubi simul nota ἠπιώτεραι, sicuti de morbis III. p. 124. ἕως ἂν τὰ σημεῖα ἠπιώτερα γένηται; nimirum nominis ἤπιος usus in Ep. VII. et libris de morbis item de levioribus affectionibus perfrequens est, non ita tritus apud Hippocratem. Sed redeo ad θέρμη § 3. τὰ δὲ τῆς θέρμης — τοιαῦτα παρηκολούθει κ. τ. λ., vide porro 5. 23. 26. 33. 36. 51. 57. 59. 80. 81. 93. 98. In libro de morbis primo p. 160. θέρμη λεπτή et θέρμαι ὀξύτεραι.

Sed etiam in dictionibus minus tritis, saltem in his libris medici argumenti, oratio scriptorum, quos dixi, convenit et ab Hippocratea recedit. Virgo illa, quae ad rupem degens lapsa erat, dicitur § 77. φωνὴν ῥῆξαι; eodem omnino modo lib. III. de morbis p. 126. ἢν ῥήξωσι φωνήν. Et eadem pagina in illo libro tertio de morbis habemus αἱ ὀδύναι ὅταν καταιγίζωσι, quae dictio p. 148. recurrit in verbis ὁκόταν δὲ καταιγίζωσι αἱ νοῦσοι. Talem dictionem simplex oratio Hippocratis non novit; sed Ep. VII. § 33. δεινῶς ὁ πόνος καταιγίζων legis. — In eodem Ep. VII° § 6. memorantur τὰ κύλα τῶν ὀφθαλμῶν, quod Heringa ibi legendum esse docuit; eadem vero dictio recurrit libro de morbis II. p. 70. ubi iam a Littréo τὰ κοῖλα τῶν ὀφθαλμῶν est editum, sed item τὰ κύλα reponendum erit.

Mentio autem illa verbi καταιγίζειν, quod apud Aeschylum legitur, v. c. in fragm. Promethei soluti (δεσμώτου dicit Galenus) apud Gal. Bas. V. p. 454. et in septem contra Thebas vs. 63. πρὶν καταιγίσαι πνοὰς — Ἄρεος, mihi in mentem revocat vocabula Aristophanea in hoc libro Ep. VII. obvia et qualia in libris spuriis aliis item offendimus. Ita v. c. § 25. ἀπεπύτιζε καὶ ἄνω ἐς τὴν ῥῖνα, de quo vocabulo in adn. dixi; ita § 89. τὸν στάμνον ἁρπάσας. cf. Lysistr. vs. 196. Plut. 545., alibi apud comicos. Eodem spectat illud μέχρις ἥλιος ἀνεκὰς ἐγένετο Ep. V. § 2; quippe ἀνεκάς apud comicos frequens omnino. — Haec nunc noto, sed postea ad ea redeundum erit; nam talia ab Hippocratis oratione aliena sunt et occurrunt etiam in aliis libris spuriis falso a Littréo et Darembergio pro germanis habitis. Sed redimus iam ad Ep. VII. — Vocabulum est, in quo mira apparet conspiratio inter Ep. librum illum et libros de morbis: nempe in Ep. VII. § 26. 101. 107, occurrit forma πνίγμα; est autem forma haec insolita, quum contra notissima sint, πνιγμός, πνίξ. Eadem illa forma πνίγμα legitur libro de morbis II. v. c. p. 106., adfertur autem in Lexx. hodiernis fere e solo Hippocrate. Dubius sum adhuc num re vera admittenda sit, sed quominus eam reiicerem impedivit consensus plurium locorum in libris diversis, qui alio nomine etiam oratione conveniunt et verbis.

©BIUM

Verum licet iam hic illic orationem deteriorem quam Hippocrateam notaverim, addam huius rei exempla duo. — Alterum est nominis πνεῦμα pro difficili respiratione usurpatum, v. c. § 7. Ep. VII., alios locos ex Epidd. spuriis apud Foësium notatos reperies, tum etiam locum e lib. de locis in homine, qui item Cnidiae est originis. — Nemo negabit πνεῦμα, nisi abusu quodam nominis, δύσπνοιαν, ἆσθμα significare minime posse; neque vero apud antiquos et Hippocratem tale quid reperias. — Alterum exemplum est mirus usus nominis κατακορής; nempe hoc epitheton addi substantivis aut substantive sumptis, qualia § 7. ἐρύθημα, § 29, 33. τὰ χολώδεα, § 37. coniungi cum χολήν, sane mirum non est, et τὰ κατακορέως χολώδεα, aut οἱ κατακορέως ἰκτεριώδεες optime habet; sed mirum sonat ὕπνος κατακορής § 2. δίψα κατακορής § 11. βὴξ κατακορής, § 26. 39. — Licet non nesciam κατακορής metaphorice apud probos auctores sumi.

Puto me iam abunde demonstrasse, quod initio huius § me ostendere velle dixi, librum Ep. VII. recentiorem esse Hippocrate si orationem spectes, eumque e Cnidia schola prodiisse.

Sed operae pretium est etiam de nominibus videre. Oppida, in quibus ars facta esse dicitur, in Ep. VII. sunt: Olynthus § 21. 89. Delus § 33. Abdera § 112. 114. 115. 116. 117. Cardia § 113. Pella § 118. Locus publicus in oppido, quod non indicatur, memoratur § 122. ὁ παρὰ τὴν Ἐλεαλκέος κρήνην. Memorantur porro in hoc libro cives et incolae aliarum urbium, quam ubi medicus, qui eum conscripsit, artem fecit et degit. v. c. § 7. ὁ Βαλοιεύς. § 33. ὁ Αἰνιήτης. § 105. ἡ γραῦς ἡ Βησσιακή. § 108. ὁ Θυνός. § 112. ὁ Ἁλικαρνάσσευς.

Sed dicendum est etiam de rei gestae atque loci significatione § 121. obvia, ubi legimus ἐν τῇ πολιορκίῃ περὶ Δάτον. Hic locus me semper advertit, eumque semper comparavi cum § 32. initio, ubi ὁ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ Μακεδόνος λίθῳ πληγείς. Nimirum ex utroque loco semper effeceram hanc observationem pertinere ad tempora, quibus Graeci cum Macedonibus decertarent, necdum ab his subiecti essent. Apparuit postea vol. V. Littréi, unde didici Gaulinum in eadem fuisse opinione, qui istam oppugnationem ad tempora expeditionis Philippi in Thraciam anno 356 a. C. N. retulerit. Verum Rosenbaumius, quem, licet primum aliquantum dubitet, tandem sequitur Littréus, multo antiquiorem putat esse hanc observationem, vid. apud Littr. in prolegomenis vol. V. p. 21. Opinionem autem illam miro modo defendit, ita ut ex oppugnatione faciat pugnam et ut pugnam apud Drabiscum, — non Daton, — fere idem habeat, quod τὴν πολιορκίαν περὶ Δάτον. — Aperte dicam me talibus argumentationibus fidem omnem denegare.

Sed tamen de Dato et Dati oppugnatione et nomine oppidi videamus: nimirum, quum alium etiam de hac re audire vellem, collegam amicissimum Francken adii, rem ei narravi, quo facto mihi hanc adnotationem tradidit:

I.

„Datus, Crenides, Philippi. Scriptores partim Datum, partim Crenides μετονομασθῆναι et Philippos vocatos referunt; Harpocr. v. Δατός. μετωνομάσθη μέντοι ἡ πόλις τῶν Δατηνῶν Φιλίππου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως κρατήσαντος αὐτῆς. Diod. Sic. XVI. 8. Μετὰ ταῦτα (ὁ Φίλιππος) παρελθὼν ἐπὶ πόλιν Κρηνίδας, ταύτην μὲν ἐπαυξήσας οἰκητόρων πλή-

©BIUM

θει, μετωνόμασε Φιλίππους. — Appianus b. civ. IV. 105. οἱ δὲ Φίλιπποι πόλις ἐστὶν, ἣ Δάτος (sic, — Harpocr. Δατὸς) ὠνομάζετο πάλαι καὶ Κρηνίδες ἔτι πρὸ Δάτου."

II.

„Ex his quum constare videatur *unum* locum tribus deinceps nominibus fuisse dictum, alia tamen suadent, ut contrarium statuamus. Philippi in monte siti erant (App. l. l.), Datus in littore ad sinum Strymonicum (Strabo exc. l. VII. sub finem fr. 33. et 36. Meineke, ubi inter alia dicitur ναυπηγία ἔχειν). Consentit Dio Cass. XLVII. 35. Σύμβολον (nomen proprium) ἔστι μεταξὺ Νέας πόλεως καὶ τῶν Φιλίππων; ἡ μὲν γὰρ (Νέα πόλις) πρὸς τῇ θαλάσσῃ κατ' ἀντιπέρας Θάσου ἦν, ἡ δὲ (Φίλιπποι,) ἐντὸς τῶν ὀρῶν ἐπὶ τῷ πεδίῳ πεπόλισται. Manserunt autem nomina *Crenides* et *Datus* multo post Philippum. Datum commemorat Strabo l. l. et Plinius hist. nat. IV. 18., Crenides. Dio Cassius l. l. ἑτέραν τινὰ μακροτέραν (ὁδὸν) κατὰ τὰς Κρηνίδας ὠνομασμένας περιελθόντες (ὁ Βροῦτος καὶ ὁ Κάσσιος), cett. — Quantum scio hoc uno loco Crenidum nomen post Philippum legitur. Et Diod. Sic. XVI. 3. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις (ol. 105. 1.) Θάσιοι μὲν ᾤκισαν τὰς ὀνομαζομένας Κρηνίδας, ἃς ὕστερον ὁ βασιλεὺς ἀΦ' ἑαυτοῦ ὀνομάσας Φιλίππους ἐπλήρωσεν οἰκητόρων. Videtur Philippus recens conditam Thasiorum coloniam, adiunctis suae gentis colonis, in montem propinquum traduxisse, novamque urbem Philippos via strata cum Dato coniunxisse, ut hic locus pro portu esset. Ita non est quod Dionem (Crenides memorantem) erroris coarguamus. Locus, ubi olim colonia fuerat Thasiorum, nomen Crenides servavit. Eundem vero locum olim Datum, postea Crenidas appellatum fuisse, Appiano non facile credo."

III.

„De *expugnata* Dato apud veteres (praeter Hippocr. et Harpocr., vide supra) nihil legitur. Sed simul cum Crenidibus expugnatam fuisse, nemo in dubium vocaverit. Crenides vero cepit Philippus Ol. 105. 3. (358. a. C. N.) Diod. Sic. XVI. 8, aut duobus annis post, ut statuit Schaefer, Demosthenes u. seine Zeit, Leipz. 1856. vol. II. p. 24. Diodoro favet, quod teste Harpocratione Dati sermo fuit in libro tertio Theopompi, in quo res a. 358 gestae expositae fuerunt. Cf. Brückner, König Philipp und die Hellenischen Staaten. p. 319."

„Ex his apparet nomen Dati alicubi lectum non demonstrare librum, in quo inveniatur, ante Philippos conditos scriptum fuisse."

„Quum alibi nulla mentio fiat Dati obsessae et probabile sit a Philippo fuisse expugnatam, ἡ Δάτου πολιορκία cum quadam veri specie ad a. 358—356 refertur."

Omnibus igitur computatis mihi confirmatur opinio, quam olim susceperam, librum hunc pertinere ad tempora Philippi Macedonum regis. — Dico librum hunc non unam illam observationem, quia haec oratione omnino cum reliquis historiis Ep. VII[i] convenit; quod item

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 125 sur 880

©BIUM

de 32ª affirmo. Licet igitur nesciamus utrum uno, an pluribus annis collectae sint hae observationes, pertinent saltem ad tempus Hippocrate longo intervallo posterius et ad medicos non scholae Coae, sed Cnidiae placitis addictos.

Iam videamus de Epidemiorum quinto.

Primum monendum est me hunc librum alio quodam modo quam huc usque factum est, edidisse. Nam quum in superiore editione Littréi, et antiquioribus, capitula contineat, quae in Ed. Parisiensi sex et centum numerantur; ego de his quinquaginta principio descripta tantum dedi, quibus subiunxi pro quinquagesimo primo illud, quod in Littréi editione est octogesimum sextum.

Nimirum omnia illa postrema, unico illo octogesimo sexto excepto, leguntur etiam in libro Ep. VII., sed alio ordine disposita, ita ut sit

in Ep. V°	in Ep. VII°	in Ep. V°	in Ep. VII°	in Ep. V°	in Ep. VII°
51.	70.	70.	67ᵇ.	88.	92.
52.	71.	71.	82.	89.	95.
53.	74.	72.	69.	90.	99.
54.	76. partim.	73.	1.	91.	100.
55.	77.	74.	36.	92.	103.
56.	75.	75.	37.	93.	104.
57.	76. partim.	76.	38.	94.	105.
58.	76. partim.	77.	57. in fine.	95.	121.
59.	81.	78.	58.	96.	34.
60.	32.	79.	67.	97.	35.
61.	33.	80.	85.	98.	29.
62.	31.	81.	86.	99.	30.
63.	28.	82.	87.	100.	103.
64.	60.	83.	88.	101.	116.
65.	61.	84.	89.	102.	56.
66.	63.	85.	90.	103.	49.
67.	64.	86.	non habeatur	104.	18.
68.	65.		in Ep. VII°	105.	15.
69.	66.	87.	91.	106.	21.

Quodsi iam historias morborum libri quinti, ut olim edebatur, conferas cum respondentibus libri septimi, apparet has non esse nisi aliud apographum eorundem casuum morborum, quod nescio quo modo alio ordine paulumque diversa ratione scriptos refert, ita ut duo illa apographa, epidemiorum quinti et septimi dico, inter se conferenda sint iisque utendum tanquam codicibus duobus antiquioribus nostris hodiernis, e quibus collatis textum constituas, quod re ipsa facere studui.

At quaeris, sit hoc licet ut affirmas, quare convenientes inter se casus morborum de quinto detraxisti, non de septimo Epidemiorum?

Huius rei causas habui duas graves.

©BIUM

Primum testimonium Galeni de libro quinto, quod superiores editores, Littréus certe, iam adtulerunt. Nempe de diebus Decret. II. 4. Galenus (p. 859. Kühnio) secundum, quartum et sextum Epidd. vel Hippocratis ipsius esse dicit, vel eius filii Thessali, et p. 860. de quinto: εἰ δέ τι δεῖ, inquit, καὶ τοῦ πέμπτου τῶν ἐπιδημιῶν μνημονεῦσαι ὅτου περ ἂν ᾖ, κἀνταῦθα πεντήκοντα μέν εἰσιν οἱ σύμπαντες ἄρρωστοι, κρίνεται δ'οὐδεὶς αὐτῶν οὔτε κατὰ τὴν ιη', οὔτε κατὰ τὴν κα', οὔθ' ὅλως ἐν ἄλλῃ τινὶ τῶν ἐκ τοῦδε τοῦ στοίχου. Itaque Galeni tempore apographa epidemiorum quinti continebant casus quinquaginta, qui quin priores illi fuerint in editionibus nostris nemo dubitaverit; ita ut hos pro libro quinto ediderim. Subiunxi autem illam 86am, quia putavi eam forte fortuito de reliquis aberravisse, quod vel consecutio casuum vicinorum docet, uti iam in adn. dixi, et quia orationis genere sane a Cnidia libri quinti oratione non recedit.

Altera causa, quam habui, cur librum quintum, quemadmodum feci, ederem, posita est in orationis diversitate, quam inter hunc librum et septimum animadvertimus, et in rudi medendi ratione, quae in eo saepius apparet et quam una cum infelici casuum eventu puto causam fuisse, cur veteres hunc librum longe minoris facerent et Hippocrate etiam prorsus indignum iudicarent.

Sed videamus iam de libro quinto, qualem edendum esse putavimus.

Eum autem, uti dixi, ab alio medico esse conscriptum quam septimum, licet perinde ac septimi auctor Cnidiorum placitis addictus fuerit, plura docent.

Loci, ubi ars facta fuit, sane non multum in hac quaestione valent; sed operae pretium tamen est ad hanc rem mentem adtendere. Itaque memorantur Elis § 1. et 2. Oeneadae § 3—8. Athenae § 9. 10. Larissa § 11. et 13—25. Pherae § 12. Omilus § 27—31., quod nomen num vitio laboret nescio, etiam *Omilae* me Latine legisse certo scio. — Cives aliarum regionum vel oppidorum memorantur: ὁ Μαλιεύς § 26., nauta ἐν Σαλαμῖνι § 32., ὁ ἐξ Εὐβοίας ἐλθών § 34. Tum § 38. locus publicus in nescio qua urbe citatur verbis ὁ παρὰ τὸν δρόμον οἰκέων. — Apparent plura nomina, quae non leguntur in Epid. VII°.

Sed quod statim librum hunc a septimo distinguit est errorum in arte facta confessio, qualem nusquam in ceteris Epidemiis reperimus. Ita § 7. οὗτος ἐδόκεε ἄν, εἰ ἐτμήθη εὗρεον μίαν τομὴν —, ὑγιὴς γενέσθαι. At forte dices: est adnotatio aliena! Non credo, neque ipse verum habebis, modo conferas § 15. ἐδόκει δ' ἂν πλείονα χρόνον διενεγκεῖν, εἰ μὴ κατὰ τοῦ Φαρμάκου τὴν ἰσχύν. et § 17. τούτῳ ἡλκώθη ἡ κοιλίη ἰσχυρῶς ὑπὸ ἰσχύος τοῦ Φαρμάκου ἄγαν, § 18. ταύτῃ ἐδόθη ἐλατήριον κατάποτον ἰσχυρότερον τοῦ δέοντος. Errorem in diagnosi profitetur auctor § 26. τούτου ἥ τε σχέσις τοῦ σώματος παρέλαθε ἐπίχολος ἐοῦσα. et § 27. τοῦτο παρέλαθε με δεόμενον πρισθῆναι. — Rursus errorem in curatione commissum profitetur § 28. τοῦτο ἐγνώσθη ὀρθῶς πρίσεως δεόμενον· ἐπρίσθη δὲ οὐκ εἰς τὸ δέον. — Non nego fieri posse ut noster interdum non suos, sed aliorum errores accuset; sed talia de curatione iudicia desidero in ceteris libris observationes medicas continentibus.

Cum parte certe horum errorum cohaeret rudis curandi methodus: purgantium vehementium usus frequens, inter quae ἐλατήριον, κατάποτα ἐλατηρίου v. c. § 1—4. 7. 8. 18—22. 33—37. 42. 43. Veratri usus memoratur § 10 — Remedium diureticum acre § 17.

Sed mentio facta est etiam curandi methodorum, quas aut omnino non, aut certe non

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 127 sur 880

©BIUM

tam rudi modo administratas legimus alibi. Ita v. c. § 1. ἐβλιμάσθη ἰσχυρῶς τῇσι χερσί propter σκληρόν τι κάτω τοῦ ὀμφάλου. Copiosae aquae frigidae perfusiones factae dicuntur § 18. ἔστη δὲ ἡ κοιλίη ὕδατος καταχεομένου πολλοῦ κατὰ τῆς γαστρός. § 42. ὕδατος δὲ κατεχύθησαν ψυχροῦ ἀμφορέες ὡς τριάκοντα κατὰ τοῦ σώματος. — § 7. etiam sermo est de homine, qui ἐκαύθη ἐσχάρας πάνυ πολλάς; adnotavi ad istum locum nonnulla de usu cauterii apud Cnidios veteres.

Quod autem attinet ad orationis inter librum Epid. quintum et septimum diversitatem, citabo aliquot dictiones et formulas in quinto, non in septimo obvias: ita § 2. ἐκαθάρθη τὸ κάθαρμα πουλύ legimus, quae formula recurrit § 23., neque hanc formulam, neque ipsum nomen κάθαρμα per se legis in Ep. VII., ut in quinto § 18. τοῦ καθάρματος ἦσαν κ. τ. λ. Frequens est porro usus verbi βιῶναι in Ep. V., non in VII.: v. c. § 1. 10, 42. καὶ ἐβίω § 2. ἐβίω δὲ καὶ ἐξήγρετο. § 4. πλείονα χρόνον βιούς. § 16. ἐβίω δὲ καυθείς. § 18. ἐδόκει δ' ἂν βιῶναι. — In Ep. V. παρακόπτειν legis § 5. 13. 31., ubi in Ep. VII. potissimum παραλήρησις. Dictio, quae in reliquis Epid. libris non occurrit, est § 6. ἔμυζε ἐν τῇ γαστρί, et paulo post rursus idem verbum, quod in Oecon. Foësii item citatum videbis ex aliis libris Cnidiae originis. § 4. legis οὔτε βυράζε ἀπεπύει, pro quo ἔξω usitatius. § 42. ἐξέβανε pro ἐλιποθύμησε.

Sed quod supra de Epid. VII° dixi, plura in eo vocabula occurrere Atticis comicis frequentata, idem vel magis hic animadvertere licet: statim § 1. βλιμάζειν, quod in Iacobi indice dictionis comicae ad calcem Meinekii fragmentorum e Cratin. et Cratet. citatur et apud Aristoph. occurrit. Av. 530. — § 2. μέχρις ἥλιος ἀνεκὰς ἐγένετο: citatur autem l. l. ἀνεκάς e Cratet., Pher., Eup., Aristoph. — § 7. occurrit ἡ κοχώνη, quam vocem Erotianus in fragm. a Darembergio editis e pluribus comicorum locis illustrat. § 22. μέχρι δορπήστου, — quod nomen legis apud Aristoph. Vesp. vs. 103.

Dictiones porro, nolim dicere poëticas, at certe cum simplici Hippocratis oratione pugnantes sunt ipsum illud, quod iam attuli, ἐκαθάρθη τὸ κάθαρμα πουλύ; § 2. πόνον ἐπόνησε — πουλύν. § 5. ὕπνος τε αὐτῷ κατεχύθη πουλύς. — Locutio, quam § 43. legis, ἐξάντης ἐὼν τἆλλα, occurrit saepius in libris de morbis.

Quin quod historiam 51^am^ ad hunc librum retuli, partim etiam factum est propter illud ἔβρυξε τοὺς ὀδόντας, quod item Cnidiorum sermonem refert; licet item fecerim, quia ordo, quo inter historiam antecedentem et subsequentem ibi ponebatur, satis denotabat, quod supra iam attigi, casum illum de sede sua esse deturbatum. Sed quum Cnidiorum oratio vel magis in Ep. quinto, quam in septimo eluceat, tuto eam historiam ad hunc librum referri posse credidi.

Advertunt denique verba e fine § 46. ὑπενοεῖτο δὲ τούτῳ μεσηγὺ τῶν νεύρων κεκρύφθαι τὴν ἀκίδα, φλέβα τε καὶ ἀρτηρίην οὐδεμίαν διαιρεθῆναι. Nimirum arterias et venas hic diserte distingui, negari nequit, quum tamen illud πηδηθμός et πηδᾶν de venis in Ep. VII. satis doceat, ibi arterias φλέβας vocari. Itaque possem hinc rursus argumentum desumere, quo demonstrarem Ep. V. alium quam Ep. VII. habere auctorem. Sed hoc ideo facere nolim, quia non satis constat non additamentum alienum ea verba referre: scilicet hic dubius haereo, quomodo de his iudicare oporteat.

Sed etiamsi hunc locum omittam, puto me abunde demonstravisse: librum Epidemiorum

©BIUM

quintum, perinde ac septimum, a medicis Cnidiorum placita amplexis esse compositos, sed quintum non eundem habere posse auctorem ac septimum.

§ 12.

De morborum descriptionibus in Ep. II. IV. VI. et veterum iudiciis de his libris Epidd. omnibus.

Eodem modo, quo in § superiore perlustravimus Ep. VII. et V^{um}, ut de orationis forma constaret, iuvat ad Ep. II. IV. et VI. redeuntes hos libros etiam percurrere ita ut eas solum partes persequamur, quae morborum descriptiones contineant. Nimirum ita constabit descriptiones illas tum morborum epidemiorum, tum casuum singularium in his libris orationis forma differre ab iis, quae cum in I. et III., tum in quinto et septimo legimus.

Perlustrabimus primum fragmenta descriptionis epidemiorum, dein descriptiones casuum singularium, ut appareat has re vera cum illis arcto nexu esse coniunctas.

Ep. II. 1. 1. nihil in orationis forma offendit, aut magnopere advertit, sed notamus tamen verba *ὑπεγίγνοντο μὲν τῷ δέρματι ἰχῶρες· ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο καὶ κνησμὸν ἐνεποίεον*. Nimirum ista theoria de modo, quo pruritus in hoc exanthemate nasceretur, alium descriptionis characterem ostendit quam in Ep. I. III. observavimus.

In altero fragmento ibid. sect. 2. 24. p. 481. advertunt statim duo: nomen *παλιγκοτωτάτοισι*, cum quo cf. *ἐπαλιγκότησε* in hist. singulari Ep. IV. p. 528. et Foësium in Oecon. Hoc vocabulum apud ipsum Hipp. non legitur. Sed alterum, quod volui, item notare est operae pretium: dictio est *κρόταφοι θερμοὶ εἰ καὶ τἄλλα μὴ πυρεταίνοιεν*, quippe de simili iam diximus ad Ep. VII. § superiore in his prolegomenis. Nec tamen hoc indicio esse potest libros, de quibus iam agimus, cum Ep. VII. esse coniungendos, quum in *μυρίοις ἄλλοις* differant; — ut autem magnum quid adferam, in his Ep. II. IV. VI. de crisi in morbis continenter fere sermo est in morborum observatione, non in VII. et V., ubi nomen *κρίσις*, et verbum *κρίνεσθαι* vix leguntur.

Eadem porro pagina *κίονές τε τηκόμενοι μινύθησίν τινα παρεῖχον πονηρὴν, οὐδὲν δοκέοντες κακὸν ἔχειν* legimus, in quo illud *μινύθησις* rursus vocabulum est ab Hippocratis sermone alienum, licet non ignorem *πνεῦμα μινυθῶδες* legi aegro 3. Ep. III. p. 226. Cf. in Oecon. Foësium docentem nomen *μινύθησιν* et verbum *μινύθειν* maxime frequentari in libris non vere Hippocrateis.

In amplo fragmento ibid sect. 3. v. 1., unum quid tantum advertit, quod in Ep. I. et III. non vidi, i. e. in fine memorat morbi descriptor diarrhoeam sibi fuisse permittendam, neque vel cibis tantum sisti potuisse.

Ceterum qui longiora haec fragmenta duo legit, non potest non videre magnum discrimen inter sermonem horum fragmentorum et Ep. VII^{i} et V^{i}, nempe orationem hic multo magis convenire cum ea, qua Ep. I. et III. expressi sunt, certissimum est.

Fragmentum quartum in Ep. II° est sect. 4. 3., sed nimis breve est, quam ut inde quidquam deducas.

©BIUM

In Epid. IV. legimus fragmentum § 7. obvium p. 516. seq.: ibi observo dictionem γαστέρες ἀντεχόμεναι, quam item observamus § 17ª. huius libri in peregrini adolescentis historia. Primum quidem advertit similitudo dictionis inter Epidemiae descriptionem et casus singularis enarrationem; sed similitudo observatur in dictione apud ipsum Hipp. non obvia: ibi γαστήρ et κοιλίη non confunduntur nec promiscue usurpantur, tum vero ὑφίστασθαι, ἐπιλαμβάνεσθαι eo sensu dicitur, quo hic ἀντέχεσθαι.

Ibid p. 517. legimus οὐ κρινόμενος εἰλικρινέως, pro quo in Ep. I. et III. solenne τελέως.

Pergo ad fragmentum magnum in Ep. VI. ubi lego σκληρὰ καὶ ξηρὰ βήσσουσι p. 600. et σκληρόταται δὲ καὶ βιαιόταται, de quibus tamen num ipsi auctori debeantur forte dubites, cf. adnn.

Pag. 601. lego ἐς τὸ περιπνευμονικὸν ἦλθον, quae non est dictio Hippocratea. Neque ibidem οὕτως αἱ ξυγκλησίαι τῶν παθημάτων ἦσαν. — Tum vero pag. 602. ἀναστάσι πιεζομένους non est dictio Hippocratea, neque γαστρὸς ταραχή, pro quo κοιλίης ταραχή reperis apud senem Coum. cf. p. 215. κατὰ κοιλίην ταραχή τις ἐπίκαιρος Ep. III. Ibidem autem etiam in descriptione epidemiae fit mentio curationis; de simili autem re in Ep. II. supra iam dixi. Tale quid non vidi in Ep. I. et IIIª.

Huc usque de iis iam vidimus Epidemiae descriptionis fragmentis, quae certe ad quaestionem, de qua agimus, aliquid conferre possunt. Quantopere oratione cum Ep. I. et III. conveniant, neminem latebit animo attento ea perlustrantem; nam non nisi tenuibus indiciis orationis diversitas eruitur, sed est tamen discrimen certum, nec dubium. Patet autem inde has descriptiones ab Hippocratis aetate non multum distare, quae res secus habet in Ep. VII. et V., qui libri sunt multo recentiores, quod tum forma orationis, tum casus apud Datum observatus docet.

Sed redimus ad libros, de quibus nunc agimus et hinc illinc ex historiis casuum singularium desumemus quod faciat ad discrimen inter has et libros Ep. Iᵘᵐ et IIIᵘᵐ, itemque quod faciat ad orationis similitudinem ostendendam inter casus peculiares et fragmenta epidemiorum.

Ep. II. 2. 6. reperies χλιαινόμενος; Ep. IV. 29. p. 536. ἐπεχλιαίνετο, quod item l. l. ex Ep. II., sed paulo inferius occurrit, dum in fragmento Ep. VI. p. 601. legis οὗτοι γὰρ καὶ ἐπεχλιαίνοντο. — Equidem χλιαίνεσθαι, ἐπιχλιαίνεσθαι, aut ὑποχλιαίνεσθαι, quod § 7. p. 475. occurrit, non legi apud Hippocratem ipsum: ἐπιθερμαίνεσθαι legitur v. c. Ep. I. p. 160.

Ep. II. p. 475. § 7. lego ἔπτυε ὑπάνθηρον et p. 487. ἔπτυε ἀνθηρά. In vere Hippocrateis non legi illud ἀνθηρόν, neque quod § 8. legis, ἐπὶ τὸ βέλτιον ἤρξατο χωρέειν.

Casus § 8. et 9. descripti pertinent ad Epid. Perinthiacam libri VIⁱ; itaque patet hoc modo quoque nexus inter hos libros et casuum singularium et epidemiarum descriptionum inter se.

Ep. II. 2. 20. occurrit mira dictio ἡ γαστὴρ μεγάλη ἐγένετο, cum qua confer Ep. IV. 21. p. 529. γαστὴρ ἄλλοτε σμικρὴ καὶ ἄλλοτε μεγάλη. Eodem pertinet quod p. 532. legitur ὑποχόνδρια μεγάλα καὶ σκληρά et p. 536. ὑποχόνδρια μεγάλα καὶ σπλήν. — Talia apud Hipp. ipsum non reperi: illud μέγας pro ἐπηρμένος advertit. Non nescio Ep. III. p. 234. mihi Apollonium dici μεγαλόσπλαγχνον, idemque nomen legi de vict. ac. § 53. p. 317. sed puto aptius hoc dici, quam quae e libris, de quibus agimus, citavi.

©BIUM

p. 470. § 22. legis ἡ φλὲψ ἡ κατὰ σπλῆνα ἐπ' ἀγκῶνι ἐτέτατο καὶ ἔσφυζε. Tale quid in Epid. I. et III. frustra quaeres.

Ep. II. 3. 4. p. 487. ἡ γαστὴρ ἐπεταράχθη et Ep. IV. 24. p. 531. ἔπειτα γαστὴρ ἐταράχθη; cum quibus cf. quod supra de γαστρὸς ταραχή dixi, nempe hic quoque ἡ κοιλίη ἐπεταράχθη dixisset Hipp. ipse.

§ 11. p. 490. in Scopae hist. morbi observo γλῶσσα εὐανθής, tum πέπλος δοθεῖσα ἀπὸ τοῦ ὑποχονδρίου μὲν ἀπῶσε, ἐπεραιώθη δὲ οὐδέν; in fine λάπη ὁμοίη. — Non legi talia apud senem Coum ipsum.

Ep. IV. § 2. p. 514. καυστικῶν κριθέντων pro καύσου κριθέντος alienum est ab Hipp. sermone.

§ 8. p. 518. χλωρὸν καὶ πυῶδες ἔπτυσε et supra § 3. ἔπτυε ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ὑπόχλωρον advertit, quia discrimen hic apparet inter horum librorum orationem et septimi et quinti Epidd. ubi ὠχρόν pro χλωρόν frequens. Sed in § 3. advertit etiam ἐκ ῥήγματος ὀδυνώμενος, nempe in Ep. I. et III. istorum ῥηγμάτων non videbis mentionem factam; licet non contendam Hippocrati notionem rei non fuisse in promptu, quum libro de aëre, aq. locis memoretur, cf. § 4. sub finem.

§ 13. τυφωμανίη p. 520. et ibid. αἷμα χλοιῶδες non legi apud Hipp.

§ 26. ἦν καὶ αὕτη τοῦ ἐξερύθρου τρόπου et § 35. μᾶλλόν τι ἐξερύθρῳ ἐούσῃ spectat ad exanthema, me iudice, sed non legi apud Hipp. ipsum.

§ 31. lego τὸ ἐν τοῖσι ὑποχονδρίοισι περιλαμβανόμενον, quod in mentem revocat locum ex Ep. II. 41., de quo initio dixi, ubi ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο (οἱ ἰχῶρες). Nempe theoria subest observationi.

§ 38. legimus κοιλίης ταραχὴ ἠλεκτριώδης, qualem speciem apud Hipp. frustra quaeres.

§ 45. φλεδονώδεα τρόπον: in locis vere Hippocrateis non occurrit, licet in Prorrh. I. et Coacis legatur.

In paucis morborum descriptionibus in Epid. VI. advertit p. 571. κράμβην ἑβδομαῖος ἔφαγε, ἡ κοιλίην αὐτῷ ἐξετίναξε. — nimirum κράμβη pro purgante est nonnumquam in libris de morbis.

In hist. filiae Agasios sect. 4. § 4. idem illud ἔπτυσε ἀνθηρά legis, de quo supra iam dixi.

Ecce! percucurrimus haec fragmenta: puto autem nos manifesto demonstravisse illa perlustratione primum quidem fragmenta epidemiorum descriptionis et enarrationis morborum singularium, quae inveniuntur in Epid. II. IV. VI., inter se esse coniuncta omnia et probabiliter unius operis reliquias esse. Tum constat has descriptiones morborum multo magis orationis forma accedere ad Ep. I. et III. quam ad Ep. VII. V., quin discrimen ita exiguum est, licet certo appareat, ut hi libri non possint non parum ab Hippocrate aetate distare; loquor autem de morborum descriptionibus, non de additamentis maxime variis.

Itaque distinguimus tres, aut si velis quatuor series descriptionum morborum in collectione Hippocratica:

a. Epid. I. et. III., quae antiquissima est series.

b. Fragmenta in Ep. II. IV. VI., paulo recentiora.

c. Epid. VII. et V., qui a diversis scriptoribus profecti sunt, sine dubio longe recentiores.

©BIUM

Atque ita sponte ducimur ad explorationem testimoniorum veterum de his libris, ad ea certe, quae Galenus nobis reliquit, neque enim magni momenti est quod recentiores Galeno ex antiquis de iis habent.

Ac princeps quidem locus huc faciens habetur in libro de diff. respir. II. cap. 8. Nolo locum integrum describere, sed Pergamenus haec fere ibi docet:

Septem esse libros Epidemiorum.

Quorum septimum *σαφῶς νόθον εἶναι δοκεῖν καὶ νεώτερον καὶ διεσκευασμένον.*

Nonnullos putavisse secundum, quartum et sextum esse Hippocratis filii, alios Hippocratis ipsius, nec tamen esse scriptos eo consilio, ut in publicum emitterentur, sed potius referre hypomnemata in usum proprium literis mandata.

Alios fuisse, *οἵ περ καὶ ἀκριβέστερα δοκοῦσι καταμαθεῖν τῶν βιβλίων τὴν δύναμιν*, qui e libris illis septem quinque scriptos esse a Thessalo existimarent; duos autem esse ipsius Hippocratis magni, qui *διὰ τοῦτο* inscripti sint *ἐκ τοῦ μικροῦ πινακιδίου.* Thessalum nempe e patris reliquiis omnia colligere et in unum cogere studuisse, ne quid periret.

Primum autem librum et tertium solos Hippocrati magno tribuere paene omnes.

Summa eorum, quae loco, quem dixi, de his libris tradit Galenus, recurrit in eodem opere lib. III° sub finem capitis primi.

Insuper tamen ibi tradit Epidemiorum primum et tertium unum et continuum opus haberi e probatissimorum virorum sententia.

Librum II. IV. VI. *συνθεῖναι* Thessalum, qui de suo etiam nonnulla adiecerit.

Verum iam praeter V^{um} et VII^{um} etiam quartum Hippocrate indignum censet, licet nonnulli opinati sint hunc quoque librum a Thessalo esse compositum.

Locus porro classicus apud Galenum est introductio in comm. ad Ep. VI.

Ibi quidem summatim Pergamenus eadem tradit, quae iam attigimus, sed refert secundum et sextum additamenta habere, quae e nonnullorum sententia Thessalo, ex aliorum recentioribus viris debeantur.

Verum operae pretium est tenere Galenum ibi etiam loqui de argumenti varietate ac diversitate in libris epidd.: in primo ac tertio haberi descriptiones constitutionis tempestatis, quibus subiuncta sint *τὰ ἐπιδημήσαντα νοσήματα*; qua de causa inscriptos esse hos libros titulo *ἐπιδημιῶν.*

Pergit deinceps monere in libro secundo et sexto perparum huius argumenti inesse: *τὸ δὲ πλεῖστον εἶδος τῆς διδασκαλίας ἀφορισμοί τινες εἶναι φαίνονται*, inquit, *κατὰ περιγραφὴν ἕκαστος ἰδίαν γεγονότες, ὥστε δι' ἀπορίαν οἰκείας ἐπιγραφῆς καὶ ταῦτα τὰ δύο βιβλία συγχρήσασθαί φασι τῇ τῶν ἐπιδημίων, ὀλίγιστον ἔχοντα τὸ τῆς ἐπιγραφῆς οἰκεῖον.*

Sed iudicium de libro quarto quod eum supra tulisse vidimus, hic repetit dicens: *ἐοικὸς δὲ αὐτοῖς ὅσον ἐπὶ τῷ χαρακτῆρι τῆς λέξεως τὸ τέταρτον ἀπολείπεται πάμπολυ τῷ χρησίμῳ τῆς θεωρίας.*

Denique isto, quem indicavi, loco fuisse narrat, qui sextum librum inscriberent *Θεσσάλου καταστάσεις*, quos in errore fuisse affirmat.

In adn. ad Ep. VI^{um} 2. 5. citavi p. 566. Galeni locum, ubi hic monet non certum esse

©BIUM

secundum librum Epidd. ante sextum esse conscriptum, impedire enim quominus ita statuas, quod Thessalus istos libros e patris reliquiis congesserit. Eo loco etiam quartum fere seiungit a secundo et sexto.

Quodsi iam omnia, quae inquirendo in epidemiorum libros cunctos percepimus, cum Galeni narratione de veterum iudiciis de his libris comparemus, videmus eos partim recte vidisse, partim miras opiniones fovisse.

Quo iure Thessalum faciant collectorem fragmentorum diversorum, quae in Ep. II. IV. VI., — itemque in libro de humoribus congesta vidimus, — non constat. Forma istius farraginis sane non facit ut magnam exspectemus in collectore sollertiam; fuit medicinae, me iudice, imperitus iste, qui ea forma varia illa edidit et pannos subinde laceros in unum consuit. Itaque narratiunculae isti non magnam fidem habeo. Sed hoc advertit omnino, colorem orationis et rationem descriptionis fragmentorum eorum, quae re vera ad rem epidemicam et morborum singulorum enarrationes pertinent, sine dubio multum cum vere Hippocrateis convenire, ita ut ab Hippocrate tempore non multum distare posse videantur.

Quare Galenus epidemiorum quartum a secundo et sexto seiungat, item quare quartum minus probaverit, quam duos illos reliquos, in aprico est. Nempe in quarto illa argumenti pars, quae ex aphorismis aliisque monitis medicis latius patentibus constat, multo minoris est ambitus quam in secundo et sexto, quin perexigua est. His autem aphorismis et praeceptis medicis Galenus maxime delectabatur, plurisque ea aestimavit, quam observationes, quae nimis distractae sunt quam ut totum aliquod inde tibi mente informes. Nobis tamen vel haec fragmenta sunt reliquiae pretiosae veteris artis. At hic tamen operae pretium est observare Galenum non fugisse rationis similitudinem inter quartum et secundum et sextum librum; volueritne similitudinem in morborum descriptionibus, nec ne, ignoramus, sed nos in his eam vel maxime agnoscimus.

Mirum sane Galenum audire affirmantem secundum et sextum epidemiorum libros eo nomine esse inscriptos propter ἀπορίαν οἰκείας ἐπιγραφῆς. Illa inscriptio cum argumenti varietate et fragmentorum conditione indicio est manifesto summae perturbationis, e qua hi libri nati sunt, de qua et supra dixi et in adnotatione fere quavis pagina egi.

Nec certo negare, nec certo affirmare licet Thessali esse descriptionis morborum fragmenta in Ep. II. IV. VI.; sed certum puto has descriptiones esse vetustiores additamentis reliquis. Incertum sane quando multae breves sententiae natae sint, quae iam cum adnotationibus ad ipsas mistae in his libris habentur; sed illa miscela, sit venia verbo, farrago illa et moles indigesta me iudice non brevi post, sed satis multo post Hippocratem exstitit, licet item satis multo ante aetatem Alexandrinam.

Quod aiunt de his libris ad editionem non conscriptis, mihi ad nugas et fabulas aniles pertinere videtur. Equidem vellem scire, unde quis conficeret fragmentum v. c. quale in Ep. IV. p. 516. 517. habemus, non esse partem libri ad editionem comparati! Arripio autem primum, ut ita dicam, in quod libros hos pervolvens incido. Haec fabula inde nata est, quod veteres de modo, quo haec farrago exstiterit, nihil quidquam paene perspectum habebant.

Equidem fragmenta descriptionis morborum in Ep. II. IV. VI. e schola Coa brevi post Hippocratem prodiisse credo.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 133 sur 880

©BIUM

Sed quintum et septimum multo post Hippocratem a medicis Cnidiorum rationi addictis esse conscriptos item certum iudico.

De septimo quoque et quinto advertit veterum iudicium, quo hos libros inter se distinctos, teste Galeno, diversis auctoribus tribuunt, quintum Draconis filio Hippocrati, dum septimum item multo recentiorem habent quam II. IV. et VI. Hanc antiquorum sententiam orationis forma et probabili chronologica investigatione aliquantum confirmatam vidimus, quatenus septimum et fortasse quintum etiam ad Philippi Macedonum Regis tempora pertinere reperimus. Littréus usus est § 21ae Ep. IV. (p. 528.) initio ut definiret aetatem Epidemiorum spuriorum: ipse fatetur (p. 17. Introd. in hos libros vol. V.) eiusmodi argumenta esse incerta, neque ego multum illis tribuo, sed sine dubio Epidemiorum descriptiones libri II. IV. et VI. sunt vetustiores quam quae in VII. et V. leguntur, propter causas, quas dixi.

De primo tandem epidemiorum ac tertio omni tempore unum idemque fuit constans omnium iudicium, cui item semper addictus fui, esse hos libros ab ipso Hippocrate conscriptos.

©BIUM

In gratiam eorum, quibus taedium forte pariat, prolegomena, quae descripsimus, pervolvere, hic summatim describam et breviter, quae ibi fusius sunt exposita.

I.

Ius iurandum, quod Hippocratis dici solet, utrum ab eo re ipsa compositum sit, nec ne, ignoramus. Probabile puto pertinere ad scholam Coam, quia ex hac sola illius aetatis monumenta in collectione scriptorum Hippocraticorum habemus. Dubium non est quin sit antiquissimum monumentum; docet orationis simplex et pura forma; est formula in usum practicum concinnata a practicis. His nominibus ὁ ὅρκος longissime diversus est a scriptiuncula, qualis νόμος.

II.

Prorrheticus primus continet collectionem sententiarum semeiotici et prognostici fere argumenti, quae, paucis exceptis, paulo diverso, nec raro meliore modo scriptae leguntur etiam in Praenotionibus Coacis. Non videntur hae sententiae omnes eiusdem aetatis esse, neque ab eodem viro conscriptae; insunt antiquiores, insunt recentiores. Certum iudico syllogen, qualem habemus, multo post Hippocratem esse congestam, tempus tamen certo definire non datur. A librariis has sententias antiquissimo tempore valde corruptas esse, alios etiam in usum suum eos adhibentes vitia intulisse, satis superque docet diligens earum lectio.

III.

Praenotiones Coacae sub titulo probabiliter antiquo complectuntur locos e fontibus antiquioribus pluribus congestos. Insunt loci e libris vere Hippocrateis, alii multi e fontibus longe diversae originis, quin ad scholam Cnidiam referendis deducti. Licet abunde constet hanc collectionem, quae pretiosissima fragmenta antiqua continet, post Hippocratem, quin satis longo post eum tempore eam formam induisse, aetas tamen, qua exstiterit, definiri non potest.

IV.

Prognosticum semper ipsi Hippocrati tribuerunt, quum tamen nihil sit, nisi recentior farrago conflata e locis magnam partem in Praenotionibus servatis, licet ibi distracti videantur ex opere aliquo Hippocratis, quod quam formam olim habuerit, ignoramus; ipse vero consarcinator de suo nonnulla addidit. Videtur autem Prognosticum consarcinatum esse ab eodem viro, cui interpola-

©BIUM

tiones in Epid. I. et III. debentur. Hippocratis opus non esse docent dictiones nonnullae in eo obviae, opinio in libri introductione expressa, quae cum Hippocratis de eadem re sententia prorsus pugnat, denique ipsa libri ratio; neque enim probabile, virum, qualis Hippocrates, ea aetate certe, ex aliorum operibus librum composuisse; Coacas autem non esse excerptas e Prognostico, quod nuper defenderunt, diligenter locos comparanti sponte constat.

V.

Libri epidemiorum primus et tertius secum invicem coniungendi iam visi sunt, idque iure, eruditis antiquis. Morborum descriptiones in iis debentur Hippocrati ipsi; his autem accedunt nonnulla monita medica interpolata, quae indicavimus. Forma horum librorum mutata est, neque titulus ab ipso auctore inditus; certe si hic epidemiorum nomine eos inscripsit, non fecit eos primum et tertium epidemiorum, quum reliqui eiusdem nominis libri sint recentiores, duo recentissimi.

VI.

Liber de aëre aquis locis, in cuius media parte lacuna insignis, longe praestantissimum est artis observandi antiquae monumentum, quod sine dubio Hippocrati debemus. Libellum hunc cum Herodoti scribendi ratione conferenti, vix aliter poterit accidere, quin Hippocratem Herodoto anteponat, quippe in illo observandi et observata cogitando digerendi ex iisque veritatem deducendi vis apparet eximia.

VII.

Liber de victu acutorum duabus constat partibus, priore vere Hippocratea, altera spuria; insigne fragmentum est operis maioris ambitus, quod Hippocrates conscripsit et cuius principium tantum servatum est, cui recentiores adsuerunt alienа additamenta. Licet in additamentis his agatur subinde de morbis, de quibus in deperditis Hippocratem exposuisse est probabile, tamen cum his nihil commune habere videntur. Quando accesserint haec additamenta, nemo novit, sed saltem post Platonem demum accessisse oratio et doctrina tradita docent.

VIII.

Librum de capitis vulneribus item orationis et formae doctrinae ratione habita Hippocrati acceptum referre debemus. In libro epidemiorum quinto casus descripti sunt, in quibus orationem ad imitationem huius libri compositam facile animadvertis; unde conficio illis temporibus hunc librum fuisse quasi enchiridion practicis. Fragmentum etiam est operis maioris.

IX.

Praeter fragmenta Hippocratea in praenotionibus Coacis obvia, Epidemiorum libros I. et III., librum de aëre, aquis, locis, partem priorem libri de victu acutorum, denique librum

©BIUM

de capitis vulneribus nullum ego novi librum vere Hippocrateum, nisi ius iurandum, utpote antiquum, ad eos referre lubeat. His antiquiora monumenta haberi in collectione horum operum medicorum veterum nego et quominus credamus oratio vetat. Sed qui etiam nuperrime alia recentiora Hippocrati ipsi adscripserunt, negarunt adeo sermonis formam in censum vocari debere, cui tamen placito nemo paulo eruditior facile adstipulabitur.

X.

Aphorismi summatim referunt syllogen sententiarum brevium, quae forma apophthegmatum medicorum in nullo libro vere Hippocrateo apparet, ne in Coacarum locis Hippocrateis quidem. Idem illud apophthegmatum genus recurrit in Epidemiorum libris II. IV. VI., maxime in sexto. Horum autem librorum veluti fundamentum sunt descriptiones morborum observatorum, quae non nisi paulo recentiores videntur Hippocrate; isti autem fundamento antiquiori breves illae sententiae accesserunt aliunde. Nescimus quibus auctoribus et quibus temporibus breves illae sententiae exstiterint, sed videntur in iis esse antiquiores, recentiores. Verum in aphorismis item habemus excerpta ex ipsius Hippocratis libris adhuc servatis. Neque primus aphorismus, neque omnium ultimus, qui duo loci pro principio et fine sunt positi, Hippocratis ingenium et rationem sapiunt; oratio aphorismorum summatim non est Hippocratea; ordo quo sunt dispositi non est exquisitior quam in Coacis; insunt placita sine dubio Hippocrate recentiora, vel in iis sectionibus, quae plurimum cum Hippocrateis reliquiis conspirant. Itaque aphorismi sunt sylloge sententiarum brevium, alius generis locorum, ex Hippocratis, aliorum operibus post eius aetatem ductorum, neque ullus aphorismus, qua forma hodie circumfertur, ab ipso Hippocrate literis est mandatus.

XI.

Libri epidemiorum II. IV. VI. et *liber de humoribus* sunt fragmenta descriptionis morborum epidemiorum et casuum singularium partim certe ad epidemias descriptas pertinentium. Haec fragmenta fuerunt olim commista cum adnotationibus ad ipsa, cum brevibus sententiis, de quibus supra diximus, et commentariis ad eas: accedunt interdum primae delineationes capitum describendorum, aut summaria inscriptionesque capitum deperditorum. Hinc farrago sine ordine et nexu, e qua emicant hic illic bona, quae dixi, epidemiorum, aliorum morborum descriptionis fragmenta et sententiae breves neque pondere, neque acumine destitutae. Tuto haec duo quasi horum librorum elementa separatim possint excerpi et edi, reliqua oblivioni tradi. — Epidemiorum descriptionis fragmenta antiqua, probe Graeca oratione fuerunt descripta. Sunt nonnulla corrupta, quae neque aliis neque mihi restituere contigit, sed in partibus integris cernimus manifesto similem orationis colorem atque in Ep. I. et III. cum aliqua deflexione; quae non a descriptoribus, sed ab auctore profecta est. Itaque probabile est ea a viro Hippocrati ipsi aetate proximo eiusque discipulo esse profecta. Utrum Thessalus, ut fama fuit aliquatenus apud veteres, eorum auctor sit nec ne, sciri non potest, quum nomen viri, non ipsum, aliunde noverimus.

©BIUM

XII.

Epidemiorum VII. perparum continet, quod non pertineat ad morborum descriptiones. Hae autem manifesto medicum auctorem habent multo Hippocrate recentiorem et scholae Cnidiae placitis maxime addictum. Curatio morborum, eorum observatio, orationis forma, verbo omnia hic longe diverso modo se habent quam in Ep. I. et III., et quam in Ep. II. IV. VI. — Aetas huius libri probabiliter ad tempora Philippi Macedonum Regis refertur.

XIII.

Liber epidemiorum quintus item a medico Hippocrate recentiore conscriptus pertinet fortasse ad idem tempus, ad quod septimum referendum visum est. Est autem sine dubio conscriptus ab alio quam qui septimum composuit. In editionibus superioribus huic libro adhaerebat pars septimi, apographo eiusmodi, ut loci ordine alio et lectionibus paulum diversis essent descripti et ut interdum lacunas in libro septimo explere liceret ope huius alieni additamenti ad librum quintum.

XIV.

Qui existimaret titulos librorum tum Hippocratis, tum aliorum in hac collectione medicorum veterum, ab ipsis scriptoribus iis esse inditos, magnopere falleretur. Quid de titulis librorum hoc volumine contentorum sentiam, brevibus dicam. Ὅρκος fortasse nomen antiquum est. *Prorrheticus primus* fortasse inscriptus est iste liber aliquamdiu, postquam eam formam accepit; certe mirum est librum formae longe diversae nomen habere Prorrhetici secundi. *Praenotiones Coacae* probabiliter nomen habent antiquum, licet ipsa sylloge, qualis hodie circumfertur, sit recentissima. *Epidemiorum* libri omnes fortuitam habent divisionem in libros, et libri sectionibus distincti in τμήματα; quin divisio illa in librum primum, secundum, cett. recentiore demum aetate facta esse potest, licet fortasse nomen *epidemiorum* sit antiquum. Libellus *de humoribus* inscriptionem suam librariis debet. De inscriptionibus librorum *de aëre aq. locis* et *de victu acutorum* in adn. abunde est dictum, forsitan neuter nomen suum ab Hippocrate obtinuit. Tractatus *de capitis vulneribus* fortasse habet titulum, quem ab auctore accepit. *Aphorismos* puto nomen suum obtinuisse quo tempore in formam praesentem fuerunt redacti, quod non de divisione in τμήματα affirmare ausim.

©BIUM

©BIUM

©BIUM

ΟΡΚΟΣ

ΙΑΤΡΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ

ΕΙΤΕ ΚΩΙΩΝ, ΕΙΤΕ ΑΛΛΩΝ.

IUS IURANDUM

MEDICORUM PRISCORUM

SIVE COORUM, SIVE ALIORUM.

©BIUM

©BIUM

ΟΡΚΟΣ.

Ὄμνυμι Ἀπόλλωνα ἰητρὸν καὶ Ἀσκληπιὸν καὶ [1] Ὑγίειαν καὶ Πανάκειαν καὶ θεοὺς πάντας τε καὶ πάσας, ἵστορας ποιεύμενος, ἐπιτελέα ποιήσειν κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν ὅρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε· [2] αἰδέσεσθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην ἴσα γενέτῃσι ἐμοῖσι καὶ βίου [3] κοινώσεσθαι καὶ χρεῶν χρηΐζοντι μετάδοσιν [4] ποιήσεσθαι καὶ γένος τὸ ἐξ [5] αὐτοῦ [6] ἀδελφεοῖσι ἴσον ἐπικρινέειν ἄρρεσι καὶ διδάξειν τὴν τέχνην ταύτην, ἢν χρηΐζωσι μανθάνειν, ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς· παραγγελίης τε καὶ ἀκροήσιος καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης μαθήσιος μετάδοσιν [7] ποιήσεσθαι υἱοῖσί τε ἐμοῖσι καὶ [8] τοῖσι τοῦ ἐμὲ διδάξαντος καὶ μαθηταῖσι [9] ξυγγεγραμμένοισί τε καὶ ὡρκισμένοισι νόμῳ ἰητρικῷ, ἄλλῳ δὲ οὐδενί. Διαιτήμασί τε χρήσομαι ἐπ' ὠφελείῃ [10] τῶν καμνόντων κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν

IUS IURANDUM.

Per Apollinem medicum et Aesculapium, Hygieam et Panaceam iureiurando affirmo et Deos Deasque omnes testor, me quantum viribus et iudicio valuero quod nunc iuro et ex scripto spondeo plane observaturum. Praeceptorem quidem, qui me hanc artem docuit, parentum instar veneraturum, eique cum ad victum, tum etiam ad usum necessaria, grato animo communicaturum et suppeditaturum. Eiusque posteros apud me eodem loco, quo germanos fratres fore, eosque, si hanc artem addiscere volent, absque mercede et syngrapha edocturum. Praeceptionum quoque et auditionum totiusque reliquae disciplinae cum meos et eius, qui me edocuit, liberos, tum discipulos, qui medico iureiurando nomen fidemque dederint, participes facturum, aliorum praeterea neminem. Victus quoque rationem, quantum facultate et iudicio consequi

[1] ὑγείαν V. ut vulg. — [2] ἡγήσασθαι V. ut vulg. — [3] κοινώσασθαι V. ut vulg. — [4] ποιήσασθαι V. ut vulg. — [5] ἑωυτέου V. ut vulg. — [6] ἀδελφοῖς V. ἀδελφοῖς [Marc. — [7] ποιήσασθαι V. ut vulg. — [8] τοῖσι om. V. — [9] συγγεγραμμένοις τε καὶ ὡρκισμένοις V. ut vulg. — [10] τῶν om. cett.

Ὑγίειαν.] — Omnes libri scripti et editi ὑγείαν, quae forma recentioribus librariis debetur, solum ει pro ιει frequenter invehentibus; itaque probam nominis formam restituo.

πάντας τε καὶ πάσας.] — In vulgato textu τε abest: Littréus primus exhibuit e nonnullis libris Parr.; etiam in Voss. cod. reperi.

αἰδέσεσθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην ἴσα γενέτῃσι ἐμοῖσι.] Omnes libri mss. et plerique editi ἡγήσασθαι, quod tamen in futurum ἡγήσεσθαι mutarunt interpretes nonnulli. Ac futurum sane requiritur, sed ἡγέομαι isto modo usurpari nequit: possis Graece dicere τιμᾶν, τίειν τινὰ ἴσα γενέτῃσι, non ἡγεῖσθαί τινα ἴσα γενέτῃσι. Quodsi ἡγήσεσθαι servare velles, deberes legere v. c., ἡγήσεσθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην φίλον καὶ τίμιον ἴσα γενέτῃσι ἐμοῖσι, — aut aliud quid simile supplere deberes. Sed tanto molimine non est opus: ἡγήσεσθαι librariorum errore natum est ex αἰδέσεσθαι, confusis αι et η, et δ et γ. Cf. Bast. comm. Palaeogr. p. 752.

γένος τὸ ἐξ αὐτοῦ.] Vulgo ἑωυτέου, pro quo ὠυτέου in libris tribus Parr. vidit Littréus, qui hinc ὠυτέου effecit; Lind. αὐτέου dederat. Nolui e corrupto pronomine deducere formam dubiam, nisi falsam, ὠυτοῦ; tutissimum est probam formam αὐτοῦ dare.

ἀδελφεοῖσι ἴσον.] Libri ἀδελφοῖς, sed manifesto ι finale interiit propter primam vocalem in sequente ἴσον; quod item factum in verbis sub finem iurisiurandi ἀνθρώποις εἰς τὸν αἰεὶ χρόνον, ubi item ἀνθρώποισι exhibui.

μετάδοσιν ποιήσεσθαι.] Tum h. l. tum altero, ubi eadem formula legitur, tum etiam in verbis αἰδέσεσθαι, κοινώσεσθαι, futurum dedi de coniectura, quam dudum protulerunt interpretes et quam lubens amplector, pro aoristis ἡγήσασθαι, κοινώσασθαι, ποιήσασθαι, in quibus tuendis libri scripti consentiunt, sed qui constare non possunt inter futura ποιήσειν, ἐπικρινέειν, διδάξειν, et quae prima persona efferuntur: χρήσομαι, cett.

ξυγγεγραμμένοισί τε καὶ ὡρκισμένοισι.] Vulgo in libris mss. et editis hi dativi in οις exeunt; unus cod. Par. Littréo συγγεγραμμένοισι praebuit, quod recipio, sed simul iam altero loco item formam Ionicam restitui, quum iterum ante ν facile ι interire potuerit. — De meo ξυγγ. dedi pro συγγ., quod libri ferunt; non credo in eiusmodi formula alio loco σύν, alio ξύν scriptum fuisse; itaque in voce, in qua Ionismus in fine perierat, revocavi, quod olim scriptum fuisse credo. quum in eadem hac formula ξυγγραφή ter ponatur et ξυμβουλίη, et ξυγχέοντι.

ἐπ' ὠφελείῃ τῶν καμνόντων.] Tum h. l., tum infra, ubi eadem formula legitur, τῶν abest in libris scriptis et editis. In talibus vix fidem adhibeo librariis, quapropter revocavi

©BIUM

ἐμὴν, ἐπὶ [1]δηλήσι δὲ καὶ ἀδικίῃ εἴρξω. Οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθεὶς θανάσιμον, οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε· ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω. Ἁγνῶς δὲ καὶ ὁσίως διατηρήσω βίον τὸν ἐμὸν καὶ τέχνην τὴν ἐμήν. Οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας, ἐκχωρήσω δὲ ἐργάτῃσι ἀνδράσι πρήξιος τῆσδε. Ἐς οἰκίας δὲ ὁκόσας ἂν ἐσίω ἐσελεύσομαι ἐπ' ὠφελείῃ [2]τῶν καμνόντων, ἐκτὸς ἐὼν πάσης ἀδικίης ἑκουσίης καὶ φθορίης τῆς τε ἄλλης καὶ ἀφροδισίων ἔργων ἐπί τε γυναικείων σωμάτων καὶ [3]ἀνδρείων ἐλευθέρων τε καὶ δούλων. Ἃ δ' ἂν ἐν θεραπείῃ ἢ ἴδω, ἢ ἀκούσω, ἢ καὶ ἄνευ [4]θεραπηΐης κατὰ βίον [5]τὸν ἀνθρώπων, ἃ μὴ χρή ποτε ἐκλαλέεσθαι ἔξω, σιγήσομαι, ἄρρητα ἡγεύμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα. Ὅρκον μὲν οὖν μοι τόνδε ἐπιτελέα ποιέοντι καὶ μὴ ξυγχέοντι εἴη ἐπαύρασθαι καὶ βίου καὶ τέχνης δοξαζομένῳ παρὰ πᾶσι [6]ἀνθρώποισι ἐς τὸν αἰεὶ χρόνον. παραβαίνοντι δὲ καὶ ἐπιορκοῦντι τἀναντία [7]τούτων.

potero, aegris utilem praescribam, eosque ab omni noxia et iniuria vindicabo. Neque cuiusquam precibus adductus alicui medicamentum lethale propinabo, neque huiusmodi rei auctor ero. Neque simili ratione mulieri pessum subditium ad foetum corrumpendum exhibebo; sed castam et ab omni scelere puram tum vitam, tum artem meam perpetuo praestabo. Neque vero calculo laborantes secabo, sed magistris eius artis peritis id muneris concedam. In quamcumque autem domum ingressus fuero, ad aegrotantium salutem ingrediar, omnem iniuriae inferendae et corruptelae suspicionem procul fugiens, tum vel maxime rerum venerearum cupiditatem erga mulieres iuxta ac viros, tum ingenuos tum servos. Quae vero inter curandum aut etiam medicinam minime faciens in communi hominum vita vel videro, vel audiero, quae minime in vulgus efferri oporteat, ea arcana esse ratus silebo. Hoc igitur iusiurandum si religiose observavero ac minime irritum fecero, mihi liceat cum summa apud omnes existimatione perpetuo vitam felicem degere et artis uberrimum fructum percipere. Quodsi illud violavero et peieravero, contraria mihi contingant.

[1] δηλήσει V. ut vulg. — [2] τῶν non habent cett. — [3] Sic quoque V. — [4] θεραπηΐης V. — [5] τὸν non habent cett. — [6] ἀνθρώπειις εἰς V. — [7] τουτέων V.

articulum. — Idem feci infra in verbis κατὰ βίον τὸν ἀνθρώπων. Neque certus sum non aliis locis in hac formula, ubi pronomen possessivum occurrit, item articulum omissum esse a librariis, i. e., in formula κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμήν, quae bis occurrit et in qua τὴν ἐμὴν praeferrem; forte in γενέτῃσι ἐμοῖσι propter nominis subst. terminationem articulus τοῖσι periit. Suspicor nempe, quum βίον τὸν ἐμὸν καὶ τέχνην τὴν ἐμήν legatur. — Licet in his nihil innovare sim ausus, nolui suspicionem meam reticere, ut alii ad rem animum advertant.

χρήσομαι — εἴρξω.] Vulgo εἴρξειν, sed sine dubio error est librariorum in transitu ab infinitivis ab ὄμνυμι pendentibus ad promissionem oratione directa. Alterutrum, aut χρήσεσθαι — εἴρξειν —, aut χρήσομαι — εἴρξω — legendum; qua de re iam alii et nuper Littréus monuerunt. Quum omnes libri χρήσομαι ferant et eo loco sit transitus ad genus rerum diversum ab eo, de quo in superioribus sermo fit, credo χρήσομαι esse veram lectionem, εἴρξειν contra librariorum errore invectum.

ἐπὶ δηλήσι.] Omnes codd. in δηλήσει consentiunt, sed vitio librariorum omnes illi dativi nominum in ῑς hoc modo in Hippocrate scripti sunt. Editores iam saepissime reposuerunt genitivos Ionicos in ῑος codd. scriptorum fide; dativos in ῑ contra intactos reliquerunt. Me iudice hi dativi ubivis vel sine codd. auctoritate sunt corrigendi, quippe in eiusmodi rebus librorum traditio nullius momenti est, nullamque fidem meretur.

ἀνδρείων.] Sic quatuor libri Parr. et Voss.; — vulgo ἀνδρῴων, quae forma recentioris est temporis.

ἄνευ θεραπηΐης.] Vulgo θεραπείης, duo tresve libri Parr. θεραπηΐης, quam formam sane probe Ionicam recepit Littréus.

τἀναντία τούτων.] Ceteri τουτέων. Iam semel moneo me omnes eiusdem farinae Ionismos, si Dis placet, tacite esse emendaturum. Τουτέου, αὐτέου, τουτέῳ, αὐτέῳ, τουτέων, masculinum et neutrum αὐτέων, τουτέοισι, αὐτέοισι, τουτέους, αὐτέους, alia similia reiicio. Ut auctoritate me muniam, dicam me sequi in hisce quae G. Dindorfius monuit in praemissis editioni Herodoti.

©BIUM

ΠΡΟΡΡΗΤΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ α'.

ΟΥ ΣΥΓΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΥΠ' ΑΥΤΟΥ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ.

PRAEDICTORUM

LIBER I.

NON CONSCRIPTUS EST AB IPSO HIPPOCRATE.

©BIUM

ΠΡΟΡΡΗΤΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Α'.

PRAEDICTORUM

LIBER I.

©BIUM

ΠΡΟΡΡΗΤΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ α'.

α'. Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι γενόμενοι μετὰ κεφαλῆς, ὀσφύος, ὑποχονδρίου, τραχήλου ὀδύνης ἀγρυπνέοντες, ἦρά γε φρενιτικοί; μυκτὴρ ἐν τούτοισι ἀποστάζων ὀλέθριον, ἄλλως τε καὶ τεταρταίοισι ἢ ἀρχομένοισι.

β'. Κοιλίης περίπλυσις ἐξέρυθρος κακὸν μὲν ἐν πᾶσι τοῖσι νοσήμασι, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐπὶ τοῖσι προειρημένοισι.

γ'. Αἱ δασεῖαι γλῶσσαι καὶ κατάξηροι, φρενιτικαί.

δ'. Ἐπὶ ταραχώδεσι ἀγρυπνίῃσι οὖρα ἄχροα, μέλασι ἐναιωρούμενα, ἐφιδρῶσι φρενιτικά.

1. 2. Sententia prima cum sequente referunt Coacam 179. — De locorum scriptione haec dicta sunto: Codd. inter γινόμενοι et γενόμενοι fluctuant; cum Lind., Coacae lect., libb. 5 Parr. dedi aoristum. Plures libri φρενιτικοὶ εἰσί; ego εἰσί omisi, quum Gal. in pluribus libb. antiquis abesse dicat. Quod autem Littréus affirmat, sensum esse diversum prouti εἰσί addas nec ne, mihi secus videtur. Legitur vulgo ἄλλως τε καὶ ἢν τεταρταίοισι ἀρχομένοισι. Mihi ἤν non nisi ἦ esse visum est, quod de sede, in quam retuli, aberraverat. — In altera sent. vulgo ἐν πᾶσι τοῖσι νοσήμασι; plures tamen codd. omittunt τοῖσι νοσ.; ego in hac explicatiore scriptione partis postremae Coacae 179. adscribendum putavi. Uti iam dixi, utraque haec sententia convenit cum Coaca laudata, sed tum haec tum Prorrhetici loci ex alio archetypo fluxerunt, quem puto hoc modo se habuisse: Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇ μετὰ κεφαλῆς, ὀσφύος, ὑποχονδρίου, τραχήλου ὀδύνης, φρενιτικοί· μυκτὴρ ἀποστάζων τεταρταίοισι ἢ ἀρχομένοισι ὀλέθριον· καὶ κοιλίης περίπλυσις ἐξέρυθρος, κακόν. Si quis miretur me supponere auctorem sententiae τοὺς κωματώδεας vocare φρενιτικούς, inspiciat lib. I. Epid. sect. II. κωματώδεες δὲ μάλιστα οἱ φρενιτικοὶ καὶ οἱ καυσώδεες ἦσαν. — Nempe sententias has a descriptoribus multum mutatas esse ubicumque circumspicias apparet. Bene distinguendum est inter eas, quae longe alius originis sunt, ac tales, e quibus unam nunc coram habemus. Sed in eo genere, ad quod nostrae hae pertinent, partim interrogandi formulae, partim ἐστὶ, εἰσὶ, γενόμενοι, τούτοισι, ἐν τούτοισι, τοιοῦτον, reliqua eiusmodi, debentur librariis, forte etiam medicis antiquis in usum suum has sententias describentibus. Ubi iam antiqua forma discerni poterit et restitui, eam indicabo, ubi fieri possit, in textum adeo recipiam.

PRAEDICTORUM

LIBER I.

1. Qui inter initia sopore detenti capitis, lumborum, praecordiorum, cervicis dolore atque insomnia conflictantur, suntne hi phrenitici? In his narium stillatio perniciem ostendit, maxime si quarto morbi die, aut initio contingat.

2. Alvi praerubra proluvies cum in omnibus quidem morbis, tum vero vel maxime in praedictis malo est.

3. Lingua resiccatione densa et aspera phrenitidem portendit.

4. In turbulentis pervigiliis, urinae decolores nigris sublimamentis interspersae iis, qui tenuibus sudoribus diffluunt phrenitidem praenunciant.

3. Coaca est 234.; copula καί in paucis tantum libris scriptis hic deficit, uti in Coaca.

4. In fine Coacae 582. similia leguntur. — Vulgo initio: τὰ ἐπὶ ταραχώδεσι ἀγρύπνοισι οὖρα κ. τ. λ. Mirum dici τὰ ἄγρυπνα pro ἀγρυπνίη, nam quum ἐφιδρῶσι sequatur, ταραχώδεσι et ἀγρύπνοισι ad personas referri non poterunt. Itaque τά, quod saepius a librariis invectum est in his libris, reieci et ex ἀγρύπνοισι effeci ἀγρυπνίῃσι; quo facto locum restituere mihi sum visus. Cf. Prorrh. 157. ἐν τῇσι ἀσώδεσι ἀγρυπνίῃσι — et adn. ad Coacam 563. Vulgo μέλανα ἐναιωρούμενα; credo praestare μέλασι ἐναιωρούμενα; lectio ἐννωρημένα librariis debetur. — Coaca etiam μέλασι ἐναιωρεύμενα habet, unde forte in Serv. cod. apud Foës. devenit. — Plures libri participio isti subiungunt παρακρουστικά; eodem modo locum citat Gal. comm. I. t. 4. Ep. III.; sed hic omittit ἐφιδρῶσι φρενιτικά. — Nunc semel de illo usu verbi ἐναιωρεῖσθαι in his libris dicam: legitima formula esset ἐναιωρεῖσθαί τι τῷ οὔρῳ. Ubi οὖρα ἐναιωρούμενα dicuntur, ἐναιωρούμενα significat aliquid in urina suspensum esse, dum ad amussim si exigas, esset *urina quae ipsa innatat;* sunt igitur minus probae dictiones, οὖρα μέλασι ἐναιωρούμενα et οὖρα ἐναιωρούμενα, sed quibus tamen tam frequenter usi sunt multarum, non omnium, sententiarum auctores, ut non videantur corrigendae. — Quod ad ἐφιδρῶσι, deteriores omnino lectiones sunt ἐφιδρῶντα et ἐφεδρῶντα. Quaeritur vero num ἐφ' ἱδρῶσι, an ἐφιδρῶσι sit scribendum, quia saepe in his libris inter ἐφιδρῶντι et ἐφ' ἱδρῶντι, inter ἐφιδρῶσι et ἐφ' ἱδρῶσι lectio fluctuat. Ἐφιδρῶντι et ἐφιδρῶσι, dat sing. et plur. et 3ª ps. plur. praesentis indicativi constare legitime possunt a verbo ἐφιδρόω ducta; nam Doriensium est ὦν pro οὖν, βωλά pro βουλή, cett. cf. Greg.

©BIUM

ε'. Ἐνύπνια τὰ ἐν φρενιτικοῖσι ἐναργέα, ἀγαθόν.

ς'. Ἀνάχρεμψις πυκνή γε, ἢν δή τι καὶ ἄλλο σημεῖον προσῇ, φρενιτικόν.

ζ'. Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα καύματα ἐν ὑποχονδρίῳ, πυρετοῦ περιψυχθέντος, κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐφιδρῶσι.

η'. Αἱ προαπαυδησάντων παραφροσύναι κάκισται· οἷον καὶ Θρασύνοντι.

θ'. Τὰ φρενιτικὰ νεανικῶς τρομώδεα τελευτᾷ.

ι'. Τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσι ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος ἀγρύπνους ταχὺ ἐκμαίνει.

ια'. Τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγγα ὀδυνώδεα, ἰσχνὰ, πνιγώδεα, ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως ξυνάγειν τε καὶ κλείειν τὸ στόμα, παρακρουστικά· ἐκ τούτων φρενιτικοὶ καὶ ὀλέθριοι.

ιβ'. Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσι ἐν ἀρχῇ τὸ ἐπιεικὲς, πυκνὰ δὲ μεταπίπτειν, κακόν· καὶ πτυελισμὸς κακόν.

5. Manifesta in phreniticis insomnia bona sunt.

6. Exscreatio frequens, si quidem aliud quoddam signum affuerit, phrenitidem portendit.

7. Relicti in praecordiis aestus cum febre, in qua totius corporis habitus perfrigeratur, malo sunt, praesertim si cum tenuibus sudoribus contingant.

8. Desipientiae, quae iam deficiente loquela succedunt, pessimae sunt. Quale quid contigit Thrasynonti.

9. Qui phrenitici vehementi tremore corripiuntur, moriuntur.

10. Vomitus virulenti et aeruginosi cum capitis dolore, surditate et insomnia promptam insaniam significant.

11. Ubi fauces in morbis acutis dolent, graciles sunt, suffocationem patiuntur, osque ubi hiarit non prompte adduci nec claudi potest, mentis emotionem futuram significat. Inde phrenitis et pernicies exspectandae sunt.

12. In phreniticis initio moderatum esse, sedatum et facilem, crebro vero permutari, malum est. Etiam sputatio frequens mala est.

Cor. Ed. Schaefer. p. 191. cett. et alios apud Littr. Ego h. l. certe ἐφιδρῶσι retineo et uti Foës. dudum vertit accipio.

5. Coaca est 90., sed ἀγαθόν h. l. in libris deficit. Dudum suppleverant alii interpretes; Littréus noluit facere quum cod. A. in Coacae lectione item omittat. Sine dubio ἀγαθόν hic interiit: quis credat auctorem sententiae dicere voluisse insomnia esse manifesta in phreniticis? — Vulgo ἐνύπνιά τε; unus liber ἐνύπνιά τε τὰ ἐν φρ. Ionismum ἐναργέα e pluribus codd. dedit Littréus.

6. Coaca est 244. Cum Littréo γε e pluribus libris recipio; φρενιτικόν cum Lind. e Coaca recepi, Foës. quoque praefert. Plurale φρενιτικά constare nequit, ortumque puto inde, quod librarii hanc sententiam cum superiore coniunxerunt et φρενιτικά ad ἐνύπνια retulerunt, postquam ἀγαθόν ibi exciderat. — Verum universe dicam, me in hoc sententiarum genere parum fidei adhibere codicibus in nominum numero, quem exhibent. Certum est in his saepe errores esse admissos.

7. Haec sententia in Praenn. Coacis non habetur. Aliquot libb. κακά legunt; tum vulgo κἄν, sed plerique libb. Parr. καὶ ἤν ferunt; tum hoc, tum ἐφιδρῶσι cum Littréo recepi e pluribus codd. et Edd. antt. pro vulgato ἐφ' ἱδρῶσιν.

8. Vulgo προεξαδυνατησάντων; sed προαπαυδησάντων ex h. l. in gloss. suum recepit Erot., cuius lectionis altera interpretatio est. Vidit iam Foës. προαπαυδησάντων veram loci lectionem esse, Lind. eam recepit; ille iure apud Erot. προαφωνησάντων requirit. Hoc ipsum autem quum summae debilitatis signum sit, interpretati sunt sicuti vulg. fert lectio. In Coaca 100. eadem sententia sine casus Thrasynontis mentione facta. Lind. θρασυνόντων, falso, licet Calvus legisse videatur. Cf. Opsop. adn. ad h. l. Nimirum οἷον καί solita est formula in exemplorum citatione.

9. Cf. Coaca 97., unde patet quomodo hic locus sit accipiendus. Miro modo sane descriptus est, ita ut τὰ τρομώδεα dicantur τελευτᾶν. Sed talia ubivis fere in hoc libro animadvertimus. Errant me iudice, qui vertunt: *phrenitides vehementes in tremorem desinunt.* Forte scriptum fuit olim: οἱ φρενιτικοὶ νεανικῶς τρομώδεες, ὀλέθριοι.

10. Est Coaca 169. Vulgo ἀγρυπνώδεα, quod nauci non est; rectius Littréus e pluribus libb. ἀγρύπνῳ. Coacae tamen ἀγρύπνοισι ad primam sententiae scripturam propius accedere puto, quam ipsam tamen, a descriptoribus item corruptam habeo, quum ἐκμαίνειν sit transitivum; inde emendatio intelligitur.

11. Pro ἰσχνά Littréus recepit σμικρά, dum vulgo ἰσχνὰ σμικρά legitur. Equidem non intelligo σμικρά cum ἰσχνά iunctum: sed puto illud glossam esse ad hoc adscriptam. Nempe τὸ ἰσχνόν in faucibus opponitur τῷ ὀγκουμένῳ in aliis anginae speciebus. In seqq. Littréus dedit plurimorum libb. lectionem: ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως συνάγοντι ἰσχνῷ. παρακρουστικά. Sed haec Coacae lectio non praestat vulgatae, quam exhibeo. Cf. adn. ad C. 275. Non vidi causam, cur καί ante ὀλέθριοι omitterem, licet in multis libb. deficiat.

12. Pro ἀρχῇ Littréus e permultis libris ἀρχῇσι, sicuti Coaca 92., quod mihi hic non praeferendum videtur. Omnes libri uno excepto; κακὸν τὸ τοιοῦτον καὶ κ. τ. λ. — Illud perineptum τὸ τοιοῦτον delendum erat.

©BIUM

ιγ'. Ἐν φρενιτικοῖσι λευκὴ διαχώρησις, κακὸν, ὡς καὶ τῷ Ἀρχεκράτεϊ· ἦρά γε ἐπὶ τούτοισι καὶ νωθρότης γίγνεται; ῥῖγος ἐπὶ τούτοισι κάκιστον.

13. Alba deiectio in phreniticis mala est, uti et Archecrati fuit. Num et in his torpor fit? His si rigor contingat, pessimum.

ιδ'. Τοῖσι ἐξισταμένοισι μελαγχολικῶς, οἷσι τρόμοι ἐπιγίγνονται, κακόηθες.

14. In furiosa et vehementi mentis emotione succedentes tremores malignitatem denunciant.

ιε'. Οἱ ἐκστάντες, ὀξέως ἐπιπυρέξαντες ξὺν ἱδρῶτι, φρενιτικοὶ γίγνονται.

15. Mente commoti, si febris acuta cum sudore superveniat, phrenitici fiunt.

ις'. Οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται, ψόφου καθαπτόμενοι, τρομώδεες.

16. Phrenitici parum bibunt, ex levi strepitu facile irritantur, tremuli sunt.

ιζ'. Ἐξ ἐμέτου ἀσώδεος κλαγγώδης φωνὴ, ὄμματα ἐπίχνουν, μανικόν· οἷον καὶ ἡ Ἑρμοζύγου ἐκμανεῖσα ὀξέως ἄφωνος ἀπέθανε.

17. Ubi post vomitum anxiosum vox stridula est, oculi squalidi et pulvere obsiti, insania portenditur; non secus ac Hermozygi coniugi accidit, quae vehementi insania correpta, voce deficiente, periit.

ιη'. Ἐν πυρετῷ καυσώδεϊ, ἤχων προσγενομένων μετὰ ἀμβλυωγμοῦ καὶ κατὰ τὰς ῥῖνας προσελθόντος βάρεος, ἐξίστανται μελαγχολικῶς.

18. In febre ardente si tinnitus aurium cum visus hebetudine fiant, et ad nares accedat gravitatis sensus, furiosa mentis emotio indicatur.

ιθ'. Αἱ παρακρούσιες ξὺν φωνῇ κλαγγώδεϊ, γλώσσης σπασμοὶ τρομώδεες καὶ αὗται τρομώδεες γενόμεναι ἐξίστανται· σκληρυσμὸς τούτοισι ὀλέθριον.

19. *Locus corruptus.*

13. Vulgo τῷ ante Ἀρχ. omittitur et ἅμα scribitur. Nonnulli libb. ἐπιγίγνεται; plerique καὶ ῥῖγος. In ceteris maiorem codd. numerum sum secutus cum Littréo, cum quo καί ante ῥῖγος omisi. Cf. Coaca 91., quae primam loci scripturam refert; nostra ab interpolatore sunt profecta. Interpolatorem hic medicum fuisse constat, qui sententiam partim confirmatam vidit in exemplo. quod observavit, partim non firmatam, ita ut dubitaverit et quaestionis formula usus sit.

14. Cf. Coaca 88. 93. Inde nonnullorum libb. lectio κακοήθεις. Aliquot codd. καὶ κακόηθες.

15. Cf. Coaca 94. Foës. monet se in codd. ἐπιπυρέξαντες ὀξέως legisse, quod probat, nec mihi displicet; sed certum iudico ὀξέως, quocumque loco legatur, ad ἐπιπυρέξαντες referendum esse, secus ac placuit reliquis interpretibus.

16. Cf. Coaca 96. Non certum mihi videtur hunc locum non esse truncatum, ita ut in fine aliquid deficiat, quod ad prognosin pertinuerit.

17. Cf. C. 561. Varr. lectt. nullius sunt pretii. De coniectura locum constitui, qui in libb. ita se habet: τὰ ἐξ ἐμέτου ἀσώδεος κλαγγώδης φωνὴ, ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα μανικά· κ. τ. λ. Quis nexus sit inter τά et reliquas sententiae partes, nemo facile dicat; reiiciendum est. Nec melius se habet ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα: nempe ἐπίχνους adiectivum est, ὄμμα ἐπίχνουν est *oculus lanugine obsitus;* sensum non male expressit Foës.; — ἔχοντα otiosum librariorum nihil intelligentium additamentum est. Iam intelligetur, spero, emendatio loci. Sed luce clarius patet rursus ex h. l. hunc librum et Praenn. Coacas e communi fonte emanasse, librarios vero iam antiquissimo tempore foede textum deturpavisse, neque Galenum vidisse textum, qui nobis legitimus videri debeat, quemadmodum nec omnis Galeni auctoritas apud me multum valet. Si partem postremam huius loci cum extremis Coacae verbis conferas, constat scriptionem huius sententiae, qualis in Prorrh. legitur, esse antiquiorem. Patet inde simul e nominibus et singularibus exemplis additis non posse concludi, hunc librum esse Coacis sive vetustiorem, sive recentiorem. Cf. adn. ad Prorrh. 13. supra.

18. Cf. Coaca 131. 194.

19. In hac sententia septem libri Littréi omittunt καὶ αὗται τρομώδεες, quo facto γενόμενοι habent masculino genere; tum pro τούτοισι aliquot libri ταύτῃσι. Cf. porro Coaca 99. — Tum hunc locum, tum Coacam male scriptam esse, patet. Quid παρακρούσιες — ἐξίστανται? Quid γλώσσης σπασμοὶ τρομώδεες καὶ αὗται τρομώδεες γενόμεναι? Pone ἐξίστανται exspectaveris aliquid, quod delirii rationem et formam indicet, v. c. μελαγχολικῶς. Coacae lect. γλώσσῃ σπασμώδεες si conferam cum nostro γλώσσης σπασμοὶ τρομώδεες puto σπασμοὶ abundare et σπασμώδεες in Coacam illatum esse falso pro τρομώδεες. Σκληρυσμόν totius corporis spectari, uti Coaca 3., satis apertum. Vellem fere: Οἱ παρακρούοντες φωνῇ κλαγγώδεϊ. γλῶσσαν τρομώδεες καὶ αὐτοὶ τρομώδεες γενόμενοι ἐξίστανται μελαγχολικῶς· σκληρυσμὸς τούτοισι ὀλέθριον. — Sed nimis incerta est coniectura, quam ut eam recipere audeam. Advertit autem sequens sententia, quae ita se habet, quasi esset adnotatio adscripta ad γλῶσσαν, aut γλώσσῃ τρομώδεες.. Maximeque advertit, cum Coaca 233. in fine interrogandi formula proponatur. — Talia explicari non amplius possunt, quum quae fata fuerint horum prorrheticorum et praenotionum nesciamus.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 149 sur 880

©BIUM

κ'. Αἱ τρομώδεες γλῶσσαι σημεῖον οὐχ ἱδρυμένης γνώμης.

κα'. κβ'. Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι ἀκρήτοισι διαχωρήμασι τὸ ἀφρῶδες ἐπάνθισμα, κακὸν, ἄλλως τε καὶ ὀσφὺν προηλγηκότι καὶ παρενεχθέντι· τὰ ἀραιὰ κατὰ πλευρὸν ἐν τούτοισι ἀλγήματα παραφροσύνην σημαίνει.

κγ'. Αἱ μετὰ λυγγὸς ἀφωνίαι κάκισται.

κδ'. Αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι κάκισται.

κε'. Ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα [οἷον τοῖσι πνιγομένοισι] πρόχειρον, πονηρόν· ἆρά γε καὶ παρακρουστικόν;

κς'. Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασεῖαι παρακρούσιες, θηριώδεες.

κζ'. Αἱ μετὰ καταψύξιος οὐκ ἀπύρῳ, ἐφιδρῶντι τὰ ἄνω δυσφορίαι, φρενιτικαί, ὡς καὶ Ἀριστα γόρῃ, καὶ μέντοι καὶ ὀλέθριαι.

κη'. Τὰ ἐν φρενίτισι πυκνὰ μεταπίπτοντα σπασμώδεα.

κθ'. Τὰ οὐρούμενα μὴ ὑπομνησάντων,

20. Linguae tremulae instabilem mentem et a sede constantiae deturbatam significant.

21. 22. In biliosis sinceris deiectionibus spumosa efflorescentia malo est, iis praesertim, quos antea lumborum dolor ac desipientia vexavit. In his leves et per intervalla lateris dolores delirium significant.

23. Vocis defectiones cum singultu pessimae.

24. Vocis defectiones cum virium exsolutione pessimae.

25. In vocis defectione respiratio, [velut in iis, qui suffocantur,] conspicue elata et visui exposita perniciosa est. Num vero etiam delirium praenuntiet, animadvertere oportet.

26. Quae pauco tempore feroces fiunt mentis emotiones in ferinas evadunt.

27. Corporis iactationes et incontinentiae in febre cum perfrictione et superiorum partium tenui sudore, phrenitidem denunciant, — quod in Aristagora expertum est, — atque etiam perniciem.

28. Crebrae in phrenitide permutationes convulsiones denunciant.

29. Si quibus urinae non admonitis effluant,

20. Cf. Coaca 233. et adn. ad Prorrh. 19.

21. 22. In unam coniunxi has sententias, quae cum Coaca 607. conveniunt. Littréus maiori codd. numero fidem adhibens omisit *ἀκρήτοισι*. Nolui facere, quum *χολώδεα ἄκρητα διαχωρήματα* in his monumentis medicorum Coorum et Hippocratis saepius memorentur. Vid. v. c. libb. Epidd.; tum vero facilius omitti potuisse videtur quam addi a librariis: Coaca tam prave scripta est denique, ut huius auctoritas nulla sit in hac quaestione. Multi libri omittunt *καί* ante *παρενεχθέντι*.

23. 24. Utroque loco *κάκιστον* de meo in *κάκισται* mutavi; sive malis *κάκιστον* servare et *αἱ* initio simul delere, non adversabor. — Ad Prorrh. 24. Littréus: „Galien," inquit, „ne parle pas de cette proposition dans son commentaire. Ne figurait-elle pas dans ses exemplaires?" Puto eum vere iudicare Galenum hanc sententiam non legisse. Quin suspicor posteriorem e dittographia esse natam. Sed legitur etiam Coaca 245.; — at vero conferre etiam oportet Prorrh. 96. infra et Coacam 250. — Nolo in his quidquam de sede sua movere, sed coniicio Prorrh. 23. veram esse lect. et Coacam 245. convenire debere cum Prorrh. 23., sed nescio quomodo esse mutatam in locum Prorrh. 24. similem. Tale quid iam accidit forte in communi fonte, unde fluxit uterque liber.

25. Cett. legunt *παρακρουστικὸν τὸ τοιοῦτον*. Coaca 252. eandem refert sententiam, ibique *τὸ τοιοῦτον* abest. Loco nostro additamentum est recentius, quapropter delevi; cf. adn. ad l. 2. supra. Verba *οἷον τοῖσι πνιγομένοισι* sunt glossema ad *πρόχειρον* adscriptum, itaque uncinis inclusi.

26. Sententia saepius in his libris obvia; Prorrh. 123. Coacis 85. 155. 246. Permulti libri *ἐπ' ὀλίγον θράσος*. Quod Struvio auctore recepit Littréus, *θρασέες παρακρούσιες*, incongruum est. Scilicet nobis medicis ne philologis quidem adhibere fidem licet, ubi docent Graecos nomini substantivo feminino adposuisse adiectivum masculino genere.

27. Cf. Coacae 2. 69. Vulgo *ἀπυρέτῳ*; dedi *ἀπύρῳ* e multis libb. Parr. — Pro *ἐφιδρῶντι*, quod de meo intuli, cett. *ἐφιδρώοντι*, quae forma proba non est: nempe apud Homerum quae occurrunt, v. c. *ἀντιόων*, *αἰτιόωνται*, *καρηκομόωντας*, cum hac forma *ἐφιδρώοντι* comparari non possunt; *ἐφιδρόοντι*, *ἐφιδροῦντι*, *ἐφιδρῶντι* legitima sunt. Homerica illa a verbis in *αω*, non a puris in *οω* exeuntibus, huc nihil faciunt.

28. Cf. Coacam 101. Plerique libri Parr., uti in Coaca, *φρενιτικοῖσι* legunt pro vulgato *φρενίτισι*. Ceterum cum h. l. cf. Prorrh. 12. et Coacam 92. Nempe inde originem traxisse videtur hoc praesagium et advertit *σπασμώδεα*, quum fuisse videatur aliquis antiquo tempore, qui ubivis *σπασμοῦ* significationem videre vellet. Cf. adn. ad Prorrh. 18. Cf. Prorrh. 16. cum Coaca 96. ubi *ἢ σπασμώδεες* additur. Cf. Prorrh. 54. et Coacam 248. Prorrh. 100. 116. 118. 161. Coacam 185. cum adnn. Observo idcirco, quia ex eiusmodi indiciis efficere licet, quam saepe forma mutatae sint sententiae a primis auctoribus alio modo, uti videtur, descriptae.

29. Cf. Coacam 596. In utraque sententiae forma quaestio, quae proponitur, recentiori adnotatori et medico et intelligenti debetur. Aliis locis non item. *Ὑπομνησάντων* ad adstantes referendum, modo conferas Epid. III. aegr. penult.

©BIUM

ὀλέθρια· ἦρά γε τούτοισι οὐρέεται οἷον εἰ τὴν ὑπόστασιν ἀναταράξειας;

λ'. Οἱ παλμώδεες δι' ὅλου ἆρά γε ἄφωνοι τελευτῶσι;

λα'. Οἱ ἐν τοῖσι Φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξιος πτυελίζοντες μέλανα ἀνεμοῦνται.

λβ'. Κώφωσις καὶ οὖρα ἐξέρυθρα, ἀκατάστατα, ἐναιωρούμενα, παρακρουστικά· τοῖσι τούτοισι ἰκτεροῦσθαι κακόν· κακὴ δὲ καὶ ἡ ἐπὶ ἰκτέρῳ μώρωσις· τούτους ἀφώνους μὲν, αἰσθανομένους δὲ ξυμβαίνει γίγνεσθαι· οἶμαι δὲ καὶ κοιλίαι καταρρήγνυνται τούτοισι, οἷον ἐγένετο Ἑρμίππῳ καὶ ἀπέθανε.

λγ'. Κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι παρακολουθοῦσα κακόν.

λδ'. Αἱ τρομώδεες, ἀσαφέες, ψηλαφώδεες παρακρούσιες, πάνυ Φρενιτικαὶ, ὡς καὶ τῷ Διδυμάρχῳ ἐν Κῷ.

λε'. Αἱ ἐκ ῥίγεος νωθρότητες οὐ πάνυ παρ' ἑωυτοῖσι ....

λς'. Οἱ περὶ ὄμφαλον πόνοι παλμώδεες ἔχουσι μέν τι καὶ γνώμης παράφορον· περὶ κρίσιν δὲ τούτοισι φλέγμα ἁλὲς ξὺν τόνῳ διέρχεται· καὶ οἱ κατὰ γαστροκνημίην πόνοι ἐν τούτοισι γνώμης παράφοροι.

pernicies portenditur. Animadvertendum etiam est, num et ab iis tales reddantur, quales fiunt, ubi subsidentiam conturbaveris.

30. Quos palpitationes in totum occupant, num voce defecti pereunt?

31. Qui in phrenitide crebro sputant cum perfrictione, nigram materiem vomitu effundent.

32. Surditas cum urinis praerubris, non subsidentibus, et in quibus aliquid sublime feratur, mentis emotionem minantur. In his morbo regio corripi malum est. Quin etiam malo est e morbo regio fatuitas aut stupiditas. Hos quidem vox deficere solet absque sensuum laesione. Quin et alvus nonnumquam affatim prorumpit, quale quid Hermippo contigit et mortuus est.

33. In praecipitibus et turbulentis morbis obveniens surditas perniciem minatur.

34. Dementiae, in quibus tremuli fiunt aegri, obscure aut vix quidem desipere videntur, aut aliquid investigantium more contrectant et palpant, miro quodam modo phrenitidem praenunciant; non secus ac Didymarcho in Co contigit.

35. *Locus corruptus.*

36. Dolores circa umbilicum cum palpitatione mentis quidem alienatae significationem quamdam praebent. Sub iudicationem vero his conferta pituita cum contensione prodit. Quin et dolores ad suras in his delirium portendunt.

30. Vulgo ἀφώνως: Littréus e pluribus libb. ἄφωνοι, quod etiam legitur Coaca 347.

31. Libri ferunt τὰ ἐν τοῖς (multi libb. τοῖς om.) φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξιος πτυελίζοντα μέλανα ἀνεμεῖται. Littréus in his plerorumque codd. auctoritate omisit τοῖς, quod etiam fit Coaca 102. — Verum quis credat antiquos illos medicos τὰ πτυελίζοντα — ἀνεμεῖται scripsisse? Coacae lectio docet insuper eos non fecisse. Itaque absurdam orationem, quam librarii finxerunt, ad solitam formam revocavi. Ἐμοῦμαι futurum est.

32. Littréus e maiore codd. numero οὖρα ἐξέρυθρα, ἀκατάστατα; — inverso ordine vulgata. Pro ἐναιωρούμενα codd. plurimi ἐναιωρήματα, in quo forte latet ἀκατάστατα ξὺν ἐναιωρήμασι. — Παρακρουστικόν sing. num. aliquot libri, quod sane ferri potest. In ἡ ἐπὶ ἰ. μ. multi libri ἡ omittunt, quos secutus est Littréus. Pro οἶμαι δὲ καὶ κ. κ. τούτοισι libri nonnulli τοῖσι δὲ καὶ κ. κ. In Coaca l. rursus alia lectio. — Foësius iam citat ad h. l. Hermocratis morbi historiam Epid. III. aegro 2., quem casum omnino respicere videtur auctor huius sententiae. Sitne forte nomen h. l. corrupte scriptum? Hermippi nomen occurrit Ep. I. § 20. mihi; nec tamen idem casus esse videtur. — Cum loco nostro cf. C. 198.

33. Cf. Coaca 190.

34. Cf. Coaca 76.

35. Cf. Coacas 14. 641. — Sententia conflata videtur e fragmentis locorum citatorum, vel aliorum in quibus similia occurrerint. Certe id affirmo verba οὐ πάνυ παρ' ἑωυτοῖσι minime cum superioribus congruere. Prima pars fuerit forte ita scripta, αἱ ἐκ ῥίγεος νωθρότητες, κακοήθεες. Quis investigare poterit, quomodo postrema huc devenerint? Forte e formula νωθροὶ οὐ πάνυ παρ' ἑωυτοῖσι Coacae 641.

36. Huius sententiae pars prior quaedam refert in reliquis Edd. Coacam 300., posteriorem ibi adsutam vidimus ad Coacam 76. — Vulgo πνεῦμα ἅλις ξὺν τόνῳ διέρχεται. Galenus memorat lectionem φλέγμα γόνῳ εἴκελον. Codd.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 151 sur 880

©BIUM

λζ'. Τὰ κατὰ μηρὸν ἐν πυρετῷ ἀλγήματα ἔχει τι παρακρουστικόν, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐναιωρηθῇ τι τῷ οὔρῳ. * καὶ ὅσα ἄλλα κατ' αὐτὸ γίγνεται παρακρουστικὰ σημεῖα καὶ οἷα περὶ ἤχους τοιαῦτα.

λη'. Ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, κοπώδεϊ κεφαλαλγικῷ, διψώδεϊ, ἀγρύπνῳ, ἀσαφεῖ, ἀδυνάτῳ ἐλπὶς ἐκστῆναι.

λθ'. Οἱ ἐφιδρῶντες καὶ μάλιστα κεφαλὴν ἐν ὀξέσι ὑποδύσφοροι, κακοὶ, ἄλλως τε καὶ ἐπ' οὔροισι μέλασι, καὶ τὸ θολερὸν ἐπὶ τούτοισι πνεῦμα, κακόν.

μ'. Αἱ παρὰ λόγον ἀδυναμίαι, κακόν.

μα'. Κοιλίαι ἀπολελαμμέναι, σμικρὰ δὲ μέλανα, σπυραθώδεα πρὸς ἀνάγκην χαλῶσαι, μυκτήρ τε ἐπὶ τούτοισι ἐπιρρηγνύμενος, κακόν.

μβ'. Οἷσι ὀσφύος ἄλγημα ἐπὶ πουλὺ μετὰ καύματος ἀσώδεος, κακόν· ἐφιδρῶντες οὗτοι

37. Dolores ad femur in febre aliquantum praenunciant delirium, maxime si quid in urina innatet.....

Cetera corrupta sunt.

38. Ubi alvus humescit, aeger lassitudine capitis dolore, siti, vigiliis torquetur, obscure loquitur, et admodum est impotens, vehementem mentis emotionem exspectare oportet.

39. Qui in morbis acutis tenui sudore maximeque circa caput diffluunt et aliquantum moleste habent, in periculo versantur, praecipue vero urinis nigris emissis. Malum vero in his signum est spiritus perturbatus.

40. Quae praeter rationem fiunt impotentiae, malae sunt.

41. Ubi alvus intercepta est et arcte conclusa, parvaque et nigra caprarum stercoribus similia, nec nisi coacta emittit, — sanguis e naribus erumpens periculo est.

42. Quibus lumborum dolor est diuturnus cum aestu implacido, id malo est. Tenui sudore

porro ferunt ἄλις συχνὸν, — alius ἅλις ἤτοι ἀθρόως, alius ἅλες, quod Lind. recepit. Pro τόνῳ permulti libri πόνῳ, quod verum non videtur, sed e τόνῳ ortum, perinde ac γόνῳ, quod postremum aliquis expleverit γόνῳ εἴκελον. Certum συχνόν esse glossema ad Ionicum ἁλές, quod in ἅλις, ἅλες latet, et quod omnino ἀθρόον significat. Tandem πνεῦμα et φλέγμα saepius permutantur; hoc vero omnino hic scriptum fuit et in Coaca sine lect. variet. habetur. — Omnia ceterum, quae in hac sententia occurrunt ex observatione sunt ducta, nec tamen satis late patent, ut ad quam morbi speciem pertineant, hodie definiri possit.

37. Hanc quidem sententiam, cum qua Coacam 30. conferre oportet, ita exhibui cum Littréo, ut aliquid darem, non quia certi quid detegere mihi videbar. Vulgo editur: ἢν ἐναιωρηθῇ τι τῷ οὔρῳ τοῦ κατὰ τὸν μηρὸν ἀλγήματος ἀφανισθέντος, παρακρουστικὸν καὶ οἷα περὶ ἤχους τοιαῦτα. Sed novem libb., non omnium optimi, praebuerunt Littréo: τὰ κατὰ μηρὸν ἐν πυρετῷ ἀλγήματα ἔχει τι παρακρουστικὸν, ἄλλως τε καὶ ἢν οὖρον ἐναιωρηθῇ λεῖον καὶ ὁκόσα περὶ κύστιν ἴσχουσι τοιαῦτα ἅμα πυρετῷ κοιλίη παραχώδης (κοιλίαι παραχώδεις lib. K. Par.) τρόπῳ (τρόπον idem lib.) χολερώδεα κωματώδεες νωθροὶ οὐ πάνυ περὶ αὐτοῖσι. Eandem lect. Mercur. in marg. habet ad huius libri initium, magis corrupte et in qua non legitur ἐπαναιωρηθῇ, quod inde citat Littréus p. 510. vol. V. Leguntur postrema lacuna relicta Coaca 641. — Puto Littréum vere affirmare, quod e Galeni comm. conficit, in vulg. verba τοῦ κατὰ τὸν μηρὸν ἀλγήματος ἀφανισθέντος interpretibus antiquioribus deberi. Credo item in codd. lect. λεῖον deberi commentario Galeni, aliusve, et Galenum legisse: ἄλλως τε καὶ ἢν οὖρον ἐναιωρηθῇ καὶ ὅσα ἄλλα κατ' αὐτὸ γίγνεται παρακρουστικὰ σημεῖα. Nisi forte καὶ ὅταν — γίγνηται legerit; nam ceteroquin non intelligo ista verba. Neque video quid sibi velit καὶ οἷα περὶ ἤχους τοιαῦτα, quod veteres rursus in καὶ οἷα περὶ κύστιν mutarunt. Scio equidem ἤχους τῶν ὥτων esse signum nonnumquam delirii; sed perspicuum tamen hic nihil est. Quod attinet ad verba: ἅμα πυρετῷ — οὐ πάνυ περὶ αὐτοῖσι Cf. Coacam 641., ubi ipsa illa leguntur, et sententia similis sequenti loco Prorrhetici sequitur.

38. Cf. Coacas 175. 642. — Codd. varr. lectt. nihil magnopere memorabile habent; nempe κοπρώδεϊ, quod nonnulli habent et Lind. Mack. receperunt, minime veram lect. refert. — Ceteri omnes: ἀδυνάτῳ, οἷσι τὰ τοιαῦτα ἐλπὶς ἐκστῆναι. Ego recentius additamentum οἷσι τὰ τοιαῦτα expunxi. Videtur Coaca 175. fere primam sententiae formam referre, licet interrogandi formulae non multum fidei tribuam.

39. Cf. Coaca 49. Vulgo ἐφιδροῦντες. Doricam formam cum Littréo e libris Parr. exhibeo. — Legebatur ὑποδύσφοροι κακόν, ἄλλως κ. τ. λ. Sed κακόν, licet in Coacae vulgato textu item appareat, ortum videtur e κακοί.

40. Libri: αἱ παρὰ λόγον κενεαγγικὸν ἀδυναμίαι, μὴ ἐούσης κενεαγγείης, κακόν. Vel coecus videat id esse δὶς ταὐτόν; itaque eieci quod supervacaneum est. Sic pristina forma praesagii restituta est. — Cf. Coacam 54. Ibi quoque in vulgato textu leguntur talia, quae non sunt a manu primi auctoris.

41. Cf. Coaca 603. ἐπιρρηγν. plurimorum libb. auctoritate recepit Littréus; vulgo ῥηγνύμενος. — Pro πρὸς ἀνάγκην vulgatae Littréus κατ' ἀ. dedit e libb. plurimis. Non video cur de vulgata lect. decedam: est formula usitata apud nostrum; Coaca item fert.

42. Cf. Coaca 318. 323. Unus lib. Littréo praebuit ἐπὶ πουλύ Ionice; codd. 3. ἐφιδρῶντες ei dederunt; item ῥάγε plurimi. — Rectissime Littréus αὐτοπτική, quod huic sen-

©BIUM

..... ἤράγε τούτοισι τρομώδεα γίγνεται; καὶ ἡ φωνὴ δὲ ὡς ἐν ῥίγεϊ;

μγ'. Ἄκρα ἐπ' ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτοντα, κακόν· καὶ δίψα δὲ ἡ τοιαύτη πονηρόν.

μδ'. με'. Ἐκ κοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις φωνῇ ὀξείῃ, κακόν· ὑποχόνδρια. τούτοισι εἴσω εἰρύαται.

μς'. Ὄμμα ἀμαυρούμενον φλαῦρον καὶ τὸ πεπηγὸς καὶ ἀχλυῶδες, κακόν.

μζ'. Ὀξυφωνίη κλαγγώδης, πονηρόν.

μη'. Ὀδόντων πρίσις ὀλέθριον, οἷσι μὴ ξύνηθες καὶ ὑγιαίνουσι· πνιγμὸς ἐν τούτοισι πάνυ κακόν.

μθ'. Προσώπου εὐχροια καὶ τὸ λίην σκυθρωπὸν, πονηρόν.

ν'. Τὰ τελευτῶντα διαχωρήματα εἰς ἀφρώδεα, ἄκρητα, παροξυντικά.

να'. Αἱ ἐκ καταψύξιος ἐν ὀξέσι οὖρων ἀπολήψιες, κάκισται.

νβ'. Τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνήσαντα θάνατον σημαίνει.

νγ'. Τὰ ἐν ὀξέσι ἔκλευκα, ἀφρώδεα, περίχολα διαχωρήματα, κακόν· κακὸν δὲ καὶ οὖρα τὰ τοιαῦτα· ἆρα τούτοισι ἧπαρ ἐπώδυνον;

oborto hi.... Fiuntne in his tremores? estne vox his ut in rigore?

43. Celeres extremorum ad utraque extrema permutationes perniciem denunciant. Quin et sitis eiusmodi malo est.

44. 45. Ab homine moderato ferox et audax responsum voce acuta malum portendit. Praecordia his intro trahuntur.

46. Hebescentes oculi et obtusi improbandi sunt. Quin et fixi et caligine obducti malum portendunt.

47. Vox acuta et stridula malo est.

48. Dentium stridor quibus per sanitatem minime est consuetus periculum denunciat. Suffocatio in his valde prava.

49. Bene colorata facies et valde tetrica ac superciliosa perniciem intentat.

50. Alvi recrementa si in spumosa et sincera desinant, morbi incrementum significant.

51. Urinarum in praecipitibus malis ex perfrictione interceptiones, pessimae.

52. Quae perniciem minantur, ea si absque ulla significatione allevant, mortis periculum denunciant.

53. In gravibus morbis exacte caudicantes, spumantes et circumbiliosae egestiones malo sunt. Quin et urinae eiusmodi damnandae sunt. In his animadvertendum num iecur affectum sit.

tentiae adhaerebat, delevit, quum e comm. Galeni sit ductum, neque pertineat ad Hippocratis textum. — Sed aliud quid me advertit: vulgo: οἷσι ὀσφύος ἄλγημα ἐπὶ πολὺ μετὰ καύματος ἀσώδεος, ἐφιδροῦντες οὗτοι, κακόν κ. τ. λ. Quae, quaeso, oratio haec est? Quin si e κακόν, ne multum moveas, κακοί fingere velles, ne sic quidem constare possit. — Nimirum κακόν pone ἀσώδεος sedem suam habuit et verba ἐφιδρῶντες οὗτοι novum sententiae membrum inchoant, sed non integrum exhibent: ergo lacunam notavi.

43. Ἄκρα scripsi pro vulg. ἄκρεα, cod. unus adeo ἄκραια. Nempe vereor ne ἄκρεα, licet sciam per medicorum veterum plurima scripta sparsim legi, eiusdem esse farinae cuius ἐινέων, τουτέοισι, τουτέους cett. — Cum Littréo plurium libb. fide dedi καὶ δίψα δὲ ἡ τ., dum vulgo legitur καὶ δίψα τ. — Cf. Coacam 50.

44. 45. Duae fuerunt sententiae seiunctae: altera: ἐκ κοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις, κακόν. altera: φωνὴ ὀξεῖα (plures libri ὀξείη (sic)) ὑποχόνδρια τουτέοισιν εἴσω εἰρύαται. — Vellem mihi sensum aliquem sanum in altera monstrarent; sed neque opus est, modo cf. Coacam 51. ad cuius exemplum locos in unum coniunxi. — Ceterum φωνὴ ὀξεῖα (Littréus φωνὴ ὀξείη (sic) dedit), displicet; dativus requiritur tum h. l., tum in Coaca, ut sit θρασεῖα ἀπόκρισις φωνῇ ὀξείῃ.

46. Cf Coacam 225. Plures libri ὄμματα ἀμαυρούμενα, quod non placet prae vulgato.

47. Cf Coaca 257., ubi ὀξυφωνίη κλανθμώδης, quae lectio etiam h. l. iam antiquo tempore in libris quibusdam habebatur et nostro etiam tempore in nonnullis reperitur.

48. Cf. Coaca 235. Progn. § 5.

49. Cf. Coaca 213.

50. Cf. Prorrh. 111. Coaca 613. Littréus e pluribus libb. διαχωρήματα; vulgo ὑποχωρήματα.

51. Cf. Coaca 5.

52. Sententia haec in Coacis non habetur. Ex eiusmodi loco in Praenotionibus omisso tuto conficias utrumque librum ex alio communi fonte fluxisse.

53. Cf. Coacae 602. 606. Articulum τά initio pauciorum librorum auctoritate omisit Littréus. Omnes libb. mss. et edd. τὰ ἐν ὀξέσι χολώδεσι ἔκλευκα, ita tamen ut nonnulli codd. καὶ χολώδεσι, duo χολώδεα habeant. Ego vocem expunxi: nimirum profecta est a recentiore manu, quum lectori isti pateret in hac sententia de morbis biliosis agi. Non vidi in his libris morborum distributionem in ὀξέας χολώδεας,

©BIUM

νδ'. Αἱ ἐν πυρετοῖσι ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον ἐκστᾶσαι σιγῇ, ὀλέθριοι.

νε'. Αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι, δυσθάνατοι.

νς'. Οἱ ἐξ ὑποχονδρίων ἀλγήματος πυρετοὶ, κακοήθεες.

νζ'. Δίψα παραλόγως λυθεῖσα ἐν ὀξέσι, κακόν.

νη'. Ἱδρὼς πολὺς ἅμα πυρετῷ ἐν ὀξέσι γιγνόμενος, φλαῦρον.

νθ'. ξ'. Καὶ οὖρα δὲ ..... πέπονα ..... πονηρόν· καὶ τὰ ἐρυθρὰ ἐκ τούτων ἐπανθίσματα κατεχόμενα καὶ τὰ ἰώδεα, πονηρά· καὶ τὸ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι, οἷον στάξιας, καὶ .. ἔμετοι * μετὰ ποικιλίης κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντων.

ξα'. Ὁκόσοι ἐν κρισίμοισι ξὺν ἀλυσμῷ ἀνιδρωτὶ περιψύχονται, κακοί· καὶ οἱ ἐπιρριγώσαντες ἐκ τούτων, κακοί.

54. Vocis in febribus defectiones, quae convulsionis modo in delirium cum silentio vertuntur, perniciem ostentant.

55. Vocis ex dolore defectiones tandem cum summo cruciatu mortem afferunt.

56. E praecordiorum dolore obortae febres, malignae sunt.

57. In praecipitibus morbis si sitis temere ac praeter rationem cesset, malo est.

58. Sudor multus una cum febre in morbis acutis ortus, damno est.

59. 60. *Locus corruptus.*

61. Qui diebus iudicatoriis perfrigerantur cum corporis inquietudine et sine sudore, male habent. Itemque qui dein rigore prehenduntur.

φλεγματώδεας, cett. Plures libri ἀφρώδεα καὶ περίχολα. Vulgo τοιαῦτα sine τά praemisso: plures tamen articulum addunt. Hic iam animadvertamus quam certo additamentum κακὸν — ἐπώδυνον ab imperito interpolatore sit profectum. Cum dicit urinas eiusmodi improbandas esse, nescit quid dicat: nimirum οὖρα περίχολα in rerum natura non dantur, διαχωρήματα περίχολα omnino cerni possunt. Neque magni momenti est quaestio num ἦπαρ sit ἐπώδυνον, organon sub eiusmodi signis morbo tactum esse certo constat, non dubium est.

54. Cf. Coaca 248. Edi solet ἐξίστανται σιγῇ ὀλέθριον. Libri vero plures ἐξιστάντες (sic), unus ἐξιστάσαι. Lind. ἐκστᾶσαι, ut in Coaca. Gal. monet in comm. suo tempore fuisse, qui σιγῇ ὀλέθριον supprimerent; omnes vero libros vetustos suo tempore vulgatam tueri affirmat. Ego Lindani rationem sum secutus et insuper ὀλέθριον in ὀλέθριοι mutavi; nam vulgata lectio a Graecis illis antiquis non est profecta. Quin etiam illud σπασμώδεα τρόπον recentius additamentum esse credo et ab eodem homine profectum, qui convulsionis significationem ubivis videret. Cf. adn. ad Prorrh. 28. supra. Prima forma huius sententiae fuerit: οἱ ἐν πυρετοῖσι ἐκστάντες σιγῇ, ὀλέθριοι.

55. Cf. Coacam 249. Oratio sane simplex et facilis, nec tamen satis intelligo, quid respiciatur.

56. Vulgo ἀλγημάτων; multi tamen libb. ἀλγήματος, quod cum Littréo praefero: nam cum Coacae est lectio, tum facile librarii post plurale ὑποχονδρίων potuerunt inferre alterum genitivum pluralem. Cf. Coaca 31.

57. Cf. Coaca 58.

58. Cf. Coaca 574. Vulgo: ἱδρὼς πολὺς ἅμα πυρετοῖσι ὀξέσι γιγνόμενος, φλαῦρος. Sed cod. unus Littréi et Imp. samb. apud Mack. inter Prorrh. 60. et 61. hanc, quam exhibeo, loci lectionem habent intermediam; mihi vero melius placet et cum Coaca l. melius congruit.

59. 60. Cf. Coacam 579. cum. adn. et 600. Patet loci partem primam referre deterius scriptam Coacam 579. Vulgo καὶ οὖρα δ'ἐπίπονα: nimirum ita Rufus, teste Galeno, correxit vulgatum πέπονα, quod Zeuxis empiricus minus recte fuit interpretatus. Lindanus locum edens, vidit sine circumscriptione aliqua οὖρα πέπονα non posse dici mala; itaque [παραλόγως] e Coaca addidit. Quod in cod. Serv. habetur: ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πέπονα item recentiorem emendationem redolet. Ego lacunae signa posui, quum de eiusmodi corruptela e Coaca constet. De κατεχόμενα, pro quo κατακεόμενα desideravit Opsop., in quam coniecturam ipse quoque incideram, antequam Opsopoci rationem cognoveram, vide ad Coacam illam. — Id noto, pro κατεχόμενα καὶ τὰ ἰώδεα plures libros habere ἰώδεα κατεχόμενα. — Posterior pars καὶ τὸ μικρὰ — ἰόντων e Coaca 600. ducta est et corrupte scripta. Hinc intelligitur lectio codd. et Lindani, qui sive οἷον omittentes, sive id retinentes στάξιες scribunt et hanc vocem ad subsequentem locum, i. e. Prorrh. 60., referunt. Secundum Galenum ipsius tempore Prorrh. 58. 59. 60. una sententia complexi sunt nonnulli. — Ego 59. et 60. sine interruptione descripsi, quia librariorum ratio id voluit et quia posterior pars, quae Coacam 600. refert item corrupta est: patet omissam esse τῶν οὔρων mentionem, ita ut ibi lacunae signum posuerim. Quod si καὶ διαχωρήματα Coacae conferas, vix aliter fieri potest, quin in μετὰ ποικιλίης lateat καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης, qualem permutationem saepius in his libris offendemus. Cf. adn. ad Prorrh. 163. C. 313. Itaque istud ἔμετοι μετὰ ποικιλίης tenues fugit, seu fumus, in umbras. — Pro ἰόντων non pauci libri ἰόντα.

61. Legebatur ὁκόσα ἐν κρισίμοισι ἀλυσμῷ ἀνιδρωτὶ περιψύχεται, κακόν· καὶ τὰ ἐπιρριγώσαντα ἐκ τούτων κακά. In his nonnulli libb. κρισίμῳ, vocem ad ἀλυσμῷ referentes; plures ἀλυσμοῖς, ad κρισίμοισι numerum accommodantes. Tum vulgo ἀνιδρῶσι, sed multi libb. ἐν ἱδρῶτι. — Galenus, teste comm., ἀνιδρωτί legit. — Ego absurdum illud neutrum plurale librariis reddidi, ut supra Prorrh. 31. Ceterum cum h. l

©BIUM

ξβ'. Ἐμέσματα ἄκρητα, ἀσώδεα, πονηρά.

ξγ'. Τὸ καρῶδες ἄραγε παντα χοῦ κακόν;

ξδ'. Μετὰ ῥίγεος ἄγνοια, κακόν· κακὸν δὲ καὶ λήθη.

ξε'. Αἱ ἐκ ῥίγεος καταψύξιες μὴ ἀναθερμαινόμεναι, κακαί.

ξς'. Οἱ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεες ταχὺ ἀναθερμαινόμενοι, κακοί. ἐπὶ τούτοισι ἐν πλευρῇ καῦμα ὀδυνῶδες καὶ τὸ ἐπιρριγῶσαι, κακόν.

ξζ'. Τὰ κωματώδεα ῥίγεα ὑπό τι ὀλέθρια καὶ τὸ φλογῶδες ἐν προσώπῳ μεθ' ἱδρῶτος ἐν τούτοισι κακόν· ἐπὶ τούτοισι ψύξις τῶν ὄπισθεν σπασμὸν ἐπικαλέεται.

ξη'. Οἱ ἐφιδρῶντες ἄγρυπνοι ἀναθερμαινόμενοι, κακοί.

ξθ'. Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς πόνου ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, κακόν.

ο'. Ὀδύνη ἐς στῆθος ἱδρυνθεῖσα ξὺν νωθρότητι κακόν· ἐπιπυρετήναντες οὗτοι καυστικοὶ ὀξέως, ἀποθνήσκουσι.

οα'. [Οἱ ἐπανεμέοντες μέλανα, ἀπόσιτοι, καθ' ἥβην μικρὰ ὀδυνώδεες, ὄμμα θρασὺ,

62. Vomitiones sincerae et cum angore aut inquieta corporis iactatione, damnandae sunt.

63. Sitne profundus et altus sopor semper damnandus?

64. In rigore familiares non agnoscere et eorum, quae gesta sunt, oblivisci, malum indicat.

65. Ex rigore perfrictiones, quae ad calorem non revocantur, malae sunt.

66. Ex perfrictione exsudantes ad calorem cito revocati periculum denunciant. Praesertim vero si accedat lateris aestus cum dolore et subinde rigeant, malum impendet.

67. Rigores cum sopore nonnihil periculi denunciant et facies incensa cum sudore in his malum significat. Insuper posteriorum partium frigus convulsionem provocat.

68. E sudoribus pervigiles et ad calorem revocati male se habent.

69. E recursatione dolorum in lumbis oculorum perversio et distortio malo est.

70. Dolor in pectore fixus cum torpore malum denunciat. Hi si suborta febre acuta exaestuent, mortem oppetunt.

71. [Qui nigra vomitione refundunt, cibos aversantur, desipiunt, ad pubem nonnihil dolent

Cf. Coacas 38. 39., unde patet Prorrh. 62. ad hanc sententiam pertinere. Ante ἀλυσμῷ de meo ξύν supplevi, quod omissum propter antecedens κρισίμοισιν.

62. Cf. adn. ad Prorrh. 61. et Coacas 38. 39. Primus auctor istum locum non ut sententiam per se constantem descripsit.

63. Cf. Coaca 178. Ex eiusmodi locis inter se collatis efficio interrogandi formulas illas saepius a recentioribus esse illatas, uti supra iam dixi, ad Prorrh. 1. 2. — Hic certe ego non dubito, quin affirmatio dubitationi antecesserit. Quin h. l. ἄρά γε forsitan soli aut oscitantiae, aut ignorantiae descriptoris alicuius debetur. Si quis deletum malit, non adversabor; relinquo, quoniam fere historiae harum sententiarum testis est. Quis quaeso medicus vel antiquo illo tempore non certo noverit τὸ καρῶδες malum esse signum?

64. Cf. Coaca 6.

65. Haec sententia non legitur in Coacis.

66. Cf. Coaca 52., unde ταχύ h. l. dedi, quod ceterum abesse solet. Multi quidem libri μὴ ἀναθ. habent, quod manifesto e superiore praesagio huc devenit. De meo κακοί pro vulg. κακόν dedi.

67. Iam Galeni tempore καυματώδεα et κωματώδεα in mss. ferebatur: nostro tempore illud vulgatae est, hoc plurimorum librorum. Convenit locus cum Coaca 7., ubi item κωματώδεα, quod unice verum puto propter rerum nexum. Sermo est de morbo, in quo vehemens sit congestio sanguinis ad cerebrum et spinae medullam. In lect. ἐπὶ τούτοις ἡ ψύξις latet ἐπὶ τούτοισι ψ., uti habet Coaca, quodque revocavi. Edd. quidem antt. μετ' ἱδρῶτος, quod Ionismum sane refert, sed forte error est typogr.: moneo de hac re, ne negligens videar in dialecto scriptoris.

68. Cf. Coaca 41. Aliquot libri ἐφ' ἱδρῶσι. — κακοί de meo scripsi pro κακόν.

69. Ego in hac sententia describenda ita de vulgata deflexi, ut πόνου de meo e Coaca 314. intulerim et ὀφθαλμῶν e pluribus codd. Parr. receperim. Littréus secutus est libros sane multos, unde ἀναδρομή nominativo et pro ὀφθαλμοῦ vulgatae numerum plur. dedit. Me iudice ἀναδρομή vitiosum est et ortum inde quod librarii non intelligentes structuram esse ἐξ ἀναδρομῆς πόνου ὀσφύος et exspectantes ἐξ ἀναδρομῆς ἀπ' ὀσφύος, vel simile quid, scripserint ἀναδρομή. Me iudice πόνου non est recens additamentum, sed revera a primo auctore profectum et in Prorrh. loco omissum; neque enim ἀναδρομὴ ὀσφύος dici possit.

70. Cf. Coaca 315. Libri nonnulli ἐς τὸ στῆθος, iidemque θνήσκουσι in fine.

71. Cf. cum h. l. Hipp. Epist. ad Democr. περὶ ἑλλεβορισμοῦ p. 1188. Foësio. Item § 55. additamentorum spuriorum ad. lib. de victu acutorum, ubi similis formula: τῶν τοιῶνδε μηδένα φαρμακεύειν. Ceterum vulgatam lectionem retinui, una re excepta, de qua monebo; sed prius varietatem lect. tradam in ceteris obviam: ἐπανεμεῦντες Littr. e

©BIUM

κεκλασμένον ἔχοντες, τούτους μὴ φαρμακεύειν, ὀλέθριον γάρ· μηδὲ τοὺς ἐποιδέοντας, σκοτώδεας, ἐν τῷ πλανᾶσθαι ἐκλείποντας, ἀποσίτους, ἀχρόους· μηδὲ τοὺς ἐν πυρετῷ κωματώδεας κατακεκλασμένους, ὀλέθριον γάρ.]

οβ'. Καρδίης πόνος ἅμα ὑποχονδρίῳ ξυντόνῳ καὶ κεφαλαλγίῃ κακόηθες καί τι καὶ ἀσθματῶδες· ἆρά γε ἐξαίφνης οὗτοι τελευτῶσι, ὡς καὶ Λύσις ἐν Ὀδησσῷ; τούτῳ καὶ οὖρα ἐζυμωμένα ἐγένετο βιαίως ἐξέρυθρα.

ογ'. Τραχήλου πόνος, κακὸν μὲν ἐν παντὶ πυρετῷ, κάκιστον δὲ καὶ οἷσι ἐκμανῆναι ἐλπίς.

οδ'. Κωματώδεες, κοπιώδεες, ἀχλυώδεες, ἄγρυπνοι, ἐφιδροῦντες ἐν πυρετῷ, κακοήθεες.

οε'. Αἱ ἐκ νώτου φρῖκαι πυκναὶ, ὀξέως μεταπίπτουσαι δύσφοροι· οὔρου ἀπόληψιν ἐπώδυνον σημαίνουσι.

ος'. Οἱ ἀσώδεες ἀνεμέτως παροξυνόμενοι, κακοί.

οζ'. Κατάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ, ὀλέθριον.

cum adspectu feroci, fractis oculis, eos medicamento purgare tutum non est. Neque vero tumidos, aut tenebricosa vertigine vexatos, aut eos, qui vel leniter moti animo deficiunt, aut cibos aversantur et decolores sunt, ut nec eos, qui in febre sopore detenti exsoluti aut fracti decumbunt, purgatione aggredi tutum est.]

72. Oris ventriculi dolor cum praecordiorum contensione, atque etiam capitis dolore, malignum quidpiam et suspiriosam affectionem indicat. In his certe animadvertendum est, num derepente moriantur, velut Lysis Odessi, cui urinae valde fermentatae et praerubrae erant.

73. Cervicis dolor in omni quidem febre malo est. In his vero vel pessimus, in quibus vehementem insaniam metuimus.

74. Febres quae soporem, lassitudinemve inducunt, aut in quibus caligant aegri, insomnia ac tenuibus sudoribus vexantur, malignae sunt.

75. Crebri ex dorso horrores subito cessantes ac redeuntes, graves sunt et difficiles. Laboriosam urinae interceptionem minantur.

76. Corporis aestuatione et iactatione conflictati, citra vomitum ingravescentes, male habent.

77. Corporis perfrictio cum rigiditate perniciem denunciat.

libris pluribus, in quibus etiam κινδυνώδεες falso pro ὀδυνώδεες et οἷσι ὄμμα θρασύ; dum ὀ. θ. κεκλιμένον ἔχοντες legitur in epist. ad Democr. unde ἔχοντες recepi. Vulgata hic habet κεκλεισμένον, quod e κεκλασμένον ortum puto. Cf. adn. ad Prorrh. 84. Pro ἐποιδέοντας libri aliquot ὑποιδέοντας, iidemque ἐκλιμπάνοντες pro ἐκλείποντες. Pro εἰ κωματώδεις Littréus dedit κωματώδει, quod unus liber habet, pluribus καυματώδει habentibus; ego ad ductum vulgati εἰ κωματώδεις scripsi κωματώδεας. Cf. ceterum Galeni comm. de καυματώδεες et κωματώδεες iam illo tempore scriptis: Pergamenus legit: τοὺς ἐν πυρετῷ κωματ. κατακεκλιμένους. — Uncis intercepi hanc sententiam, quia manifesto a recentiore manu interposita est. Monitum hoc non prognosin, sed praxin spectat, quod vel solum id suspectum facit. Me iudice debetur auctori Epistolae ad Democr. περὶ ἑλλεβορισμοῦ, qui consulto huic libro inseruerit sententiam, ut eam in epistola citare posset et ita ei speciem obtrudere scripti vere Hippocratei. Sed res ideo memorabilis etiam, quod inde coniicere licet lib. Prorrh. I. et Praenotiones Coacas e communi, unde fluxerunt, fonte iam fuisse descriptos, tanquam libros separatos, eo tempore, quo composita est Epist. ad Democr. Quod si de Coacis id non valere contendas, at de Prorrh. I. certe sine dubio constat.

72. Vulgo συντόνῳ. Littr. ξυντόνῳ e libb. aliquot; κεφαλαλγίῃ vulgo: κεφαλαλγίῃ Littr. recte. καί τι καὶ ἀσθμ. dedi e cod. uno καί τοι καὶ ἀ. habente; vulgo καί τι ἀ. Plures libri pone ἀσθμ. subiungunt ἐνίοτε. Vulg. ἐν Δυσώδει, ortum e compendiose scriptis nominibus viri et urbis, sicuti in libris invenit Littréus. Hic coniicit e Galeni comm. hunc legisse in fine sententiae ἐζυμωμένα ἐγένετο βιαίως καὶ ἔρευθος. — Fieri potest, ut Gal. aut hoc, aut aliud quid simile legerit; nolui tamen idcirco de vulgata deflectere. — Operae pretium est locum e comm. Gal. ad h. l. citare: ἀλλὰ, inquit, καὶ τὰ ἐζυμωμένα κατὰ τὸν λόγον εἴρηται, μήτε κατὰ τὸ προγνωστικὸν γεγραμμένα, μήτε ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν. — Mihi quoque istud vocabulum indicio est hunc locum recentioris esse originis, quam alios in h. l.; neque vero in Coacis consimilis huic nostro habetur.

73. Cf. Coaca 273. οἷσι e plerisque libb. Parr. a Littréo illatum est pro vulg. οἷς.

74. Cf. Coaca 35. Pro vulgato πυρετοί de meo ἐν πυρετῷ dedi. Nemo Graecus puto πυρετοὶ ἐφιδροῦντες scripsit.

75. Cf. Coacas 8. 46. Αἱ initio praeeunte Littréo e pluribus libris Parr. recepi. Foës. accepit de migratione in alium locum μεταπίπτουσαι. Equidem cum Littréo accepi, uti Latine expressi: ille Gallice: „alternant rapidement."

76. Cf. Coaca 557. Vulgo καὶ οἱ ἀσ., sed plurium codd. fide καί om. Littréus. Vulgo κακοί, Littréus κακόν e libb. mss. — Fluctuatio est inter ἀνεμέτως et ἀνημέτως in codd. Cf Lobeck ad Phryn. parerg. c. IV. p. 706. — Illud vulg. habet, hoc Littréus dedit.

77. Cett. σημεῖον ὀλέθριον. In Coaca 3. deficit σημεῖον

©BIUM

οη'. Ἀπὸ κοιλίης λεπτὰ μὴ αἰσθανομένῳ διϊέναι ἐόντι παρ' ἑωυτῷ, κακόν· οἷον τῷ ἡπατικῷ.

οθ'. Τὰ σμικρὰ ἐμέσματα χολώδεα, κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπαγρυπνῶσι· μυκτὴρ ἐν τούτοισι ἀποστάζων, ὀλέθριον.

π'. Ἡῖσι ἐκ τόκου λευκὰ, ἐπιστάντων δὲ ἅμα πυρετῷ κώφωσις καὶ ἐς πλευρὸν ὀδύνη ὀξεῖα, ἐξίστανται ὀλεθρίως.

πα'. Ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσι ὑποπεριψυχομένοισι διαχωρήμασι ὑδατοχόλοισι, συχνοῖσι, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, σημεῖον κακόν· ἄλλως τε καὶ ἢν κάτοχοι γένωνται.

πβ'. Τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ, λελυμένα ἐπιπυρετήναντι, χρόνῳ ὀλέθρια. οἷόν τι ἐπεπόνθει καὶ ὁ Νουμηνίου υἱός.

πγ'. Οἷσι ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομαὶ ἐς καρδίην, πυρετώδεες, φρικώδεες, ἀνεμέοντες ὑδατώδεα, λεπτὰ, πλέονα, παρενεχθέντες, ἄφωνοι, ἐμέσαντες μέλανα τελευτῶσι.

78. Tenues ex alvo deiectiones, quas non sentit aeger, dum mens sibi constat, malae sunt. Uti in iecoris morbo laborante.

79. Vomitiones exiguae, biliosae, malo sunt; tum vero potissimum, si pervigilio conflictentur aegri. Stillans nasus in his perniciem minatur.

80. Quibus ex partu purgamenta alba subsistunt cum febre et surditatem atque acutum in latere dolorem afferunt, eae in vehementem et perniciosam mentis emotionem incidunt.

81. In febribus ardentibus cum aliqua summi corporis perfrictione, atque egestionibus bili aquosae similibus ac crebris, oculorum perversio et distortio malum significat, tum vero praecipue, si alto quodam stupore, quem catochon vocant, detineantur.

82. Sideratione, quae repente contingunt et febre superveniente solutae sunt, temporis tractu perniciem adferunt. Quale quid passus est filius Numenii.

83. Quibus ex lumborum dolore ad os ventriculi recursationes cum febre, horrore, multorum tenuium et aquosorum vomitu, ii delirio affecti et vocis defectione post nigrorum vomitionem moriuntur.

et videtur omnino pertinere ad additamenta recentiorum descriptorum. Cf. adn. ad 81.

78. Eadem sententia in Coacis non habetur: sed universale praeceptum de hac re legitur in fine Coacae 631. Illud οἷον τῷ ἡπατικῷ, me iudice non morbi speciem, in qua signa illa vera sint, denotat, sed casum, in quo quis viderit confirmationem rei, de qua agitur. Sum tamen incertus de loci scriptione; nescio an non μὴ ἐόντι παρ' ἑωυτῷ fuerit scriptum, ita ut μὴ αἰσθανομένῳ illius formulae glossema aliquod referat.

79. Cf. Coaca 558. Vulgo ἐπαγρυπνήσωσι: Littréus e libb. 4. dedit praesens, quod in Coaca legitur.

80. Cf. Coaca 525. Initio vulgo αἷς ἐκ τόκου γε λευκὰ κ. τ. λ. Littréus plurium libb. fide γε suppressit: si Coacam conferas patet ἧσι antiquam esse lect., αἷς — γε deberi librariis recentioribus; itaque putavi, si γε deleamus, etiam αἷς mutandum esse. Vulgo ἐπιστάντα δ', sed codd. Littréo praebuerunt ἐπιστάντων, item ἐς pro εἰς. Ὀξείη ferri nequit; libb. 4. ὀξεῖα, recte; sed in his fidem nullam adhibeo codicibus, ita ut vel de meo, ut sexcenties alias, mutavissem.

81. Cf. Coaca 134. Libri Littréi οἱ ἐν π. κ., de qua re vide ad Coacam. Legebatur ὑποπεριψύχουσι, quod de meo emendavi; nempe ψύχειν est transitivum. — Hic rursus σημεῖον κακόν, ubi in Coaca σημεῖον non legitur, ita ut recentius additamentum esse appareat. Non delevi, quia totam sententiam a recentioribus mutatam puto. Equidem credo sic fere se habuisse: τοῖσι καυσώδεσι ὑποπεριψυχομένοισι διαχωρήματα ὑδατόχολα, συχνὰ, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, κακόν· ἄλλως τε καὶ ἢν κάτοχοι γένωνται.

82. Cum h. l. cf. Coaca 480. Vulgo: τὰ ἐξαίφνης ἀποπλ. λελυμένως ἐπιπυρετήναντι (codd. nonnulli ἐπιπυρετήναντα) χρονίως (χρόνῳ plures libri) ὀλέθρια κ. τ. λ. — Coaca χρόνῳ habet, eamque librorum lectionem etiam h. l. credo esse veram. Sed λελυμένως alii interprett. antiqui ad ἀποπλ., alii ad febrem referebant et μετρίως exposuerunt, quod faciunt etiam recentiores: Duretus v. c. illos, Corn. Foës. Littr. hos sequuntur. Quaeris vero num re ipsa λελυμένως hic sit adverbium ab auctore profectum et num liceat λελυμένως exponere μετρίως? Ego nego; et quemadmodum χρονίως e χρόνῳ ortum iudico, λελυμένως ortum e λελυμένῳ aut λελυμένα: neque aliud quid spectatur quam cessatio apoplexiae. — Si quis praeferat λελυμένῳ, non adversabor; sed ego alterum praefero et vero neutrum plus auctoritatis apud me habet altero, quia participium a librariis aeque facile ad superius, atque ad sequens vocabulum genere et numero accommodari potuit.

83. Cf. Coaca 316. Οἷσι ἐξ ὀσφύος dedi e mss. Parr., ἧσι in οἷσι mutans. Littréus pronomen propter Galeni commentarium recipere noluit; Galenus me iudice in talibus nullam habet auctoritatem. Quae in dialecto in loci lect. a vulgata lect. deflectunt cum Littréo e libb. Parr. recepi. — Ad historiam textus horum librr. iterum facit et memorabile igitur est, Coacam masculino genere efferre eadem, quae h. l.

©BIUM

πδ'. Ὄμματος κατάκλασις ἐν ὀξέσι, κακόν.

πε'. Ἀρά γε τοῖσι ἀσώδεσι, ἀνημέτοισι, ὀσφυαλγέσι, ἢν θρασέως παρακρούσωσι, ἐλπὶς μέλανα διελθεῖν;

πς'. Φάρυγξ ἐπώδυνος, ἰσχνὴ, μετὰ δυσφορίης, ὀλεθρίη ὀξέως.

πζ'. Οἷς πνεῦμα ἀνέλκεται καὶ φωνὴ πνιγώδης, ὁ σπόνδυλός τε ἐγκάθηται, τούτοισι ἐπὶ τῶν τελευτῶν ὡς συσπῶντός τινος τὸ πνεῦμα γίγνεται.

πη'. Οἱ κεφαλαλγικοὶ κατόχως παρακρούοντες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, ὄμμα θρασύνοντες, ἀνθηροὶ, ὀπισθοτονώδεες γίγνονται.

πθ'. Ἐπ' ὀμμάτων διαστροφῇ πυρετώδεϊ, κοπιώδεϊ, ῥῖγος ὀλέθριον· καὶ οἱ κωματώδεες ἐν τούτοισι κακοί.

ς'. Αἱ ἐν πυρετοῖσι πρὸς ὑποχόνδριον ὀδύναι, ἀναύδως ἰδρῶτι λυόμεναι, κακοήθεες· τούτοισι ἐς ἰσχία ἀλγήματα ἅμα καυσώδεϊ πυρετῷ, καὶ ἢν κοιλίη καταρραγῇ, ὀλέθριον.

ςα'. Οἷσι φωναὶ ἅμα πυρετοῖσι ἐκλείπουσι μετὰ κρίσιν, τρομώδεες καὶ κωματώδεες τελευτῶσι.

ςβ'. Οἷσι καυστικὰ, μεμωρωμένα, κάτοχα, ποικίλλοντα ὑποχόνδρια καὶ κοιλίην ἐπηρμέ-

84. Fracti oculi in morbis acutis malo sunt.

85. Estne in aestuabundis et corporis iactatione citra vomitum et lumborum dolore conflictatis, si audacter desipuerint, exspectandum nigra per secessum esse proditura?

86. Dolentes fauces absque tumore cum labore ac molestia, praeceps exitium minantur.

87. Qui spiritum trahunt cum voce strangulabunda, si cervicis vertebra intro subsidet, iis ad exitum velut ex convulsione respiratio ducitur.

88. Capite dolentes et alto stupore detenti ac delirantes cum alvi interceptione et ferociente intuitu, floridi, posteriorum partium distentione tentantur.

89. Febribus et lassitudinis sensu detento cum oculorum perversione rigor perniciem minatur. Qui in eiusmodi casibus sopore occupantur, periculose habent.

90. *Locus corruptus.*

91. Quibus cum febribus voces post iudicationem deficiunt, a tremore et sopore correpti intereunt.

92. *Locus corruptus.*

in vulgata feminino; nempe ἧσι, ἀνεμέουσαι, παρενεχθεῖσαι, ἐμέσασαι, de quibus non servandis dixi ad Coacam 316.

84. Galenus monet mss. suo tempore κατάκλεισις et κατάκλασις tulisse: nempe nota est frequens in codd. fluctuatio inter ᾱ et ει. Littréus κατάκλεισις vulgatae servavit; sed adfert Epid. VI. 1. 15., ubi κατάκλασις quidem legitur, sed ubi mihi non certum est, de oculo usurpari, quum nî fallor, ἔρριψις et κατάκλασις de toto corpore sint accipienda. Cf. Prorrh. 71. supra cum adnn. Locus in Coacis non legitur.

85. Cf. Coaca 319.

86. Cf. Coaca 265. Edi solet μετὰ δυσφορίης πνιγώδης (πνιγμώδης alii codd., πνιγώδους libb. 3.) E Coaca abest vocabulum, mihique vitiose huc tractum videtur e seq. sent. Cf. quae de Foësio ad Coacam adnotavi. — Ipsa illa δυσφορίη spectat ad πνιγμόν in morbo descripto.

87. Cf. Coaca 266. Legendumne συσπωμένου?

88. Cf. Coaca 162.

89. Cf. Coaca 221.

90. Cf. Coacas 297. 299. Pro ἀναύδως Lindanus e Coaca dedit ἀναΐσσουσαι. Pro ἰδρῶτι λυόμεναι Lind. dedit ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, uti in Coaca legitur. Gal. monet suo tempore interpretes negationem desideravisse; — hinc forte Opsop., Mack. ἰδρῶτι μὴ λυόμεναι. — Littréus: „Ces observations," inquit, „de Galien nous montrent l'état du texte et il n'y a rien à changer." Dissentio: Galenus vidit suo tempore corruptum textum, cui fides non adhibenda. Vid. adnn. ad Coacas 1.

91. Cf. Coaca 247. Initio ante οἷσι multi codd. αἱ, iidemque πυρετῷ et ἐκλείπουσι, dum vulgata ἐκλείπουσαι habebat. Iam vero μετὰ κρίσιν vulgata est lectio, dum plures libri ἀκρασίης unus ἀκρισίης habet. — Credo recentiores hic rursus mutationes intulisse: primum οὗτοι, h. l. in uno tantum cod. obvium, docet quam certo talia librariis debeantur, quam certo ergo non sint recipienda in textum; tum καὶ κωματώδεες fere dixerim esse recentius additamentum, ut vocis defectio explicetur. Possis omnino μετὰ κρίσιν, si malam crisin fuisse statuas, defendere: sed plus fidei tribuo Coacae lectioni. — Haec quia integra videtur et incertae sunt emendationes, Prorrhetici locum sibi reliqui intactum. Vid. Coaca 1. cum adn.

92. Primum varr. lectt. excerpam, dein de toto loco dicam. Pro μεμωρωμένα unus cod. μωρωμένα (sic), alter in marg. Galeni verba: τὴν μώρωσιν ἐμποιοῦντα τῇ διανοίᾳ. — Pro ποικίλλοντα cod. Opsop. ποικίλα ὄντα; — κοιλίη ἐπηρμένη cod. unus Par.: ἀπολελαμμένα alius quidam. Tum ἐφιδρῶσι Ald., vulgo ἐφ' ἱδρῶσι. Ego διελθόν e pluribus libb. recepi

©BIUM

νοι, σίτων ἀπολελαμμένων ἐφιδρῶσι, ἦρα τούτοισι τὸ βολερὸν πνεῦμα καὶ τὸ γονοειδὲς διελθὸν λύγγα σημαίνει; καὶ κοιλίη δὲ ἔπαφρα χολώδεα προσδιέρχεται· τὸ λαμπῶδες ἐν τούτοισι ὠφελέει οὐρηθὲν, κοιλίη δὲ τούτοισι ἐπιταράσσεται.

93. Quibus post spumantis materiae deiectionem sopor supervenit, his febris exacerbatur gravis.

ϛγ'. Οἷσι κῶμα γίγνεται ἐπάφρων προδιελθόντων, πυρετὸς παροξύνεται ὀξύς.

94. *Locus corruptus.*

ϛδ'. Αἱ ἐκ κεφαλαλγίης ἀφωνίαι ἅμα ἰδρῶτι πυρετώδεες χαλῶνται ἐφ' ἑαυτοὺς, ἐπανιέντα χρονιώτερον· ἐπιρριγῶσαι τούτοισι οὐ πονηρόν.

95. Qui tremorem manuum, dolorem capitis et cervicis patiuntur, levi surditate sunt affecti et urinas nigras densas reddunt, perniciose habent.

ϛε'. Χεῖρας τρομώδεες, κεφαλαλγέες, τράχηλον ὀδυνώδεες, ὑπόκωφοι, οὐρέοντες μέλανα, δεδασυσμένα, ὀλέθριοι.

96. Vocis defectiones cum virium exsolutione alto stupore detentis perniciem minantur.

ϛϛ'. Αἱ μετὰ ἐκλύσιος κατόχως ἀφωνίαι κάκισται.

97. Lateris dolore cum biliosis sputis temere

ϛζ'. Πλευροῦ ἀλγήματος ἐπὶ πτύσισι

pro vulg. ἐπελθόν. Galeno teste προδιέρχεται et προσδιέρχεται libri ferebant illo tempore; λαπῶδες Lind.; Gal. λαμπῶδες et λαππῶδες suo tempore vidit in codd.; — ἐπωφελέει plures libb., qui etiam καὶ κοιλίαι δὲ ἐπιταράσσονται. — Cum hoc loco conferri debet Coaca 186. — Locus utique corruptus: certe κατὰ κοιλίην δὲ ἔπαφρα χολώδεα προδιέρχεται legendum. Tum neutra pluralia initio item librariis debentur. Quod ad ποικίλλοντα, id quomodo interpretes ad ὑποχόνδρια referre potuerint non intelligo, quum sine dubio ὑποχόνδρια καὶ κοιλίην ἐπηρμένοι coniungi debeant. Non video e ποικίλλειν sanum sensum elici posse; quid sibi velit ignoro, nisi forte hic simile lateat vitium, ac quod ad Prorrh. 60. et 163. notavimus; nam eiusmodi loci parvam fidem conciliant nostro ποικίλλοντα.Si quod vitium eiusmodi lateat, simul lacunosus est locus; — aut abiiciendum est totum illud ποικίλλοντα, utpote e καὶ κοιλίην ortum. Quodsi iam reputemus ἐπηρμένοι legi tum hic, tum in Coaca, ἐφιδρῶσι extra omnem loci structuram poni, et interrogandi formulas manifesto a recentioribus saepe inferri, vellem fere ita locum reficere: Οἱ καυστικοὶ, μεμωρωμένοι, κάτοχοι, ὑποχόνδρια καὶ κοιλίην ἐπηρμένοι, σίτων ἀπολελαμμένων ἐφιδρῶσι· τὸ βολερὸν πνεῦμα καὶ τὸ γονοειδὲς διελθὸν λύγγα σημαίνει· κατὰ κοιλίην δὲ ἔπαφρα χολώδεα προδιέρχεται· τὸ λαμπῶδες οὐρηθὲν ὠφελέει· κοιλίη δὲ ἐπιταράσσεται. — Ceterum de hac sententia etiam affirmare audeo, eam non ad antiquissima monumenta artis Coae pertinere, sed recentioris originis esse. Ipsa oratio non est Coa.

93. Cf. Coaca 646. κῶμα hic legitur, dum καῦμα habetur in Coaca l. Προδιελθόντων de meo intuli pro vulg. περιδιελθόντων, libris pluribus habentibus προσδιελθόντων. Vix video caussam cur προσδιελθόντων non simplex διελθόντων scriberet, quin potius προσδιερχομένων exspectavissem, si voluisset indicare hanc excretionem fieri post κώματος ortum. Ὀξύς in fine nonnullorum codd. fide omisit Littréus: mihi non a librariis profectum videtur, licet in Coaca pessime scripta omittatur. Nolo ceterum reticere sententiam mihi non integram videri; puto initium esse praesagii, quod non absolvatur, ita ut forte copula ante πυρετὸς et apodosis, qualiscumque fuerit, desint.

94. Cf. Coaca 253. Descripsi textum vulgatum. Pro αἱ initio aliquot libb. καί. Edd. antt. et Merc. Lind. Mack consentienter cum Gal. et uno cod. D. ἰδρῶσι. Aliquot libb. λυγγώδεες addunt pone πυρετώδεες et χαλῶνται ὑπὸ σφᾶς, quod Littréus recepit. Pro ἐπανιέντα longe plurimi libb. ἐπανιόντα. Denique χρονιώτερα codd. 5.; ἐπιρριγοῦν libb. 6. — Ex his verbis sanum sensum, nisi emendentur, elicere non valemus: sunt tamen nonnulla tenenda. Vulgatum χαλῶνται ἐφ' ἑαυτούς conferre debemus cum codd. lect. χαλῶντα ὑπὸ σφᾶς et similibus in Prorrh. 101. Patet inde χαλῶντα ὑπὸ ἑωυτούς scriptum fuisse. Nec magis dilucidum exemplum novi, quo probem ista neutra pluralia non scriptori eiusmodi sententiae, sed librariis deberi; quis credat genera tam foede permiscuisse hominem Graece loquentem? Praeterea ἀφωνίαι πυρετώδεες aeque absurdum est. Brevi ego puto locum fere sic se habuisse: οἱ ἐκ κεφαλαλγίης ἄφωνοι ἅμα ἰδρῶτι πυρετώδεες, λυγγώδεες, χαλῶντες ὑπὸ ἑωυτοὺς, ἐπανιέντες νοσέουσι χρονιώτερον· τὸ ἐπιρριγοῦν τούτοισι οὐ πονηρόν.

95. Vulgo in his χεῖρες τρ. et τραχήλου ὀδυνώδεες. Lind. iam τράχηλον ὀδυ. dedit. Tum δεδασυμένα; forma tamen, quam exhibui, 4 libb. Parr. ferunt. Denique pone hoc participium οἷσι ταῦτα ἢ μέλανα προσδέχεσθαι ἤξειν, ὀλέθριον. — Itaque recens interpolator μέλανα προσδέχεσθαι ἤξειν scribens praesagium novum fecit et ὀλέθριον additum facit, ut iam duplicem prognosin in hac sententia habeamus. Forte dittographia, quae in vulg. lect. occurrit, (cf. adn. ad Coacam 176.) huic innovationi ansam praebuit. Puto locum, qualem iam descripsi, ad pristinam formam esse redactum,

96. Non credo aliam esse sententiam quam 24. huius libri et catochi mentionem recentiori interpolatori deberi. Cf. Coaca 250., cuius postremum ὀλέθριοι libb. 4. Parr. h. l. legunt. Inde Lind. ὀλέθριαι pro κάκισται.

97. Cf. Coaca 418. Plures codd. Parr. praebent lect.:

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 159 sur 880

©BIUM

χολώδεσι ἀλόγως ἀφανισθέντος, ἐξίστανται.

ϛη'. Ἐπὶ ταχήλου ἀλγήματι κωματώδεϊ, ἱδρώδεϊ, κοιλίη φυσηθεῖσα, εἰ δέ τι πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα, ὑποπεριπλυθεῖσα ἐκ τούτων ἄχολα ἐξίστανται· τὰ τοιαῦτα διασώζόμενα μακροτέρως διανοσέει· ἦρά γε εἰσὶ αἱ ἄχολοι περιπλύσιες εὐηθέστεραι καὶ τὸ φυσῶδες ὄγκῳ προσωφελέει;

ϛθ'. Κοιλίης περίτασις πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα, ταχὺ ὀγκυλλομένη ἔχει τι σπασμῶδες· τὸ ἐπιρριγοῦν τούτοισι ὀλέθριον. [οἷον καὶ τῷ Ἀσπασίου υἱῷ· ἐκ τούτων σπασμώδης γενόμενος καὶ ἐμφυσηθεὶς μακρότερον διενόσησε· στόματι σῆψις χλωρὴ ἐπεγένετο.]

ρ'. Τὰ κατ' ὀσφὺν καὶ τὸ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα πρὸς ὑποχόνδριον * γριφώμενα ἀποσιτικὰ ἅμα πυρετῷ, τούτοισι ἐς κεφαλὴν ἄλγημα ξύντονον ἐλθὸν κτείνει ὀξέως τρόπῳ σπασμώδεϊ.

ρα'. Οἱ ἐπιρριγοῦντες καὶ ἐς νύκτα μᾶλ-

ac praeter rationem evanescente delirium oritur.

98. *Locus corruptus.*

99. Alvus circumtensa, ex medici industria liquida demittens, celeriter intumescens, convulsionis significationem quamdam prae se fert. In his novus obortus rigor perniciem denunciat. [Quale quid Aspasii filio contigit; ex eiusmodi affectione convulsione tentatus et inflatus diutius morbum traxit. Ori viridis putredo oboriebatur.]

100. *Locus corruptus.*

101. Qui subinde rigore prehenduntur et sub

πλευροῦ ἀλγήματα ἐν πτύσει χολώδει ἀλόγως ἀφανισθέντα ἐξίσταται. Lind. vulgatam retinens ἐξίσταται recepit, ut cum ἄλγημα numero congrueret. Littréus Galeni scilicet auctoritate tuetur ἐξίστανται! Mihi ἄλγημα... ἐξίσταται non ferendum videtur. Facile emendare mihi sum visus genitivum dando.

98. Sententia in Coacis non legitur. Pro εἰ δέ τι cod. Opsop. εἰ δ' ἔστι. Codd. Parr. plures ἐξίσταται. Lindanus e Gal. comm. ἐφίσταται. Littréus e libb. ἦρα pro vulg. ἆρα; libb. 4 praebent ἦρά γε καὶ ἐ. Articulum αἱ libb. Parr. praebuerunt Littréo; item προσωφελέει pro vulgato προσωφελέοι. Nolo descriptorum nugas et mutilationes locorum persequi. Ego fere crediderim εἰ δέ τι πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα huc non pertinere, sed e loco sequenti huc esse tractum; porro manifesto ἐκ τούτων pertinet ad διασωζόμενοι, ita ut τὰ τοιαῦτα abundet. Multum denique vereor ne ὄγκῳ sit insititium; nam manifesto in fine rationes computat auctor, quare casus eiusmodi non statim in mortem adducant; nisi velis id ipsum ab auctore spectari, tumorem fuisse utilem illis. Possis forte legere: ἐπὶ ταχήλου ἀλγήματι καυματώδεες, ἱδρώδεες, κοιλίης φυσηθείσης, ὑποπεριπλυθείσης ἀχόλοις, ἐξίστανται· [ἐκ τούτων] διασωζόμενοι δὲ μακροτέρως νοσέουσι. [ἦρά γε εἰσὶ αἱ ἄχολοι περιπλύσιες εὐηθέστεραι καὶ τὸ φυσῶδες ὄγκῳ προσωφελέει;] — Nempe καυματώδεες praefero, quoniam cervicis dolor delirium praenuntiare debebit et ardor cum sudore contingens spectari videtur. Quod uncinis intercipio recentiori interpolatori deberi credo.

99. Cf. Coaca 617. in fine. Ὀγκυλλομένη, quod Erot. ex h. l. in glossarium recepit cum Lind. et Littréo e mss. Parr. exhibeo pro vulg. ὀγκουμένη. Coaca firmat lectionem. Verba οἷον — υἱῷ inter σπασμῶδες et τὸ ἐπιρριγοῦν inferri solent; sed Coaca docet consecutionem esse debere eam, qua

locum descripsimus. Ceteri γενηθείς aut γεννηθεὶς καὶ ἐμφυσηθείς; manifesto terminatio huius participii ad superius est translata, ita ut γενόμενος restituerim. Ceteri διανόσησας; ego dedi quod structura postulat. Verum advertit aliud quid: nimirum vix congruit exemplum Aspasii filii, quale describitur, cum loco ad quem adponitur. Verum est ἔχει τι σπασμῶδες congruere cum σπασμώδης γενόμενος; sed cum signo ὀλεθρίῳ non congruit μακρότερον διενόσησε. — Hoc convenit cum iis, quae Prorrh. 98 describuntur. Quid igitur? aut hoc exemplum ad Prorrh. 98 pertinet; aut pertinet ad priorem partem sententiae 99., ad verba κοιλίης — σπασμῶδες. Certum iudico esse adnotationem marginalem medici antiqui. Forte ideo verba in Edd. et mss. alieno loco partim sunt inserta, quod ad vocem σπασμῶδες adnotatio signo aliquo relata fuerit.

100. Cf. Coaca 317. Vulgo κατὰ λεπτόν. E Coaca καὶ τὸ λεπτόν dedi. Forte hic quoque τὸ ἧτρον scriptum fuit, vid. adnn. ad Coacam 644. Vocem γριφώμενα s. γριφόμενα corruptam esse puto; cum aliis in eandem incideram coniecturam χριμπτόμενα: nimirum id voluerunt Kusterus ad Hesych. in voce γριπώμενα, Schneid. in Lexico. — Ego veteribus glossariis et commentatoribus nihil auctoritatis tribuo in hac quaestione, quia vitium scripturae antiquissimum est eosque aetate superat. Pro τούτοισι sat multi libri τουτέῳ et in fine τρόπον σπασμώδεα. Ad quae postrema cf. adn. ad Prorrh. 28. — Coaca pro ἀποσιτικά habet ἀπόσιτοι; — sed h. l. aqua haeret: nam quomodo mediam sententiae partem, ἀποσιτικά s. ἀπόσιτοι (ut in Coaca est) ἅμα πυρετῷ, cum superioribus et subsequentibus connectere possim, non video. Locum pro desperato sibi relinquo. — Me iudice aliquid excidit, quo prior sententiae pars expleta fuerit, quodque assequi coniectura non valeo.

101. Legebatur τὰ ἐπιρριγοῦντα καὶ ἐς ν. μ. τι παροξυ-

©BIUM

λόν τι παροξυνόμενοι, ἄγρυπνοι, φλεδονώδεες, ἐν τοῖσι ὕπνοισι ἔστιν ὅτε οὖρα ὑφ' ἑωυτοὺς χαλῶντες ἐς σπασμοὺς ἀποτελευτῶσι.

ρβ'. Οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐφιδρῶντες, οὔροισι πέπτοσι καυστικοὶ, ἀκρίτως περιψυχόμενοι, διὰ ταχέων περικαέες, νωθροὶ, κωματώδεες, σπασμώδεες, ὀλέθριοι.

ργ'. Τῇσι ἐπιφόροισι κεφαλαλγικὰ, καρώδεα μετὰ βάρεος γιγνόμενα φλαῦρα· ἴσως δὲ ταύτῃσι σπασμῶδές τι παθεῖν ὠφελέει.

ρδ'. Τὰ ἐν φάρυγγι ἰσχνῇ ἀλγήματα πνιγώδεα ἔχει τι σπασμῶδες, ἄλλως τε καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ὁρμῶντα· οἷον καὶ τῇ Θρασύνοντος ἀνεψιῇ.

ρε'. Τὰ τρομώδεα σπασμώδεα γενόμενα ἐφιδρῶσι φιλυπόστροφα· τούτοισι κρίσις ἐπιρριγώσασι· οὗτοι ἐπιρριγέουσι περὶ κοιλίην καύματι προκληθέντες. ὕπνος πολὺς ἐν τούτοισι σπασμώδης καὶ τὰ ἐς μέτωπον ἀλγήματα βαρέα καὶ οὔρησις δυσκολαίνουσα.

ρς'. Ὀσφύος πόνος καρδιαλγικῷ μετὰ ἀναχρέμψιος βιαίης ἔχει τι σπασμῶδες.

ρζ'. Τράφωνον ἅμα κρίσι ῥῖγος.

noctem aliquanto gravius habent, pervigiles, delirantes, in somno interdum lotio sese perfundentes, in convulsiones tendunt.

102. Quibus circa initia tenues oboriuntur sudores et urinae concoctae emittuntur cum magna totius corporis exaestuatione, si praeter rationem perfrigescant et rursus celeriter perurantur et torpore, sopore, aut convulsione tententur, ii perniciose affecti sunt.

103. Uterum gerentibus capitis dolores cum sopore et gravitate malo sunt. Quin et huiusmodi naturae convulsiones forte prosunt.

104. Faucium gracilium dolores suffocantes convulsivi quid habent; tum vero praecipue, si ex capite originem ducunt. Quale quid Thrasynontis consobrinae contigit.

105. Tremoribus quae convulsiones accedunt cum sudoribus recidivas minantur. In his iudicationem facit novus obortus rigor, qui prius ardore circa ventrem oborto provocatur. Somnus in his multus convulsionem minatur et frontis dolores graves et mictio difficilis.

106. Lumborum et oris ventriculi dolor cum forti screatione convulsionem quodammodo suspectam facit.

107. Rigor simul cum iudicatione quodammodo vocis defectum adfert.

νόμενα, ἄγρυπνα, φλεδονώδεα (certe ita Littr.) ἐν τοῖς ὑ. ἐ. ὀ. ὀ. ὑφ' ἑωυτοὺς χαλῶντες (sic Littr. χαλῶντα cett.) ἐς σπ. ἀποτελευτῷ κωματώδεας. — Ego masculino genere, cuius vestigium in ὑφ' ἑωυτούς superest, haec dedi. — Ad φλεδονώδεες cf. Hesych. in hac voce: φλεβεδονώδεα vulgo et libb. plerique Galeni tempore; φλεγμονώδεα codd. 5. Parr. et Opsop. cod.; φλενοδώδη Erot., sed huius glossarium pessime habitum est. Gal. in gloss. φλεδονώδεα. Libri nonnulli, quos Gal. vidit, φλεβοτονώδεα. — Vera lectio est φλεδονώδεες, quod Foës., Lind. agnoscunt. — Ceterum libri nonnulli μᾶλλον sine τι addito: libri aliquot ἐφ' ἑωυτούς. De meo κωματώδεας in fine delevi, quum loco consimili in Coacis non habeatur, nec σπασμοὶ κωματώδεες quid sint, constet. Conferatur Coaca 20.

102. Cf. Coaca 180. Vulgo ἐφιδροῦντες et διὰ ταχέως, sed Littréus e libb. dedit, quod iam item exhibeo. Legebatur insuper περιψύχοντες, sed notione intransitiva id accipi non solet; itaque dedi pervulgatum in his libris περιψυχόμενοι.

103. Cf. Coaca 534. τῇσι δὲ ἐπιφ. libb. 6. Parr. In fine vulgo ὀφείλει; Coaca ὠφελέει, quae lectio habetur item in cod. uno Par. et Imp. Samb. Mackii. Mihi ὠφελέει verum videtur: nempe ταύτῃσι ὀφείλει non congruit; et vero illam formulam ὠφελέει alio loco iam vidimus; nusquam contra ὀφείλει hoc modo in his libris poni videre me memini. Illud ἴσως — ὠφελέει manifesto recentior est adnotatio.

104. Cf. Coaca 262. Inde ἰσχνῇ pro vulg. ἰσχνῷ exhibui. Initio καὶ τὰ ἐν φ. Libb. 4. Parr.

105. Cf. Coaca 348. Vulgo τούτοις ἡ κρ., in quo latet τούτοισι κρ., quod plures codd. Parr. et Coaca l. ferunt. De verbis ὕπνος — δυσκολαίνουσα huc a me translatis vide adn. ad Prorrh. 109. infra.

106. Cf. Coaca 320. Vulgo καὶ κεφαλαλγικὸς καὶ καρδιαλγικός, pro quibus dativum dedit Littr. e libb. Parr. 6.; — καί ante κεφαλαλγικῷ in libb. 3. omittitur, qua de re iam monet Gal. in comm. Mihi illud καὶ κεφαλαλγικῷ καὶ καρδιαλγικῷ dittographiam referre visum est; quam suspicionem mihi firmavit Coaca; itaque abundantia illa eieci e textu.

107. Vulgo: τὸ ὑπαφ. κ. τ. λ.; omittunt tamen τό libb. duo Parr. τοῦτο ὑπάφ. libri 6. — Coaca est 321. Vide apud Gal. in comm. diversos modos, quibus antiquitus sententia cum superiore, aut subsequente fuerit coniuncta ab interpretibus. Inde ὑπόφοβον duxerunt Lind., Mack. Quum tum in h. l. tum in Coacis sententiam eandem sequatur, dubito fere, an non cum superiore nostra haec fuerit coniuncta, cuius rei illa lectio τοῦτο, in qua forte τούτοισι latet, indicium esse videtur.

©BIUM

ρη'. Ἀπὸ κοιλίης ὑποπέλια ταραχώδεα καὶ οὖρα λεπτὰ καὶ ὑδατώδεα ὕποπτα.

108. Ex ventre quae prodeunt sublivescentia et turbulenta, urinae etiam tenues ac dilutae suspectae sunt.

ρθ'. Φάρυγξ τρηχυνθεῖσα ἐπ' ὀλίγον καὶ κοιλίη διαβορβορύζουσα κενῇσι ἐξαναστάσισι καὶ μετώπου ἀλγήματα, ψηλαφώδεες, κοπιώδεες, ἐν στρώμασι καὶ ἱματίοισι ὀδυνώδεες, τὰ ἐκ τούτων αὐξανόμενα δύσκολα.

109. *Locus corruptus.*

ρι'. Οὔρου ἐπίστασις καὶ οἷσι ῥίγεα ἐπὶ τούτοισι σπασμώδεσι· οἷον καὶ αὐτὴ Φρίξασα ἐφίδρωσε.

110. *Locus corruptus.*

ρια'. Αἱ ἐς ἄκρητα τελευτῶσαι καθάρσιες ἐν πᾶσι μὲν παροξυντικαὶ, τοῖσι δὲ σπασμώδεσι καὶ πάνυ· ἐκ τοιούτων καὶ τὰ παρ' οὖς ἀνίσταται.

111. Quae in sinceras tendunt deiectiones alvi, in omnibus quidem ingravescentis morbi significationem praebent, convulsione vero tentatis vel maxime. Atque in eiusmodi casibus ad aures tubercula exoriri solent.

ριβ'. Αἱ ταραχώδεες ξὺν θρασύτητι ἐπεγέρσιες παράφοροι καὶ σπασμώδεες, ἄλλως τε καὶ μεθ' ἱδρῶτος· σπασμώδεες δὲ καὶ αἱ τραχήλου καὶ μεταφρένου καταψύξιες· ἀτὰρ καὶ αἱ ὅλου τοῦ σώματος· ἐν τούτοισι δὲ καὶ ἀφρώδεες οὐρήσιες.

112. Turbulentae cum confidentia e somno exsurrectiones delirium et convulsiones minantur, praesertim si cum sudore contingant. Convulsionem etiam portendunt cervicis et dorsi perfrictiones, quin etiam totius corporis. In hisce etiam mictiones urinae spumantis.

ριγ'. Ἅμα ἀψυχίῃ ὀμμάτων ἀμαύρωσις σπασμὸν ἐγγὺς σημαίνει.

113. Cum animi defectione oculorum hebetatio convulsionem in propinquo esse significat.

108. Sententia in Coacis non legitur. Varr. lectt. nihil, quod operae pretium sit, continent.

109. Huius loci qualis huc usque editus fuit pars prior, quae integrum hoc praesagium constituit, sicuti nos iam id edimus, legitur Coaca 267, quam confer; posterior in fine Coacae 348., quae cum Prorrh. 105. convenit. Quaesivi mecum, quorsum re vera pertinerent; credidi autem in Coacis verum nexum verborum esse servatum. Quod maxime efficio e verbis τὰ ἐκ τούτων αὐξανόμενα δύσκολα, quae apte finem eiusmodi praesagii faciunt. E rerum nexu certo id confici nequit, quia in utraque sententia 108. et 109. concursus fortuitus symptomatum traditur, quae e quo casu ducta sint, nescis. Itaque verba ὕπνος — δυσκολαίνουσα in Prorrh. 105. ad istum locum hinc transtuli. — Quod ad varr. lectt. attinet. καὶ ἡ κοιλίη legunt libb. 6. Parr. Pro vulgato διαβορβορίζουσα cum Littréo praetuli formam per υ, quam plures codd. ferunt; similiterque κενῇσι pro vulg. κεναῖς. Plerique libb. Parr. ἄλγημα pro ἀλγήματα et αὐξόμενα pro αὐξανόμενα. — Sententia, qualis iam habetur, his subsidiis emendari non potest; sed manifesto vitiosa est. Bene procedunt verba φάρυγξ — ἐξαναστάσισι. — Quod sequitur καὶ μετώπου ἀλγήματα, licet in Coaca etiam legatur, fere ex illa parte sententiae, quam iam ad Prorrh. 105. retulimus, originem duxisse putaverim. Sed hoc utut est et etiamsi ista demas, nullus est nexus inter priorem partem φάρυγξ — ἐξαναστάσεσι et sequentem ψηλαφώδεες — ὀδυνώδεες. Et inter ὀδυνώδεες et τὰ ἐκ τούτων αὐξανόμενα δύσκολα iterum apta connexio desideratur, ita ut aliquid deficere dixeris. — Verbo: fieri potest ut tria, certe duo forte fortuito iam sibi contigua, sed re ipsa diversissima, locorum fragmenta hic habeamus.

110. Καί initio e libb. addidit Littréus; porro καί ante οἷσι omittunt codd. aliquot. Plerique libri Parr. ἐπὶ τοῖσι σπ., quod recepit Littréus. Denique pro οἷον est alia lectio καὶ ὡς. — Locus desperatus, e quo nihil boni elicias; neque in Coacis legitur.

111. Cf. Coaca 613. Vulgo αἱ ἄκρητοι τελευτῶσαι, tum vulgo μέν abest. E libris haec emendavit Littr. — Τοῖσι δὲ σπασμώδεσι e Coaca recepi; vulgo τούτοισι δέ sine σπασμώδεσι. Littréus ἐν τουτέοισι δέ sine σπασμώδεσι; praefert tamen in adn. Coacae lectionem. Mihi procul dubio recipienda visa est, quum τούτοισι non habeat quorsum referatur.

112. 113. His locis respondent Coacae 83. et 226. Olim sententiae ita fuerunt divisae ut 112ae finem facerent verba μεθ' ἱδρῶτος, dum reliqua in hac sententia referebantur ad 113am. Necessario distinguendae erant, uti fit in Coacis. Ad 112. cf. etiam Coacam 263. — Gal. monet ad Prorrh. 112., quem locum distinguit, sicuti huc usque fieri solebat, suo tempore fuisse interpretes, qui eum cum sequente coniungerent. Alii contra videntur fuisse, qui superiori ista adnecterent; — hinc lectio in 4. codd. Parr. superstes καὶ αἱ θρ. Iam vero omnes libri, uno excepto θρασύταται pro θρασύτητι, quod unus iste et Coaca habent. Non dubito quin θρασύτητι verum sit; sed simul in ista Coacae lectione σύν excidit, quod alio loco supra item factum vidimus. Itaque praepositionem restitui. Apud Gal. in textu Hipp. θρασύνοντες scriptum est, pro θρασύταται. Quod tum in Coaca sequitur παράφοροι item intuli, quia non dubito, quin no-

©BIUM

ριδ'. Πηχέων ἀλγήματα μετὰ τραχήλου σπασμώδεα, ἀπὸ προσώπου δὲ ταῦτα καὶ κατὰ φάρυγγα, * ἦχοι συχνοὶ πτυαλίζοντες· ἐν τούτοισι οἱ ἐν ὕπνοισι ἱδρῶτες ἀγαθοί· ἄραγε καὶ τῷ ἱδρῶτι κουφίζεσθαι τοῖσι πλείστοισι οὐ πονηρόν; οἱ ἐς τὰ κάτω πόνοι τούτοισι εὔφοροι.

114. *Locus corruptus.*

ριε'. Οἱ ἐν πυρετοῖσι ἐφιδρῶντες, κεφαλαλγέες, κοιλίην ἀπολελαμμένοι, σπασμώδεες.

115. In febribus tenuiter exsudantes cum capitis dolore et alvo intercepta ad convulsiones proni sunt.

ρις'. Τὰ ὑποψάθυρα ὑγρὰ διαχωρήματα περιψυχομένῳ οὐκ ἀπύρως φλαῦρα· τὰ ἐπὶ τούτοισι ῥίγεα κύστιν καὶ κοιλίην ἐπιλαμβάνοντα, ὀδυνώδεα· ἦρα τὸ κωματῶδες τούτοισι ἔχει τι σπασμῶδες; [οὐκ ἂν θαυμάσαιμι].

116. Quae inter se non cohaerent, sed facile dissolvuntur et aliquantulum friabilia sunt alvi recrementa, liquida cum summi totius corporis perfrictione non sine febre, improbanda sunt. Qui his superveniunt rigores et ad vesicam et alvum pervadunt, dolorem adferunt. Habetne sopor in his aliquid convulsivi? [Non mirarer, res si ita se haberet].

ριζ'. Οἱ ἐν ὀξέσι ἐμετωδέως ἑλκόμενοι, φλαῦροι καὶ αἱ λευκαὶ διαχωρήσιες, δύσκολοι·

117. In gravibus ac praecipitibus malis distorqueri veluti qui vomitione conflictantur, ma-

stro loco exciderit; — nullus liber ceterum id h. l. fert. — Porro e Coaca recepi verba σπασμώδεες δέ ante καὶ αἱ τραχήλου, qua in re praeëuntem habeo Lindanum vere ita me iudice locum emendantem. Tum pone καταψύξιες sequebatur δοκέουσι, aut δοκέουσαι, etiam ἐοῦσαι καὶ ὅλου τοῦ σώματος. Non neglexi illud δοκέουσαι in Prorrhetici huius loci et Coacae 85. et 263. lectione haberi; sed haec auctoritas me non movet ut recipiam: pertinet ad recentiorum additamenta, quae tandem repudianda sunt. Contra cum Lind. ἀτάρ e Coaca 83. dedi. — Advertit epitheton ad οὐρήσιες adscriptum tribus locis laudatis esse diversum, ἀφρώδεες, ὑμενώδεες, κριμνώδεες; quid hic verum sit, nemo facile dixerit. In Prorrh., qui iam 113. nobis, ante ὀμμάτων ἀμαύρωσις delevi καί, quippe copula invecta fuit post pravam locorum distinctionem et ex hac ipsa nata est. Apud Gal. in comm. pro ἀψυχίῃ memoratur lectio Diosc. ἀποψυχῇ, quam cum Littréo corruptam puto; forte ἀποψυχίῃ voluit. — Locos iam redintegravisse nobis videmur.

114. Πηχέων Littréus e libb. 6. Parr. pro vulg. πηχέος. Monet Gal. suo tempore fuisse, qui verbis κατὰ φάρυγγα novam inciperent sententiam. Memorat porro pro ἦχοι συχνοί lectt. ὦχροὶ ἰσχνοί Artemidori et Coacae 271. et ὄχλοι συχνοί Dioscoridis. — Tum πτυαλίζοντες dedi e libb. 6. Parr. pro σιελίζοντες vulgatae. Est nempe verbum nostris libris his perfamiliare et Coaca 275. item legitur. Cum Littr. e mss. Parr. dedi οἱ ἐν ὕπνοισι ἱδρ., dum οἱ in vulg. omittitur. Libri nonnulli repetunt ἐν τούτοισι pone ἱδρῶτες. Pro ἐς τὰ κάτω πόνοι vulgo εἰς τὰ κάτω μέρη πόνοι. Melior lectio mss. Parr. debetur. — De h. l. dicam ad Coacam 271. Mihi desperatus videtur.

115. Cf. Coaca 154. Vulgo ἐφιδροῦντες, codd. Parr. alteram formam praebuerunt. Vulgo κοιλίης ἀπολελαμμένης; sed ἀπολελαμμένοι codd. 6. Parr.; itaque cum Lind. Coacae lect. exhibeo. Num integra sit sententia, nec ne, non certo definiri posse puto: forte non est, nisi principium praesagii.

116. Cf. Coaca 610., quam veram loci scripturam certe eatenus referre credo, quod ibi ἐπιλαμβάνει eius finem facit: reliqua huic nostro loco adhaerentia recentioris originis esse credo. Nempe in superiore parte κώματος mentio nulla facta! Vix dubito quin hic alienum pannum priori parti adsutum habeamus et ut ὀδυνώδεα item eo pertineat. — Dicam iam de loci scriptura: Gal. in comm. memorat ὑποψάθυρα et ὑποψάδυρα, quorum hoc atticae, illud communis dialecti esse contendit; memorat lect. ὑποψέφαρα, quam Dioscorides de suo dederit. Legebatur περιψύχοντα quod absurdum est, sive transitive sumas, sive, quod ne facere quidem licet, intransitive; e Coaca περιψυχομένῳ scripsi. — Pro οὐκ ἀπύρως libb. 3. ἀκαίρως. Venio nunc ad rem, de qua a Littréo dissentio: Gal. in comm.: τούτοις δ' ἐφεξῆς, inquit, γέγραπται κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν ὧδε· τὰ ἐπὶ τούτοις ῥίγεα κύστιν καὶ κοιλίην ἐπιλαμβάνοντα ὀδυνώδεα. ζητεῖν οὖν πάλιν ἐνταῦθα ἡμᾶς ὁ συγγραφεὺς βούλεται τί σημαίνει τὸ ἐπιλαμβάνοντα. διὰ μὲν γὰρ τῶν ἔμπροσθεν ἀπολήψεις, τὰς ἐπισχέσεις ὠνόμασε. νυνὶ δὲ [τὰ] ἐπιλαμβάνοντα γράψας ἐνίοις μὲν ἐπὶ τούτου (forte ταὐτὸ) φέρειν δοκεῖ τοὔνομα τὸ ἐπιλαμβάνοντα ταῖς ἀπολήψεσι, ἐνίοις δὲ τὸ οἷον ἐπὶ πλέον ἐκτεινόμενα δηλοῦν. Littréus: „ce commentaire, inquit, me paraît incompatible avec le texte." Imo vero ego non intelligo, quomodo Gal. in comm. ita scribere potuisset, si diversum a nostro, textum vidisset. Nempe Littr. ἐπὶ πλέον ἐκτεινόμενα vertit: *se prolongeant beaucoup.* Sed hoc apud Gal. de morbo latius serpente dictum est, ita ut cum textu optime congruat. Itaque certe hac de causa Littr. non debuerat κύστιν καὶ κοιλίην uncis includere. Verba οὐκ ἂν θαυμάσαιμι suo tempore in libris nonnullis non adscripta fuisse monet.

117. Haec sententia in Coacis non legitur; sub finem autem commentarii sui Gal. monet locum tam varia scriptione in libris suo tempore circumferri, ut supersedeat omnem lect.

©BIUM

περιγλίσχρων διεξελθόντων ἐξίστανται καύματι πολλῷ· οἱ ἐκ τούτων κωματώδεες, νωθροὶ ἀπογίγνονται καὶ μακροτέρως διανοσέουσι· ἦράγε περὶ κρίσιν οὗτοι ξηρῶς δύσπνοοι;

ριη'. Τὰ ἐξ ὀσφύος ἐς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδίδοντα παραλύσαντα παραπληκτικὸν τρόπον, σπασμώδεα, παρακρουστικά· ἆρά γε καὶ λύεται τὰ τοιαῦτα σπασμῷ; ἐκ τῶν τοιούτων ποικίλως διανοσέουσι διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες.

ριθ'. Οἱ ἐν ὑστερικῇ ἀπύρῳ σπασμοὶ, εὐχερέες· οἷον καὶ Δορκάδι.

ρκ'. Κύστις ἀπολῃφθεῖσα ἄλλως τε καὶ μετὰ κεφαλαλγίης ἔχει τι σπασμῶδες· τὰ ναρκωδέως ἐν τούτοισι ἐκλυόμενα δύσκολα, οὐ μὴν ὀλέθρια· ἦρά γε καὶ παρακρουστικὸν τὸ τοιοῦτον;

ρκα'. Αἱ κατὰ κρόταφον ὀστέων διακοπαὶ σπασμὸν ἐπικαλέονται· καὶ τὸ μεθύοντα πλῃγῆναι καὶ τὸ ῥυῆναι πολὺ ἐν ἀρχῇ, σπασμώδεα.

lum est; quin et albae alvi egestiones molestae sunt. Viscosis in superficie materiis prodeuntibus mente emoventur cum ardore multo. Qui exinde soporosi fiunt, tandem in torporem deveniunt et diutius morbum trahunt. Sitne his sub iudicationem spiritus difficilis sine sputatione, videndum est.

118. Quae ex lumbis in cervicem et caput redundant, et levis siderationis more resolutionis sensum inducunt, convulsionem ac mentis emotionem minantur. Solvunturne talia convulsione? Qui ita conflictantur varie morbum trahunt, dum eadem affectio permanet.

119. Mulieres, quae ab utero prompte strangulantur, idque sine febre, in convulsiones propensae sunt; quod etiam Dorcadi contigit.

120. Vesica intercepta, praecipue cum capitis dolore convulsionem minatur. Quae in his cum torporis sensu exsolvuntur molestiam exhibent, nec tamen perniciem adferunt. Facitne eiusmodi quid quoque delirium?

121. Ossium ad tempora praecisiones convulsiones provocant. Quin et madido vulnus inflictum et magna copia circa initia sanguis effluens facit spasmum.

var. memorare. Vulgo τὰ — ἑλκόμενα, quod in genus debitum de meo mutavi. Περίγλισχρα pro vulg. ἄγλισχρα dedi plurimorum codd. Parr. fide. Delevi mea auctoritate ἐκ τούτων, quod inter περίγλισχρα et διελθόντα erat intermedium, et genitivum reddidi his ipsis de meo. Littr. ἆρα ἐκ τούτων κωμ. plurium librorum fide; me iudice praestat vulgatum, quod retinui. Tum Littr. ἐπιγίγνονται codd. 6 fide, qui; νωθροὶ ὑποσπασμώδεες, νωθροὶ ἐπιγίγνονται; mihi ἀπογ. servandum videtur. — Sequebatur τὰ ἐκ τοιούτων μακροτέρως ἐπινοσέει, in quibus tamen τά omittunt codd. 7. In loci incerta scriptura dedi quod nostro usitatum de meo. Ἦρά γε plurimorum codd. et a Littréo recepta lectio est pro vulgato ἆρα. Postrema denique vulgo scribuntur ξηρώδεες δύσπνοοι, in quo latere videtur, quod exhibui. Foës. h. l. citat in Oecon. et comparat Coacam 445., ubi vide ξηρώσει in ξηρῶς ἤ mutatum. Quae altera fertur lectio βηχώδεες coniectura esse interpretum visa est.

118. Cf. Coaca 313. Vulgo ante παραλύσαντα legitur καί, quod Littréus librorum suorum fide suppressit. Vulgo καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες, sed ibi quoque καί omittunt libri Parr. Pertinetne σπασμώδεα rursus ad ea, de quibus ad Prorrh. 28. supra monui? Quaestio ἆρά γε λύεται τὰ τοιαῦτα σπασμῷ interpolatori alicui debetur.

119. Cf. Coacas 349. 554. Ionismum εὐχερέες praebuerunt Littréo codd. Parr. pro vulg. εὐχερεῖς. — Iam vero habebatur ἐν ὑστερικαῖσιν ἀπύρως σπασμοί. At de adverbiis eiusmodi saepius dubitavi, cf. adnn. ad Prorrh. 82. 96. Hic non maiorem adhibeo illi fidem: ἀπύρως ortum est e σ initio sequentis σπασμοί; ὑστερικαῖσι inusitatum nostro, ὑστερικῇσι omnino usitatum; sed ἀπύρῳ indicat scriptum fuisse num. sing. ὑστερικῇ.

120. Cf. Coaca 588. Varr. lectt. nihil memorabile habent.

121. Initio vulgo ἦράγε, vel ἆράγε. Mihi visa est e superiore sententia huc defluxisse interrogandi formula. Dein vulgo καὶ περὶ κρ., sed libri Parr. Littréo praebuerunt κατά. Itaque καί sine dubio ex αἱ est ortum et κατά item recipiendum, modo cf. Coaca 188. in fine. In ceteris καί dedi utroque loco pro vulgato ἤ, in quibus pro ἢ τὸ μεθ. πλ., cum libri aliquot τὸν μεθ.; tum ἢ τὸ ῥ. omittitur in multis codd. Dicendum est denique de σπασμώδεα. Vulgo εἰ τοῦτο ποιεῖ σπασμώδεα: iam vero Littréus σπασμώδεα retulit ad seq. praesagium et εἰ τοῦτο ποιεῖ ex toto suppressit. Gal. σπασμώδεα in nonnullis codd. non legi monet; iamque facile intelligis ortum illius εἰ, quod ante τοῦτο ποιεῖ prorsus abundat: nempe dat. plur. ἀρχῇσι, s. ἀρχαῖσι (pro quo malui ἀρχῇ reponere) praecedens ansam praebuit scripturae ἀρχαῖς εἰ, uti vere vidit Littréus. Verum nunc diverso modo sentio de postremis: ego credo duplicem ortum esse sententiae finem, aut σπασμώδεα, aut τοῦτο ποιεῖ. Forte τοῦτο ποιεῖ ortum, postquam σπασμώδεα ad seq. sent. referre coeperant. Nempe ad sequentem locum apte referri posse σπασμώδεα prorsus nego, etiamsi in vulgata lect. Coacae 350. legatur. Fieri in communi fonte, unde uterque liber fluxit, potuit, ut eadem horum locorum esset consecutio, quae hodie in

©BIUM

ρκβ'. Ἀνιδρωτὶ πτύελα παραρρέοντα πυρετώδεϊ ἐόντι, εὐήθεα· ἤράγε τούτοισι ἐπί τινας ἡμέρας κοιλίαι καθυγραίνονται; οἴομαι δὲ τούτοισι ἐς ἄρθρον ἀπόστημα ἔσεσθαι.

ρκγ'. Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασεῖαι παρακρούσιες, μελαγχολικαί· ἢν δὲ καὶ ἀπὸ γυναικείων, θηριώδεες· [ἐπὶ πλέον δὲ ταῦτα ξυμπίπτει· ἤράγε καὶ σπασμώδεες αὗται; ἤράγε καὶ αἱ μετὰ κάρου ἀφωνίαι, σπασμώδεες;] οἷον τῇ τοῦ σκυτέως θυγατρί· ἤρξατο γυναικείων παρεόντων πυρέξαι.

ρκδ'. Οἵσι σπασμώδεσι ὀφθαλμοὶ ἐκλάμπουσι ἀτενέως, οὔτε παρ' ἑωυτοῖσί εἰσι διανοσέουσί τε μακροτέρως .....

ρκε'. Τὸ ἀνάπαλιν αἱμορραγέειν, κακόν· [οἷον ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ δεξιοῦ ῥέειν καὶ καθ' ὑποχόνδριον ὡσαύτως·] ἐφιδρῶντι δὲ κάκιον.

ρκς'. Τὰ ἐκ ῥινῶν σμικροῖσι ἱδρῶσι περι-

122. Febricitanti absque sudore sputa defluentia levia sunt et minime maligna. Madescitne his alvus ad aliquot dies? Puto vero his ad articulos aliquid abscessurum.

123. Quae brevi feroces sunt mentis emotiones, vehementes et melancholicae fiunt; quodsi ex muliebrium suppressione oriantur, in ferinas tendunt, [quod saepius accidit. Tenduntne istae in convulsiones? Tenduntne etiam in convulsiones vocis defectiones cum alto sopore?] Quale quid cerdonis filiae contigit, quae fluentibus menstruis febre prehendi coepta est.

124. *Locus corruptus.*

125. Quae ex parte adversa fiunt sanguinis eruptiones, malo sunt; [velut in lienis tumore si ex nare dextra effluat. Quod et circa praecordia eodem modo se habet.] Maius autem malum denunciatur, si cum sudore tenui contingat.

126. Ubi sanguis e naribus effluit cum te-

Prorrh. et ut ita eo perperam illatum sit vocabulum. Si quis mihi obiiciat me nimis confidenter interrogationis formam et totam sententiam καί bis pro ἤ inferendo mutasse et C. 188. docere quaestionem eiusmodi veteres sibi proposuisse, dicam me Coacae loco adsuto et cum ceteris in ista Coaca obviis non cohaerente minimum moveri, — testes esse §. 19. libri de capitis vulneribus, Coacam 498., alios locos plures, quam pervulgata fuerit apud veteres opinio, necessario convulsionem oriri debere, quando ὁ κρόταφος laedebatur.

122. Initio praefigunt σπασμώδεα nonnulli apud Gal. et Littréus, qua de re dixi ad locum superiorem. Tum vulgo ἐν ἱδρῶτι, sed nonnulli exegetae Galeni tempore ἀνιδρωτί, quos quidem ille vehementer perstringit, ego vero veram lect. exhibere credidi, latentem etiam in Coacae 350. lect. ἀνιδρῶντι. Sputorum fluxum in absentia criseos per sudores respici puto. Εὐήθεα lectio est librorum, quam Foës. etiam requirit, licet eum ἀήθεα vidisse in codd. ex adn. appareat. Ionicum ἤρα dedere libb. Parr. pro vulgato ἆρα: vulgo quoque οἶμαι, ἆρα, sed meliora suppeditarunt Littréo libri septem, qui οἴομαι δέ: nempe infinitivus ἔσεσθαι in vulgata docet ἆρα pessime e superioribus huc devenisse librariorum culpa; ἤρά γε et οἶμαι rursus ab interpolatore aliquo, qui ad haec interposita verborum connexionem accommodavit.

123. Cf. Coaca 155. In vulgata Τὰ — παρακρούοντα, μελαγχολικά· — ἢν δὲ καὶ ἀπὸ γυναικείων ἤ, θηριώδεα κ. τ. λ. Iam manifesto iudicio corruptionem demonstrabo. Quid τὰ — παρακρούοντα? Imo, inquis strenuus librorum lectionis defensor, solebat harum sententiarum auctor ita loqui. — Sed quorsum spectat in seqq. αὗται? ad personas, ad mulieres! ita saepius in his libris! — Sed in seqq. σπασμώδεες tamen spectat ad ἀφωνίαι; ergo fere dixeris initio olim positum fuisse nomen feminini generis, quorsum illud αὗται referri possit. Imo vero res sic se habuit, modo cf. Coaca! — Verene dixi, necne, neutra pluralia illa librariis deberi? — Videamus de ceteris καί in verbis ἢν δὲ καὶ ἀπὸ γυν. abesse solet; dedit autem Littréus e libb. Parr., sequebatur pone γυναικείων vocula ἤ, quam delevi; orta est postquam neutrum plurale invectum est. Vulgo ἐπὶ πλείω; quod exhibeo, e codd. Littréus hausit, uti et ἤρά γε pro ἆρά γε. In seqq.: ἤραγε καὶ αἱ μετὰ κάρου κ. τ. λ. αἱ omm. libb. 6. καὶ αἱ unus. In fine πυρέξαι e vulg. quidem exsulat, sed in mss. regiis vidit Foës., in codd. Parr. Littréus. Tandem noto mihi non patere Galenum hunc locum alio modo scriptum vidisse; nec me videre cur πυρέξαι non reciperem, etiamsi Opsop. πυρέττειν maluerit. Quod ad ἤ ante ἤρξατο, quod idem requirebat, non opus est addito. Ceterum recentiora additamenta manifesto sunt ἐπὶ πλέον usque ad ἀφωνίαι σπασμώδεες. Cf. adn. ad Prorrh. 28.

124. Cf. Coaca 351. οἷσι ἐν σπ. vulgo; sed ἐν in libris nonnullis omittitur, quos sequi malui. Pro παρ' ἑωυτοῖσι libb. 7.: παρὰ σφίσιν αὐτέοις, quam lect. memorat etiam Gal. — Ad Coacam de iis, quae deficere h. l. videantur, monebo.

125. Vulgo τὰ ... αἱμορραγέοντα; cf. Coaca 327., unde emendavimus. Ante μεγάλῳ codd. Parr. et Opsop. habent glossam φλεγμαίνοντι. Pro vulg. ῥέειν libb. 7. ἰνέντα, quod dandum esset, si τὰ ... αἱμορραγέοντα serves, sed simul indicio est emendationem nostram requiri. Vulgo καὶ τὰ καθ' ὑποχ., unde Coacae fide item τά eiecimus. Ad ἐφιδρῶντι solitae varr. lectt. ἐφ' ἱδρῶτι et ἐφιδρῶντι. Pro κάκιον libb. Parr. κακόν. Quae uncinis inclusi rursus sunt interpretandi gratia adposita a manu recentiore.

126. Cf. Coacas 40. 342. Τά initio abesse solet; Littréus plurium libb. fide exhibuit. Opsop., Lind. corrigunt

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 165 sur 880

©BIUM

ψυχομένῳ κακοήθεα.

ρκζ'. Μεθ' αἱμορραγίην μελάνων δίοδος, κακόν· πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἐξέρυθρα. Εἰ δὲ τεταρταίοισι αἱμορραγέει, κωματώδεες, σπασμώδεες τελευτῶσι, μελάνων προδιελθόντων καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης.

ρκη'. Οἱ αἱμορραγέοντες ἐφιδροῦντες, τρομώδεες, κακοήθεες· διαλεγόμενοι λαβραίως τελευτῶσι.

ρκθ'. Μεθ' αἱμορραγίην βραχεῖαν καὶ μελάνων διαχώρησιν ἐν ὀξέσι κώφωσις, κακόν· αἵματος διαχώρησις τούτοισι ὀλέθριον, κώφωσιν δὲ λύει.

ρλ': Ὀσφὺν ἐπωδύνῳ καρδιαλγικὰ προσιόντα, αἱμορροώδεα. οἶμαι δὲ καὶ προγεγενημένων σημεῖον.

ρλα'. Οἱ τεταγμένοισι χρόνοισι αἱμορραγέοντες, διψώδεες, ἐκχλοιούμενοι, μὴ αἱμορραγήσαντες ἐπιληπτικῶς τελευτῶσι.

ρλβ'. Οἱ εὐθὺ ταραχώδεες, ἄγρυπνοι, ἀποστάξαντες ἑκταῖοι, κουφισθέντες νύκτα,

nuibus sudoribus et corporis totius perfrictione morbi malignitas denunciatur.

127. Post sanguinis fluxum nigrae materiae secessus malo est; prava etiam praerubra prodiens materies. Sin quarto die sanguis fluat, sopore, convulsione detenti moriuntur; idque nigra materie antea prodeunte et ventre in tumorem sublato.

128. Qui sanguinem fundentes tenui sudore diffluunt et tremunt, male habent. Hi inter loquendum inopinato moriuntur.

129. In praecipitibus malis quae post parcam sanguinis eruptionem aut nigrorum per alvum refusionem surditas obvenit, malum denunciat. In his sanguinis egestio perniciem adfert; surditatem tamen discutit.

130. Lumbis dolenti si oris ventriculi dolor accesserit, futurae per haemorrhoïdas vacuationis signum est; puto etiam praecessisse id significare.

131. Qui statis temporibus sanguinem fundunt si siticulosi sint, pallidi facti sint, nec sanguinem effuderint, perinde ac morbo comitiali moriuntur.

132. Qui statim perturbantur, pervigiles sunt, sanguinem e naribus stillant sexto morbi die,

μιγέων quod facere non ausim. In fine vulgo κακοήθεα, μοχθηρά, quae dittographia est; recte Littr. μ. omisit. De meo περιψυχομένῳ dedi pro absurda lect. codd. περιψυχόμενα.

127. Cf. Coaca 330. Locum iam e vulgata lect. describam: μεθ' αἱμορραγίαν (αἱμορραγίην Littr., alii e libb.) μελάνων δίοδος, κακόν· πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἐξέρυθρα εἰ δὲ (ἐξερυθρώδεα Littr. e libb.; Opsop. voluit ἐξερυθροείδεα, pessime, talia enim a substantivis, non ab adiectivis ducuntur) ἄρᾳγε (ἤρᾳγε) τεταρταίοισι ταῦτα αἱμορραγέει; κωματώδεες ἐκ τοιούτων σπασμῷ τελευτῶσι, ἄρα μελάνων προδιελθόντων καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης. — Emendatio loci, puto, se ipsa defendet; nolo bonas horas terere in absurdis additamentis persequendis et de iis disserendo.

128. Cf. Coaca 328. Legebatur τὰ αἱμορραγέοντα ἐφιδροῦντα τρώματα (τρομώδεα Gal. in comm.) κακοήθεα· οὗτοι διαλεγόμενοι λαβραίως τελευτῶσι. Quid iam, quaeso, existimandum de editoribus, qui crederent τρώματα ἐφιδρεῦντα scripsisse antiquum medicum qualemcumque? — De neutro plurali taceo. — Videsne οὗτοι abundare? et simul id indicio esse masculino genere ista primum fuisse prolata?

129. Cf. Coaca 331. Initio vulgo ἡ μεθ' αἱμ.; sed libri plures ἡ omittunt. Vulgo ἐν τούτοισι ὀλ., sed codd. Parr. omm. ἐν, quos secutus sum; in Coacae lect. etiam abest. Ne certus quidem sum τούτοισι re vera a primo scriptore esse datum.

130. Cf. Coaca 312. Vulgo ὀσφύϊ (ἐν ὀ. libb. Parr.) ἐπωδύνῳ καρδιαλγικὰ προσιόντα σημεῖα, αἱμορραγώδεα (αἱμορρώδεα Littr. e libris) οἶμαι δὲ (δέ om. cod. unus et Gal.) προγεγενημένον (προγενόμενα Littr. e multis libris, sine vocabulo finali) σημεῖον. — Recte vidit Littréus προγεγενημένων σημεῖον latere in lectione vulg. — Sed ὀσφὺν ἐπωδύνῳ corrigendum erat et primum illud σημεῖα delendum. Nempe οἶμαι — σημεῖον pannus adsutus est, in quo σημεῖον recentior ille adnotator dederit: primae partis auctor intra solitam breviloquentiam se continuit et nude αἱμορροώδεα scripsit. Librarii ad primam partem e fine transtulerunt σημεῖα.

131. Cf. Coaca 345. Omnia in vulgata neutro genere et in fine τελευτᾷ. Littr. e libb. 3. αἱμορραγεῦντα; fateor me nescire an Aeolica hac forma, an vero Ionica usi sint scriptores harum sententiarum. Post διψώδεα vulg. habebat δύσκολα, quod Littr. recte codd. auctoritate omisit; Foës. iam monuit in libris non legi. Vulgo ἐκλυόμενα, Littr. ἐκχλοιούμενα dedit ex Erot., Heringa de hac re monente. Vulgo porro ἐπιληπτικά, pro quo adverbium ἐπιληπτικῶς in libb. Parr., quod recepi collata Coaca l.

132. Cf. Coaca 87. Iterum omnia e neutro genere in masculinum fuerunt transferenda, quo facto αἱμορραγέουσι plur. num. dandum fuit pro αἱμορραγέει. — Libri Parr. praebent καὶ ἀγρυπνήσαντα; iidem αἱμορραγέει λάβρως pro vulg. αἱμορραγήσει λαύρως; Littr. e libris ἤρα pro vulg. ἄρα.

©BIUM

πονήσαντες ἐς τὴν αὔριον, ἐφιδρώσαντες, κατενεχθέντες, παρακρούσαντες, αἱμορραγέουσι λάβρως· ἦρά γε τὸ ὑδατῶδες οὖρον τοιοῦτόν τι σημαίνει;

ρλγ'. Οἷσι αἱμορραγίαι πλείους προελκλυθότος χρόνου κοιλίαι πονηρεύονται, ἢν μὴ τὰ οὖρα πεπανθῇ.

ρλδ'. Αἱ ἐν κρισίμοισι περιψύξιες ἐκ τῶν αἱμορραγιῶν νεανικαὶ, κάκισται.

ρλε'. Οἱ καρηβαρικοὶ, κατὰ βρέγμα ὀδυνώδεες, ἄγρυπνοι, αἱμορραγικοὶ, ἄλλως τε καὶ ἤν τι ἐς τράχηλον ξυντείνῃ.

ρλς'. Οἱ ἀγρυπνήσαντες ξὺν ἀλυσμῷ, ἐξαίφνης παρακρούσαντες αἱμορραγέουσι, ἄλλως τε καὶ ἤν τι προερρυήκῃ· ἆρά γε καὶ φρίξαντες;

ρλζ'. Οἱ κάτοχοι, κεφαλαλγικοὶ, τράχηλον ὀδυνώδεες, ὄμμα ἐξέρυθροι, αἱμορραγικοί.

ρλη'. Οἷσι κοιλίης ἐπιστάσης αἱμορραγέει καὶ ἐπιρριγέει, κοιλίη λειεντεριώδης καὶ ἐπίσκληρος, ἢ ἀσκαρίδες, ἢ ἀμφότερον.

ρλθ'. Οἷσι ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀνα-

nocte ea melius habent, sed postridie gravius conflictantur, tenui sudore correpti, in somnum delati delirant, largiter sanguinem fundunt. Significatne tale quid urina diluta?

133. Quibus sanguinis fluxus diu perseveravit, in his temporis processu alvus male habet, nisi urinae coctionis signa obferant.

134. E sanguinis eruptionibus vehementes die iudicatorio obvenientes perfrictiones, pessimae.

135. Qui capite gravati ad sinciput dolorem sentiunt, pervigilio torquentur, iis sanguinis eruptionem fore spes est; maxime si aliquis tensionis sensus in cervice apparet.

136. Qui insomnia vexantur cum inquieta corporis iactatione, si subito in delirium incidunt, sanguinem fundunt, praecipue si quid antea iam profluxerit. Fitne hoc post horroris sensum?

137. Altus sopor, quem catochon vocant, capitis et cervicis dolor, oculi praerubri, sanguinis per nares eruptionis futurae signa sunt.

138. Qui suppressa alvo sanguinem fundunt e naribus, aut novo subinde oborto rigore corripiuntur, iis alvus intestinorum laevitate laborat et obdurescit, aut lumbrici prodeunt, aut utrumque contingit.

139. Quibus lumborum dolor ad caput re-

Hoc membrum ἦρα — σημαίνει in multis libb. Parr. desideratur h. l. et legitur in fine Prorrh. 133. Contulit Littréus Coacas 87. et 332., ut demonstraret incertum esse, ubi sit adscribendum. Imo vero longe certissimum est h. l. retinendum et e Coaca 332. delendum esse: rerum nexus docet. Ceterum ἤράγε recentiori interpolatori debetur, neque in Coaca invenitur.

133. Cf. Coaca 332. Libri 7. Parr. et Aldus παρελκλυθότος; tum pro πεπανθῇ libb. 7. πεπαίνῃ, unus πεπαίνῃ ἢ χωνεύῃ.

134. Cf. Coaca 326. Vulgo: αἱ ἐν κρισίμοισι περιψύξεσι τῶν αἱμορραγιῶν αἱ νεανικαὶ, κάκισται. — Aliquot libri Parr. αἱ ἐν κρισίμοισι περιψύξιες τῶν αἱμορραγικῶν νεανικαὶ κάκισται. Hoc satis bene quod ad sensum loci, sed αἱμορραγικῶν recentiorum est. Ego Lindani rationem veram esse contendo, e Coaca l. locum emendantis. Littréus vulgatam exhibuit sine ἐν initio.

135. Cf. Coaca 168. Vulgo ἤν τι ἐν τραχήλῳ ἐν τείνῃ. Libb. Parr. vero ἤν τις (unus τι) ἐς τρ. ἐντείνῃ, συντείνῃ, συντείνει, ac postremum quidem maior eorum numerus. Αἱμορραγέουσι Coacae antiquior et vera lectio pro αἱμορραγικοί.

136. Vulgo: τὰ ἀγρυπνήσαντα ἐξαίφνης ἀλυσμῷ αἱμορραγεῖ, ἄλλως τε καὶ ἤν μή τι προερρυήκῃ· ἆρά γε φρίξαντα; cf. Coacae 111. 184. In hac vulg. lect. libb. Parr. αἱμορραγικά ferunt: negationem μή librorum suorum fide omisit Littréus; eademque auctoritate καί ante φρίξαντα intulit. Ego primum ista neutra pluralia emendavi; tum ξὺν ἀλυσμῷ scripsi, quia dativus solus constare nequit; quod ad παρακρούσαντες, id e Coaca 184. adscivi; nam tum Coaca 111, tum hic noster locus ex isto fragmento felici casu servato est supplendus.

137. Cf. Coaca 166. In vulg. omnia rursus neutro genere efferuntur: tum κάτοχα, κεφαλαλγικά e vulg. exsulat. Littréus exhibuit e codd. Parr. Τραχήλου de meo in τράχηλον mutavi et οἱ initio e Coaca l. recepi.

138. In hac sententia, quae cum Coaca 344. conferenda est, unum quidpiam de meo mutavi; ἆρα ante κοιλίη delevi. Nempe Coacae lectio interrogationem non habet et ἆρα recentiori manui debetur. Ceterum pro ἐπιστάσης codd. 3. et Gal. ἐπίτασις; pro ἐπιρριγέει lib. 4. ἐπιρριγέουσι, in quo vestigium lectionis Coacae. Ne nimis moliri viderer impersonalia αἱμορραγέει, ἐπιρριγέει servavi. Lib. 7. Parr. postrema legunt: ἦρά γε τὸ αἱμορραγέειν τούτοισι κοιλίην λειεντεριώδη ποιέει καὶ ἐπίσκληρον, ἢ ἀσκαρδίαν ἢ καὶ ἀμφότερα. Foës. eandem lect. vidit, in qua tamen ἢ ἀσκαρίδας, uti patet ex adn. — De Dioscoridis loci lectione cf. Galenus.

139. Cf. Coaca 308. Lind. initio e Coaca ἐξ ὀσφύος

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 167 sur 880

©BIUM

δρομὴ ἐς κεφαλὴν, χεῖρας ναρκώδεες, καρδιαλγικοὶ, ἠχώδεες, αἱμορραγέουσι λάβρως, καὶ κοιλίη δὲ καταρρήγνυται· τούτοισι γνῶμαι ταραχώδεες ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ.

ρμ'. Οἷσι ἐφ' αἱμορραγίῃ λάβρῳ, πυκνῇ, μελάνων συχνῶν διαχώρησις, ἐπιστάσης δὲ αἱμορραγέει, οὗτοι κοιλίην ὀδυνώδεες, ἅμα δέ τινι ῥύσι εὔφοροι· ἦρά γε οἱ τοιοῦτοι ψυχροῖσι ἐφιδροῦσι πολλοῖσι; τὸ ἀνατεταραγμένον ἐν τούτοισι οὖρον οὐ πονηρὸν, οὐδὲ τὸ ὑφιστάμενον γονοειδές· ἐπίσυχνον δὲ οὗτοι ὑδατώδεα οὐρέουσι.

ρμα'. Οἷσι ἂν ἀπὸ ῥινῶν ἐπὶ κωφώσι καὶ νωθρίῃ μικρὰ ᾖ ἀπόσταξις, ἔχει τι δύσκολον· ἔμετος τούτοισι ξυμφέρει καὶ κοιλίης ταραχή.

ρμβ'. Ἧισι ἐκ ῥίγεος πυρετοὶ κοπιώδεες, γυναικεῖα καταπρέχει· τράχηλος δὲ ταύτῃσι ὀδυνώδης αἱμορραγικόν.

ρμγ'. Τα σείοντα κεφαλὴν καὶ τὰ ἠχώδεα αἱμορραγέει ἢ γυναικεῖα καταβιβάζει, ἄλλως

cursat, manibus torpentes, oris ventriculi morsum patientes, tinnitus aurium habentes, largo modo sanguinem fundunt, venterque iis deturbatur. His mens ut plurimum non constat.

140. Quibus ex frequenti et larga sanguinis eruptione nigrorum recrementorum copiosa fit deiectio, qua subsistente sanguinem fundunt, hi ventre dolent, sed cum fluxu aliquo melius se habent: diffluuntne hi sudore multo frigido? Turbida urina in his mala non est, neque quod subsidet semini simile. Frequenter hi aquosam urinam reddunt.

141. Quibus parca sanguinis e naribus stillatio cum surditate et torpore obvenit, molestiam quamdam exhibet. Vomitio et alvi perturbatio his confert.

142. Quibus ex rigore febres adsunt cum lassitudinis sensu, in iis muliebrium profluvium exspectare oportet. Quodsi cervicis dolor prehenderit, sanguinis ex naribus eruptionem fore spes est.

143. Quae caput concutiunt, et aurium sonitus excitant, aut sanguinis profluvium faciunt

[ἀλγήματος] dedit; non dubito quin addito opus sit. Vulgo καὶ χεῖρας, nonnulli libri χεῖρα. Ego καί delevi, nimirum aut illa signa per se spectantur, aut legendum erit οἷσι ἐξ ἀναδρομῆς ἀλγήματος ὀσφύος ἐς κεφαλὴν χεῖρες ναρκώδεες, aut legendum, quod ego exhibeo; ceteroquin sensus loci sibi non constat. Dein ἠχώδεες consentienter cum Coaca scripsi. quod Opsop. etiam faciendum putavit; Lind. vero re ipsa fecit. E Gal. discimus ἰχωρώδεες et χολώδεες fuisse scriptum in libris illius aetatis; in codd. hodiernis alterutrum etiamnunc habetur, vel utrumque. Verum ἰχωρώδεες, aut si malis ἰχωροειδέες, de personis non facile dici potuit, de humore aliquo dici possit; χολώδεες vero quominus hic assumas, rerum nexus prohibet. Καὶ κοιλίη δέ vulg. est; in qua δέ om. libb. 7. Parr. λάβρως pro vulg. λαύρως codd. debetur. His item debentur postrema, quae in vulg. leguntur, τούτοισι ταραχώδεσι.

140. Cf. Coaca 333. In principio sententiae vulgo λαύρως; Littr. λαύρῳ; plerique libb. Parr. λάβρῃ, unde λάβρῳ scripsi. Porro ἐπιστάσης Coacae et librorum plerorumque Parr. est lectio, quam Littr. recepit pro vulg. ἐπίτασις. Ante αἱμορραγέει, quod impersonale de meo intuli pro vulg. αἱμορραγέουσι, vulgo δέ non legitur, sed eorundem libb. fide a Littr. est illatum; κοιλίην recepit Littr. e libb. 2. κοιλίας alii 4. κοιλίης vulgo. Verba ἅμα δέ τινι ῥύσει εὔφοροι dant libb. Parr.; Foës. tamen iam loquitur de lect., quam in Coaca vidimus in textu vulg. et quam ex aliis codd. recepit Littr.: ἅμα δὲ τῇσι Φύσῃσι εὔφοροι. Huic ego fidem non adhibeo; nempe in hac sententia aliquid opponi debet verbis ἐπιστάσης δὲ αἱμ., quae praecedunt. Ista antithesis in vulgato ἅμα δέ τινι ῥύσει εὔφοροι omnino exprimitur, sed minime habetur in altera illa lect. Non tamen me latet symptomata enumerata cum flatulentia esse posse coniuncta; sed propter causam, quam dixi, non reiicio vulgatam, et Coacae lect. ad hanc accommodabo. — In seqq. ἦρά γε dedi cum Littr. e libb. nonnullis; οἱ τοιοῦτοι libb. Parr., οὗτοι vulgo; iisdem dativi Ionici seqq. debentur. Denique ὑφιστάμενον vulg. et libri plerique; ἐφιστάμενον Gal. et cod. unus Par.

141. Cf. Coacas 208, 334. Vulgo ἐπικώφωσις, veram lect. dedit Littr. e codd.; — μικρὰ ᾖ ἀπόσταξις correctio Opsopoei est vulgati μι. ἡ. α.; licet vulgatae etiam dittographia μικρά originem praebere potuerit et μικρὴ ἀπόσταξις non minus recte scribi possit. Utrum συμφέρει an ξυμφέρει sit scribendum vix discerno: illud vulgatae est et σύν fere semper in his libb. scribitur; ξυμφ. paucorum est librorum. Quod ad αἵματος ἔμετος, haec vitiosa est lect. in Gal. Ed. Bas. correcta in seqq. Edd., orta e confusione diphthongi αι et vocalis ε.

142. Cf. Coaca 555. De meo τράχηλος δὲ ταύτῃσι dedi pro vulg. τρ. δ' ἐν τούτοισι; Opsop. et Lind. item femininum requisiverunt, aut exhibuerunt; δ' omittunt libri Parr., sed vulgata habet. In hac inter αἱμορραγικὸν et seq. τὰ σείοντα κεφ. intermedia sunt verba καὶ διὰ ῥινῶν αἱμορραγῆσαι ἐλπίζειν, quae quum in Littréi libb. deficiunt, ea omisit. Exhibent aliam scriptionem postremae partis sententiae, quae sic se habuerit: τράχηλος δ' εἰ ταύτῃσι ὀδυνώδης καὶ διὰ ῥινῶν αἱμορραγῆσαι ἐλπίζειν.

143. Pro κεφαλήν Libb. Parr. κεφαλάς. In vulg. ἦν γυναικεῖα κ. codd. Parr. ἢ praebuerunt Littréo; καταβιάζει fert ms. unum, quod item τράχηλον pro ῥάχιν. Praesens

©BIUM

τε καὶ ἢν κατὰ ῥάχιν καῦμα παρακολουθήσῃ· [ἴσως δὲ καὶ δυσεντερικόν.]

ρμδ'. Οἱ κατὰ κοιλίην παλμοὶ ἐν ὑποχονδρίου ἐντάσι ὑπομάκρῳ, ὀγκώδεϊ, αἱμορραγικοί· φρικώδεες οὗτοι.

ρμε'. Τὰ ἐκ ῥινῶν λάβρα βίῃ ἀπολῃφθέντα ἔστι οἷσι σπασμοὺς προσάγεται.

ρμς'. Αἱ πυκναὶ καὶ κατὰ μικρὰ ἐπαναστάσιες ὑπόξανθοι, γλίσχραι, ἔχουσαι μικρὰ κοπρώδεα μετὰ ὑποχονδρίου ἀλγήματος καὶ πλευροῦ, ἰκτεριώδεες· ἦρά γε ἐπιστάντων αὐτῶν ἐκχλοιοῦνται; οἶμαι δὲ καὶ αἱμορραγέειν τούτους· τὰ γὰρ ἐς ὀσφὺν ἀλγήματα ἐν τούτοισι αἱμορραγικά.

ρμζ'. Ὑποχονδρίου ἔντασις μετὰ καρηβαρίης καὶ κωφώσιος καὶ τὰ πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα, αἱμορραγικά.

ρμη'. Αἱ ἐνδεκαταίοισι στάξιες δύσκολοι, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπιστάξῃ.

ρμθ'. Τοὺς ἐν φρίκῃσι ἅμα ἱδρώσαντας

aut muliebrem fluxum, idque praesertim si iuxta spinam dorsi ardor consequatur; [fortasse etiam intestinorum difficultatis signum est.]

144. Quae contingunt circa ventrem palpitationes cum praecordiorum contensione oblonga et intumescente, sanguinis ex naribus profluvium denunciant. Hi horrore prehenduntur.

145. Largae sanguinis e naribus fluxiones, vi suppressae interdum in convulsiones adducunt.

146. Frequentes desidendi labores pauca aliquantulum flava, glutinosa excernentes, cum paucis alvi recrementis praecordiorum et lateris dolore morbum regium praenunciant. Tinguntur-ne hi flavo colore ex istorum suppressione? Puto eos etiam sanguinem fundere; nam dolores ad lumbos in his sanguinis effluvium futurum indicant.

147. Praecordiorum contensio cum capitis gravitate et surditate et quae oculorum aciem perturbant, sanguinis eruptionem e naribus praenunciant.

148. Quae undecimo die contingunt de naribus sanguinis stillationes, molestae sunt, maxime si superiori alicui stillicidio supervenerint.

149. Quibus ubi inhorruerint, iudicatorii su-

παρακολουθέῃ libb. Parr. uti Coaca 167. Postremum illud ἴσως δὲ καὶ δυσεντερικόν rursus recentius est additamentum. Ceterum mira dictio τὰ σείοντα κεφαλήν, cum qua comparari potest quod infra Prorrh. 147. legitur, τὰ πρὸς τὰς αὐγὰς ὀχλέοντα. Mirum etiam αἱμορραγέει transitive sumtum.

144. Cf. Coaca 298. Vulg. καὶ οἱ, sed copulam om. Littr. libb. Parr. auctoritate. Libri plures αἱμορραγικαί, quod intelligitur ex unius cod. lect. καὶ Φρ. οὗτοι nempe copula isti terminationi fem. ansam praebuit.

145. Principio sententiae τὰ ἐκ, quae in vulg. omittuntur, e libb. Parr. adscripsit Littr.; λάβρα e duobus libb. recepi pro vulg. λαῦρα, nempe illa forma praestat. Pro βίῃ ἀπολ., quae Coacae lectio a Littréo etiam recepta, vulgata fert βιαίᾳ πολλὰ ῥυέντα corrupte. Denique pro ἔστι οἷσι σπ. πρ., quam lect. e codd. dedit Littr. et quae cum Coaca consentit, vulgata fert ἑτοῖμον εἰς σπ. πρ. — Cf. Coaca 336. — Ibi quoque φλεβοτομίη λύει in fine delevi, sicuti h. l. vide adn. ad C. 346.

146. Idem locus Coaca 621. habetur, cf. etiam Coacas 293, 490, 306. — Pro γλίσχραι libb. 7. γλίσχρα. E libb. 4. Parr. recepi μετὰ ὑποχ. pro vulg. μεθ' ὑποχ. Dein ἦρά γε e libb. Parr. invectum est a Littr. pro vulg. ἆρα δέ. Pro ἐπιστάντων αὐτῶν libri multi ἐπαναστάντων et τούτων, quorum hoc recepit Littréus; mihi non praestare visum est, quum αὐτῶν de remotioribus in sententia verbis evacuationem indicantibus apte dicatur. Vulgata tum οὗτοι habet pone αὐτῶν, quod Littréus e pluribus libris abesse videns delevit; e Coaca αὐτῶν exsulat. Vulgo ἐκλύονται, Littr. ἐκχλοιοῦνται, quod iam Opsop. desideraverat, invexit. Postremo vulg. οἶμαί τε καὶ αἱμορραγέει· τούτους τάσις ὀσφύος, ἀλγ. κ. τ. λ. Littr. e libb. Parr. emendatiora dedit. Iam vero hic iterum recentiorum interpolationes in postremis agnoscimus. Videntur nempe scripta olim fuisse: ... ἰκτεριώδεες, ἐπιστάντων ἐκχλοιοῦνται· τὰ ἐς ὀσφὺν ἀλγήματα αἱμορροεῖ. Notandum αἱμορροεῖν in Coaca melius dici, quum haemorrhoïdum fluxum denotare videatur, quo cum dolor lumborum satis congruit.

147. Cf. Coaca 195. Vulgo τάσις. Littréus e libb. Parr. ἔντασις, quod in Coaca etiam habetur. Iam vero advertunt τὰ πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα, pro quibus antea in Coaca legebatur καὶ πρὸς αὐγὰς ἐνοχλεῖν, cf. adn. ad Prorrh. 143. et adn. ad Coacam l.

148. Cf. Coaca 337. Pro αἱ ἐνδεκαταῖαι στάξιες; quod codd. plurium lectio est, vulgo ἐνδεκαταίοισι στ. Littréus illud dedit. Ego vulg. retinui, sed αἱ ei praefixi, nempe propter ἐπιστάξῃ impersonale praefero h. l. dativum. In postremis vulg. habet ἢν ἐπίσταξις. Libri fere ἢν δὶς ἐπιστάξῃ, unde recte Littréus ἢν ἐπιστάξῃ, nam aut ἢν δὶς στάξῃ, aut alterum illud est dandum. Quod cum Littréo exhibeo intelligendum de stillicidio undecimo morbi die contingente, postquam superiore aliquo iam antea sanguis de naribus stillaverat.

149. Cf. Coaca 24. Hoc praesagium etiam neutro genere descriptum inveni. Pone ἀγρυπνέοντα vulgatae libb. plerique τὰ πεπαινόμενα adscribunt et verbo οἶομαι subiungunt πε-

©BIUM

κρισίμως, ἐς δὲ τὴν αὔριον φρίξαντας, παραλόγως ἀγρυπνέοντας αἱμορραγήσειν οἴομαι.

ρν'. Οἷσι ἐξ ἀρχῆς αἱμορραγίαι λάβροι, ῥῖγος ἴστησι.

ρνα'. Ἐξ αἱμορραγίης ῥίγεα μακρὰ, πονηρά.

ρνβ'. Οἷσι κεφαλαλγίαι καὶ τραχήλου πόνοι καὶ ὅλου δέ τις ἀκράτεια τοῦ σώματος τρομώδης, αἱμορραγίαι λύουσι· ἀτὰρ καὶ χρόνῳ οὕτω λύονται.

ρνγ'. Οὖρα τοῖσι παρὰ τὰ ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα, φλαῦρα· καὶ τὸ καταψύχεσθαι ὧδε πονηρόν.

ρνδ'. Τοῖσι ὑποκαρώδεσι καὶ ἰκτερώδεσι, οἷσι λύγγες, κοιλίη καταρρήγνυται· ἴσως δὲ καὶ ἐπιστάσης οὗτοι ἐκχλοιοῦνται· ἦρα τούτοισι καὶ τὰ παρὰ τὰ ὦτα;

ρνε'. Τὰ ἐπεσχημένα μετὰ ῥίγεος οὖρα, πονηρὰ, ἄλλως τε καὶ προκαρωθέντι· τὰ παρ' οὓς ἐπὶ τούτοισι ἐλπίς.

ρνς'. Ἐκ στροφωδέων ὑπόστασις ἰλυώδης, ὑποπέλιος, κακή· ἄραγε ἐκ τῶν τοιούτων

dores simul contingunt, postridie vero si horror repetierit, et temere pervigilent, his sanguinem de naribus fluxurum sperare oportet.

150. Quibus initio morbi largae sanguinis fluxiones, rigor eas sistit.

151. Qui post haemorrhagias oriuntur rigores diuturni, mali sunt.

152. Quibus capitis ac cervicis dolor et totius corporis impotentia cum tremore adest, ab iis sanguinis eruptiones liberant. Verum etiam tempore sic se habentes morbo liberantur.

153. In his, quae ad aures abscedunt, urinae, quae celeriter et parvo tempore concoquuntur, damno sunt. Quin etiam ita perfrigerari malum est.

154. In his qui aliquantum sopore et morbo regio detinentur, et quibus singultus adest, alvus affatim prorumpit. Fortasse hi ea subsistente viridi colore tinguntur. Oriunturne his abscessus ad aures?

155. Urinae, quae cum rigore restitant, damno sunt, idque praesertim si altus sopor praegressus sit. Abscessus ad aures in his exspectandi sunt.

156. Sedimentum limosum sublividum ex alvi excretis cum torminibus malum est. Doletne inde

παινομένων. Prioris illius additamenti iam Foës. mentionem fecit, Littréus utriusque. Rem intelligimus e Coaca, ubi ἀγρυπνεῦντα μὴ πεπαινομένων legebatur, quod non est nisi parum aptum glossema ad παραλόγως.

150. Locus in Coacis non legitur. Scripsi λάβροι e vulg. λάβραι, quum adiectivum sit duarum terminationum; praebent item libri 4. Parr. et edidit Lind., λαῦροι codd. 5, quos Littr. est secutus. Pone ἴστησι vulgo ῥύσιν sequitur; Littréus multorum Parr. libb. fide suppressit: idem olim fecerat Lindanus.

151. Sententia in Coacis non habetur. Duplex eius scriptio est: τὰ ἐξ αἱμ. ῥίγεα πονηρά. et ἐξ αἱμ. ῥίγεα μακρά. Qua de re iam Foës. monuit. Credo utrumque et μακρὰ et πονηρά esse recipiendum. Vulgata lect. sine πονηρά addito manca est. Quod ad verba ἐὰν δὲ ἐπιγένηται λαῦρα αἱμορραγία ἀντισπᾶται, quae inter Prorrh. 150 et 151. interponuntur apud Gal., profecto non sunt recipienda, sed unde ortum trahant non reperi.

152. Cf. Coaca 170. Non pauci libri τοῦ σώματος τὰ ἄκρα τρομώδεες. — Vulgo αἱμορραγικά: libb. Parr. αἱμορραγίαι, unde hoc exhibet Littréus. Iam saepius vidimus illud αἱμορραγικόν item pertinere ad vocabula a recentioribus pro aliis antiquioribus invecta. In seqq. χρόνῳ οὕτω λ. vulgo; sed ὁ. χ. inverso ordine libri sat multi et Coaca. Οὕτω λύονται est οὕτως ἔχοντες λύονται. Pro λύονται cod. unus et Gal. Ed. Bas. λύεται, quod recepit Littréus.

153. Cf. Coacae 205. 587. τοῖσι παρὰ τὰ ὦτα libb. Parr. τοῖσι παρ' ὦτα vulg.

154. Cf. Coaca 490. Legebatur τὰ ὑποκαρώδεα καὶ ἰκτερώδεα οὐ πάνυ αἰσθανόμενα: in quibus καί, quod e vulg. abest, e codd. dedit Littr. et ante illum Lind. Ego mirabar primum ὑποκαρώδεα, dein iterum οὐ πάνυ αἰσθ. inferri. Sed Coacam conferens credidi οὐ πάνυ αἰσθ. esse explicationem alterius, quae ibi expulerit vocem principem; itaque id eieci et masculino genere primam partem protuli. Ante αἰσθ. codd. Parr. αἴτια Putat Littr. ortum esse e male lecto ἐπαισθ., quod in Coaca habetur. Libri Parr. fere κοιλίαι καταρρήγνυνται. Porro ἴσως δέ libb. Parr. et Littr.; vulgo δέ abest. Pro ἐπιστάσης, quod Lind. et Littr. dederunt, hic vero e codd. Parr., vulgo ἐπίστασις. Lind. ἐκχλοιοῦνται forte, e Coaca; eum secutus est Littréus; vulgo ἐκλύονται. Ionismus ἦρα codd. suorum fide Littréus pro vulg. ἆρα. — Verba ἦρα τούτοισι καὶ τὰ ὦτα παρὰ τά recentius sunt additamentum, modo Coacam conferas.

155. Cf. Coaca 25. Libb. Parr. ἐπισχόμενα et plerique πρὸς οὖς. Legitur vulgo τὰ παρ' οὖς ἦρα (s. ἆρα) ἐπὶ τ. ἑ. Ego Coacae fide illud ἦρα quod vel propter locum, quem in sententia occupabat, suspectum erat, eieci.

156. Cf. Coaca 578. sub finem. — Vulgo h. l. ἐκ στροφώδους, plurimi vero libri ἐκ στροφωδέων etiam Galeni tempore. Lind. Mack. ἐκ τροφιωδέων dederunt, quos credo maxime motos esse Coacae auctoritate, forte etiam Galeni comm., de quo lege Littréi adn. ad h. l. — Me iudice per-

©BIUM

ὑποχόνδριον ὀδυνᾶται; δοκέω δὴ δεξιόν· ἦρα καὶ ἐκχλοιοῦνται καὶ τὰ παρ' ὦτα τούτοισι ὀδυνώδεα ἐπ' ὀλίγον; κοιλίη καταρραγεῖσα τούτοισι ὀλέθριον.

ργζ'. Ἐν τῇσι ἀσώδεσι ἀγρυπνίῃσι τὰ παρ' οὓς μάλιστα.

ργη'. Ἐπὶ κοιλίῃσι δυσώδεσι, πυρετῷ ὀξέϊ, ὑποχονδρίῳ μετεώρῳ χρονιωτέρως, τὰ παρ' οὓς μάλιστα.

ργθ'. Ἐκ κωφώσιος ἐπιεικέως τὰ παρ' ὦτα, ἄλλως τε καὶ ἢν ἀσῶδές τι ἐπιγένηται· καὶ τοῖσι κωματώδεσι ἐπὶ τούτοισι μᾶλλον.

ρξ'. Τὰ παρ' ὦτα φλαῦρα τοῖσι παραπληκτικοῖσι.

ρξα'. Τὰ σπασμώδεα τρόπον παροξυνόμενα κάτοχα τὰ παρ' οὓς ἀνίστησι.

praecordium? Puto quidem dextrum. Perfundunturne etiam colore flavo-viridi et fiuntne his abscessus ad aures breviter dolentes? Venter in his prorumpens perniciem adfert.

157. In pervigiliis cum anxietate ad aures abscessus maxime obveniunt.

158. Ubi per alvum foetida materies excernitur et febris acuta est cum praecordiorum tumore diuturniore, abscessus ad aures praecipue oriuntur.

159. Ex surditate abscessus ad aures contingere consentaneum est, praesertim vero si inquieta quaedam corporis iactatio succedat. Atque inter hos in iis, qui sopore detinentur, ista magis sperare oportet.

160. In leviter sideratis abscessus, qui ad aures contingunt, malo sunt.

161. Qui convulsionis in morem exacerbantur alti sopores abscessus ad aures excitant.

peram in Coaca ad urinas referuntur ista verba, quod in collectione tam negligenter congesta mirum non est. Opinor cum loco nostro et Coaca conferri debere verba ex Epid. II. 3. 1. καὶ αἱ κοιλίαι ταραχ. — εἴκελον ἰσάτιδι et ex Ep. IV. 35. διαχωρημάτων ὑδατώδων — ὑπόστασιν ἔχον. — De his suo loco videbimus, sed constat ibi sermonem esse de sedimento ex alvi excretis. Itaque Coaca e Prorrh. corrigenda. — In seqq. porro vulgo ἐκ τῶν ὑποχονδρίων, — sed libb. plurimi ἐκ τοιούτων ὑποχόνδριον. Lindanus ἐκ τῶν τοιούτων ὑποχόνδριον rectissime: id enim latet in utraque corrupta librorum lect. In verbis δοκέω δὴ δεξιόν vulgo δή abest, sed Littréus in libb. vidit et adscripsit δέ; quodsi tale quid addatur δή aptius interponetur. — In verbis ἦρα καὶ ἐκχλοιοῦνται — ἐπ' ὀλίγον; vulgata habet: ἐκλύονται. ἆρα τὰ παρ' ὦτα τοιούτοισι ὀδυνώδεα; codd. Parr. ἦρα καὶ ἀχλυώδεες οἱ τοιοῦτοι καὶ τὰ παρὰ τούτοισι ὀδυνώδεα; — Lindanus dedit: καὶ ἐκχλοιοῦνται, ἦρα τὰ παρ' ὦτα κ.τ.λ. Littréus ἦρα καὶ χλοιώδεες οἱ τοιοῦτοι, καὶ τὰ παρ' ὦτα ὀδ. ἐπ. ὀλ. Hanc Parisiensis editoris loci scripturam lubens amplector; sed malo e vulgatae ἐκλύονται cum Lindano ἐκχλοιοῦνται scribere; nempe in vulg. vestigium est verae lectionis. — Vulgo τούτοισι ἐν ἅπασι ὀλέθριον; Lind. iam illud ἐν ἅπασι omisit neque habetur in libris Parr. Quod ceterum ad universum locum attinet, puto fragmentum esse loci; forte etiam Coacae adsutum, non eo a primo auctore relatum. Certum etiam puto interposita esse ἆρά γε — δοκέω δή — ἦρα — τούτοισι — τοῦτοισι. — Quae si demas, habebis fere primam scriptionem, sed non verum loci cum aliis nexum.

157. Cf. Coaca 563. Vulgo ἔν τισι; emendavit Littr. Ἐν τοῖσι ἀσώδεσι τὰ παρ' οὓς μάλιστα libri plerique. Lind. ἐν τοῖσι καυσώδεσι edidit, quod Opsopoeo etiam ob mentem est versatum.

158. Cf. Coacas 201. et 292. Ante ἐπί habent τά codd. Parr. et Lindanus, qui κοιλίῃσι pro εἰλεοῖσι vulgatae exhibuit, qua de re mox. Cod. unus Par. ὑποχόνδρια μετέωρα χρονιώτερα. Equidem istud εἰλεοῖσι vitiosum esse puto; Opsop et Lind. κοιλίῃσι voluerunt; Galeni auctoritate Littréus εἰλεοῖσι defendit. Coaca 201. legimus τὰ παρ' οὓς ἐπὶ πλείστοισι δυσώδεσι, πυρετῷ ὀξέϊ, ὑποχονδρίῳ συντόνῳ χρονιωτέρως ἀρθέντα κτείνει et Coaca 292. ἐπὶ ὑποχονδρίῳ χρονίῳ καὶ κοιλίῃ δυσώδει παρ' οὓς ἀπόστημα κτείνει. Dubium non est, quin hae sententiae omnes ex uno aliquo prototypo fluxerint. Respondent autem sibi in singulis: εἰλεοῖσι δυσώδεσι et πλείστοισι δυσώδεσι et κοιλίῃ δυσώδης. Ut a postremo incipiam, κοιλίῃ δυσώδης pro διαχωρήματα δυσώδεα, aut τὰ ἀπὸ κοιλίης δυσώδεα Foës. ex h. l. adfert in Oecon.; legitur autem κοιλίῃ χολώδης v. c. Coaca 240., κοιλίῃ ὑγρῇ Coaca 241. κοιλίαι ξηραὶ σπυραθώδεες Coaca 481. et postrema quidem haec Coaca integerrima et Hippocratis ipsius esse videtur. Itaque κοιλίαι δυσώδεες recte habet et locum recte emendaverunt Opsop. Lind. Quodsi quis iam εἰλεοῖσι δυσώδεσι eodem modo recte dici posse contendat de materiis in ileo reiectis, non ideo credam εἰλεοῖσι h. l. recte poni; nam debet symptoma certe aliquod memorari, quod frequenter obviam veniat nec faciat morbum, cum quo si tumores ad aures compares, hi non magni momenti videantur. Haec causa cur reiiciam et e κοιλίῃσι corruptum putem εἰλεοῖσι. — Coaca 201. vero mihi integerrimam quidem sententiam obferre videtur; inde χρονιωτέρῳ vulgatae in adv. χρονιωτέρως mutavi. Coaca 292. partim certe truncata; nam ὑποχονδρίῳ χρονίῳ pro χρονίως μετεώρῳ mirum sonat. — Forte κτείνει quod in Prorrh. non legitur, ansam dedit ut consulto aliquis locum corrigere sibi visus, scriberet εἰλεοῖσι.

159. Cf. Coaca 209. ἐπιεικέως pro vulg. ἐπιεικῶς Littr. e libb. 5. Vulgo illud in Coaca.

160. Cf. Coaca 202. Vulgo παραπληγικοῖς. Nostram lect. Littr. exhibuit e codd. Parr.; habetur etiam in Coaca l.

161. Cf. Coacas 104. et 352. Vulgo σπασμώδη; Ionicam formam Littréo praebuerunt libri Parr. Iam vero legebatur κατόχως, quod hoc verborum nexu incongruum visum est, quodque ad Coacae 104. lectionem in κάτοχα mutavi. Nolo tamen reticere, aliud quid me esse suspicatum. In Prorrh. et in Coaca 352. κατόχως legitur in libris; in Coaca 104.,

©BIUM

ρξβ′. Τὸ σπασμῶδες, τρομῶδες, ἀσῶδες, ἐπιπαροξυνόμενα κατόχως σμικρὰ παρ' οὓς ἀνίστησι.

ρξγ′. Ἤρά γε οἷσι τὰ παρ' οὓς κεφαλαλγικοί; ἦρά γε καὶ ἐφιδρῶσι τὰ ἄνω, εἶτα καὶ ἐπιρριγέουσι; ἦράγε καὶ κοιλίη καταρρήγνυται καί τι καὶ κωματώδεες; ἦράγε καὶ ὑδατώδεα οὖρα ἐναιωρεύμενα λευκοῖσι καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης ἔκλευκα δυσώδεα ποιέει τὰ παρ' οὓς; ἦράγε οἷσι τὰ τοιαῦτα οὖρα, στάξιες πυκναί; ἦρά γε καὶ γλῶσσα τούτοισι λείη;

ρξδ′. Οἷσι πνευματίῃσι ἐοῦσι ἴκτεροι καὶ πυρετοὶ ὀξέες ἐπιγίγνονται, μεθ' ὑποχονδρίων σκληρῶν καταψυχθεῖσι τὰ παρὰ τὰ ὦτα μεγάλα ἀνίσταται.

ρξε′. Κωματώδεσι, ἀσώδεσι, ὑποχόνδριον ὀδυνώδεσι, ἐμετώδεσι σμικρὰ τὰ παρ' οὓς ἐπανίσταται, πρόσθεν δὲ καὶ τὰ περὶ τὸ πρόσωπον.

162. Convulsiones, tremores, inquieta corporis iactatio parvos ad aures abscessus faciunt, ubi cum alto sopore exacerbantur.

163. Dolentne capite, quibus abscessus ad aures contingunt? sudantne tenui sudore partibus superioribus diffluentibus et prehendunturne dein rigore? Prorumpitne iis alvus et tenenturne aliquantum sopore? Faciuntne urinae, in quibus alba quaedam innatent, et alvi recrementa exalbida, graveolentia abscessus ad aures? Stillatne parcus sanguis de naribus iis, qui talem urinam fundunt? Estne iis lingua laevis?

164. Quibus spirandi difficultate laborantibus icteri et febres acutae superveniunt, in his, ubi cum praecordiis duris refrigerantur, magni ad aures abscessus exoriuntur.

165. Sopore cum incontinente corporis iactatione conflictatis, praecordiis dolentibus, vomituritione tentatis, parvi ad aures abscessus enascuntur; antea vero facies in tumorem attollitur.

ubi verba paulo diverso ordine habentur, *κάτοχα*. Sitne igitur *κατόχως* vera lectio, sed ita ut *σπασμώδεα τρόπον* interpolatori debeatur, de quo ad Prorrh. 28. monui? adeo ut solum scriptum fuerit *τὰ παροξυνόμενα κατόχως τὰ παρ' οὓς ἀνίστησι*. Hoc quidem mihi vero simillimum videtur.

162. Cf. Coaca 353. Vulgo *τὸ σπασμῶδες, τρομῶδες, ἀσῶδες, κατόχως. μικρὰ παρ' οὓς ἐπιπαροξυνόμενα*. Littreus pro *ἐπιπαροξυνόμενα* dedit *ἀνίστησι*. — Libri plures Parr. *τὸ σπασμοτρομῶδες*, cf. Gal. comm.; *σμικρά* pro vulg. *μικρά* e libris Littréus. Quod ad postremum vocabulum, quod in vulg. est *ἐπιπαροξυνόμενα*, in plerisque codd. Parr. *ἀνίστησι*, alio modo se habet in Fevr. cod. apud Foës., ubi utrumque occurrit. Mihi quoque utraque lectio coniungenda visa est, ita ut perspicuitatis causa *ἐπιπαροξυνόμενα κατόχως* alio loco inferrem. — Foësius in notula: „apparet tamen," inquit, „ex Galeno, suppositititam esse sententiam ac fere cum superiori convenire." Etiam Littréus ad Galenum provocat. Sed initium comm. Galenici non est integrum: verba *οὐκ ἐν πᾶσι τοῖς ἀντιγράφοις ἥδε ἡ ῥῆσις γέγραπται τὴν αὐτὴν ἔχει λέξιν* lacunam habent; legendum est: *οὐκ ἐν πᾶσι τοῖς ἀντιγράφοις, ἐν οἷς ἥδε ἡ λέξις γέγραπται, τὴν αὐτὴν ἔχει λέξιν*. — Equidem potius Prorrh. 161. cum locis consimilibus ex hoc nostro latiorem significationem habente deductos, adeoque suppositicios crediderim, quam hunc, de quo nunc agimus.

163. Cf. Coaca 203. Vulgo *ἆράγε εἰσί* initio: codd. Parr. Littréo meliorem praebuerunt lect. Hic ex codd. *οὗτοι* subiunxit pone *κεφαλαλγικοί*, quod equidem factum nolim. Forte *οὗτοι* ex alio loco huc devenit; certe pluribus uno locis in nostra sententia aptius inserueris, quam hocce. Ante *ἐφιδρῶσι* libb. Parr. omm. *καί*. E vulgata lect. abest *εἶτα καὶ ἐπιρριγέουσι*; Littréus dedit *ἤ τι καὶ ἐπιρριγέουσι*, paulum mutata librorum lect., in qua *ἤν τι καὶ ἐπιρριγέωσι*: mihi in eo latere visum est quod exhibeo. cf. Coacam. — Pro *ἦρά γε καὶ κοιλίη καταρρ.* — *κωματώδεες* vulgo: *εἶτα καὶ κ. καταρρ. καί τι κωματῶδες*. Lectionem, quam exhibeo, Littr. e codd. dedit. Dein *καὶ τὰ ποικίλως ἔκλευκα* legebatur; nempe *τά* in his libb. Parr. et Coaca. Mirum sane neminem offendisse *ποικίλως ἔκλευκα*, quasi *ποικίλα* et *ἔκλευκα* quaedam simul esse possent! Sed in *τὰ ποικίλως* latet *τὰ ἀπὸ κοιλίης*, iamque *δυσώδεα* item multo melius intelligitur. Hic certe manifesto patet, quam antiquo tempore hi libri vitiati sint, nam in Coaca idem scripturae vitium, quod h. l. In verbis *ἦρά γε οἷσι τὰ τοιαῦτα οὖρα*, vulgo pro *οἷσι* habetur *εἰσί*; codd. meliorem lect. praebuerunt. — Lubet tandem quomodo sententia a primo auctore scripta fuisse videatur hic referre. Ita, puto, se habuit: *Οἷσι τὰ παρ' ὦτα, κεφαλαλγικοὶ καὶ ἐφιδροῦσι τὰ ἄνω καὶ ἐπιρριγέουσι· εἶτα ἡ κοιλίη καταρρήγνυται καί τι καὶ κωματώδεες γίγνονται. ὑδατώδεα οὖρα ἐναιωρεύμενα λευκοῖσι καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης ἔκλευκα δυσώδεα ποίεει τὰ παρ' οὓς· οἷσι δὲ τὰ τοιαῦτα οὖρα, στάξιες πυκναὶ καὶ γλῶσσα λείη* — Spero fore ut lector sentiat, quam ridicule omnes illae interrogandi formulae ab interpolatore sint illatae, Quis sana mente praeditus et qui aegros ipse observaverit, tales quaestiones ponat, quaeso!

164. Cf. Coacae 107, 126, 290. *Πνευματίῃς, πνευματίαις, πνευματίῃσι, πνευματώδεις* sunt lectt. huius loci in codd. obviae; vulg. est *πνευματευμένοισι*. Ego *πνευματίῃσι*, quod Lind. etiam exhibuit, maxime collata Coaca 107. veram scripturam esse credo. — *Ἐπιγίγνονται* in seqq. e libb. addidit Littréus; e vulgata exsulat. *Καταψυχθεῖσι* e libb. dedit Littr., iam Opsop. Lind. praeeuntibus; vulgo *κατεψύχθαι εἰ*. — Vulgo *τὰ παρ' ὦτα*, sed libri plerique *τὰ παρὰ τὰ ὦτα*. — *Ἀνίσταται, ἀνίστανται* sunt lectt. librorum: vulg. lect. est *ἵστανται*.

165. Cf. Coaca 183, 185. Legebatur *τὰ κωματώδεα, ἀσώδεα, ὑποχόνδρια* (*ὑποχονδρίου* codd. Parr.) *ὀδυνώδεα, ἐμετώδεα σμικρὰ ἐν τούτοισι τὰ παρ' οὓς* (*παρὰ τὸ οὖς* libb. Parr.) *ἐπανίστανται* (*ἐπανίσταται* codd. Parr.) *πρόσθεν δὲ καὶ τὰ περὶ* (*τὸ* codd. Parr.) *πρόσωπον*. Locum, quemadmodum iam descriptus est, antiquam scriptionem magnam partem referre, credo. De *σμικρά* cf. adnn. ad Coacam utram-

©BIUM

ρξς'. Κοιλίης μέλανα κοπρώδεα διείσης, κῶμα ἐπιφανὲν τὰ παρ' οὖς ἀνίστησι.

ρξζ'. Βηχία λεπτὰ μετὰ πτυελισμοῦ τὰ παρ' οὖς λαπάσσει.

ρξη'. Ἐκ κεφαλαλγίης κῶμα καὶ κώφωσις καὶ φωνῆς ἀμαύρωσις παρ' οὖς τι ἐξερεύγεται.

ρξθ'. Ὑποχονδρίου ξύντασις μετὰ κώματος ἀσώδεος καὶ κεφαλαλγίης τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.

ρο'. Τὰ ἐπώδυνα παρ' οὖς ἀκρίτως καταμωλυνθέντα, φλαῦρα.

166. Alvo stercora nigra demittente si sopor appareat, tubercula ad aures excitat.

167. Tusses leves cum oris salivatione abscessus ad aures emolliunt.

168. E capitis dolore sopor et surditas, et vocis obscuratio, aliquem ad aures abscessum effundunt.

169. Praecordiorum contensio cum sopore et incontinenti corporis iactatione et capitis dolore abscessus ad aures excitat.

170. Graviter dolentes tumores ad aures citra iudicationem conquiescentes et dissipati damno sunt.

que. Iterum audeo quaerere num τὰ κωματώδεα τὰ παρ' οὖς ἐπανίσταται homo Graecus scribere potuerit? An verum sit, nec ne, quod iam ante dixi, formulas quales ἐν τούτοισι a librariis esse invectas.

166. Cf. Coaca 626. Codd. Parr. pone κοπρώδεα legunt χολώδεα, κροκώδεα. Vulgo τὸ παρ' οὖς. codd. Parr. τὰ π. ὀ. Quod ad χολώδεα κροκώδεα, Galenus in comm. huius lectionis meminit, eamque cum μέλανα non congruere refert. Vere: sed mihi dubium est num κροκώδεα sit corrupte scriptum κοπρώδεα, an glossa in χολώδεα. Tum vero incertum mihi an in μέλανα lateat μαλθακῇ Coacae, s. μαλθακά, uti requireret locus noster. Paene dixerim cum χολώδεα melius quadrare κοπρώδεα, quam cum μέλανα: neque tamen certum ista coniungi non potuisse.

167. Cf. Coaca 204. Βηχία λεπτά codd. Parr. lectio est: vulgo βήχεα, quod Lind. emendavit βηχία scribendo, uti et Littréus. Legebatur dein μετὰ πτυελισμοῦ ὄντα τὰ παρ' οὖς λ. Quid sibi velit illud ὄντα nemo intelligit. Coaca in alia verborum consecutione habet ἰόντα, quod non magis perspicuum. Ἰέναι de excretis ponitur v. c. in fine Prorrh. 60.; sed hoc aliud quid, quam sicuti hoc loco cum βηχία coniungitur. Puto ortum esse e syllabis praecedente et subsequente ου — τα. Vitio forte iam orto Coacae descriptor locum paulum diverso modo describens, in ἰόντα mutavit. Itaque delevi. Quod vulg. τό, codd. Parr. τά habent, eiusmodi est ut nullus dubitem, quin τά verum sit. Vulgatum ἀπαλλάσσει iam ab antiquioribus interprett. in λαπάσσει mutatum est. Codd. Parr. partim recte, partim prave scriptam vocem referunt.

168. Cf. Coaca 165. Ἐν κεφαλαλγίῃ vulgo, sed ἐκ κεφ. codd. Parr. Lind. Littr. Ceterum in hoc praesagio libri apud Littr. ante παρ' οὖς habent καὶ φωνῆς ἀμαύρωσις παρακολουθοῦντα, qua de re iam Foës. monuit. Et παρακολουθοῦντα e Coacae vulgata lectione intelligitur, otiosumque recentius additamentum, tum h. l. tum in Coaca videtur. Galenus de symptomate e voce non loquitur; sed tamen certum est parotidis tumore, vicinisque partibus tumentibus facile vocem obscurari posse, ita ut omnino φωνῆς ἀμαύρωσις ad hunc locum pertinere putem adeoque intulerim.

169. Cf. Coaca 289. καύματος legunt libb. 8. Parr. ἀσώδεος codd. 4. κώματος ἀσώδους vulgo. Codd. Parr. τὰ πρὸς οὖς; saepe fluctuatio est inter has praepositiones.

170. Haec sententia in Coacis non legitur. Ἀκρήτως et καταμολυνθέντα plerique libri Parisienses.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 173 sur 880

©BIUM

©BIUM

ΚΩΑΚΑΙ ΠΡΟΓΝΩΣΕΙΣ.

ΕΝΕΣΤΙ ΠΟΛΛΑ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΑ
ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ ΕΚ ΒΙΒΛΙΩΝ ΓΝΗΣΙΩΣ
ΙΠΠΟΚΡΑΤΕΙΩΝ.

PRAENOTIONES COACAE.

INSUNT MULTA ET MAGNA FRAGMENTA
LIBRORUM VERE HIPPOCRATEORUM.

©BIUM

ΚΩΑΚΑΙ ΠΡΟΓΝΩΣΕΙΣ.

ΕΝΕΣΤΙ ΠΟΛΛΑ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΑ
ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ ΕΚ ΒΙΒΛΙΩΝ ΤΩΝΔΕ
ΙΠΠΟΚΡΑΤΕΙΩΝ.

PRAENOTIONES COACAE.

INSUNT MULTA ET MAGNA FRAGMENTA
LIBRORUM VERE HIPPOCRATEORUM

ΚΩΑΚΑΙ ΠΡΟΓΝΩΣΙΕΣ.

α'. Οἱ ἐκ ῥίγεος περιψυχόμενοι, κεφαλαλγέες, τράχηλον ὀδυνώδεες, ἄφωνοι, ἐφιδροῦντες, ἐπανενέγκαντες θνήσκουσι.

β'. Αἱ μετὰ καταψύξιος δυσφορίαι κάκισται.

γ'. Κατάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ, ὀλέθριον.

δ'. Ἐκ καταψύξιος φόβος καὶ ἀθυμίη ἄλογος ἐς σπασμὸν ἀποτελευτᾷ.

ε'. Αἱ ἐκ καταψύξιος οὖρων ἀπολήψιες, κάκιστον.

ς'. Μετὰ ῥίγεος ἄγνοια, κακόν· κακὸν δὲ καὶ λήθη.

ζ'. Τὰ κωματώδεα ῥίγεα ὑπό τι ὀλέθρια καὶ τὸ φλογῶδες ἐν προσώπῳ μεθ' ἱδρῶτος ἐν τούτοισι κακόηθες· ἐπὶ τούτοισι ψύξις τῶν ὄπισθεν σπασμὸν ἐπικαλέεται· καὶ ὅλως δὲ ψύξις τῶν ὄπισθεν σπασμῶδες.

η'. Αἱ ἐκ νώτου φρῖκαι πυκναὶ καὶ ὀξέως μεταπίπτουσαι, δύσφοροι· οὔρου γὰρ ἀπόλῃψιν ἐπώδυνον σημαίνουσι· τὸ ἐφιδροῦν τούτοισι κάκιστον.

θ'. Ῥῖγος ἐν ξυνεχεῖ τοῦ σώματος ἀσθενέος ἤδη ἐόντος, θανάσιμον.

2. Cf. Prorrh. 27. Coaca 69.
3. Cf. Prorrh. 77.
4. Cf. Coaca 483. Non ibi quidem idem praesagium, sed memorantur φόβοι μετὰ καταψύξιος. Vid. adnn.
5. Cf. Prorrh. 51.
6. Vulgo μετὰ ῥίγους. Littr. e codd. Parr. Ionicam formam dedit, quam cod. Voss. etiam habet. Est Prorrh. 64.
7. Cf. Prorrh. 67. καυματώδεα cod. Sever. apud Foës., sed vide adn. ad Prorrh. l. Vulgo ὑπολέθρια, sed ὑπό τι ὀλέθρια dedi e cod. Sever. apud Foës. et Voss., in quo, ut in pluribus aliis Parr., vestigium est huius lect. in πότι ὀλέθρια. — Si locum ceterum cum Prorrh. 76. comparemus, apparet verba καὶ ὅλως δὲ ψύξις τῶν ὄπισθεν σπασμῶδες referre animadversionem medici antiqui ad locum, qualis in Prorrh. legitur.
8. Cf. Prorrh. 75. Ἀπόλῃψιν καὶ ἐπωδ. vulg. et Voss. Littréus cod. A. fide καί omisit. Vide de μεταπίπτουσαι adn. ad Prorrh. l. l.
9. Cf. Aph. 46. IV. Aph. videtur recentior quam locus noster. Libri ferunt ἐν συνεχείᾳ. Lind. dedit ἐν συνεχεῖ, eumque sequitur Littréus. Recte, ut puto: ἐν συνεχεῖ Coaca 77. ἐν ξυνεχέσι 114. οἱ συνεχέες 116. Forte συνεχείᾳ in vulg. inde ortum quod ἀσθενέος in sententia olim alium occupavit locum, ita ut prima illius adiectivi litera fini vocis adhaereret.

PRAENOTIONES COACAE.

1. Qui ex rigore perfrictione detinentur, cum capitis ac cervicis dolore, vocis defectione, ac tenui sudore, ii ubi vires resumpserint ac se veluti recollegerint, moriuntur.

2. Corporis iactationes et incontinentiae cum perfrictione pessimae.

3. Ubi totum corpus ita perfrixit, ut obrigeat, perniciem adfert.

4. Ex perfrictione metus ac animi abiectio praeter occasionem in convulsionem tendit.

5. Urinarum ex perfrictione interceptiones pessimae.

6. In rigore familiares non agnoscere malum; malum quoque eorum, quae gesta sunt, oblivio.

7. Rigores cum sopore nonnihil periculi denunciant et facies incensa cum sudore malignitatem significat. Insuper posteriorum partium frigus convulsionem provocat. Ac omnino posteriorum partium refrigeratio convulsionem minatur.

8. Crebri ex dorso horrores, subito cessantes ac redeuntes graves sunt et difficiles. Laboriosam quippe urinae suppressionem minantur. His tenuiter exsudare pessimum.

9. In febre continua rigor imbecillo iam corpore lethalis est.

©BIUM

ι'. Οἱ πυκνὰ ἐφιδροῦντες καὶ ἐπιρριγέοντες, ὀλέθριοι· καὶ ἐπὶ τῇσι τελευτῇσι ἀναφαίνονται ἐμπύημα ἔχοντες καὶ κοιλίας ταραχώδεας.

ια'. Τὰ ἐκ νώτου ῥίγεα δυσφορώτατα· ὃς δ' ἂν ἑπτακαιδεκάτῃ ῥίγωσας, τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ ἐπιρριγοῖ, δύσκολος.

ιβ'. Οἱ φρικώδεες, κεφαλαλγικοὶ, ἐφιδροῦντες, κακοήθεες.

ιγ'. Οἱ φρικώδεες, ἐφιδροῦντες πολλῷ, δύσκολοι.

ιδ'. Τὰ πολλὰ νωθρώδεα ῥίγεα, κακοήθεα.

ιε'. Οἷσι ἑκταίοισι ῥίγεα γίγνεται, δύσκριτον.

ις'. Ὁκόσοισι φρῖκαι πυκναὶ ἐξ αἵματος ῥύσιος, ἐμπυΐσκονται.

ιζ'. Τὸ φρικῶδες καὶ τὸ δύσπνοον ἐν τοῖσι ἐμπύοισι, σημεῖα φθινώδεα.

ιη'. Ἐξ ἐμπυήσιος πνεύμονος καὶ κατὰ κοιλίην ἐνίοτε ἀλγήματα καὶ κληῖδα καὶ τὸ ὑπορέγχειν ἀσωδέως σημαίνει πτυέλου πλῆθος ἐν τῷ πνεύμονι.

ιθ'. Οἱ φρικώδεες, ἀσώδεες, κοπιώδεες, ὀσφυαλγέες, κοιλίας καθυγραίνονται.

κ' Οἱ ἐπιρριγέοντες ἐς νύκτα μᾶλλόν τι παροξυνόμενοι, ἄγρυπνοι, φλεδονώδεες, ἐν

10. Qui crebro ac tenuiter exsudant ac subinde rigent, ii perniciose habent et tandem sub mortem suppurati et alvum conturbatam habere deprehenduntur.

11. Qui rigores ex dorso proficiscuntur sunt molestissimi; ubi vero quis decimo-septimo die rigore correptus quarto ac vicesimo die insuper riguerit, difficulter habet.

12. Qui subinde inhorrescunt ex capite laborantes, tenuiter sudantes, ii maligne habent.

13. Qui subinde inhorrescunt, ac multo tenui sudore diffluunt, difficili morbo laborant.

14. Rigores multi cum torpore malignum quiddam denunciant.

15. Rigores, qui sexto die oriuntur, difficile iudicium adferunt.

16. Qui ex sanguinis fluxu frequenter inhorrescunt, purulenti evadunt.

17. Horror et spirandi difficultas in suppuratis signa tabis sunt.

18. Ex pulmonis suppuratione interdum circa ventrem dolores ac claviculam et cum incontinenti corporis iactatione aliquantulum stertere, sputi copiam in pulmone indicant.

19. Qui subinde inhorrescunt, ac incontinenti corporis iactatione cum lassitudinis sensu et lumborum dolore conflictantur, iis alvi effunduntur.

20. Qui subinde rigore prehenduntur et sub noctem aliquanto gravius habent, pervigiles,

10. Ὀλέθριοι de meo dedi pro vulg. ὀλέθριον.

11. Littréus e cod. Par. A. posterius membrum hoc modo scriptum edidit: ὅσα ἑπτακαιδεκάτῃ ἐπιρριγώσαντα τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ ἐπιρριγοῖ, δύσκολα. Displicet lectio duplici de causa: ad Prorrh. I. iam monui de neutris pluralibus a librariis invectis; tum vero ἐπιρριγώσαντα non est vera lectio, etiamsi neutrum plurale servare velles, quum simplex ῥιγώσαντα isto loco requireretur. Superlativum δυσφορώτατα codici Voss. debeo, ceteris δυσφορώτερα minus apte legentibus.

14. Cf. Prorrh. 35.

15. Cf. Aph. 29. IV. Periphrasin exhibet loci huius. Cf. supra ad Coacam 9. adn. — In cod. Voss. haec Coaca desideratur.

16. Legebatur ὁκόσοισι φρῖκαι πυκναὶ ὑγιαίνουσι, οὗτοι ἐξ αἵματος ῥύσιος ἐμπυΐσκονται. — Cf. Coaca 422., ad quam provocans Littréus: „Dans la Coaque 415., inquit, le mot ὑγιαίνουσι *en santé* manque, ce qui donne un sens un peu plus satisfaisant." Imo vero locus, ut vulgo legitur, manifesto falsum quid docet; neque enim φρῖκαι πυκναί contingunt in sanis, neque vero φρῖκαι πυκναὶ sanguinis fluxus futuri signa sunt. — Manifesto ὑγιαίνουσι, οὗτοι interpolatum est; itaque austuli. — Nemo puto mihi obiiciet quod C. 487. legitur; si quis velit obiicere, dicam longe diversum quid a vulgata lectione huius loci ibi spectari. In Coaca nostra αἵματος ῥύσιν praesertim accipio de haemorrhagia pulmonali.

17. Vulgo τὸ φρικῶδες καὶ τὸ δύσπνοον ἐν τοῖσι πόνοισι σημεῖα φθινώδεα. In quibus ἐν τοῖσι πόνοισι sanum non est; qui mordicus tenere velit, possit τοῖσι δεικτικῶς accipere pro τούτοισι τοῖσι, nec tamen πόνοισι apte dicetur, de iis, quorum mentio facta in superiore sententia. — De coniectura e πόνοισι efficio ἐμπύοισι, quia πόνοισι in dittographia cum ἐμπυομένοισι legi in vulgata lectione Coacae 215. 216., ubi vide adnotationem. Nempe hic quoque e compendiose scripto ἐμπυομένοισι natum est πόνοισι.

18. Vulgo ἀσώδεα. Littr. e duobus codd. Parr. ἀσωδέως dedit.

20. Cf. Prorrh. 101. Vulgo τὰ ἐπιρριγέοντα — παροξυνόμενα, ἄγρυπνα, φλεγματώδεα — χαλῶντα (Littr. χα-

©BIUM

τοῖσι ὕπνοισι ἔστι ὅτε οὖρον ὑφ' ἑωυτοὺς χαλῶντες, ἐς σπασμὸν ἀποτελευτῶσι.

κα'. Τὰ ξυνεχέα ῥίγεα ἐν ὀξέσι, πονηρόν.

κβ'. Αἱ ἐκ ῥίγεος μετὰ κεφαλαλγίης ἐκλύσιες, ὀλέθριον· τὰ αἱματώδεα οὖρα ἐν τούτοισι, πονηρόν.

κγ'. Ῥῖγος ὀπισθοτονῶδες κτείνει.

κδ'. Τοὺς φρικώσαντας καὶ ἀνιδρώσαντας κρισίμως, ἐς δὲ τὴν αὔριον φρίξαντας, παραλόγως ἀγρυπνεῦντας αἱμορραγήσειν οἴομαι.

κε'. Τὰ μετὰ ῥίγεος ἐπισχόμενα οὖρα πονηρὰ καὶ σπασμώδεα, ἄλλως τε καὶ προκαρωθέντι· ἐλπὶς δὲ ἐπὶ τούτοισι καὶ τὰ παρὰ τὰ ὦτα.

κς'. Τὰ τριταιοφυέα ῥίγεα πυρετῷ ἀτάκτῳ τὴν ἐν μέσῳ παροξυνόμενα, πάνυ κακοήθεα· τἀναντία δὲ παροξυνόμενα ὀλέθρια.

κζ'. Αἱ ἐκ ῥίγεος ἀφωνίαι τρόμῳ λύονται·

nugantes ac delirantes, in somno interdum lotio sese perfundentes, ii in convulsionem tendunt.

21. Continentes in praecipitibus morbis rigores malo sunt.

22. Virium exsolutiones ex rigore cum capitis dolore perniciem denunciant. Cruentae in his urinae malo sunt.

23. Rigor cum partium posteriorum distensione mortem adfert.

24. Quibus horrore affectis et iudicatoriis sudoribus obortis postridie horror repetierit, temere pervigilium contingit, his sanguinis fluxum fore arbitror.

25. Urinae, quae cum rigore restitarunt, malum et convulsionem praenunciant, tum vero praecipue si antea aeger alto sopore detentus fuerit. In his autem abscessus ad aures sperare oportet.

26. Rigores, velut in iis febribus, quae propius ad tertianarum naturam accedunt, neque ordinem servant, si intermedio die ingravescant, maligni valde sunt. Qui vero contrario modo exacerbantur, perniciem adferunt.

27. Quae ex rigore fiunt vocis defectiones

λῶντες (e cod. A., qui h. l. χαλόντες) — ἀποτελευτᾷ. Vide adn. ad Prorrh. l. l. 'Τπ' ἑωυτούς cod. Voss. — φλεδονώδεα cod. Sev. apud Foës., φλεβοδονώδεα cod. A. De meo genus mutavi et ἀποτελευτῶσι in fine scripsi.

22. Paululum diversis verbis idem praesagium infra Coaca 28. Utroque loco mentio fit urinae sanguinolentae; nec tamen ideo minus certum additamentum esse recentius. Si quaeris cur non deleam, ut alia multa, dicam incertum esse an recentior ex antiquis illis casum aliquem viderit, in quo cum signis in priore parte memoratis urina eiusmodi apparuerit, an vero forte totus ille pannus adsutus ad alium quemdam locum pertineat, sive is in his ipsis Coacis lateat, sive forte perierit. Itaque satius duxi de hac re in adn. monere.

24. Cf. Prorrh. 149. Hic quoque τὰ φρικώσαντα καὶ ἀνιδρώσαντα κρ. — φρίξαντα — ἀγρυπνεῦντα κ. τ. λ. Quae omnia masculino genere descripsi. Tum vero ἀγρυπνεῦντα μὴ πεπαινομένων legebatur. Quid istud μὴ πεπαινομένων ibi sibi velit, non perspicio. Equidem puto esse meptam explicationem adverbii παραλόγως; certo certius ineptum additamentum utique delendum est. Lindanus initio e τά effecit τόν, ita ut accusativi fierent masculini neutri isti; me iudice verum est, quod ego exhibeo.

25. Cf. Prorrh. 155. Ad ἐπισχόμενα notandum cod. Sev. apud Foës. habere ἐπεσχημένα; — cf. Prorrh. l. l. Credo ἐπισχέσθαι de urinis restitantibus recte dici.

26. Librorum huius loci lectio vulgata est, τριτοφυέα ῥίγεα ἢν ἐν μέσῳ παροξυνόμενα πυρετῷ ἀτάκτῳ, πάνυ κακοήθεα· τἀναντία δὲ παροξυνόμενα τῶν σπώντων τῶν μετὰ ῥίγους καὶ πυρετοῦ, ὀλέθριον. Initio τά praebet cod. A., idemque τὴν ἐν μέσῳ. Utrumque recepit Littréus, qui iam duas sententias separatas ex his efficit, quarum prior: τὰ τριταιοφυέα (ita libb. multi) ῥίγεα τὴν ἐν μέσῳ παροξυνόμενα, πυρετῷ ἀτάκτῳ, πάνυ κακοήθεα· τἀναντία δὲ παροξυνόμενα ..... Apodosin hic deficere arbitratur Littréus. Alteram sententiam hanc facit: τῶν σπώντων τὰ μετὰ ῥίγεος καὶ πυρετοῦ, ὀλέθριον. Ad priorem sententiam Littréus confert Coacam 37. Recte quidem, nam ibi simile quid docetur ac hoc loco. Hinc factum ut in hac sententia πυρετῷ ἀτάκτῳ alio loco ponerem, ut essent τριταιοφυέα ῥίγεα πυρετῷ ἀτάκτῳ, i. e. τριταιοφυέες πλανώδεες uti in C. 37. — Porro non dubito, quin ὀλέθριον sit apodosis alterius membri huius sententiae, quapropter in ὀλέθρια mutavi — Verba τῶν σπώντων τῶν μετὰ ῥίγους καὶ πυρετοῦ hanc in codd. habent lect. varietatem, ut aliquot libri τῶν ῥιγέων ferant pro τῶν σπώντων; unus vero ῥιγεόντων pro σπώντων τῶν. — Ex his sanus sensus elici nullo modo potest; neque inest in praesagio novo, quod ex iis effecit Littréus. Nempe hic certe exemplis firmare debuerat τῶν σπώντων poni posse pro τῶν σπασμῶν, aut τῶν σπασμωδέων. At vero id nemo dixit. — Itaque unum, quod fieri potuit, id erat, ut verba sensu cassa eiicerentur. — Mecum quaesivi num scribi possit παροξυνόμενα μετὰ ῥίγους καὶ πυρετοῦ, sed ne hoc quidem licet, quippe communis forma genitivi ῥίγους hanc vocem suspectam facit, et vero otiose adderentur ista; nam quomodo exacerbarentur eiusmodi morbi, nisi id fieret μετὰ ῥίγους καὶ πυρετοῦ, quorum iam mentio facta in priore membro?

27. Pro τοὺς ἐπιρριγέοντας Littréus e cod. A. τὰ ἐπιρι-

©BIUM

καὶ τοὺς ἐπιρριγέοντας τρομώδεα γιγνόμενα κρίνει.

κη'. Οἱ ἐκ ῥίγεος μετὰ κεφαλαλγίης ἐκλυόμενοι, σφαλεροί· τὸ αἱματῶδες οὖρον τούτοισι κακόν.

κθ'. Οἷσι ῥῖγος, οὔρου ἐπίστασις.

λ'. Σπασμὸς ἐν πυρετῷ, χειρῶν καὶ ποδῶν πόνοι, κακοήθεες· κακόηθες δὲ καὶ ἐκ μηροῦ ὁρμὴ ἀλγήματος· ἀλλ' οὐδὲ γουνάτων πόνος κρήγυον· ἀτὰρ καὶ γαστροκνημιῶν πόνοι, κακοήθεες, ποτὲ δὲ καὶ γνώμης παράφοροι, ἄλλως τε καὶ ἢν οὖρον ἐναιωρηθῇ.

λα'. Οἱ ἐξ ὑποχονδρίων ἀλγήματος πυρετοὶ, κακοήθεες· τὸ καρῶδες ἐπὶ τούτοισι κάκιστον.

λβ'. Οἱ μὴ διαλείποντες, ἐφιδροῦντες πυκνὰ, μετὰ ὑποχονδρίου ἐντάσιος, ὡς ἐπιτοπουλὺ κακοήθεες· καὶ τὰ ἐς ἀκρώμιον καὶ κληῖδα ἐνστηρίζοντα ἀλγήματα ἐν τούτοισι πονηρά.

λγ'. Οἱ τριταιοφυέες ἀσώδεες πυρετοὶ, κακοήθεες.

λδ'. Αἱ ἐν πυρετῷ ἀναυδίαι, κακόν.

λε'. Κοπιώδεες, ἀχλυώδεες, ἄγρυπνοι, κωματώδεες, ἐφιδροῦντες, ἀναθερμαινόμενοι, κακοί.

λς'. Οἱ κοπιώδεες μετὰ φρίκης, ἐφιδρώσαντες κρισίμως, ἀναθερμανθέντες ἐν ὀξέϊ, κακοί· ἄλλως τε κἢν ἐπιστάζωσι. [περὶ ταῦτα ἰκτερώδεες κατακορέες θνήσκουσι· λευκὸν διαχώρημα τούτοισι προδιέρχεται.]

tremore solvuntur, atque eos, qui subinde novo horrore corripiuntur, succedentes tremores iudicant.

28. Qui ex rigore virium exsolutiones et capitis dolores sentiunt, ii in dubium de vita veniunt. In his cruenta urina malum denunciat.

29. Quibus rigor adest, iis urina restitat.

30. In febre convulsio, manuumque ac pedum dolores malignum quiddam praenunciant. Malignus quoque ex femore doloris impetus. Sed neque genuum dolor probari potest. Quin et surarum quoque dolores maligni sunt et interdum delirium portendunt, maxime si sublime quid in urina innatet.

31. Ex praecordiorum dolore obortae febres, malignae sunt. In his profundus ac altus sopor, pessimus.

32. Qui in febre non intermittente tenuiter et crebro exsudant, cum praecordiorum distensione, ii ut plurimum maligne habent, atque in his dolores in humeri caput ac iugulum affixi, pravi sunt.

33. Febres, quae proxime ad tertianarum naturam accedunt, cum incontinente corporis iactatione, malignae sunt.

34. In febre mutum esse malo est.

35. Delassati aegri, caligine obducti, pervigiles, et sopore detenti, cum tenui sudore recalescentes, male habent.

36. Lassitudine laborantes cum horrore, iudicii more leviter exsudantes, ad calorem revocati in morbo acuto, male habent. Tum vero maxime si sanguis iis de naribus stillaverit. [Circa haec aurigine valde tincti moriuntur. Alba alvi recrementa ante mortem ab his redduntur.]

γεῦντα ferente, neutram plurale invexit. De his iam satis diximus ad Prorrh.

28. Cf. Coaca 22. supra.

29. Epid. VI. I. 9. Legimus: πρὸ ῥίγεος αἱ ἐπισχέσιες τῶν οὔρων.

30. Ποδῶν πόνοι κακοήθεες. Praefero κακοήθεες prae vulgato κακόηθες; patet e varr. lectt. cod. Voss. haec infra in eadem sententia item confundi. Ποτὲ δὲ καὶ γνώμης παράφοροι dedi cum Littréo: nempe ποτὲ δέ, quod in vulg. non legitur, debetur cod. Par. A. Latetne in hac lectione Doricum ποτὶ δὲ καὶ κ. τ. λ.? παραφορή vero vulgatae, pro quo iam Foës. in mss. παράφοροι invenerat, non nisi iotacismo debetur.

31. Cf. Prorrh. 56. Habemus in verbis τὸ καρ. ἐπὶ τ. κάκιστον additamentum, quod ad sententiam principem recentiore tempore adsutum est, vero similiter profectum a medico aliquo antiquo.

35. Cf. Prorrh. 74. Vulgo κακόν in fine. Malui κακοί scribere; uti κακοήθεες in Prorrh. loco.

36. In his κακόν vulgatae in κακοί mutavi. Pro ἄλλως τε κἢν ἐπιστάζωσι vulgata habet: ἄλλως τε κἢν ταῦτα (alii libri αἷμα) ἐπιστάζωσι, cod. Par. A. ἄλλως τε κἢν ἐπιστάζῃ, quod plurali non praefero. Posterior pars huius praesagii, quam uncis inclusi, huc non pertinere videtur. Leguntur eadem verba in fine Coacae 64. cf. vero adnn. ad

©BIUM

λζ'. Οἱ τριταιοφυέες πλανώδεες ἐς ἀρτίας μεταπεσόντες, δύσκολοι.

λη'. λθ'. Οἱ ἐν κρισίμοισι ξὺν ἀλυσμῷ ἀνιδρωτὶ περιψυχόμενοι, καὶ ἅπαντες δὲ, οἱ ἄνευ ἱδρῶτος περιψυχόμενοι ἀκρίτως, κακοί· καὶ οἱ ἐπιρριγώσαντες ἐκ τούτων, ἐμέσαντες ἄκρητα, χολώδεα, ἀσώδεες, τρομώδεες ἐν πυρετῷ, κακοί. [καὶ φωνὴ δὲ ὡς ἐκ ῥίγεος].

μ'. Τὰ ἐκ ῥινῶν σμικροῖσι ἱδρῶσι περιψυχομένῳ, κακά.

μα'. Οἱ ἐφιδροῦντες, ἄγρυπνοι, ἀναθερμαινόμενοι, κακοί.

μβ'. Οἱ ἐφιδρῶντες ἐν πυρετῷ, κακοήθεες.

μγ'. Οἷσι χολώδεος διαχωρήσιος ἐούσης, περὶ στῆθος δῆξις καὶ πικρότης, κακόν.

μδ'. Ἐν πυρετῷ, κοιλίης ἐμφυσωμένης, πνεῦμα μὴ διεκπῖπτον, κακόν.

με'. Κοπιώδεες, λυγγώδεες, κάτοχοι, κακοί.

μς'. Ἐκ νώτου πυκινῇσι καὶ λεπτῇσι φρίκῃσι ἐφιδροῦντες, δύσφοροι· οὔρου ἀπόληψιν ἐπώδυνον σημαίνει. τὸ ἐφιδροῦν τούτοισι κακόν.

37. Febres ad tertianarum naturam accedentes vagae et errantes, ubi in dies pares transierint, molestiam exhibent.

38. 39. Qui diebus iudicatoriis cum angore, aut incontinenti corporis iactatione absque sudore perfrigerantur, atque omnes, qui sine sudore perfrigerantur citra iudicationem, male habent. Quin et ii, qui dein rigore insuper prehenduntur, et sincera, biliosa vomuerunt, incontinenti corporis iactatione vexati, tremuli facti in febre, male habent.

40. Qui cum sanguinis e naribus eruptione ex tenuibus sudoribus perfrigescunt, male habent.

41. E tenuibus sudoribus pervigiles ad calorem revocati male habent.

42. In febre tenuiter exsudantes male habent.

43. Quibus prodeunte egestione alvi biliosa ad pectus morsus et amaritudo sentitur, ii male habere iudicantur.

44. In febre alvo a flatibus distenta, flatum non erumpere malum.

45. Lassitudine conflictati aegri, singultuosi et alto stupore, (quem catochon vocant) detenti, male habere significantur.

46. In crebris et tenuibus ex dorso horroribus tenuiter exsudantes aegri, moleste habent. Laboriosa quippe urinae interceptio significatur.

Coacas 38. 39. In his pro κατακορέες malim κατακορέως: tum προδιέρχεται scripsi pro codd. lect. προσδιέρχεται. Ista saepius confunduntur.

37. Cf. Coaca 26. cum adnn.

38. 39. Cf. Prorrh. 61. 62. et cum verbis uncis inclusis C. 308. et Prorrh. 42. Initio vulgo: οἱ ἐν κρισίμοισι ἀλυσμοὶ ἀνιδροῦντες; verum Prorrh. 61. ἀλυσμῷ legitur; itaque apparet pone dativi terminationem σιν interiisse σύν, quam praepositionem restitui. Ἀνιδρωτί iam dedit Littr. e Cod. A. — Ego de meo bis κακοί pro vulg. κακόν scripsi. Sed cod. A. praebet ἄνευ ἱδρῶτος καὶ ἀκρίτως, omisso περιψυχόμενοι vulgatae; quam lect. Littréus recepit, ego vero vulgatis postpono. In postremis, quae uncis intercepi, cum Littréo ὡς interposui e cod. A.; alii ἀφωνίη legere voluerunt. — Iam vero de aliis rebus dicendum est: ac primum quidem in verbis καὶ ἅπαντες δὲ οἱ ἄνευ ἱδρῶτος περιψυχόμενοι ἀκρίτως, κακοί habemus adnotationem medici recentioris, qualem in fine Coacae 7. in verbis καὶ ὅλως δὲ ψύξις τῶν ὀπισθεν σπασμῶδες. — Postrema uncis intercepta huc non pertinere videntur; cff. loci initio huius adnotationis citati. Mentio facta vomitus biliosi me in opinionem adduxit verba in fine Coacae 36. uncis intercepta forte huc pertinere: itaque coniicio praesagium nostrum ex toto ad hunc modum olim fuisse descriptum: οἱ ἐν κρισίμοισι ξὺν ἀλυσμῷ ἀνιδρωτὶ περιψυχόμενοι, ἐπιρριγώσαντες, ἐμέσαντες ἄκρητα χολώδεα, ἀσώδεες, τρομώδεες ἐν πυρετῷ, κακοί· ἐπὶ τούτοισι (nempe περὶ ταῦτα inde ortum videtur) ἰκτερώδεες κατακορέως ἀνήσκουσι· λευκὸν δὲ διαχώρημα προδιέρχεται. Videant qui post me Hippocratem sint edituri, quid de his statuendum sit!

40. Cf. Prorrh. 126. Coacam 342. Legebatur περιψύχοντα, quod ex περιψυχόμενα, ut l. l. vulgo legitur, originem traxit, quodque eodem modo ac locis supradictis emendavi. Si quis περιψύχοντα defendat talibus, qualia τὰ πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα e Prorrh. 147. et τὰ σείοντα κεφαλήν Prorrh. 143. dicam me his non moveri, quum in utroque illo item aliud quid lateat. Quid in τὰ σείοντα κεφ. lateat, nondum reperi, sed in τὰ ὀχλέοντα πρὸς αὐγὰς aliud quid latere docebunt adnn. ad Coacam 195. Cett. κακόν.

41. Cf. Prorrh. 68. Cod. Par. A. hanc sententiam omittit; et vero pars est Coacae 35. — In fine κακοί de meo dedi pro vulg. κακόν.

42. Littréus e cod. A. ἐφιδρῶντες pro vulg. ἐφιδροῦντες.

46. Cf. Prorrh. 75. Coacam 8. Tum in Coaca 8., tum h. l. verba τὸ ἐφιδροῦν τούτοισι κακόν, aut κάκιστον, ita subiunguntur, ut num re vera pertineant ad locos, ubi leguntur, nescias. Prorrh. 75. dubitationem auget.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 181 sur 880

©BIUM

μζ'. Τὸ παρὰ τὸ ἔθος ποιέειν τι, οἷον προθυμέεσθαί τι πρότερον μὴ εἰθισμένον, ἢ τοὐναντίον, πονηρὸν καὶ πλησίον παρακοπῆς.

μη'. Τὰ ἐν πονηροῖσι σημείοισι κουφίζοντα, καὶ τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἐνδιδόντα, δύσκολα.

μθ'. Οἱ ἐφιδροῦντες καὶ μάλιστα κεφαλὴν ἐν ὀξέσι, ὑποδύσφοροι, κακοί· ἄλλως τε καὶ ἐπ' οὔροισι μέλασι· καὶ τὸ θολερὸν ἐπὶ τούτοισι πνεῦμα, κακόν.

ν'. Ἄκρα ταχὺ ἐπ' ἀμφότερα μεταπίπτοντα, κακόν· καὶ δίψα δὲ τοιαύτη, πονηρόν.

να'. Ἐκ κοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις φωνῇ ὀξείῃ, κακόν· ὑποχόνδρια τούτοισι εἴσω εἰρύεται.

νβ'. Οἱ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεος ταχὺ ἀναθερμαινόμενοι, κακοί.

νγ'. Οἱ ἐν ὀξέσι ἐφιδροῦντες ὑποδύσφοροι, κακοί.

νδ'. Οἱ παραλόγως ἀδύνατοι, κακοί.

νε'. Ἐν πυρετῷ ἕλξις, [οἷον ἀπὸ ἐμέτου,] ἐς ἀνάχρεμψιν τελευτῶσα, κακόν.

νς'. [*Νάρκαι ἐς ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτουσαι, κακόν.]

νζ'. Στάξιες αἱ ἐλάχισταί, κακαί.

47. Praeter consuetudinem aliquid facere, ut verbi gratia aliquid propensius curare prius non consuetum, aut contra, pravum et delirio proximum.

48. Quae cum malis signis allevamentum adferunt et quae cum bonis non remittunt, molesta sunt et difficilia.

49. Quibus in morbis acutis tenues sudores, maxime circa caput, oboriuntur, et aliquantum moleste habent, in periculo versantur; praecipue si post urinae nigrae emissionem contingant. spiritus quoque turbatus in his malo est.

50. Celeres summitatum corporis in utraque extrema permutationes perniciem denunciant. Quin et sitis huiusmodi malo est.

51. In homine moderato ferox et audax responsio voce acuta, malum portendit; praecordia his intro trahuntur et tendunt.

52. Qui ex sudoribus perfrigerantur ac celeriter recalescunt, male habere iudicantur.

53. Qui in gravibus malis tenuiter exsudant, et aliquantum moleste habent, in periculo versantur.

54. Qui praeter rationem impotentes fiunt, ii male habent.

55. In febre distractio [velut a vomitu] in exscreationem desinens, malum portendit.

56. *Corrupte scripta Coaca* 50.

57. Perpusillae sanguinis e naribus stillae damno sunt.

47. Littréus maiorem numerum codd. secutus dedit προθυμέεσθαι προσδέχεσθαι, cuiusmodi lectionis Foës. mentionem fecit, quamque in Voss. item vidi. Longe certissimum otiosum προσδέχεσθαι non esse recipiendum.

49. De meo κακοί pro vulg. κακόν scripsi.

50. Cf. Prorrh. 43. et infra adnn. ad Coacam 56. Inde supplevi κακόν· pone μεταπίπτοντα. Lind. πονηρόν de suo supplevit. De vulgato ἄκρεα vide quae dixi ad Prorrh. l. l.

51. Cf. Prorrh. 44. 45. cum adnn. Hic quoque vulgatum φωνῇ ὀξεῖα in dativum mutavi de coniectura. Εἰρύεται ex Erot. dedi et dare debueram in Prorrh.

52. Cf. Prorrh. 66. Legebatur τὰ — ἀναθερμαινόμενα, κακόν. Ad Prorrh. locum emendavi: hic certe ultro constat neutra pluralia ista librariis deberi.

53. Pars est Coacae 49. Hic quoque de meo pro vulg. κακόν scripsi κακοί.

54. Cf. Prorrh. 40. Κενεαγγείης μὴ ἐούσης h. l. non fluxit ex alio fonte, quam in Prorrh. l. l. idem illud et κενεαγγικὸν; itaque delevi. In vulg. nempe οἱ παραλόγως κ. μ. ἐ. ἀ. κακόν legitur. Postremam vocem de meo mutavi in κακοί.

55. Quorsum spectet hoc praesagium non intelligo. Iam Foësius difficulter id intelligi et obscurum esse vidit.

56. Littréus e cod. A. sententiam edidit, uti ego eam descripsi. Vulgo: νάρκη ἐς ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτουσα, κακόν. Quod autem sententiam reiiciendam arbitror, id non factum est ideo, quod in libro Voss. eam non reperi; nempe isti codici non magnam adhibeo fidem, minimam vero in omissione Coacarum; nam plures h. l. in eo sunt omissae: sed haec causa est. In Coaca 50. habemus sententiam priorem aliquam ἄκρα ἐπ' ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτοντα, κακόν; dein additamentum posterioris temporis καὶ δίψα δὲ τοιαύτη, πονηρόν. Verum NAPKAI, sive NAPKH non aliud quid est, nisi ipsum illud AKPA, cui adhaesit litera N praecedentis KAKON Coacae proxime anteuntis. Ita exstitit NAKPA, quod in NAPKAI, seu NAPKH abiit. — Sic sententiam, quam nemo intelligit, explicandam censeo. Quodsi iam conferas Coacam 58. patet additamentum illud ad Coacam 50., de siti, ex sententia, quam Coaca 58. refert, originem traxisse; itaque vero simile est Coacam 56. et 58. aliquando sibi fuisse contiguas.

©BIUM

νη'. Κακὸν δὲ πάντως ἐν ὀξέϊ δίψα παραλόγως λυθεῖσα.

58. Ac penitus quidem in gravi morbo sitim temere ac praeter rationem cessare, malum est.

νθ'. Οἱ πρὸς χεῖρα ἀναΐσσοντες, κακοί.

59. Qui ad manus contactum resiliunt, male habere iudicantur.

ξ'. Οἷσι ἅμα πυρετῷ καυσώδεϊ οἰδήματα, ὑπνώδεσι, νενωθρευμένοις, ἐς πλευρὸν ὀδύνη ἐπελθοῦσα παραπληκτικῶς κτείνει.

60. Quibus in febre ardente tumores cum somnolentia et torpore obveniunt, eos lateris dolor accedens, cum levi partis alicuius sideratione necat.

ξα'. Πνιγμὸς ἐν ὀξέσι, ἰσχνοῖσι, ὀλέθριον.

61. *Locus corruptus.*

ξβ'. Ἐπὶ τοῖσι ἤδη ὀλεθρίοισι τὰ σμικρὰ τρομώδεα καὶ ἰώδης ἔμετος ....

62. Ubi iam pernicies imminet, parvi tremores et aeruginosa vomitio .....

Οἱ ἐν τοῖσι ποτοῖσι ὑποψοφέοντες καὶ ὑποβορβορύζοντες ξηροῖσι καὶ οἱ χαλεπῶς καταβροχθίζοντες πνεύματι βηχώδεϊ, ὀλέθριοι.

Ii, in quibus inter potandum strepitus percipitur et murmur quoddam sine humorum per alvum emissione, et qui difficulter devorant cum spiritu tussiculoso, perniciose habent.

ξγ'. Ἐν ὀξέσι κατεψυγμένοισι τὰ ἐν χερσὶ καὶ ποσὶ ἐρυθήματα, ὀλέθρια.

63. Iis, qui in morbis gravibus perfriguerunt, rubores in manibus ac pedibus perniciem denunciant.

ξδ'. Οἱ ἐκφυσῶντες καὶ ἀνακεκλασμένοι ἐν τοῖσι ὕπνοισι ὑποβλέποντες, ...

64. Qui efflant et in somno reclinati oculos non prorsus clausos, sed semiapertos habent ....

...ἰκτερώδεες, κατακορέες θνήσκουσι· λευκὸν διαχώρημα τούτοισι προδιέρχεται.

..... aurigine admodum foedati moriuntur; his ante mortem album alvi recrementum abscedit.

ξε'. Αἱ ἐν πυρετοῖσι ἐκστάσιες σιγῶσαι μὴ ἀφώνῳ, ὀλέθριαι.

65. In febribus vehementes mentis emotiones cum taciturnitate, in eo, qui voce defectus non est, perniciem minantur.

ξς'. Τὰ πελιδνὰ γενόμενα ἐν πυρετῷ ξύντομον θάνατον σημαίνει.

66. Livores in febre orti mortem brevi affore significant.

58. Cf. Prorrh. 57. — Ibi prima forma huius sententiae.

60. Legebatur οἰδήματα ὑπνώδεα, νενωθρευμένα, quae quid sint videant qui librariis ubivis fidem adhibendam censent; facile talia emendantur et erroris fons in aprico est.

61. Vulgo ἐν ὀξέσι ἐλθοῦσι; alii codd. cum Voss. ἐν ὀξέσι ἐλθοῦσα. Cum Littréo illud participium cod. A. fide omisi. Sed non ideo integer est locus. Recte Foës. indicavit eius nexum cum Prorrh. 11. 86. 104. Sed qui morbi sunt τὰ ὀξέα ἰσχνά? Aliquid hic interiit, quale ἰσχνῶν ἐόντων τῶν περὶ φάρυγγα.

62. Hic habemus duas sententias, quae in Edd. in unam coaluerant. Prior truncata est; altera obscura. De priore, apodosi deficiente nihil affirmari potest. In altera mirum sonat ὑποβορβορύζοντες ξηροῖσι: intelligo de flatu in intestinis huc illuc revoluto sine materiae liquidae per alvum egestione. Πνεύματι βηχώδεϊ de respiratione cum tussi intelligendum. Puto sententiam prolatam esse de iis, qui potum in admodum magno virium lapsu per inertem oesophagum cum strepitu delabi patiuntur et in quibus brevi post in intestinis borborygmi audiuntur, nec quidquam tamen per alvum secedit. Postrema dici videntur de deglutitione vix amplius fieri queunte propter debilitatem et paralysin incipientem et in quibus, si bibere cogantur, potus in asperam arteriam illabitur atque ita tussim provocat. Pone ὀλέθριον in codd. omnibus, etiam in Voss., legitur ἐν ὀξέσι κατεψυγμένοισι, quae verba recte Littréus ad sequens praesagium retulit.

63. Vide in nota superiore, unde huc devenerint verba ἐν ὀξέσι κατεψυγμένοισι, quae in reliquis editionibus, Parisiensi excepta, ad sententiam 62. relata sunt.

64. In fine προδιέρχεται cum Littréo scripsi ex cod. A. pro vulg. προέρχεται. Verum alia observanda veniunt. Verba ἰκτερώδεες — προδιέρχεται leguntur etiam in fine Coacae 36., ubi nescio quo modo praemissis περὶ ταῦτα cum superioribus in libris connectuntur. Nexus tamen, quo ibi cohaereant cum superioribus, in ista Coaca non apparet. Neque vero hic perspicitur, quo modo cum superioribus in nostra Coaca 64. cohaereant; vid. adnn. ad Coacam 38. 39. Itaque suspicor fragmentum esse alius praesagii, forte Coacae 39. Itemque truncatam esse puto partem priorem huius Coacae 64. Haec causa cur lacunae signa posuerim. Prior pars ad debilitatos ex morbo aliquo, forte ad apoplecticos spectat; posterior ad morbi hepatis exitum in mortem, cuiusmodi morbi signa in parte priore nulla traduntur, ita ut omnis inter utramque partem nexus aptus desideretur.

65. Cf. Coaca 486. licet non similis locus sit.

66. Cod. Voss. πελιαινόμενα pro πελιδνὰ γινόμενα.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 183 sur 880

©BIUM

ξζ'. Οἷσι ἐν πυρετῷ, ἀλγήματος πλευροῦ γενομένου, κοιλίης ὑδατόχολα πολλὰ διαδιδούσης ῥηΐζει, ἀσιτίαι δὲ παρακολουθοῦσι καὶ ἱδρῶτες μετὰ προσώπου εὐχροίης καὶ κοιλίης ὑγρῆς καί τι καὶ καρδιαλγίης, οὗτοι μακροτέρως νοσήσαντες περιπνευμονικῶς τελευτῶσι.

ξη'. Πυρέσσοντι ἐν ἀρχῇ μέλαινα χολὴ ἄνω ἢ κάτω διελθοῦσα, θανάσιμον.

ξθ'. Οἱ μετὰ καταψυξίων οὐκ ἀπύρων ἐφιδρῶντες ἄνω, δύσφοροι, φρενιτικοί τε καὶ ὀλέθριοι.

ο'. Ἐν ὀξέϊ τὰ ἐπ' ὀλίγον ὀξέα ἀλγήματα ἐς κληῖδα καὶ τὰ νῶτα ἐμπίπτοντα, ὀλέθρια.

οα'. Ἐν μακροῖσι ὀλεθρίοισι ἕδρης ἄλγημα θανάσιμον.

οβ'. Τοῖσι ἀσθενέως ἤδη διακειμένοισι τὸ μὴ βλέπειν, ἢ μὴ ἀκούειν, ἢ διαστρέφεσθαι χεῖλος, ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ῥῖνα, θανάσιμον.

ογ'. Ἐν πυρετοῖσι βουβῶνος ἄλγημα νοῦσον χρονίην σημαίνει.

οδ'. Αἱ ἐν πυρετοῖσι ἀκρισίαι χρόνους μὲν ἐμποιέουσι, ἀτὰρ οὐχὶ ὀλέθριαι.

οε'. Οἱ ἐξ ἀλγημάτων ἰσχυρῶν πυρετοὶ πολυχρόνιοι.

ος'. Αἱ τρομώδεες, ψηλαφώδεες παρακρούσιες φρενιτικαί.

οζ'. Ὅσοι ἐν ξυνεχέϊ ἄφωνοι κείμενοι μύοντες σκαρδαμύσσουσι, ἤν, αἵματος ῥυέντος ἐκ ῥινῶν, ἐμέσαντες φθέγξωνται καὶ παρ'

67. Quibus cum febre lateris dolore accedente, alvus aquosa multa bile permixta transmittens allevationem adfert; deinde vero cibos aversantur et sudoribus diffluunt cum bene colorata facie ac humescente alvo et dolor aliquis oris ventriculi succedit, ii diutius morbum trahentes peripneumonicorum more intereunt.

68. Febrium initio si atra bilis sursum aut deorsum prodeat, lethale est.

69. Quibus adsunt superiorum partium tenues sudores cum perfrictionibus, nec sine febre moleste se habent, phrenitici sunt et a pernicie prope absunt.

70. In morbo acuto dolores per breve tempus acuti ad claviculam et dorsum transeuntes perniciem denunciant.

71. In morbis longis perniciosis sedis dolor mortem adfert.

72. Iis, qui iam debilitati sunt, non cernere, vel non audire, vel perverti labium, vel oculum, vel nasum, signum lethale est.

73. In febribus dolores ex glandularum tumoribus (dolore inguinis) morbum diuturnum significant.

74 Iudicationis cessationes in febribus temporis quidem longinquitatem, non tamen perniciem inducunt.

75. Ex vehementibus doloribus obortae febres, diuturnae.

76. Dementiae, in quibus aegri fiunt tremuli, aut aliquid investigantium more sensim contrectant, aut palpant, phrenitim praenunciant.

77. Qui in febre assidua voce defecti iacent et oculis conniventibus nictantur, hi evadunt quidem, si post sanguinis e naribus fluxum ac

67. Iam quaero ab unoquoque sententiam hanc legente, an verum sit male scriptis a librariis fidem adhibendam esse et nonne tales sententiae indicio sint simplice, bene Graeca oratione usos esse istos medicos antiquos.

68. Cf. Aph. IV. 22. Forma Aphorismi eum Coaca hac recentiorem esse docere videtur.

69. Ἐφιδρῶντες Bas. Ed. lectio est, ἐφιδροῦντες vulgo. In codd. ἐν ὀξεῖ in fine additur; sed Littréus has voces ad sequentem Coacam retulit. Recte, uti mihi videtur. Cf. Prorrh. 27. Coaca 2.

70. De initio ἐν ὀξεῖ huc translato cf. adn. ad Coacam 69.

74. Littréus pro vulgato ἐμποιέουσι dedit cod. A. lectionem ποιέουσι, quae mihi non praeplacet.

76. Cf. Prorrh. 34. — Huic Coacae adhaerebant verba: καὶ οἱ κατὰ γαστροκνημίην πόνοι ἐν τούτοισι γνώμης παράφοροι; quae collato Prorrhetici loco huc non pertinere constitit. Sed eadem leguntur in Prorrh. 36., qui locus cum Coaca 300. convenit, ubi haec verba desiderabantur. Itaque ad debitum illis locum, i. e. ad Coacam 300., ea retuli, ubi vid. adnn.

77. Hic in cod. A. ἐν συνεχείᾳ corrigitur. Profecto ab aliquo, qui meminerat pristinae lectionis Coacae 9. — Nulla

©BIUM

αὐτοῖσι γένωνται, σώζονται· μὴ γενομένων δὲ τούτων, δύσπνοοι γενόμενοι θνήσκουσι ξυντόμως.

οη'. οθ'. Οἱ λαβόντες ἐς τὴν αὔριον παροξυνθέντες, τρίτην ἐπισχόντες, τετάρτην παροξυνθέντες, κακοί· ἤράγε καὶ φρενιτικοὶ οἱ τοιοῦτοι παροξυσμοί;

π'. Ὁκόσοισι ἐκλείπουσι οἱ πυρετοὶ μὴ κατὰ κρισίμους, ὑποτροπικόν.

πα'. Οἷσι ἐν ἀρχῇ ἴλιγγοι μετὰ κεφαλῆς σφυγμοῦ καὶ οὐροῦ λεπτοῦ, πρὸς κρίσιν παροξύνονται· θαῦμα δὲ οὐδὲν, εἰ καὶ παρακοπὴ ἐπ' ἀγρυπνίῃ γένοιτο.

πβ'. Ἐν ὀξέσι [κίνησις,] ῥιπτασμὸς, ὕπνος ταραχώδης, σπασμὸν σημαίνει.

πγ'. Αἱ ταραχώδεες ξὺν θρασύτητι ἐγέρσιες παράφοροι καὶ σπασμώδεες, ἄλλως τε καὶ μεθ' ἱδρώτων· σπασμώδεες δὲ καὶ ταραχήλου καὶ μεταφρένου ψύξιες· ἀτὰρ καὶ ὅλου τοῦ σώματος· ἐν τούτοισι καὶ ὑμενώδεες οὐρήσιες.

πδ'. Αἱ ἐν κώματι παρακρούσιες, σπασμώδεες.

vomitum ad loquelam et ad se ipsos redeant. Sin vero secus accidat, cum spirandi difficultate celeriter intereunt.

78. 79. Qui accessione correpti postero die gravius habent, tertioque die accessione subsistente quarto iis ingravescit, hi male habent. Ac metus est ne huiusmodi accessiones phrenitim inducant.

80. Febres si alio die quam iudicatorio desierint, recidivam metuere oportet.

81. Quibus initio febrium vertigo cum capitis pulsatione et tenui urina, iis versus iudicationem ingravescunt: neque mirum profecto, si pervigilio delirium superveniat.

82. In praecipitibus malis corporis motio, iactatio ac turbulentus somnus, convulsionem portendit.

83. Turbulentae cum confidentia expergefactiones delirium et spasmum praenunciant, idque maxime cum sudoribus. Convulsionem etiam portendunt cervicis et dorsi perfrictiones; quin et quae per totum corpus contingunt. In his mictiones etiam membranularum speciem referunt.

84. Desipientiae cum sopore convulsiones minantur.

auctoritas huic correctioni, quae in solo illo libro habetur, tribuenda!

78. 79. In vulgata pone παροξυνθέντες legitur κακόν· et tum nova sententia incipitur sequente τρίτην. E cod. Par. A. abest κακόν eo loco; et vero in isto libro, quem cum Littréo sequor h. l., duae sententiae in unam sunt coniunctae. Κακοί de meo effeci e vulg. κακόν. — Quaestio in fine de horum paroxysmorum significatione recentior est quam superiores sententiae partes.

80. Cf. Coaca 146. Aph. IV. 61. Aphorismus recentioris scriptionis indicia obfert, maxime in περισσῇσι et in εἴωθε.

81. Vulgata loci lectio est: οἱ ἐν ἀρχῇ λεπτοὶ μετὰ κεφαλῆς σφυγμοῦ et in fine θαῦμα δὲ οὐδὲν, εἰ καὶ παρακοπὴ καὶ ἔτ' ἀγρυπνίῃ γένοιτο. Verum conferendus est locus partis spuriae libelli de victu acutorum, cuius Foësius in adn. meminit et quem Duretus adposuit, ubi haec: ὁκόσοισι δὲ τῶν πυρετῶν δῖνοί τε ἀπ' ἀρχῆς καὶ σφυγμοὶ τῆς κεφαλῆς εἰσὶ καὶ οὖρον λεπτὸν, τούτοισι προσδέχεσθαι πρὸς τὰς κρίσιας παροξυνθησόμενον τὸν πυρετόν· οὐ θαυμάσαιμι δ' ἂν οὐδ' εἰ παραφρονήσειεν. Est autem hic locus manifesto e nostra Coaca descriptus et unde melior eius lectio facile eruatur. In ed. libri de Victu acut., quam anno 1841. in lucem emisi, p. 238. vulgatum ΑΡΧΗΙΛΕΠΤΟΙ ex ΑΡΧΗΙΑΙΠΤΟΙ ortum esse conieci et e vulgato καὶ παρακοπὴ καὶ ἔτ' ἀγρυπνίῃ effeci καὶ παρακοπὴ ἐπ' ἀγρυπνίῃ. Posteriorem emendationem firmant codd. Parr. et Voss.; priorem Littréus nimis incertam iudicat et λεπτοί facile intelligi per se contendit, modo πυρετοί subintelligamus. Pace viri eruditissimi et olim factas emendationes, quas certas iudico, in textum recipiam et initio οἱ ἐν in οἷσι ἐν mutabo, quo facto pristinam loci scriptionem restituisse mihi videor. Locus ceterum ad recentiores in hac sylloge pertinere videtur.

82. Advertit in hac sententia κίνησις, ῥιπτασμός, et praecipue illud ἐνίοισι ante σημαίνει in vulgata, quod delevi, adverterat. Simile quid legebatur Coaca 645. ubi vid. adnn. Antiqui haud ita prudenter praesagia efferebant; κίνησις vero de motu corporis, quali indulgent, aut in qualem adducuntur aegri, tali modo usurpatum alias non vidi; puto esse glossam ad ῥιπτασμός adscriptam.

83. Cf. Prorrh. 112. 113. cum adnn. et Coacam 263. Vulgo αἱ ταραχώδεες θρασύτητι ἐγέρσιες, e quibus, uti ad Prorrh. l. dixi, σύν excidit, quod restitui. Pone παράφοροι legebatur πονηρόν, quod ineptum recentiorum additamentum delevi; non alio modo de hac voce iudicavit Littréus. Recentius etiam additamentum est illud δοκέουσι s. δοκέουσαι, cf. adn. ad Prorrh. l. l., quod pone μεταφρένου delevi.

84. Pro vulgato κώματι Edd. antt. habent καύματι et cod. unus quoque Par., altero cod. A. καύμασι ferente, quod Littréus recepit. Mihi minime constitit cod. A. semper meliorem praebere lect. Foës. iam loquitur de hac varietate lect. et κώματι servat, quod mihi quoque faciendum videtur. Scio equidem in perpetua fluctuatione lectionis inter καῦμα et κῶμα, καυματώδης et κωματώδης optionem saepe esse difficillimam, praesertim quum casus, unde eiusmodi praesagia

©BIUM

πε'. Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασεῖαι παρακρούσιες, θηριώδεες καὶ σπασμοὺς δὲ προσημαίνουσι.

πς'. Ἐν τοῖσι μακροῖσι κοιλίης ἄλογοι ἐπάρσιες, σπασμώδεες.

πζ'. Οἱ εὐθὺ ταραχώδεες, ἄγρυπνοι, ἐπιστάζοντες ἐκ ῥινῶν ἑκταῖοι, κουφισθέντες νύκτα, πονήσαντες δὲ ἐς τὴν αὔριον, ἐφιδρώσαντες, κατενεχθέντες, παρακρούσαντες αἱμορροέουσι λάβρως, καὶ οὕτω λύεται τὰ πάθεα. τὸ ὑδατῶδες οὖρον τοιαῦτα σημαίνει μετὰ τῶν εἰρημένων.

πη'. Τῶν ἐξισταμένων μελαγχολικῶς οἱ τρομώδεες γενόμενοι, κακοήθεες.

πθ'. Παραφροσύνη ἐν πνεύματι καὶ ἱδρῶτι, θανατώδης· θανατώδης δε καὶ ἐν πνεύματι καὶ λυγμῷ.

ς'. Ἐνύπνια τὰ ἐν φρενίτιδι ἐναργῆ, ἀγαθόν.

ςα'. Ἐν φρενίτιδι διαχωρήσιες λευκαὶ καὶ νωθρότης, κακόν· ῥῖγος τούτοισι κάκιστον.

ςβ'. Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσι ἐν ἀρχῇσι τὰ ἐπιεικῶς ἔχοντα, πυκνά τε μεταπίπτοντα, κακόν.

ςγ'. Τῶν ἐξισταμένων μελαγχολικῶς οἷς τρόμοι ἐπιγίγνονται, κακόν.

85. Quae sensim feroces fiunt mentis emotiones in ferinas evadunt. Quin et convulsiones quoque praenunciant.

86. Temerarii ventris tumores in morbis longis convulsiones afferunt.

87. Qui statim sine ratione perturbantur. pervigiles sunt, sanguinem e naribus stillantes, sexto die noctu allevantur, postridie vero laborantes tenui sudore correpti et in somnum delati delirant, iis larga sanguinis e naribus profusio morbum solvit. Cuius rei indicium est diluta urina una cum supra dictis.

88. Qui furiosa et vehemente mentis emotione tenentur, ii, si tremuli evadunt, maligne habere iudicantur.

89. Desipientia cum difficultate spirandi et sudore lethalis est. Quin etiam cum difficultate spirandi et singultu mortem adfert.

90. Quae in phreniticis manifesta apparent insomnia, probanda sunt.

91. In phrenitide albicans deiectio ac torpor malum denunciat. His succedens rigor pessimus.

92. In phreniticis cum omnia circa initia moderate ac sedate se habeant et frequenter permutentur, malum denunciatur.

93. In vehemente et furiosa mentis emotione accedentes tremores exitio sunt.

ducta sint, nos, qui hodie hos libros legimus, non viderimus; sed delirium in febre ardente, si modo verum sit ita καῦμα accipiendum esse pro καύσῳ, tam frequens esse debuit symptoma, ut vix intelligam peculiare quid, quod ad prognosin faciat huiusmodi, inde deducere voluisse auctores horum praesagiorum. Neque vero τὸ κῶμα mihi τὴν παραφροσύνην excludere videtur.

85. Cf. Prorrh. 26. et 123. Coacas 155. 246. Littréus hic θρασέες παρακρούσιες scripsit, Struvio auctore. Vid. Littréi adn. ad C. 155. Quid de hac re sentiam iam dixi ad Prorrh. 26.

86. In cod. A. Par. ἄλογοι omissum est.

87. Cf. Prorrh. 132. et Coaca 110., ubi fragmentum huius loci. Legebatur τὰ εὐθὺ ταραχώδεα κ. τ. λ., omnia neutro plurali. Quum haec mutarem, etiam αἱμορροέουσι pro αἱμορροεῖ scribendum erat. — Legebatur porro καὶ λύει (cod. A. Par. λύεται) τὰ πάθεα. Recepi cod. A. lectionem, sed, ut cum superioribus haec connecterem, de meo καὶ οὕτω scripsi, ubi simpliciter καί legebatur. Postrema μετὰ τῶν εἰρημένων referri solebant ad seq. praesagium; sed retracta sunt ad hocce a Littréo plurium codd. fide. Recte! Sed legitur fere εἰ μετὰ τῶν εἰρημένων in libris; εἰ in hac lect. otiosa videtur repetitio literarum finalium verbi σημαίνει. — Si comparemus iam locum cum Prorrh. 132., credo in Prorrh. meliorem eius lectionem esse, in qua solum illud ἦρά γε suspectum mihi, ita ut eiicere malim. In Coaca nostra 87. interpolata sunt ἐκ ῥινῶν, interpolatum puto etiam καὶ οὕτω λύεται τὰ πάθεα, vel quodcumque eiusmodi hoc loco adscribatur in libris. Eidem interpolatori, aut alii, verba μετὰ τῶν εἰρημένων debentur.

88. Cf. Coacam 93. et Prorrh. 14. Singulis locis eiusdem sententiae scriptio diversa.

89. Pro ἐν πνεύματι Edd. antt. et cod. Par. A. habent utroque loco ἐμπνήματι; — cod. Voss. ἐν πνί τι (sic) utroque loco. Illud ἐμπνήματι ducit ad ἐμπνήματι, ita ut coniicias ἐν ἐμπνήματι fuisse aliam lectionem. Non tamen aliud quid quam ἐν πνεύματι legendum esse, docet πνεῦμα eodem sensu usurpatum de difficili respiratione v. c. in Epidd. spuriis. Ex isto nominis abusu patet locum hunc quoque aliis esse recentiorem.

90. Secutus sum vulgatam loci lectionem, quae sana est. Cf. adnn. ad Prorrh. 5. Littréus cod. A. fide delevit ἀγαθόν, integrum iudicans Prorrhetici locum. Dissentio.

91. Cf. Prorr. 13.

92. Cf. Prorrh. 12.

93. Cf. Prorrh. 14. Coacam 88. Cod. Voss. omittit hanc sententiam, sed non consulto factum est, verum librarii oscitantia.

©BIUM

ϛδ'. Οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς, τρομώδεες γιγνόμενοι καὶ πτυαλίζοντες, ἦρά γε φρενιτικοί;

ϛε'. Οἱ ἐκστάντες ὀξέως ἐπιπυρέξαντες φρενιτικοὶ γίγνονται.

ϛϛ'. Οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται, ψόφου καθαπτόμενοι, τρομώδεες.

ϛζ'. Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι νεανικῶς τρομώδεα, θανάσιμα.

ϛη'. Αἱ περὶ ἀναγκαῖα παραφροσύναι, κάκισται· οἱ ἐκ τούτων παροξυνόμενοι, ὀλέθριοι.

ϛθ'. Αἱ παρακρούσιες φωνῇ κλαγγώδεες, γλώσσῃ σπασμώδεες καὶ αὐτοὶ τρομώδεες γενόμενοι, ἐξίστανται· σκληρυσμὸς τούτοισι ὀλέθριον.

ρ'. Αἱ προαπαυδησάντων παραφρόσυναι, κάκισται.

ρα'. Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι πυκνὰ μεταπίπτοντα, πονηρά.

ρβ'. Οἱ ἐν φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξιος πτυαλίζοντες, μέλανα ἔμετον δηλοῦσι.

ργ'. Τοῖσι ποικίλως διανοσέουσι καὶ παρακρούουσι, πυκινὰ κωματώδεσι προσδέχεσθαι μέλανα ἔμετον.

ρδ'. Τὰ παροξυνόμενα τρόπον σπασμώδεα, κάποχα, τὰ παρ' οὓς ἐπαίρει.

94. Vehemente insania detenti, tremuli cum crebra sputatione metus est ne phrenitici evadant.

95. Vehementer et acute mente emoti, si febris iterum repetat, phrenitici evadunt.

96. Phrenitici parum bibunt, ex levibus strepitibus facile irritantur, tremuli sunt.

97. In phrenitide tremores vehementes lethales.

98. Desipientiae, quae circa necessaria sunt, pessimae. Qui ex his ingravescunt perniciose habent.

99. *Locus corruptus.*

100. Desipientiae, quae iam admodum fractis et debilitatis viribus succedunt, pessimae sunt.

101. Crebrae in phreniticis permutationes, malo sunt.

102. Crebrae in phreniticis cum perfrictione sputationes nigrorum vomitionem praenunciant.

103. In iis, qui varie morbum trahunt et delirant, ac frequenter sopore detinentur, vomitionem nigram exspectare oportet.

104. Quae convulsionis in morem affligunt cum sopore alto tumorem ad aures faciunt.

95. Cf. Prorrh, 15. Verba σὺν ἱδρῶτι loco nostro perierintne, an altero Prorrhetici abundent, quis dicere audebit.

96. Cf. Prorrh. 16. et ibi adnu. In fine h. l. addebatur ἢ σπασμώδεες, quae verba manifesto sunt ab interpolatore, cf. adn. ad Prorrh. 28. Itaque reieci. Nunc quoque mihi locus non integer esse videtur, sed aliquid excidisse in fine, quod ad prognosin spectavisse credo.

97. Cf. Prorrh. 9.

98. Vulgo αἱ ἐκ τούτων παροξυνόμεναι; sed cum Littréo praetuli lectionem eius cod. Par. A. et alterius cuiuspiam.

99. In huius Coacae scriptione κλαγγώδει cod. Par. A. tum idem liber γλῶσσαι. — Pro σπασμώδεες Parr. libri 7. ferunt σπασμοὶ τρομώδεες. — Porro pro καὶ αὐτοὶ τρ. γιν. Cod. A. Par. habet καὶ αὗται τρομώδεες γιγνόμεναι. Pro αὗται Corn. legit αὐδαί. — Quid sentiam de h. l. dixi ad Prorrh. 19., qui locus idem praesagium refert. Cornarii αὐδαί non veram videtur referre lectionem.

100. Cf. Prorrh. 8. cum adn. Hic quoque προαπαυδησάντων lego pro προεξαδυνατησάντων ceterorum.

101. In hac Coaca σπασμώδεα πονηρά. habet vulg. cod. A. σπασμω; itaque truncatam vocem fert. Lind. πονηρά omisit. — Unum quid longe certissimum est, nempe utrumque σπασμώδεα et πονηρά non ab auctore sententiae esse profectum, sed alterutrum. Lind. ad Prorrh. 28. ductum omisit πονήρα: ego contrariam inii rationem, quia certum iudico σπασμώδεα esse interpolatum a recentiore, qui ubivis spasmi significationem detegere sibi videbatur, de quo monui ad Prorrh. l. l. Orta videtur sententia e Coaca 92., quod item meae rationi favet.

102. Cf. Prorrh. 31. Μέλανα ἔμετον δηλοῦσι certo certius est recentior oratio, pro qua positum fuerit, quod in Prorrh. l. l. exhibui.

103. Vulgata in Edd. huius loci finis lectio est: προσδέχεσθαι λέγε μέλανα ἔμετον. Cod. Par. A. tamen λέγε omittit, quod meliorem loci scriptionem obfert, quam h. l. dare decreveram dudum ante quam libri illius auctoritate munire me potueram. Nempe puto fere e dittographia πρόλεγε προσδέχεσθαι originem duxisse vulgatam.

104. Cf. Prorrh. 161. Coacam 352. Unde patet in edd. male distingui inter hanc sententiam et sequentem: nempe verba τὰ παρ' οὓς ἐπάρματα, quae in codd. et edd. ad sequentem sententiam referri solent, ad hanc sine dubio pertinent. Simul vero aut παρ' οὓς ἔπαρμα ποιέει, aut τὰ παρ' οὓς ἐπαίρει scribendum est. Ego Coacam 352. sum secutus. Res ipsae, quae proponuntur, emendationem postulant; nam signis in seq. Coaca traditis isti tumores ad aures nihil commune habent.

©BIUM

ρε′. Ἐν μακροῖσι σμικρὰ αἱμορροώδεα καὶ σκοτώδεα ἐπιφαινόμενα, ὀλέθρια.

105. In morbis longis si subinde sanguinis pauxillum e naribus profluat et tenebricosa vertigo excitetur, exitium haec portendunt.

ρς′. Οἱ λυγγώδεες πυρετοὶ καὶ ἄνευ εἰλέων καὶ μετὰ εἰλέων, ὀλέθριοι.

106. Febres singultuosae tum sine tenuis intestini morbo, tum cum hoc, perniciem intentant.

ρζ′. Οἷσι πνευματίῃσι ἐοῦσι ἴκτερος καὶ πυρετὸς ὀξὺς μετὰ ὑποχονδρίου ξυντόνου καταψυχθεῖσι παρ' οὓς μέγα ἔπαρμα.

107. Quibus anhelatoribus et suspiriosis morbus regius contingit et febris acuta cum praecordiorum contentione, his refrigeratis magnus ad aurem tumor oritur.

ρη′. Οἷσι ἂν ἐν πυρετῷ ὀδύναι γενόμεναι περὶ ὀσφὺν καὶ τὰ κάτω χώρια φρενῶν ἅπτωνται ἐκλιποῦσαι τὰ κάτω, ὀλέθρια, ἄλλως τε κἢν ἄλλο τι σημεῖον προσγένηται πονηρόν· ἢν δὲ τἆλλα σημεῖα μὴ πονηρὰ γένηται, ἔμπυον γενήσεσθαι ἐλπίς.

108. Lumborum atque inferiorum partium dolores, quibus febris etiam accedit, si relictis inferioribus septum transversum appetant, exitio sunt, maxime si aliud quoddam signum periculosum accesserit. Quod si reliquorum signorum nullum periculum ostenderit, futurae suppurationis metus est.

ρθ′. Παιδίοισι ὀξὺς πυρετὸς καὶ κοιλίης ἐπίστασις μετὰ ἀγρυπνίης καὶ τὸ ἐκλακτίζειν καὶ τὸ χρῶμα μεταβάλλειν καὶ ἴσχειν ἔρευθος, σπασμῶδες.

109. In pueris febris acuta cum alvi suppressione et pervigilio, calces velut iactare ac colorem mutare et ruborem contrahere, convulsionem minatur.

ρι′. [Τὰ εὐθὺ παραχώδεα ἄγρυπνα, * μέλανα δὲ τὰ σύνθετα, αἱμορροεῖ ἔνια . . . .]

110. *Locus corruptus.*

ρια′. Οἱ ἀγρυπνήσαντες ξὺν ἀλυσμῷ ἐξαίφνης παραφρονήσαντες, αἱμορροέουσι, ἄλλως τε καὶ ἤν τι προερρυήκῃ· ἦρά γε καὶ μεταφρίξαντες;

111. Qui insomnia vexantur cum corporis iactatione, iis delirio subito orto, sanguinem e naribus erupturum sperare oportet, idque praesertim si quid antea profluxerit. Animadvertendum num hoc post horroris sensum contingat.

ριβ′. ριγ′. Οἱ ἐπ' ὀλίγον περιψυχόμενοι, περὶ δὲ τοὺς παροξυσμοὺς βήσσοντες καὶ ἐφιδροῦντες σμικρὸν, κακοήθεες· ἐς πλευρὸν ὀδύνης καὶ πνιγμοῦ προσγενομένου οὗτοι ἐμπυοῦνται.

112. 113. Qui modice perfrigerantur et per accessiones tussiunt et parumper levi sudore madent, maligni morbi indicia praebent. Dolore lateris et suffocatione accedente hi suppurantur.

106. Vulgata ἰλιγγώδεες ferebat. E codd. emendavit Littr. Cod. Voss. λυγκώδεες (sic).

107. Cff. Prorrh. 164. Coacae 126. 290. Vulgata lectio est τοῖσι πνευματικοῖσι ἐοῦσι πυρετὸς ὕστερον ὀξὺς μετὰ κ. τ. λ. — Cod. Par. A. πνευματίαισι. Littréus: „Le prorrhétique," inquit, „correspondant et les deux Coaques citées obligent de corriger le texte comme je l'ai fait. On peut voir dans ὕστερον de A. une trace de ἴκτερος." Consentio.

108. Cf. Prognosticum § 35. Vulgata ἅπτονται fert et ἐκλείπουσαι; sed requiritur subiunctivus, qua de re Littréus iam monuit in adn.; tum etiam aor. participii erat dandus.

109. Cf. Prognosticum § 47. Pro ἐπίστασις vulgo ὑπόστασις. Illud e cod. Par. A. dedit Littréus.

110. Initium loci refert principium Prorrhetici 132. et Coacae 87. Ceterum ita corrupta sunt haec ut sanum sensum inde eruere nemo possit. Itaque uncis intercepi, quum otiosa et vitiosa repetitio hic habeatur Coacae memoratae.

111. Cf. Prorrh. 136. cum adnn. et Coaca 184. Vulgata lect. est: τὰ ἀγρυπνήσαντα ἐξαίφνης ἀλυσμῷ αἱμορροέει, ἄλλως τε καὶ ἤν τι προερρυήκῃ· ἦρά γε καὶ μεταφρίξαντες οἱ ἐπ' ὀλίγον περιψύχοντες. Postrema οἱ ἐπ' ὀλ. περιψυχ. verissime a Littréo ad seq. Coacam sunt relata cod. A. et Prorrh. l. fide. Verum neutra pluralia mirum in modum consequitur masculinum μεταφρίξαντες. Dicis forte id ortum esse e perversa connexione cum seqq. in libris: concedo; sed nihilo secius omnia masculino genere describo. Praeterea nisi in Prorrh. locum integrum haberemus, quis intelligeret ἐξαίφνης ἀγρυπνήσαντα? Patet lacunam esse, quam e Prorrh. supplevi. — Utroque loco quaestio in fine pannus adsutus est.

112. 113. Recte Littréus cod. A. fide postremam partem huius praesagii ἐς πλευρὸν — ἐμπυοῦνται retulit ad superiora et cum his in unam sententiam coniunxit, quum antea separatam Coacam referebat in edd. et libris scriptis, uno illo excepto. Initio περιψυχόμενοι de meo dedi pro περιψύχοντες.

©BIUM

ριδ'. Οἷσι ἐν ξυνεχέσι φλυζάκια κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ἐκφύεται, θανάσιμον, μὴ ἐπιγενομένου πυώδεος ἀποστήματος· μάλιστα δὲ εἴθισται γίγνεσθαι τούτοισι τὰ παρ' οὖς.

ριε'. Ἐν ὀξέϊ τὰ μὲν ἔξωθεν περιψύχεσθαι, τὰ δὲ εἴσωθεν καίεσθαι, καὶ διψῆν, κακόν.

ρις'. ριζ'. Οἱ ξυνεχέες διὰ τρίτης ἐπιτείνοντες, ἐπικίνδυνοι· οἷσι δ' ἄν ποτε πυρετὸς διαλίπῃ, ἀκίνδυνοι.

ριη'. Ἐν μακροῖσι πυρετοῖσι ἢ φύματα, ἢ ἐς ἄρθρα πόνοι ἐγγίγνονται καὶ ἢν γένωνται, οὐκ ἄχρηστοι.

ριθ'. Κεφαλαλγίη ἐν ὀξέϊ, ὑποχονδρίων ἀνεσπασμένων, μὴ ῥυέντος αἵματος ἐκ ῥινῶν, ἐς Φρενῖτιν περιΐσταται.

ρκ'. Τὰ λειπυρικὰ, μὴ χολέρης ἐπιγενομένης, οὐ λύεται.

ρκα'. Ἴκτερος πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης ἡμέρης ἐπιγενόμενος, κακός· ἑβδόμῃ δὲ καὶ ἐνάτῃ καὶ ἑνδεκάτῃ καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, κρίσιμος, μὴ σκληρύνων ὑποχόνδρια· ἢν δὲ μὴ, ἐνδοιαστός.

ρκβ'. Αἱ πυκναὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὑποστροφαὶ περὶ κρίσιν ἐμετώδεες, μελάνων ἔμετον ποιέουσι· γίγνονται δὲ καὶ τρομώδεες.

ρκγ' Τὰ ἐν τριταίοισι ἅμα πυρετοῖσι ἀλγήματα παροξυνόμενα τριταιογενῆ ποιέεται καὶ βρομβώδεα αἵματα διαχωρέειν.

114. Quibus per febres assiduas pustulae toto corpore enascuntur, lethale est, nisi quid purulentum abscedat. In his vero praecipue adnasci ad aures tubercula solent.

115. In praecipite morbo si partes externae perfrigerentur, internae vero urantur, ac sitis urgeat, malum denunciatur.

116. 117. Febres assiduae, quae tertio quoque die intenduntur, in periculum ducunt. Sin aliquando febris intermiserit, periculum abesse significatur.

118. In febribus longis aut tubercula, aut ad articulos dolores proveniunt. Qui si provenerint, non sunt incommodi.

119. In praecipite morbo capitis dolor, praecordiis revulsis, nisi sanguis e naribus effluat, in phrenitidem mutatur.

120. Febres lipyriae non, nisi per choleram effusa bile, solvuntur.

121. Morbus regius si ante diem septimum accesserit, malum significat; septimo autem, nono, undecimo ac decimoquarto iudicationem adfert, dum praecordia non induret. Quodsi secus contingat, res in dubium vertitur.

122. Crebrae iisdem perseverantibus casibus morborum reversiones, impendente iudicatione nauseam adferentes, nigram vomitionem excitant. Quin etiam tremulos aegros faciunt.

123. *Locus corruptus.*

114. Vulgo ἐκφύει, sed cod. Par. A. ἐκβύει, sicuti interdum ἐκβύματα pro ἐκφύματα legitur. Recepi vero e cod. illo μὴ ἐπιγενομένου πυώδεος ἀ., ceteris μὴ γινομένου πυώδους (Littr. πυώδεος) ἀποστ. legentibus. Nempe et verbum compositum simplici et aoristus praesenti praestat.

115. Cf. Aph. IV. 48. Aph. recentior Coaca.

116. 117. Cf. Aph. IV. 43. Pro διά cod. Voss. ἐπί. Littréus secundum cod. A. duas has sententias recte in unam coniunxit. Aphorismus Coaca recentior.

118. Cf. Aph. IV. 44.

119. De meo ὑποχονδρίων ἀνεσπασμένων scripsi pro vulgato ὑποχόνδριον ἀνεσπασμένον. Praetuli pluralem numerum prae ὑποχονδρίου ἀνεσπασμένου. Genitivum pluralem ῥινέων, item a librariis invectum, in solitam formam ῥινῶν mutavi. Denique omnes libb. edd. et mss. ἐς Φρενιτικὸν περίΐσταται, quod non fero: Φρενιτικός est, qui phrenitide laborat, τὰ Φρενιτικά usurpatur pro morbo; sed hic praefero Φρενῖτιν. Talia corrigere licet me iudice.

120. E. cod. Par. A. Littréus ἐπιγενομένης dedit pro vulg. γενομένης. Vereor multum ne debeamus utramque negationem interpolatoribus, ita ut sententia simplicius et alio sensu simul enunciata fuerit: τὰ λειπυρικὰ χολέρης ἐπιγενομένης λύεται.

121. Cff. Aph. IV. 62. 64. Littréus longus est in demonstrando ἢν δὲ μή in fine non recte dictum esse, nec grammatice bene se habere. Provocat ad Galenum ad Aph. 64., qui de hac re non cogitavisse mihi videtur; ἢν δὲ μή supplebis ἢν δὲ μὴ οὕτω (i. e. μὴ σκληρύνων ὑποχόνδρια) γένηται, ἐνδοιαστός· quod concinnum. — Sed mirum, illum difficultatem, quam supponit, non itidem vidisse in εἰ δὲ μή Coaca 357.

122. Cf. Coaca 571. Littréus e cod. A. ἐμετώδεες dedit pro corrupto αἱματώδεες in vulgata.

123. Littréus dedit ἅμα e cod. A., in quo quum καί ante βρομβώδεα omittatur, etiam ille omisit. Ego locum non nisi corruptam lectionem Coacae 305 referre arbitror. Forte

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 189 sur 880

©BIUM

ρκδ'. Ἐν πυρετοῖσι κατὰ φλέβα τὴν ἐν τῷ τραχήλῳ σφυγμὸς καὶ πόνος ἐς δυσεντερίην ἀποτελευτᾷ.

ρκε'. Τὸ μεταβάλλειν πολλάκις χρῶμα καὶ θερμασίην, οὐ χρήσιμον.

ρκς'. Τοῖσι χολώδεσι πνεῦμα μέγα καὶ πυρετὸς ὀξὺς μετὰ ὑποχονδρίου ἐντάσιος τὰ παρ' οὖς ἀνίστησι.

ρκζ'. Οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες, εὖσιτοι, μηδὲν ἐπιδίδοντες ὑποστρέφουσι κακοηθέως.

ρκη'. Οἷσι ἐν πυρετοῖσι φλέβες αἱ ἐν κροτάφοισι σφυγματώδεες καὶ πρόσωπον ἐρρωμένον καὶ ὑποχόνδριον μὴ λαπαρὸν, χρόνιον· καὶ οὐ παύονται χωρὶς αἵματος ῥύσιος ἐκ ῥινῶν πολλῆς, ἢ λυγγὸς, ἢ σπασμοῦ, ἢ ὀδύνης ἰσχίων.

ρκθ'. Ἐν καύσῳ κοιλίη καταρραγεῖσα, θανάσιμον.

ρλ'. Ἐκ κοιλίης ἀλγήματος ἐπιπόνου πυρετὸς καυσώδης, ὀλέθριον.

ρλα'. Ἐν τοῖσι καυσώδεσι ἤχων προσγενομένων μετὰ ἀμβλυωγμοῦ καὶ κατὰ τὰς ῥῖνας βάρεος ἐξίστανται μελαγχολικῶς μὴ αἱμορραγήσαντες.

ρλβ'. Τοὺς ἐν καύσοισι τρόμους παρακοπὴ λύει.

ρλγ'. Ἐν καύσῳ ῥύσις ἐκ μυκτήρων τεταρταίῳ, κακὸν, ἢν μή τι ἄλλο ἀγαθὸν ξυμπέσῃ· πεμπταίῳ δὲ ἧσσον κινδυνώδες.

ρλδ'. Ἐν τοῖσι καυσώδεσι ὑποπεριψυχο-

124. In febribus venae, quae est in cervice pulsatio et dolor rem ad difficultatem intestinorum deducit.

125. Frequens coloris et caloris permutatio, bono non est.

126. In bile redundantibus magna spiratio cum febre acuta et praecordiorum contensione abscessum iuxta aures promovet.

127. Qui ex longa valetudine sese recolligentes cibum bene sumunt ac nihil proficiunt, ii maligne relabuntur.

128. Si venae temporum in febribus pulsent et facies bene habita fuerit, absque praecordiorum mollitie, longum fore morbum sperare oportet, qui nec sine liberali sanguinis ex naribus profusione, aut singultu, aut convulsione, aut coxendicum dolore desinet.

129. Alvus in febre ardente affatim prorumpens mortis periculum adfert.

130. Febris ardens ex laborioso ventris dolore periculum minatur.

131. In febre ardente laborantibus, si aurium tinnitus cum visus hebetudine et ad nares gravitate accedat, nisi sanguis ex naribus profluat, furiosa et vehemens mentis emotio metuenda est.

132. In febribus ardentibus tremores delirio solvuntur.

133. Sanguinis e naribus fluxus in febre ardente quarto die obveniens malo est, nisi aliud quippiam bene ceciderit. Quodsi quinto die contingat, minus adfert periculi.

134. Quibus in febribus ardentibus cum ali-

alius cuiusdam sententiae exordium confuderunt librarii cum praesagio, quod Coaca l. habetur, ita ut inde monstrum hoc nasceretur. Lubet locos aliquot notare ubi *αἷματα* plurale occurrat: C. 241. 305. 648.

125. Μεταβάλλειν Littréus e cod. A. pro vulgato *μεταβάλλον*. In fine de meo *οὐ χρησιμόν* scripsi: nempe negatio omissa est a librariis, quod satis docet loci comparatio cum Aph. IV. 40. Illud *κρίσιμον*, vel *χρόνιον*, quod in varr. lectt. habetur, unde ortum sit, facile intelligitur: posterius ex Aph. est ductum, uti recte vidit Littréus, prius illud non nisi corrupte scriptum *χρήσιμον* est.

126. Operae pretium est ad res memoratas conferre Coacam 107.; *ἀνίστησι* cod. A. lectio est a Littréo recepta pro vulgata *ἀφίστησι*.

127. Cf. Aph. 31. II. Vulgo *ἐπιστρέφουσι κακοήθεις*; cod. Par. A. Littréi *ὑποστρέφουσι κακοήθεες*, unde recte Littréus dedit, quod item exhibeo. Adverbium in fine plures libri habent. Aphorismum loco nostro recentiorem esse dixerim.

128. Foësius obscuram habet sententiam hanc, quam apertioribus verbis scriptam esse dicit Ep. II. Verborum sensus non obscurus, ut in multis aliis horum locorum, sed apertus; ipse Hippocrates non magis aperte loquitur. — Initio sect. VI. Epid. II. legitur eius periphrasis; nam manifesto Coaca antiquior; ibi: *ἢν αἱ φλέβες σφύζωσι ἐν τῇσι χερσί* legimus. Tunc igitur iam pulsum ad carpum manus observasse dixeris medicos, cuius rei indicium in antiquissimis scholae Coae monumentis non habemus. Etiam in libro de crisibus occurrit eadem haec sententia; sed iste liber non est, nisi compilatio consarcinata e fragmentis aliorum librorum et manifesto posterioris quam Coacae aetatis.

131. Cf. Prorrh. 18. Coaca 194.

132. Pro vulg. *καύσεσι* cod. Par. A. *καύσοις*, unde *καύσοισι* dedit Littréus. Cf. Aph. VI. 26.

134. Cf. Prorrh. 81. Vulgo *ὀφθαλμοῖσι*. Iam e cod.

©BIUM

μένοισι διαχωρήμασι ὑδατοχόλοισι, συχνοῖσι, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, κακὸν, ἄλλως τε κἢν κάτοχοι γένωνται.

ρλε'. Καῦσος ῥίγεος ἐπιγενομένου λύεται.

ρλς'. Καῦσοι ὑποτροπιάζειν εἰώθασι καὶ ἡμέρας τέσσαρας ἐπισημήναντες ἔπειτα ἐφιδροῦσι· εἰ δὲ μὴ, τῇ ἑβδόμῃ καὶ ἑνδεκάτῃ.

ρλζ'. Τοὺς καυσώδεας διακρίνουσι αἱ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι, κουφίζουσαι ἢ ἀναιροῦσαι.

ρλη'. Ἐκ καύσου μὴ γενομένου πυώδεος παρ' οὓς ἀποστήματος, οὐ πάνυ σώζονται.

ρλθ'. ρμ'. Οἱ λήθαργικοὶ τρομώδεες ἀπὸ χειρῶν, ὑπνώδεες, δύσχρωτες, οἰδηματώδεες, σφυγμοῖσι νωθροῖσι· καὶ μετάρσια τὰ ὑποφθάλμια· καὶ ἱδρῶτες ἐπιγίγνονται· καὶ κοιλίας ὑποιδέουσι καὶ χολώδεας καὶ ἀκρατέας, ἢ καταξήρους ἴσχουσι· οὖρα καὶ διαχωρήματα προΐενται λαθραίως· τὸ οὖρον ὑποζυγίου· πιεῖν τε οὐκ αἰτέουσι, οὐδέ τι ἕτερον οὐδέν. ἔμφρονες δὲ γενόμενοι, τράχηλον ἐπώδυνον φασὶν ἔχειν καὶ διὰ τῶν οὐάτων ἦχους διαΐσσειν. Ὁκόσοι δὲ σώζονται τῶν

qua summi corporis perfrictione atque egestionibus aquae similibus et crebris oculorum fit perversio et distortio, malum significat; tum vero praecipue, si alto quodam stupore, (quem catochon vocant,) deprehensi detineantur.

135. Febrem ardentem succedens rigor solvit.

136. Febres ardentes, quae recurrere solent, quatuor diebus de se significationem exhibent, deinde exsudant. Sin minus, die septimo et undecimo.

137. De febre ardente laborantibus dies quatuordecim aut allevando, aut perimendo decernunt.

138. Ex febre ardente, nisi qui circa aurem fit abscessus suppuret, non admodum liberantur.

139. 140. Qui lethargo conflictantur, ex manibus tremunt, somnolenti sunt, male colorati, tumidi, pulsu tardo. Et oculorum genas inferiores sublatas habent; et sudores superveniunt. Et alvus iis subtumescit et biliosas habent eius profusiones et quas continere nequeant, aut resiccatam alvum. Urinas et alvi recrementa clam profundunt. Urina est qualis a iumento. Neque potum, neque aliud quidquam postulant. Mentis vero compotes facti de cervicis dolore conqueruntur ac incertos sonitus per aures impetu

Sever. ὀφθαλμῶν ἴλλωσις adnotavit Foës., quod cum Littréo exhibeo. Littréus e cod. A. initio ἐν sine praemisso οἱ, uti vulgata legit. — Legebatur ὑποπεριψύχουσι, sed requiritur ὑποπεριψυχομένοισι. cf. adn. ad Prorrh. l. l.

135. Cf. Aph. IV. 58.

136. Quum numeri occurrant, repetam codd. varr. lectt. Pro καὶ ἡμέρας τέσσαρας ἐπισημήναντες, ἔπειτα. cod. A. Par. ἡμέρας ε' εἶτα: — idem liber ἐξιδροῦσι, quod Littréus dedit, pro vulgato ἐφιδροῦσι. De vulgata non decedere malui, quia non certus sum ἐξιδροῦσι auctorem voluisse; neque vero hoc compositum aliis locis occurrere memini. Foës. ἐφίδωσιν, vix criticum sudorem referre affirmanti nescio an fidem adhibere liceat. In postremis τῇ ἑβδόμῃ plurimi codd.; Calvum ἑπτά legisse dixeris; τῇ ιζ' cod. A. et vulgata, sed haec plene scriptum numerum hunc habet; τῇ ἑβδόμῃ καὶ ἑνδεκάτῃ cod. Sever. Lind. Mack. et Foës. in versione. Hos secutus sum propter locum Prognostici de diebus criticis § 37. collatum cum Coaca seq.

138. Ionica forma πυώδεος cod. A. Par. debetur: a Littréo pro vulg. πυώδους illata est.

139. 140. Cum Littréo coniunxi utramque hanc Coacam in unam. Foës. in adn.: „haec, inquit, sententia parum ad praesagium composita lethargicorum διάγνωσιν continet." Sunt autem plures loci ad prognosin non spectantes, v. c. Coaca 481., quae item nosographici argumenti est. Advertit σφυγμοῖσι νωθροῖσι: nempe licet non certo indicetur pulsum arteriae radialis spectari et verba de pulsu temporalis arteriae, aut cuiusvis alius accipi possint, fere cogitas sponte

pulsum radialem, qui si innuatur, locus recentioris originis aestimandus est. Fateor me ceterum orationem ab Hippocratea non distinguere posse. Unum quid mihi suspectum est, i. e.: τὸ οὖρον ὑποζυγίου pro τὸ οὖρον οἷον ὑποζυγίου, quae in Epidd. libris formula solita; sed οἷον excidere potuit. De loci origine in excursu ad hunc librum plura dicam. Videamus de loci scriptione: καὶ ὑπνώδεες cod. Par. A.; idem liber ἐπιγίγνονται. Iam vero καὶ κοιλίας ὑποιδέουσι χολώδεας καὶ ἀκρατέας ἢν καταξήρους ἴσχωσιν οὖρα καὶ διαχωρήματα προϊόντα (sic) λαθραίως vulgata habet lectio. In his verbis ὑποιδέουσι in libb. aliquot omittitur; cod. vero A. καί habet ante χολώδεας. Pro ἤν libb. 3., in quibus cod. A., legunt ἤ. Porro ἴσχευσι libri duo Parr. et Voss. noster. Denique pro προϊόντα, tres libri Parr. et Voss. προϊέντα. Lind. προΐενται; nec negligendum cod. A. in reliquis sententiae partibus habere γεγεννημένοι pro γενόμενοι et ὦτων pro οὐάτων. Lind. dedit: καὶ κοιλίαι χολώδεες καὶ ἀκρατέες· ἢν δὲ καταξήρους ἴσχωσι. — Littréus: „cette proposition, inquit, est obscure, le texte incertain et il n'est pas sur que les modifications, que j'y ai faites, quoique fournies par des mss., donnent la vraie leçon." Nimirum edidit: καὶ κοιλίας χολώδεας καὶ ἀκρατέας ἢ καταξήρους ἴσχουσι, οὖρα καὶ διαχωρήματα προϊόντα λαθραίως. Mihi loci lectio ab eo non bene constituta videtur; quippe statim ὑποιδέουσι, quod e vulgata eiecit Littréus, certe non librariorum errore est invectum, ita ut delere e contextu oporteat, vel liceat. Probo lectionem καὶ χολώδεας codicis A., quam coniectura adeo assecutus eram, antequam codicis scripturam

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 191 sur 880

©BIUM

ληθαργικῶν, ἔμπυοι ὡς ἐπιτοπολὺ γίγνονται.

ρμα'. Ὁκόσοισι ἐν πυρετοῖσι ἀκρίτως τὰ τρομώδεα παύεται, τούτοισι χρόνῳ ἐς ἄρθρα ἀπόστασις ὀδυνώδης ἐκπυοῦσα καὶ κύστις ἐπώδυνος.

ρμβ'. Τῶν πυρεσσόντων οἷσι μὲν ἐρυθήματα ἐπὶ προσώπου καὶ πόνος κεφαλῆς ἰσχυρὸς καὶ σφυγμὸς φλεβῶν, αἵματος ῥύσις τὰ πολλὰ γίγνεται· οἷσι δὲ ἄσαι καὶ καρδιωγμοὶ καὶ πτυαλισμοὶ, ἔμετος· οἷσι δὲ ἐρευγμοὶ, φῦσαι, ψόφοι κοιλίης καὶ ἐπάρσιες, ἐκτάραξις κοιλίης.

ρμγ'. ρμδ'. Τοῖσι χρονίζουσι ἀσφαλέως ἐν πυρετῷ ξυνεχέϊ, χωρὶς πόνου, ἢ φλεγμονῆς, ἢ ἄλλης προφάσιος, ἀπόστασιν προσδέχεσθαι μετὰ πόνου καὶ οἰδήματος καὶ μᾶλλον ἐς τὰ κάτω χωρία· προσδέχεσθαι δὲ δεῖ τὰς ἀποστάσιας τοῖσι ἐς τριήκοντα ἔτεα μᾶλλον· ὑποσκέπτεσθαι δὲ τούτοισι τὰς ἀποστάσιας, ἢν τὰς εἴκοσι ἡμέρας ὁ πυρετὸς ὑπερβάλλῃ· τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι ἧσσον γίγνονται καὶ πολλῷ χρόνῳ γενομένων τῶν πυρετῶν· οἱ δὲ διαλείποντες καὶ λαμβάνοντες πεπλανημένως φθινοπώρου μάλιστα ἐς τεταρταῖον ἐπιεικέως μεθίστανται, καὶ μᾶλλον τοῖσι ὑπὲρ τὰ τριήκοντα ἔτεα γεγονόσι· αἱ δὲ ἀποστάσιες τοῦ χειμῶνος γίγνονταί τε μᾶλλον καὶ παύονται βραδύτερον καὶ ἧσσον παλινδρομέουσι. Τοῖσι δὲ πολλάκις ὑποτροπιασθεῖσι, ἢν ἑξάμηνον ὑπερβάλλωσι, ἰσχιαδικὴ φθίσις ἐπιεικέως γίγνεται.

ρμε'. Ὁκόσα πυρετῷ ἀντιδίδοται καὶ μὴ

ferri sentiunt. Qui vero ex lethargo evadunt, magna ex parte pus intro colligunt.

141. Quos febris detinet, si tremor absque iudicatione conquiescit, iis temporis successu abscessus cum dolore purulenti ad articulos decumbunt et vesica dolet.

142. Quos febris detinet cum faciei rubore et capitis vehemente dolore, in iis, si venae pulsent, sanguinis fluxus plerumque exspectandus est. Quos vero stomachi fastidia vexant cum oris ventriculi morsu et salivae fluxu ex ore, iis vomitio adfutura est. Quibus autem ructus adsunt, flatus, ventris sonitus cum inflatione, iis alvus exturbatur.

143. 144. Quibus febris assidua diutius cum securitate trahitur, si neque ex dolore, neque ex inflammatione, neque ex alia ulla manifesta causa contingat, in iis abscessum cum dolore et tumore, praecipueque ad inferiores partes sperare oportet. Maxime autem in his exspectare abscessus oportet, qui circa triginta annos sunt nati. Tum vero in his exspectare abscessus oportet, ubi febris vigesimum diem praeterierit. Maioribus autem natu minus accidunt, etsi febres longo tempore detinent. Quae vero febres intermittunt, incertoque ac vago ordine prehendunt, eae auctumno praecipue in quartanam fere transeunt, idque in his maxime, qui trigesimum annum superarunt. Per hiemem vero abscessus potius accidunt et tardius cessant, minusque recurrunt. Quibus autem saepius recidivae contingunt, si sextum mensem superaverint, in tabem coxariam fere incidunt.

145. Quae in febris locum succedunt, neque

loci noveram. In vulgata ἢν sine dubio ortum est ex ἤ et postea ἴσχωσι subiunctivo scriptum. Restat προϊόντα, pro quo in aliis libb. προϊέντα et quod dudum rectissime a Lindano in προΐενται mutatum est: nam reliqua omnia inepta sunt et hoc unice verum. Steph. citat ex Aristotele καὶ τὸ αἰδοῖον προΐεται σπέρμα, *effundit*, vel *emittit*. — De formula οὖρον ὑποζυγίου supra iam dixi: solita oratio Hippocratis fere οὖρον οἷον ὑποζυγίου; sitne in hac breviloquentia, an omissio vix discerno. — De coniectura librorum lect. οὐδὲ θάτερον in οὐδέ τι ἕτερον mutavi. Ita quidem egregiam antiqui, cuiuscumque sit, medici lethargi descriptionem ad integritatem restituisse nobis videmur.

142. Id unum non reticendum me in fine καί ante ἐκτάραξις otiose a librariis e superioribus huc quoque tractum et repetitum delevisse.

143. 144. Solet Coaca 144. incipere verbis τοῖσι δὲ πολλάκις ὑποτροπιασθεῖσι; sed quum sententiam per se constantem non efficiat, ad superiorem locum eam retuli. Coaca 143. in Prognosticum est translata § 44. — In eius scriptione cum Littréo in verbis τοῖσι ἐς τριήκοντα ἔτεα μᾶλλον secutus sum cod. illum vetustum, qui εἰς habet, propter locum Prognostici. Vulgata lectio est ὑπὲρ τριήκοντα.

145. In huius loci scriptura σημεῖα ante κακοήθεα delevi; nam ineptum recentius additamentum est interpolatoris nescio cuius. Foës. monet fuisse, qui pro ἀντιδίδοται legere vellent, ἐνδίδοται, aut ἐνδίδοντα. Me iudice ἀντιδίδοται vera

©BIUM

ἀποστηματώδεα, κακοήθεα.

ρμς'. Τῶν πυρετῶν οἱ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, μήτε μετὰ σημείων λυτηρίων ἀφιέντες, ὑποτροπιάζουσι.

ρμζ'. Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων ἐν ἡμέρῃσι κρίνεται τεσσαρεσκαίδεκα.

ρμη'. Τριταῖος ἀκριβὴς ἐν πέντε, ἢ ἐν ἑπτὰ περιόδοισι, ἢ τὸ μακρότατον ἐν ἐννέα κρίνεται.

ρμθ'. Οἷσι ἀρχομένοισι πυρέσσειν, αἵματος στάζοντος ἐκ ῥινῶν ἢ πταρμοῦ γενομένου λευκὴν ὑπόστασιν τὸ οὖρον ἴσχει περὶ τετάρτην, λύσιν τῇ ἑβδόμῃ σημαίνει.

ρν'. Τὰ ὀξέα κρίνεται αἵματος ἐκ ῥινῶν ῥυέντος ἐν κρισίμῳ καὶ ἱδρῶτος πολλοῦ γενομένου καὶ οὔρου πυώδεος καὶ ὑαλώδεος ὑπόστασιν χρηστὴν ἔχοντος καὶ ἀθρόου· καὶ δι' ἀποστήματος ἀξιολόγου, καὶ κοιλίης μυξώδεος καὶ αἱματώδεος καὶ ἐξαπίνης καταρραγείσης, καὶ ἐμέτων οὐ μοχθηρῶν κατὰ κρίσιν γενομένων.

ρνα'. Ὕπνοι βαθέες μὴ ταραχώδεες βεβαίαν κρίσιν σημαίνουσι· οἱ δὲ ταραχώδεες μετὰ ἀλγήματος ἀβέβαιον.

ρνβ'. Ἑβδομαίοισι, ἢ ἐναταίοισι, ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταίοισι ῥύσιες ἐκ ῥινῶν λύουσι ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ τοὺς πυρετούς· ὁμοίως δὲ καὶ κοιλίης ῥύσις χολώδης, καὶ δυσεντεριώδης καὶ πόνος γουνάτων, ἢ ἰσχίων καὶ οὖρον πεπανθὲν πρὸς τὴν κρίσιν· ἐν γυναικὶ δὲ καὶ ἐπιμηνίων ῥύσις.

abscessum aliquem faciunt, malignum morbum indicant.

146. Febres, quae neque diebus criticis, neque cum solutionis signis dimittunt, repetere solent.

147. In praecipitibus morbis iudicatio in quatuordecim diebus exspectanda est.

148. Tertiana exacta quinto aut septimo, aut summum nono circuitu terminatur.

149. Quibus febricitare incipientibus, sanguine de naribus stillante, aut sternutatione orta, in urina circa diem quartum album quid subsidet, septimo solutionem fore significat.

150. Morbi vero praecipites et acuti effluente ex naribus sanguine iudicatione absolvuntur, idque die iudicatorio ac sudore copioso exorto, urinaque purulenta ac vitrea affatim reddita, in qua quod subsidit laudabile sit; aut abscessu effatu digno et alvo mucosa et sanguinea deiiciente ac derepente prorumpente, vomitionibusque non pravis sub iudicationem contingentibus.

151. Profundi somni neque turbulenti iudicii firmitatem denunciant; turbulenti vero cum dolore instabilem.

152. Quibus ex naribus fluxiones, quae septimo, nono, aut decimo-quarto die contingunt, ut plurimum a febribus vindicant. Eodem vero modo et biliosus alvi fluxus et qualis in intestinorum difficultate fieri assolet, ac genuum et coxendicum dolor, urinaque sub iudicationem concocta et vero in muliere mensium profluvium.

est lectio et quid indicetur apertum: *ἀπόστημα* apud antiquos non semper *abscessus purulentus* est, sed symptoma aut symptomatum congeries quaevis, qua apparente febris cesset et sanitas redeat. Quid obscuri insit in *ἀντιδίδοται* ego non intelligo.

146. Cf. Coaca 80. Prognost. § 43. Aph. IV. 61. Pro vulg. *μετὰ σημεῖον λυτήριον* recepi cod. Par. A. lectionem *μετὰ σημείων λυτηρίων*, quam veram loci scripturam referre puto.

147. Cf. Aph. II. 23.

148. Cf. Aph. IV. 59., quem si inspicias, aliquantulum interest novisse cod. Par. A. omittere *ἀκριβὴς ἐν πέντε ἢ*.

149. Cf. Coaca 575. Aph. IV. 70. E cod. Par. A. cum Littréo amplexus sum *στάζοντος* pro vulgato *στάξιες*. Ille in ceteris vulgatam lect. retinuit; ego *περὶ τετάρτην* praetuli prae *ἐν τετάρτῃ*, ut latius spatium concedatur symptomati, uti in Coaca l. Tum *τῇ ἑβδόμῃ* dedi, quia *ἐν* in eiusmodi dierum enumeratione minus frequens in his libris; cod. A. articulum quidem omittit sed quum numeri una cum articulo sola litera numerali saepe notentur, ita scribere licere mihi putavi.

150. Pro *κρίνεται* cod. A. *λύεται*. Abundabat *γενομένου* pone *ὑαλώδεος*, quapropter delevi. De meo *καὶ δι' ἀποστ.* scripsi, ceteris praepositionem non habentibus. Etiam *γενομένων* in fine de meo adscripsi.

151. *Ἀβέβαιον* in fine et multorum librorum lectio est et longe praestans prae vulgato *ἀβέβαιοι*; nempe ad *κρίσιν* referri necessario debet epitheton. Legebatur *μετὰ ἀλγήματος σώματος*, quasi quis *τῆς ψυχῆς* cogitavisset. Otiosum additamentum forte ex *ἀλγήματος* ortum delevi.

©BIUM

ρνγ'. Οἱ ἐν πυρετοῖσι αἱμορραγήσαντες ἱκανῶς ὀκοβενοῦν ἐν τῇσι ἀναλήψισι κοιλίας καθυγραίνονται.

ρνδ'. Οἱ ἐν πυρετοῖσι ἐφιδρῶντες, κεφαλαλγέες, κοιλίην ἀπολελαμμένοι, σπασμώδεες.

ρνε'. Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασεῖαι παρακρούσιες καὶ θηριώδεις καὶ σπασμὸν σημαίνουσι.

ρνς'. ρνζ'. Σπασμὸς ἐν πυρετῷ γενόμενος παύει τὸν πυρετὸν αὐθημερὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ ἢ τῇ τρίτῃ.

Σπασμὸς ἐν πυρετῷ γενόμενος καὶ παυόμενος αὐθημερὸν, ἀγαθόν· ὑπερβάλλων δὲ τὴν ὥρην ἐν ᾗ ἤρξατο καὶ μὴ παυόμενος, κακόν.

ρνη'. Τοῖσι διαλείπουσι, ἀνωμάλως δὲ χλιαινομένοισι κοιλίης ἐμφυσωμένης, σμικρὰ διαδιδούσης, ὀσφυαλγήσασι, μετὰ κρίσιν κοιλίαι καταρρήγνυνται· οἱ δὲ περικαέες πρὸς χεῖρα, νωθροὶ, διψώδεες, ἀσώδεες, κοιλίης ἀπειλημμένης βαρυνόμενοι, ἐκχλοιοῦνται· ἔστι δ' ὅτε καὶ τὰ ἐξέρυθρα ἐν ποσὶ κατακαύματα τὰ αὐτὰ σημαίνει.

ρνθ'. Οἱ χειμερινοὶ πυρετοὶ ἐπιεικέως μεθίστανται ἐς τὰς ὀξείας νούσους.

ρξ'. Κεφαλῆς πόνος ξύντονος μετ' ὀξέος πυρετοῦ καὶ ἄλλου σημείου τῶν δυσκόλων, θανάσιμον· ἄνευ δὲ σημείου φαύλου, ὑπερ-

153. Quibus per febres alicunde sanguis largiter effluxerit, iis dum sese recolligunt alvi humescentes effunduntur.

154. Qui per febres tenuiter exsudant, cum capitis dolore et alvo intercepta ad convulsiones proni sunt.

155. Quae sensim feroces fiunt mentis emotiones in ferinas evadunt et convulsiones portendunt.

156. 157. Convulsio in febre suborta febrem primo die, aut postero, aut tertio finit.

Convulsio in febre suborta eademque die desinens, bono est; sin horam, qua prehenderit, superet, nec desinat, malo est.

158. Qui per febres intermittentes inaequaliter incalescentes alvum habent flatibus distentam, pauca transmittentem, iis post iudicationem lumborum dolore suborto, alvi prorumpunt. Qui autem ad manus contactum exardescunt, torpore, siti, ac corporis incontinenti iactatione vexantur, ii alvo intercepta gravati exsolvuntur. Interdum vero etiam praerubra in pedibus ambusta eadem denunciant.

159. Febres hibernae fere in morbos acutos transeunt.

160. In febre acuta continens capitis dolor cum gravibus aliis signis mortem minatur. Quodsi neque alia praeterea signa mala sunt et vi-

153. Cf. Prorrh. 133. Coaca 335. Aph. IV. 27.

154. Cf. Prorrh. 115. Cod. A. Par. ἐφιδροῦντες, vulgata ἐφιδρώοντες, alii libb. ἐφιδρόοντες. In vulgata latet ἐφιδρῶντες.

155. Cum Lindano θρασεῖαι dedi pro vulgato θρασέως. Struvium et Littréum facessere iubeo cum suo θρασέες. Cf. Prorrh. 26. 123. Coacas 85. 246. Veram loci lect. refert Coaca 85.; ceterae deteriores sunt. Θηριώδεις, quorsum spectat etiam cod. Voss. lectio θηριώδης, e cod. Par. I. dedi.

156. 157. Debitum ordinem his sententiis restituit Littréus e cod. A. Nempe in media Coaca 157. pone ἀγαθόν in vulgata inserta erat Coaca 156. consecutione perinepta. In fine posterioris sententiae καὶ μὴ διαπαυόμενος edidit Littréus e cod. A.; nescio quare id praestet prae καὶ μὴ παυόμενος; nempe composito hic non opus est, sed vel ineptius id iudico, quum non de quiete spasmi qui postea iterum prehendat hic sermo sit, sed de spasmi cessatione. Equidem suspicor librarium praepositionem διά a verbo διαλείποντες ex initio Coacae 158. huc retraxisse.

158. Anacoluthia structurae in vulgata lectione huius sententiae initio: οἱ διαλείποντες ἀνωμάλως δὲ χλιαινόμενοι κοιλίης ἐμφυσωμένης, σμικρὰ διαδιδούσης, ὀσφυαλγήσασι μετὰ κρίσιν τούτοισι κοιλίαι καταρρήγνυνται. — Huic anacoluthiae facile medemur; correctio se ipsa defendet spero. Ipsum praesagium vagum, parum firmum, nimis angustae experientiae basi superstructum. Ad περικαέες πρὸς χεῖρα νωθροί, cf. adnn. ad Coacam 542.

159. Vulgo οἱ χειμερινοὶ τεταρταῖοι πυρετοί; sed advertit in hoc praesagio libros 7. Parr., item Vossianum omittere τεταρταῖοι; etiam Calvus vertit, quasi non legisset. Advertit porro in vulgata πυρετοί una cum τεταρταῖοι legi; nempe vulgo οἱ τριταῖοι, οἱ τεταρταῖοι solum dicitur. Idcirco vocem abundare putavi.

160. Locus translatus est in Progn. § 39. De loci constitutione unum quid tantum moneo. In fine καὶ συντόμου, quae vulgata codd. lectio est, omittitur in cod. Par. A.; καὶ συντόνου legit Mack., et cod. Voss. συντόνους ξύσιας eodem spectat. Littréus cod. A. fide omisit: parum recte: mirum enim esset, si tale quid librarii intulissent; sed non est mirum eos omisisse. Verum in Prognostici loco ἓς τ' ἂν ἢ

©BIUM

βάλλων τὰς εἴκοσι ἡμέρας, αἵματος ῥύσιν ἢ πύου ἐκ ῥινὸς, ἢ ἀποστάσιας ἐς τὰ κάτω σημαίνει· μάλιστα μὲν νεωτέροισι τῶν τριήκοντα πέντε τὰς ῥύσιας, τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι τὰς ἀποστάσιας προσδέχεσθαι· περὶ μέτωπον δὲ καὶ κροτάφους ὄντος τοῦ πόνου καὶ ξυντόμου τὰς ῥύσιας.

ρξα'. Οἷσι κεφαλαλγίη καὶ ἦχοι ἀπυρέτοισι καὶ σκοτοδινίη καὶ φωνῆς βραδυτὴς καὶ νάρκη χειρῶν, ἢ ἀποπλήκτους, ἢ ἐπιληπτικοὺς προσδέχου τούτους ἔσεσθαι, ἢ καὶ ἐπιλήσμονας.

ρξβ'. Οἱ κεφαλαλγέες, κατόχως παρακρούοντες, κοιλίης ἀπολυφθείσης, ὄμμα θρασυνθέντες, ἀνθηροὶ, ὀπισθοτονώδεες γίγνονται.

ρξγ'. Τὰ ὑποσείοντα κεφαλὴν, ὄμματα ἐξέρυθρα, παρακρούουσι ἀσαφῶς, ὀλέθρια· οὐ ξυναποθνήσκει ταῦτα, ἀλλὰ παρ' οὓς οἴδημα ποιέει.

ρξδ'. Κεφαλαλγίη μεθ' ἕδρης καὶ αἰδοίων ἀλγήματος νωθρότητα καὶ ἀκρασίην παρέχει καὶ φωνὴν παραλύει· ταῦτα οὐ χαλεπά· ὑπνώδεες δὲ καὶ λυγγώδεες γίγνονται· ἐνάτῳ μηνὶ ἐκ τούτων φωνῆς λυθείσης ἐς τὸ αὐτὸ καθίστανται ἀσκαριδώδεες γενόμενοι.

ginti dies superat, aut sanguinis ex naribus aut puris effluxum, aut abscessus ad inferiores corporis partes denunciat. Praecipue quidem in his, qui nondum trigesimum quintum annum attigerunt fluxiones, in senioribus autem abscessus sperare convenit. Si vero dolor circa frontem ac tempora affligat brevisque sit, fluxiones exspectandae sunt.

161. Qui capitis dolore et aurium tinnitibus citra febrem, aut tenebricosa vertigine et vocis tarditate, manuumque stupore tentantur, in iis aut siderationem, aut morbum comitialem, aut etiam oblivionem, sperare convenit.

162. Ex capite dolentes et alto stupore, (quem catochon vocant) detenti ac delirantes cum alvi interceptione et ferociente oculorum obtutu, floridi, in scapulas rigescunt ac posteriorum partium distentione tentantur.

163. Quae caput quodammodo concutiunt cum intensa oculorum rubedine sine manifesto delirio, perniciem denunciant. Neque tamen hoc ad mortem comitatur, verum circa aurem tumorem excitat.

164. Capitis dolor cum dolore sedis et pudendorum torporem et impotentiam adfert et vocem exsolvit. Neque ista molestiam exhibent; verum somnolenti ac singultuosi evadunt. Nono mense post voce soluta in integrum restituuntur, vermibus infestari coepti.

ὀδύνη ἢ νεαρά his verbis respondet. Itaque duas res e Progn. certo efficias, primum voces esse servandas; tum καὶ συντόμου non καὶ συντόνου esse legendum. Quid quod initio iam de dolore συντόνῳ locutus erat auctor.

161. Vulgo κεφαλαλγίαι. Praefero num. sing., quem cum aliis lib. Voss. praebet. Plurale κεφαλαλγίαι non nisi sequenti ἦχοι debetur.

162. Cf. Prorrh. 88.

163. Initio κεφαλήν scripsi cum Lind. et Mack.; quippe id latet in vulgato κεφαλῆς, Iam in Prorrh. I. et superioribus Coacis formula τὰ σείοντα κεφαλήν obviam fuit. Hinc videmus κεφαλάς cod. Par. A. non veram lect. referre. Vid. Prorrh. 143. Coaca 167. Legebatur porro παρακρούοντα σαφῶς, in quo primum solitum neutrum plur. offendit, quod in παρακρούουσι mutandum fuit; tum offendit σαφῶς. Nempe παρακρούειν est σαφῶς παρακρούειν, nam non παρακρούουσι vulgo, nisi apertum delirium sit ex usu vocabulorum in nostro. Itaque παρακρούοντα ἀσαφῶς ansam dedit scripturae vulgatae; aut compendiose scriptum παρακρούουσι ἀσαφῶς. Denique legebatur οὐ ξυναποθνήσκει τοῦτο, pro quo ταῦτα legendum, quod de coniectura exhibui.

164. De hoc loco certe monendum est: suas enim habet difficultates. Principio κεφαλαλγίη recepi cum Littréo e cod. Par. A., vulgata κεφαλαλγίαι ferente. Ex eodem libro recepi καὶ ἀκρασίην pro vulgato ἀκρησίην. ad quam vocem Littréus adnotat: „peut être faut-il lire ἀκράτειαν." Reciperem si codices praeberent; sed quare editor Par. non receperit ex optimo suo cod. ἀκρασίην, difficile intellectu est. Nempe ἀκρασία, quod a κεράννυμι ducitur ᾰ longum habet, adeoque Ionice ἀκρησίη scribi poterit; non vero ἀκρασίη ab ἀκρατής ductum, quod ἀκράτεια significans ᾰ brevi scribitur. Apud Aretaeum etiam ἀκρασίη legitur isto sensu, non ἀκρησίη. Pro verbis ταῦτα οὐ χαλεπά cod. A. ταῦτα οὐκ ἀλέα habet; Littréus adscribit: „Peut-être faut-il lire οὐχ ἀλέα, ce qui signifierait que ces accidens ne surviennent pas à la fois." Parum recte, ni fallor; primum enim quum auctor symptomata haec simul se vidisse aperte superioribus significaverit, inepte postea posuisset quod Gallice expressit Littréus; sed praeterea nemo quisquam Graecus puto id expressisset ista cod. A. lectione, sed scripsisset ταῦτα οὐχ ἅμα πάντα γίγνεται, aut simile quid. Ceterum illud ταῦτα οὐ χαλεπά mirum sonat de tam gravium symptomatum concursu, sed in-

©BIUM

ρξε'. Ἐν κεφαλαλγίῃ κώφωσις καὶ κῶμα παρακολουθοῦντα τὰ παρ' οὓς ἐπαίρει.

ρξς'. Οἱ κεφαλαλγέες, * κατόχως ὀδυνώδεες, ὄμμα ἐξέρυθροι, αἱμορραγικοί.

ρξζ'. Τὰ σείοντα κεφαλὴν, ἠχώδεα, αἱμορροεῖ, ἢ γυναικὶ τὰ γυναικεῖα καταβιβάζει, ἄλλως τε καὶ ἢν κατὰ ῥάχιν καῦμα παρακολουθέῃ· ἴσως δὲ καὶ δυσεντερικά.

ρξη'. Οἱ καρηβαρικοὶ, κατὰ βρέγμα ὀδυνώδεες, ἄγρυπνοι, αἱμορραγέουσι, ἄλλως τε καὶ ἤν τι ἐς τράχηλον ξυντείνῃ.

ρξθ'. Τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσι ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος ἀγρύπνους ταχὺ ἐκμαίνει.

ρο'. Οἷσι κεφαλῆς καὶ τραχήλου πόνος καὶ ὅλου δέ τις ἀκράτεια τρομώδης, αἱμορραγίη λύει. ἀτὰρ καὶ οὕτω χρόνῳ λύονται. [αἱ δὲ κύστιες ἐν τούτῳ ἀπολαμβάνονται.]

ροα'. [Ἐν τῇσι ὀξείῃσι κεφαλαλγίῃσι καὶ τῇσι ναρκώδεσι μετὰ βάρεος ἐθέλει σπασμώδεα γίγνεσθαι.]

ροβ'. Κεφαλαλγίην λύει πῦον διὰ ῥινῶν, ἢ πτύαλα παχέα καὶ ἄνοσμα· λύει δὲ καὶ ἑλκέων ἔκθυσις, ποτὲ δὲ καὶ ὕπνος καὶ κοιλίης ῥύσις.

ρογ'. Κεφαλῆς ἄλγημα μέτριον μετὰ δίψης μὴ ἰδίουσι, ἢ μετὰ ἱδρῶτος μὴ λύοντος

165. In capitis dolore vexatis consequente surditate et sopore tubercula ad aures excitantur.

166. *Locus corruptus. cf. adn.*

167. Quae caput concutiunt et aurium sonitus excitant sanguinem e naribus profundunt, aut mulieri menstrua deturbant, idque praesertim si ad spinam ardor consequatur. Fortasse etiam difficultas intestinorum exspectanda est.

168. Qui capite gravati ad sinciput dolorem sentiunt, pervigilio torquentur, iis sanguinis eruptionem fore spes est, tum vero praecipue si aliquis contensionis sensus ad cervicem pertingat.

169. Vomitus virulenti et aeruginosi in capitis doloribus cum surditate et insomnia promptam insaniam significant.

170. Quibus capitis et cervicis dolor ac totius corporis impotentia quaedam cum tremore adest, ab his sanguinis eruptio liberat. Quin etiam temporis tractu qui ita se habent morbo liberantur.

171. *Cf. Coacam* 174. *et adn.*

172. Ex capitis dolore liberat pus e naribus effluens, aut sputa crassa et inodora. Liberat quoque et ulcerum eruptio, interdum vero et somnus ac alvi fluxus.

173. Moderatus capitis dolor cum siti in iis, qui non sudant, aut in sudore, qui febrem non

telligendum de fausto casus eventu, quem auctor observaverit. In seqq. cum Littréo interpunctionem codicis A. sum secutus, quae praestat prae vulg., in qua coniunguntur *γίνεται ἐνάτῳ μηνί*. Sine dubio recte Littréus ad hanc sententiam retraxit verba *ἀσκαριδώδεες γενόμενοι*, quae in vulgato textu ad sequentem Coacam delapsa erant. Omnis vero sententiae habitus satis indicat eam ex unico forte fortuito observato casu originem trahere.

165. Cf. Prorrh. 168.

166. Cf. Prorrh. 137. In hac Coaca constituenda cum Littréo secutus sum lect. cod. Par. A. Vulgatum in fine *ὄμμα ἐξέρυθρον αἱμορροεῖ* cod. Voss. etiam habet. Verum non est dubium quin haec Coaca eidem loco originem debeat, cui Prorrh. l. l.; itaque truncata sententia est et quod sine locorum inter se comparatione absurdum sonat, *κατόχως ὀδυνώδεες*, — quomodo enim quis in *κατόχῳ* dolorem sentiat? — nunc e librariorum errore explicatur. Integra sententia haec fuerit: *κάτοχοι, κεφαλαλγικοὶ, τράχηλον ὀδυνώδεες, ὄμμα ἐξέρυθροι, αἱμορραγικοί*.

167. Cf. Prorrh. 143.

168. Cf. Prorrh. 135. Vulgatum *ἤν τις* plurium libb. auctoritate in *ἤν τι* mutavit Littréus.

169. Cf. Prorrh. 10. Hic eodem modo atque illic *ἀγρύπνοισι* de meo in *ἀγρύπνους* mutavi.

170. Cf. Prorrh. 152. *Οὕτω*, quod vulgo ante *χρόνῳ* legitur, et pro quo hic *οὗτοι* etiam in libris habetur, eodem modo atque ad Prorrh. dixi, hic accipio. Mihi postrema, quae uncis intercepi, huc non pertinere videntur. Ego inter hoc symptoma e vesica et superiora non talem nexum video, ut in eiusmodi praesagio memorari debuerit; neque vero in Prorrh. haec eidem sententiae adhaerent. Cod. A. *ἆρα τούτοις κύστιες ἀπολαμβάνονται*; indicio, quam saepe librariis istae interrogationes debeantur.

171. Locus non est, nisi prava scriptura Coacae 174. *ναρκώδεσι* loco nostro ortum est e *καρώδεσι* altero illo. Coacam autem 174. veram loci lectionem referre puto.

172. Cf. Aph. VI. 10.

173. Pro *μὴ ἰδίουσι*, quod in Voss. *μὴ ἰδείουσι* scribitur, vulg. habebat *νηδιούσης*. Meliorem lect. et plures libri praebent et probarunt Opsop., Foës., Lind., Littréus.

©BIUM

τὸν πυρετὸν, ἀποστάσιας ἐν οὔλοισι ἢ παρ' οὓς σημαίνει μὴ κοιλίης ἐκταραχθείσης.

ροδ'. Κεφαλαλγίη καρώδης μετὰ βάρεος ποιέει τι σπασμῶδες.

ροε'. Οἱ κεφαλαλγικοὶ, διψώδεες, ὑπάγρυπνοι, ἀσαφέες, ἀδύνατοι, ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ κοπιώδεες, ἦρά γε ἐξίστανται;

ρος'. Κεφαλαλγέες, ὑπόκωφοι, χεῖρας τρομώδεες, τράχηλον ὀδυνώδεες, οὐρέοντες μέλανα δεδασυσμένα, ὀλέθριοι.

ροζ'. Οἱ κεφαλαλγέες, ἐφιδροῦντες, κοιλίην ἀπειλημμένοι, σπασμώδεες.

ροη'. Τὸ καρῶδες πανταχοῦ κακόν.

ροθ'. Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι γενόμενοι μετὰ κεφαλῆς, ὀσφύος, τραχήλου, ὑποχονδρίου ὀδύνης, ἀγρυπνέοντες, ἦρά γε φρενιτικοί; μυκτὴρ ἐν τούτοισι ἀποστάζων ὀλέθριον, ἄλλως τε καὶ τεταρταίοισι ἐοῦσι, ἢ ἀρχομένοισι. κακὸν δὲ καὶ κοιλίης περίπλυσις ἐξέρυθρος.

ρπ'. Οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐφιδρώσαντες οὖροισι πέπουσι καυστικοὶ, ἀκρίτως δὲ περιψυχόμενοι, διὰ ταχέων περικαέες, νωθροὶ, κωματώδεες, σπασμώδεες, ὀλέθριοι.

ρπα'. Οἱ κωματώδεες ὕπνοι καὶ αἱ καταψύξιες, ὀλέθριοι.

ρπβ'. Κωματώδεας, κοπιώδεας, κεκωφωμένους, κοιλίης καταρραγείσης, ἐρυθρὰ διελθόντα περὶ κρίσιν ὠφελέει.

solvit, gingivarum abscessus aut circa aures tubercula significat, nisi alvus erumpat.

174. Capitis dolor cum sopore et gravitatis sensu quodammodo convulsionem accersit.

175. Qui capitis dolore, siti, levi pervigilio detinentur, obscure loquuntur, ad motum impotentes, humescente alvo lassitudine vexantur, estne in iis insania metuenda?

176. Qui capite dolentes cum levi aliqua surditate, manuum tremore, cervicis dolore, nigricantes urinas et densas refuderint, perniciose habent.

177. Tenuiter exsudantes cum capitis dolore et alvo intercepta ad convulsiones proni sunt.

178. Sopor profundus et altus omnino damnandus est.

179. Qui inter initia sopore detenti capitis, lumborum, cervicis, praecordiorum dolore ac insomnia conflictantur, considerandi num phrenitici evadant. In his narium stillatio perniciem ostentat, tum vero vel maxime si quarto die, aut inter initia contingat. Alvi quoque praerubra proluvies malo est.

180. Qui circa initia tenuiter exsudantes concoctas urinas emittunt cum magna corporis aestuatione, citra iudicationem vero perfrigescunt et rursum ex brevibus intervallis peruruntur, torpore, sopore, aut convulsione tentati, perniciose affecti sunt.

181. Somni, quales sopore oppressis, et totius corporis perfrictiones, perniciem ostentant.

182. Sopore, lassitudine, ac surditate tentatos, alvus erumpens et ad iudicationem rubra demittens iuvat.

174. Cf. adn. ad Coacam 171.

175. Cf. Prorrh. 38. Coaca 642. Vulgatum ἐξανίστανται sane absurdum erat. Foës. iam requirebat ἐξίστανται Prorrh. l. conferens; praebuerunt Littréo duo libb. Parr., quorum unus cod. A.

176. Cf. Prorrh. 95. In hac sententia verba ἐμέοντες μέλανα, quae in vulg. ante ὀλέθριοι leguntur, non sunt nisi dittographia superiorum οὐρέοντες μέλανα. Hinc puto corruptionem profectam vulgatae lectionis loci Prorrhetici. Minus placet δεδασυμένα, quam δεδασυμμένα aut δεδασυσμένα. Postremum recepi, quum codicis A. Par. lectio δεδιασυσμένα eo spectet et eadem participii forma legatur in Prorrh. loco.

177. Cf. Prorrh. 115. Coaca 154.

178. Cf. Prorrh. 63.

179. Cf. Prorrh. 1. 2. cum adnn.

180. Cf. Prorrh. 102. Recte sane Littréus κωματώδεες initio illatum, ita ut legeretur οἱ κωματώδεες, uncis intercepit, quum sit supervacaneum, neque in Prorrh. loco habeatur. Ego delere malui. — Hic uti in Prorrh. loco l. περιψύχοντες vulgatae in περιψυχόμενοι de meo mutavi.

181. In duobus libris Parr. deficit haec sententia teste Littréo. Id quidem non multum me movet; sed dubito, si totam spectem praesagii formam, num integra sit sententia. Mihi potius fragmentum videtur sententiae amplioris, cuius partes pleraeque interierint. Vulgo ὀλέθριον in fine.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 197 sur 880

©BIUM

ρπγ'. Κωματώδεες, ἀσώδεες, ὑποχόνδριον ὀδυνώδεες, σμικρὰ ἐμετώδεες τὰ παρ' οὓς ἴσχουσι, πρόσθεν δὲ περὶ τὸ πρόσωπον ἔπαρμα μετὰ κώματος.

ρπδ'. Τὰ .... ἐξαίφνης παρακρούσαντα ἀλυσμῷ αἱμορραγικά ....

ρπε'. Τὰ κωματώδεα, ἀσώδεα, ὀδυνώδεα ὑποχόνδρια, θαμινὰ σμικρὰ πτύοντα τὰ παρ' οὓς ἐπαίρει· τὸ κωματῶδες ἦρά τι ἔχει σπασμῶδες;

ρπς'. Καυματώδεα, μεμωρωμένα, κάτοχα, ποικίλλοντα, ὑποχόνδρια καὶ κοιλίην ἐπηρμένοι, ἀπόσιτοι, ἀπολελαμμένοι, ἐφιδροῦντες· ἦρα τούτοισι τὸ θολερὸν πνεῦμα καὶ τὸ γονοειδὲς διελθὸν λύγγα σημαίνει; κοιλίη δὲ ἦρα χολώδης προσδιέρχεται; τὸ λαμπῶδες ἐν τούτοισι οὐρηθὲν ὠφελέει, καὶ κοιλίαι δὲ τούτοισι ἐπιταράσσονται.

ρπζ'. Ἐγκεφάλου σφακελίσαντος οἱ μὲν ἐν τρισὶ ἡμέρῃσι, οἱ δὲ ἐν τῇσι ἑπτὰ τελευτῶσι, ταύτας δὲ διαφυγόντες σώζονται· οἷσι δ' ἂν τμηθεῖσι τῶν τοιούτων διεστηκὸς εὑρεθῇ τὸ ὀστέον, ἀπόλλυνται.

ρπη'. Τοῖσι ὀστέα ῥαγεῖσι ἐκ τῶν ὄπισθεν ῥύσις ἐκ μυκτῆρος λάβρος, παχεῖα, κακόν· ὀφθαλμὸν προαλγήσαντες οὗτοι ῥιγέουσι.

183. Sopore, incontinenti corporis iactatione conflictati, cum praecordiorum dolore, et parva vomitione tubercula ad aures habent; antea vero circa faciem tumor apparet cum sopore.

184. *Locus mutilus cf. adn.*

185. *Locus mutilus, cf. adn.*

186. *Locus corruptus cf. adn.*

187. Ubi cerebrum sideratione periclitatur, quidam tribus diebus, quidam etiam septem moriuntur. Quos si evaserint, servantur. Ex quorum numero pereunt, quibus per sectionem os disparatum apparuerit.

188. Quibus ex posteriore parte ossibus capitis fractis vehemens et crassa e naribus fluxio contingit, malo est. Ii dolore antea ad oculum

183. Cf. Prorrh. 165. Quo loco comparato *σμικρά* a sede in libris solita ante *ἐμετώδεες* transferendum videri possit, ita ut coniungerentur *σμικρὰ τὰ παρ' οὓς ἴσχουσι*. Cf. tamen adnn. infra ad Coacam 185. Extrema pars vulgo legitur *πρόσθεν δὲ περὶ τὸ πρόσωπον ἐπάρματα μετὰ κώματος*. In his requiro *ἔπαρμα*, nam manifesto sermo est de faciei totius tumore uno, qui parotidum inflammationem praecedat, non de pluribus tumoribus ortis. Littréus cod. A. fide *μετὰ κώματος* transtulit ad Coacam seq.: verum est ea in Prorrh. l. l. non legi; sed vide adn. ad Coacam 184. et apparebit codici A., optimo licet, fidem hic non esse adhibendam. — Additamentum ceterum *μετὰ κώματος* recentiori manui deberi non nego; sed non pertinet ad Coacam sequentem.

184. Quum Littréus coniungeret verba *μετὰ κώματος* e fine superioris sententiae cum hac nostra scribens *τὰ μετὰ κώματος ἐξαίφνης κ. τ. λ.*, non animadvertit hanc Coacam esse fragmentum Prorrh. 136., ubi vide adnotata ad locum emendatius scriptum.

185. Cod. Sever. apud Foës. *καυματώδεα* legit. Quodsi iam cum Coaca 183. et Prorrh. 165. locum hunc conferamus, sponte patet tria haec praesagia e communi fonte fluxisse et in singulis aliquid omissum aut aliis verbis expressum esse. Puto fere sententiam integram cum recentiore additamento ex eo genere, de quo dixi ad Prorrh. 28., quodque uncinis intercipiam, ad hunc modum scriptam fuisse: *τοῖσι καυματώδεσι, ἀσώδεσι, ὑποχόνδριον ὀδυνώδεσι, θαμινὰ σμικρὰ πτύουσι τὰ παρ' οὓς ἐπαίρεται· πρόσθεν δὲ περὶ τὸ πρόσωπον ἔπαρμα ἴσχουσι μετὰ κώματος [ἦρα τὸ κωματῶδες ἐν τούτοισι ἔχει τι σπασμῶδες;]*. — Verba *σμικρὰ ἐμετώδεα* in utroque loco adlato respondent verbis nostrae sententiae *θαμινὰ σμικρὰ πτύουσι*; quae quin veram lect. referant vix est quod dubites. Spectatur salivae fluxus ex irritata glandula parotide.

186. Cf. Prorrh. 92. *Κωματώδεα* iuitio vulgo legitur, sed Prorrhetici *καυστικά* indicat *καυματώδεα* loci descriptorem posuisse, quod eo vero similius quod *κάτοχα* mox sequitur. Cod. A. legit *ἄσιτοι*. Pro *διελθόν* plurimi libri Parr. simplex *ἐλθόν*. Cod. A. *καὶ κοιλίη δὲ ἄρα χολώδεά ἔρχεται*. Cod. Sever. apud Foës. *προδιέρχεται*. — Hanc lect. varietatem ex ed. Littréi excerpsi, ut lectori locum inspicienti statim parata esset. Nolo plura de hac sententia proferre; vide adnn. ad Prorrh. l.

187. In vulgata *ἢν τῇσι τρίτῃσι ἡμέρῃσι* et *ἐν τῇσι ἑβδόμῃσι* orta sunt e solita permutatione numerorum cardinalium et ordinalium. Ne articulo quidem addito sive ordinalibus, sive cardinalibus fidem magnam tribuo. Ego recepi cod. Par. A. lectionem, in qua pro *ἐν τῇσι ἑπτά* nude *ἐν ἑπτά* malim; nolo tamen de libri lectione deflectere.

188. Legebatur *τοῖσι κεφαλαλγικοῖσι ὀστέα ῥαγεῖσι*: mirum in modum sane istius cephalalgiae mentio facta est in casu tam gravi; sed auctor sententiae id non dedit et librariis initium sententiarum confundentibus tale quid debetur.

©BIUM

[ἦρα αἱ κατὰ κρόταφον ὀστέων διαρραγαὶ σπασμώδεες;]

ρπϐ'. Ὠτὸς πόνος ξύντονος μετὰ πυρετοῦ ὀξέος καὶ ἄλλου του σημείου τῶν ὑποδυσκόλων τοὺς μὲν νέους ἑβδομαίους κτείνει καὶ ξυντομώτερον, παραφρονήσαντας, μὴ ῥυέντος πολλοῦ πύου ἐκ τοῦ ὠτὸς, ἢ ἐκ ῥινῶν αἵματος, μηδὲ ἄλλου του σημείου χρηστοῦ γενομένου· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους βραδύτερον καὶ ἧσσον ἀναιρεῖ· τά τε γὰρ ὦτα φθάνει ἐκπυέειν καὶ παραφρονέουσι ἧσσον· ὑποστρέφουσι δὲ οἱ πολλοὶ τούτων καὶ οὕτως ἀπόλλυνται.

ρϙ'. Κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι παρακολουθοῦσα, κακόν. [κακὸν δὲ καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσι· ἄγει δ' ἐν τούτοισι καὶ ἐς ἰσχία πόνους.]

ρϟα'. Ἐν πυρετοῖσι κώφωσις κοιλίην ἐφίστησι.

ρϟβ'. Ὦτα ψυχρὰ καὶ διαφανέα καὶ ξυνεσταλμένα, ὀλέθριον.

ρϟγ'. Βόμβος ἐν ὀξέσι καὶ ἦχος ἐν ὠσὶ, θανάσιμον.

ρϟδ'. Ἦχοι μετὰ ἀμβλυωσμοῦ καὶ κατὰ ῥῖνας βάρεος, παρακρουστικὸν καὶ αἱμορραγέει.

ρϟε'. Κώφωσις μετὰ καρηβαρίης καὶ ὑποχονδρίου ἐντάσιος καὶ πρὸς αὐγὰς ἐνοχλεῖσθαι αἱμορροεῖ.

ρϟϛ'. Ἐν ὀξέϊ πυρετῷ τὰ ὦτα κωφοῦσθαι, μανικόν.

ρϟζ'. Οἱ δύσκωφοι, ἐν τῷ λαμβάνειν τρομώδεες, γλῶσσαν παραλελυμένοι, νωθροὶ, κακοί.

suborto, rigore corripiuntur. [Quin etiam ossium ad tempora effracturae num spasmum accersant videndum est].

189. Auris intensus dolor cum febre acuta ac ceteris aliquanto gravioribus signis, iuvenes quidem intra septimum diem, aut etiam celerius cum delirio necat, nisi puris copia ex aure aut sanguis ex naribus effluat aut aliud quoddam laudabile signum exstiterit. Aetate autem provectiores tardius aut minus tollit. Nam et in his aures ante suppurant et delirium minus infestat. Sed et in hac aetate multis morbus revertitur ac proinde interficere solet.

190. In praecipitibus et turbulentis morbis obveniens surditas malo est. [Quin et in longis morbis malum portendit ac in his ad coxendices labores convehit].

191. In febribus enata surditas alvum remoratur et sistit.

192. Aures frigidae, pellucidae et contractae perniciem minantur.

193. In praecipitibus morbis murmur edentes ac tinnientes aures mortem praenunciant.

194. Aurium sonitus cum visus hebetudine et ad nares gravitatis sensu mentis excessum ac sanguinis e naribus profluvium praesagiunt.

195. Surditas cum capitis gravitate et praecordiorum contentione et lucem aegre ferre sanguinis eruptionis futurae signa sunt.

196. In acuta febre aures obtusae vehementem insaniam portendunt.

197. Gravi surditate tentati dum aliquid prehendunt tremuli, linguae resolutione ac torpore affecti, male habere iudicantur.

ita ut confidenter deleam. Pro vulg. λαῦρος cod. Par. H. λάβρως, unde λάβρος exhibeo. Quaestio in fine proposita recentiori interpolatori debetur, quapropter uncis eam intercepi.

189. Locus integer et perspicuus, translatus in Prognosticon § 40.

190. Cf. Prorrh. 33. Advertit παρακολουθήσασα codicis Vossiani, quum Littréus e nullo libro scripto, sed tantum ex Ed. Lindeniana hanc lect. adferat; patet inde Lindanum usum esse cod. Vossiano. Collata Prorrhetici sententia aliud quid apparet: nempe posterior Coacae nostrae pars additamentum est recentius, quod interpolatori debetur. Quapropter uncinis intercipiendum erat; quippe primae partis auctor de posteriore ne somnio quidem cogitavit.

192. Locus in Progn. translatus. Cf. § 2.

194. Cf. Prorrh. 18. Coaca 131.

195. Cf. Prorrh. 147. Pro ἐντάσιος plures libri ἔντασις; sed duo sunt, quae de meo mutavi. Primum initio οἵσι delevi, quum longe ineptissime a librariis ibi invectum sit, forte e terminatione plurali verbi in fine Coacae superioris positi, i. e. dittographiae, ortum debet; tum ἐνοχλεῖν, in quo tuendo omnes libri consentiunt, in passivum ἐνοχλεῖσθαι mutavi; neque enim transitivum hic constare potest.

196. Ante ὦτα articulum τά de coniectura adscripsi, quippe quam facile ibi loci omitti potuerit, omnes puto mecum videbunt.

197. In fine de meo κακοί scripsi pro vulgato κακόν.

©BIUM

ρϟη'. Προηκούσης ἀρρωστίης, κώφωσις καὶ οὖρον ὑπέρυθρον ἀκατάστατον, ἐναιωρεύμενον, παρακρουστικόν· τὸ ἰκτεροῦσθαι ἐν τούτοισι κακόν· κακὸν δὲ καὶ ἐπὶ ἰκτέρῳ μώρωσις· τούτους ἀφώνους μὲν, αἰσθανομένους δὲ ξυμβαίνει γίγνεσθαι. τάχα δὲ καὶ κοιλίη πονηρεύεται τούτοισι.

198. Procedente morbo surditas, ac urina subrubra, cum nullo sedimento, sed cum sublimamentis in medio innatantibus, mentis emotionem praenunciant. In his morbo regio corripi malum est. Quin etiam malo est ex morbo regio fatuitas. His ut voce deficiant quidem contingit, sed ut sentiant simul. Ac fortasse etiam in his alvus male afficitur.

ρϟθ'. Τὰ ὀδυνηρῶς παρ' οὓς ἀνιστάμενα, ὀλέθρια.

199. Quae cum dolore exoriuntur ad aures tubercula perniciem minantur.

σ'. Τὰ παρ' οὓς ἔκ του ἔμπροσθεν ἐρυθήματος ἐν πυρετῷ γενόμενα σημεῖον μὲν ἐρυσιπέλατος ἐπὶ προσώπου ἐσομένου· ἀτὰρ καὶ σπασμοὶ ἐκ τῶν τοιούτων γίγνονται μετὰ ἀφωνίης καὶ ἐκλύσιος.

200. In febre e praegresso aliquo rubore ad aures orti tumores signum sunt futuri in facie ignis sacri. Quin et convulsiones cum vocis privatione et virium exsolutione ad haec consequi par est.

σα'. Τὰ παρ' οὓς ἐπὶ πλείστοισι δυσώδεσι, πυρετῷ ὀξέϊ, ὑποχονδρίῳ ξυντόνῳ χρονιωτέρως, ἀρθέντα κτείνει.

201. In plurimis graveolentibus deiectionibus cum febre acuta, praecordiorum contensione diuturniore sublati ad aures tumores mortem adferunt.

σβ'. Τὰ παρ' οὓς φλαῦρα παραπληκτικοῖσι.

202. Tubercula ad aures excitata in leviter sideratis, malo sunt.

σγ'. Τὰ παρ' οὓς ἐν μακροῖσι μὴ ἐκπυεῦντα, θανάσιμον· κοιλίαι δὲ τοῖσι τούτοισι τάχα καταφέρονται.

203. In diuturnis morbis non suppurantia aurium tubercula mortem adferunt. Alvus autem his deturbatur fere.

198. Cf. Prorrh. 32. Προηκούσης Lind. et eum secutus Littréus pro vulgato προσηκούσης. Plures libri καὶ τὸ οὖρον partim integre scriptum, partim mutilum. Littréus ἐπὶ ἰκτέρῳ e pluribus libb. pro vulgato ἐπὶ ἰκτέρου; praeiverunt iam Lind., Mack. Ego ἀφώνους μὲν, αἰσθανομένους δὲ κ. τ. λ. dedi e Prorrhetici loco; ceterum μέν et δέ omitti solent; sed cod. A. Par. servavit δέ, quod Littréus inde in textum intulit; verum hoc si facias, etiam μέν recipere oportet, nec dubium est, quin a librariis voculae sint neglectae. Cod. A., συμβαίνει γίνεσθαι pro vulg. ξυμβαίνει πνίγεσθαι, quod vel e Prorrh. emendaveris. Etiam editor Par. γίνεσθαι recepit. In fine τούτοισι tum in pluribus aliis codd. tum in Voss. omissum est.

199. Cod. Par. A. cum Littréo sum secutus in scriptura τὰ ὀδυνηρῶς pro vulg. τὰ δὲ ὀδ. initio huius sententiae. Difficile tamen est iudicium de auctoritate utriusque lectionis. Nimirum si universum praesagium respicias, vix verum videtur, quod exprimitur: certe aliae in aegrotante conditiones accedere debent, ut verum fiat. Quid igitur? Sitne δέ vulgatae indicio sententiam non integram esse, sed fragmentum amplioris cuiusdam? Cogitavi de hac sententia cum superiore connectenda in hunc modum τάχα δὲ καὶ κοιλίη πονηρεύεται. τούτοισι τὰ ὀδυνηρῶς παρ' οὓς ἀνιστάμενα, ὀλέθρια. Verum obstare videtur Prorrh. 32., e quo loco potissimum efficias verbis κοιλίη πονηρεύεται τούτοισι concludi Coacam 198. Itaque satius duxi sequi optimi cod. lect., necdum tamen sum certus de loci integritate.

200. Omnes reliqui ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν ἐρυθ., sed quum de definita aliqua re hic sermo non sit, apparet ἔκ του i. e. ἔκ τινος esse legendum. Iam vero duae lectt. in codd. habentur, quas etiam Foës. iam memoravit: altera vulgata est: τὰ παρ' οὓς ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν ἀλγήματος ἐρυθήματα ἐν πυρετοῖσι γινόμενα —; altera: τὰ παρ' οὓς ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν ἐρυθήματος ἐν πυρετοῖσι γινόμενα. Posteriorem equidem sum amplexus ἔκ του scribens, uti iam dixi, tum ἐν πυρετῷ e cod. A. recepi et γινόμενα in aor. γενόμενα mutavi. Ego puto falsam esse dittographiam in ἀλγήματος vulgatae et ἐρυθήματος alterius lectionis: nota sunt et pervulgata τὰ παρ' οὓς et τὰ παρὰ τὰ ὦτα; sed insuetum est τὰ παρ' οὓς ἐρυθήματα; neque vero in nexu symptomatum intelligo quid peculiare habeant ἐρυθήματα e dolore aliquo, ἐξ ἀλγήματος, nata. Tota denique structura in vulgata lect. parum congruit cum solita in his praesagiis oratione. His de causis alteram lect. prae vulg. praefero.

201. Cf. ad h. l. adnotata ad Prorrh. 158. et infra Coacam 292. Cod. Par. A., qui saepius cum Prorrhetici locis consentientem habet lect., hic pro πλείστοισι δυσώδεσι legit ἐπὶ πᾶσι τοῖσι λυώδεσι, in quo ἐπὶ πᾶσι τοῖσι εἰλεώδεσι latere constat. Cod. Sev. apud Foës. εἰλεοῖσι aut κοιλίῃσι habet, quae unde fluxerint, in aprico est. Lind. ἐπὶ κοιλίῃσι δυσώδεσι. Vulgo hic iunguntur χρονιωτέρως ἀρθέντα, sed Littréus distinxit inter utramque vocem, ut iungerentur συντόνῳ χρονιωτέρως. Id certe cum Coacae alterius et Prorrh. loci lect. congruit; quaeritur tamen quid observatum sit, quid in utroque loco consentiente corruperint librarii.

202. Cf. Prorrh. 160. φλαῦρα e cod. A. Par. recepi pro vulgato φαῦλα. Forma Attica et Herodoto usitata.

203. Cf. Prorrh. 163. cum adnn. Sententia recte in duas partes distincta est a Littréo; in priore ἐκπυοῦντα cod. A.;

©BIUM

Ἦρά γε οἶσι τὰ παρ' ὦτα κεφαλαλγικοί; ἦρά τι ἐφιδροῦσι τὰ ἄνω καὶ ἐπιρριγέουσι; ἦρά γε αἱ κοιλίαι καταρρήγνυνται καί τι καὶ κωματώδεες; ἆρα καὶ τὸ ὑδατῶδες οὖρον ἐναιωρεύμενον λευκοῖσι καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης, ἔκλευκα, δυσώδεα .....

Vexatne capitis dolor eos, qui tubercula ad aures habent? leviterne supernis corporis partibus exsudant ac rigore dein prehenduntur? Alvusne iis prorumpit et sopore aliquantum detinentur? An urina aquosa cum sublimibus in medio suspensis albidis et exalbicans et graveolens alvi deiectio.....

σδ'. Τὰ παρ' οὖς λαπάσσει βηχία μετὰ πτυαλισμοῦ.

204. Tussiculae cum crebra oris sputatione tubercula ad aures emolliunt.

σε'. Οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα, φλαῦρα· καὶ τὸ καταψύχεσθαι ὧδε, πονηρόν.

205. In tumoribus ad aures urinae celeriter ac pauco tempore concoctae damno sunt. Quin et perfrigerari itidem malum est.

σς'. Τὰ παρ' οὖς ἐν τοῖσι χρονίοισι ἐκπυεύμενα μὴ λευκῷ σφόδρα καὶ ἀνόδμῳ, κτείνει καὶ μάλιστα γυναῖκας.

206. In diuturnis morbis suppurati ad aures tumores, nisi pus admodum album ac sine odore reddant, exitium praecipueque mulieribus afferunt.

σζ'. Τὰ παρ' οὖς μάλιστα τῶν ὀξέων ἐν τοῖσι καυσώδεσι γίγνεται· κἢν μὴ κρίσιν ποιήσῃ καὶ ἐκπεπαίνηται, ἢ ἐκ ῥινῶν αἷμα ῥυῇ, ἢ οὖρα ὑπόστασιν παχεῖαν λάβῃ, ἀπόλλυνται· τὰ πολλὰ δὲ τῶν τοιούτων οἰδημάτων προαποκαθίσταται· προσεπιθεωρέειν δὲ καὶ τοὺς πυρετοὺς ἤν τε ἐπιτείνωσι, ἤν τε ἀνιῶσι, καὶ οὕτως ἀποφαίνεσθαι.

207. E praecipitibus morbis in febribus ardentibus maxime tubercula ad aures exoriuntur ac nisi iudicatorie solvantur et maturescant, aut sanguis ex naribus profluxerit, aut crassum sedimentum urina acceperit, aegros interimunt. Plerumque vero prius huiusmodi tumores subsidunt ac conquiescunt. Sed et insuper febres ipsas in considerationem adhibere convenit, num intendantur aut remittant, atque ita de tota re sententiam ferre.

ση'. Ἐπὶ κωφώσι καὶ νωθρίῃ ἐκ ῥινῶν ἀποστάζειν ἔχει τι δύσκολον· ἔμετος τούτοισι ἁρμόσει καὶ κοιλίης ταραχή.

208. In surditate ac torpore ex naribus stillatio molestiam quamdam exhibet. Iis vomitio ac alvi perturbatio conveniet.

σθ'. Ἐκ κωφώσιος ἐπιεικέως τὰ παρ' ὦτα, ἄλλως τε καὶ ἢν ἀσῶδές τι γένηται· ἀτὰρ

209. Ex surditate tubercula ad aures exoriri consentaneum est, idque praesertim si anxietas

de coniectura, ut puto, Mack. dedit ἐν ὀξέσι pro ἐν μακροῖσι; mihi nihil de sede sua movendum videtur. In fine huius primae sententiae vulgo τάχα φέρονται; cod. A. Par. καταφέρονται, quae lectio cum vulg. coniungenda videtur. In altera sententia vulgo κεφαλαλγικοῖσι; nominativum opportune praebuit cod. A.; sed ibi perperam εἰσί pro οἶσι, cf. varr. lectt. ad Prorrh. l. Idem liber pro ἦρά τι ἐφιδρ. legit ἆρα γε ἐφ. — Vulgo ἦρά τι καὶ ἐπιρρ.; sed ibi ἦρά τι consulto omisi; cod. A. ἢ καὶ ἐπιρρ. et dein ἆρα γε καὶ κοιλίαι. Libri plurimi καί τι καὶ κωμ.; itaque dedit Littréus pro vulg. καί τοι καὶ κωμ. In vulgato καὶ τὰ ὑποποίκιλα, pro quo καὶ τὰ ὑποχωρήματα ποικίλα dederunt de coniectura Lind. Mack., latet quod in Prorrh. l. etiam scripsi, καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης, quod exhibui. Tandem in fine lacunae signa posui: patet vero e Prorrh. supplendum esse ποιέει τὰ παρ' οὖς et forte etiam reliqua, quae isto loco leguntur. De interrogandi formulis vide quae ad Prorrh. dixi.

204. Cf. Prorrh. 167. Legebatur: τὰ παρ' οὖς λαπάσσει βηχία μετὰ τπυελισμῶν ἰόντα. In quibus quin πτυελισμοῦ legi debeat, nullus dubito; de ἰόντα quin ineptum sit non magis sum dubius. Vide quae adnotavi ad Prorrh. laudatum; apparebit quare deleverim.

205. Cf. Prorrh. 153. Coaca 587.

207. Vulgata lect. ἐκ τῶν ὀξέων secundum cod. Par. A. scripturam ita est mutata, uti iam a me exhibetur. Idem cod. κἢν μὲν κρίσιν π. ἢ ἐκπεπαίνηται, unde coniunctivum pro vulg. ἐκπεπαίνεται dedit Littréus. Dein iste liber τὰ δὲ πολλά et mox ἀποκαθίσταται, unde vulgatum προαποκαθίστανται in num. sing. mutavit editor Par. Ceterum tenendum praesagium hoc ita esse scriptum, ut ad praestantiam locorum in Progn. translatorum accedat, aut his par sit. Littréus excitat ad h. l. exemplum τῆς Νικολάου εὐνέτιδος ex Ep. VII. p. 665. Kühnio. § 42. Littréo.

208. Cf. Prorrh. 141. Coaca 334.

209. Cf. Prorrh. 159. In vulg. γίνηται legitur; aoristum requiri arbitror.

©BIUM

καὶ τοῖσι κωματώδεσι ἐπὶ τούτοισι καὶ μᾶλλόν τι τὰ παρ' ὦτα.

σι'. Κώφωσιν ἐν πυρετῷ ῥύσις ἐκ ῥινῶν λύει καὶ κοιλίης ταραχή.

σια'. Πρόσωπον ἐκ μετεώρου ταπεινούμενον καὶ φωνὴ λειοτέρη καὶ ἀσθενεστέρη γενομένη καὶ πνεῦμα μανότερον καὶ λεπτότερον, ἄνεσιν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν σημαίνει.

σιβ'. Προσώπου διαφθορὴ θανάσιμον· ἧσσον δ' ἢν δι' ἀγρυπνίην, ἢ λιμὸν, ἢ κοιλίης ἐκτάραξιν γένηται· καθίσταται δὲ ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ τὸ διὰ ταῦτα διαφθαρέν. γένοιτο δ' ἂν τοιοῦτον, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, ῥὶς ὀξεῖα, κρόταφοι ξυμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ ξυνεσταλμένα, δέρμα σκληρὸν, χρῶμα ὠχρὸν ἢ μέλαν· πελιαινόμενον δὲ ἐπὶ τούτοισι βλέφαρον, ἢ χεῖλος, ἢ ῥὶς, ξυντόμως θανάσιμον.

σιγ'. Προσώπου εὐχροια καὶ σκυθρωπότης ἐν ὀξέϊ κακόν· μετώπου ξυναγωγὴ ἐπὶ τούτοισι, φρενιτικόν.

σιδ'. Περὶ πρόσωπον εὐχροια καὶ ἱδρῶτες ἀπυρέτοισι, κόπρανα παλαιὰ ὑπεόντα σημαίνει, ἢ διαίτης ἀταξίην.

σιε'. σις'. Τὰ κατὰ ῥῖνας ἐρυθήματα κοιλίης ὑγραινομένης τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ἢ τὸν πνεύμονα ἐμπυουμένοισι κακόν.

σιζ'. Ὀφθαλμῶν καθαρότης καὶ τὰ λευκὰ αὐτῶν ἐκ μελάνων, ἢ πελίων καθαρὰ γίγνεσθαι, κρίσιμον· ταχέως μὲν οὖν καθαιρομένων ταχεῖαν σημαίνει κρίσιν, βραδέως δὲ βραδυτέρην.

quaedam contigerit. Quin etiam iis, qui sopore detimentur, tumores ad aures sperare magis oportet.

210. Surditatem in febre sanguinis ex naribus profluvium ac alvi perturbatio tollit.

211. Facies ex tumida depressa ac vox laevior ac remissior evadens; spiritus quoque rarior ac levior postero die remissionem fore denotat.

212. Faciei corruptela lethalis est, minus tamen si ob pervigilium aut inediam, aut alvi perturbationem contingat. Nam quae ex his causis orta est corruptelae species una die aut nocte in integrum restituitur. Huiusmodi autem faciei hae sunt notae, oculi concavi, nares acutae, collapsa tempora, frigidae aures contractaeque, cutis dura; color pallidus aut niger. Ad haec quoque livescens palpebra, aut labium, aut nasus, mortem in propinquo esse significat.

213. Vultus bene coloratus tetricus ac superciliosus in morbo acuto malo est. Insuper frons contracta phrenitidem denunciat.

214. Bene colorata facies sum sudoribus diffluentibus absque febre vetusta stercora subesse aut inordinatam victus rationem prae se fert.

215. 216. Narium rubores cum alvo liquida et diffluente in iis, qui circa hypochondria aut in pulmone pus collegerunt, malo sunt.

217. Oculorum claritas ac eorum album ex nigro aut livido clarum fieri ad iudicationem confert. Ac quo celerius clarescunt eo celeriorem iudicationem, sin tardius tardiorem significant.

210. Ἐν πυρετῷ cod. A. lectio est a Littréo quoque recepta pro vulg. ἐκ πυρετῶν. — Cf. Coaca 627. cum Aph. IV. 28.

211. Vulgo μανώτερον; opportune cod. A. Littréo μανότερον praebuit, quippe α producitur in prima syllaba. Epid. II. sect. V. § 12. a Littréo adfertur, quem locum iam Foës. cum ampliore e lib. de diebus iudicatoriis adtulit. — Hunc quoque locum ad praestantiores in hoc libro pertinere nemo facile negaverit.

212. Locus celebratissimus in Progn. translatus § 2. Initio ἧσσον δ' εἰ vulg.; ἧσσον δ' ἢν e cod. A. exhibuit Littréus. Pro ὠχρὸν ἢ μέλαν iste cod. χλωρὸν μελανοῦν praebet; quod ortum est e Prognostici lectione χλωρόν τε ἢ καὶ μέλαν ἐόν. Cf. etiam Ep. V. 99.

213. Cf. Prorrh. 49.

215. 216. Hos locos, monente de ea re Opsopoeo, recte me iudice coniunxit editor Par.; ille contulit Coacam 231. Legitur igitur vulgo: Τὰ κατὰ ῥῖνας ἐρυθήματα κοιλίης ὑγραινομένης σημεῖα. Et tum: τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ἢ τὸν πλεύμονα πόνοισι ἐμπυομένοισι, κακόν. — Haec, uti dixi, Littréus coniunxit et [ἢ] ante ἐμπυομένοισι intulit. — Mihi πόνοισι et ἐμπυομένοισι dittographiam referre videntur, in qua posterius vocabulum ad veram scripturam alterius ducat; nam πόνοισι e male intellecto compendio natum est, et pro ἐμπύοισι ponitur; pro ἐμπυομένοισι vero certe ἐμπυουμένοισι legendum est. Itaque πόνοισι deleo. Sed simul σημεῖα, a recentiore manu adscriptum esse visum est, postquam sententia in duas partes erat divulsa. Iam loci emendatio intelligetur.

©BIUM

σιη'. Τὸ ἀχλυῶδες τῶν ὀφθαλμῶν, ἢ τὸ λευκὸν ἐρυθραινόμενον ἢ πελιαινόμενον, ἢ φλεβίων μελάνων πληρούμενον, οὐκ ἀστεῖον· φλαῦρον δὲ καὶ τὸ τὴν αὐγὴν φεύγειν, ἢ δακρύειν, ἢ διαστρέφεσθαι, καὶ τὸν ἕτερον ἐλάσσω γενέσθαι· πονηρὸν δέ καὶ τὸ τὰς ὄψιας πυκνὰ διαρρίπτειν ἢ λημία σμικρὰ περὶ αὐτὰς, ἢ αἰγίδα λεπτὴν ἴσχειν, ἢ τὸ λευκὸν μέζον γενέσθαι, τὸ δὲ μέλαν ἔλασσον, ἢ κρύπτεσθαι τὸ μέλαν ὑπὸ τὸ ἄνω βλέφαρον· πονηρὸν δὲ καὶ κοιλότης ὀμμάτων καὶ ἔκθλιψις ἔξω σφοδρὴ, καὶ λαμπηδόνος ἔκλειψις, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν κόρην ἐκτείνεσθαι, καὶ βλεφαρίδων καμπυλότης καὶ πῆξις ὀμμάτων ξυνεχέως τε μύειν καὶ χρῶμα μεταβάλλειν· καὶ τὰ βλέφαρα μὴ ξυμβάλλειν ἐν τῷ καθεύδειν, ὀλέθριον· κακὸν δὲ καὶ ἰλλαίνων ὀφθαλμός.

218. Caligine obducti oculi, aut eorum album rubescens aut livescens, aut nigris venulis refertum nihil probi prae se fert. Malum quoque est lucem refugere, aut illacrimare aut perverti, atque ex his alterum minorem esse perniciem denunciat et oculos crebro disiicere, gramias ac parvas sordes ipsis adhaerescere aut albescentem humorem coactum et tenuem (aegida nominant) habere, aut eorum album augeri, nigrum autem imminui, aut nigrum a superiore palpebra contegi. Vitiosa quoque est oculorum cavitas et vehemens oculi foras expressio ac splendoris defectus, ita ut pupilla extendi nequeat, et cilia retorta, ac fixi oculi ac continenter conniventes, coloris immutatio, aut palpebras per somnum non committere, perniciem ostentat. Quin et distortus oculus malo est.

σιθ'. Ὀφθαλμῶν ἔρευθος ἐν πυρετῷ γενόμενον κοιλίης πονηρίην χρονίην σημαίνει.

219. In febre ortus oculorum rubor, diuturnam alvi malignitatem prae se fert.

σκ'. Αἱ παρ' ὀφθαλμὸν ἐπαναστάσιες ἐν τῇσι ἀνακομιδῇσι κοιλίην καταρρηγνύουσι.

220. Erumpentes circa oculos eminentiae dum aegri ex morbo recreantur, prorumpentis alvi spem faciunt.

σκα'. Ἐπὶ ὀμμάτων διαστροφῇ κοπιώδεϊ, πυρετώδεϊ ῥῖγος, ὀλέθριον· καὶ οἱ κωματώδεες ἐν τούτοισι, κακοί.

221. Cum oculorum perversione febribus et lassitudinis sensu detento rigor perniciem minatur. Atque in huiusmodi casibus soporati perniciem denunciant.

σκβ'. Ὀφθαλμιῶντι [ἀνδρὶ] πυρετοῦ ἐπιγενομένου λύσις· εἰ δὲ μὴ, κίνδυνος τυφλωθῆναι, ἢ ἀπολέσθαι, ἢ ἀμφότερα.

222. Lippitudine affecto suborta febris solutionem affert. Sin minus, caecitatis aut mortis, aut etiam utriusque metus est.

218. Pars huius loci translata est in Progn. § 3. De loci scriptione haec noto: φλεβίων μελάνων ex uno cod. recepit Littr. pro vulgato φλεβῶν μελ. — In verbis πονηρὸν δὲ καὶ τὸ τὰς ὄψιας κ. τ. λ. recepi δέ e cod. Par. A., unde etiam paulo ante γενέσθαι pro praesente γίνεσθαι vulgatae. Recte Littréus μέζον — ἔλασσον edidit pro vulg. μέζω — ἐλάσσω. Pone μέζον de meo γενέσθαι dedi pro vulg. γίνεσθαι. Item de coniectura dedi λαμπηδόνος ἔκλειψις pro ceterorum lectione λαμπηδόνος ἔκθλιψις. Nimirum perspicue et egregie καὶ ἔκθλιψις ἔξω σφοδρή de oculo foras protruso, quia partes in orbita pone oculum sitae intumuerunt et oculum propulerunt. Sed quid hic λαμπηδόνος ἔκθλιψις? quid quaeso θλίβει τὴν λαμπηδόνα? Aut ego vehementer fallor, aut ἔκλειψις scriptum fuit ab auctore praesagii, eaque vox propter praegressum ἔκθλιψις similitudinemque soni utriusque nominis, in eandem formam, quam brevi ante viderant, aut audiverant, abiit. Porro de meo χρῶμα μεταβάλλειν scripsi pro χρώματα μεταβάλλειν; loquimur enim de vultus colore, non de eius coloribus pluribus. Dicam adhuc de re, quam in adnn. ad Progn. item attigi; scilicet de verbis βλεφαρίδων καμπυλότης. Nonne semper sunt καμπύλαι αἱ βλέφαρίδες? In Progn. τὸ καμπύλον tribuitur non ciliis, sed palpebris, sed neque hae rectae! Spectatne igitur maiorem quam vulgo recurvationem? Cf. adnn. ad Progn. l. l.

220. Operae pretium certe notare unicum hunc esse locum ubi harum ἐπαναστάσεων fiat nuntio. Ceterum fateor me non intelligere quid haec vox re ipsa indicet in rerum natura, neque etiam nexum inter has ἐπαναστάσεις et diarrhoeam. Foësius rem intellexit, ut ex adn. patet, de tumore palpebrae oedematoso, aut de pustularum eruptione; sed ex ipsa illa dubitatione constat neque illum locum probe intellexisse. — Ceterum non sum nescius alio sensu vocem saepius legi, vid. v. c. Prorrh. 146. — In nostri loci lectione παρ' ὀφθαλμόν est scriptum e cod. A. Par. pro vulg. παρ' ὀφθαλμῶν, cum Littréo illud praetuli.

221. Cf. Prorrh. 89. Hic quoque κακοί pro vulg. κακόν de meo dedi.

©BIUM

σκγ'. Οἷσι ὀφθαλμιῶσι κεφαλαλγίη προσγίγνεται καὶ παρακολουθεῖ χρόνον πουλὺν, κίνδυνος τυφλωθῆναι.

σκδ'. Ὀφθαλμιῶντι διάρροια ἀπὸ ταυτομάτου, χρήσιμον.

σκε'. Ὀμμάτων ἀμαύρωσις καὶ τὸ πεπηγὸς καὶ ἀχλυῶδες, κακόν.

σκς'. Ὀμμάτων ἀμαύρωσις ἅμα ἀψυχίῃ, σπασμῶδες ξυντόμως.

σκζ'. σκη'. Ὀμμάτων ὀρθότης ἐν ὀξέϊ, ἢ κίνησις ὀξεῖα καὶ ὕπνος ταραχώδης, ἢ ἀγρυπνίη, ποτὲ δὲ καὶ στάξιες ἐκ ῥινῶν, οὐδὲν ἀγαθόν· πρὸς τὴν ἀφὴν περικαέες φρενιτικοὶ γίγνονται καὶ μᾶλλον ἢν μὴ αἷμα ῥυῇ.

σκθ'. Γλῶσσα κατ' ἀρχὰς μὲν πεφρικυῖα τῷ δὲ χρώματι διαμένουσα, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τρηχυνομένη, καὶ πελιαινομένη, καὶ ῥηγνυμένη θανάσιμον· σφόδρα δὲ μελαινομένη ἐν τεσσαρεσκαίδεκα κρίσιν γενέσθαι δηλοῖ· χαλεπωτάτη δὲ ἐστὶ ἡ μέλαινα καὶ χλωρή.

σλ'. Γλώσσης παρὰ τὸ δικροῦν ὥσπερ σιαλῷ λευκῷ καταλείφεσθαι, σημεῖον ἀνέσεως πυρετοῦ· παχέος μὲν ἐόντος τοῦ ἐπιγεννήματος, αὐθημερόν· λεπτοτέρου δὲ ἐς τὴν ὑστεραίην· ἔτι λεπτοτέρου τριταίην· τὰ δὲ αὐτὰ σημαίνει καὶ ἐπ' ἄκρην τὴν γλῶσσαν γενόμενα, ἧσσον δέ.

σλα'. Μετὰ ἐρυθήματος κατὰ ῥῖνας καὶ κοιλίης ὑγρῆς τὰ ἄλλα ἀσήμως ἔχοντα κατὰ

223. Quibus cum lippitudine capitis dolor accedit et longo tempore perseverat, caecitatis metus impendet.

224. Lippitudine laborantem sponte alvus profluens iuvat.

225. Oculi hebescentes et obtusi, defixi et caligantes malum portendunt.

226. Oculorum hebetatio cum animi defectione promptam convulsionem denunciat.

227. 228. In praecipiti malo rectus oculorum obtutus ac motus pernicitas, somnus turbulentus, pervigilium, interdumque sanguinis ex naribus stillationes nihil boni denunciant. Ad tactum ardoris sensum habentes phrenitici fiunt, idque magis si sanguis non large fluxerit.

229. Lingua circa initia quidem horrida in eodem tamen colore perseverans, procedente vero tempore ubi exasperatur, livescit, finditur, mortem denunciat. Quodsi admodum nigrescat, intra decimum quartum diem iudicationem promittit. Periculi autem maxime plena est nigra et ex virore pallescens.

230. Linguae bisulcum velut saliva alba obductum, febris remissionem indicat, eo quidem quod agnatum est crasso exsistente eodem die, sin vero tenuius fuerit postridie, perendie quoque si adhuc tenuius fuerit. Eadem etiam significatio est, si haec circa summam linguam contigerint, minus tamen firma.

231. Cum narium rubore et alvo humida, si reliqua, quae sunt circa pulmonem, nullam

224. Cf. Aph. VI. 17.

225. Cf. Prorrh. 46. Ante ἀχλυῶδες de meo καί adscripsi.

226. Cf. Prorrh. 113.

227. 228. Recte Littréus haec praesagia in unum coniungere mihi visus est. Sed in parte postrema legebatur πρὸς τὴν ἀφὴν μὴ περικαέες φρενιτικοὶ γίνονται καὶ μᾶλλον ἢν αἷμα ῥυῇ. Mirum sane auctorem velle eos, qui ad tactum non caleant, prae reliquis phreniticos fieri. Mirum vel magis eum velle phreniticos eos fieri, si sanguis ῥυῇ, i. e. largo flumine, qui ad crisin conferat, erumpat; nam isto sensu ῥύσις, ῥυῆναι pervulgata sunt in his libris. At transponenda est negatio, quo facto omnia recte intelliguntur. Duretus et Mackius certe ante ῥυῇ item adscripserunt negationem; nec tamen ita omne tulerunt punctum.

229. Initio δέ, quod vulg. habet, a Littréo cod. Par. A. fide omissum est; idemque liber praebuit Ionismum τρηχυνομένη. Vulgo ἐν τεσσαρεσκαικεκάτῃ, cui lectioni fidem minime habeo. Cod. A. solum ιδ' habet; plurimi libri ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. Si decimum quartum diem indicare voluisset auctor, nude τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ scripsisset, non ἐν τῇ τεσσ.; sed si significare voluisset intra quatuordecim dies iudicationem fieri, scripsisset ἐν τεσσαρεσκαίδεκα. Puto autem hoc illum voluisse; nam, uti supra iam aliquo loco dixi, in numeralium scriptione auctoritas codicum nonnullis in rebus non est magna.

230. De meo γενόμενα in fine loci pro vulgato γινόμενα scripsi.

231. Initio huius praesagii libri omnes mss. et editi γλῶσσα τρομώδης legunt; tum mox τὰ δὲ ἄλλα, aut τὰ δὲ ἄλλως legunt. Cod. A. οὐκ ἄσημα fert. Equidem illud γλῶσσα τρομώδης delevi, non quod unde huc appulerit, noverim, sed quod huc non pertinere certo scio; ponitur enim extra omnem constructionis nexum et absurdum additamentum est. Iam vero δέ itidem de errore librariorum profluens item eieci. Codicis A. lect. οὐκ ἄσημα erroneam esse existimo; nempe

©BIUM

πνεύμονα πονηρά· καὶ ὀξείας καθάρσιας ὀλεθρίους σημαίνει.

σλβ'. Γλῶσσα παρὰ λόγον ἀπαλυνομένη ἀσώδεϊ μεθ' ἱδρῶτος ψυχροῦ ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, μελάνων ἐμέτων ἐστὶ σημεῖον· τὸ κοπιῶδες ἐν τούτοισι κακόν.

σλγ'. Αἱ τρομώδεες γλῶσσαί τισι καὶ κοιλίην καθυγραίνουσι· μελανθεῖσαι δὲ ἐν τούτοισι, ταχὺν θάνατον σημαίνουσι· ἦρά γε τρομώδης γλῶσσα σημαίνει οὐχ ἱδρυμένην γνώμην;

σλδ'. Αἱ δασεῖαι, κατάξηροι, φρενιτικαί.

σλε'. Ὀδόντας ξυνερίζειν ἢ πρίειν, ὦ μὴ ξύνηθες ἐκ παιδίου, μανικὸν καὶ θανάσιμον· ἤδη δὲ παραφρονέων ἦν ποιέῃ τοῦτο, παντελῶς ὀλέθριον· ὀλέθριον δὲ καὶ ξηραίνεσθαι τοὺς ὀδόντας.

σλς'. Ὀδόντος σφακελισμὸν ἀπόστημα παρὰ οὖλον γενόμενον λύει.

σλζ'. Ἐπὶ ὀδόντος σφακελισμῷ πυρετὸς ἐπιγενόμενος σφοδρὸς καὶ παραφροσύνη θανάσιμον. ἢν δὲ σώζωνται, ἕλκεα ἐκπυήσει καὶ ὀστέα ἀφίσταται.

σλη'. Οἶσι περὶ τὴν ὑπερῴην ὑγροῦ ξύστασις γίγνεται, ὡς τὰ πολλὰ πυοῦται.

σλθ'. Τὰ περὶ γένυας ἀλγήματα σφοδρὰ κίνδυνος εἰς ὀστέου ἀνάπλευσιν ἐλθεῖν.

σμ'. Χεῖλος ξυσπώμενον σημαίνει κοιλίης χολώδεος κατάρρηξιν.

σμα'. Τὰ ἀπὸ οὐλων αἵματα ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, ὀλέθρια.

iudicationis significationem prae se ferant, malo est; et celeres perniciosas purgationes denunciat.

232. Lingua praeter rationem mollis reddita in nauseabundo cum sudore frigido ab alvo liquida nigrae vomitionis significationem affert. In his lassitudinis sensus malum denunciat.

233. Linguae tremulae quibusdam etiam alvum humectant. In his autem, si nigricent, etiam mortem celerem denunciant. Ac fortassis lingua tremula instabilem mentem et a sede constantiae deturbatam significat.

234. Linguae densae et peraridae phrenitidem portendunt.

235. Dentium collisio aut stridor praeter consuetudinem a teneris contractam insaniam ac mortem denunciat. Quodsi iam deliranti istud accidat, prorsus exitiale est. Quin et dentes resiccari perniciem denotat.

236. Dentis siderationem abscessus ad gingivas enatus solvit.

237. Ad dentis siderationem vehemens accedens febris cum delirio mortem minatur, Quodsi serventur aegri, ulcera pus colligent et ossa abscedunt.

238. Quibus ad palatum humor colligitur, plerumque in pus vertitur.

239. In vehementibus circa maxillas doloribus periculum est ne os fluctuet.

240. Contractum labrum biliosae alvi perruptionem denunciat.

241. Sanguis ex gingivis cum humecta alvo profluens perniciem minatur.

accipio ἄσημα, ut Foës., de criseos signis non apparentibus. Cf. supra Coacas 215. 216. Littréus etiam vidit textum corruptum esse. Redeo ad γλῶσσα τρομώδης; nimirum cum superiore sententia coniungi in fine non potest, neque initium Coacae 233. argumento est has voces hic recte esse collocatas.

232. Vulgo legitur καὶ ἀσώδης, sed plures libri καὶ ἀσώδει, Voss. καὶ ἀγώδει (sic). Itaque deleto καί recepi ἀσώδεϊ; nempe γλῶσσα ἀσώδης quid sit, nemo, puto, intelligit. Ceterum existimo nos hic concursionem fortuitam signorum legere, quae in quali morbo observata sit, difficile dictu est.

233. Cf. Prorrh. 20. Hic iterum ἦρά γε recentiori manui deberi videtur. Quod ad καθυγραίνουσι, id recepi e cod. A. Par., veram lect. esse credens, cuius ὑγρὴν ποτε ποιέουσι vulgatae sit periphrasis. Prima praesagii forma fuerit: αἱ τρομώδεες γλῶσσαι κοιλίην καθυγραίνουσι· μελανθεῖσαι δὲ ταχὺν θάνατον σημαίνουσι.

234. Cf. Prorrh. 3. γλῶσσαι καί h. l. omissum est a librariis, quia sententiam ad superiorem traxerunt, uti videtur.

235. Cf. Prorrh. 48. Prognost. § 5.

236. Accusativum σφακελισμόν unus praebet cod. Par. A. superscripta nominativi terminatione μος. Ego arbitror accusandi casum requiri. Λύει hic eo sensu ponitur, quo signum alteri superveniens prius illud λύειν dicitur; abscessus vero post dentis cariem cum rerum natura congruit. Convenit Coaca hoc modo scripta cum 237.

238. Γίνεται Littréus dedit e cod. Par. A. pro vulg. γένηται; consentio. Conferendus locus e libb. II. de morbis § 32. Littréo: ἢν δὲ φλέγμα συστῇ ἐς τὴν ὑπερῴην ἀποιδέει καὶ ἐμπύεται. Iam Foës. et Littréus locum adposuerunt.

240. Lectio sat magni librorum numeri καταρραγησομένης profecta videtur ab huiusmodi loci scriptura: χεῖλος συσπώμενον σημεῖον κοιλίης χολώδεος καταρραγησομένης.

241. Cf. Coaca 648.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 205 sur 880

©BIUM

σμβ'. Πτυάλου ἀναχρέμψιες ἐν πυρετῷ πελιδναὶ, μέλαιναι, χολώδεες ἐπιστᾶσαι μὲν, κακόν· ἀποχωρέουσαι δὲ κατὰ λόγον, χρήσιμον.

σμγ'. Οἷσι ἀλμώδεα πτύαλα καὶ βὴξ ἐφίσταται, τούτοισι χρὼς ἐρυθραίνεται, [οἷον ἐξανθίσμασι,] πρὸ δὲ τῆς τελευτῆς τρηχύνεται.

σμδ'. Ἀνάχρεμψις πυκνὴ, ἢν δή τι καὶ ἄλλο σημεῖον προσῇ, φρενιτικόν.

σμε'. Αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι, κάκισται.

σμς'. Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασεῖαι παρακρούσιες, πονηρὸν καὶ θηριῶδες.

σμζ'. Οἷσι φωνὴ ἅμα πυρετῷ ἐκλείπει μετὰ ἀκρισίης, τρομώδεες θνήσκουσι.

σμη'. Αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον ἐκστᾶσαι σιγῇ, ὀλέθριον.

σμθ'. Αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι, δυσθάνατοι.

σν'. Αἱ μετ' ἐκλύσιος κατόχως ἀφωνίαι, ὀλέθριοι.

σνα'. Αἱ κατακλώμεναι φωναὶ μετὰ φαρμακείην, ἦρα πονηρόν; τούτων οἱ πλεῖστοι ἐφιδροῦσι καὶ κοιλίας καθυγραίνονται.

σνβ'. Ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα [οἷον τοῖσι πνιγομένοισι] πρόχειρον, πονηρόν· ἦρά γε καὶ παρακρουστικόν;

σνγ'. Αἱ ἐκ κεφαλαλγίης ἀφωνίαι ἅμα ἰδρῶτι πυρετώδεες, χαλῶντα ὑπ' αὐτοὺς

242. In febre sputi exscreationes lividae, nigrae, biliosae, subsistentes quidem malae sunt, sin autem pro ratione excernantur, utiles.

243. Quibus salsa sputa cum tussi subsistunt, iis corpus [velut efflorescentibus pustulis] rubescit; ante obitum vero exasperatur.

244. Exscreatio frequens, si quidem etiam aliud quoddam signum affuerit, phrenitidem portendit.

245. Vocis defectiones cum virium exsolutione pessimae.

246. Quae brevi tempore durant feroces mentis emotiones malae sunt et in ferinas evadunt.

247. Quos vox cum febre et absque ulla indicatione deficit, ii tremuli intereunt.

248. Vocis in febre defectiones, quae convulsionis speciem prae se ferunt et in mentis emotionem cum silentio desinunt, perniciem ostentant.

249. Quibus voces cum dolore deficiunt, ii tandem non sine summo cruciatu vitam cum morte commutant.

250. Vocis defectiones cum virium exsolutione in alto sopore, quem catochon vocant, detentis perniciem minantur.

251. Confractae voces post medicamenti purgantis potionem, considerandae num pravae sint. Horum plerisque tenues sudores diffluunt et alvi humectantur.

252. In vocis defectione respiratio [velut iis, qui suffocantur,] conspicue elata et visui exposita, perniciem minatur. Animadvertendum etiam est num delirium praenunciet.

253. *Locus corruptus.*

242. Cf. Aph. IV. 47. VII. 71.

243. Πτύαλα cod. A. lectio est; vulgo πτύελα. Legitur ceterum in libris ὑφίσταται, pro quo cod. Par. A. προσίσταται. Hoc quidem dedit Littréus, sed non credo veram esse lect.; malui ἐφίστανται e vulgata efficere. Dixeris signa ineuntis morbi exanthematici spectari, quibus evanescentibus exanthema ortum sit, quod in epidermidis desquamationem exeat.

244. Cf. Prorrh. 6. Plures libri praebent homericam formam πυκινή; non sunt tamen hae formae familiares horum praesagiorum auctoribus.

245. Cf. Prorrh. 23. 24. cum adnn.; κάκιστον cod. A. Par. et alter quidam.

246. Cf. Prorrh. 26. 123. Coacas 85. 155. Cod. A. et sententiam supra 85. et h. l. omittit. De θρασέες h. l. vulgo scripto iam dixi ad l. l. citatos; de meo in θρασεῖαι mutavi.

247. Cf. Prorrh. 91. cum adn. Vulgo ἀκρισίας, libri 4. Parr. ἀκρησίας, cod. A. ἀκρασίης. Itaque ἀκρισίης dedi. Fatendum tamen cod. A. lectionem congruum sensum ferre; Prorrhetici vulgata lect. me impulit ut ἀκρισίης scriberem, sed ἀκρασίης si quis utroque loco malit, non habeo quod opponam.

248. Cf. Prorrh. 54. cum adn. Coaca 65. Ἐξίστανται pro ἐκστᾶσαι cod. A. Par. et Ald. — Interpolatum puto σπασμώδεα τρόπον, uti dixi ad Prorrh.

249. Cf. Prorrh. 55.

250. Cf. Prorrh. 96. cum adn.

252. Cf. Prorrh. 25. cum adnotatis.

253. Cf. Prorrh. 94. cum adnn. Locum ibi emendavimus.

©BIUM

ἀνιέντα, χρονιώτερα· ἐπιρριγοῦν τούτοισι οὐ πονηρόν.

σνδ'. Αἱ μετὰ ἀφωνίης ἐκστάσιες, ὀλέθριοι.

σνε'. Αἱ τοῖσι ἐπιρριγέουσι ἀφωνίαι, θανάσιμοι· εἰσὶ δὲ κεφαλαλγέες οἱ τοιοῦτοι ἐπιεικέως.

σνς'. Αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι ἐν πυρετῷ ὀξέϊ ἀνιδρωτὶ εἰσὶ μὲν θανάσιμοι, ἧσσον δὲ τῷ ἐφιδροῦντι, χρόνον δὲ σημαίνει· ἴσως δὲ οἱ ἐξ ὑποστροφῆς παθόντες τι τοιοῦτον, ἀσφαλέστατοι· ὀλεθριώτατοι δὲ τῶν τοιούτων οἷσι τὰ ἐκ ῥινῶν καὶ οἷσι κοιλίαι καθυγραίνονται.

σνζ'. Ὀξυφωνίη κλαυθμώδης καὶ ὀμμάτων ἀμαύρωσις, σπασμῶδες· οἱ ἐς τὰ κάτω πόνοι τούτοισι εὔφοροι.

σνη'. Ἅμα φωνῇ τρομώδεϊ λύσις κοιλίης παράλογος ἐν τοῖσι διεστηκόσι χρονίοισι ὀλέθριον.

σνθ'. Αἱ πυκναὶ ὑποκαρώδεες ἀφωνίαι ξύστασιν φθινώδεα προσημαίνουσι.

σξ'. Πνεῦμα πυκνὸν μὲν καὶ σμικρὸν ἐὸν

254. Vehementes insaniae cum vocis defectione perniciem intentant.

255. Vocis defectiones rigore subinde correptis lethales, fereque ii capitis dolore conflictari solent.

256. Vocis defectiones cum virium exsolutione in acuta febre sine sudore sunt quidem lethales, cum sudore vero minus, ac temporis diuturnitas significatur. Ac fortasse quidem quibus ex morbi reversione tale quid contingit, securissime habent. Ex iis autem maximo in periculo versantur, quibus sanguis ex naribus perfluit, et alvi effunduntur.

257. *Locus corruptus.*

258. *Locus corruptus.*

259. *Locus corruptus.*

260. Spiratio frequens quidem et parva aut

Sed eiusmodi loci indicio sunt, quam antiquo tempore iam corruptae fuerint hae sententiae: quippe cum in Prorrh., tum in Coacis h. l. idem corruptelae genus apparet. Itaque conficias iam corruptum fuisse locum in communi fonte, unde utriusque libri loci fluxerunt. — Sed excerpam lect. variet.: χαλῶνται habet cod. A.; ὑπ' αὐτούς ex eodem libro a Littréo receptum est. Pro ἀνιέντα cod. Par. A. ἐπανιόντα. Vulgo ἐπιρριγοῦντα, sed e cod. A. ἐπιρριγοῦν Littréus; — Lind. Mack. ἐπιρριγῶσαι ediderunt.

254. Ολέθριοι cod. Par. A., ὀλέθριαι cett. Illud recepit Littréus. Cf. Coacam 248.

255. Hoc loco θανάσιμοι de meo scripsi pro vulg. θανάσιμον.

256. Ionismum ἐκλύσιος cod. A. et alter Paris. praebent, vulgo ἐκλύσεως. Vulgo ἴσως δὲ καὶ οἱ; cum cod. A. καί omisi. Apud Duretum ad calcem Coacae 255. p. 135. eius commentarii hanc lego notulam: „Sequebantur prognoses quatuor, quas, quia in demonstrationem non cadunt, Duretus reiiciendas putavit, iniuria temporum accidisse dolens quod ex optimis pessimae sint factae." Omissae autem sunt apud illum Coacae 256. 257. 258. 259.; sed de seqq. mox videbimus. Nunc de hac dicam eius orationem esse facilem et planam; sed concedo longe difficillime effici e quibus morborum formis eiusmodi praesagium deduxerit auctor.

257. Hic locus e pluribus aliis conflatus et corrupte scriptus est: e Prorrh. 47. 46., cum quibus cf. Coacam 225. et Prorrh. 113., et e fine Prorrh. 114., cum quo cf. Coaca 271. Ad speciem non male se habet praesagium; in signis consecutio non prorsus inepta, collatis tamen locis, quos indicavi, patebit non nisi librariis deberi totam sententiam, qui alias distraxerint, mutilarint, fragmentaque conglutinarint, ut hac nos bearent. Advertit Prorrh. 46. 47. contrario ordine quidem materiem subministrasse, sed tamen adhuc statim sibi subsequi.

258. Sententiam consentienter cum Littréo scripsi: τοῖσι est lect. cod. Par. A. pro vulg. τουτέοισι. Verum neque τοῖσι legendo, neque χρόνοισι cum cod. Voss., quidquam proficimus ut intelligamus ἐν τοῖσι διεστηκόσι χρόνοισι, aut χρονίοισι. Foës. ista verba non leviter sibi suspecta esse scribit. Littréus: „il est," inquit, „je crois impossible de preciser ici le sens de διεστηκόσι." Equidem illa sensu cassa eiicere vellem et legere: ἅμα φωνῇ τρομώδεϊ λύσις κοιλίης παράλογος, ὀλέθριον.

259. Vulgata hic fert ξυστᾶσαι, cod. A. ξύστασιν, quod recepit Littréus. Hic quidem provocat ad locum e lib. περὶ ἄρθρων vol. IV. p. 179. eius editionis, quem locum non prorsus negligenter, ut spero, legens video cum hac Coaca nihil commune habere, licet ibi fiat mentio φυμάτων σκληρῶν καὶ ἀπέπτων κατὰ τὸν πλεύμονα. Foës. magis ad rem: „aequius," inquit, „est, convulsionem suspectari ex Prorrh. ἆρά γε αἱ μετὰ κάρου ἀφωνίαι σπασμώδεες αὗται;" Respicit Prorrh. 123, ubi cf. verba ab eximio viro laudata. Iam vero coniicio recentiorem aliquem e verbis Prorrh. composuisse sententiam ad hunc modum: αἱ πυκναὶ ὑποκαρώδεες ἀφωνίαι ξυστᾶσαι σπασμώδεα προσημαίνουσι. Cuius forte antiquior forma fuerit: αἱ πυκναὶ ὑποκαρώδεες ἀφωνίαι σπασμώδεες. — Apparet iam quam vere de horum locorum corruptione pronunciaverit sententiam Duretus. Vid. adn. ad Coacam 256.

260. Cod. Par. A. legit ἐν τοῖσι ὑπὲρ τῶν φρενῶν τόποι-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 207 sur 880

©BIUM

φλεγμονὴν καὶ πόνον ἐν τοῖσι καιρίοισι τόποισι σημαίνει· μέγα δὲ καὶ διὰ πολλοῦ παραφροσύνην, ἢ σπασμόν· ψυχρὸν μὲν θανάσιμον· θανάσιμον δὲ καὶ τὸ πυρετῶδες καὶ λιγνυῶδες πνεῦμα, ἧσσον δὲ τοῦ ψυχροῦ· καὶ τὸ μέγα ἔξω πνεόμενον, σμικρὸν δὲ εἴσω, καὶ τὸ σμικρὸν ἔξω, μέγα δὲ εἴσω· κάκιστον δὴ καὶ πλησίον θανάτου καὶ τὸ ἐκτεῖνον καὶ κατεπεῖγον, καὶ ἀμαυρὸν, καὶ διπλῇ εἴσω ἐπανάκλησις, ὁκοῖον ἐπεισπνέουσι· εὔπνοιαν δὲ ἐν πᾶσι, ὁκόσα ξὺν πυρετῷ ὀξέϊ, καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται, μεγάλην ἔχει ῥοπὴν ἐς σωτηρίην.

σξα'. Τράχηλος σκληρὸς καὶ ἐπώδυνος καὶ γενύων ξύνδεσις καὶ φλεβῶν σφαγιτίδων παλμὸς ἰσχυρὸς καὶ τενόντων ξύντασις ὀλέθριον.

σξβ'. Τὰ ἐν φάρυγγι ἰσχνῇ ἀλγήματα πνιγώδεα ἀπὸ κεφαλῆς ἀλγηδόνος ὁρμώμενα, σπασμώδεα.

σξγ'. Αἱ τραχήλου καὶ μεταφρένου ψύξιες δοκέουσαι καὶ ὅλου δὲ τοῦ σώματος σπασμώδεες· ἐν τούτοισι κριμνώδεες οὐρήσιες.

σξδ'. Οἵσι κατὰ φάρυγγα ἐρεθισμοὶ, ἐπιεικέως τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα.

σξε'. Φάρυγξ ἐπώδυνος, ἰσχνὴ, μετὰ δυσφορίης, ὀλέθριον ὀξέως.

inflammationem, aut dolorem principalium partium indicat, magna vero et ex longis intervallis delirium aut convulsionem. Et frigidus quidem spiritus lethalis est; mortem quoque affert febriculosus et fuliginosus, frigido tamen minus. Et magnus quoque foras exspiratus, parvus vero intro. Pessimus quidem ad mortemque proxime accedit et qui protensus est ac urgens et obscurus, duplicataque intro revocatio, qualis inspirationem conduplicantibus. Facilis autem spiratio in omnibus morbis, qui cum febre acuta infestant et in quadraginta diebus iudicantur, magnum habere ad salutem momentum existimanda est.

261. Cervix dura cum dolore et maxillarum connexio, ac iugularium venarum palpitatio vehemens cum tendinum distensione perniciem minantur.

262. Faucium gracilium praefocantes dolores, ubi ex capitis dolore ortum duxerint, convulsiones adferunt.

263. *Fragmenta locorum sunt.*

264. Quibus ad fauces irritamenta fiunt, iis tubercula ad aures nasci exspectandum est.

265. Vehementer dolentes fauces, absque tumore cum labore et molestia praeceps exitium minantur.

σι, cf. Prognost.; item διὰ πολλοῦ χρόνου, ut in Progn. — Dein idem cod. ψυχρὸν δέ, quod quidem recepit Littréus, sed deterius est vulgato ψυχρὸν μέν. Porro τὸ πυρετῶδες lego ex eodem cod.; ceteris, etiam Vossiano, τό omittentibus. Ante ἀμαυρὸν cod. A. omittit καί; idemque liber σὺν πυρετῷ ὀξεῖ, uti in Progn., quod praeplacet prae vulg. ἐν π. ὀ., quod e seqq. ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι ortum esse existimo. De meo καὶ — κρίνεται dedi; cett. κἢν — κρίνεται; sunt quidem libri, qui κρίνηται habent, sed haec posteriori deberi puto correctori, postquam κἢν errore librariorum e καί natum fuerit. Cf. ceterum Prognosticum § 8., ubi locus partim descriptus. Fateor me non satis perspicere, quid significare voluerit auctor per πνεῦμα λιγνυῶδες. Unus quidem liber Littréo λυγγῶδες praebuit; Foësius vero adnotat: „Calvus pro λιγνυῶδες λυγμῶδες etiam et ἀχλυῶδες legisse videtur, nullo nostrorum codd. consensu." Equidem apud Calvum lego: „lethalis est et febriculosus, singultosus, caliginosusque, minus tamen quam frigidus." Sitne vocabulum corruptum, adeo ut λυγμῶδες, vel λυγγῶδες legere oporteat? vix credo: τὸ πυρετῶδες et τὸ λιγνυῶδες voces sunt, quarum posterior cum superiore ita congruit, ut de corruptione vix cogitare possis. Itaque respicitur aliquid, quod non assequor, quodque forte si auctor nobis monstraret, sexcenties vidissemus. — Cogitavi de siccitate narium et oris ita ut nigrescere incipiant; nimirum supposui forte illas crustas e respiratione deponi credidisse auctorem.

261. Manifesto respicitur trismus cum tetano. Advertit mentio facta φλεβῶν σφαγιτίδων pulsationis. Cf. σφυγμοὶ νωθροί Coaca 139. 140., loco illo egregio de lethargo.

262. Cf. Prorrh. 104. In sententia nostra ἰσχνῇ cod. A. et Duretus, Mack., Littréus, vulgo ἰσχνῷ.

263. Cf. Prorrh. 112. et 113. cum Coaca 83. Non nego ex his erui posse sententiam probabilem. Erit haec: αἱ τραχήλου καὶ μεταφρένου καὶ ὅλου δὲ τοῦ σώματος καταψύξιες, σπασμώδεες. Sed has sententias tres, Coacam 83. 263. et Prorrh. 113. ita male habuerunt librarii, ut verum distinguere vix amplius possis.

264. Adv. ἐπιεικέως ita accepit Foës., ut redderet: „iis moderata aurium tubercula excitantur." Malui cum Littréo interpretari, sicuti Latine expressi.

265. Cf. Prorrh. 86. cum adnn. Foësius de voce πνιγώδης contrario modo statuit quam ego: ille hic perperam omissum credit, ego illuc otiose invectum puto. Cf. Aph. 34. IV., qui certe non probat verum esse, quod Foësius voluit.

©BIUM

σξς'. Οἷσι πνεῦμα ἀνέλκεται καὶ φωνὴ πνιγμώδης, σπόνδυλός τε ἐγκάθηται, τούτοισι ἐπὶ τῇσι τελευτῇσι οἷον ξυσπῶντός τινος τὸ πνεῦμα γίγνεται.

σξζ'. Φάρυγξ τρηχυνθεῖσα ἐπ' ὀλίγον καὶ κοιλίη κενεῇσι ἐξαναστάσισι, μετώπου ἀλγήματα, ψηλαφώδεες, ὀδυνώδεες· τὰ ἐκ τούτων αὐξανόμενα δύσκολα.

σξη'. Τὰ κατὰ φάρυγγα ἰσχυρὰ ἀλγήματα παρ' οὓς ἔπαρμα καὶ σπασμοὺς ἐργάζεται.

σξθ'. Τραχήλου καὶ νώτου ἄλγημα μετὰ πυρετοῦ ὀξέος, σπασμῷ ὀλέθριον.

σο' σοα'. Τραχήλου καὶ πηχέων ἀλγήματα, σπασμώδεα· ἀπὸ προσώπου δὲ ταῦτα καὶ κατὰ φάρυγγα· ὠχροὶ ἰσχνοὶ πτυαλίζοντες ἐν τούτοισι ἐν ὕπνοισι ἰδρῶτες ἀγαθοί· ἦρά γε καὶ τῷ ἰδρῶτι κουφίζεσθαι τοῖσι πλείστοισι οὐ πονηρόν; οἱ ἐς τὰ κάτω πόνοι τούτοισι εὔφοροι.

σοβ'. Ἐν ἀλγήματι νώτου καὶ στήθεος αἱματώδης οὔρησις ἐπιστᾶσα, ὀλέθριος ἐπιπόνως.

σογ'. Τραχήλου πόνος κακὸν μὲν ἐν πυρετῷ παντὶ, κάκιστον δὲ ἐν οἷσι καὶ ἐκμανῆναι ἐλπίς.

σοδ'. Ἐπὶ στήθεος ἀλγήματι πυρετώδεϊ

266. Quibus spiritus retrahitur et vox strangulabunda est, iis cervicis vertebra intro desidet et ad exitum velut ex convulsione quadam respiratio ducitur.

267. *Sententia mutilata.*

268. Vehementes faucium dolores aurium tubercula et convulsiones excitant.

269. Cervicis et dorsi dolor cum febre acuta sub convulsione perniciem adfert.

270. 271. *Locus corruptus.*

272. In dorsi ac pectoris dolore cruentae mictionis suppressio laboriosum exitum affert.

273. Cervicis dolor in omni quidem febre malum. In his vero pessimum, in quibus etiam vehementis insaniae metus est.

274. Pectoris dolor cum febre et alvus per-

266. Cf. Prorrh. 87. Ep. II. 2. 24.

267. Cf. Prorrh. 109. cum adnn. In Coaca καί ante κοιλίη omittunt libri plures; μετώπου cod. Par. A. lectio est a Littréo recepta, μετώπῳ vulgo.

268. De vocibus ad principium sequentis sententiae pertinentibus, quae huic in vulgato textu adhaeserant, vide ad Coacam sequentem.

269. De loci lectione monendum est. In vulgata lect. verba τραχήλου καὶ νώτου ἀλγήματα (sic) cum Coaca 268. sunt coniuncta, tum sequitur novum praesagium μετὰ πυρετοῦ ὀξέος σπασμοὶ ὀλέθριον. Foës. in adn.: „exemplaria," inquit, „quaedam hanc sententiam cum prioris fine connectunt et sic legunt: τραχήλου καὶ νώτου ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ ὀξέος καὶ σπασμοῦ, ὀλέθριον." Provocat ad Calvum, apud quem lego: „cervicis tergique dolores cum febre gravi convulsioneque spasmove perniciosi sunt." Littréus ad textum, quem sic constituit: καὶ τραχήλου καὶ νώτου ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ ὀξέος σπασμῷ ὀλέθριον. adnotat seqq.: „Dans vulg. καί (Foës. καί omittere video) τρ. καὶ ν. ἀλγ. appartiennent à la Coaque 263. (268 mihi) et μετὰ — ὀλέθριον forment une proposition indépendante; mais Opsop. et à son exemple Linden ont adopté la disposition, que j'ai suivie et constitué la Coaque 260. (269. mihi) telle qu'elle est ici. Opsop. dit qu'il fait ce changement à l'aide d'un ms., qu'il possédait et de la traduction de Calvus: le fait est que presque tous les mss., que j'ai pu consulter, sont disposés, comme celui d'Opsop." Ego καί initio cum Foës. omisi (Ed. anni 1657). Pro ἀλγήματα e cod. Par. A. ἄλγημα dedi, quod cum ὀλέθριον melius congruit. Pro σπασμοί vulg. libb. 5. Parr. et Voss. et Littréus σπασμῷ, quod sequor. Lind. [καὶ] σπασμοῦ, indicio eum καί de coniectura adscripsisse, neque vero copulam in libb. video: itaque praetuli dativum.

270. 271. Cf. Prorrh. 114. Varias lectt. praecipuas excerpam: ἄλγημα σπασμῶδες cod. Par. A.; οἱ κατὰ φαρ. idem liber. Lind [εἰσὶ δὲ] καὶ κ. φ.; cod. A. Par. et 4. alii libb. Parr. et Voss. ὄχλοι. A. ἰσχνόν; idemque οἱ ἐν ὕπνοις et mox ἀγαθόν. Idem liber porro τὸ ἰδρῶτι κ. Lind. ἀνιδρωτί. Plures libri Parr. et Voss. et Edd. antt. κουφίζεται. Vulg. εὔφορα, sed codd. εὔφοροι. Sunt hae duae sententiae a Littréo in unam coniunctae; in vulg. ab ὠχροί inde nova inchoatur. Mihi et Prorrh. l. l. et noster hiccé ita videntur corrupti, ut de sanandis desperem.

272. Profecto loci scriptio plana et consentiens in libris; nec tamen intelligo doloris pectoris coniunctionem cum dorsi dolore, aut utriusque cum urina cruenta nexum. Si dorsi dolorem de infima spinae regione intelligas, fere quaesiveris num forte pro στήθεος, aliud quid legendum sit: v. c. ἰξύος; sed connexio signorum difficilis intellectu est.

273. Cf. Prorrh. 73.

274. Vulgo ναρκώδης, quod retinuit Littréus; ego plurium codd. lectionem dandi casum ferentem praetuli. Ante κοιλί-

©BIUM

κοιλίη ταραχώδης, ναρκώδεϊ σημεῖον μελαινῶν ὑποχωρησίων.

σοε'. Τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγγα ἰσχνὴν ὀδυνώδεα ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως ξυνάγοντι παρακρουστικά· ἐκ τούτων φρενιτικοὶ καὶ ὀλέθριοι.

σος'. Φάρυγξ ἑλκουμένη ἐν πυρετῷ μετ' ἄλλου σημείου τῶν δυσκόλων, κινδυνώδες.

σοζ'. σοη'. Ἐν πυρετοῖσι ἐξαίφνης πνίγεσθαι καὶ καταπίνειν μὴ δύνασθαι χωρὶς οἰδήματος, ἢ τράχηλον ἐπιστραφῆναι μὴ δύνασθαι, μηδὲ καταπίνειν, θανάσιμον ὡς τὰ πολλά.

σοθ'. Ὑποχόνδριον δὲ χρὴ μαλθακὸν εἶναι καὶ ἄπονον καὶ ὁμαλές· φλεγμαῖνον δὲ, ἢ ἀνωμάλως ἔχον, ἢ ἀλγούμενον, σημεῖον ἀρρωστίης ἐστὶ οὐκ εὐήθεος.

σπ'. Οἴδημα δὲ ἐν ὑποχονδρίοισι σκληρόν τε ἐὸν καὶ ἐπώδυνον, κάκιστον μὲν εἰ παρὰ πάντων εἴη τῶν μερέων· τῶν δὲ ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρεος, ἀκινδυνότερον τὸ ἐκ τῶν ἀριστερῶν· σημαίνει δὲ ἐν ἀρχῇ μὲν τὰ τοιαῦτα θάνατον ξύντομον· ὑπερβάλλοντα δὲ τὰς εἴκοσι, τοῦ πυρετοῦ μένοντος, ἐμπύησιν· γίγνεται δὲ τούτοισι ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ ῥῆξις αἵματος διὰ ῥινῶν καὶ κάρτα ὠφελέει· τὰ γὰρ πολλὰ

turbata in torpore affecto signum est nigrae materiae fore deiectiones.

275. In praecipitibus morbis dolores faucium gracilium illi, qui hiaverit neque os facile claudat, delirium portendunt. Hinc phrenitici fiunt et perniciose habent.

276. Ubi febricitanti fauces exulcerantur, si aliud quoque e gravioribus signis affuerit, periculum denunciandum est.

277. 278. Per febres repente strangulari et devorare non posse citra tumorem, vel collum neque converti, nec devorare posse, plerumque lethale.

279. Praecordia vero sine ullo doloris sensu aequaliter mollia esse oportet. At inflammatione tentata aut inaequaliter affecta, aut dolore vexata non contemnendae aegritudinis notas prae se ferunt.

280. Praecordia vero tumida, dura ac dolentia, si in universum sic affecta sunt, maximum quidem malum portendunt; sin vero altera parte duntaxat ex sinistra minus periculum impendet. Ceterum per exordia quidem mortem prope affore ista denunciant; ubi vero vigesimum diem superarunt, et febris detinuerit, in pus vertuntur. Atque intra primum circuitum istis contingit sanguinis e naribus fluxus plurimumque

ην vulgo καί scribitur et pro σημεῖον vulgo σημεῖα; utrumque emendavit Littréus ad cod. Par. A. scripturam. Ceterum rursus fateor me non certum esse de loci scriptione. Dativus ναρκώδεϊ fere recentiorum librariorum correctionem referre crediderim; ναρκώδης vero ferri nequit. Sed etiamsi ναρκώδεϊ scribas, non satis perspicio, quis signorum enumeratorum sit nexus et nescis, num librarii aliam forte tibi fecerint fraudem, quam detegere non amplius possis.

275. Vulgata loci lectio est: τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγγα ἰσχνὴν μικρὰ ὀδυνώδεα, ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως συνάγοντι, ἰσχνῷ, παρακρουστικά· ἐκ τουτέων φρενιτικοὶ, ὀλέθριοι. Dubium non est quin locus vitiis laboret. Plurimi libri ἰσχνήν vulgatae omittentes habent φάρυγγας μικρά, quum σ Ionici σμικρά adhaereat superiori φάρυγγα. Iam vero ἰσχνήν re vera ab auctore profectum est, et inde ortum est ἰσχνά, ut in Prorrh. 11.; ad quam vocem glossa σμικρά fuit adscripta, quam repudiavimus. Ἰσχνῷ in seqq. otiosa est repetitio superioris ἰσχνά, quam item reiicimus. E Prorrh. ceterum καί revocavi, quod pone φρενιτικοί facile omitti potuit. Littréus ἰσχνήν, non μικράν, initio omittendum censuit, ἰσχνῷ vero infra retinuit; minus recte me iudice. Sed aliud quid me advertit: in Prorrh. 11. habemus τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγγα ὀδυνώδεα, ἰσχνὰ, πνιγώδεα, unde πνιγώδεα Lind. nostro quoque loco intulit. Mihi quidem Coacae lectio vera videtur; ἰσχνά transpositis vocibus ex ἰσχνήν ortum est in Prorrh. et πνιγώδεα ibi interpreti deberi puto, qui probe intelligeret, quid respiceretur. Cf. adnn. ad Coacam 265.

276. Libri aliquot ἑλκομένη vitiose.

277. 278. Vulgo pone οἰδήματος inseritur κακόν et tum nova Coaca incipit verbis τράχηλον ἐπιστραφῆναι; sed plures libri, perinde ac Voss., omittunt κακόν, pro quo ἤ ponunt, atque ita coniungunt sententiam utramque. Ego κακόν recentius additamentum esse credo. Erunt qui aphorismos IV. 34. 35. mihi obiiciant, separatos et singulos Coacis 277. et 278. respondentes. Rem tamen si accuratius perpendamus sententias nostras coniungendas esse videbimus; nempe hoc facto θανάσιμον ὡς τὰ πολλά spectat ad membrum utrumque totius sententiae; quemadmodum in Aphorismi utriusque fine θανάσιμον legitur. Itaque Aphorismorum collector separavit sententiam in duas, sed idem praesagium, θανάσιμον, servavit apud singulas partes, in quas eam dividit.

279. Cf. Progn. § 10. Cod. Par. A. ὁμαλόν legit et ὀδύνην ἔχον ἢ ἀνωμάλως διακείμενον, quae Prognostico debentur.

280. Cod. Par. A. ἐν ὑποχονδρίῳ et mox ἐμπύησιν προσδέχεσθαι. Porro γίνεται δὲ τούτοισι est cod. A. lectio, quam Lind. et Mack. iam dederant et Littréus recepit pro

©BIUM

κεφαλὴν οὗτοι πονέουσι καὶ ὄψις ἀμαυροῦται καὶ μᾶλλον εἰς ταῦτα προσγενέσθαι προσδέχου τὴν ῥῆξιν, ἡλικίῃσι δὲ πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων, τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι ἧσσον.

σπα'. Τὰ μαλθακὰ δὲ καὶ ἀνώδυνα τῶν οἰδημάτων χρονιωτέρας μὲν τὰς κρίσιας ποιέεται καὶ ἧσσόν ἐστι ἐπικίνδυνα· τὰς δὲ ἑξήκοντα καὶ ταῦτα ὑπερβάλλοντα, τοῦ πυρετοῦ μένοντος, ἐκπυοῦται. Παραπλήσια δὲ σημαίνει τοῖσι ἐν ὑποχονδρίοισι καὶ τὰ περὶ κοιλίην, πλὴν ἧσσον ἐκπυοῦται ταῦτα ἐκείνων, ἥκιστα δὲ ὑπ' ὀμφαλόν· καὶ γίγνεται δὲ ταῦτα μὲν ἐν χιτῶνι, τὰ δὲ ἄνω κεχυμένα. Θανάσιμα δ' ἐστὶ αὐτῶν, ὅσα ἂν εἴσω ῥαγῇ· τῶν δὲ λοιπῶν ἐμπυημάτων τὰ μὲν ἔξω ῥηγνύμενα βέλτιστον μὲν εἰς ὡς ἐλάχιστον καὶ ὀξύτατον ξυλλέγεσθαι· τὰ δὲ εἴσω, μήτε ὄγκῳ, μήτε πόνῳ, μήτε χρώματί τι διάδηλον ἔξω ποιέειν· τὸ δὲ ἐνάντιον κάκιστον· τινὰ δὲ τούτων διὰ πάχος πύου οὐ διασημαίνει. Τὰ δὲ πρόσφατα τῶν ἐν τοῖσι ὑποχονδρίοισι ἐπαρμάτων, ἢν μὴ ξὺν φλεγμονῇ ᾖ, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῶν πόνους λύει βορβορυγμὸς γενόμενος ἐν ὑποχονδρίῳ καὶ μάλιστα μὲν διεκπεσὼν δι' οὔρων καὶ διαχωρημάτων· εἰ δὲ μή, καὶ αὐτὸς διαπεραιωθείς· ὠφελεῖ δὲ καὶ ὑποκαταβὰς ἐς τὰ κάτω χώρια.

σπβ'. Σφυγμὸς ἐν ὑποχονδρίῳ μετὰ θορύβου, παρακρουστικόν· καὶ μᾶλλον ἢν αἱ ὄψιες πυκνὰ κινέωνται.

conducit. Etenim plerumque his caput dolet et oculorum acies hebescit; atque tum sanguinis eruptio magis exspectari debet, idque circa quintum et trigesimum aetatis annum. In senioribus vero non item.

281. At vero molles et doloris expertes tumores longiore spatio finiuntur, neque ita grave periculum afferunt. Quodsi neque intra sexaginta dies desinunt ac febris detinet, suppurationem exspectare oportet. Idem vero haud secus quam in praecordiis perpenditur in tumoribus, qui circa ventrem fiunt, nisi quod hi quam illi minus suppurant, minimum vero qui sub umbilico constituuntur. Atque hi quidem in tunica includuntur; illi autem sursum diffunduntur. Ex quibus etiam mortem magis afferunt quicumque intro rumpuntur. Reliquas autem suppurationes, quae quidem foras erumpunt, maxime sane conducit in quam exiguum et acutissimum locum colligi. Quae autem intro vergunt, ut neque tumore, neque dolore, neque colore, manifestas foris notas edant. Quod vero contra fit pessimum est. Harum autem quaedam propter puris crassitudinem nullam de se significationem ostendunt. At recentes praecordiorum tumores inflammationis expertes ac dolores, qui in ipsis fiunt, murmur circa praecordia exortum solvit, sed potissimum quidem ubi per urinas ac deiectiones elapsum fuerit, sin minus ubi etiam hoc ipsum transmissum fuerit. Quin etiam ad infernas sedes devolutum iuvat.

282. Praecordiorum pulsus cum turbatione mentem emovet, idque praecipue si oculi frequenter moveantur.

vulg. γίνεται δὲ τοῦτο, quod vitiosum est. Καί ante κάρτα dederunt Lind., Mack. et Littréus; hic e cod. Par. A.: ἡλικίῃσι δὲ μᾶλλον πέντε κ. τ. λ. Mack.; sed μᾶλλον ut addatur non est necesse. — Locus in Prognosticon translatus § 11.

281. Cf. Progn. § 12. 13. In his cum Lind., Mack. χρονιωτέρας μὲν τὰς κρίσιας scripsi pro vulg. χρονιώτερα δὲ τὰς κρίσιας. In hoc δέ accipere quasi δή esset scriptum, uti vult Littréus, non licet; manifesto particulae permutatae sunt. Vulgo legitur βέλτιστον μὲν ὡς εἰς ἐλάχιστον καὶ ἐξύτατον συλλέγεσθαι. Ego voculas ὡς εἰς sedem invicem commutare iussi. Paulo post μήτε χρώματί τι διάδηλον ἔξω ποιέειν de meo dedi, ceteris τι non habentibus, quod excidisse puto; nisi malis μήτε χρώματι μηδὲν διάδηλον ἔξω ποιέειν legere; sed ego lenissimam adhibui medelam, altera emendatio possit Prognostici loco quodammodo defendi. Quod ad ποιέειν, id Littréo debemus recte ita vulgatum ποιέει corrigenti et vere de inutilibus Lindani emendationibus monenti. Ad τινὰ δὲ διὰ πάχος πύου οὐ διασημαίνει cf. Aph. VI, 41.

282. Littréus αἱ ὄψιες e cod. Par. A.; vulgo articulus omittitur. Quis θόρυβος hic spectatur? In Progn.: φλεγμαῖνον δὲ τὸ ὑποχόνδριον) ἢ ὀδύνην παρέχον, ἢ ἐντεταμένον, ἢ ἀνωμάλως διακείμενον τὰ δεξιὰ πρὸς τὰ ἀριστερὰ, ταῦτα πάντα φυλάσσεσθαι· εἰ δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνείη ἐν

©BIUM

σπγ'. Καρδίης πόνος καὶ σφυγμὸς ὑποχονδρίων, πυρετοῦ περιψυχθέντος, κακὸν, ἄλλως τε κἢν ἐφιδρῶσι.

σπδ'. Ἐς ὑποχόνδριον ἐμπίπτοντα ἀλγήματα, ἄλλως τε πονηρὰ καὶ ἢν κοιλίας καθυγραίνῃ· κακίω δὲ ἐν ὀλίγῳ γενόμενα· καὶ τὰ παρ' οὓς τε ἀνιστάμενα ἐκ τούτων, κακοήθεα, καὶ τὰ ἄλλα ἐκπυήματα.

σπε'. Καρδιαλγικὰ μετὰ στρόφου θηρία καταρρήγνυσι.

σπς'. Καρδίης ἄλγημα πρεσβυτέρῳ πυκνὰ ἐπιφοιτέον θάνατον ἐξαπιναῖον σημαίνει.

σπζ'. Οἷσι ὑποχόνδρια μετεωρίζεται, κοιλίης ἐπιστάσης, κακόν· μάλιστα δὲ φθινώδεσι τῶν μακρῶν καὶ οἷσι κοιλίαι καθυγραίνονται.

σπη'. Ἐν ὑποχονδρίων φλεγμονῇ ἀποπυητικῇ ἔστιν οἷσι πρὸ τῶν θανάτων μέλανα διαχωρέει.

σπθ'. Ὑποχονδρίων ξύντασις μετὰ κώματος ἀσώδεος κεφαλαλγικῷ τὰ παρ' οὓς ἐπαίρει.

σς'. Μετὰ ὑποχονδρίων ἔπαρσιν τοῖσι χολώδεσι πνεῦμα μέγα καὶ πυρετὸς ὀξὺς τὰ παρ' οὓς ἐπαίρει.

σσα'. Ἐν ὑποχονδρίων ἀλγήματι ὑποβορβορύζοντι ὀσφύος ἄλγημα ἐπιγενόμενον ἐν πυρετοῖς κοιλίας ἐπιτοπολὺ καθυγραίνει, ἢν μὴ φῦσα καταρραγῇ, ἢ οὔρου πλῆθος ἔλθῃ.

283. Oris ventriculi dolor ac praecordiorum pulsus cum febre, in qua totus habitus corporis perfrigeratur, malum denunciant, idque praesertim si cum tenuibus sudoribus contingunt.

284. Ingruentes ad praecordia dolores cum alias pravi sunt, tum vero si alvos profundant. Deteriores autem si parvo tempore orti sunt. Quin et inde suborta ad aures tubercula, aliaeque suppurationes malignitatem prae se ferunt.

285. Oris ventriculi dolores cum intestinorum cruciatu vermes deiiciunt.

286. Oris ventriculi dolor seniori crebro adveniens repentinam mortem denunciat.

287. Praecordia sublata subsistente alvo malum denunciant. Maxime vero e morbis chronicis in consumptis et quibus alvi humectantur.

288. In inflammatione praecordiorum, quae in pus vertatur, nonnullis ante mortem nigrae materies ex alvo secedunt.

289. Praecordiorum contensio cum sopore et incontinenti corporis iactatione in capitis dolore affecto tumores ad aures excitat.

290. Ex praecordiorum tumore biliosis spiratio magna et febris acuta tubercula ad aures suscitat.

291. In praecordiorum dolore cum aliquo murmure succedens lumborum dolor in febribus alvos plerumque humectant, nisi flatus eruperit aut urinae copia prodierit.

τῷ ὑποχονδρίῳ, θόρυβον σημαίνει, ἢ παραφροσύνην· ἀλλὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπικατιδεῖν τῶν τοιούτων· ἢν γὰρ αἱ ὄψιες πυκνὰ κινέωνται, μανῆναι τούτους ἐλπίς. Hinc efficio illum θόρυβον de animi turbulentia quadam in aegrotantibus esse accipiendum. Foës. diverso quodam modo his locis accipere videtur; sed alii, quos adfert, loci meam opinionem confirmant.

284. De meo in hac sententia πονηρά dedi pro πονηρόν, quod ceteri habent; vel seq. κακίω docet ita legendum esse. Dedi etiam de meo aor. γενόμενα pro vulg. γινόμενα.

285. Vulgo καρδιαλγικὰ καὶ μετὰ στρόφου κοιλίης θηρία καταρρήγνυται. Hollerius: οἷσι θηρία, τουτέοισι καρδιαλγικὰ καὶ μετὰ στρόφου κοιλίη καταρρήγνυται. Lind. id exhibuit. Mihi alio modo corruptus locus videtur: καί pone καρδιαλγικά non est nisi ultimae syllabae nominis repetitio otiosa; κοιλίης puto glossam esse ad στρόφου adscriptam, ut manifesto indicarent locum τοῦ στρόφου; sed στρόφος notissimus, itaque glossam expellamus; non credo fore qui putent κοιλίης θήρια esse iungendum. Quod ad καταρρήγνυσι, id ita necessario scribendum est, ut vel versione exprimant interpretes, licet καταρρήγνυται in textu habeant.

287. In his libri ὑπόστασις, quod emendavit Foës. in adn., unde ἐπιστάσης iam ediderunt Lind., Mack., Littr. In altera parte sententiae cod. Par. A., aliique libri scripti et editi ἐν ante φθινώδεσι habent, quod etiam Littréus recepit; mihi eo facile carere posse videor. Vere monet Littréus Foës. τῶν μακρῶν miro modo accepisse „in his, qui ex longo intervallo contabescunt." Vide infra Coacas 301. 442. 634., ubi similia hisce leguntur.

288. Vulgo ἐν ὑποχονδρίῳ φλεγμονὴ ἀποπυητικὴ ἔστιν οἷς κ. τ. λ. Lind. οἷσι ἐν ὑποχονδρίῳ φλεγμονὴ ἀποπυητική ἐστιν κ. τ. λ. Correctio est Opsopoei, quam Mack. quoque recepit, licet hic ὑπὸ τῶν θανάτων legerit. Littréus nominativum absolutum esse vult φλεγμονὴ ἀποπυητική; profecto falso. Neque vero Opsop. rem acu tetigit: facilis est emendatio, quam exhibui.

289. Cf. Prorrh. 169. Καύματος legunt cod. A. et alter liber Par., itemque Edd. antt. et Lind.

290. Cf. Prorrh. 164. Coacas 107. 126. E Coaca 126. fere efficias h. l. μετὰ ὑποχονδρίων ἐπάρσιος scriptum fuisse; res tamen eodem redit, neque quidquam de sede sua moveo.

291. Cf. Progn. § 21. Aph. IV. 73. Coaca 281. in fine. In loci constitutione vulgo ἐπιπολύ legitur; ego cod. A. et alterius Par. et Aldi lectionem sum secutus.

©BIUM

σσβ'. Ἐπὶ ὑποχονδρίῳ χρονίῳ καὶ κοιλίῃ δυσώδεϊ παρ' οὓς ἀπόστημα κτείνει.

σσγ'. Τοῖσι ἀπὸ ὑποχονδρίων ἀλγήμασι κοιλίη κατὰ μικρὸν ὑπόγλισχρα διαδιδοῦσα βραχέα κοπρώδεα ἐκχλοιοῖ· ἆρα καὶ αἱμορραγεῖ;

σσδ'. Οἵσι ἐξαίφνης ἀπυρέτοισι ἐοῦσι ὑποχονδρίου καὶ καρδίης πόνος καὶ περὶ τὰ σκέλεα καὶ τὰ κάτω μέρεα, καὶ κοιλίη ἐπῆρται, λύει φλεβοτομίη καὶ κοιλίης ῥύσις· πυρέξαι βλαβερὸν τούτοισι· μακροὶ γὰρ οἱ πυρετοὶ καὶ ἰσχυροὶ γίγνονται, καὶ βῆχες καὶ πνεῦμα καὶ λυγμοὶ γίγνονται· λύεσθαι δὲ μελλόντων τούτων, πόνος ἰσχυρὸς ἰσχίων ἢ σκελέων, ἢ πύου πτύσις ἢ ὀφθαλμῶν στέρησις ἐπιγίγνεται.

σσε'. Οἵσι πόνοι ὑποχονδρίων, καρδίης, ἥπατος, τῶν περὶ ὀμφαλὸν μερῶν, αἵματος διαχωρήσαντος σώζονται, μὴ διαχωρήσαντος δὲ ἀνήσκουσι.

σσς'. Οἵσι ὑποχόνδρια μὴ λαπαρὰ, πρόσωπον ἐρρωμένον, οὐ λύεται χωρὶς αἵματος ῥύσιος ἐκ ῥινῶν πολλοῦ, ἢ σπασμοῦ, ἢ ὀδύνης ἰσχίων.

σσζ'. Αἱ πρὸς ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδύναι ἀναύδῳ ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, κακόν· τούτοισι ἐς ἰσχία ἀλγήματα . . .

σση'. Οἱ κατὰ κοιλίην ἐν πυρετῷ παλμοὶ ἐκστάσιας ποιέουσι· * αἱμορροίη δὲ φρικώδης . . . .

σσθ'. Αἱ ἐς ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδύναι ἀναΐσσουσαι ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, κακοήθεες· τούτοισι ἐς ἰσχία ἀλγήματα ἅμα πυρετῷ καυσώδεϊ· κοιλίη καταρραγεῖσα, ὀλέθριον.

292. *Locus integer non est.*

293. *Fragmentum loci est.*

294. Quibus derepente absque febre praecordiorum aut oris ventriculi dolor aut crurum aut inferiorum partium oritur, alvusque intumescit, venae sectio aut alvi fluxus solutionem adfert. Iis febricitare noxium est. Nam et longae et vehementes febres subnascuntur, ac tussis et spirandi difficultas atque singultus fiunt. Quibus in solutionem spectantibus, vehemens coxarum dolor, aut crurum, aut purulenta sputatio, aut oculorum orbitas succedit.

295. Qui praecordiorum doloribus, oris ventriculi, iecoris, ac earum quae sunt circa umbilicum partium conflictantur, cruenta alvi deiectione liberantur, secus autem moriuntur.

296. Praecordia non mollia et facies bene habita, non nisi liberali sanguinis e naribus profluvio aut convulsione, aut coxendicum dolore, solutionem accipiunt.

297. *Sententia mutilata. cf. adn.*

298. *Locus prave scriptus et mutilus.*

299. *Locus corruptus.*

292. Lind. et Mack. dederunt ἐπὶ ὑποχονδρίῳ μετεώρῳ χρονίῳ (Lind. χρονιωτέρως). Cf. Coaca 201. et Prorrh. 158. cum adnn. ad utrumque locum. Certum est hunc locum non esse integrum. Cum Lind. fere scribere vellem: ἐπὶ ὑποχονδρίῳ χρονιωτέρως μετεώρῳ καὶ κοιλίῃ κ. τ. λ.

293. In his vulgo ἐκχέοι, sed ἐκχλοιοῖ Edd. antt., Littr. e cod. A. et altero Par. Cf. Prorrh. 146. Coaca 621.

294. De meo τὰ σκέλεα scripsi, articulo vulgo deficiente; sed in καὶ τὰ κάτω μ. item articulus abesse solet, ibique iam adscriptus est a Littréo e cod. A. alteroque Parr., e Gal. et Edd. antt.; puto autem simili modo τά ante σκέλεα periisse. Ceterum credo hanc sententiam ad recentiores in hoc libro pertinere.

296. Negatio μή in codd. desideratur. Opsop., Lind., Mack., Littr. adposuerunt, Littréus contulit Coacam 128. — Foës. in adn. omnes collegit locos, qui cum nostro consentiant et unde sit explicandus, ex Ep. II. 6. 5. lib. de criss.; hic item negationem requisivit et Latine expressit.

297. Sententia refert partem Prorrh. 90. Pro ἀνιδρωτί cod. unus Par. et Ed. Bas. ἀνιδρῶντι. Cf. Coaca 299.

298. Mutilatus est locus Prorrh. 144. Nescio an in αἱμορροίη lateat αἱμορροεῖ, an αἱμόρροια.

299. Cf. Prorrh. 90. Locus hicce item corruptus est; patet ἀναύδῳ Coacae 297., ἀναύδως Prorrh. l. l. et ἀναΐσσουσαι loco nostro, idem esse vocabulum, cuius veram scripturam h. l. haberi arbitror. Forte locus ad hunc modum constituendus est: αἱ πρὸς ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδύναι ἀναΐσσουσαι, ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, κακοήθεες· τούτοισι ἐς

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 213 sur 880

©BIUM

τ'. Οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες ἔχουσι μέν τι καὶ γνώμης παράφορον· περὶ κρίσιν δ' οὖν τούτοισι φλέγμα ἀλὲς ξὺν τόνῳ διέρχεται· καὶ οἱ κατὰ γαστροκνημίην πόνοι ἐν τούτοισι γνώμης παράφοροι.

300. Dolores circa umbilicum cum palpitatione mentis quidem alienatae significationem quamdam praebent. At iis sub iudicationem conferta pituita cum tensione prodit. Quin et ad suras dolores in his mentem emovent.

τα'. Μετὰ κοιλίης ἐπίστασιν ὑποχόνδρια μετέωρα κακόν· μάλιστα δὲ τοῖσι φθινώδεσι τῶν μακρῶν καὶ οἷσι κοιλίαι ὑγραίνονται.

301. Ex alvi suppressione sublata praecordia malum denunciant. Praecipue vero e longis morbis in his, qui contabescunt et quibus alvi humectantur.

τβ'. Τοῖσι ἀλυσμώδεσι ἐν ὑποχονδρίῳ τὰ παρ' οὓς ἐπαρθέντα κτείνει.

302. *Locus corruptus.*

τγ'. Τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύσματα μετὰ πόνου, πυρετοῖσι... φρικώδεσι, ἀποσίτοισι, σμικρὰ ἐφυγραινομένης..., κάθαρσιν οὐ διδόντα ἐς ἐμπύησιν ἥξει.

303. *Locus lacunosus.*

τδ'. Ὑπὲρ ὀμφαλὸν πόνος καὶ ὀσφύος ἄλγημα, φαρμακείῃ μὴ λυόμενα ἐς ὑδρωπιώδες ξηρὸν ἀποτελευτᾷ.

304. Supra umbilicum labor et lumborum dolor, qui remedii purgantis administrationi non cedit, in hydropem siccum desinit.

τε'. Τὰ ἐξ ὀσφύος ἀλγήματα χρονιώτερα, πυρετῷ παροξυνόμενα τριταιογενῶς ποιέει θρομβώδεα αἵματα διαχωρέειν.

305. Diuturni lumborum dolores, qui cum febre ad tertianae naturam propius accedente ingravescunt, sanguinis grumosi secessus spem faciunt.

τς'. Τὰ ἐν ὀσφύϊ ἀλγήματα αἱμορροϊκά.

306. Dolores lumborum sanguinis per venas ad anum secessum praenunciant.

τζ'. Αἱ ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος αἱμόρροιαι, λάβροι.

307. Fluxus sanguinis e venis ad anum post lumborum dolorem largi esse solent.

τη'. Οἷσι ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλήν, καὶ χεῖρες ναρκώδεες καὶ καρδιαλγικὰ καὶ ἠχώδεα, αἱμορροοῦσι λάβρως καὶ κοιλίαι δὲ καταρρήγνυνται· τούτοισι καὶ γνῶμαι ταραχώδεες ἐπιπολύ

308. Quibus lumborum dolor in caput recursat, et manus torpore affectae et dolor oris ventriculi et aurium sonitus accidunt, ii larga copia sanguinem fundunt ac praeterea alvum effundunt. His quoque ut plurimum mens conturbatur.

ἰξύας ἀλγήματα ἅμα πυρετῷ καυσώδεϊ· κοιλίη δὲ καταρραγεῖσα, ὀλέθριον. Lind., Mack. καί ante ἅμα inserunt in vulgata lect.; minus recte, me iudice; nam iungunt talia, quae connectenda non sunt. Locum constitui supponens sermonem esse de inflammatione viscerum abdominalium; hinc fit ut aegre feram ἰσχία, cum qua voce ἰξύας subinde commutant librarii.

300. Cf. Prorrh. 36. et adnn. ad Coacam 76. Ex his constabit, unde verba καὶ οἱ κατὰ γαστροκνημίην πόνοι κ. τ. λ. huc devenerint. Vulgo ἅλις, sed ἅλες cod. A. et alter quidam Par. item Edd. antt. et Lind., Littr.; ego ἀλές scripsi et glossam συχνόν, uti in Prorrh. l. delevi; nempe ἅλις συχνόν ferebat vulg. Vulgo πόνῳ h. l., Lindani rationem sum secutus, cf. adn. ad Prorrh. l. l.

301. Vulgo ὑπόστασιν, quod emendavit Lind.; cf. Coacas 287. 442.

302. Vellem in his ἐν ὑποχονδρίων ξυντάσι, nihili dictio est ἀλυσμώδης ἐν ὑποχονδρίῳ.

303. Est Coaca 640. lacunas habens. Non consentio cum Littréo dicente: „on pourrait ajouter κοιλίης... mais des phrases telles que les Coaques comportent aussi l'ellipse d'un substantif facilement suppléé." Quicumque comparat Coacam laud. cum h. l., videbit et ἅμα et κοιλίης excidisse.

304. Cf. Aph. IV. 11.

305. Cf. Coaca 123. Edd. antt. et cod. Par. A. initio τὰ δέ legunt, ita ut sententia coniungatur cum superiore. Aph. tamen ad Coacam 364. laudatus facit, ut iam vulgata lectio praeferenda videatur. Legebatur ceterum ποιέει τὰ θρομβώδεα αἵματα διαχωρέειν, in quibus τά perinepte ponitur, quod ergo eieci.

306. Cf. Prorrh. 146. Coaca 621.; cum Littréo non de quovis sanguinis fluxu, sed de haemorrhoïdibus accipio.

307. De meo λάβροι dedi pro vulgato λαῦραι: haec forma cum altera in his libris saepissime permutatur, sed librariis debetur.

308. Cf. Prorrh. 139. Vulgo αἱμορραγικὰ λάβρως, pro

©BIUM

τθ'. Αἱ ἐκ νώτου ἀλγήματος ἀρρωστίης ἀρχαὶ, δύσκολοι.

τι'. Ἐν ὀσφύος ἀλγήματι ξυντόνῳ καὶ ὑποφορῇ πλέονι ἀπ' ἐλλεβόρου ἐμέσαι ἀφρώδεα συχνὰ ὠφελέει.

τια'. Ῥάχιος διαστροφὴν καὶ δύσπνοιαν αἵματος ῥύσις λύει.

τιβ'. Ἐν ὀσφύϊ ἐπωδύνῳ καρδιαλγικὰ προσελθόντα, αἱμορροώδεα· ἢ καὶ προγεγενημένων σημεῖον.

τιγ'. Τὰ ἐξ ὀσφύος ἐς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα, παραλύοντα παραπληκτικὸν τρόπον, σπασμώδεα, παρακρουστικά· ἆρά γε καὶ λύεται τὰ τοιαῦτα σπασμοῖσι; ἐκ τῶν τοιούτων ποικίλως διανοσέουσι διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες.

τιδ'. Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς πόνου ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, κακόν.

τιε'. Πόνος ἐς στῆθος ἱδρυνθεὶς ξὺν νωθρότητι, κακόν· ἐπὶ πυρετῷ οὗτοι ὀξέως ἀπόλλυνται.

τις'. Οἷσι ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρο-

309. Quae ex dorsi dolore initia ducunt aegritudines, difficiles.

310. In intenso lumborum dolore et alvi subductione largiore sumpto veratro spumosorum crebra vomitio prodest.

311. Spinae perversionem et spirandi difficultatem sanguinis fluxus solvit.

312. Dolentibus lumbis si oris vertriculi dolor accesserit, futurae per haemorrhoidas evacuationis signum est, aut etiam praecessisse significat.

313. Quae ex lumbis in cervicem et caput redundantia levis siderationis more resolutionis sensum inducunt, convulsionem ac mentis emotionem minantur. Videndumque est num talia convulsionibus solvantur. Ex his varie morbum trahunt eademque pati pergunt.

314. Ex recursatione doloris in lumbis ad superiora oculorum perversio, aut distortio, mala est.

315. Dolor in pectore fixus cum torpore malum denotat. Oborta febre hi celeriter pereunt.

316. Quibus lumbornm dolores ad os ventri-

quo αἱμορροικά cod. Par. A. et alter quidam Par. et Edd. antt. Ego Prorrh. l. conferens αἱμορροοῦσι scripsi. Cum Aldo et cod. A. καὶ κοιλίαι δέ scripsi; in vulg. δέ non legitur. Interpunxi denique ante τούτοισι, ut pronomen, sicuti in Prorrh., ad sequentia referretur.

310. Ὠφελέει Lind. et eum secutus Mackius de suo; vulgo ὠφελεῖ.

312. Cf. Prorrh. 130. Hic προσελθόντα σημεῖα αἱμορροώδεα legebatur; et tum ἢ καὶ προγεγενημένα. Itaque emendavi ad eundem modum, ad quem Prorrh. l.; cf. ibi adnn.

313. Cf. Prorrh. 118. Finem loci, qui in vulg. legitur: ἢ τῶν τοιούτων κοιλίαι νοσέουσι διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντων dedi cum Dureto, Lind., Mack., uti in Prorrh. legitur. Inde etiam ἆρά γε scripsi, dum in vulg. γε abest. Operae pretium est tenere saepius esse fluctuationem et errores in ποικίλα et ἀπὸ κοιλίης, cf. adnn. ad Prorrh. 60. 163. Coaca 203. Et iis quidem locis certum est in μετὰ ποικιλίης latere καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης et in τὰ ποικίλα altero loco e Prorrh. latere τὰ ἀπὸ κοιλίης. Hic vero puto contrarium locum habere; certe in signis ante enumeratis nihil est, quod alvi affectionem spectet, dum contra varie eiusmodi morbus trahi posse videtur. Littréus: „mais il est possible aussi," inquit, „que la redaction de cette Coaque diffère de celle du Prorrhetique correspondant, autrement que par une erreur de copiste. Ce qui porte à le croire, c'est qu'il y a ἰόντων et non ἰόντες; il y aurait ἰόντες, si κοιλίαι était simplement une faute pour ποικίλως." Hoc quam falsum sit, unusquisque videt, aliter fieri non potest quin ποικίλως in Prorrh. et κοιλίαι h. l. unum idemque vocabulum sit: itaque certum utroque loco idem legendum esse. Est autem quod contra Dureti rationem adferri possit hocce: primum, quod ποικίλως locis illis supra laudatis falsa sit lectio, ita ut probabile sit hîc itidem falsum esse; alterum, quod non ab omni parte perspicuum est quid sit ποικίλως διανοσέουσι διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες. Equidem tamen intelligi posse puto de signis iisdem aut similibus, aliquamdiu praesentibus, ab aliis exceptis, post iterum redeuntibus, cett. Cf. Coaca 122. 571. ubi: αἱ πυκναὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὑποστροφαί. Cf. Coaca 103. τοῖσι ποικίλως διανοσέουσι. — Quod autem maxime me movet ut Duretum sequar, est quod non intelligo quis nexus sit inter symptt. supra enumerata et κοιλίας morbum, de quo vulgata lectio loquitur, sicuti supra iam significavi. Certum autem est vulgatam esse corruptam, etiamsi re vera hic de κοιλίης morbo sermo fuisset, quod mihi non constat.

314. Prorrh. est 69. Vulgatam lect. servandam arbitror. Littréus ἀναδρομή dedit, quod licet in antt. Edd. et in cod. A. alteroque Par. legatur, ab auctoris manu non est. Hic voluit ἴλλωσιν ὀφθαλμῶν ἐξ ἀναδρομῆς πόνου ἀπὸ τῆς ὀσφύος.

315. Cf. Prorrh. 70. unde σὺν νωθρότητι scripsi cum Dureto, Mackio, quorum hic adeo e cod. Corn. adposuit. Littréus distinguendum putavit pone κακόν; dum vulgo pone πυρετῷ distinguitur. Ne sic quidem cum Prorrhetici loco prorsus congruit sententia.

316. Cf. Prorrh. 83. Quemadmodum ibi ἧσι in οἷσι mutatum recepi e cod. Par. A., ita h. l. οἷσι de meo sententiae praefixi. Quae vera scriptura sit, ἧσι — ἀνεμέουσαι — παρενεχθεῖσαι, — ἐμέσασαι, an masculina nostra, satis aper-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 215 sur 880

©BIUM

μαὶ ἐς καρδίην, πυρετώδεες, φρικώδεες, ἀνεμέοντες λεπτὰ, ὑδατώδεα, παρενεχθέντες ἄφωνοι, ἐμέσαντες μέλανα τελευτῶσι.

τιζ'. Τὰ κατ' ὀσφὺν καὶ τὸ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα καὶ πρὸς ὑποχόνδρια πόνοι ἀπόσιτοι ἅμα πυρετῷ, τούτοισι ἐς κεφαλὴν ἄλγημα ξύντονον ἐλθὸν κτείνει ὀξέως τρόπον σπασμώδεα.

τιη'. Οἷσι ὀσφύος ἄλγημα... οὗτοι κακοί· ἆρα τούτοισι τρομώδεα γίγνεται καὶ φωνὴ δ' ὡς ἐν ῥίγεϊ;

τιθ'. Ἆρα τοῖς ὀσφυαλγέσι, ἀσώδεσι, ἀνημέτοισι, ὀλίγα θρασέως παρακρούσασι, ἐλπὶς μέλανα διελθεῖν;

τκ'. Ὀσφύος πόνος καρδιαλγικῷ μετὰ ἀναχρέμψιος βιαίης ἔχει τι σπασμῶδες.

τκα'. Τπάφωνον ἅμα κρίσι ῥῖγος.

τκβ'. Ὀσφύος ἄλγημα ἄνευ προφάσιος πυκνὰ ἐπιφοιτέον κακοήθεος ἀρρωστίης σημεῖον.

τκγ'. Ὀσφύος ἄλγημα μετὰ καύματος ἀσώδεος, πονηρόν.

τκδ'. Ὀσφύος ξύντασις ἐκ γυναικείων πλήθεος, ἐκπυητικόν· καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης ἰόντα γλίσχρα, δυσώδεα, πνιγώδεα ἐπὶ τοῖσι προειρημένοισι, ἐκπυητικόν· οἶμαι δὲ καὶ παρακρούειν τι τὰς τοιαύτας.

τκε'. Οἷσι ὀσφύος ἄλγημα καὶ πλευροῦ ἄνευ προφάσιος, ἰκτεριώδεες γίγνονται.

τκς'. Αἱ ἐν κρισίμοισι ἐκ τῶν αἱμορραγιῶν περιψύξιες νεαγικαὶ, κάκισται.

culi adcurrunt cum febre, horrore, vomitu materiae tenuis, aquosae, in delirio voce iis deficiente, post nigrorum vomitionem moriuntur.

317. *Locus prave scriptus.*

318. *Locus corruptus.*

319. Considerandum est in lumborum dolore conflictatis et anxietate citra vomitum et paulisper ferociter desipientibus aegris, num nigra per secessum proditura sint.

320. Lumborum et oris ventriculi dolor cum forti screatione convulsionem quodammodo suspectam facit.

321. Rigor cum iudicatione una contingens vocis defectionem quodammodo facit.

322. Lumborum dolor absque causa manifesta crebro invadens morbi malignitatem indicat.

323. Lumborum dolor cum aestu implacido et anxio malum significat.

324. Lumborum contensio ex mensium copia suppurationem fore indicat. Quin et ex alvo prodeuntia glutinosa graveolentia, strangulatum cum antea memoratis inducentia suppurationem denunciant. Fortasse et tales aliquantum delirare contingit.

325. Qui lumborum et lateris dolore absque ulla occasione tentantur, ii in morbum regium incidunt.

326. Ex sanguinis eruptionibus vehementes die iudicatorio obvenientes perfrictiones, pessimae.

tum. Quum οἷσι initio omissum esset, librarii adiectiva accommodarunt genere ad ἀναδρομαί et ita ridicula illa feminina orta sunt. Iterum videmus Coacae lectt. praestare.

317. Cf. Prorrh. 100. E neutro loco sensum sanum elicere valeo. Si legas οἷσι κατ' ὀσφὺν καί ét porro ἀποσίτοισι, denique pro τούτοισι accusativum τούτους, aliquid certe habebis.

318. Praesagium plenius legitur Prorrh. 42. De postremis cf. Coaca 39. cum adnn. Pro φωνὴ δ' ὡς cod. Par. A. φωμήδως, Ald. φωλήδως. Vulg. φωΐδες. Omnia ista ex una, quam cum Littr. exhibeo, lectione sunt orta.

319. Cf. Prorrh. 85. Vulgo ἀνεμέτοισι; alteram formam e cod. A., Ald. recepit Littréus.

320. Cf. Prorrh. 106., ubi κεφαλκγικῷ expunxi.

321. Cf. Prorrh. 107. cum adnn.

323. Hic Imp. Corn. Mackii et hic ipse in Ed. κώματος.

324. Cf. infra Coacam 527., in qua cod. Sev. apud Foës. ποικίλως pro ἀπὸ κοιλίης, quae ibi vulgata est lectio; contra loco nostro ποικίλως vulgata lectio est, idem vero cod. ἀπὸ κοιλίης. Et hoc sane veram refert lectionem. Ceterum varr. lectt. praebent πνιγώδη pro πνιγώδεα et ἐμπυητικόν pro ἐκπυητικόν. Utroque loco collato vellem: ἐς πόδας καὶ ἐς ὀσφὺν ξύντασις ἐκ γυναικείων πλήθεος, ἐκπυητικόν· καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης γλίσχρα, δυσώδεα, ἐπιπόνως ἰόντα καὶ πνιγμοὶ ἐπὶ τοῖσι προειρημένοισι ἐκπυητικόν. — Reliqua additamentum recentius referunt.

326. Cf. Prorrh. 134.

©BIUM

τκζ'. Τὸ ἀνάπαλιν αἱμορραγέειν, πονηρόν. [οἷον ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ τῶν δεξιῶν· καὶ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ὡσαύτως.]

τκη'. Οἱ αἱμορραγεῦντες, ἐφιδροῦντες, τρομώδεες, κακοήθεες· διαλεγόμενοι λαθραίως τελευτῶσι.

τκθ'. Τοῖσι πεμπτῇ αἱμορραγοῦσι λάβρως, ἕκτῃ ἐπιρριγώσασι, ἑβδόμῃ περιψυχθεῖσι, ἀναθερμανθεῖσι ὀξέως κοιλίαι πονηρεύονται.

τλ'. Μεθ' αἱμορραγίην μελάνων διαχώρησις, κακόν· πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἐξέρυθρα· εἰ δὲ τεταρταίοισι αἱμορραγέει, κωματώδεες σπασθέντες θνήσκουσι, μελάνων προδιελθόντων καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης.

τλα'. Μεθ' αἱμορροίας καὶ μελάνων διαχωρήσιας ἐν ὀξέϊ κώφωσις, κακόν· αἵματος διαχώρησις τούτοισι ὀλέθριον, κώφωσιν δὲ λύει.

τλβ'. Οἷσι αἱμορραγίαι πλείους, προϊόντος χρόνου κοιλίαι πονηρεύονται, ἢν μὴ οὖρον πέπον ἐλθῇ. [ἆρά γε τὸ ὑδατῶδες οὖρον τοιοῦτόν τι σημαίνει;]

τλγ'. Οἷσι ἐπὶ αἱμορραγίῃ λάβρῳ, πυκνῇ μελάνων συχνὴ διαχώρησις, ἐπιστάσης δὲ αἱμορροεῖ, οὗτοι κοιλίας ὀδυνώδεες, ἅμα δὲ τῇσι ῥύσισι εὔφοροι· ἆρα οἱ τοιοῦτοι ἐφιδροῦσι πολλοῖσι ψυχροῖσι; τὸ ἀνατεταραγμένον οὖρον ἐν τούτοισι οὐ πονηρὸν, οὐδὲ τὸ ὑφιστά-

327. Sanguinis ex parte adversa profluvium, malum est; [velut si in lienis tumore ex dextra nare profluat. Et circa praecordia idem spectari oportere existimandum est.]

328. Qui sanguinem fundentes, tenui sudore diffluunt et tremunt, male habent. Hi inter loquendum inopinato moriuntur.

329. Qui quinto die largiter sanguinem fundunt, sexto die horrore prehenduntur, septimo refrigerantur, his, si valide incalescant, alvus male habet.

330. Nigrae materiae per anum post sanguinis fluxum secessus malus est; quin etiam praerubrae materiae evacuatio mala. Sin quarto morbi die sanguinis fluxiones contingant, soporosi et convulsi moriuntur, nigra antea materie ex alvo deiecta et ventre in tumorem sublato.

331. In praecipiti malo quae post sanguinis eruptiones et nigrorum per alvum refusiones surditas obvenit, malum denunciat. In his sanguinis egestio perniciem affert, sed surditatem solvit.

332. Quibus sanguinis eruptiones diu perseverant, in iis temporis progressu alvus male afficitur, nisi urina concocta prodierit. [Ac fortassis tale quid diluta urina denunciat.]

333. Quibus ex larga et frequenti sanguinis eruptione copiosa fit nigrorum deiectio cum alvi vero suppressione sanguinem profundunt, iis alvus dolore conflictatur, sed una cum fluxu sanguinis melius se habent. Ac forte hi copiosis, frigidis et tenuibus sudoribus diffluunt. In his

327. Cf. Prorrh. 125. Pone *κατά* articulum *τά* de meo adscripsi.

328. Cf. Prorrh. 128. Hic legebatur *τὰ αἱμορραγεῦντα ἐπιρριγοῦντα τρώματα κακοήθεα· διαλεγόμενοι κ. τ. λ.* Cod. Sever. apud Foës. hic *τρομώδεα*, cf. adnn. ad Prorrh. l. Collato utroque loco ibi *ἐφιδροῦντες*, hic *ἐπιρριγοῦντες* habemus: ego non *ἐπιρριγοῦντες*, sed *ἐφιδροῦντες* veram lect. esse contendo. Spectatur sudor paralyticus in magna inanitione.

329. Legebatur: *τὰ πεμπταῖα αἱμορραγοῦντα λάβρως, ἕκτῃ ἐπιρριγώσαντα, ἑβδόμῃ περιψυχθέντα, ἀναθερμανθέντα ὀξέως τούτοισι κοιλίαι πονηρεύονται.* — De emendationibus similibus iam saepius dixi; confer Prorrh. 133. et Coacam 332. et 335.

330. Cf. Prorrh. 127. et Coaca 632. in fine. Moneo de *ἐξερυθρώδεα*, quod pro vulg. *ἐξέρυθρα ἰώδεα* Struvio auctore intulit Littréus. Omnia eiusdem generis atque *ἐξερυθρώδεα* vitiosa sunt; hic lectio vulg. Prorrhetici loci ad verum ducit; cf. ibi adnotata. Legebatur *αἱ τοιαῦται αἱμορραγίαι*, quod librariis debetur; nihil enim peculiare de isto sanguinis fluxu in superioribus dictum est, ad quod *αἱ τοιαῦται* referas. Similiter in vulgato *ἐκ τούτων σπ. ὀν.* librariis debemus *ἐκ τούτων*, quod igitur iis reddere malim.

331. Cf. Prorrh. 129, unde recte *κώφωσιν* dedit Littréus pro vulg. *κώφωσις*.

332. Cf. Prorrh. 133. Aph. IV. 27. Collato Prorrh. l. patet ea, quae uncis intercepi, esse additamentum a manu recentiore.

333. Cf. Prorrh. 140., unde locum nostrum emendavi. Iam Littréus *λάβρῳ* pro vulg. *λάβρα* e mss. dedit; ante *μέλανα* in codd. *μετά* legitur, quod errori librariorum debetur et a Lind., Mack. omissum in textum rursus invectum est a Littréo. Minus recte sane Lind. *πονηρόν* intulit pone *διαχώρησιν*. Porro vulgo *ἅμα δέ τισι φύσησι*, quo forte

©BIUM

μενον γονοειδές· ἐπιπολὺ δὲ οὗτοι ὑδατώδεα οὐρέουσι.

τλδ'. Οἵσι ἐκ ῥινῶν ἐπὶ κωφώσι καὶ νωθρότητι μικρὰ ἀποστάζει, ἔχει τι δύσκολον· ἔμετος τούτοισι ξυμφέρει καὶ κοιλίης ταραχή.

τλε'. Αἱ ἐν ἀρχῇσι μεγάλαι αἱμορραγίαι περὶ ἀνακομιδὴν κοιλίας καθυγραίνουσι.

τλς'. Τὰ ἐκ ῥινῶν λάβρα βίῃ ἀπολῃφθέντα ἔστιν ὅτε σπασμὸν ἐπικαλεῖται.

τλζ'. Αἱ ἐνδεκαταῖαι στάξιες δύσκολοι, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπιστάξῃ.

τλη'. Ἐπὶ αἵματος ῥύσι πολλῇ, ἢ λυγμὸς, ἢ σπασμὸς, κακόν.

τλθ'. Τῇσι νέῃσι ἕως ἐτῶν ἑπτακαίδεκα ἀδυναμίη μετὰ ἀχροίης, καὶ πνεῦμα ἁλιζόμενον ἐν τῇσι ὁδοῖσι, καὶ γῆς ἐπιθυμέειν, αἵματος διαφθορὴν καὶ ἔκλυσιν σημαίνει.

τμ'. Ἐν τοῖσι μακροῖσι τὰ μικρὰ ἐπιφαινόμενα αἱμορροώδεα, ὀλέθρια.

returbata urina mala non est, neque quod in ea subsidet genitali semini simile. Ut plurimum autem hi dilutas urinas reddunt.

334. Quibus cum surditate et torpore paucus e naribus sanguis stillat, nonnihil molestiae exhibet; iis vomitus et alvi perturbatio confert.

335. Quae magnae sunt in principiis sanguinis eruptiones, dum aegri vires recolligunt, alvum liquidam faciunt.

336. Largae sanguinis e naribus eruptiones per vim suppressae interdum convulsiones accersunt.

337. Sanguinis e naribus stillationes, quae undecimo die contingunt, molestiam afferunt; maxime vero si iterum post aliud praegressum stillicidium contingant.

338. In copiosa sanguinis fluxione aut singultus, aut convulsio malum denunciant.

339. In puellis usque ad annum septimum decimum imbecillitas cum pallore et spiritus inter ambulandum coacervatus et terram appetere sanguinis corruptionem et virium exsolutionem denunciat.

340. In longis morbis parvae apparentes sanguinis fluxiones per venas in ano perniciem ostentant.

contentum esse oporteret, nisi haberemus Prorrh. locum, quo collato patet φύσησι e ῥύσισι esse ortum. Τῇσι pro τισί dederunt cod. A. et alter Par. cum Aldo. Vulgatum ἐφιστάμενον e Prorrh; l. in ὑφιστάμενοι mutavi.

334. Cf. Prorrh. 141. Coaca 210.

336. Cf. Prorrh. 145. et adn. ad Coacam 246 — Hic quoque pone ἐπικαλεῖται delevi φλεβοτομίη λύει.

337. Cf. Prorrh. 148. cum adnn. Vulgo hic ἄλλως τε κἢν δὶς ἐπιστάξῃ καὶ ἢν ἐπιστάξῃ. Littréus solum ἄλλως τε καὶ ἢν δὶς ἐπιστάξῃ: mihi illud δὶς ἐπιστάξῃ, quod puto δὶς στάξῃ fuisse, interpretatio esse videtur lectionis Prorrhetici: non credo δίς e τις ortum esse. Haec causa est, cur haec consentienter cum Prorrh. loco scripserim.

338. Cf. Aph. V. 3.

339. Librorum lectio haec est: τοῖσιν ἕως (mss. quaedam Regia apud Foës. τοῖσι νέοις) ἐτῶν ἑβδόμων (ἑζ cod. A. Par.) δύναμιν (ἀδυναμίη Lind. de coniectura, uti videtur, et Littréus) μετὰ ἀχροίης καὶ πνεῦμα ἁλιζόμενον (cod. Sever. Foës. ἁλυζόμενον, alias ἀναλιζόμενον) ἐν τῇσι ὁδοῖσι καὶ γῆς ἐπιθυμίην (ἐπιθυμίη Foës. in notis, Lind., Mack., Littr.) αἵματος φθορὴν καὶ ἔκλυσιν σημαίνει. — Tentaverunt locum diversis modis interpretes: Hollerius volnit ἁλυζόμενον; — Foës. ἐπιθυμίη; Lind. τοῖσι νέοις initio scripsit et ἐπιθυμίη, servavit ἁλιζόμενον. Locum desperatum existimans Littréus secutus est Lindani rationem et e cod. A. ἑπτά scripsit. His praemissis meam emendandi viam monstrabo: initio τοῖσιν ἕως et τοῖσι νέοις (hoc enim in mss. se vidisse testatur Foës.) ita corruptum esse puto, ut utraque lectio e τοῖσι νέοισιν ἕως orta sit. De lect. cod. A. ἑζ videndum est: Coacâ 380. ἐκ. καὶ μιᾷ in illo cod. est εἰκοστῇ καὶ μιᾷ. — Coacâ 512. τεσ ιδ est τεσσαρεσκαίδεκα in isto libro; tum β καὶ τεμ est δύο καὶ τεσσαράκοντα. Ex his exemplis dixeris patere ἑζ in cod. A. esse ἑπτά, cuius prima litera prius sit posita, dein signum solitum eius numeri ζ'. — Hinc non multum proficimus; nempe νέοι ἕως ἐτῶν ἑπτά absurdum est, quia qui septem annos sunt nati non sunt νέοι, sed παιδία, vix παῖδες. Itaque certum est numerum hic periisse; coniicio vero ἑπτακαίδεκα scriptum fuisse propter rerum nexum, de quo mox plura. Dein πνεῦμα ἁλιζόμενον *spiritus coacervatus, collectus*, intelligo de frequenti anhelosa respiratione debilium, defatigatorum, neque vocem tentandam iudico. In accusativo ἐπιθυμίην latere puto infinitivum ἐπιθυμέειν. Quod si iam universum locum consideremus, videmus chloroseos esse descriptionem; eo nempe spectant debilitas, pallor, defatigatio, pica; hinc factum ut ιζ' numerum annorum fuisse putem; hinc denique factum, ut τῖσι νέοισι in τῇσι νέῃσι mutarem; satis frequens enim diphthongi οι et vocalis η permutatio.

340. Plana sane et facilis oratio huius loci; nec tamen intelligo quorsum spectet. Id unum moneo exempla plura esse locorum, ubi eadem de morbis longis proferuntur, quae aliis multis de acutis. Suspicor recentiores talia his interposuisse.

©BIUM

τμα'. Τὰ σκοτώδεα ἐξ ἀρχῆς αἱμόρροια λύει.

τμβ'. Τὰ ἐκ ῥινῶν σμικροῖσι ἰδρῶσι περιψυχομένοισι, κακοήθεα.

τμγ'. Αἵματος ἀφαίρεσις ἐν καταψύξι νενωθρευμένῳ, κακόν.

τμδ'. Ὅσοι κοιλίης ἐπιστάσης αἱμορροέουσι καὶ ἐπιρριγοῦσι ἅμα τῷ αἱμορροεῖν, τούτοισι κοιλίην λειεντεριώδεα ποιέει καὶ ἐπίσκληρον, ἢ ἀσκαρίδας, ἢ ἀμφότερα.

τμε'. Οἱ τεταγμένοισι χρόνοισι αἱμορροώδεες, διψώδεες .... μὴ αἱμορραγήσαντες ἐπιλυπτικῶς θνήσκουσι.

τμς'. Ἐξ αἱμορροΐδος σμικρὸν ὅσον καὶ ἐπ' ὀλίγον ἐπιφανείσης σκοτώδεα ἐλθόντα, παραπληκτικά· καὶ πᾶν τὸ οὕτως ἐπιφαινόμενον κακόν τι σημαίνει.

τμζ'. Οἱ παλμώδεες δι' ὅλου ἆρά γε ἄφωνοι τελευτῶσι;

τμη'. Τὰ τρομώδεα σπασμώδεα γενόμενα ἐφιδροῦσι φιλυπόστροφα· τούτοισι κρίσις ἐπιρριγώσασι· ἐπιρριγέουσι δ' οὗτοι περὶ κοιλίην καύματι προκληθέντες. Ὕπνος πουλὺς ἐν τούτοισι σπασμῶδες καὶ τὰ ἐς μέτωπον βάρεα καὶ οὔρησις δυσκολαίνουσα.

341. Tenebricosas vertigines circa initia sanguinis e venis in ano fluxio solvit.

342. Ubi sanguis ex naribus effluxit, totius corporis perfrictio cum tenuibus sudoribus morbi malignitatem denunciat.

343. In corporis perfrictione cum torpore sanguinis detractio malo est.

344. Qui suppressa alvo sanguinem e naribus fundunt et una cum sanguinis profluvio rigent subinde, iis intestinorum laevitatem aut alvum duram facit, aut ascarides, aut utrumque.

345. Qui statis temporibus sanguinem fundunt, si siticulosi sint,..... neque sanguinem profuderint comitiali morbo pereunt.

346. Ex venis in ano sanguinem fundere solitis pauxillum quid et brevi tempore si appareat et dein tenebricosa vertigo superveniat, partis alicuius resolutionem fore denotat. Et quidquid tali modo apparere solet mali quid denunciat.

347. Quos palpitationes in totum occupant, num voce defecti intereunt?

348. Ex tremoribus quae convulsiones fiunt cum sudoribus recidivas minantur. In his iudicationem facit novus subinde obortus rigor. Sed is prius ardore circa ventrem provocatur. Somnus in his multus convulsionem minatur et gravitatis sensus ad frontem et mictio difficilis.

341. Legebatur *αἱμορροίη ῥινός*: hinc *αἱμορροίη [ἐκ] ῥινός* Lind., Mack. Ego non credo *ἐκ* excidisse, sed *ῥινός* esse glossema; tum vero *αἱμόρροια* scribendum fuit, quum *ᾰ* breve sit.

342. Cf. Prorrh. 126. Legebatur *σμικροῖς ἱδρῶσι*, quod quin e *σμικροῖσι ἱδρῶσι* sit ortum, altera litera *ι* pereunte, non est dubium. Talia puto indicio sunt *ν ἐφελκυστικόν* librariis deberi. De meo *περιψυχόμενα* in *περιψυχομένοισι* mutavi, sensu loci id postulante. Correctio Lindani *ῥιγῶν* displicet.

343. Cf. Coaca 491. De meo *νενωθρευμένῃ*, quod perperam ad antecedens *καταψύξει* accommodaverant librarii, in *νενωθρευμένῳ* mutavi, collato altero Coacarum l. l.

344. Cf. Prorrh. 138., cuius loci formam antiquiorem puto. Cod. Sever. apud Foës. habet *ἀσκαριδώδεα*. Pro vulg. *καὶ ἀσκ.* de meo *ἢ ἀσκ.* dedi, quod loci sensus omnino postulare videtur. Lind. interrogandi formulas e Prorrh. lectione vulg. huc transtulit.

345. Cf. Prorrh. 131. Hoc quoque praesagium neutro plurali erat prolatum, ita ut *τὰ τ. χρ. αἱμορροώδεα, διψώδεα μὴ αἱμορραγήσαντα ἐπιλ. ἐνήσκει* legeretur. Talia non fero; manifesto *ἐκχλοιούμενοι* periit, quapropter lacunae signa posui, — cf. Prorrh. l. l.

346. Loci vulgata lectio haec est: *ἐξ αἱμορροΐδος ὅσον ἐπιφανείσης σκοτώδεα ἐλθόντα παραπληγικὸν μικρὸν καὶ ἐπ' ὀλίγον σημαίνει. λύει φλεβοτομίη καὶ πᾶν τὸ οὕτως ἐπιφαινόμενον κακόν τι σημαίνει.* Ad hunc loeum Littréus adnotat: „*τι* pro *μ. καὶ ἐπ' ὀλ.* Lind." — Sed hoc verum non est. Lindanus recte me iudice verba *μικρὸν καὶ ἐπ' ὀλίγον* transtulit ad locum inter *ὅσον* et *ἐπιφανείσης*, quorsum longe certissime pertinent, ita ut Lind. ad reliquam loci perpurgationem facilem viam straverit. Nempe prius illud *σημαίνει* non est, nisi otiosa repetitio eiusdem verbi in fine positi; itaque delere malui quam cum Lind. *παραπληγικόν τι σημαίνει* scribere. Verba *φλεβοτομίη λύει* veram sane continent observationem; sed quam non debemus auctori sententiae, qui copula *καί* alterum sententiae membrum cum superiore arcte connectit; quin e marginali hac adn. omnem loci perturbationem profectam puto, et hic locus maxime me movit, ut audacter in fine Prorrh. 145. et Coacae 336. idem illud *λύει φλεβοτομίη* delerem. Pro *παραπληγικόν* malui *παραπληκτικά* dare.

347. Cf. Prorrh. 30., unde *ἆρά γε* dedi pro vulgato *ἆρα καί*. Ceterum interrogandi formula hic quoque debetur librariis.

348. Cf. Prosrh. 105. Inde recepi *περὶ κοιλίην* pro vulg. *ἐπὶ κοιλίην*, quod deterius.

©BIUM

τμβ'. Οἱ ἐν ὑστερικῇσι ἀπύροισι σπασμοὶ εὐχερεῖς.

τν'. Ἀνιδρωτὶ πτυελὰ παραρρέοντα πυρετώδεϊ ἐόντι, εὐήθεα· τούτοισι ἐπὶ ..... κοιλίαι καθυγραίνονται· τάχα δέ τι καὶ ἐς ἄρθρα ἀποστήσεται.

τνα'. Οἵσι σπασμώδεσι ὀφθαλμοὶ ἐκλάμπουσι ἀτενέως, οὔτε παρ' ἑωυτοῖσί εἰσι, διανοσέουσί τε μακροτέρως .....

τνβ'. Τὰ σπασμώδεα τρόπον παροξυνόμενα κάτοχα τὰ παρ' οὓς ἐπαίρει.

τνγ'. Τρομώδεσι, ἀσώδεσι, μικρὰ τὰ παρ' οὓς ἐπάρματα σπασμὸν σημαίνει.

τνδ'. Τὰ σπασμώδεα καὶ τετανώδεα πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει.

τνε'. Σπασμὸς ἐπὶ τρώματι θανάσιμον.

τνς'. Σπασμὸς ἐπὶ πυρετῷ γενόμενος ὀλέθριον· ἥκιστα δὲ παιδίοισι.

τνζ'. Οἱ πρεσβύτεροι ἑπτὰ ἐτέων ἐν πυρετῷ οὐχ ἁλίσκονται ὑπὸ σπασμοῦ· εἰ δὲ μὴ, ὀλέθριον.

τνη'. Σπασμοῦ λυτικὸν πυρετὸς ἐπιγενόμενος ὀξὺς, μὴ πρότερον γεγονώς· εἰ δὲ εἴη πρότερον γεγονὼς, παροξυνθείς· ὠφελέει δὲ

349. In uteri strangulatu convulsiones sine febre sunt faciles.

350. Sine sudore defluentia sputa in febre laborante minime mala sunt. His per dies aliquot alvi humectantur. Forte etiam aliquid ad articulos abscedet.

351. *Sententia mutila est.*

352. Quae convulsionis in morem affligunt cum alto sopore, quem catochon vocant, tuberacula ad aures attollunt.

353. In tremulis et anxietate vexatis parvi ad aures tumores excitati convulsionem denunciant.

354. Convulsiones et nervorum distentiones succedens febris solvit.

355. Ex vulnere convulsio lethalis.

356. Convulsio febri succedens periculum denunciat; minimum vero pueris.

357. Qui septem annis maiores sunt natu in febre convulsione non prehenduntur; alioqui periculum denunciatur.

358. Convulsionem solvit febris succedens acuta, quae prius non aderat, aut si prius adfuit, ingravescens. Confert autem et urinae vi-

349. Cf. Prorrh. 119. et Coaca 554. Libri mss. habent *ὑστερικοῖσι*, quod de meo in *ὑστερικῇσι* mutavi; tum *ἄπειροι* vulgatae in cod. A. aliisque Parr. *ἄπυροι* scribitur, quod iam Lind. et Mack. dederunt; nuperque Littréus e mss. Sed *ἄπυροι* sequente *σπασμοί* natum est ex *ἀπύροις*, aut *ἀπύροισι*; itaque hoc dedi et habemus iam sententiam eandem, quae in Coaca 554. bene Ionice scripta est, quae vero hic repetitur Ionismis partim obliteratis.

350. Legebatur *τὰ σπασμώδεα ἀνιδρῶντι πτύελα παραρρέοντα πυρετώδει ἐόντι, εὐήθεα· τούτοισι ἐπεὶ κοιλίαι τι καθυγραίνονται, τάχα δέ τι καὶ ἐς ἄρθρα ἀποστήσονται.* Quis, quaeso, haec intelligit? At collato Prorrh. 122. cum varr. lectt. lucem accipiunt: nimirum *τὰ σπασμώδεα* huc non pertinet, itaque delebimus; *ἀνιδρῶντι* mutandum est in *ἀνιδρωτί*, quorsum spectat forte *ἀνιδρῶτι* cod. Par. A. et Aldi. Galenum dicere patiemur quod ipsi videatur, non tamen eo utemur. In *ἐπεί* latet *ἐπί* e Prorrh., ita ut verba *τινας ἡμέρας* exciderint; *τι* ante *καθυγρ.* e *τινας* omisso scriptum est loco alieno, aut e seq. *τι* huc vitiose tractum est; denique *ἀποστήσεται* numero singulari erat scribendum.

351. Initio *ἐν* ante *σπασμώδεσι* eieci; unus tantum cod. Corn. h. l. praep. omittit, sed multo plures in Prorr. 124. Vulgo *ἐκλαμπάνουσι* legebatur, pro quo Edd. antt. *ἐκλειμπάνουσι* et cod. A. *ἐκλειππάνουσι*; — *ἀτενέως* cod. Corn. Mackii; *παρά σφισιν αὐτοῖς* habet cod. Sever. apud Foës. Conferri debet ceterum Prorrh. l. 124. Mihi sententia mutila esse videtur, apodosisque deficere, forte cum aliis, quae ad protasin pertinuerint. Non negligo, si haec pertineant ad protasin, exspectare nos debere *μήτε*, non *οὔτε*; sed vereor ne *οὔτε* a librariis ortum sit, ut sententiam qualemcumque e locorum fragmentis nobis obtruderent. Credemusne, quaeso, veteres illos tam rerum ignaros et ineptos fuisse, ut docere voluerint eos, qui *σπασμοῖσι* vexantur, non esse *παρ' ἑωυτοῖσι*, aut ut morbum longum praedixerint ex oculorum splendore in convulsione? credat Iudaeus Apella.

352. Cf. Coaca 104. et Prorrh. 161. Vulgo *κατόχως*; dedi de meo *κάτοχα* ut in Coaca l. Nempe catochum intelligo, qui cum convulsionibus ingravescit.

353. In fine adiunguntur in libris verba *κοιλίης πονηρευομένης*, quae huc non pertinent, modo cf. Prorrh. 162. Nec magis pertinent ad sequens praesagium, teste Aph. IV. 57.; itaque ea reieci.

354. Cf. Aph. 57. IV.

355. Cf. Coaca 506. et Aph. V. 2. Si Coacam inspicias, vero fit simile verba nostri loci, licet sanum sensum referant, non esse integra, sed *ἐπιγενόμενος* excidisse.

356. Cf. Aph. II. 26.

358. Particula ᾗ, quae pone *εἴη* in codd. Parr. A. D. apud Littréum et in Ald. et Bas. Edd. legitur, forte dittographiae *εἴη* originem debet. De meo dedi *ὑαλοειδέος* pro

©BIUM

καὶ οὖρου διέξοδος ὑαλοειδέος πολλὴ, καὶ ῥύσις κοιλίης, καὶ ὕπνοι· τῶν δὲ ἐξαπίνης σπασμῶν λυτικὸν, πυρετὸς καὶ κοιλίης ῥύσις.

τνθ'. τξ'. Ἐν τοῖσι σπασμοῖσι ἀναυδίη ἐπὶ πολὺ, κακόν· τὸ δὲ ἐπὶ μικρὸν, ἤτοι γλώσσης ἀποπληξίην, ἢ βραχίονος, καὶ τῶν ἐπὶ δεξιὰ σημαίνει. λύεται δὲ οὔροισι ἐξαπίνης ἐλθοῦσι, πολλοῖσι, ἀθρόοισι. ἱδρῶτες δὲ οἱ μὲν κατὰ μικρὸν ὠφελέουσι· οἱ δὲ ἀθρόοι καὶ αἱ τοῦ αἵματος ἀφαιρέσιες αἱ ἀθρόοι βλάπτουσι.

τξα'. Ἐν τοῖσι τετάνοισι καὶ ὀπισθοτόνοισι γένυες λυόμεναι, θανάσιμον· θανάσιμον δὲ καὶ ἱδροῦν ἐν ὀπισθοτόνῳ καὶ τὸ σῶμα διαλύεσθαι καὶ ἀνεμεῖν διὰ ῥινῶν, ἢ ἐξ ἀρχῆς ἄφωνον ἐόντα βοᾶν, ἢ φλυκρεῖν· ἐς γὰρ τὴν ὑστεραίην θάνατον σημαίνει.

τξβ'. Πυρετώδεα, ὀπισθοτονώδεα γονοειδέες οὐρήσιες λύουσι.

τξγ'. τξδ'. Τὰ κυναγχικὰ τὰ μήτε ἐν τῷ τραχήλῳ μήτε ἐν τῇ Φάρυγγι μηδὲν εὐδηλον ποιέοντα, πνιγμὸν δὲ νεανικὸν καὶ δύσπνοιαν παρέχοντα, αὐθημέρους καὶ τριταίους κτείνει. τὰ δὲ ἐπάρματα καὶ ἔρευθος ἐν τῷ τραχήλῳ λαμβάνοντα, τὰ μὲν λοιπὰ παραπλήσια, χρονιώτερα δέ.

τξε'. Ὅσοισι δὲ ξυνεξερευθείη ἥ τε Φάρυγξ καὶ ὁ αὐχὴν καὶ τὸ στῆθος, χρονιώτερα· καὶ μάλιστα ἐξ αὐτῶν σώζονται, ἢν μὴ παλινδρομέῃ τὰ ἐρυθήματα· ἢν δὲ ἀφανίζηται μήτε φύματος ξυστραφέντος ἔξω, μήτε πύου ἀναχρεμπτομένου πρηέως καὶ ἀπόνως, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, ὀλέθρια γίγνεται· ἀσφαλέστατον δὲ τὸ ἔρευθος καὶ τὰς ἀπο-

treae copiosus pertransitus et alvi fluxio, et somnus. Convulsiones autem derepente ortas solvit febris, ac alvi fluxus.

359. 360. Loquendi impotentia in convulsionibus multum perseverans malo est. Quae vero parum durat aut linguae siderationem, aut brachii, aut eorum, quae in dextra parte sunt, denunciat. Solvitur autem magna urinarum confertim et derepente prodeuntium abundantia. Sudores autem sensim quidem prodeuntes iuvant; qui vero confertim effunduntur et sanguinis detractiones confertim factae nocent.

361. In nervorum distentionibus et iis, quae in posteriorem partem fiunt, dissolutae maxillae mortem adferunt. Quin etiam lethale est in posteriorum partium distentione sudare et corpus resolvi et per nares revomere, aut, ubi per initia vox defecit, clamare aut nugari. Postridie enim affuturam mortem significat.

362. Febres cum posteriorum partium distentione, urinae genitale semen referentes solvunt.

363. 364. Anginae, in quibus neque in collo, neque in faucibus quicquam apparet, sed quae vehementem suffocationem ac spirandi difficultatem adferunt, eodem aut tertio die necant. Quae vero tumorem ac ruborem in collo capiunt, in reliquis quidem eodem modo se habent, verum diuturniores sunt.

365. Praecipue autem malum prorogatur quibus non solum fauces, sed cervicem quoque et pectus una rubor occupat. Maxime vero potest inde secunda valetudo contingere, si rubores ad interna non revertantur. Sin evanescant, neque in exteriores partes conversum sit tuberculum, neque pus facile et sine dolore exscreetur, aut neque ista diebus iudicatoriis contingant, per-

ὑαλοειδής; quippe illud adiectivum non nisi ad οὖρον apte refertur. Denique cum Lind., Mack. καί ante κοιλίης adscripsi, putans voculam descriptorum culpa interiisse. Ceterum dubito de τῶν δὲ ἐξαπίνης σπασμῶν λυτικόν κ. τ. λ.

359. 360. Coaca 360. vulgo incipit verbis ἱδρῶτες δὲ κ. τ. λ. Haec cum superiore connecti debet, oratio omnis loci totius id ultro docet.

361. In hac sententia ante διὰ ῥινῶν iterum ὀπισθοτόνῳ inferebatur; scio quidem pone ἀνεμεῖν praepositionem ἐν facile interire potuisse; sed etiamsi adponas, non impedies, quo minus ὀπισθοτόνῳ aut ἐν ὀπισθοτόνῳ e superioribus vitiose et otiose repetitum sit; itaque delevi.

363. 364. Cf. Progn. § 41. Coniunxi has duas Coacas in unam; quin plures sequentes in unum tractatum continuum possint contrahi.

365. Cf. Progn. § 41. Pone ὀλέθρια γίνεται inseritur in exemplaribus omnibus quaestio: Ἆρά γε ἔμπυοι γίνονται; Est haec adnotatio recentioris medici, qui his libris usus sit et e sua in arte facienda observatione tale quid fieri posse suspicatus sit; sed non sunt talia profecta a primo loci au-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 221 sur 880

©BIUM

στάσιας ὅτι μάλιστα ἔξω τρέπεσθαι.

τξς'. Ἐρυσίπελας δὲ ἔξωθεν μὲν ἐπιγίγνεσθαι, χρήσιμον· εἴσω δὲ τρέπεσθαι θανάσιμον· τρέπεται δὲ, ὅταν ἀφανιζομένου τοῦ ἐρυθήματος βαρύνηται τὸ στῆθος καὶ δυσπνοώτερος γίγνηται.

τξζ'. Οἷς δὲ κυνάγχη ἐς τὸν πνεύμονα τρέπεται, οἱ μὲν ἐν τῇσι ἑπτὰ ἡμέρῃσι ἀπόλλυνται, οἱ δὲ διαφυγόντες ἔμπυοι γίγνονται, μὴ γενομένης αὐτοῖς ἀναγωγῆς φλεγματώδεος.

τξη'. Οἷσι διὰ σφοδρότητα πνιγμοῦ κόπριον ἐξαπίνης διαχωρέει, θανάσιμον.

τξθ'. Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσι τὰ ὑπόξηρα πτύσματα ἰσχνῶν, κακόν.

το'. Τοῖσι κυναγχικοῖσι ἐν γλώσσαις οἰδήματα ἀσήμως ἀφανιζόμενα, ὀλέθρια. καὶ τὰ ἀλγήματα ἀφανιζόμενα χωρὶς προφάσιος ὀλέθρια.

τοα'. Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσι οἱ μὴ ταχὺ ἀναπτύοντες πέπονα, ὀλέθριοι.

τοβ'. Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως εἰς κεφαλὴν ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ, ὀλέθρια.

τογ'. [Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως ἐς σκέλη ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ, ὀλέθρια.]

niciem denunciant. Securitatis autem indicium est maximum ruborem et abscessus ad externas quam maxime partes verti.

366. Erysipelas vero foris quidem exstare utile, intro autem vergere lethale. Cuius rei indicium quidem est, cum, rubore evanescente, pectus gravatur et aegrius spiritum trahit aeger.

367. Quibus autem angina ad pulmonem devertit, partim quidem intra septem dies pereunt, partim vero liberati pus intro colligunt, nisi pituitosa sursum educantur.

368. Quibus ex vehementi strangulatione stercus derepente deiicitur, id lethale est.

369. In angina laborantibus subarida sputa non tumefactis faucibus malum praenunciant.

370. Linguae tumores in angina laborantibus absque ulla significatione evanescentes perniciem praenunciant; etiam dolores sine manifesta causa evanescentes perniciem ostendunt.

371. Angina laborantes nisi celeriter cocta exspuant, perniciose habent.

372. In angina absque ulla significatione redundantes in caput dolores cum febre, perniciem denunciant.

373. *Male scripta Coaca* 372.

ctore. Cum rerum nexus id docet; tum vero neque in Progn. tale quid legitur.

366. Cf. Aph. VI. 25.

367. Cf. Progn. § 41. in fine. Aph. V. 10; cf. lib. de morbis II. (vol. VII. p. 44. Littréo). Vulgo μὴ γινομένης αὐτοῖς ἀ. φλ.; sed cod. Par. A. aoristum habet, quem praefero.

368. Pro πνιγμοῦ libri legunt σφυγμοῦ. Iam plures alii illud receperunt: Lind., Mack., Duretus; Foësius etiam de hac re monet in adn. Littréus non audet recipere; ego confidenter facio propter rerum nexum, spectatur paralysis sphincteris ani in ipsa morte per suffocationem. Quod ad Opsopoeum, qui διὰ σφοδρότητα voluit, hic vere monuit διά cum genitivo hic constare non posse.

369. Littréus ὑπόξηρα πτύσματα reddit „les crachats qui vont en diminuant, (*ou bien* un peu secs)." Loquitur de hac vocis acceptione p. 580. vol. V. Ed. suae, sed non facile inveniet, qui ὑπόξηρα aliud quid quam *subarida*, sicuti recte reddit Foës., significare posse ipsi concedat; vix melius eius exegesis redarguitur quam Coacae 378. verbis, ubi ὑπόξηρα πυκνά coniunguntur. Ceterum ἰσχνῶν quid sibi velit ex aliis locis intelligimus, aut intelligere nobis videmur; omnes certe accipiunt de tumoris in faucibus absentia, sed miro modo hic nude ἰσχνῶν poni certum est, solita formula est ἰσχνῶν ἐόντων τῶν περὶ φάρυγγα. Latet igitur vitium.

370. Legebatur τὰ κυναγχικὰ ἐν γλώσσαις οἰδήματα, quod interpretatur Foës. *tumores anginam adferentes;* sed miror dictionem οἰδήματα κυναγχικά, neque usquam simile quid inveni. Puto librarios priora ista ad οἰδήματα retulisse, auctorem vero scripsisse quod ego exhibeo. — Ceterum de parte postrema huius loci nihil affirmo.

373. Si hanc sententiam cum superiore compares, miraris verborum similitudinem tantam, ut solum εἰς κεφαλήν et ἐς σκέλη sit quod differat. Sed ego contendo utramque sententiam unam esse; nempe alteram e male lecta priore esse ortam, quod praecedente ἐς eo facilius accidere potuit. In σκέλη habemus σ finale praepositionis ἐς et primam ultimamque syllabam nominis κεφαλή; quidni enim ut aliis locis σκέλεα scriptum est? Syllaba media aut superscripta, aut compendio aliquo comprehensa fuerit. Quis quaeso σκελῶν ἀλγήματα in angina exspectat? κεφαλῆς ἀλγήματα contra oriri unusquisque intelligit. Non negligo Coacam 376, ubi de chronicis doloribus crurum sermo est; sed hi huc nihil.

©BIUM

τοδ'. Ἐκ κυναγχικῶν ἀκρίτως ὑποχονδρίου ἄλγημα μετὰ ἀκρασίης καὶ νωθρότητος γενόμενον κτείνει λαθραίως, εἰ καὶ πάνυ δοκοῖεν ἐπιεικῶς ἔχειν.

τοε'. Ἐκ κυναγχικῶν ἀσήμως ἰσχναινθέντων ἐς στῆθος ἄλγημα καὶ ἐς κοιλίην ἐλθὸν ξύντονον ποιέει πυῶδες διαχωρέειν, ἄλλως καὶ λυομένου.

τος'. Ἐκ κυναγχικῶν πάντα ὀλέθρια, ὅσα μὴ ἔκδηλον ἐποίησε ἄλγημα· ἀτὰρ καὶ ἐς σκέλεα ἀλγήματα χρόνια φοιτᾷ καὶ ἐκπυοῦται δυσκόλως.

τοζ'. Τὰ ἐκ κυνάγχης πτύαλα γλίσχρα, παχέα, ἔκλευκα, βιαίως ἀναγόμενα, κακόν· καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος πεπασμὸς, κακόν· κάθαρσις πολλὴ κάτω τοὺς τοιούτους παραπλησίως ἀπόλλυσι.

τοη'. Ἐκ κυνάγχης ὑπόξηρα πυκνὰ πτύελα, βηχώδεσι, πλευρὸν ὀδυνώδεσι, ὀλέθρια· καὶ τὸ ἐν τοῖσι ποτοῖσι ὑποβήσσειν καὶ κατάποσις βιαία, πονηρόν.

τοθ'. Τῶν πλευριτικῶν οἷσι ἐν ἀρχῇ παντοῖαι αἱ πτύσιες τριταῖοι θνήσκουσι, ἢ πεμπταῖοι· φυγόντες δὲ ταύτας, μὴ πολὺ ῥᾷον ἔχοντες, τῇ ἑβδόμῃ, ἢ ἐνάτῃ, ἢ ἑνδεκάτῃ ἄρχονται ἐμπυοῦσθαι.

τπ'. Οἷσι δὲ ἐν νώτῳ ἔρευθος τῶν πλευριτικῶν καὶ ὦμοι θερμαίνονται καὶ κοιλίη ταράσσεται χολώδεσι καὶ δυσώδεσι εἰκοστῇ καὶ μιῇ κινδυνεύουσι, φυγόντες δὲ ταύτας σώζονται.

374. Littréus ἐκ κυναγχικῶν ἀκρίτως ἰσχναινθέντων desiderat h. l., uti in Coaca seq., vid. eius adn. Ego si adesset, non delerem, nec tamen magnopere requiro; facit vero locus sequens ad faciliorem huius intelligentiam.

375. In fine addebatur τὸ τοιοῦτον, quod librariis reddam quippe supervacaneum. In ἄλλως καὶ λυομένου nulla est ambiguitas: est enim ἄλλως καὶ λυομένου τοῦ ἀλγήματος; dolor enim sedabitur pure defluente. Ne illud σύντονον quidem apud me suspicione vacat; puto fere esse insititicium.

376. Observatio hic tradita omnino advertit; iudicium vero de his rebus ferre difficile est, quum casus ipsos non observavimus.

377. De multis in hac sententia fere idem valet, quod ad superiorem diximus.

378. Libri ferunt βηχώδεα πλευροῦ ὀδυνώδεα et in altero membro τὰ — ὑποβήσσοντα. De meo correxi.

379. Παντοῖαι est emendatio Foësii pro πάμπυοι. Opsopoci παμποίκιλοι, quo usus est Lind., non latet in πάμπυοι. „Mihi," inquit Foës., „summe arridet lectio, quae παντοῖαι pro πάμπυοι habet, ex lib. III. de morbis huc traducta." Loco a Foësio laudato legis: οἷσι δὲ αἱ πτύσιες εὐθὺς παντόδαπαι sine lectionis varietate; itaque Foës. vocabulum sumsit, quod proxime cum codd. lectione conveniret.

380. Lectio vulg. huius loci est: οἷσι δὲ ἄνω ὠτὸς ἔρευθος τῶν πλευριτικῶν καὶ ὁμοίως θερμαίνονται καὶ κοιλίη ταράσσεται χολώδεα καὶ δυσώδεα, εἰκοσταῖοι καὶ τεσσαρακοσταῖοι κινδυνεύουσι κ. τ. λ. Locum emendavit Opsop. ad eum, qui habetur lib. III. de morbis p. 144. Littréo: ὁκόταν δὲ τούτων τῶν πλευριτίδων τινὶ προσγένηται τὸ νῶτον ἐρυθριᾶν, καὶ τοὺς ὤμους θερμαίνεσθαι, καὶ ἀνακαθίζοντα βαρύνεσθαι, καὶ ἡ γαστὴρ ἐκταράσσηται χλωρῇ, καὶ δυσώδεϊ σφόδρα, οὗτος διὰ τὴν ὑποχώρησιν τῆς γαστρὸς εἰκοστῇ καὶ μιῇ ἀποθνήσκει. ταύτας δὲ διαφυγὼν ὑγιαίνει. Ego id unum feci, quod χολώδεα, δυσώδεα in dativos pluralis mutavi.

374. Ex angina citra iudicationem ortus praecordii dolor cum impotentia et torpore latenter necat, etiamsi moderate habere videantur.

375. In angina laborantibus absque ulla significatione gracilescentibus faucibus dolor intensus ad pectus aut ad alvum progressus purulentas deiectiones facit; maxime vero si is solvatur.

376. Ex angina quaecumque conspicuum dolorem non produnt periculi plena sunt. Quin etiam ad crura progrediuntur dolores diuturni et cum molestia ad suppurationem veniunt.

377. Sputa ex angina viscida, crassa, exalbida, vi educta malum denunciant. Omnisque eiusmodi maturatio malo est. In his multa deorsum purgatio levis siderationis modo mortem adfert.

378. Sputa ex angina subarida, crebra, cum tussi et lateris dolore perniciem minantur. Atque parva inter potandum tussis, ac violenta deglutitio malum portendunt.

379. In morbo laterali quibus circa initia sputa omnigena prodeunt, tertio die, aut quinto moriuntur. Quos si superaverint, nec multo melius habuerint, septimo, aut nono, aut undecimo, suppurati fieri incipiunt.

380. Quibus vero ex iis, qui morbo laterali laborant, in dorso rubor et humeri calefiunt et venter deturbatur materie biliosa et foetente, ii vicesimo primo die periculum subeunt, quos si superaverint servantur.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 223 sur 880

©BIUM

τπα'. Αἱ ξηραὶ τῶν πλευριτίδων καὶ ἄπτυστοι, χαλεπώταται· φοβεραὶ δὲ ἐν ᾗσι ἄνω τὰ ἀλγήματα.

τπβ'. Αἱ ἄνευ σπασμάτων πλευρίτιδες χαλεπώτεραι τῶν μετὰ σπασμάτων.

τπγ'. Τῶν πλευριτικῶν οἷσι ἐν ἀρχῇ γλῶσσα χολώδης γίγνεται, ἑβδομαῖοι κρίνονται· οἷσι δὲ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ, περὶ τὴν ἐννάτην.

τπδ'. Πομφόλυγος δὲ ὑποπελίου γενομένης ἐπὶ τῆς γλώσσης ἐν ἀρχῇ, οἵη σιδηρίου βαφέντος ἐς ἔλαιον, χαλεπωτέρη ἡ ἀπόλυσις γίγνεται καὶ ἡ μὲν κρίσις ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἀφικνεῖται· αἷμα δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πτύουσι.

τπε'. Πτύαλον δ' ἐν τῇσι πλευρίτισι τρίτῃ μὲν ἀρχόμενον πεπαίνεσθαι καὶ πτύεσθαι, θάσσους ποιέει τὰς ἀπολύσιας, ὕστερον δὲ βραδυτέρας.

τπς'. Τὰ δὲ ἀλγήματα . . . . . .

Τοῖσι πλευριτικοῖσι χρήσιμον κοιλίην μαλάσσεσθαι, πτύαλα χρωματίζεσθαι, ψόφους ἐν τῷ στήθεϊ μὴ γίγνεσθαι, τὸ οὖρον εὐοδεῖν· τὰ δὲ τούτων ἐναντία δυσχερέα καὶ πτύαλον γλυκαινόμενον.

τπζ'. Αἱ δὲ χολώδεες ἅμα καὶ αἱματώδεες πλευρίτιδες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κρίνονται ἐναταῖαι, ἢ ἐνδεκαταῖαι, καὶ μάλιστα ὑγιάζονται· οἷσι δὲ τῶν πλευριτικῶν ἐν ἀρχῇ μὲν οἱ πόνοι μαλθακοί, πέμπτῃ δὲ ἢ ἕκτῃ παροξύνονται, μᾶλλον πρὸς τὰς δυοκαίδεκα ἀφικνέονται καὶ οὐ πάνυ σώζονται· κινδυνεύουσι δὲ μάλιστα ἑβδομαῖοι καὶ δωδεκαταῖοι, τὰς δὲ δὶς ἑπτὰ φυγόντες σώζονται.

381. Morbi laterales sicci et in quibus nihil exspuitur, gravissimi sunt. Metuendi quoque in quibus dolores ad superiora tendunt.

382. Morbi laterales graviores qui sine divulsionibus, quam qui cum divulsionibus contingunt.

383. Quibus in morbo laterali lingua circa initia biliosa est, hi intra septimum iudicantur, quibus vero tertio aut quarto die, circa nonum.

384. Quodsi bulla aliquantulum livescens in lingua appareat initio, qualis excitatur ferro candente in oleum intincto, difficilior fit solutio et iudicatio quidem ad decimum quartum diem deducitur. Sanguinem autem ut plurimum exspuunt.

385. Sputum vero in morbo laterali ubi maturescere et exspui tertio die coeperit, celeriores solutiones facit, quod si posterius, tardiores.

386. Dolores autem . . . . . .

In morbo laterali affectis alvum emolliri utile est, sputa colorari, nullos in pectore strepitus fieri, urinam recte procedere. Hisce contraria molesta sunt, itemque sputum dulcescere.

387. At vero biliosi simul et sanguinei morbi laterales fere nono die aut undecimo iudicantur, ac maxime sanescunt. Quibus autem in morbo laterali initio quidem dolores leves sunt, quinto vero aut sexto die ingravescunt, fere ad duodecimum perveniunt, raroque servantur, sed praecipue septimo ac duodecimo die periculum subeunt. Quod si bis septem evaserint, servantur.

381. Vulgo φοβεραὶ δὲ ἐν οἷσι ἄνω τὰ ἀλγ. legebatur; volueram de meo corrigere ἐν ᾗσι; verum ecce! Littréus adnotat ex optimo adeo suo cod.: „ᾗσιν mutatum alia manu in ἢ οἷσιν A."

382. Ῥηγμάτων in pleuritide mentio fit loco e lib. de morbis III., unde loci nostri hi sunt desumpti, cf. pag. 142. Ed. Littréi. Novimus τὰ ῥήγματα καὶ τὰ σπάσματα apud antiquos saepe coniungi. Vide Foës. oecon. in ῥῆγμα et in σπάσματα. In libro de morbis III. l. l. fere contrarium dixeris doceri eius, quod hic memoratur.

384. Cf. Lib. de morbis III. p. 146.

386. In libris τὰ δὲ ἀλγήματα τοῖσι πλευριτικοῖσι κ. τ. λ. uno tenore legitur. Vidit recte Opsopoeus librariorum oscitantia id contigisse: nempe initium esse loci e lib. III. de morbis p. 146. τὰ δὲ ἀλγήματα τὰ ἐν ἁπάσῃσι τῇσι πλευρίτισι ὡς ἐπιτοπουλὺ κουφίζει μεθ' ἡμέρην μᾶλλον ἢ νύκτωρ. Lind. adeo haec verba recepit, suntque etiam recepta in cod. Sever. apud Foës. Equidem non recepi, sed lacunae signa posui, quia rem ad notulas relegare malebam. Littréus incertam scilicet putat esse emendationem Opsopoei, servat autem vulgatam, neque fidam interpretationem adponit textui male habito, quia hic recte verti non potest.

387. Cf. lib. de morbis III. p. 142. Littréo.

©BIUM

τπη'. Ὅσοισι τῶν πλευριτικῶν ψόφος τοῦ πτυάλου πουλὺς ἐν τῷ στήθεϊ καὶ πρόσωπον κατηφὲς καὶ ὀφθαλμὸς ἰκτεριώδης καὶ ἀχλυώδης, ἀπόλλυνται.

τπθ'. Οἱ ἐκ πλευριτικοῦ ἔμπυοι γενόμενοι ἐν τῇσι τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι ἀναπτύουσι ἀπὸ τῆς ῥήξιος.

τς'. Πτύαλον δὲ χρὴ ἐν πᾶσι τοῖσι πλευριτικοῖσι καὶ περιπνευμονικοῖσι εὐπετέως τε καὶ ταχέως ἀναπτύεσθαι, μεμίχθαι τε τὸ ξανθὸν τῷ πτυάλῳ· τὸ δ' ὕστερον πολλῷ τῆς ὀδύνης ἀναγόμενον ξανθὸν, ἢ μὴ μεμιγμένον, καὶ πολλὴν βῆχα παρέχον, πονηρόν· πονηρὸν δὲ πάντως καὶ τὸ ξανθὸν ἄκρητον, καὶ τὸ γλίσχρον καὶ λευκὸν, καὶ τὸ στρογγύλον, καὶ τὸ χλωρὸν σφόδρα, καὶ τὸ ἀφρῶδες, καὶ τὸ πέλιον, καὶ ἰῶδες· χεῖρον δ' ἔτι τὸ οὕτως ἄκρητον, ὥστε μέλαν φαίνεσθαι· αἵματι δὲ μὴ πολλῷ ξυμμεμιγμένον τὸ ξανθὸν, ἐν ἀρχῇ μὲν σωτήριον, ἑβδομαίῳ δ' ἢ παλαιοτέρῳ ἧσσον ἀσφαλές· αἱματῶδες δὲ λίην, ἢ πέλιον εὐθέως ἐν ἀρχῇ, κινδυνῶδες· πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἀφρώδεα, καὶ τὰ ξανθὰ, καὶ μέλανα, καὶ ἰώδεα, καὶ ἰξώδεα, καὶ ὅσα μὴ ταχέως χρωματίζεται· τὰ δὲ μυξώδεα καὶ λιγνυώδεα καὶ χρωματίζεται ταχέως καί ἐστι ἀσφαλέστερα· τὰ δ' ἐντὸς πέμπτης ἐς πέψιν χρωματιζόμενα, βελτίω.

τςα'. Πᾶν δὲ πτύαλον μὴ λύον τὴν ὀδύνην, πονηρόν· λύον δὲ, χρήσιμον.

τςβ'. Ὅσοι δὲ μετὰ τοῦ χολώδεος πυῶδες ἀνάγουσι, ἢ χωρὶς, ἢ μεμιγμένον, ὡς ἐπιτοπολὺ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι θνήσκουσι, -

388. Quibus in morbo laterali plurimus ex sputo strepitus in pectore sonat, et vultus demissus est, oculusque aurigine suffusus et caligine obductus, in his mors exspectanda est.

389. Qui ex morbo laterali suppurantur in quadraginta diebus post ruptionem pus spuitione reiiciunt.

390. In omnibus autem laterum et pulmonum morbis sputum prompte ac cito exscreari necesse est, flavumque sputo permixtum esse. Quod si multo post dolorem flavum aut non commixtum reiicitur, nec non sine multa tussi, vitiosum censetur. Omnino autem pravum flavum si sincerum est et glutinosum, et candidum, et rotundum, itemque vehementer ex virore pallescens, et lividum, et aeruginosum. Etiam vero deterius quod sic est sincerum, ut nigrum quoque videatur. At flavum, cui paulum sanguinis admixtum est, initio quidem salutem pollicetur, quod vero septimo die aut longiore spatio tale apparet, non adeo tutum. Admodum autem sanguinolentum, aut quod statim initio livescit, perniciem prae se fert. Pravitatem etiam indicant et spumantia, et flava, et nigra, et aeruginosa viscosaque, et quaecumque non celeriter colorantur. Mucosa autem et fuliginosa tum celeriter colorantur, tum securiora sunt. Quae vero intra quintum diem dum coctionem accipiunt colorantur, meliora censentur.

391. Sputum autem quodcumque dolorem non tollit, malum significat, quod vero solvit, bonum.

392. Quibus cum bilioso purulentum sputum aut seorsum aut simul permixtum educitur, ii ut plurimum decimo quarto die intereunt, nisi

388. Littréus ad hunc locum adfert verba e Progn. § 24.: κακὸν δὲ καὶ ἢν μηδὲν ἀνακαθαίρηται μηδὲ προΐῃ ὁ πλεύμων, ἀλλὰ πλησὴς ἐὼν ζέῃ ἐν τῇ φάρυγγι. — Quodammodo ista huc pertinent, sed non negligendum est Coacae nostrae verba pertinere ad doctrinam de pleuritide biliosa et sanguinea e lib. III. de morbis.

389. Cf. Coaca 404. Aph. V. 15.

390. Cum hoc loco cf. Progn. § 24. De loci scriptione haec noto: initio ἐν πᾶσι τοῖσι κ. τ. λ. scripsi, libris dativum nude sine praepositione ferentibus. Lind. et Mack. ἐπί scripserunt e Prognostici loco; ego non ut diversam ab iis rationem inirem ἐν scripsi, sed quia in his Coacis fere semper haec praepositio usurpatur. In verbis μεμίχθαι τε τὸ ξανθὸν τῷ πτυέλῳ Lind., Mack. ἰσχυρῶς interponunt pone ξανθόν; desumunt e Progn., quo facto certe non opus est; licet fatear fieri posse ut adverbium exciderit, non certum est excidisse. Mack. etiam ἢ μὴ ἰσχυρῶς μεμιγμένον scripsit e Progn. Mox καὶ λευκὸν omittit Lind. — In verbis vulgatae καὶ τὸ πελιῶδες καὶ ἰῶδες Lind. et Mack. τὸ ἰῶδες scripserunt, sed non viderunt terminatione nominum confusa πελιῶδες e πέλιον natum esse, sequente ἰῶδες. Legebatur dein χεῖρον δέ τε τὸ οὕτως ἄκρητον, in quibus δέ τε offendit; legendum est δ' ἔτι. De meo μή ante ταχέως adscripsi.

391. Cf. Progn. § 24. in fine.

392. Cf. Progn. § 25. Legebatur ἢν μή τι κακὸν ἢ ἀγα-

©BIUM

ἢν μή τι ἀγαθὸν ἐπιγένηται τῶν προγεγραμμένων, — εἰ δὲ μὴ, κατὰ λόγον, — μάλιστα δὲ οἶσι ἑβδομαίοισι ἄρχεται τὸ τοιοῦτον πτύαλον.

τϙγ'. Ἔστι δὲ ἀγαθὸν μὲν καὶ τούτοισι καὶ πᾶσι τοῖσι περὶ πνεύμονα, φέρειν ῥηϊδίως τὸ νόσημα, τῆς ὀδύνης ἀπηλλάχθαι, τὸ πτύαλον εὐπετέως ἀνάγειν, εὔπνοον εἶναι καὶ ἄδιψον, τὸ σῶμα ἅπαν ὁμαλῶς θερμαίνεσθαι καὶ μαλθακὸν εἶναι, καὶ πρὸς τούτοισι ὕπνους, ἱδρῶτας, οὖρον, διαχώρησιν χρηστὴν γίγνεσθαι· κακὰ δὲ τἀναντία τούτων. Εἰ μὲν οὖν πάντα προσγένοιτο τῷ πτύσματι τούτῳ τὰ χρήσιμα, σώζοιτ' ἄν· εἰ δὲ τὰ μὲν, τὰ δὲ μὴ, οὐ πλείους τῶν τεσσαρεσκαίδεκα βίωσας, τῶν δ' ἐναντίων σημείων ἐπιγενομένων ξυντομώτερον ἀπόλοιτ' ἄν.

τϙδ'. Ὅσα δ' ἂν τῶν ἀλγημάτων ἐν τοῖσι τόποισι τούτοισι μὴ παύσηται, μήτε πρὸς τὰς ἀναπτύσιας, μήτε πρὸς τὰς φλεβοτομίας τε καὶ διαίτας, ἐμπυοῦται.

τϙε'. Ὅσοισι δὲ ἐκ περιπνευμονίης ἀποστάσιες παρ' οὓς ἢ ἐς τὰ κάτω γίγνονται καὶ ἐκπυοῦσί τε καὶ ἐκσυριγγοῦνται, περιγίγνονται· γίγνονται δὲ οἶσι ἂν ὅ τε πυρετὸς καὶ ὁ πόνος παρακολουθῇ καὶ τὸ πτύαλον μὴ χωρέῃ κατὰ λόγον, μηδὲ χολώδεες αἱ διαχωρήσιες, εὔλυτοι δὲ καὶ ἄκρητοι γίγνωνται, μηδὲ οὖρον παχύ τε σφόδρα καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον, τά τε ἄλλα σωτηρίως ἔχοιεν· γίγνονται δὲ αἱ μὲν ἐς τὰ κάτω, οἶσι ἂν περὶ ὑποχόνδρια φλεγμονὴ γίγνηται, αἱ δὲ ἐς τὰ ἄνω, οἶσι ἂν τὸ μὲν ὑποχόνδριον λαπαρὸν

bonum aliquod ex his quae prius descripta sunt, contingat. Alioqui certe pro ratione mors exspectanda est, atque in his praecipue, quibus septimo die sputum huiusmodi procedere coepit.

393. In his igitur et omnibus, qui pulmonem affligunt morbis, bonum quidem est facile morbum sustinere, dolore defungi, sputum prompte exspuere, facile spirare, siti esse vacuum, reliquum corpus aequaliter incalescere ac molle esse. Ad haec somnos, sudores, urinarum eductionem laudabiliter fieri, quorum contraria mala sunt. Quandocumque ergo bona haec omnia huic sputo aderunt, poterit secunda valetudo contingere. Quodsi quaedam adfuerint, quaedam etiam abfuerint, non ultra decimum quartum diem vitâ productâ, et si contraria signa accesserint, etiam celerius morietur.

394. Quicumque vero dolores in his locis non cessaverint, neque ad exspuitionem, neque ad venae sectiones, aut victus rationem, ad suppurationem tendunt.

395. Quibus ex pulmonis inflammatione abscessus ad aures aut inferiores partes fiunt et tum suppurant, tum per fistulam via aperta effunduntur, secunda valetudo contingit. Fiunt autem in iis, quos febris et dolor consequitur, si sputum non satis pro ratione eiicitur, neque biliosae fuerint alvi deiectiones, sed solutu faciles ac sincerae, neque urina admodum crassa, aut multum habens sedimentum ac in reliquis omnia securitatem polliceantur. Fiunt autem aliis quidem in partibus inferioribus, quos circa praecordia inflammatio fatigat, aliis vero in

θὸν ἐπιγένηται τῶν προγεγραμμένων. Ex his κακὸν ἢ delevi: nempe in Prognostici loco τοῦ κακοῦ nulla facta mentio est et vero facile lectio explicatur ex errore librarii qui primum κακὸν scripserit, dein errore animadverso ἢ ἀγαθὸν adscripserit in margine, aut supra scripserit, ita ut tandem in textum receptum sit.

393. Cf. Progn. § 26. 27. Littréus νούσημα e cod. uno Par. dedit; ne Ionismum negligere videar, dicam me νούσημα saepius quidem apud scriptores hos vidisse, sed formae isti fidem me denegare, quum νοσέειν non νουσέειν Iones scribant. In fine ἀπόλοιτ' ἄν adtexui, nam aliquid interiisse certum est. Cod. Sever. apud Foës. et Lind. pone βίωσας adscripserunt ἀπόλοιτ' ἂν ὁ ἄνθρωπος, quod e Prognostico petiverunt, duce Opsopoeo, qui aut hoc, aut βιώσαντι legere suasit; posterior vero ratio minime arridet.

Verius monuit Opsopoeus de οὖρων in οὖρον mutando et de οὐ πλείους pro πλείους legendo. Receperunt ea Foës. cett.; χρηστήν pro vulg. χρηστά praebuerunt Littréo cod. Par. A. alii, et Edd. antt.

394. Cf. Progn. § 25. Vulgo nude δέ sine ἄν ponitur initio. Littréus adnotat: „Quand avec ὅσα il n'y a pas ἄν, Hippocrate met l'Indicatif." Vere! Ergo ἄν initio addamus.

395. Cf. Progn. § 33. Inter ἐκσυριγγοῦνται et περιγίνονται Opsopoeus οὗτοι interponendum censuit. Illum secuti sunt Lind., Mack.; equidem cum Littréo puto nos eo loco pronomine carere posse. Multo certius est γίνονται pone περιγίνονται reponendum esse; Opsopoeum hac in re plerique editores sunt secuti. In μὴ χωρέῃ κατὰ λόγον negationem adscivit Littréus e cod. A.; Foës. iam Latine eam expressit. Libri εὔλυτοί τε καὶ ἄκρητοι, sed cod. Sever.

©BIUM

τε καὶ ἀνώδυνον ᾖ, δύσπνοοι δέ τινα χρόνον γενόμενοι παύσωνται χωρὶς προφάσιος.

τϙϛ'. Αἱ δὲ ἐς τὰ σκέλεα τῶν ἀποστασίων ἐν τῇσι ἐπικινδύνοισι περιπνευμονίῃσι, λυσιτελέες μὲν πᾶσαι, βέλτισται δὲ αἱ τοῦ πτυέλου πυώδεος ἀντὶ ξανθοῦ γενομένου· μὴ χωρέοντος δὲ τοῦ πτυέλου κατὰ λόγον, μηδὲ τοῦ οὔρου χρηστὴν ὑπόστασιν ἔχοντος, κίνδυνος χωλωθῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ καὶ πολλὰ πρήγματα παρασχεῖν· ἢν δὲ παλινδρομέωσι αἱ ἀποστάσιες, πυρετοῦ παρακολουθοῦντος, καὶ τοῦ πτυάλου μὴ χωρέοντος, κίνδυνος θανεῖν καὶ παραφρονῆσαι. Ὅσοι δὲ τῶν περιπνευμονικῶν μὴ ἀνεκαθάρθησαν ἐν τῇσι κυρίῃσι ἡμέρῃσι, ἀλλὰ παρακόψαντες διέφυγον τὰς τεσσαρεσκαίδεκα, κίνδυνος ἐμπύους γενέσθαι.

τϙζ'. Τῶν περιπνευμονιῶν αἱ ἐκ πλευριτικοῦ μεταστᾶσαι τῶν ἐξ ἀρχῆς γενομένων οὐκ ἀσφαλέστεραι.

τϙη'. Τῶν δὲ σωμάτων τὰ γεγυμνασμένα καὶ πυκνὰ θᾶσσον ὑπὸ τῶν πλευριτικῶν καὶ περιπνευμονικῶν ἀπόλλυνται τῶν ἀγυμνάστων.

τϙθ'. Κορύζας καὶ πταρμοὺς τοῖσι περὶ πνεύμονα καὶ προγενέσθαι καὶ ἐπιγενέσθαι, πονηρόν· τοῖσι δὲ λοιποῖσι πταρμὸς οὐκ ἀλυσιτελής.

υ'. Τοῖσι περιπνευμονικοῖσι οἷσι γλῶσσα πᾶσα λευκὴ καὶ τρηχεῖα γίγνεται, ἀμφότερα φλεγμαίνει τὰ μέρεα τοῦ πνεύμονος· οἷσι δὲ τὸ ἥμισυ, ἓν καθ' ὃ φαίνεται· καὶ οἷσι μὲν πρὸς τὴν μίαν κλεῖδα ὁ πόνος γίγνεται, ἡ ἄνω πτέρυξ τοῦ πνεύμονος ἡ μία νοσέει·

superioribus partibus, quibus praecordia tumoris et doloris sunt expertia, spirandi autem difficultas pro tempore accesserit, quae deinde sine ulla evidenti occasione quiescat.

396. At vero in pulmonis inflammationibus, quae periculum creant abscessus in cruribus non inutiliter fiunt. Quibus nec potest quicquam melius accidere quam si sputum pro flavo purulentum exsistat. At si neque sputum pro ratione excernitur, neque in urina bonum apparet sedimentum, periculum est ne claudicet aeger, aut ne res multum negotii sit exhibitura. Quodsi abscessus intro recurrant, perseverante febre, neque prodeunte sputo, periculum aut mortis aut delirii imminet. Quicumque vero inflammatione pulmonis laborant, neque diebus iudicatoriis repurgantur, verum cum delirio quatuordeciem dies superarunt, iis suppurationis metus impendet.

397. Pulmonis inflammationes, quae ex morbo laterali permutationem accipiunt, iis, quae ab initio fiunt, tutiores non sunt.

398. Densa et exercitationi dedita corpora citius ex morbo laterali et pulmonis inflammatione intereunt, quam quae sine exercitatione degunt.

399. In morbis pulmonis gravedines et sternutamenta tum praecedere tum vero succedere malo est. In reliquis vero morbis sternutamentum utilitate non vacat.

400. In pulmonis inflammationibus si lingua tota alba fiat et aspera, ambae pulmonis partes inflammatione vexantur, quibus vero dimidiata lingua, qua parte id apparet inflammatio affligit. At quibus quidem ad unam claviculam dolor subit, iis una superior ala pulmonis laborat;

apud Foës. ἀλλ' εὖλυτοι: nempe senserunt in his antithesin esse, quae superioribus opponatur; Foës. hanc etiam Latine expressit; sed facilior et lenior correctio visa est δέ pro τε scribere. Σωτηρίως ex Edd. antt. et cod. Par. A. recte revocavit Littréus pro erroneo σωτηρίας.

396. Cf. Progn. § 33. Ἀποστασίων est Opsopoei correctio pro προφασίων, quod Edd. antiquae et cod. A. et D. Parr. habent, recepta ab editoribus ceteris. Ante οὔρου iidem libri scripti et editi τοῦ omittunt.

397. Interpretes dudum viderunt ἀσφαλέστεραι in fine sine negatione positum, ut libri ferunt, non esse probam lectionem. Collato Aph. 11. VII. excogitarunt χαλεπώτεραι; equidem faciliorem emendationem esse credidi οὐκ inserere; sic Coaca 399. οὐκ ἀλυσιτελής.

399. Cf. Progn. § 24.

400. Quod ad loci scriptionem haec moneo: πρὸς τὴν διάτασιν in πρὸς τὴν διάστασιν mutarunt Lind. eumque secutus Mackius; sed minus recte. Equidem πρὸς τὴν διάτασιν accipio de loco quo usque pulmo extenditur; διάστασις quid hic significare deberet, non satis perspicio. De meo

©BIUM

οἷσι δὲ πρὸς ἄμφω τὰς κληῖδας ὁ πόνος γίγνεται, αἱ ἄνω πτέρυγες τοῦ πνεύμονος ἄμφω νοσέουσι· οἷσι δὲ κατὰ μέσην τὴν πλευρὴν, ἡ μέση· οἷσι δὲ πρὸς τὴν διάτασιν, ἡ κάτω· οἷσι δὲ πᾶν τὸ ἓν μέρος πονέει, πάντα τὰ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος νοσέει. Ἢν μὲν οὖν σφόδρα φλεγμήνωσι αἱ ἀορταὶ, ὥστε προσκαθῆσθαι πρὸς τὸ πλευρὸν, παραλύονται τὰ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τοῦ σώματος, καὶ πελιώματα περὶ τὴν πλευρὴν ἔξω γίγνεται· τούτους δὲ ἐκάλεον οἱ ἀρχαῖοι βλητούς· ἢν δὲ μὴ σφόδρα φλεγμήνωσι, ὥστε μὴ προσκαθῆσθαι, ἀλγηδὼν μὲν γίγνεται παρ' ὅλον, οὐ μὴν παραλύονταί γε, οὐδὲ πελιώματα ἴσχουσι.

υα'. Οἷσι δ' ἅπας ὁ πνεύμων φλεγμήνῃ μετὰ τῆς καρδίης, ὥστε καὶ προσπεσεῖν πρὸς τὴν πλευρὴν, παραλύεται πᾶς ὁ νοσέων καὶ κεῖται ψυχρὸς ἀναίσθητος· θνήσκει δὲ δευτεραῖος ἢ τριταῖος· ἢν δὲ καὶ χωρὶς τῆς καρδίης ξυμβῇ καὶ ἧσσον, πλείονα χρόνον ζῶσι, ἔνιοι δὲ καὶ διασώζονται.

υβ'. Τοῖσι ἐμπύοις γενομένοισι, μάλιστα δὲ ἐκ πλευριτικοῦ καὶ περιπνευμονικοῦ, θέρμαι παρακολουθοῦσι, τὴν μὲν ἡμέρην λεπταὶ, τὴν δὲ νύκτα ξυντονώτεραι, καὶ πτύουσι οὐδὲν ἄξιον λόγου, ἱδροῦσί τε περὶ τράχηλον καὶ κληῖδα καὶ τοὺς μὲν ὀφθαλμοὺς κοιλαίνονται, τὰς δὲ γνάθους ἐρεύθονται, χειρῶν δὲ θερμαίνονται μὲν δακτύλους ἄκρους καὶ τραχύνονται, γρυποῦνται δὲ ὄνυχας καὶ καταψύχονται, περί τε τοὺς πόδας ἐπάρματα ἴσχουσι καὶ κατὰ τὸ σῶμα φλυκταινίδια, σίτων τε ἀφίστανται. Τὰ μὲν οὖν χρονίζοντα τῶν ἐμπυημάτων ἴσχει τὰ σημεῖα ταῦτα. Τὰ δὲ ξυντόμως ῥηγνύμενα σημειοῦσθαι τούquibus vero ad ambas claviculas dolor extenditur, ambae superiores pulmonis alae laborant; quibus ad mediam costam, media; quibus vero ad quam partem pulmo extenditur dolor permeat, inferna ala laborat; quibus una tota pars laborat, quae ei parti respondent omnia aegrotant. Si quidem igitur suspensae utrinque pulmonis partes *aortae* dictae, tanta inflammatione tententur, ut ad latus adhaereant, illa corporis parte resolutionem sentiunt, et ad costam livores foris fiunt, quos veteres *ictos* aut *sidere percussos* vocabant. Quodsi tanta non est inflammatio, ut adhaereant, dolor quidem totum occupat, neque tamen resolutionem sentiunt, neque livores habent.

401. Quibus autem una cum corde pulmo totus inflammatur, ita ut in latus incumbat, ii toto corpore nervorum resolutionem sentiunt et sine sensu iacet aeger frigidus, secundo autem aut tertio die interit. Quodsi contingat ut cor, aut tale nihil quidquam, aut etiam minus patiatur, diutius vivunt, nonnulli vero etiam servantur.

402. Ex lateris morbo praecipue aut pulmonis inflammatione purulentos, calores interdiu quidem tenues, noctu vero intensiores consequuntur, neque quidquam effatu dignum exspuunt, circa cervicem ac claviculam sudores occupant, oculi cavantur, malae vero rubent, digiti quidem manuum summi calent et scabri redduntur, ungues autem unci fiunt et perfrigescunt, in pedibus tumores et pustulas toto corpore habent ac cibos refugiunt. Atque hae sunt diuturnarum vomicarum notae. Quae vero celerem eruptionem habent, tum ex notis, quae ad eas consequuntur, comprehenduntur, tum etiam ex doloribus, qui circa initia fiunt, si-

πάντα τὰ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος scripsi, ceteris τό omittentibus. Ceterum φλεγμήνωσι pro vulgato φλεγμαίνωσι bis exhibui Lindanum secutus, quem contulisse credo initium Coacae 401. οἷσι δ' ἅπας ὁ πλεύμων φλεγμήνῃ κ. τ. λ. Cum Lindano etiam παραλύονται τὰ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τοῦ σώματος scripsi pro παραλύονται τὸ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τ. σ.; emendatio est verissima. — Ceterum maximopere advertit locus: τούτους δὲ ἐκάλεον οἱ ἀρχαῖοι βλητούς. Conferendus est cum § 17. libri de victu acutorum et patebit vix fieri posse quin hic locus et pars germana libri laudati uni eidemque auctori, i. e. Hippocrati ipsi debeantur.

401. Hic locus proxime cum superiore cohaeret et cum eo coniungi posset. In loci lectione delevi ὁ νοσέων, quod pone κεῖται iterum inepte inferebatur otiose a librariis repetitum.

402. Ad verba ἴσχει τὰ σημεῖα ταῦτα. Τὰ δὲ συντόμως ῥηγνύμενα κ. τ. λ. Littréus monet de varr. lectt. et demonstrat ταῦτα additum esse ab Opsopoeo. Cum Littréo illam emendationem amplector: Lindani et Mackii ἴσχει τάδε σημεῖα· τὰ δὲ κ. τ. λ. deterius est, quum certe τάδε τὰ σημεῖα requireretur. Sed possit quis τά in codd. lectione

©BIUM

των τε τοῖσι ἐπιγενομένοισι καὶ τοῖσι ἐν ἀρχῇ πόνοισι, ἅμα δὲ καὶ ἤν τι δυσπνοώτερος γένηται· ῥήγνυται δὲ τὰ πλεῖστα τῶν ἐμπυημάτων, τὰ μὲν εἰκοσταῖα, τὰ δὲ τριακοσταῖα, τὰ δὲ τεσσαρακοσταῖα, τὰ δὲ πρὸς τὰς ἑξήκοντα. Οἷσι μὲν οὖν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇ ἔγκειται ξύντονος καὶ δύσπνοια καὶ βὴξ μετὰ πτυαλισμοῦ, πρὸς τὰς εἴκοσι ἢ ξυντομώτερον προσδέχου τὴν ῥῆξιν· οἷσι δὲ ἐλαφρότερα ταῦτά ἐστι, κατὰ λόγον. προγενέσθαι δὲ ἀνάγκη καὶ πόνον καὶ δύσπνοιαν καὶ πτυαλισμὸν πρὸ τῆς ῥήξιος. Λογίζεσθαι δὲ τὸν χρόνον, ἀφ' οὗ πρῶτον ἤλγησε, ἢ ἐβαρύνθη, ἢ ἐπύρεξε, ἢ εἴ ποτε ῥῖγος ἔλαβε. Οἷσι μὲν οὖν ὅ τε πυρετὸς εὐθέως ἀπογίγνεται μετὰ τὴν ῥῆξιν καὶ σιτίων ἐπιθυμέουσι καὶ τὸ πῦον ἀνάγεται ῥηϊδίως λευκὸν ἐὸν καὶ ἄνοσμον καὶ λεῖον καὶ ὁμόχροον καὶ ἀφλέγματον, κοιλίη τε μικρὰ ξυνεστηκότα ὑποχωρέει, ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ σώζονται ξυντόμως. Οἷσι δὲ πυρετοί τε παρακολουθοῦσι καὶ δίψα καὶ ἀποσιτίη καὶ τὸ πῦον πέλιον ἢ χλωρὸν ἢ φλεγματῶδες ἢ ἀφρῶδες, κοιλίη τε ἐφυγραίνεται, τελευτῶσι. Οἷσι δὲ τὰ μὲν ἐπιγίγνεται ἐκ τῶν προειρημένων, τὰ δὲ μὴ, τούτων οἱ μὲν ἀποθνήσκουσι, οἱ δὲ πολλῷ χρόνῳ σώζονται.

υγ'. Οἱ δὲ μέλλοντες ἔμπυοι γίγνεσθαι πτύουσι τὸ μὲν πρῶτον ἁλμυρὸν, εἶτα γλυκύτερον.

υδ'. Οἷσι δ' ἐν πνεύμονι φύματα γίγνεται, τὸ πῦον ἀνάγουσι ἐς τεσσαράκοντα ἡμέρας μετὰ τὴν ῥῆξιν· ταύτας δὲ ὑπερβάλλοντες ὡς τὰ πολλὰ φθισικοὶ γίγνονται.

υε'. Ἐπὶ πλευροῦ ἀλγήματι στάξις ἀπὸ ῥινῶν αἵματος, κακόν.

mulque si spiritus aliquanto maiore cum difficultate trahitur. Rumpuntur autem magna ex parte suppurationes partim quidem vigesimo die partim trigesimo, partim quadragesimo, partim etiam sexagesimo. Quibus igitur inter initia intensus dolor instat, nec non spirandi difficultas, et tussis cum frequenti sputatione, circa vigesimum diem aut celerius ruptio exspectanda est. Quibus autem leviora haec insunt, pro ratione serior eruptio futura est. Sed et dolorem et spirandi difficultatem ac crebram spirationem eruptionem ipsam praecedere necesse est. Temporis autem ratio ineunda est, ex quo primum quis dolorem aut gravitatem sensit, aut febricitavit aliquis, aut si quando rigor prehendit. Ut plurimum igitur brevi servantur, quos febris statim atque eruptio facta est dimittit et cibos appetunt et quibus pus facile ducitur album, odoris expers, laeve, eiusdemque coloris, sine pituita, ac alvus exigua et coacta reddit. At vero ii moriuntur, quos febres consequuntur et sitis et cibi fastidium, si pus lividum, aut ex pallido virescens, aut pituitosum, aut spumans, ac insuper si alvus est liquida. Quibus autem ex praedictis partim quaedam adsunt partim vero absunt, hi quidem moriuntur, illi vero post longa temporum intervalla sani evadunt.

403. Qui pus intro collecturi sunt, iis primum quidem salsuginosum sputum exspuitur, deinde dulcius.

404. Quibus tubercula in pulmone oriuntur, ii pus intra dies quadraginta, ex quo fit ruptio, exspuunt, quos si superent, ut plurimum tabidi fiunt.

405. In dolore lateris, sanguinis e naribus stillatio malo est.

demonstrative accipere velle: obsunt alii loci in Coacis vicinis, ubi τοῦτο τὸ μέρος v. c. legimus. Porro in verbis ῥήγνυται δὲ . . . τὰ μὲν εἰκοσταῖα, τὰ δὲ τριακοσταῖα, τὰ δὲ τεσσαρακοσταῖα κ. τ. λ. ex Holleri emendatione recepi τὰ δὲ τριακοσταῖα, quod in mss. et plerisque Edd. deest, additur vero a Lindano: nimirum locus Prognostici, § 28. initio, docet in Coaca librariorum incuria numerum excidisse. Paulo post loco, ubi in vulg. legimus: λογίζεσθαι δὲ τὸν χρόνον ἀφ' οὗ πρῶτον ἤλγησε, ἢ ἐβαρύνθη, ἢ ἐπύρεξε, ἢ εἴ ποτε ῥῖγος ἔλαβε, — Littréus dedit εἰ ἐβαρύνθη, εἰ ἐπύρεξε de coniectura, ad Prognostici locum haec accommodans et ad Galeni locum in comm. ad Progn. provocans. Ego in vulgata nihil omnino mutandum censeo. — Denique moneo me verba προγίνεσθαι δὲ ἀνάγκη — πρὸ τῆς ῥήξεως, quemadmodum Foës. in versione fecit, transtulisse pone verba οἷσι δὲ ἐλαφρότερα ταῦτα κατὰ λόγον. Legebantur olim pone εἴ ποτε ῥῖγος ἔλαβε; sed locum unicum, quem occupare debent, Foës. recte indicavit.

404. Cf. Coaca 389. Aph. V. 15.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 229 sur 880

©BIUM

υς'. Οἷσι ἐμπύοισι ἐπιεικέστερον ἔχουσι δυσωδίαι τῶν πτυσμάτων παρακολουθοῦσι, τούτους ὑποτροπὴ κτείνει.

406. Purulentos moderatius habentes, si sputa graveolentia consequantur, recidiva interimit.

υζ'. Οἱ ἐν πλευριτικοῖσι ἀναπτύοντες πυώδεα, ὑπόχολα, στρογγύλα, ἢ πυώδεα ὕφαιμα, προελκλυβότος χρόνου, ὀλέθριοι· ὀλέθριοι δὲ καὶ οἱ τὰ μέλανα λιγνυώδεα πτύοντες.

407. Qui in morbo laterali sputa reiiciunt purulenta, aliquantulum biliosa, rotunda, aut purulenta aliquantulum cruenta, iis temporis progressu periculum creatur. Perniciem denunciant etiam sputa nigra, fuliginosa.

υη'. Ὅσοι αἷμα ἀφρῶδες πτύουσι, πονέοντες ὑποχόνδριον δεξιὸν, ἀπὸ τοῦ ἥπατος πτύουσι καὶ οἱ πολλοὶ ἀπόλλυνται.

408. Qui spumantem sanguinem spuitione reiiciunt cum praecordiorum dextrorum dolore, iis ex iocinore prodit et plerumque pereunt.

υθ'. Οἷσι καιομένοισι πῦον βορβορῶδες ἔρχεται καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται ὡς τὰ πολλά.

409. Quibus si urantur pus lutulentum et graveolens prodit, ut plurimum moriuntur.

υι'. υια'. Οἷσι ἀπὸ τοῦ πύου ἡ μήλη χρωματίζεται καθάπερ ἀπὸ πυρὸς, ἀπόλλυνται ὡς τὰ πολλά. μετὰ πλευροῦ ἀλγήματος, μὴ πλευριτικοῦ δὲ, καὶ ταραχωδέων λεπτῶν ἐπιεικῶς οὗτοι φρενιτικοὶ ἀποβαίνουσι.

410. 411. Quibus specillum a pure, velut ab igne coloratur, ii fere moriuntur. Cum lateris dolore, qui non sit a pleuritide, et alvo turbulenta liquida hos phreniticos fieri exspectandum est.

υιβ'. Ἐν τοῖσι κατὰ πνεύμονα αἱ λίην ἐξέρυθροι ἀποστάξιες, πονηρόν.

412. In pulmonum vitiis supra modum rubrae sanguinis stillae malum denunciant.

υιγ'. Μετὰ βράγχου πτύελα γλίσχρα, ἁλμυρώδεα, κακόν· ἢν δέ τι καὶ ἐπαίρηται κατὰ τὸ στῆθος, κακόν· τὰ ἐς τράχηλον ἀλγήματα, τούτων ἰσχνανθέντων, ὀλέθριον.

413. Sputa viscida, salsuginosa cum raucitate malo sunt. Quodsi ad haec aliquid etiam in pectore sublatum sit, malum significat. In his extenuatis cervicis dolores perniciem denotant.

υιδ'. Βράγχος μετὰ βηχὸς καὶ κοιλίης ὑγρῆς, πῦον ἀνάγει.

414. Raucitas cum tussi et alvo liquida pus educit.

υιε'. Οἷσι ἐν περιπνευμονίῃ οὖρα παχέα ἐν ἀρχῇ, εἶτα πρὸ τῆς τετράδος λεπτύνεται, θανάσιμον.

415. In pulmonis inflammatione quibus circa initia urinae crassae sunt, deinde ante quartum diem tenues evadunt, mors impendet.

υις'. υιζ'. Οἱ ἐν ξηροῖσι περιπνευμονικοῖσι ὀλίγα πέπονα ἀνάγοντες, φοβεροί. τὰ ἐν τοῖσι στήθεσι ἐρυθήματα ὑποπλάτεα γίγνεται τοῖς τοιούτοισι ὀλέθρια.

416. 417. In pulmonis inflammationibus siccis iis, qui pauca concocta educunt, metuere oportet. His aliquantulum extenti in pectoribus rubores fiunt et perniciosi sunt.

υιη'. Πλευροῦ ἀλγήματος ἐπὶ πτύσι χο-

418. Lateris dolor cum bilioso sputo praeter

407. In fine huius praesagii pone *μέλανα λιγνυώδεα πτύοντες* sequitur in vulg. *ἢ οἷσιν ἀπὸ οἴνου μέλανος γίνεται πτύσματα*. De meo iam correxeram *ἢ οἷα ἀπὸ οἴνου κ. τ. λ.* cum videbam emendationem iam tentavisse et recepisse Opsop., Lind., Mack., Littréum, ita ut scriberent *οἷσι* [*οἷον*] *ἀπὸ οἴνου κ. τ. λ.* — Me iudice errant; non excidit *οἷον* sed *οἷα* in *οἷσι* mutatum est et totum illud *ἢ οἷα ἀπὸ οἴνου μέλανος γίνεται πτύσματα* est glossema, quo quis *τὰ μέλανα λιγνυώδεα* illustrare voluit, quae perfamiliaris in his libris dictio.

408. Cf. Coaca 450.

409. *Οἷσι καιομένοισι* cod. Par. A. lectio est a Littréo recepta; vulgata *σεισμένοισι* ferebat. Lind. dedit *τεμνομένοισι*; et vulgata quin corrupta sit, nullus dubito, sed cum Littréo praefero cod. A. lect. prae emendatione Lindani.

410. 411. Coaca 411., quae incipit in Edd. et libris scriptis verbis *μετὰ πλευροῦ ἀλγήματος*, non potest intelligi, nisi coniungatur cum 410. Non dubito, quin *ἐπιεικῶς* legere oporteat, pro vulgato *ἐπιεικῶν*.

413. Difficile est de eiusmodi sententia iudicium ferre, quum non certo constet, quem morbum respiciat. Quod ad lectionem loci, ante *στῆθος* articulum de meo adposui, et pone *στῆθος*; delevi *ἐπὶ τούτοισι*, quod additamentum ineptum est recentiorum.

416. 417. Littréus has sententias, quarum altera incipere solet verbis *τὰ ἐν τοῖσι στήθεσι*, in unam coniunxit. Consentio.

418. Librorum lectio haec est: *πλευροῦ ἄλγημα* (*ἄλγη-*

©BIUM

λώδεϊ ἀλόγως ἀφανισθέντος, ἐξίστανται.

υιθ'. Οἱ δι' ἐμπύησιν πυρετοὶ διαλείποντες ἐφιδροῦντες οἱ πολλοί εἰσι.

υκ'. Τοῖσι ἐμπύοισι κώφωσις γενομένη αἱματώδεα διαχώρησιν σημαίνει· τούτοισι πρὸς τὴν τελευτὴν μέλανα διαχωρέει.

υκα'. Πλευροῦ ἄλγημα μετὰ πυρετοῦ χρονίου σημαίνει πῦον ἀνάξειν.

υκβ'. Οἱ φρικώδεες πυκνὰ ἐς ἐμπύησιν ἔρχονται· ἀτὰρ καὶ πυρετὸς ἄγει ἐς ἐμπύησιν.

υκγ'. Οἵσι ἐκ πλευροῦ ἀλγήματος ἀσιτίαι παρακολουθοῦσι, ὑπό τι καρδιαλγικοὶ, ἱδρώδεες, ἀνθηροὶ, κοιλίης ὑγροτέρης ἐούσης, ἐμπυήματα κατὰ πνεύμονα ἴσχουσι.

υκδ'. Τὰ ὀρθοπνοϊκὰ ποιέει ὑδρωπιώδεα ξηρά.

υκε'. υκς'. Τὰ σπάσματα μὲν πάντα ὀχληρὰ γίγνεται καὶ πόνους τε ἐν ἀρχῇ ξυντόνους παρέχει, καὶ ἐξ ὑστέρου ἐνίους ὑπομιμνήσκει· δυσκολώτατα δὲ τὰ περὶ θώρηκα· μάλιστα δὲ κινδυνεύουσι, οἵσι ἔμετος αἵματος, πυρετὸς πολὺς καὶ πόνος περὶ μαζὸν καὶ θώρηκα καὶ μετάφρενον· οἵσι γὰρ γίγνεται πάντα ταῦτα, ξυντόμως θνήσκουσι· οἵσι δὲ μὴ πάντα, μηδὲ σφόδρα, βραδύτερον· φλεγ-

rationem evanescens aegrum in vehementem et furiosam mentis emotionem agit.

419. Febres, quae ob puris intro collectionem oriuntur, fere intermittunt, et in his magna ex parte aegri tenuibus sudoribus diffluunt.

420. Surditas pus intro colligentibus suborta, sanguinolentam deiectionem denunciat. His sub mortem nigra egeruntur.

421. Lateris dolor cum diuturna febre, puris eductionem fore denotat.

422. Qui frequenter horrore prehenduntur ad suppurationem deveniunt. Sed febris quoque ad suppurationem ducit.

423. Quos ex lateris dolore cibi fastidia comitantur, quibusque os ventriculi aliquantum dolet, quique sudoribus diffluunt, facie rubent, hi si alvus est liquidior, pus in pulmonibus collectum habent.

424. Spirationes, quae non nisi erecta cervice ducuntur, faciunt hydropem siecum.

425. 426. Divulsa omnia quidem molestiam exhibent et intensos dolores circa initia creant, ac temporis spatio interposito quibusdam sui sensum in memoriam suggerunt. Gravissima autem sunt, quae circa thoracem fiunt. Praecipue vero in periculum adducuntur qui sanguinem evomunt cum febre multa, dolore ad mammam, thoracem et dorsum. Quibus enim insunt haec omnia, ii brevi moriuntur, quibus autem

μα omittitur in codd. Parr. A. D. et Edd. Ald. et Bas.; Opsopoeus restituit) ἐν πτύσει χολώδει ἀλόγως ἀφανισθὲν, ἐξίσταται (ἐξίστανται iidem libb. Parr. A. D. et Edd. Ald. et Bas.). — Postremum hoc ἐξίστανται in optimo cod. ceterisque emendationi, quam exhibui, auctoritatem facit, ἐπί dedi pro ἐν e Prorrh: 97.

422. Cf. Coaca 16. Legebatur ἀτὰρ καὶ πυρετὸς τὸν τοιοῦτον ἄγει ἐς ἐμπύησιν, in quibus τὸν τοιοῦτον insititium est.

423. Scriptura solita in libris haec est: οἵσιν ἐκ πλευροῦ ἀλγήματος ἀσιτίαι παρακολουθοῦσι, ὑπό τι καρδιαλγικοὶ, ἱδρώδεες, ἔχοντες (ἔχοντος Edd. antt. et libb. Parr. A. D., unde dedit Littréus) δὲ προσώπου ἄνθη καὶ κοιλίης ὑγροτέρης, ἐκπυήματα κατὰ πλεύμονα ἴσχουσι. Manifesto vitia insunt; nam sive ἔχοντος, sive ἔχοντες legas, sequente καὶ κοιλίης ὑγροτέρης sententia claudicat. Tum vero ἔχοντες miro modo infertur, quum ἴσχουσι in fine habeatur. Quin longe maxime ridicula est dictio προσώπου ἄνθη ἔχειν, quippe qui eo sunt faciei colore ἀνθηροί dicuntur. Non dubito quin recentiori manui bellam illam dictionem debeamus. Hinc intelligetur mea emendatio loci. Pone ὑγροτέρης adscripsi ἐούσης, ut orationis facilitati prospiceretur. Etiam ἐμπυήματα de meo dedi pro vulgato ἐκπυήματα, quin forte singulari numero ἐμπύημα praestat.

424. Legebatur ὑδρωπιώδεα σκληρά, pro quo reposui ξηρά cf. Coaca 304. 458. Opsopoeus idem voluit, Foës. et in adnn. et in Oecon. contra codd. fidem ξηρά legere non audet, licet non probet alterum. Quae affert exempla locorum, in quibus σκληρόν pro ξηρόν ponatur, huc non multum faciunt; δέρμα σκληρόν dici potuit, sed non ὑδρωπιῶδες σκληρόν. — Plus huc facere videtur locus e lib. II. de morbis, ubi βῆξ ἴσχει σκληρή p. 92. vol. VII. Littréo; sed vereor ne ibi quoque errore aliquo σκληρή pro ξηρή sit scriptum. Littréus vulgatum σκληρόν vertit: „produit des hydropisies avec duretés." Sed non licet ita interpretari ὑδρωπιώδεα σκληρά. Vix verum etiam quod dein dicit: „ajoutez encore que la phrase est amphibologique et qu'on ne sait lequel de ὀρθοπνοϊκά ou de ὑδρωπιώδεα est le sujêt de ποιέει." Auctor quin id indicare voluerit, quod vertendo interpretes exprimere solent, nullus dubito; itaque ista ambiguitas non multum nos vexabit.

425. 426. Recte Littréus, Lindanum et Mackium secutus in unam coniunxit has sententias; olim verbis οἵσι ἔμετος

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 231 sur 880

©BIUM

μαίνει δὲ τὸ μακρότατον ἡμέρας τεσσαρεσκαίδεκα.

υκζ'. Τοῖσι αἷμα πτύουσι ἀπυρέτοισι εἶναι ξυμφέρει, καὶ βήσσειν καὶ πονέειν ἐλαφρῶς καὶ τὸ πτύαλον λεπτύνεσθαι πρὸς τὰς δὶς ἑπτά· πυρέσσειν δὲ καὶ βήσσειν καὶ πονέειν ξυντόνως καὶ αἷμα πρόσφατον αἰεὶ πτύειν, ἀξύμφορον.

υκη'. Ὅσοισι τὸ πλευρὸν μετέωρον καὶ θερμότερον, ὅταν ἐγκεκλιμένοισι ἐπὶ θάτερον βάρος ἐξηρτῆσθαι δοκέῃ, τούτοισι τὸ πῦον ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρεός ἐστι.

υκθ'. Τοῖσι ἐμπύοισι τὸν πνεύμονα κατὰ κοιλίην πῦον ὑποχωρέειν θανάσιμον.

υλ'. Ὅσοι τρωθέντες ἐς τὸν θώρηκα τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ τρώματος ὑγιάσθησαν, τὸ δ' ἐντὸς μὴ, κινδυνεύουσι ἔμπυοι γενέσθαι· ὅσοις δ' ἂν ἀσθενὴς ἔνδοθεν ἡ οὐλὴ γένηται, ῥηϊδίως ἀναρρήγνυται.

υλα'. Ἀπόλλυνται δὲ ἐκ μὲν τῶν περιπνευμονικῶν ἐμπυημάτων οἱ γεραίτεροι μᾶλλον· ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν οἱ νεώτεροι.

υλβ'. Τῶν ἐμπύων οἷσι σειομένοισι ἀπὸ τῶν ὤμων πολὺς γίγνεται ψόφος, ἔλασσον ἔχουσι πῦον, ἢ οἷσι ὀλίγος δυσπνοωτέροισί ἐοῦσι καὶ εὐχροωτέροισι· Οἷσι δὲ ψόφος μὲν μηδὲ εἷς ἐγγίγνεται, δύσπνοια δὲ ἰσχυρὴ καὶ ὄνυχες πέλιοι, πληρέες οὗτοί εἰσι πύου καὶ ὀλέθριοι.

υλγ'. Ὅσοι ἀφρῶδες αἷμα ἐμέουσι, πόνου μὴ ἐόντος κάτω τοῦ διαφράγματος, ἀπὸ τοῦ πνεύμονος ἐμέουσι· καὶ οἷσι μὲν ἡ μεγάλη φλὲψ ἐν αὐτῷ ῥήγνυται, πολύ τε ἐμέουσι καί εἰσι ἐπικίνδυνοι· οἷσι δὲ ἡ ἐλάσσων, ἔλασσόν τε ἀνάγουσι καὶ εἰσὶ ἀσφαλέστεροι.

υλδ'. Τῶν φθισικῶν οἷσι ἐπὶ τοῦ πυρὸς

non omnia, neque intensa adsunt, tardius. Ad summum autem dies quatuordecim inflammantur.

427. Sanguinem spuitione reiicientibus sine febre esse conducit, ac tussi ac dolore leviter conflictari, sputumque ad dies quatuordecim tenuari. Intense autem febricitare ac tussire, aut dolere, sanguinemque recentem semper spuere minime conducit.

428. Quibus latus in tumorem sublatum est ac calidius exsistit, ubi in alterum latus incumbentibus pondus quoddam suspensum esse videtur, iis pus in una illa parte collectum est.

429. In pulmone pus colligentibus per alvum pus secedere mortiferum.

430. Vulnere in thoracem accepto si quidem externa vulneris pars sanitatem receperit, interna vero nequaquam, suppurationis periculum impendet. Quibus autem interni vulneris cicatrix debilis effecta est, facile denuo rumpitur.

431. At sane ex suppurationibus, quas pulmonum morbi excitarunt, fere senes moriuntur, e ceteris vero iuniores.

432. Quibus purulentis ab humeris concussis, multus editur strepitus, ii minus habent puris, quam quibus parvus cum difficiliore spiratione et rubicundiore faciei colore. Quibus vero nullus intus fit strepitus, difficultas tamen spirandi vehemens adest et livescunt ungues, ii pure pleni sunt et perniciose habent.

433. Qui spumantem sanguinem evomunt, partibus infra septum transversum dolorem nequaquam sentientibus, iis ex pulmone vomitio fit. Ac quibus quidem insignis in eo venae ruptio fit, copiosus vomitione reiicitur periculumque imminet. Quibus vero minor, minus reiiciunt et maiorem sanitatem remittunt.

434. Tabidi quorum sputum igni impositum

novam inchoabant sententiam. In loci scripturam Littréus φλεγμαίνει introduxit e mss. Parr. A. D. et Edd. antt. pro vulgato φλεγμαίνουσι.

427. Duretus παχύνεσθαι pro λεπτύνεσθαι de suo dedit; itemque Lind., Mack. Hos non secutus est Littréus, neque ego sequi velim: aliud quid est in catarrhis versus crisin sputa e tenuibus crassiora fieri post sanguinis sputationem; est hoc enim ita λεπτύνεσθαι ut simul copia sensim magis decrescat. — Hippocratis ipsius orationem audire mihi videor h. l. — Vulgo πυρετοῖς εἶναι, sed ι dativi ante ει periit.

428. Cf. Progn. § 29. ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρεος demonstrative dictum puto pro ἐκ τούτου τοῦ ἑνὸς μέρεος.

432. Ὀλίγος pro vulgato ὀλίγον verissima Cornarii est emendatio Opsopoeo, Lindano, Littréo probata. Consentio omnino cum Littréo de repudianda Lindani coniectura εὐπνοωτέροισι pro δυσπνοωτέροισι legentis; est hic gravis error.

433. Cf. Aph. V. 13.

434. Cf. Aph. V. 11. Lib. de morbis II. § 49. Littréo.

©BIUM

ὄζει τὸ πτύαλον κνίσσης βαρὺ καὶ αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσι, ἀπόλλυνται.

υλε'. Τῶν φθισικῶν οἵσι ἐπὶ θάλασσαν πτύουσι ἐς τὸν πυθμένα βαδίζει τὸ πῦον, ὀλέθριον ξυντόμως· ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ ἡ θάλασσα.

υλς'. Ὅσοισι τῶν φθισικῶν αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσι, ὑπὸ διαρροίης ἔχονται· καὶ ὅσοισι φθισικοῖσι ἐπιγίγνονται διάρροιαι, ἀπόλλυνται.

υλζ'. Αἱ ἐν φθινώδεσι ἐπισχέσιες πτυάλων ἐξιστᾶσι λῃρωδῶς· αἱμορροΐδα τούτοισι ἐλπὶς ἐπιφανῆναι.

υλη'. Φθίσιες ἐπικινδυνόταται αἵ τε ἀπὸ ῥήξιος φλεβῶν τῶν παχειῶν καὶ ἀπὸ καταρροῦ τοῦ ἀπὸ κεφαλῆς.

υλθ'. Τῶν δὲ ἡλικιῶν ἐπικινδυνόταται πρὸς φθίσιν ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτέων μέχρι πέντε καὶ τριήκοντα.

υμ'. Τὰ κνησμώδεα μετὰ κοιλίης στάσιν ἐν φθισικοῖσι, κακόν.

υμα'. Ἐπὶ τῇσι φθινώδεσι ἕξεσι μετὰ πυρετοῦ ἐς οὖλα καὶ ὀδόντας ῥεύματα ἐπιφαινόμενα, κακόν.

υμβ'. υμγ'. * Ἐπὶ πᾶσι ὑποχόνδρια μετέωρα, κακόν· κάκιστον δὲ ἐπὶ τοῖσι φθισικοῖσι τῶν μακρῶν, ἐπὶ τοῖσι τετηκόσι ὀλεθρίοισι ἔνιοι πρὸ τῶν τελευτῶν ἐπιρριγοῦσι.

υμδ'. Τὰ ἀμυχώδεα ἐξανθίσματα φθίσιν ἕξιος σημαίνει.

gravem nidorem redolet et capilli e capite defluunt, moriuntur.

435. Tabidis in aquam marinam exspuentibus si pus fundum petit, celerem perniciem denunciat. Sit autem marina aqua in aeneo vase.

436. Tabidi, si capilli e capite defluunt, alvi profluvio tentantur. Et tabidis si succedant alvi profluvia, moriuntur.

437. Sputorum retentiones in tabescentibus mentem ad delira verba commovent. In his sanguinis profluvium per ora venarum in ano sanguinem fundere solita fore spes est.

438. Tabes maxime periculosae sunt, quae ex ruptione venarum crassarum et ex capitis destillatione contingunt.

439. Tabe maxime periclitantur aetates ab anno decimo octavo ad trigesimum quintum.

440. In tabidis pruriginosa ab alvi suppressione malo sunt.

441. In naturis ad tabem prompte comparatis, si fluxiones ad gingivas et dentes compareant, malum denunciant.

442. 443. *Locus corruptus.* cf. adn.

444. Pustularum eruptiones velut summa cute leviter lacerata aut vellicata, totius habitus ta-

436. Cf. Aph. V. 12. 14. Legebatur ὅσοισι τῶν φθισικῶν αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσι ὑπὸ διαρροίης ἀπόλλυνται· καὶ ὅσοισι φθισικοῖσι ἐπιγίνονται διάρροιαι, θνήσκουσι. In quibus ἀπόλλυνται parallelismo perinepto cohaeret cum θνήσκουσι. Nam progressio hic esse debet; quin ἐπιγίνονται etiam pessime congruit cum antecedente ἀπόλλυνται. Haec causa est, cur locum emendaverim, uti descripsi.

439. Aph. V. 9.

440. Legebatur τὰ κνησμώδεα σώματα. Otiosum σώματα delevi de coniectura.

442. 443. In his verbis τῶν — ἐπιρριγοῦσι omittit cod. Par. D.; adventitia esse notatur in cod. Samb. Mackii. Lind.: ἐπὶ [δὲ] τοῖσι [ἐκ] τῶν μακρῶν τετηκόσι ὀλέθριον· ἔνιοι κ. τ. λ. — Sententia ab aliis divisa est in duas, idque duplici modo; in vulgata secunda sententia incipit verbis ἐπὶ τοῖσι τετηκόσι; — in Edd. antt. et cod. Par. A. verbis τῶν μακρῶν. Littréus sententias in unam coniunxit, sed ita ut inter μακρῶν et ἐπί distinguat; tum etiam ὀλέθριον Lindani recepit pro ὀλεθρίοισι, intactis relictis ceteris. In Ed. Bas. locus asterisco notatur; cum eo vero conferre oportet Coacas 287. et 301. Iam vero animadvertam seqq.: ἐπὶ τοῖσι φθινώδεσι et ἐπὶ τοῖσι τετηκόσι, quae formula etiam occurrit Coaca 634, idem est et vero natum e dittographia ἐπὶ τοῖσι τετηκόσι
φθινώδεσι. Porro ὀλεθρίοισι num revera ad τετηκόσι pertineat, scilicet ita ut τετηκόσι ὀλεθρίοισι pro φθινώδεσι positum fuerit, an vero ὀλέθριον i. q. κάκιστον item in dittographia positum fuerit, non satis certo discerno. Non nego τῶν μακρῶν in Coacis 287. et 301. mihi fere videri additamentum recentius; nec secus hic sentio. Denique verba ἔνιοι πρὸ τῶν τελευτῶν ἐπιρριγέουσι collatis Coacis l. l. huc non pertinere dixerim. Quod ad loci principium, ut eo revertamur, in verbis ἐπὶ πᾶσι ὑποχόνδρια μετέωρα, κακόν aliqua conditio, quae rem magis definiat, requiritur; quin certum puto in ἐπὶ πᾶσι latere ἐπιστάσης et κοιλίης excidisse. Interierunt, puto, ea etiam, quae de alvo liquida in Coacis supra laudatis memorantur: vide adnn. ad Coacam 454.

444. Pro ἐξανθίσματα cod. Par. A. ἐξανθήματα.

©BIUM

υμε'. Οἱ δύσπνοοι ξηρῶς, ἢ πολλὰ ἄπεπτα ἀνάγοντες ἐν φθίσι, ὀλέθριοι.

υμς'. Οἷσι ἡπατικοῖσι πολὺ πτύαλον εἴτε αἱματῶδες ἐνυπόσαπρον, εἴτε χολῶδες ἄκρητον, ὀλέθριον εὐθέως.

υμζ'. Ἡπατικῷ τῆξις ἅμα βράγχῳ, κακόν· ἄλλως τε κἢν ὑποβήσσῃ.

υμη'. Οἱ καθ' ἧπαρ ὀδυνώδεες, καρδιαλγικοὶ, καρώδεες, ῥιγώδεες, κοιλίας ταραχώδεες, λεπτοὶ, ἀπόσιτοι, ἐφιδροῦντες πολλῷ, πυώδεα κατὰ κοιλίην προΐενται.

υμθ'. Τοῖσι ἧπαρ ἐξαπίνης περιωδυνοῦσι πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὴν ὀδύνην.

υν'. Ὅσοι δὲ ἀφρῶδες αἷμα πτύουσι, πονέοντες ὑποχόνδριον δεξιὸν, ἀπὸ τοῦ ἥπατος πτύουσι καὶ θνήσκουσι.

υνα'. Οἷσι ἧπαρ καυθεῖσι οἷον ἀμόργη ἔρχεται, θανάσιμον.

υνβ'. Οἱ δὲ ὕδρωπες οἱ ἐκ τῶν ὀξέων νοσημάτων, ἐπίπονοι γίγνονται καὶ ὀλέθριοι· ἄρχονται δὲ οἱ πλεῖστοι μὲν ἀπὸ τῶν κενεώνων, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἥπατος. Τοῖσι μὲν οὖν ἀπὸ τῶν κενεώνων ἀρχομένοισι οἱ πόδες οἰδέουσι, καὶ διάρροιαι πολυχρόνιοι παρακολουθοῦσι, οὐ λαπάσσουσαι τὴν κοιλίην, οὐδὲ τὰς ὀδύνας λύουσαι τὰς ἐξ ὀσφύος καὶ κενεώνων. Ὅσοις δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος, βῆξαί τε θυμὸς ἐγγίγνεται καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι καὶ ἡ κοιλίη

bem et corruptionem denunciant.

445. Qui in tabe difficultate spirandi laborant nec quidquam exspuunt aut multa incocta spuitione reddunt, perniciose habent.

446. Hepaticis sputum multum sive cruentum intus subputridum, sive sincere biliosum fuerit, statim perniciem denotat.

447. Hepatico colliquatio cum raucedine malum portendit, idque praecipue si cum quadam tussi contingat.

448. Quibus hepar dolet, cum oris ventriculi dolore, sopore, rigore, alvo perturbata, corpore extenuati, a cibis abhorrentes, multo tenui sudore diffluentes, purulentas materies per alvum demittunt.

449. Quibus iecur derepente vehementer dolet, iis febris succedens remedio est.

450. Quicumque spumantem sanguinem exspuunt cum praecordiorum dextrorum dolore, iis ex iecore exspuitur et pereunt.

451. Quibus ex hepatis ustione pus amurcae simile prodit, lethale.

452. Hydrops, qui ex acuto morbo coepit, molestiam ac perniciem affert. Oritur vero fere vel a laterum inanitate, vel et a iecore. Sed ubi a laterum inanitate ortum contraxit, pedum tumor et alvi diuturnus fluor consequitur, qui neque ventrem emollit, neque lumborum aut ilium dolorem solvit. At quibus a iecore hydrops proficiscitur, ii prompte etiam tussi vexantur, pedes intumescunt, et alvus non nisi dura et aegre reddit, tumoresque modo dextra

445. Vulgo οἱ δύσπνοοι ξηρώσει πολλὰ κ. τ. λ.; sed cod. A. Par. ξηρώσῃ habet. Reliquorum emendd. et interpretationes sibi relinquam; verum vidit Littréus ξηρῶς ἢ πολλὰ κ. τ. λ. scribens. Cf. Prorrh. 117. cum adnn. de vulgato ξηρώδεες δύσπνοοι, quod corruptum est e ξηρῶς.

446. Transposui duas voces; legebatur πολὺ πτύαλον αἱματῶδες εἴτε ἐνυπόσαπρον, εἴτε χολῶδες ἄκρητον. Quomodo si scribatur, αἱματῶδες erit genus, cuius species τὸ ἐνυπόσαπρον et τὸ χολῶδες ἄκρητον, quod constare nequit; neque enim sputum esse potest simul αἱματῶδες et χολῶδες ἄκρητον. Itaque inverso ordine εἴτε αἱματῶδες ἐνυπόσαπρον dedi, quo facto omnia bene procedunt. — De ἐνυπόσαπρον num bene habeat, dubitat Schneid. in Lex.; equidem cum Littréo non vitiosum esse credo, accipio autem, quemadmodum accepit Foës.

447. Legebatur initio ἐφ' ἡπατικῷ τῆξις κ. τ. λ., in quibus quid sibi velit praepositio ἐπί non intelligo. Solum ἡπατικῷ sufficit; puto recentioribus illud ἐφ' deberi; itaque eiicio. — Vulgo ἄλλως τε ἢν ὑποβ. Littréus e cod. A. κἢν dedit.

448. Vulgo κοιλίαι ταραχώδεες; de meo κοιλίας ταραχώδεες dedi, quod verborum nexus postulat.

449. Cf. Aph. VI. 40. VII. 52. In fine τὴν ὀδύνην de meo adscripsi.

450. Cf. Coaca 408.

451. Cf. Aph. VII. 45.

452. Cf. Progn. § 15. Vulgata, quam secutus sum, habet ὅσοις δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος, ubi ὅσοι Edd. antt. et libri Parr. A. D. Littréus ὅσοι recepit, quod prorsus displicet, quum proximum βῆξαί τε θυμὸς ἐγγίνεται et seqq. dativum initio periodi necessario ut requiras faciant. In ὅσοις δὲ aposiopesis est, quam expleveris ὅσοις δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος ἄρχονται οἱ ὕδρωπες. — Pro corrupta vulgata βῆξ ἔτ' ἐτύμως cod. Par. A. recte βῆξαί τε θυμός, quod in corruptis illis

©BIUM

σκληρὰ διαδίδωσι καὶ πρὸς ἀνάγκην, οἰδήματά τε περὶ αὐτὴν γίγνεται τὰ μὲν ἐπὶ δεξιὰ, τὰ δ' ἐπ' ἀριστερὰ, καὶ πάλιν καταπαύεται.

υνγ'. Ἐπὶ τοῖσι ξηροῖσι ὑδρωπιώδεσι τὰ στραγγουρικὰ, μοχθηρά· φλαῦρα δὲ καὶ τὰ μικρὰς ὑποστάσιας ἔχοντα.

υνδ'. Τοῖσι ὑδρωπιώδεσι ἐπιλημπτικὰ ἐπιγενόμενα, ὀλέθριον.

υνε'. Ἐν τοῖσι χολώδεσι κοιλίη ταραχώδης, σμικρὰ, πυκνὰ διαδιδοῦσα μυξώδεα, γονοειδέα, πόνον περὶ τὸ ἧτρον ἐμποιέοντα, καὶ οὖρα οὐκ εὐλύτως ἰόντα ἐς ὕδρωπα ἀποτελευτᾷ.

υνς'. Τδεριῶντι πυρετώδεϊ οὖρον μικρὸν καὶ τεταραγμένον, ὀλέθριον.

υνζ'. Ἐπὶ ὑδέρῳ ἀρχομένῳ διάρροια γενομένη ὑδατώδης χωρὶς ἀπεψίης λύει τὸ νόσημα.

υνη'. Τὰ ξηρὰ ὑδρωπιώδεα προσημαίνουσι στρόφοι περὶ τὸ λεπτὸν ἐμπίπτοντες.

υνθ'. Τὰ ἐξ ὑδρωπικῶν ἐπιλημπτικὰ, ὀλέθρια.

υξ'. Ὕδερος πρὸς θεραπείην ἐνδιδοὺς, παλινδρομέων, ἀνέλπιστος.

υξα'. Τοῖσι ὑδρωπιώδεσι κατὰ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγέντος τοῦ ὕδατος, λύσις.

υξβ'. Δυσεντερίη ἀκαίρως ἐπιστᾶσα ἀπόστασιν ἐν πλευροῖσι, ἢ σπλάγχνοισι, ἢ ἐν ἄρθροισι ποιέει. [ἆρα ἡ μὲν χολώδης ἐν ἄρθροῖσι, ἡ δὲ αἱματώδης ἐν πλευροῖσι ἢ σπλάγχνοισι;]

modo sinistra parte ventris oriuntur, ac rursus desinunt.

453. In hydrope sicco urina stillatim effluens malum denunciat. Mala quoque est, quae exigua habet sedimenta.

454. Hydropicis succedentes morbi comitialis offensiones perniciem adferunt.

455. In biliosis alvus perturbata exigua frequenter reddens mucosa, geniturae similia, dolorem circa imum ventrem inferentia, et urinae non facile prodeuntes ad hydropem tendunt.

456. Hydrope laboranti cum febre urina pauca et conturbata perniciem denotat.

457. Hydropis initio alvi fluxus aquosus obortus sine coctionis defectu morbum solvit.

458. Hydropem siccum praenunciant tormina circa intestinum tenue oborta.

459. Ex hydrope morbus comitialis perniciem adfert.

460. Hydrops, qui curationi cessit, ubi recurrit, spem nullam relinquit.

461. Hydropicis si aqua per venas in alvum erumpit morbus solvitur.

462. Intempestive suppressa intestinorum difficultas, abscessum in costis, aut visceribus, aut articulis inducit. [Ac forte biliosa quidem in articulis, sanguinea vero in costis ac visceribus abscessum facit.]

latet. — Denique vulgo οἰδήματά τε καὶ περὶ αὐτήν, in quibus καί abundat, omissnm est a Littréo librorum A. D. et edd. veterum auctoritate.

453. Equidem μοχθηρά de meo dedi pro vulgato μοχθηρόν.

454. Coaca 459. eadem sententia legitur. In fine pone ὀλέθριον in libris mss. et editis leguntur verba: ἀλλήλων τε σημείων μοχθηρῶν· καὶ κοιλίας ἐξυγραίνουσι. Littréus in his σημεῖον μοχθηρόν e cod. Par. A. dedit et contendit verba ita scripta sensum praebere aliquem, sed obscurum et parum fidum: mihi nullum omnino sensum praebere visa sunt. Sed certum est ista huc non pertinere et sordes librariorum esse reiiciendas, adeoque delevi. Vide corruptas Coacas 442. 443.: nempe postremum καὶ κοιλίας καθυγραίνουσι ad finem Coacae 443. pertinet, modo conferantur Coacae 286. 301.; vide adn. ad Coacas 442. 443.

455. Lectio librorum haec est: ἐν τοῖσι χολώδεσι κοιλίη ταραχώδης (cod. Par. A. ταραχώδεσι mutatum alia manu in ταραχώδεα) διαδιδοῦσα σμικρὰ γονώδεα (Lind. dedit γονοειδέα) μυξώδεα καὶ πόνον περὶ ἧτρον ἐμποιέοντα καὶ οὖρα οὐκ εὐλύτως ἰόντα ἐς ὕδρωπα ἀποτελευτᾷ ἐκ τῶν τοιούτων. Locus paululum diverso modo scriptus infra iterum occurrit Coaca 644. Textum refeci ex utriusque loci lectione comparata et coniuncta; in utroque vero ἐκ τῶν τοιούτων abundat et recentiori interpolatori debetur.

457. Χωρὶς ἀπεψίης accipio de ciborum concoctione in ventriculo recte procedente, ita ut ne fiat diarrhoea e ciborum cruditate.

458. Cf. Aph. IV. 11. Inde refeci vulgatum τοῖσι ξηροῖσι ὑδρωπιώδεσι προσημαίνουσι στρόφοι περὶ τὸ λεπτὸν ἐμπίπτοντες, κακόν. Quae quidem sensu cassa indicio sunt, quam leviter κακόν adderent librarii sententiis, quas minime intelligerent et quam temere casus nominum immutarent.

459. Cf. Coaca 454.

460. Vulgo ἀνέλπιστος, sed ἀνέλπιστον Edd. veteres et codd. Parr. A. D. Posterius hoc recepit Littréus; ego praefero vulgatam lect.

461. Cf. Aph. VI. 14. Quid indicetur apertum est, nempe diarrhoea, qua hydrops sanetur: ponit auctor aquam per venas ad intestina deferri, atque inde foras profluere.

462. Quaestiones, quas uncis intercepi, a principe sententia diversum habent auctorem, qui duas species dysenteriae distingueret. Recentior dogmaticus adscripsisse videtur.

©BIUM

υξγ'. Δυσεντερικοῖσι ἔμετος χολώδης ἐν ἀρχῇ κακόν.

υξδ'. Οἷσι ἐκ δυσεντερίης ὀξείης ἐς πυώδεα ἥκει τὸ ὑγρὸν, τὸ ὑφιστάμενον ἔκλευκον ἔσται καὶ πολύ.

υξε'. Τὰ δυσεντεριώδεα ὑπέρυθρα, ἰλυώδεα, λάβρα διαχωρήματα ἐπὶ φλογώδεσι ἐξερύθροισι χρώμασι λυόμενα ἐλπὶς ἐκμανῆναι.

υξς'. Δυσεντερίη σπληνώδεσι μὴ μακρὴ, χρήσιμον, μακρὴ δὲ πονηρόν· ληγούσης γὰρ εἰ ὕδρωπες ἢ λειεντερίαι γίγνονται, θανάσιμον.

υξζ'. [Ἐν λειεντερικοῖσι μετὰ θηρίων ὀδύναι στρόφῳ λυόμεναι τὰ περὶ ἄρθρα μετεωρίζουσι· ἐκ τοιούτων λεπία ἐξέρυθρα φλυκταινούμενα· ἐφιδρώσαντες οὗτοι διαφοινίσσονται οἷα μάστιξι.]

υξη'. Οἱ ἐν λειεντεριώδεσι μακροῖσι ἅμα θηρίοισι στροφώδεες, λυομένων ἐποιδέουσι· τὸ ἐπιρριγοῦν τούτοισι κακόν.

υξθ'. Λειεντερικὰ μετὰ δυσπνοίης καὶ πλευροῦ κνήσιος ἐς φθίσιν ἀποτελευτᾷ.

υο'. Εἰλεώδεσι ἔμετος καὶ κώφωσις, κακόν.

υοα'. Κύστιες δὲ σκληραί τε καὶ ἐπώδυνοι πάντως μὲν κακὸν, κάκιστον δ' ἐν πυρετῷ ξυνεχέϊ· καὶ γὰρ οἱ ἀπ' αὐτέων πόνοι ἱκανοὶ

463. Intestinorum difficultate laborantibus vomitio biliosa circa initia malo est.

464. In gravi intestinorum difficultate, quibus humor ad pus pervenit quod subsidet exalbidum erit et copiosum.

465. *Locus corruptus.*

466. Lienosis difficultas intestinorum non longa, utilis, longa vero mala. Ubi enim desinit, si hydropes aut intestinorum laevitates oriuntur, mortem adferunt.

467. *Locus corruptus.*

468. Longis intestinorum laevitatibus laborantes una cum vermibus intestinalibus, ac torminibus, his solutis intumescunt. His insuper exortus rigor malo est.

469. Intestinorum laevitates cum spirandi difficultate et pectoris morsu ad tabem tendunt.

470. In tenuioris intestini morbo laborantibus vomitio et surditas malo sunt.

471. Vesica dura et graviter dolens omnino quidem mala est. Pessima vero in febre continua; vesicae namque dolores interimendi vim

464. Lectio τὸ δ' ὑγρόν, quae in veteribus edd. et libris Parr. A. D. habetur, librariorum errori debet originem. Iis etiam tribuendum vulgatum ἐφιστάμενον, nam de pure supernatante profecto sermo non est.

465. Locus male habitus; varietas lectionis nullius momenti est. Sed quis quaeso Graece sciens dixerit: ἐλπὶς ἐκμανῆναι τὰ διαχωρήματα δυσεντεριώδεα? Forte legi possit: οἷσι δυσεντεριώδεα, ὑπέρυθρα, ἰλυώδεα, λάβρα διαχωρήματα ἐπὶ φλογώδεϊ χρώματι λύεται, ἐλπὶς ἐκμανῆναι. Cf. Coac. 624.

466. Cf. Aph. VI. 43. 48.

467. Cum hoc loco comparant Coacae 489. verba: οἱ τὰ ἄρθρα φλυκταινούμενοι ἐξερύθροισι ἐπιπολαίοις κ. τ. λ. — Coaca 158. memorantur: τὰ ἐξέρυθρα ἐν ποσὶ κατακαύματα. — Iam vero in nostro praesagio quaero quid sit ὀδύναι στρόφῳ λυόμεναι? Quasi στρόφος ipse non sit dolor! Nempe equidem credo ὀδύναι esse glossam ad στρόφοι adpositam, quae fecit ut στρόφῳ scriberent librarii, et e λυόμενοι efficerent λυόμεναι: itaque forte reponendum στρόφοι λυόμενοι. Illud ἐκ τοιούτων manifesto insititium est et ad similitudinem verborum ex initio Coacae 489. legendum videtur: τὰ περὶ ἄρθρα μετεωρίζουσι ἐπιπολαίοισι ἐξερύθροισι φλυκταινούμενα. Quod ceterum ad τὰ θηρία attinet, non credo id h. l. aliud quid significare quam vermes intestinales. Iam vero solum vitia aliquot scripturae indicare volui. Locus ipse videtur sola litura sanandus, quippe conflatus e principio Coacae 468. et parte Coacae 489.

468. Legebatur: στροφώδεες, ὀδυνώδεες; — sed ὀδυνώδεες glossa est ad στροφώδεες adposita, quam deleo: — λυομένων spectat ad στρόφοι e στροφώδεες repetendum, ni fallor. Num quae de rigore memorantur huc re vera pertineant, quis certo affirmare poterit?

469. Vulgo καὶ πλευροῦ τῇ κνήσει. Alii libri κεινήσει, κεντήσει et cod. Par. A. πλ. τι κεινήσει mutatum a correctore in τῇ κινήσει. Littréus τι arripuit ex hac lect. et καὶ πλευροῦ [εἴ] τι κνήσει edidit. Mihi dativus κνήσει inde ortus videtur, quod librarius μετά eadem notione, qua σύν scribens initio, putaverit se σύν scripsisse adeoque alterum nomen dandi casu protulerit. Ego genitivum κνήσιος revocavi, articulum librariis reddidi.

470. Cf. Aph. VII. 10.

471. Cf. Progn. § 36. Vulgo πάντων; unus liber Par. et Mack. πάντως, quod cum Littréo recepi. Vulgo dein

©BIUM

ἀνελεῖν· καὶ αἱ κοιλίαι τούτοισι οὐ πάνυ διαχωρέουσι. λύει δὲ τούτους οὖρον πυῶδες ἐλβὸν, λευκὴν καὶ λείην ἔχον ὑπόστασιν· μὴ λυομένων δὲ τούτων, μηδὲ τῆς κύστιος λαπασσομένης, ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισι ἐλπὶς ἀπολέσθαι τὸν νοσέοντα· μάλιστα δὲ γίγνεται τοῦτο τοῖσι ἀπὸ ἑπτὰ ἐτέων μέχρι πεντεκαίδεκα.

υοβ'. υογ'. Οἱ λιθιῶντες σχηματισθέντες, ὥστε τὸν λίθον μὴ προσπίπτειν πρὸς τὸν οὐρητῆρα, ῥηϊδίως οὐρέουσι. οἷσι δὲ φῦμα περὶ τὴν κύστιν ἔστι τὸ παρέχον τὴν δυσουρίην, παντοίως σχηματισθέντες ὀχλέονται· λύσις δὲ τούτου γίγνεται, πύου ῥαγέντος.

υοδ'. Οἷσι λανθάνει τὸ οὖρον προπῖπτον καὶ τὸ αἰδοῖον ἑλκοῦται, ἀνέλπιστοι.

υοε'. Ἐπὶ στραγγουρίῃ εἰλεὸς ἐπιγενόμενος ἑβδομαίους ἀπόλλυσι, ἢν μὴ πυρετοῦ ἐπιγενομένου ἀθρόον οὖρον ἔλθῃ.

υος'. Νάρκαι καὶ ἀναισθησίαι γενόμεναι παρὰ τὸ ἔθος ἀποπληκτικῶν ξυμβησομένων σημεῖον.

υοζ'. Ὅσοι ἐκ τρώματος ἀκρατέες γίγνονται τοῦ σώματος, πυρετοῦ μὲν ἐπιγενομένου χωρὶς ῥίγεος, ὑγιάζονται· μὴ γενομένου δὲ, ἀποπληκτικοὶ γίγνονται τὰ δεξιὰ ἢ τὰ ἀριστερά.

υοη'. Ἀποπληκτικοῖσι αἱμορροΐδες ἐπιγενόμεναι, χρήσιμον· ψύξιες δὲ καὶ ναρκώσιες, πονηρόν.

υοθ'. Ἐν τοῖσι ἀποπληκτικοῖσι ἐπὶ τῇ δυσφορίῃ τοῦ πνεύματος ἱδρὼς ἐπιγενόμενος, θανάσιμον· ἐν αὐτοῖσι δὲ πάλιν τούτοισι ἢν πυρετὸς ἐπιγένηται, λύσις.

υπ'. Τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ, λελυμένα

obtinent et alvus his nihil admodum reddit. Solvit autem hos dolores urina purulenta procedens, in qua album et laeve subsidet. Quodsi neque his levati fuerint, neque vesica mollior reddatur, intra primos circuitus fore ut laborans moriatur exspectandum est. Hoc vero pueris a septimo anno ad decimum quintum praecipue contingere solet.

472. 473. Calculo laborantes eo habitu constituti, ut ne in urinariam fistulam calculus illabatur, prompte urinam reddunt. At quibus tuberculum ad vesicam adnascitur, urinae difficultatem adferens, iis quivis corporis habitus negotium facessit, cuius quidem solutio contingit per puris eruptionem.

474. Quibus urina clam procidit et pudendum ulceratur, desperati sunt.

475. Tenuioris intestini morbus urinae stillicidio succedens intra septimum diem interimit, nisi suborta febre urina affatim prodierit.

476. Torpores et stupores praeter consuetudinem evenientes adfuturam siderationem denunciant.

477. Quibus ex vulnere corporis impotentia accidit, ii quidem febre citra rigorem oborta sani evadunt, alioqui dextra aut sinistra parte siderantur.

478. In sideratis succedentes haemorrhoïdes utiles, refrigerationes vero et torpores malum denunciant.

479. In sideratis ex magna spirandi molestia subortus sudor mortem adfert. In his rursus si febris accedat, solutio contingit.

480. Siderationes, quae repente fiunt, si in-

κάκιστον δὲ πυρετῷ συνεχεῖ; — de meo δέ in δ' ἐν mutavi. Item de meo καὶ αἱ κοιλίαι pro καὶ κοιλίαι exhibui; articulus tali loco facillime interire potuit.

472. 473. Has sententias in unam coniunxit Littréus. Vulgo nova incipiebat verbis οἷσι δὲ φῦμα; cf. Aph. IV. 81., ubi similia atque in parte posteriore Coacae 473.

474. In hisce meo marte vulgatum προσπῖπτον in προπῖπτον mutavi et ἑλκοῦται scripsi pro librorum lectione ἕλκονται; sic enim veram loci scripturam restituere mihi visus sum. Lectio Cornarii ab Opsopoeo probata et a Lind. recepta: προσπῖπτον ἐς τὸ αἰδοῖον ἑκλύονται ἀνέλπιστοι sensu sano destituitur. Vel dativus οἷσι docet ἑλκοῦται scriptum fuisse; et προσπῖπτον constare nequit, quum de urinae effluxu nesciis aut invitis aegrotantibus sermo sit.

475. Cf. Aph. VI. 44.

477. Sponte cogitamus vulnus capitis, sed fortasse sententia olim cum aliis ita fuit connexa, ut id ultro appareret.

480. Vid. Prorrh. 82. cum adnotatis. Hic textus codd. fert: τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ λελυμένως ἐπιπυρετήναντα

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 237 sur 880

©BIUM

ἐπιπυρετήναντι, χρόνῳ ὀλέθρια.

υπα'. Οἷσι ἔκ τινος ἀρρωστίης ἐς ὕδερον περιΐσταται, τούτοισι κοιλίαι ξηραὶ σπυραβώδεες ἔρχονται μετὰ περιτήξιος μυξώδεος καὶ οὔρου οὐ καλοῦ· διατάσιές τε περὶ ὑποχόνδρια, καὶ πόνοι καὶ ἐπάρματα περὶ κοιλίην, καὶ πόνοι περὶ κενεῶνας καὶ περὶ τοὺς ῥαχιαίους μύας προσπίπτουσι, πυρετοί τε καὶ δίψαι καὶ βῆχες ξηραὶ παρακολουθοῦσι καὶ δύσπνοια περὶ τὰς κινήσιας καὶ σκελέων βαρύτης, σιτίων τε ἀφεστᾶσι καὶ προσενεγκάμενοι μικρὰ πλησθῦνται.

υπβ'. Τοὺς λευκοφλεγματοῦντας διάρροια παύει.

υπγ'. Ὅσοι ἐκ φόβου μετὰ καταψύξιος ὑπάναυδοι ἐξίστανται, πυρετοὶ μεθ' ἱδρώτων καὶ ὕπνοι ταῦτα λύουσι.

υπδ'. Ἐκ μανίης ἐς βράγχον μετὰ βηχὸς ἀπόστασις.

υπε'. Ἐν τοῖσι μανιώδεσι σπασμὸς προσγενόμενος ἀμαύρωσιν ἴσχει.

υπς'. Αἱ σιγῶσαι ἐκστάσιες οὐχ ἡσυχάζουσι, ὄμμασι περιβλέπουσι, πνεῦμα ἔξω ἀναφέρουσι, ὀλέθριαι. αἱ μετὰ σιγῆς ἀθυμίαι καὶ ἀπανθρωπίαι ἐπιεικῶς αὐτῶν κατεργαστικαί. ποιοῦσι δὲ παραπληκτικὰ χρόνια· ἀτὰρ

super febris accedat solutionis modo, temporis tractu in perniciem tendunt.

481. Quos ex aliqua aegritudine ad hydropem res devenit, iis alvi resiccatae caprinis stercoribus similia deiiciunt cum mucosa eliquatione, neque laudabili urina. Praecordiorum autem distentiones, ventris dolores ac tumores et circa laterum inanitates ac spinae musculos dolores incidunt. Febres quoque, sitis et tusses siccae comitantur et ad motiones spirandi molestia et crurum gravitas. Cibos etiam aversantur, paucisque sumptis explentur.

482. Aquae inter cutem vitio, cui leucophlegmatias nomen est, laborantes, alvi profluvium sedat.

483. Qui e metu cum refrigerio voce paullulum deficiente delirant, in his febres cum sudoribus et somni illa solvunt.

484. Ex insania in raucedinem cum tussi fit secessus.

485. Insanientibus accedens convulsio oculorum aciem retundit.

486, Vehementes mentis emotiones silentes, absque quiete, oculis quoquoversum intuentibus, spiritum efflantibus, perniciem minantur. Animi abiectiones cum silentio et ab hominibus solitudines fere eas efficiunt. Diuturnas

χρόνῳ ὀλέθρια. De modo, quo emendare tentaverim, abunde dictum est ad Prorrh. l.

481. Conf. Coacae 139. 140.: nempe locus ad prognosin non spectat, sed ad nosographiam, quod item fit loco illo de lethargo. De loci scriptura unum quoddam exiguum tantum moneo, nec tamen id contemnendum: ἀφεστᾶσι recepi pro vulgato ἀφιστᾶσι. Cod. Par. A. contractam perfecti formam habet et cod. Par. D. et Edd. veteres. Unice verum est ἀφεστᾶσι, quum transitivum ἀφιστᾶσι hic minime congruat.

482. Cf. Aph. VII. 29. In fine huius praesagii legebantur in libris editis et scriptis omnibus haec: αἱ μετὰ σιγῆς ἀθυμίαι καὶ ἀπανθρωπίαι ἐπιεικῶς αὐτῶν κατεργαστικαί. Nolo de doctis adnn. ad haec verba quidquam dicere; oblivioni sunt tradendae. Verba ipsa vero referemus ad debitum iis locum, i. e. ad mediam Coacam 486.

483. Vulgata lectio est: οἷσι φόβου μετὰ καταψύξιος ἐξίστανται, πυρετοὶ μεθ' ἱδρώτων καὶ ὕπνοι οἱ πάναυδοι ταῦτα λύουσι. In hisce οἷσιν ἐκ φόβου Lind., Mack. ὅσοι ἐκ φόβου Littréus, qui etiam pro πάναυδοι recepit πάννυχοι e textu Lindani. Corn. ὑπάναυδοι ὕπνοι legit: „Sunt," inquit, Foës., „qui pro πάναυδοι νήδυμοι legant, ut sint νήδυμοι ὕπνοι somni profundi et alti." Nego ceterum quod affirmat Foës., obscuratam esse sententiam dictione insolenti et affectata de industria; nam profecto librarii verba corruperunt. — Iam videamus de hoc loco, quo modo emendari possit: video Coaca 4. etiam ἐκ καταφύξιος φόβος καὶ ἀθυμίη ἄλογος poni, quod fidem facit correctioni initii, qualem Littréus proposuit: sed certa est Cornarii emendatio ὑπάναυδοι pro οἱ πάναυδοι legentis; nullo modo Lindani ratio praeferri potest; Coaca 321. ὑπάφωνον — ῥῖγος. Sed non ausim affirmare vocabulum non de sede sua esse deturbatum et ante ἐξίστανται inserendum, quin id necessarium iudico. Ac praeterea, licet certe quid voluerit auctor iam intelligi possit, orationis habitus non est eiusmodi ut in ea nihil desiderem: non succurrit tamen, quod a primo sententiae auctore scriptum re ipsa fuerit.

486. In hac sententia οἱ habent initio Aldus et cod. Par. D.— De meo ἡσυχάζουσι, περιβλέπουσι, ἀναφέρουσι scripsi pro ἡσυχάζουσαι, περιβλέπουσαι, ἀναφέρουσαι; nempe referebantur ad ἐκστάσιες, ego ex iis dativos plurales effeci. Dein e Coaca 482. huc transtuli verba: αἱ μετὰ σιγῆς — κατεργαστικαί. Hic quidem suam sibi sedem habent, neque huc translata admittunt ambiguam interpretationem nominis κατεργαστικαί, quod iam solo eo modo, quo Latine expressi, accipiendum est. In seqq. vulgo ποιοῦσαι, pro quo cum Lind., Mack. ποιοῦσι dedi. Pro οἷσι cod. Par. K. ὅσοι.

©BIUM

καὶ ἐκμαίνονται οὗτοι· οἷσι δὲ ἐπὶ ταραχῇ κοιλίης οὕτω παροξύνονται, περὶ κρίσιν μέλανα διέρχεται.

υπζ'. Οἷσι ὑγιαίνουσι, χειμῶνος ἐόντος, περὶ τὴν ὀσφὺν ψυχρότης καὶ βάρος ἀπὸ βραχείης προφάσιος καὶ κοιλίης ἐπίστασις, τῆς ἄνω καλῶς ὑπηρετούσης, ἰσχιὰς ἢ νεφρῶν πόνος ἢ στραγγουρίη τάχα ἂν ξυμβαίη.

υπη'. Οἷσι τὰ κάτω κακοῦται κνησμῶν ἐγγενομένων ἔμπροσθεν ἰσχυρῶν, τούτοισι ἀμμώδες οὖρον γίγνεται καὶ ἐφίσταται· τοῖσι δὲ ὀλεθρίοισι αὐτῶν ἡ διάνοια ἀπονάρκωται.

υπθ'. Οἱ τὰ ἄρθρα φλυκταινούμενοι ἐξερύθροισι ἐπιπολαίοισι, ἐπιρριγώσαντες, κοιλίην καὶ βουβῶνας διαφοινίσσονται οἷα πληγῇσι ἐπωδύνοισι καὶ ἀποθνήσκουσι.

υς'. Τοῖσι ἰκτερώδεσι οὐ πάνυ τι ἐπαισθανομένοισι, οἷσι λύγγες, κοιλίαι καταρρήγνυνται· ἴσως δὲ καὶ ἐπιστάσης οὗτοι ἐκχλοιοῦνται.

υσα'. Τὰ κατὰ πλευρὸν ἀλγήματα ἐν πυρετοῖσι ἰσχνῶς ἑστηκότα, ἄσημα, φλεβοτομίη βλάπτει, κἢν ἀπόσιτος ᾖ, κἢν ὑποχόνδριον μετέωρον· καὶ ἐν καταψύξι οὐκ ἀπύρους νενωθρευμένους αἵματος ἀφαίρεσις βλάπτει· καὶ δοκέοντες δὲ ἐπιεικέστερον ἔχειν, οὗτοι θνήσκουσι.

υσβ'. Κεφαλὴν καὶ πόδας καὶ χεῖρας καvero faciunt partium resolutiones, quin etiam vehementer insaniunt hoc modo affecti. At quibus cum ventris perturbatione isto modo ingravescunt, nigra per alvum sub iudicationem prodeunt.

487. Si per sanitatem hiemis tempore lumborum frigiditas et gravitas levi ex occasione orta sit et alvi suppressio, superiore ventre probe officio suo fungente, coxendicum vel renum dolor, aut urinae stillatio forte exspectanda est.

488. Quibus inferiores partes male afficiuntur, vehementibus pruritibus prius obortis, iis urina sabulosa fit et subsistit. At qui perniciose habent, iis mens obtorpescit.

489. Quibus ad articulos praerubrae pustulae superficiales enatae sunt, dum subinde rigent, iis velut ex acceptis plagis cum dolore venter et inguina rubescunt, ac pereunt.

490. In iis, qui morbo regio tenentur, neque admodum sentiunt, et quibus singultus adest, alvus affatim prorumpit. Fortasse hi subsistente ea viridi colore tinguntur.

491. Lateris dolores in febribus leviter firmatos et absque ulla significatione, venae sectio laedit, sive aversum a cibis animum, sive sublata praecordia aeger habeat. Quin etiam in corporis perfrictione torpescentes non sine febre sanguinis detractio laedit, et cum videantur levius habere, moriuntur.

492. Caput, pedes et manus frigidas esse,

quod Littréus recepit dicens „οἷσι ne peut pas subsister." Imo vero potest: subiectum verbi παροξύνονται est αἱ σιγῶσαι ἐκστάσιες. — Quod ad dictionem πνεῦμα ἔξω ἀναφέρουσι cf. Coaca 519. τὰ μετὰ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενα πνεύματα; quodque attinet ad ἐκστάσιες σιγῶσαι, memorantur etiam Coaca 65.

487. In verbis καὶ κοιλίης ἐπίστασις fere κοιλίης τῆς κάτω ἐπίστασις exspectaveram, ut opponeretur τῇ ἄνω, de qua mox auctor loquitur; non credo tamen librarios esse culpandos, sed esse breviloquentiam scriptoris ipsius. Libri στραγγουρίης prorsus inepte: dudum Lind. et Mack. nominativum receperunt. Opsop.: „στραγγουρίη," inquit, „scribendum erit, nisi στραγγουρίης a voce πόνος dependeat." Miror Opsopoeum id dicere; nam στραγγουρίης ad πόνον referre non licet, neque iste genitivus ipsi scriptori debetur. Recte συμβαίη ex Edd. vett. et libb. Parr. A. D. a Littréo receptum est; συμβαίνῃ vulgatae hic constare nequit.

488. Pro ἐφίσταται Lind. et Mack. ὑφίστανται de coniectura. Facio cum Littréo affirmante non opus esse emendatione: ἐφίσταται de urinae suppressione accipi debet, cum qua re illud ἀπονάρκωται congruit.

489. Cf. Coaca 467. cum adnn. Pro ἐπιπολαίοις ego ἐπιπολαίοισι de meo dedi, quum sequente ε ista terminatio facile perire potuerit, cod. unus Par. ἐπιπολαίως. Legebatur dein οὗτοι κοιλίας; equidem οὗτοι, quod interpolatori debetur, eieci et accusativum pluralem a librariis propter sequens βουβῶνας datum, in singularem κοιλίην mutavi.

490. Cf. Prorrh. 154., etiam 146. et Coaca 621. Edi solet: τὰ ἰκτερώδεα οὐ πάνυ τι ἐπαισθανόμενα, οἷσι λύγγες, κοιλίαι καταρρήγνυνται· ἴσως δὲ καὶ ἐπίστασις· οὗτοι ἐκχλοιοῦνται. Lindanus in his dedit pro ἴσως δὲ καί e Prorrh. 154. οἷσι δὲ κοιλίης. — Littréus sine correctione locum bene intelligi posse contendit.

491. Pars huius sententiae legitur Coaca 343. et similis formula atque in fine, nec tamen prorsus iisdem verbis, habetur Coaca 374. — Variae lectt. nihil memorabile habent: ἑστηκῶτα, quo facile caremus, et βλάπτοι pro βλάπτει, quod non maioris est pretii. Mira dictio κατὰ πλευρὸν ἀλγήματα ἰσχνῶς ἑστηκότα: accipio de dolore exili, minusque vehemente, quam in pleuritide esse solet.

492. Cf. Progn. § 16.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 239 sur 880

©BIUM

τεψῦχθαι κοιλίης καὶ πλευρῶν θερμῶν ἐόντων, κακόν· βέλτιστον δὲ πᾶν ὁμοίως τὸ σῶμα θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακόν.

υϙγ'. Στρέφεσθαι δὲ ῥηϊδίως χρὴ τὸν νοσέοντα καὶ ἐν τοῖσι μετεωρισμοῖσι ἐλαφρὸν εἶναι· βαρύτης δὲ ὅλου τοῦ σώματος καὶ χειρῶν καὶ ποδῶν, πονηρόν· εἰ δὲ καὶ πρὸς τῷ βάρει πέλιοι γίγνονται οἱ δάκτυλοι καὶ οἱ ὄνυχες, πλησίον ὁ θάνατος· μελαινόμενα δὲ παντελῶς ἧσσον ὀλέθρια τῶν πελίων· ἀλλὰ τὰ λοιπὰ θεωρεῖν· ἢν γὰρ εὐπετέως φέρῃ τὸ νόσημα, καὶ ἄλλο τι τῶν χρησίμων ὑποδεικνύῃ, τὸ νόσημα ἐς ἀπόστασιν τρέπεται καὶ τὰ μελανθέντα τοῦ σώματος ἀποπίπτει.

υϙδ'. Ὄρχιες καὶ αἰδοῖον ἀνεσπασμένα πόνον σημαίνει.

υϙε'. Φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου περδήσιος διεξιέναι βέλτιστον· κρέσσον δὲ καὶ ξὺν ψόφῳ διελθεῖν, ἢ αὐτοῦ ἀνειλέεσθαι· καί τοι τὸν τοιοῦτον τρόπον διελθοῦσα σημαίνει πόνον καὶ παραφροσύνην, ἢν μὴ ἑκὼν οὕτω ποιέηται τὴν ἄφεσιν τῆς φύσης.

υϙϛ'. Ἕλκος πέλιον καὶ ξηρὸν, ἢ χλωρὸν γενόμενον, θανάσιμον.

υϙζ'. Ἀνάκλισις βελτίστη μὲν ὡς εἴθισταί τις ὑγιαίνων· ὕπτιον δὲ κεῖσθαι τὰ σκέλεα ἐκτεταμένον, οὐκ ἀστεῖον· εἰ δὲ καὶ καταρρέοι προπετὴς ἐπὶ πόδας, χεῖρον· θανάσιμον δὲ καὶ κεχηνέναι καὶ καθεύδειν ἀεί· καὶ τὰ σκέλεα ὑπτίου κειμένου ξυγκεκαμμένα τε εἶναι ἰσχυρῶς καὶ διαπεπλιγμένα· τὸ δ' ἐπὶ γαστέρα κεῖσθαι οἷσι μὴ ξύνηθες, παραφροσύνην σημαίνει καὶ πόνους περὶ κοιλίην· πόδας δὲ γυμνοὺς ἔχειν καὶ χεῖρας μὴ θερμὸν ἐόντα

ventre et lateribus calentibus, mali morbi signum est. Optimum vero totum corpus aeque calidum et molle esse.

493. Aegrum quoque facile converti oportet et dum surgit levem esse. At gravitas, quae totum corpus, vel manus ac pedes premit, vitiosa est. Quodsi cum gravitate digiti quoque ac ungues lividi fiant, in propinquo mors est. At si omnino nigrescant, minus quam liventes periculum portendunt. Verum tunc reliqua consideranda sunt. Etenim si facile morbum sustinet aeger, et aliud quiddam ex his, quae securitatem pollicentur, se prodit, morbus in abscessum vergit et denigratae corporis partes decidunt.

494. Testiculi pudendumque retractum doloris significationem praebent.

495. Flatum vero absque crepitus sono emitti inter optima signa est. Praestat tamen cum strepitu prodire quam illic revolvi. Quamquam hoc pacto prodiens dolorem et delirium denunciat, nisi sua sponte id aeger fecerit et flatum emiserit.

496. Ulcus lividum aut aridum, aut pallidum effectum mortem indicat.

497. Optimus ille quidem iacentis habitus, quem sanus aliquis usurpare consuevit. Supinum vero iacere cruribus porrectis probari non potest. Id quoque deterius, ubi subinde deorsum ad pedes prolabitur. Exitiosum est ubi hiat, aut assidue dormit. Aut ubi supinus iacet cruribus vehementer contractis atque a se dimotis. Pronum autem iacere ei, qui non consuevit, delirium aut circa ventrem dolores portendit. Quod si pedes et manus nudat, neque vehemens calor

493. Cf. Progn. § 17.

494. Cf. progn. § 18. Omnes πονηρὸν σημαίνει, quod constare nequit; aut πονηρόν τι σημαίνει requiras, aut σημαίνει omittendum putes. Sed loco Prognostici comparato res statim illustratur: nimirum πονηρόν ortum est e πόνον, quod igitur reposui.

495. Cf. Progn. § 21. — καὶ περδήσιος scripserunt Lind., Mack. e Prognostici lectione, quam reiiciendam censeo; Littréus eos est secutus; perperam me iudice: ψόφος περδήσιος arcte cohaerent. Pro σημαίνει πονηρόν vulgatae, dedi σ. πόνον cum Foës. in versione, Lind., Mackio. Idem hic valet de πονηρὸν σημαίνει, quod ad Coacam 494. adscripsi. Cum Opsop., aliis, etiam Littréo, dedi οὕτω ποιέηται pro τοῦτο ποιέηται, quod constare nequit, etiamsi τὴν ἄφεσιν τῆς φύσης omittas.

496. Cf. Progn. § 6. De meo γενόμενον pro γινόμενον vulgatae dedi.

497. De meo διαπεπλιγμένα dedi pro corrupto διαπεπλεγμένα: adnotavi de hac re olim ad Aretaeum p. 4. et ad praefationem ad Aretaeum; inde constabit, unde lectio περιπεπλεγμένα sit orta. — Operae pretium est verba μὴ θερμὸν ἐόντα cum Prognostici loco § 4. contulisse, quippe ibi locus descriptus est, quasi hic θερμὰ ἐόντα vel θερμοὺς ἐόντας scriptum fuisset. Nolim tamen quidquam mutare.

©BIUM

ἰσχυρῶς καὶ τὰ σκέλεα διερρῖφθαι, κακόν· ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει· ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι, κακὸν ἐν τοῖσι ὀξέσι, κάκιστον δὲ ἐν περιπνευμονικοῖσι καὶ πλευριτικοῖσι· Καθεύδειν δὲ χρὴ τὴν νύκτα, τὴν δὲ ἡμέρην ἐγρηγορέναι· τὸ δ' ἐναντίον, πονηρόν· ἥκιστα δ' ἂν βλάπτοιτο τὸ πρωῒ κοιμώμενος ἕως τοῦ τρίτου τῆς ἡμέρης· οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ὕπνοι πονηροί. κάκιστον δὲ μὴ καθεύδειν μήτε ἡμέρης, μήτε νυκτὸς, ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνου ἀγρυπνοίη ἂν, ἢ παραφρονήσει ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου.

υξη'. Ὀκόσοισι κρόταφος τάμνεται, σπασμὸς ἐκ τῶν ἐναντίων τῆς τομῆς ἐπιγίγνεται.

υξθ'. Ὅσοισι ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ καὶ πονέσῃ πληγεῖσι ἢ ἄλλως, πίπτουσι παραχρῆμα, ἄφωνοι γίγνονται καὶ οὔτε ὁρῶσι, οὔτε ἀκούουσι, καὶ τὰ πολλὰ ὀνήσκουσι.

φ'. Οἷς ὁ ἐγκέφαλος τιτρώσκεται, πυρετὸς ὡς ἐπιτοπολὺ καὶ χολῆς ἔμετος ἐπιγίγνεται καὶ ἀποπληξίη σώματος καὶ ὀλέθριοι οἱ τοιοῦτοι.

φα'. Τῶν ῥηγνυμένων ἐν κεφαλῇ ὀστέων χαλεπώτατον γνῶναι τὰ κατὰ τὰς ῥαφὰς ῥηγνύμενα· ῥήγνυται δὲ ὑπὸ τῶν βαρέων καὶ στρογγύλων βελέων μάλιστα καὶ ἐκ τῶν ἐξ ὑπεναντίου φερομένων καὶ μὴ ἐξ ἰσοπέδου. Τὰ δ' ἀπορεύμενα πότερον ἔρρωγε ἢ οὔ, κρίνειν δεῖ διαμασᾶσθαι διδόντα ἐφ' ἑκατέρην τὴν σιαγόνα ἀνθέρικον ἢ νάρθηκα καὶ προσέχειν κελεύειν, εἴ τι ψοφεῖν αὐτῷ δοκέει τὸ ὀστέον· τὰ γὰρ κατεαγότα δοκέει ψοφεῖν. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τὰ ἐρρωγότα μὲν ἑβδομαῖα, τὰ δὲ τεσσαρεσκαιδεκαταῖα, τὰ δὲ καὶ ἄλλως διασημαίνει· τῆς τε γὰρ σαρ-

ei subest et crura dispergit, mali morbi signum est, angorem namque portendit. Ubi vero residere vult aeger, malum quidem indicium in acutis morbis, sed longe pessimum in pulmonum et laterum affectibus. Noctu dormiendum, interdiu vigilandum, contra vero malum. Minimum autem offendit, si quis matutino tempore ad tertiam diei partem dormiat. Qui vero ab hoc tempore somnus est, malus. Pessimum tamen est si somnus neque noctu, neque interdiu accedit. Id enim ob dolorem laboremque accidit, vel delirium fore significatur.

498. Quibus tempora secantur, iis ex adversa sectionis parte convulsio contingit.

499. Quibus concussum fuerit cerebrum, vel ex plaga doluerit, aut aliquo casu alio, his illico vox deficit, neque vident, neque audiunt, fereque intereunt.

500. Ex cerebri vulnere febris ut plurimum, ac bilis vomitus succedit et corporis resolutio, iique perniciose habent.

501. Ossium in capite fracturae cognitu difficillimae, quae circa suturas sunt. Fiunt autem potissimum a gravibus ac rotundis telis, aut ex his, quae ex opposito feruntur, neque ex plano. At ossa de quibus fissa sint nec ne, ambigitur, sic discernas, si in utramque maxillam albucum aut ferulam manducandam exhibueris, atque animum advertere iusseris, num os aliquod strepere videatur; confracta namque strepere videntur. At processu temporis fissa quidem septimo die, partim vero decimo quarto, partim etiam alias sui significationem edunt. Nam carne ab osse abscedente os ipsum lividum fit et aegro-

Etiamsi Hipp. ipse utrumque locum scripsisset, non esset causa, cur utroque prorsus idem exhibere deberet. Porro de meo scripsi ἥκιστα δ' ἂν βλάπτοιτο τὸ πρωῒ κοιμώμενος; vulgata fert βλάπτοι; nempe ante articulum postrema syllaba verbi antecedentis periit. Notandum denique verba καὶ πλευριτικοῖσι in nonnullis edd. operariorum vitio excidisse; revocavit Littréus. — Locus in Prognostico legitur § 4. et 19.

498. Cf. Lib. de vulnn. capitis § 19.

499. Cf. Aph. VII. 14. 58. et lib. de morbis I. § 4. Littréo. Edd. antt. et libri Parr. A. D. πονέσει. — Forma aoristi vocali brevi advertit, cf. Buttm. in Gramm.

500. Cf. lib. de morbis I. § 4. Littréo et Aph. VI. 50.

501. Cf. de capitis vulnn. § 14. et 28. Ἀνθέρικος est *Asphodelus ramosus* L. Νάρθηξ est *Ferula communis* L. Cf. Littréus in versione. De loci scriptura haec dicta sunto: Vulgo τῶν ῥηγνυμένων κεφαλῆς ὀστέων: cum Littréo cod. A. lectionem sum secutus et τῶν ῥ. ἐν κεφαλῇ ὀστέων scripsi, quae lectio latet etiam in Aldi ἐγκέφαλος. Utrumque tamen et κεφαλῆς et ἐν κεφαλῇ ferri potest. Articulo τό ante γνῶναι, quod in Kühniana sola additur, opus non est. In sententiae huius fine vulgo: τῆς τε γὰρ σαρκὸς ἀπόστασις ἀπὸ τοῦ ὀστέου γίνεται καὶ τὸ ὀστέον πέλιον καὶ πόνοι, ἰχώρων ὑπορρεόντων. Illud καὶ πόνοι perinepte se habet, si totius loci structuram respicias, sed respondet verbis in lib.

©BIUM

κὸς ἀποστάσης ἀπὸ τοῦ ὀστέου γίγνεται καὶ τὸ ὀστέον πέλιον καὶ πονέει, ἰχώρων ὑπορρεόντων· γίγνεται δὲ ταῦτα ἤδη δυσβοήθητα.

Φβ′. Ὅσοισι ἐπίπλοον ἐκπίπτει, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι.

Φγ′. Ἢν ἔντερον διακοπῇ τῶν λεπτῶν, οὐ ξυμφύεται.

Φδ′. Νεῦρον διακοπὲν, ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὐ ξυμφύεται.

Φε′. Ὅ τι ἂν ἐν τῷ σώματι ὀστέον ἀποκοπῇ, ἢ χόνδρος, οὐκ αὔξεται.

Φς′. Ἐπὶ τρώματι σπασμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν.

Φζ′. Ἐπὶ τρώματι χολῆς ἔμετος ἐπιγενόμενος, κακόν· καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῖσι κεφαλικοῖσι.

Φη′. Νεῦρα ὅσα παχέα τιτρώσκεται ὡς ἐπιτοπολὺ χωλοῦνται καὶ λοξὰ τιτρωσκόμενα μάλιστα καὶ τῶν μυῶν αἱ κεφαλαὶ, μάλιστα τῶν ἐν μηροῖσι.

Φθ′. Ἀποθνήσκουσι δὲ μάλιστα ἐκ τῶν τρωμάτων, ἤν τις τὸν ἐγκέφαλον τρωθῇ ἢ ῥαχίτην μύελον ἢ ἦπαρ ἢ φρένας ἢ καρδίην ἢ κύστιν ἢ φλέβα τῶν παχειῶν· θνήσκει δὲ κἢν ἐς ἀρτηρίην καὶ πνεύμονα μεγάλαι σφόδρα αἱ πληγαὶ γένωνται, ὥστε τοῦ πνεύμονος πληγέντος ἔλασσον προερχόμενον πνεῦμα κατὰ στόμα γίγνεσθαι ἢ τὸ ἐκπῖπτον ἐκ τοῦ τρώματος· θνήσκουσι δὲ καὶ οἱ ἐς τὰ ἔντερα, ἤν τέ τι τῶν λεπτῶν τρωθῶσι, ἤν τε τῶν παχέων, ἢν ἐπικάρσιος ἡ πληγὴ γένηται καὶ μεγάλη· εἰ δὲ μικρὴ καὶ εὐθεῖα, περιγίγνονται ἔνιοι. Ἥκιστα δὲ θνήσκουσι οἱ τιτρωσκόμενοι, ἐν οἷσι ταῦτα μὴ ἔνι τῶν τοῦ σώματος μερῶν, ἢ τούτων προσωτάτω.

Φι′. Τὴν δὲ ὄψιν ἀμαυροῦνται ἐν τοῖσι

tat sanie subterfluente; eaque iam remediis aegre cedunt.

502. Quibus omentum procidit ut putrescat necesse est.

503. Ex tenuibus intestinis si quod dissectum fuerit, non coalescit.

504. Praecisus nervus, aut quod in gena est tenue, aut praeputium, non coalescit.

505. Neque corporis os quodcumque resectum, neque cartilago augetur.

506. Vulneri succedens convulsio malo est.

507. Bilis vomitus vulneri succedens malum denunciat praecipueque in capitis vulneribus.

508. Nervi quicumque crassi vulnus accipiunt ut plurimum claudos reddunt, praecipueque si obliquum vulnus fuerit, atque in musculorum capitibus; praesertim femorum.

509. Ex vulnere autem fere mors contingit, si cui vulneratum fuerit cerebrum, aut spinalis medulla, aut iecur, aut septum transversum, vel cor, aut vesica, aut quaedam grandis vena. Mors quoque subit si in arteriam et pulmonem insignes valde plagae inflictae sunt, ita ut percusso pulmone minor sit qui per os prodit spiritus quam qui per vulnus excidit. Intereunt vero quibus intestina vulnerantur, sive aliquod e tenuibus, sive e crassis, si plaga transversa fuerit et magna; quodsi parva et recta nonnulli periculo eximuntur. Minime autem ab his vulneribus mors impendet, quae in corporis partes, in quibus haec non insunt, aut ab his quam longissime absunt, infliguntur.

510. At in vulneribus, quae in supercilium,

de cap. vulnn. § 28. καὶ τὸ ὀστέον σφακελίζειν τηνικαῦτα ἄρχεται. Itaque facilis medela, de qua, quum textus iam descriptus eam referat, nihil addam.

502. Aph. VI. 58. Lib. de morbis I. § 4.
503. Aph. VI. 24.
504. Aph. VI. 19.
505. Aph. VI. 19. et VII. 28.
506. Coaca 355. Aph. V. 2.
508. De morbis I. initio; § 3.
509. Cf. de morbis I. § 3. Aph. VI. 18. Pro θνήσκουσι δὲ καὶ οἱ ἐς τὰ ἔντερα vulgo: θν. δὲ καὶ οἱ ἐς τὰ ἐντὸς νεῦρα. Iam Foës. de nostra lect. praeferenda monuit, eamque receperunt Opsop., Lind., Littr. — Ad ἢ τούτων προσωτάτω Littréus adnotat: „cet ἢ est fort peu clair." Tum citat locum e lib. I. de morbis, ubi planiora haec esse affirmat. Et sunt sane verba illius libri ἐν οἷσι ταῦτα τῶν μελέων μὴ ἐνείη, ἀλλὰ τούτων προσωτάτω ἐστί explicatiora his nostris; nec tamen nostra non perspicua. Nimirum ἢ τούτων προσωτάτω in nostris breviloquentia est pro ἢ ἃ τούτων προσωτάτω ἐστί.
510. Vulgo μάλιστα βλέπουσι; de meo μᾶλλον βλ. scripsi.

©BIUM

τρώμασι τοῖσι ἐς τὴν ὀφρὺν καὶ μικρὸν ἐπάνω· ὅσῳ δ' ἂν τὸ τρῶμα νεώτερον ᾖ, μᾶλλον βλέπουσι, χρονιζομένης δὲ τῆς οὐλῆς ἀμαυροῦσθαι μᾶλλον ξυμπίπτει.

φια'. Αἱ σύριγγες χαλεπώταταί εἰσι, ὅσαι ἐν τοῖσι χονδρώδεσί τε καὶ ἀσάρκοισι τόποισι πεφύκασι, εἰσί τε κοῖλαι, μυλοῦνταί τε καὶ ἰχωρορροοῦσι αἰεί, σαρκίον τε ἐπὶ τῷ στόματι ἔπεστι αὐταῖς· εὐθεραπευτότεραι δὲ, ὅσαι ἐν τοῖσι μαλθακοῖσι τόποισι καὶ σαρκώδεσί τε καὶ ἀνεύροισι πεφύκασι.

φιβ'. Τάδε πρὸ ἥβης οὐ γίγνεται νοσήματα, περιπνευμονικὰ, πλευριτικὰ, ποδαγρικὰ, νεφρῖτις, κιρσὸς περὶ κνήμην, ῥοῦς αἱματηρὸς, καρκίνος μὴ ξύμφυτος, λευκὴ μὴ ξυγγενὴς, κατάρροος νωτιαῖος, αἱμορροΐς, χορδαψός· τούτων τῶν νοσημάτων πρὸ ἥβης οὐ χρὴ προσδέχεσθαι γενησόμενον οὐδέν. Ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα μέχρι δύο καὶ τεσσαράκοντα ἐτέων πάμφορος ἡ φύσις νοσημάτων ἤδη τοῦ σώματος γίγνεται. Πάλιν δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς ἡλικίης, μέχρι ἑξήκοντα τριῶν ἐτέων οὐ γίγνονται χοιράδες, οὐδὲ λίθος ἐν κύστι, ἢν μὴ τύχῃ πρότερον ὑπάρχων, οὐδὲ κατάρρους νωτιαῖος, οὐδὲ νεφρῖτις, ἢν μὴ παρακολουθῶσι ἐξ ἄλλης ἡλικίης, οὐδὲ αἱμορροΐδες, οὐδὲ ῥοῦς αἱματηρὸς, ἢν μὴ πρότερον τύχῃ γεγενημένος· ταῦτα μέχρι γήρως ἀπέχεται τὰ νοσήματα.

φιγ'. Ἐν γυναικείοισι τὰ πρὸ τῶν τόκων λόντα ὑδατώδεα, κακόν.

φιδ'. Στόματα ἀφθώδεα τῇσι ἐπιφόροισι οὐ χρηστόν. ἆρα καὶ κοιλίαι καθυγραίνονται;

aut paulo altius inferuntur, visus acies obtunditur, et quo vulnus recentius est eo magis vident. Inveterascente autem cicatrice visus magis obtundi solet.

511. Ex fistulis maxime molestiam adferunt, quae in cartilaginosis aut carne vacuis locis fieri solent, cavae sunt et callosae fiunt et assidue saniem plorant et in quarum osculo caruncula inest. Facilius autem curantur, quae in mollibus et carnosis locis et non nervosis oriuntur.

512. Sed neque ante pubertatem occupant hi morbi, pulmonum inflammationes, laterum dolores, podagrae, renum vitia, varix in tibia, fluor sanguineus, cancer non innatus, albicans vitiligo non cognata, defluxio in medullam spinalem, sanguinis per ora venarum profluvium, tenuioris intestini morbus (quem χορδαψόν vocant). Horum morborum nullus ante pubertatem metuendus est. Ab anno autem decimo quarto ad quadragesimum secundum usque natura omnis generis morborum corporis ferax est. Contra vero ab hac aetate ad annum sexagesimum tertium, neque strumae fiunt, neque vesicae calculus, nisi antea occupet, neque in medullam spinalem defluxio, neque renum morbus, nisi ex alia aetate sequantur, neque sanguinis per ora venarum profluvium, neque fluor sanguineus, nisi prius adfuerit. Atque hi morbi ad senectutem usque absunt.

513. In muliebribus purgamentis quae ante partum aquosa prodeunt, malum denunciant.

514. Serpentia oris ulcera in praegnantibus bono non sunt. Ac forte etiam alvi humectantur.

511. In hac Coaca dudum vulgatum μολοῦνται molestias peperit. Foës. in ampla adn. memorat μυλοῦσθαι et Galeni explicationem ἐμυλώθη· ἐτυλώθη, ἐσκληρύνθη. Apud Greg. Cor. ἐμυλώθη· ἐτυλώθη· p. 565. ed. Schaefer. Lindanus edidit μυλοῦνται, quod sine ullo dubio unice verum est. Quod autem Littréus ad h. l. adnotat ex Erotiano intelligitur, qui: ἐμυλώθη ἀντὶ τοῦ ἐτυλώθη. Μύλον γὰρ καλοῦσιν οἱ ἰατροὶ τὸν ἐν τῇ ὑστέρᾳ γενόμενον σκίρρον. Nempe Littréus: „la correction, inquit, de Lindanus est ingenieuse, μυλόω terme en effet Hippocratique se trouve expliqué à l'article ἐμυλώθη dans les Gloss. d'Erot. et de Gal.; on lui attribuait deux significations au passif: ou *être dur comme une mole uterine*, ou bien *être couvert d'excroissances humides*. La première ne convient pas très bien ici, la seconde ferait double emploi avec σαρκίον ἔπεστι." Prorsus displicet haec adnotatio: nolo de omnibus dicere; quod huc facit, id est, quod neque significationes verbi ἐμυλώθη bene intellexit Littréus, neque diversitatem inter μυλοῦνται et σαρκίον ἔπεστι recte cepit. Illud de callosis factis parietibus fistulae dicitur; hoc de carne luxuriante ad fistulae orificium externum. Modo videnda sunt capita apud chirurgos Graecos, ubi περὶ τετυλωμένων agunt.

512. Initio τάδε cum Lind. dedi pro vulgato τὰ δέ; — ante χορδαψός delevi verba μὴ σύμφυτος, quae a librariis e superioribus hic otiose fuerunt repetita. Ita difficultas, quam sensit Littréus, tollitur. Pro ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα Imp. Samb. Mackii et Lind. ἀπὸ δὲ δυοκαίδεκα. Τά ante νοσήματα in fine de meo adposui.

514. Cf. Coaca 544.

©BIUM

Φιε'. Ἐκ κενεώνων μεθιστάμενα ἀλγήματα ἐς τὸ λεπτὸν ἐν μακροῖσι ἐκ διαφθορῆς καὶ μὴ λίην καθαρθείσης, ὀλέθριον.

515. Ex laterum inanitate ad tenue intestinum migrantes dolores in diuturnis morbis ex abortione, neque admodum purgata muliere perniciem denunciant.

Φις'. Τὰ ἐκ τόκου καὶ διαφθορῆς πολλὰ ὀξέως ὁρμήσαντα, ἐπιστάντα δύσκολα· ῥῖγος ταύτῃσι πολέμιον καὶ κοιλίης ταραχὴ, ἄλλως τε καὶ ὑποχόνδριον ὀδυνώδεσι.

516. Quae ex partu et abortu copiosa celeriter cum impetu feruntur, si subsistant molestiam exhibent. Huiusmodi mulieribus rigor inimicus est, et alvi perturbatio; praecipue vero si praecordiorum dolore vexentur.

Φιζ'. Τῇσι ἐπιφόροισι κεφαλαλγικὰ καρώδεα μετὰ βάρεος γενόμενα καὶ σπασμοῦ, φλαῦρα ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

517. In uterum gestantibus capitis dolores, qui cum sopore, gravitate et convulsione fiunt, ut plurimum malo sunt.

Φιη'. Ἡῖσι ἐκ γυναικείων περὶ τὸ ἄνω καὶ τὸ λεπτὸν πόνοι ξύντονοι κοιλίας καθυγραίνουσι ὑπασώδεσι, ταύτῃσι περὶ κρίσιν καταφοραὶ, καὶ ἀδύνατοι κεφαλαλγικῶς ἐφιδροῦσι καὶ περιψύχονται· αἱ τοιαῦται ὑποστροφαὶ τῇσι πλείστῃσι γενόμεναι μετὰ τὴν ἄφεσιν ταχέως κτείνουσι.

518. Quibus ex muliebribus purgamentis dolores intensi ad superiorem ventris partem et intestinum tenue excitati alvos humectant, dum levi anxietate conflictantur, his ad iudicationem in somnum propensiones fiunt et impotentes ex capitis dolore tenuibus sudoribus et perfrictionibus vexantur. Huiusmodi recidivae plurimis post remissionem obortae celeriter interimunt.

Φιθ'. Φκ'. Τὰ μετὰ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενα πνεύματα καὶ τῆξις παράλογος τῇσι ἐπιφόροισι ἐκτιτρώσκει. ὀδύνη κοιλίης μετὰ τόκον ἐπὶ τούτοισι πυώδεα καθαίρει.

519. 520. Spirationes suspiriosae quae foras educuntur ac citra rationem facta colliquatio in uterum gerentibus abortiones indicant. Ventris dolor a partu in his purulenta expurgat.

Φκα'. Αἱ ναρκώδεες καὶ μάλιστα ἐν τῇσι κινήσισι μετὰ ἀδυναμίης κατακεκλασμέναι περὶ κρίσιν ἐνοχληθεῖσαι, ἀσώδεες, ἐφιδροῦσι πολλῷ· κοιλίαι καθυγρανθεῖσαι ταύτῃσι, κακόν.

521. Quae torporis sensu afficiuntur, praecipueque ad motiones impotentes et perfractae, circa iudicationem vexatae, anxietate laborantes, multo et tenui sudore diffluunt; in his alvus effusa malum denunciat.

Φκβ'. Τὰ δὲ γυναικεῖα μὴ ἐπιστῆναι, χρήσιμον· ἐπιληπτικὰ ἐκ τῶν τοιούτων, ἐνίῃσι δὲ ὑποφοραὶ μακραὶ, ἐνίῃσι δὲ αἱμορροΐδες.

522. Muliebria purgamenta non subsistere utile, ac [forte] ex talibus comitiales morbi oriuntur, partim vero diuturnae alvi subductiones, partim etiam sanguinis per ora venarum profluvium.

Φκγ'. Τῇσι ἐπιφόροισι ὑποχονδρίου ἄλ-

523. Uterum gerentibus praecordiorum dolor

516. In fine ceteri omnes ὑποχονδρίου ὀδυνώδεες, quod facili opera emendavimus.

517. Cf. Prorrh. 103. Coaca 534. Γενόμενα de meo dedi pro γινόμενα.

518. In hac Coaca ὑπασώδεσι scripsi de meo, quia iste casus requiritur, ὑπασώδεες contra ferri nequit. Item de meo scripsi περιψύχονται pro περιψύχουσι, quia verbo transitivo hic locus non est. Κενεαγγικῶς est lectio cod. Par. A., cod. Sever. apud Foës., Opsop., Lind., Littréi, pro vulg. κενεαλγικῶς, pro quo Corn., Foës. in versionibus expresserunt κεφαλαλγικῶς. Et vero cephalalgia cogitari facile possit propter καταφοράν, cuius mentio facta est; quin multo melius hic congruit eius mentio, quam inanitionis e diarrhoea, quare horum emendationem recepi. Cf. Foësius ad h. l.

519. 520. Cum Littréo has sententias in unam coniunxi; altera olim incipiebat verbis ὀδύνη δὲ κ. τ. λ. — Vulgo ἐπὶ ταύτῃσι, sed cod. Par. A. τούτῃσι, in quo latet τούτοισι, quod praestat: nam ἐπὶ τούτοισι τοῖσι σημείοισι intelligendum est, uti sexcenties alias in his libris; femininum ταύτῃσι librariis debetur.

522. Lindanus de suo inseruit ἦρά γε ante ἐπιληπτικά. Palam est, quare fecerit; nimirum, ut οἶμαι, quod pone ἐκ τῶν τοιούτων inscribitur in vulgata, haberet, quorsum respiceret. At totum illud οἶμαι non est, nisi recentioris lectoris adnotatio, qua in margine se consentire cum iis, quae Coaca nostra doceret, significaverit.

©BIUM

γημα, κακόν· καὶ κοιλίαι ταύτῃσι φερόμεναι, κακόν· καὶ τὸ ἐπιρριγοῦν ταύτῃσι κακόν· ὀδύνη κοιλίης ἐν τῇσι τοιαύτῃσι ἧσσον κακόν, ἢν ἰλυώδεα καθαίρῃ· ἧσι ῥηϊδίως τῶν τοιούτων τίκτεται, μετὰ τόκον δύσφορα σφόδρα.

φκδ'. Τῇσι κυούσῃσι φθινώδεσι, ἧσι ἔρευθος ἐπὶ προσώπου γίγνεται αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἀποστάξιες τοῦτο ἀποτρέπουσι γενόμεναι.

φκε'. Ἧσι ἐκ τόκου λευκὰ, ἐπιστάντων δὲ ἅμα πυρετῷ κώφωσις καὶ ἐς πλευρὸν ὀδύνη ὀξεῖα, ἐξίστανται ὀλεθρίως.

φκς'. Τὰ ἐν τῇσι ἐπιφόροισι ἁλμυρώδεα σημαίνει μετὰ τόκον δύσκολα λευκοῖσι δακνώδεσι· αἱ τοιαῦται καθάρσιες ἀποσκληρύνουσι· λύγξ ἐπὶ τούτοισι φλαῦρον.

φκζ'. Ἐς πόδας καὶ ἐς ὀσφὺν ξυντάσιες ἐκ γυναικείων, ἐκπυητικὸν, καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης γλίσχρα, δυσώδεα, ἐπιπόνως ἰόντα· πνιγμοὶ ἐπὶ τοῖσι προγεγραμμένοισι, ἐκπυητικόν.

φκη'. Τὰ ὑστερικὰ ἐν κοιλίῃσι σκληρύσματα ἐπώδυνα, ὀξέως ὀλέθρια.

φκθ'. Τῇσι ἐπιφόροισι ἤδη ἀφθώδεα ῥεύματα ἐπώδυνα, πονηρόν· αἱμορροΐς ταύτῃσι κάκιστον.

φλ'. Ἧσι κοιλίης ἐπαρθείσης ἐς αἰδοῖον

malum denunciat; his etiam alvi euntes et rigore subinde corripi malo est. Ventris dolor si limosa expurget in huiusmodi levius malum indicat. Quae ex his faciles partus habent, postea vehementer anguntur.

524. Quibus praegnantibus tabi opportunis faciei rubor exoritur, hunc stillationes e naribus avertunt.

525. Quibus a partu alba prodeunt et ex his subsistentibus surditas cum febre et lateris dolor acutus excitatur, eae in vehementem et perniciosam mentis emotionem incidunt.

526. Praegnantibus salsuginosa post partum molestias ex albis mordacibus denunciant. Purgationes huiusmodi duritiem adferunt. In his singultus malo est.

527. *Locus corruptus.*

528. Uterinae in ventre duritates cum dolore celerem perniciem denunciant.

529. In gravidis fluxiones aphthosae dolorificae, malo sunt. Profluvium sanguinis e venis in ano his pessimum est.

530. Quibus in tumorem sublato ventre pu-

523. Littréus pro vulgato ἐν τῇσι τοιαύτῃσι edidit ἐν τοῖσι τοιούτοισι; uno cod. A. τῇσι τοιούτοισι ferente. Me iudice de vulgata non est decedendum et haec vocabula intelligenda sunt de mulieribus aegrotantibus, licet probe teneam saepe talia ad signa spectare. Verbis ἧσι ῥηϊδίως nova sententia incipit in Edd. antt., apud Opsop., alios; cum Littréo consentio id fieri non debere.

525. Cf. Prorrh. 80., unde ὀλεθρίως h. l. dedi pro vulgato ὀλέθριοι, quod constare nequit, quia adverbium requiritur.

526. Ad initium conferri debet Coaca 537., unde efficias illa ἁλμυρώδεα de fluxione ad pharyngem accipienda esse. Foës. de his eodem modo sentit ad Coacam l. — Sed dicendum est de alia re; vulgata habet in fine: φλαῦρον. καὶ πτύσις ὑστέρων καὶ συντείνει. Nemo haec verba intellexit, ita ut pro πτύσις Foës. coniecerit πτῶσις, Hollerius πτύξις. Hunc secuti sunt Opsop., Lind. et Littréus, quamquam hic affirmat coniecturam esse admodum incertam. Ego puto Foësium certe quid voluerit intellexisse, Hollerium πτύξις proponentem vix satis id scivisse. Pro συντείνει voluerunt συγκτείνει; sed Littréus in hoc verbo vulgatam retinuit, quum omnia nimis obscura essent. — Mihi quidem sic visum est: verba καὶ πτύσις ὑστέρων καὶ συντείνει duplici vitio laborant, neque pertinent ad hunc locum. In πτύσις latet πτῶσις, uti Foës. coniecit; et καί altero loco abundat. Itaque habebimus καὶ πτῶσις ὑστέρων συντείνει, quod refert glossam, seu potius adnotationem marginalem adscriptam ad initium Coacae sequentis: ἐς πόδας καὶ ἐς ὀσφὺν συντάσιες ἐκ γυναικείων. Itaque totum illud recentiorum additamentum delevi.

527. Ποικίλως pro ἀπὸ κοιλίης cod. Sever. apud Foës. De loco corrupto dixi ad Coacam 324.

528. Ὀλέθρια in fine de meo dedi pro vulgato ὀλέθριον, quod librariis deberi puto.

529. Varr. lectt. praebent ἐπιφόρῃσι, unde admodum nihil ad loci intelligentiam proficimus. Quid sunt ἀφθώδεα ῥεύματα? Eadem dictio occurrit Coaca 539; sed ista sententia item difficilis intellectu. Foës. in adn. ἀφθώδεα στόματα Coacae 514. idem significare refert, quod hic ἀφθώδεα ῥεύματα. — Dubito. Nescio an non hicce locus re ipsa initium Coacae 539. referat, — et an non quod de haemorrhoïde adnectitur pannus adsutus sit, undecumque huc delatus. — Advertit loco nostro ἤδη, quod aut abundat, aut alia vitia denotat. Mecum quaesivi num forte τῇσι ἐπιφόροισι ἤδη ἀφθώδεσι ῥεύματα ἐπώδυνα, πονηρόν, sit legendum; sed nihil affirmare audeo de toto hoc loco.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 245 sur 880

©BIUM

ἔρευθος ἦλθε, λευκῶν ὑγρῶν κατελθόντων ἐξαπίνης, μακροῖσι πυρετοῖσι τελευτῶσι.

Φλα'. Σπασμῷ, γυναικείων ἐν ἀρχῇσι φανέντων, πυρετοῦ μὴ ἐπιγενομένου λύσις.

Φλβ'. Οὖρα λεπτὰ ὑπονέφελα ἐν μέσῳ αἰωρεύμενα ῥῖγος σημαίνει.

Φλγ'. Ἢν ἀπὸ τῆς τετράδος αἵματος ῥύσις γένηται, χρόνια σημαίνει καὶ κοιλίη καταρρήγνυται καὶ σκελέων οἰδήματα ....

Φλδ'. Τῇσι ἐπιφόροισι κεφαλαλγικὰ καρώδεα μετὰ βάρους γενόμενα φλαῦρα· ἴσως δὲ ταύτῃσι καὶ ἅμα σπασμῶδές τι ὠφελέει.

Φλε'. Αἱ προαλγήσασαι τρόπον χολερώδεα πρὸ τῶν τόκων τίκτουσι μὲν ῥηϊδίως πυρέξασαι δὲ, κακοήθεες, ἄλλως τε κἤν τι κατὰ φάρυγγα ὀχλῇ, ἤ τι τῶν ἐν πυρετῷ κακοηθῶν ἐπιφανῇ σημείων.

Φλς'. Τὰ πρὸ τῶν τόκων ῥηγνύμενα ὑδατώδεα, φλαῦρα.

Φλζ'. Τῇσι ἐπιφόροισι κατὰ φάρυγγα ἁλμυρώδεες ῥύσιες, πονηρόν.

Φλη'. Τὸ πρὸ τῶν τόκων ἐπιρριγοῦν καὶ τὰ ἀνωδύνως τικτόμενα, κινδυνώδεα.

Φλθ'. Τῇσι ἐπιφόροισι τὰ ἀφθώδεα ῥεύματα, πονηρά· σπασθεῖσαι, ἐκλυθεῖσαι, μετὰ καταψυχθεῖσαι ἐκθερμαίνονται ὀξέως· καὶ μέντοι καὶ δύσκολα ἀποβαίνει τῇσι ἐπιφόροισι τὰ περὶ τὸ λεπτὸν οἰδήματα, οἷα τὰ περὶ τὰς ὀσχέας γίγνεται, ἀπολαμβανόμενα

dendum rubor occupavit, muliebribus purgamentis albis humidis subito procidentibus, diuturnis febribus intereunt.

531. *Locus corruptus.*

532. Urinae tenues nubeculam quamdam in medio assumentes rigorem denunciant.

533. Sanguinis fluxus si quarto die oriatur, diuturnitatem indicat, et alvus effunditur et crurum tumores ....

534. In uterum gerentibus capitis dolores cum sopore et gravitate malo sunt: forte aliquid convulsivi simul his prodest.

535. Quae ante partionem in modum cholerae morbi affliguntur, faciles quidem partus edunt. Febre autem tentatae maligne habent, tum vero praecipue si quid fauces vexet, aut in febre maligni quid appareat.

536. Erumpentia ante partus aquosa, mala.

537. In uterum gerentibus salsuginosae ad fauces fluxiones malum denunciant.

538. Ante partus subinde rigore corripi et citra dolorem parere periculum indicat.

539. Praegnantibus fluxiones cum serpentibus oris ulceribus, malo sunt. Hae convulsionibus, exsolutionibus, postea perfrictionibus tentatae, celeriter calefiunt. Quin etiam praegnantibus molestiam exhibent qui circa tenue intestinum fiunt tumores, quales circa scrotum fiunt, et

530. In hac Coaca γυναικείων delevi pone ἦλθε et ἐν ante μακροῖσι; sunt enim illata ab interpolatore.

531. Locus corruptus est. Si auctor indicare voluisset spasmum menstruis apparentibus solvi, alio modo id significaturus fuisse videtur. Coniecturae hic incertae erunt. Exspectaveram fere eiusmodi quid: σπασμῶν ἐν ἀρχῇσι γενομένων, γυναικείων μὴ φανέντων, πυρετοῦ ἐπιγενομένου λύσις.

532. Vulgo ἐρεύμενα corrupte: cum Littréo adscivi emendationem iam olim a Lind., Mack. receptam. Verum ne sic quidem loco huic multum fidei tribuo: mirum enim in modum his praesagiis de mulierum morbis interponi eiusmodi, quod solas urinas spectat. Quaesivi mecum num forte aliquo modo cum superiore haec Coaca cohaeserit; sed nullum eiusmodi nexum detegere contigit.

533. In fine huius sententiae certe aliquid deficit. Forte solum γίνεται, forte etiam plura alia perierunt; quod quum prorsus incertum sit, lacunae signa tantum posui.

534. Cf. Prorrh. 103. Coaca 517., quam veram lect. huius loci referre puto. In fine vulgatam lectionem sum secutus. Imp. Corn. Mackii habet παθεῖν ὀφείλει. Lindanus ὀφείλει dedit, non παθεῖν: iterum affirmo ferri non posse ταύτῃσι σπασμῶδές τι παθεῖν ὀφείλει; scribendum esset ταύτας σπασμῶδές τι παθεῖν ὀφείλει, aut ταύτῃσι σπασμῶδές τι παθεῖν ὀφείλεται. Puto vero auctorem voluisse ὠφελέει.

535. In fine vulgo σημεῖον; Lind., Littr. melius σημείων.

537. Conferre oportet Coacam 526. ubi τὰ ἐν τῇσι ἐπιφόροισι ἁλμυρώδεα σημαίνει κ. τ. λ. Loco nostro ῥύσιες eodem sensu quo ῥεύματα poni puto.

539. De ἀφθώδεα ῥεύματα et loci huius initio monui ad Coacam 529. — Porro μετὰ καταψυχθεῖσαι dedi e cod. Par. A.; μετά isto modo nude positum pro μετὰ ταῦτα notum est: credo hanc scribendi rationem praestare prae ea, qua praepositio et verbum in unam vocem coniunguntur; Paulo post ὀσχέας dedi de meo pro ὀσχίας, quia credidi scrotum, τὰς ὀσχέας hic spectari. Legi et relegi Foës. Oecon. in voce et Struvii locum in add. ad Lex. Schneideri; sed quaerere coepi, qui tumores oris uteri possint comparari cum

©BIUM

ὀρθοπνοίῃσι· ἆρα τὰ τοιαῦτα οἰδήματα διδυμοτοκεῖ; ἆρα καὶ σπασμῶδές τι τὰ τοιαῦτα οἰδήματα ποιέει.

Φμ'. Αἱ μυχθῶδες ἐξαναφέρουσαι πνεῦμα ἐν πυρετοῖσι ἐκτιτρώσκονται.

Φμα'. Φρικώδεσι, κοπιώδεσι, καρηβαρικῇσι, γυναικεῖα καταρρήγνυται.

Φμβ'. Αἱ πρὸς χεῖρα νωθραὶ, κατάξηροι, ἄδιψοι, γυναικεῖα πολλὰ χαλῶσαι, ἐκπυητικαί.

Φμγ'. Τὰ ἐξαίφνης λευκὰ καταῤῥέχοντα ἐπὶ τρωσμῷ, ἤν τι ῥιγῇ καὶ ἐς μηρὸν ὁρμᾷ τρόμος, δύσκολα.

Φμδ'. Τὰ ἀφθώδεα στόμαια τῇσι ἐπιφόροισι κοιλίας καθυγραίνει.

Φμε'. Αἱ δὲ τῶν κυουσέων προνοσέουσαι πρὸ τῶν τόκων ἐπιῤῥιγοῦσι.

Φμς'. Αἱ ναρκώδεες ἐκλῦσιες δύσκολοι μὲν ἐκ τῶν τόκων ἀποβαίνουσι καὶ παρακρουστικαὶ, οὐ μέντοι ὀλέθριοι· ἀτὰρ καὶ πλῆθος γυναικείων προσημαίνουσι.

Φμζ'. Αἱ ἐν τόκῳ καρδίην προαλγήσασαι ὀλίγῳ ὕστερον ἀποβάλλουσι.

Φμη'. Φρικώδεσι, κοπιώδεσι, καρηβαρικῇσι, τράχηλον ὀδυνώδεσι, γυναικεῖα καταρρήγνυ-

spiritum ita intercipiunt, ut erecta cervice ducatur. Quin etiam fortasse eiusmodi tumores gemellorum partum praenunciant, aut forte convulsivi quid adferunt.

540. Quae suspiriosae spirationes foras educuntur in febribus, abortionis periculum faciunt.

541. Horrore subinde tentatis, lassitudine et capitis gravitate conflictatis muliebres purgationes erumpunt.

542. Quae ad manus contactum torpescunt, peraridae, sitis expertes, muliebria multa profundentes pus intro colligunt.

543. Ex abortione ubi alba derepente defluunt, si rigor aliquis prehendat et ad femur tremor impetum facit, molestiam pariunt.

544. Serpentia oris ulcera in uterum gerentibus alvos humectant.

545. Quae praegnantes ante partus laborarunt, postea rigore corripi solent.

546. Quae ex partu contingunt exsolutiones cum torpore molestiam quidem exhibent et mentem emovent, nullam tamen perniciem afferunt. Verum etiam muliebrium purgationum abundantiam denunciant.

547. Quae in partu oris ventriculi dolorem antea senserunt, paulo post foetus deponunt.

548. Horroris et lassitudinis sensu, capitis gravitate cum cervicis dolore detentis muliebres

tumoribus ventris, de quibus hic sermo est? sequens ἆρα τὰ τοιαῦτα οἰδήματα διδυμοτοκεῖ; lucem aliquam adferre visum est. Nimirum opinor eos eiusmodi quid suppositisse, quoniam tumor iste, quem respiciebant, ventrem quasi sulco in duas partes divisum obferebat, ita ut referret quodammodo formam scroti oedematosi et raphe intermedia in duas partes divisi. Ego certe meliora nunc dare non valeo. Ceterum πονηρά pro πονηρόν initio scripsi de meo. Forte hic quoque, uti alibi vidi in his Coaeis, τὸ λεπτόν pro τὸ ἧπαρ invectum est. Aegre fero ἆρα — διδυμοτοκεῖ. Sitne ἆρα ut saepius in hoc libro pro ἦσι invectum, postquam hoc ipsum pone dativum ὀρθοπνοίῃσι perierat, ita ut reponendum sit: ἦσι τὰ τοιαῦτα οἰδήματα, διδυμοτοκοῦσι?

540. Vulgo τὰ μυχθώδεα ἐξαναφέροντα πνεῦμα; Foës. voluit τὰ μυχθώδεα ἐξαναφερόμενα πνεύματα, non male, si conferas Coacam 519., sed tum legendum est ἐκτιτρώσκουσι, quia transitivo opus erit. Opsopoeus τὰ μυχθῶδες ἐξαναφέροντα πνεῦμα voluit, quod dedit Littréus. Quodsi vero locum reficias, quidni ex toto? Id quidem ego feci.

541. Codd. καρηβαρικοῖσι, sed adiectivum est trium terminationum. Imp. Samb. solus καρηβαρικῇσι, quod dedit Littréus.

542. Ad verba αἱ πρὸς χεῖρα νωθραί cf. Coaca 158. ubi: οἱ δὲ περικαέες πρὸς χεῖρα, νωθροὶ, διψώδεες κ. τ. λ. —

Nimirum quid sit περικαὴς πρὸς χεῖρα intelligo; non satis capio quid sit πρὸς χεῖρα νωθρός. Mirum etiam τὰς καταξήρους hic vocari ἀδίψους, nisi id de sitis absentia ubi sitiendi causae adsint, accipere velis. Sitne πρὸς χεῖρα νωθροί contrarium eius, quod Coaca 59. dicitur πρὸς χεῖρα ἀναΐσσοντες? Sitne igitur Coaca 158. alio modo distinguendum? — In eiusmodi observationibus quid auctores viderint quis nos docere poterit?

543. Pro ὁρμᾷ, quod Littréus dedit, vulgo ὁρμαί, tum vero distinguitur ante τρόμος. Cod. Par. A. praebuit ὁρμαῖ alia manu mutatum in ὁρμαί, unde ὁρμᾷ nuperrimus editor, in quo acquiescendum arbitror. In fine δύσκολα pro δύσκολον de meo dedi.

544. Cf. Coaca 514.

545. Pro αἱ cod. A. εἰσί. cod. Par. D. et Aldus ἦσι, omnia corrupte.

548. Vulgata lectio est: τὰ φρικώδεα, κοπιώδεα, καρηβαρικὰ, τράχηλον ὀδυνώδεα, γυναικεῖα καταρρήγνυσι· περὶ κρίσιν τὸ τοιοῦτον γινόμενον μετὰ βηχίου ἐπιῤῥιγεῖ. — Si haec conferamus cum Coaca 541. manifestum est, ibi meliorem nos habere, hic vero pleniorem eiusdem loci lectionem. Neutra pluralia illa facile arguunt librariorum incuriam et τὸ τοιοῦτον γινόμενον insititium est. Gal. in comm.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 247 sur 880

©BIUM

ται· [περὶ κρίσιν μετὰ βηχίου ἐπιρριγέουσι.]

Φμθ'. Ἧισι κόρῃσι ὀρθοπνοϊκὰ ξυμβαίνει, ἐν τῇσι ἐπιφόροισι τιτθοὶ ἐκπυοῦνται. [γυναικεῖα ἐπιφαίνεσθαι ἐν ἀρχῇ, κακόν.]

Φν'. Τὰ μανικὰ πυρετοὺς ὀξεῖς παραχώδεας ἀχόλῳ καρδιαλγικῷ λύουσι.

Φνα'. Τῇσι ἀτόκοισι αἵματος ἔμετος πρὸς τὸ συλλαβεῖν ὠφελεῖ.

Φνβ'. Τὰ ἀχλυώδεα, γυναικείων συχνῶν ἐπιφανέντων, λύεται.

Φνγ'. Ὅσῃσι γυναιξὶ ἐκ πυρετῶν ἄλγημα τιτθῶν γίγνεται, πτύσις αἱμάλωπος οὐ τρυγώδης γενομένη λύει τοὺς πόνους.

Φνδ'. Οἱ ἐν ὑστερικῇσι ἀπύροισι σπασμοὶ εὐχερέες, οἷον καὶ Δορκάδι.

Φνε'. Ἧισι ἐκ ῥίγεος πυρετὸς κοπιώδης, γυναικεῖα κατατρέχει, τράχηλος ἐν τούτοισι ὀδυνώδης αἱμορραγικόν.

Φνς'. Ἔμετος δὲ ἀλυπότατος φλέγματος καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένων, μὴ πολὺς δὲ κάρτα ἐμείσθω μηδὲ παχύς· τὰ δὲ ἀκρητότερα τῶν ἐμουμένων κακίω· πρασοειδὴς δὲ ἔμετος καὶ μέλας καὶ πέλιος, πονηρόν· εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἐμέοι, ὀλέθριον· τάχιστον δὲ θάνατον σημαίνει ὁ πέλιος καὶ κακώδης· ἔστι δὲ θανάσιμος καὶ ὁ ἐρυθρὸς ἔμετος καὶ μάλιστα εἰ μετὰ ἀνάγκης ἐμέοιτο ἐπωδύνου.

purgationes deiiciuntur. [Circa iudicationem cum tussicula rigorem patiuntur.]

549. Quae puellae erectae cervicis spiratione vexantur, iis uterum ferentibus mammae pus colligunt.

550. Febres acutas cum mentis perturbatione in oris ventriculi dolore non bilioso, insania solvit.

551. His quae non pariunt ad conceptum sanguinis vomitus prodest.

552. Oculorum caligines crebris apparentibus mensibus solvuntur.

553. Quaecumque mammarum dolore ex febribus vexantur, eas sanguinis concreti spuitio non faeculenta, dolore liberat.

554. In mulieribus, quae uteri suffocationibus tentantur, idque sine febre, faciles sunt convulsiones, quale quid etiam Dorcadi contigit.

555. Quibus ex rigore febris cum lassitudinis sensu adest in his muliebrium profluvium exspectare oportet. Quodsi cervicis dolor prehenderit, sanguinis e naribus eruptionem fore spes est.

556. Vomitio autem maxime est innoxia, quae pituita et bile permixta est, dum ne admodum copiosa, aut crassa sit. At sinceriores vomitiones deteriores sunt. Viridis quoque vomitus et niger et lividus vitiosus est. Quodsi omnes colores idem vomat, exitiale est. Celerrimum autem exitium indicat lividus et mali odoris. Mortem quoque adfert ruber vomitus, isque praecipue si cum maiore conatu et dolore contingat.

ad Epid. II. p. 399. Kühn. postrema non adfert.

549. In hac sententia τιτθούς, quod in libris fertur, mutavi in τιτθοί propter ἐκπυοῦνται, nimirum ἐν τῇσι hic pro ἐν ταύτῃσι ponitur. Littréus ἐν τῇσι ἐπιφορῇσι dedit, novum nomen ἐπιφορά *graviditas* fingens; aut certe vocabulo novam significationem obtrudens, qua medela leniorem adhiberi posse credidi. — Vellem vero indicaret mihi aliquis, quomodo verba uncis inclusa cum superioribus cohaereant, et de quibus ἀρχῇσι hic sermo sit. Ego credo partem esse sententiae cuiusdam deperditae; id sane abunde constat ad nostram Coacam ista minime pertinere.

550. Miror in mediis his de mulierum morbis sententiis rursus inferri talem, quae utriusque sexus morbos tangere videatur. Insuper totius sententiae forma non magnam ei fidem conciliat.

553. Pro γενομένη Ald. ἐγγενομένη, item cod. Par. A., sed hic corrupte ἐνγενομένη.

554. Cf. Coaca 349. Prorrh. 119.

555. Cf. Prorrh. 142.

556. Cf. Progn. § 23. De meo dedi συμμεμιγμένων pro vulgato συμμεμιγμένος, quod constare poterit, si ὁ ἐκ φλέγματος καὶ χολῆς συμμεμιγμένος legamus; sed vel ita praetulerim quod exhibeo. Item e Progn. revocavi μηδὲ παχύς, quod manifesto excidit et quod Foësius iam restitutum voluit in adnn. Pro vulgato ἀκρητέστερα de meo ἀκρητότερα exhibui: ἀκρητέστερα omni modo vitiosum est, quod ad formam esse deberet ἀκρατέστερα et ἀκρατής nequaquam congruit. Saepius haec in libris Hippocratis sunt confusa. Denique de meo καὶ ὁ ἐρυθρός scripsi, quia καί salvo sensu hic abesse nequit.

φνζ'. Οἱ ἀσώδεες ἀνημέτως παροξυνόμενοι, κακοί.

φνη'. Τὰ μικρὰ ἐμέσματα χολώδεα, κακόν· ἄλλως τε κἢν ἀγρυπνέωσι . . . .

φνθ'. Ἐπὶ μελάνων ἐμέτων κώφωσις οὐ βλάπτει.

φξ'. Οἱ κατὰ μικρὰ παχεῖς, χολώδεες, ἄκρητοι ἔμετοι, κακοί.

Ἐν ὑποφορῇ πλέονι καὶ ὀσφύος ἀλγήματι ξυντόνῳ . . . .

φξα'. Τὰ ἐξ ἐμέτων ἀσώδεα, κλαγγώδεα, ὄμματα ἐπίχνουν ἴσχοντα, μανικά· ὀξέως μανέντες ὑνήσκουσι ἄφωνοι.

φξβ'. Ἐν ἐμέτῳ διψώδεα ἐόντα ἄδιψον γενέσθαι, κακόν.

φξγ'. Ἐν ἀσώδεσι ἀγρυπνίῃσι τὰ παρ' οὓς μάλιστα.

φξδ'. Τοῖς ἀσώδεσι κοιλίης ταραχώδεος ἐπιστάσης διὰ ταχέων ἐξανθεῖ οἷα κωνώπων κεντήματα καὶ ἐς ὄμματα δακρυώδης ἀπόστασις ἔρχεται.

φξε'. Ἐπὶ ἀκρήτοις ἐμέτοις λυγμὸς, κακόν· κακὸν δὲ καὶ σπασμός· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇσι ὑπερκαθάρσισι τῇσι ἐκ τῶν φαρμακειῶν.

φξς'. Οἱ μέλλοντες ἐμεῖν πτυαλίζουσι ἔμπροσθεν.

φξζ'. Ἐπὶ ἐλλεβόρῳ σπασμὸς, ὀλέθριον.

φξη'. Ἐπὶ πάσῃ καθάρσι πλεοναζούσῃ

557. Corporis aestuatione et inquieta iactatione conflictati citra vomitum ingravescentes male habent.

558. Vomitiones exiguae biliosae malum denunciant, tum vero praecipue si pervigilio conflictentur aegri. . . .

559. Ex nigra vomitione oborta surditas malo non est.

560. Vomitus parvi, crassi, biliosi, sinceri, malo sunt.

In copiosiore ventris subductione et intenso lumborum dolore . . .

561. *Locus corruptus. Cf. adn.*

562. In vomitu eum, qui siti prematur, sitis expertem esse malum est.

563. In angore et pervigilio ad aures abscessus maxime obveniunt.

564. In anxietate laborantibus cum alvi turbulentae suppressione celeriter velut culicum puncturae in cutem erumpunt, et ad oculos lacrimosus abscessus procedit.

565. Ex sinceris vomitionibus singultus malus est, mala quoque convulsio. Quin etiam idem existimandum est in immodicis purgationibus, quae ex medicamentorum potionibus fiunt.

566. Qui vomituri sunt, iis antea os crebra salivatione impletur.

567. Ex epoto veratro convulsio exitium adfert.

568. In omni superflua purgatione frigus cum

557. Cf. Prorrh. 76. Mihi verba, quae vulgo leguntur in fine huius Coacae *καὶ οἱ σπαρασσόμενοι ἀνημέτως* esse videntur adnotatio marginalis, quam quis adposuerit ad *ἀσώδεες ἀνημέτως*, quae coniungi debere crediderit et quibus illustrandi causa adscripserit *ἢ οἱ σπαρασσόμενοι ἀνημέτως*. Itaque delevi glossema. Ego *κακοί* effeci e vulgato *κακόν*.

558. Cf. Prorrh. 79., quo comparato patet sententiam esse truncatam. *Κακόν*, quod in libb. deficit, alii et Littréus adscripserunt e Prorrhetici loco.

559. Duretus negationem deletam cupit. Non fecit Littréus; neque ego facere ausim.

560. In hac sententia libri omnes *ταχεῖς*, quod certo certius *παχεῖς* esse debet. Quis *ἔμετος ταχύς*? Quis *βραδὺς ἔμετος*? Merae nugae. *Τποφθορῇ* A. D. Parr. et Edd. vett., sed recte correctum in vulg. *ὑποφορῇ* scribendo. In cod. Sever. apud Foës. *ἄλλως τε καὶ ἐν ὑποφορῇ κ. τ. λ.* scriptum est, quod Lind., Mack. exhibuerunt. Nimirum animadverterunt periodum male se habere, vitiumque tollere voluerunt. Sed si comparetur Coaca 310. constat verba *ἐν — συντόνῳ* sententiam esse truncatam, quae ad superiorem nequaquam pertinet.

561. De hac pessime scripta sententia cf. adnn. ad Prorrh. 17.

563. Cf. Prorrh. 157. Inde *ἀγρύπνοις*, quod h. l. libri tuentur, in *ἀγρυπνίῃσι* mutavi.

564. Legitur fere *κοιλίης ταραχώδης ἐπίστασις*. Iam Opsop. *ταραχώδους* in hisce voluit, quod in cod. Sever. apud Foës. et apud Lind., Mack. habetur. Verum etiam *ἐπίστασις* in *ἐπιστάσης* mutari debet. Littréus locum hunc comparare vult cum Epid. IV. § 25. 30. 35., quae nescio an multum huc faciant, nisi forte aliquantum § 35. Respici loco nostro morbum febrilem exanthematicum dixeris cum symptomatis catarrhalibus.

565. Cf. Aph. V. 4.

567. Cf. Aph. V. 1.

©BIUM

ψύξις μεθ' ἱδρῶτος, ὀλέθριον· καὶ οἱ ἐπανεμέοντες διψώδεες ἐν τούτοισι, κακοί· οἱ δὲ ἀσώδεες ὀσφυαλγέες κοιλίην καθυγραίνονται.

Φξθ'. Αἱ ἐξερύθρων ἢ μελάνων ὑπὸ ἑλλεβόρου καθάρσιες, πονηραί· καὶ ἔκλυσις δὲ μετὰ τοιούτων, κακόν.

Φο'. Ἀπὸ ἑλλεβόρου ἐμέσαι ἐρυθρὰ, ἀφρώδεα, ὀλίγα ὠφελέει· ποιέει μέντοι σκληρύσματα καὶ ἐμπυήσιας μεγάλας ἀφίστησι· εἰσὶ δὲ οἱ τοιαῦτα ἐμέοντες ἄλλως τε καὶ στῆθος ἐπώδυνοι καὶ ἐν τοῖς ῥίγεσι ἐφιδροῦντες καὶ ὄρχιας ἐπαίρονται· τούτου προγενομένου ἐπιρριγοῦσι καὶ ἰσχναίνονται.

Φοα'. Αἱ πυκναὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὑποστροφαὶ ἐμετώδεες περὶ κρίσιν μελάνων ἔμετον ποιέουσι· γίγνονται δὲ καὶ τρομώδεες.

Φοβ'. Ἱδρὼς ἄριστος μὲν ὁ λύων τὸν πυρετὸν ἐν ἡμέρῃ κρισίμῳ, χρήσιμος δὲ καὶ ὁ κουφίζων· ὁ δὲ ψυχρὸς καὶ μοῦνον περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον γενόμενος, φλαῦρος· καὶ γὰρ χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει.

Φογ'. Ἱδρὼς δὲ ψυχρὸς ἐν ὀξέϊ μὲν πυρετῷ θανάσιμος, ἐν πρηϋτέρῳ δὲ χρόνον σημαίνει.

Φοδ'. Ἱδρὼς ἅμα πυρετῷ γενόμενος ἐν ὀξέϊ, φλαῦρον.

Φοε'. Οὖρον ἐν πυρετῷ λευκὴν ἔχον καὶ λείην ὑπόστασιν ἱδρυμένην ταχεῖαν ἄφεσιν σημαίνει· ταχεῖαν δὲ καὶ τὸ ἐξ ἀκρίτου λίπος ἴσχον τι ἐξυδατούμενον· τὸ δὲ ὑπέρυθρον καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχον ὑπέρυθρόν τε καὶ λείην πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης γενόμενον, ἑβδομαῖον ἀπολύει, μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην χρονιώτερον ἢ πάντως χρόνιον· τό τε ἐν τετάρτῃ λαβὸν ἐπινέφελον ὑπέρυθρον, ἑβδο-

sudore exitiale. Et inter haec qui subinde vomunt et siticulosi sunt, male habent. Qui vero anxietate laborant cum lumborum dolore, iis alvus humectatur.

569. Ex epoto veratro praerubrorum aut nigrorum purgationes vitiosae. Virium exsolutio cum talibus mala est.

570. Epoto veratro rubra, spumantia pauca vomitione reiicere iuvat. Duritias tamen facit et magnos abscessus purulentos internos. Qui vero talia vomitione refundunt, pectoris praecipue dolore conflictantur et in rigoribus crebro et tenuiter exsudant, testesque in tumorem sublatos habent. Quod si antecesserit, rigent subinde et graciles evadunt.

571. Crebro repetentes iisdem perseverantibus casibus vomitiones ad iudicationem nigra vomitione refundunt. Quin etiam tremulos aegros faciunt.

572. Sudor optimus sane qui febrem die iudicatorio tollit. Utilis autem et qui allevat. Malus vero frigidus et ubi caput duntaxat et cervix insudat. Nam et temporis diuturnitatem et periculum denunciat.

573. Sudor autem frigidus cum acuta quidem febre exitium, cum mitiore vero diuturnum fore morbum significat.

574. Sudor una cum febre, acuto morbo urgente, malus.

575. Urina in febre album et laeve depositum habens sedimentum celerem liberationem denunciat. Celerem quoque quae quum indicatorii nihil habuerit pinguedinem aliquam contineat, aquosa facta. Quae vero aliquantulum rubet, subrubrum habet sedimentum et laeve, si quidem ante septimum diem appareat, septimo die solutionem fore designat, post septimum autem tardiorem, aut plane diuturnam. Et quae

568. In media hac Coaca κακοί de meo dedi pro vulgato κακόν.

569. Cum Lind. ἢ μελάνων dedi; vulgo ἢ abest. Aut hoc, aut καί suppleri debebit.

570. In hac sententia sub finem προσγενομένου de meo in προγενομένου mutavi. Auctor sententiae indurationes organorum et abscessus purulentos in organis internis manifesto tribuit veratri potioni. Postrema de febre hectica intelligo.

571. Cf. Coaca 122. Hac collata pro vulgato μέλανα dedi μελάνων e cod. Par. A. et Aldo, qui μέλανον ferunt.

572. Cf. Progn. § 9.

573. Cf. Progn. ibid. et Aph. IV. 37.

574. Cf. Prorrh. 58.

575. Cf. Progn. § 22. Aph. IV. 70. In hac Coaca τὴ

©BIUM

μαῖον ἀπολύει τῶν λοιπῶν κατὰ λόγον ἐχόντων. Τὸ δὲ λεπτὸν καὶ χολῶδες καὶ τὸ μόλις γλίσχρην ἔχον ὑπόστασιν καὶ τὸ μεταβάλλον ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ χεῖρον χρόνιον· ἐπὶ πλεῖον δὲ τοῦτο ἐπακολουθοῦν, ἢ περὶ κρίσιν χεῖρον γενόμενον, οὐκ ἀκίνδυνον.

quarto die subrubram nubeculam capit, septimo die liberat, dum reliqua pro ratione habeant. Tenuis autem et biliosa et aegre lentum habens sedimentum et quae in melius et deterius commutatur temporis diuturnitatem postulat. Quodsi talis diutius perseverat, aut sub iudicationem deterior facta sit, periculo non vacat.

Φοε'. Ὑδατῶδες δὲ καὶ λευκὸν διατελέως ἐν χρονίοισι δύσκριτον γίγνεται καὶ οὐκ ἀσφαλές.

576. Diluta vero et alba in diuturnis morbis perseverans difficilem et non securam iudicationem facit.

Φοϛ'. Νεφέλαι δὲ ἐν οὔροισι λευκαὶ μὲν καὶ κάτω, λυσιτελέες· ἐρυθραὶ δὲ καὶ μέλαιναι καὶ πέλιαι, δύσκολοι.

577. In urinis nubeculae albae quidem et quae infimum locum tenent, utiles sunt, rubrae vero, nigrae ac lividae molestiam exhibent.

Φοη'. Κινδυνῶδες τῶν οὔρων ἐστὶ τὸ χολῶδες μὴ ὑπέρυθρον ἐν τοῖσι ὀξέσι καὶ τὸ κριμνώδεας λευκὰς ἔχον ὑποστάσιας καὶ τὸ ποικίλον χροιῇ καὶ ὑποστάσι καὶ μάλιστα τοῖσι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥευματισμοῖσι. Κινδυνῶδες δὲ καὶ τὸ ἐκ μέλανος μεθιστάμενον ἐς λεπτὸν χολῶδες καὶ τὸ ἐξ ὑποστάσιος διασπώμενον καὶ τὸ ἐκ προφιώδεος ὑπόστασιν ἴσχον ὑποπέλιον ἰλυώδεα· ἆρα ἐκ τοιούτων ὑποχόνδριον ὀδυνῶνται; δοκέω δεξιόν· ἆρα καὶ χλοιώδεες γίγνονται καὶ τὰ παρ' οὓς ὀδυνώδεες ἐπὶ βραχύ; κοιλίη τούτοισι καταρραγεῖσα ὀλέθριον.

578. In praecipitibus morbis periculum denunciat urina biliosa, neque aliquantulum rubra et quae hordei tosti frustulis similia habet sedimenta alba et quae colore ac sedimento variat, praecipueque in iis, quae ex capite fiunt, defluxionibus. Perniciem etiam prae se fert, quae ex nigra in biliosam tenuem transit et quae sedimentum habet divulsum. —

Φοθ'. Οὖρα ἐξαίφνης παραλόγως ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα φλαῦρα καὶ ὅλως τὸ παραλόγως πέπον ἐν ὀξέϊ φλαῦρον· φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ἐξέρυθρον ἐπὶ τούτῳ ἐπάνθισμα ἢ ἰῶδες καταχεόμενον. Λευκὸν δὲ καὶ διαφανὲς οὖρον, πονηρόν· μάλιστα δὲ ἐν φρενιτικοῖσι ἐπιφαίνεται. Πονηρὸν δὲ καὶ τὸ μετὰ

579. Urinae derepente brevi tempore praeter rationem coctae vitiosae sunt, ac in totum quae in morbo acuto urina praeter rationem cocta est, vitium denotat; malo quoque est efflorescentia praerubra aut aeruginosa super ea diffusa. Alba vero et pellucida urina mala est; praecipueque in phreniticis apparens. Mala quo-

μόλις γλίσχρην ἔχον ὑπόστασιν de meo dedi pro vulgato τὸ μόλις γλίσχρον, ἔχον ὑπόστασιν. Littréus γλίσχρων dedit de suo, quod minus arridet. Idem sub finem pro vulg. περὶ κρίσιν χρόνων γενομένων recepit e cod. A. Par. περὶ κρίσιν χειρόνων γενομένων, quod corruptum esse arbitror; sed quomodo restitui posse videatur e textu descripto patet.

578. Scripsi καὶ τὸ κριμνώδεας λευκὰς ἔχον ὑποστάσιας ad ductum Progn. § 22., ubi manifesto κριμνώδεες ὑποστασιες memorantur, non ipsa urina κριμνώδης dicitur, uti in vulg. καὶ τὸ κριμνῶδες λευκὰς ἔχον ὑποστάσιας. Ad verba τὸ ἐξ ὑποστάσιος διασπώμενον cf. Coaca 593., ubi οὖρον... δάσος ἔχον διασπώμενον memoratur. Dedi porro ἆρα καὶ χλοιώδεες pro vulgato ἢ καὶ χλοώδεες e Prorrh. 156., ubi vide adnn. Nunc rursus affirmo haec non ad urinas, sed ad alvum pertinere, errore vero collectoris harum sententiarum huc relata esse. Iam Lind. et Mack. ἦρά γε dederant ex Opsopoei emendatione. Denique ex eodem Prorrhetici loco verborum transpositione sanavi postrema, quae in libris sic sunt descripta: καὶ τὰ παρ' οὓς ὀδυνώδεες τούτοισι ἐπὶ βραχὺ κοιλίη καταρραγεῖσα ὀλέθριον.

579. Cf. Prorrh. 59. Aph. IV. 71. In verbis vulgo ita editis: φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ἐξέρυθρον ἐκ τούτων ἐπάνθισμα ἰῶδες (Littréus e cod. A. dedit ἰώδει) κατεχόμενον. Λευκὸν δὲ καὶ καταχεόμενον διαφανὲς οὖρον κ. τ. λ., in his, inquam, certum est καταχεόμενον esse idem quod κατεχόμενον: nempe librarius hoc vitiose scripserat et correxerat καταχεόμενον, postea vero utrumque in textum illatum est. Cf. Prorrh. l. l. et Aph. l. Quod Littréus ἰώδει recte scribi putat, hac in re fallitur; vitiosa est lectio codicis A., sed ante

©BIUM

ποτὸν ταχέως διουρούμενον καὶ μάλιστα πλευριτικοῖσι καὶ περιπνευμονικοῖσι. Πονηρὸν δὲ καὶ τὸ πρὸ ῥίγους ἐλαιῶδες οὐρούμενον. Πονηρὸν δ' ἐν τοῖσι ὀξέσι τὰ χλοιώδεα μὴ ἐπὶ χροιῇ ἐόντα.

que quae post potionem celeriter meiitur praesertimque in lateris doloribus et pulmonis inflammationibus. Mala quoque quae ante rigorem oleosa redditur. Malae vero quoque in morbis acutis ex viridi pallescentes idque non in superficie.

Φπ'. Ὀλέθριον δ' ἐστὶ τῶν οὔρων τό τε μέλαιναν τὴν ὑπόστασιν ἔχον καὶ τὸ μέλαν· μᾶλλον δὲ τοῖσι παισὶ τὸ λεπτὸν τοῦ παχέος· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπίπονον· ὀλέθριον δ' ἐστὶ καὶ πᾶν τὸ λαθραίως οὐρούμενον· περιπνευμονικοῖσι δ' ἐστὶ ὀλέθριον καὶ τὸ ἐν ἀρχῇ μὲν πέπον, μετὰ δὲ τὴν τετράδα λεπτυνόμενον.

580. Perniciem vero indicat urina, in qua nigrum est quod subsidet, et quae ipsa nigra est. In pueris etiam tenuis potius quam crassa. Quae ipsa etiam dolorem facit. Perniciosa quoque est quaecumque inscio aegro redditur. At in pulmonum inflammationibus periculum indicat, quae initio coctionem habet, verum post quartum diem tenuis evadit.

Φπα'. Πλευριτικοῖσι οὖρον αἱματῶδες, ζοφῶδες, μετ' ὑποστάσιος ποικίλης ἀδιακρίτου θανάσιμον ἐν τέσσαρσι καὶ δέκα ἡμέρῃσι ὡς ἐπιτοπολύ· θανάσιμον δὲ καὶ ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσι ξυντόμως τὸ πρασοειδὲς μέλαιναν ἔχον ὑπόστασιν ἢ πιτυρώδεα. Καυσώδεσι δὲ κατόχως κάκιστον οὖρόν ἐστι τὸ ἔκλευκον.

581. In laterum doloribus urina cruenta, obscura, cum eo quod subsidet vario et indiscreto, ut plurimum in quatuordecim diebus mortem adfert. Laterum quoque dolore affectis in propinquo mortem esse significat, quae viridis nigrum habet sedimentum, aut furfuribus simile. Febri vero ardente cum alto stupore (quem catochon vocant) detentis, exalbida urina pessima est.

Φπβ'. Οὖρον δὲ ὠμὸν πλείονα χρόνον γενόμενον τῶν ἄλλων σωτηρίων ἐόντων, ἀπόστασιν καὶ πόνον σημαίνει καὶ μᾶλλον ἐν τοῖσι ὑπὸ φρένα, — ἀλγημάτων δὲ ἐν ὀσφύϊ πλανωμένων, ἐς ἰσχίον, — καὶ ἐν πυρετῷ καὶ ἄνευ πυρετοῦ. Τὸ δὲ ἐκπεμπόμενον λίπος ἴσχον σημαίνει πυρετόν· τὸ δὲ αἱματῶδες ἐν ἀρχῇ οὐρηθὲν, χρόνιον· τὸ δ' ἀνατεταραγμένον

582. Urina cruda, quae sic diu perseverat ut reliqua signa salutaria sint, abscessum et dolorem praecipueque infra septum transversum denunciat. Doloribus vero ad lumbos oberrantibus ad coxam, idque in febre et sine febre. Quae vero emittitur pinguedinem habens febrem significat. Cruenta vero circa initia reddita morbi diuturnitatem. Perturbida quo-

ἰῶδες vocula excidit, quam ἤ fuisse puto, quod reposui; si καί praeferas, non adversabor propter Prorrhetici locum, licet iotacismo ἤ ante ἰῶδες facile perire potuisse constet. Equidem olim credidi eum ἐπάνθισμα de cutis efflorescentia sumere; non de efflorescentia in urinis conspicua; sed Prorrh. 21. ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι ἀκρήτοισι διαχωρήμασι τὸ ἀφρῶδες ἐπάνθισμα, κακόν; ita ut putem de efflorescentia in urinis loqui scriptorem. Hinc factum est, ut ἐκ τούτων in ἐπὶ τούτῳ mutarem. — Postrema μὴ ἐπὶ χροιῇ ἐόντα non intelligo; vereor ne corruptela aliqua lateat, quam non assequor.

580. Cf. Progn. § 22. Legebatur in media hac sententia ... τοῦ παχέος, τοῖσι δὲ λεπτοῖσι τὸ ἀνάπαλιν τοῖσι (οἷσι Edd. antt. et libb. Parr. A. D.) συνεστραμμένοις καὶ τὸ χαλαζῶδες γονοειδὲς διαχεόμενον· τὸ δ' αὐτὸ κ. τ. λ. Littréus γονοειδές omisit, quod lapsu calami aut errore typographico factum videtur. Sed verba ista corrupta esse viderunt interpretes, nec sciverunt quomodo ex his se expedirent. Mihi non adeo magno molimine persanari posse videntur: τοῖσι συνεστραμμένοισι, vel οἷσι συνεστραμμένοις ortum est e τὸ συνεστραμμένον. Notandum porro in συνεστραμμένον et διαχεόμενον esse antithesin. Quodsi iam scribamus τοῖσι λεπτοῖσι ἀνάπαλιν τὸ συνεστραμμένον γονοειδὲς καὶ τὸ χαλαζῶδες διαχεόμενον habebimus sententiam aptam quidem, sed quae tamen nihil est nisi adnotatio marginalis lectoris alicuius, qui species urinae crassas, sive tenuibus oppositas, describere voluit. Itaque delevi e textu ista insititia.

581. Legebatur θανάσιμον δὲ καὶ ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσι συντόμως καὶ τὸ πρασοειδές, in quibus alterutrum καί abundat; itaque posterius delevi.

582. Ad nonnulla in hac Coaca cf. Aph. IV. 70. et ea, quae ibi adnotavimus, Prorrh. 4. Vulgo editur τὸ δὲ ἐκπεμπόμενον λίπος ἴσχον οὖρον ὑπόστασιν; ego οὖρον tum h. l., tum infra eo, quem mox persequar, a librariis illatum puto itemque ὑπόστασιν. Nempe quum οὖρον ὑπόστασιν

©BIUM

γμένον μεθ' ἱδρῶτος ὑποτροπήν· τὸ δὲ λευκὸν οἷον τῶν ὑποζυγίων, κεφαλαλγίην· τὸ δ' ὑμενώδες, σπασμόν· τὸ δὲ πεταλώδεας ἔχον ὑποστάσιας ἢ ἰλυώδεας ῥίγεος δηλωτικόν· τὸ δὲ ἀραχνιώδες, ξυντήξιος· τὰ δ' ἐν πλανώδεσι πυρετοῖσι μέλανα νεφέλια, τεταρταίου· τὰ δ' ἄχροα μέλασι ἐναιωρεύμενα μετὰ ἀγρυπνίης καὶ ταραχῆς, φρενιτικά· τὰ δὲ κονιώδεα μετὰ δυσπνοίης ....

Φπγ'. Οὖρον ὑδατῶδες ἢ τεταραγμένον ψαφερῇ τριχύτητι κοιλίην ὑγρὴν ἐσομένην σημαίνει· τὸ δὲ ἐκ λεπτοῦ δασυνόμενον ἆρα ἱδρῶτα μέλλοντα δηλοῖ; γεγενημένον δὲ τὸ ἀφρῶδες ἐπ' αὐτῷ ἐφιστάμενον.

Φπδ'. Τὰ δ' ἐν τριταίοισι οἷα νεφέλια μέλανα ἀκατάστατα φρίκης δηλωτικά· καὶ αἱ ὑμενώδεες οὐρήσιες καὶ αἱ μετὰ φρίκης ἐφιστάμεναι, σπασμώδεες.

Φπε'. Οὖρον χρηστὴν ἔχον ὑπόστασιν ἐξαπίνης μὴ ἔχον πόνον καὶ μεταβολὴν σημαίνει· τὸ δὲ ἐπιταραχθὲν μὴ καθιστάμενον ῥῖγος περὶ κρίσιν, τάχα δὲ καὶ ἐς τριταῖον ἢ τεταρταῖον μετάστασιν.

Φπς'. Ἐν πλευριτικοῖσι οὖρον ὑπέρυθρον ἔχον λείην ὑπόστασιν, ἀσφαλέα κρίσιν σημαίνει· τὸ δὲ ἐπιταραχθὲν μὴ καθιστάμενον ῥῖγος περὶ κρίσιν, τάχα δὲ καὶ ἐς τριταῖον ἢ τεταρταῖον μετάστασιν.

Φπς'. Ἐν πλευριτικοῖσι οὖρον ὑπέρυθρον ἔχον λείην ὑπόστασιν, ἀσφαλέα κρίσιν σημαίνει· τὸ δὲ ἐπιταραχθὲν μὴ καθιστάμενον ῥῖγος περὶ κρίσιν, τάχα δὲ καὶ ἐς τριταῖον ἢ τεταρταῖον μετάστασιν.

que cum sudore morbi reversionem. Alba autem, qualis in veterino genere redditur, capitis dolorem; membranosa convulsionem. Quae vero laminis similia habet sedimenta, aut limosa, rigorem denunciat; quae araneorum telis similia quaedam habet, colliquationem. At in errantibus febribus nigrae nubeculae quartanam denunciant; decolores autem urinae suspensa quaedam in medio nigra habentes cum pervigilio et perturbatione, phrenitidem; cineritiae vero cum spirandi difficultate.....

583. Urina diluta aut arenida et facile dissolubili asperitate returbata liquidam fore alvum denunciat. Quae vero e tenui spissa evadit, fortasse erupturum sudorem indicat: iam autem erupisse spumosum quid ei supernatans.

584. In febribus vero tertianis veluti nigrae nubeculae non subsidentes horrorem indicant. Ac membranosae mictiones et quae una cum horrore subsistunt, convulsionem denotant.

585. Urina in qua quod subsidet bonum est, et derepente evanescit, dolorem ac mutationem denunciat. Quae vero returbida non residet, rigorem circa iudicationem; forte etiam in tertianam, aut quartanam transitum.

586. Laterum dolore affectis urina aliquantulum rubra, laevem habens subsidentiam, secu-

ἴσχον saepius his locis legatur, librarii huic quoque nostro, id obtruserunt, ubi solum τὸ δὲ ἐκπεμπόμενον λίπος ἴσχον scriptum fuit. — Paulo inferius libri τὸ δὲ πτυαλώδεας ἔχον ὑποστάσιας οὖρον ἢ ἰλυώδεας, quem locum vitiosum esse viderunt interpretes. Ego sic sentio: οὖρον illatum esse a descriptoribus, ut supra factum fuit; tum facili opera emendari πτυαλώδεας, si πεταλώδεας scribamus, quemadmodum legitur l. l. e Prognostico. In fine tandem τὰ δὲ κονιώδεα μετὰ δυσπνοίης ὑδατώδεα legitur in libris. Illud ὑδατώδεα accipiunt, quasi urinas significaret aquam inter cutem aut indicantibus, aut praenunciantibus; sed interpretatio falsa est: οὖρα ὑδατώδεα sunt *urinae aquosae* i. e. tenues pellucidae instar aquae. Me iudice vocabulum, quo quem morbum indicarent τὰ κονιώδεα μετὰ δυσπνοίης auctor significaverit, periit et ὑδατώδεα errore librariorum invectum est ex initio Coacae sequentis. Hinc factum est, ut ὑδατώδεα deleverim et lacunae signa posuerim.

583. In codd. et Edd. legitur τὸ δὲ ἔκλεπτον οὖρον δασυνόμενον. Hollerii emendatio ἐκ λεπτοῦ tam est certa, ut iure de ea dubitare nemo possit; sed iterum οὖρον abundat, ut bis in Coaca superiore. Legebatur in fine τὸ ἀφρῶδες ἐφ' αὐτὸ ἐφιστάμενον, quod quid significet, nemo facile dicat; at facile emendatur ἐπ' αὐτῷ scribendo.

584. Legebatur τὰ δ' ἐν τριταίοισι μετὰ φρίκης οἷα νεφέλια μέλανα φρίκης ἀκαταστάτου δηλωτικά. Iam vero quaero, quare dicat ἐν τριταίοισι μετὰ φρίκης, quasi non esset φρικὴ in quavis tertiana; sed manifesto μετὰ φρίκης e fine sententiae huc retractum est errore librariorum. Quaero porro, quae sit φρικὴ ἀκατάστατος in tertiana; nempe quum ἡ φρίκη quamdiu febris revera tertiana sit tertio quoque die prehendet? Sed voces transponendae sunt et ἀκατάστατα est scribendum, ut ad τὰ οἷα νεφέλια referatur. — Tandem Dureti emendationem ἐφιστάμεναι pro ὑφιστάμεναι, quod hic sensu cassum, legentis sum amplexus cum Lind., Mack., repudiante licet eam Littréo.

585. In altera sententiae parte legebatur: τὸ δὲ ὑπόστασιν ἔχον ἐπιταραχθὲν καθιστάμενον ῥῖγος περὶ κρίσιν κ. τ. λ. Quis vero intelliget talem urinae descriptionem? Nimirum librarii, impia gens, rursus omnia turbaverunt. E superioribus ὑπόστασιν ἔχον otiose invectum est et legendum est μὴ καθιστάμενον. Respiciuntur enim urinae, quales in Epid. I. et III. saepius describuntur v. c. Ep. I. aegro 4. οὖρει ... παχὺ, λευκὸν, οἷον γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενα πολὺν χρόνον· οὐ καθίστατο. Epid. III. aegro 3. οὖρον βολερὸν, οἷον ἐκ τῶν καθεστηκότων γίνεται, ὅταν ἀναταραχθῇ.

586. In hac Coaca τὸ δ' ὑπόχλωρον εὐανίες λευκὴν ἔχον ὑπόστασιν scriptum inveni; sed cum τῷ ὑποχλώρῳ

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 253 sur 880

©BIUM

μαίνει· τὸ δ' ὑπόχλωρον λευκὴν ἔχον ὑπόστασιν καὶ ταχεῖαν· τὸ δὲ ἐρυθρὸν σφόδρα καὶ εὐανθὲς ὑπόστασιν χλωρὴν ἔχον λείην εἰλικρινέα, πολυχρόνιον σφόδρα ταραχώδεα νοῦσον μεταβάλλουσαν ἐς ἄλλην, οὐ μὴν ὀλέθριον· τὸ δὲ λευκὸν ὑδατῶδες πόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει· καὶ τὸ χλωρὸν πυρρὴν ἔχον ὑπόστασιν κριμνώδεα χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει.

ϕπζ'. Οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα, φλαῦρα· καὶ τὸ κατεψῦχθαι ὧδε πονηρόν.

ϕπη'. Κύστις ἀπολῃφθεῖσα, ἄλλως τε καὶ μετὰ κεφαλαλγίης ἔχει τι σπασμῶδες· τὰ ναρκώδεα ἐν τοιούτοισι ἐκλυόμενα, δύσκολα, οὐ μὴν ὀλέθρια· ἆρά τι καὶ παρακρούουσι;

ϕπθ'. ϕς'. Νεφρῶν ἐξαπίναιον ἄλγημα μετὰ οὔρου ἐπισχέσιος, λιθιδίων οὔρησιν ἢ παχέων οὔρων σημαίνει· καὶ τρομώδεα πρεσβυτέροισι ἐν πυρετῷ οὕτως ἐπιφαινόμενα λιθίδιά που διουρέει.

ϕϙα'. Οὔρου ἀπόληψις καὶ βάρος ἐν νειαίρῃ σημαίνει ὡς τὰ πολλὰ στραγγουρίην ἐσομένην· εἰ δὲ μὴ, ἄλλην ἀρρωστίην, ἣν εἴωθε ἀρρωστεῖν.

ϕϙβ'. Ἐν εἰλεώδεσι οὔρου ἀπόληψις κτείνει ξυντόμως.

ϕϙγ'. Οὖρον ἐν πυρετῷ δάσος ἔχον διασπώμενον, ὑποτροπικὸν ἢ ἱδρῶδες.

ram iudicationem praenunciat. Quae vero aliquantulum pallida albam habet subsidentiam celerem quoque. At quae admodum rubra et bene florulenta sedimentum pallidum, laeve ac purum habet, diuturnum valdeque turbulentum morbum fore et in alium transiturum, non tamen perniciosum. Alba vero aquosa dolorem et periculum denunciat. At quae pallida fulvum habet sedimentum hordei tosti non exacte moliti crassioribus frustulis simile, diuturnitatem ac periculum indicat.

587. In his, quae circa aures abscedunt, urinae, quae celeriter et per breve tempus concoquuntur, damno sunt. Quin et perfrigerari tali modo malum est.

588. Vesica intercepta maximeque cum capitis dolore convulsionem quamdam minatur. Quae in his cum torporis sensu exsolvuntur, molestiam, non perniciem, afferunt. Ac forte etiam aliquantulum desipiunt.

589. 590. Derepente obortus renum dolor cum urinae suppressione, calculorum aut urinae crassae mictionem indicat. Tremoribus etiam senioribus in febre tali quidem modo contingentibus calculi fortassis per urinas excluduntur.

591. Urina intercepta et ad imum ventrem pondus ut plurimum futurum urinae stillicidium denunciat, sin minus, alium aliquem morbum ex consuetudine affligentem.

592. In volvulo laborantibus urinae interceptio derepente mortem affore denunciat.

593. Febricitanti urinam densitatem habens divulsam morbi reversionem aut sudorem portendit.

non admodum congruit τὸ εὐανθές, quod colorem floridum, rubrum denotat. Itaque opinor εὐανθές a librariis esse invectum ex iis, quae sequuntur, ubi nomen illud aptam sibi habet sedem: ergo delevi. Simile quid factum fuit in verbis vulgatae: τὸ δὲ λευκὸν ὑδατῶδες κριμνώδεα πυρρὴν ἔχον ὑπόστασιν πόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει: scilicet verba notata, quae paulo post iterum occurrunt, cum albae, aquosae urinae descriptione non apte coniungi mihi videntur, credoque librariorum oscitantia e subsequentibus huc quoque esse invecta. Sed redeundum est ad principium huius Coacae, ubi pro καὶ ταχεῖαν, plurimi libri scripti et editi καὶ παχεῖαν, Opsopoeus ταχείαν; Lind. παχεῖαν [ἔτι καὶ ταχεῖαν] dedit locum explens. Equidem cum Littréo, aliis solum καὶ ταχεῖαν scripsi.

587. Cf. Prorrh. 153. Coaca 205. Vulgo φλαῦρον.

588. Voculae οὐ μήν, quae in his vulgo deficiunt, suppletae sunt e Prorrh. 120. ab Opsopoeo, aliis eum secutis, Littréo etiam. Cum ναρκώδεως, uti in Prorrh., tum ναρκώδεα, uti hoc loco vulgo legitur, ferri potest; itaque in his nihil tango.

589. 590. Sub finem loci legebatur ἐν πυρετῷ καὶ οὕτως, quod non fero: aut καί eo loco in γε mutandum, aut in aliam sedem, i. e. ante τρομώδεα, transferendum est. Hoc quidem praetuli: nam cum Littréo has duas Coacas in unam coniunxi.

592. Ἐν εἰλεώδεσι lego cum Severini cod., Dureto, Lind., Mackio ex Aph. 44. VI. Χολώδεσι vulgatae huc nihil; corruptum vocabulum est. Foës. provocat ad Prorrh. 51.; sed ibi de exitu in mortem altum silentium.

593. Quod ad διασπώμενον cf. Coaca 578.

©BIUM

Φσδ'. Ἐν μακροῖσι πυρετοῖσι πλανώδεσι λεπτῶν οὔρων οὐρήσιες . . . . .

Φσε'. Ἐν πυρετῷ ἄλλοτε ἀλλοίων οὔρων οὐρήσιες μηκύνουσι.

Φσς'. Τὰ οὐρούμενα ὑπομνησάντων ἄλλως δὲ ὀλέθρια· ἆρα τούτοισι οὐρεῖται οἷον εἰ τὴν ὑπόστασιν παράξειας;

Φσζ'. Οἷσι οὖρα ὀλίγα θρομβώδεα οὐκ ἀπυρέτοισι, πλῆθος ἐλθὸν λεπτῶν ὠφελεῖ· ἔρχεται δὲ οἷσι ἐξ ἀρχῆς ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἴσχει.

Φση'. Οἷσι οὖρα ταχέως ὑπόστασιν ἴσχει, ταχέως κρίνονται.

Φσθ'. Ἐπιληπτικοῖς οὖρα λεπτὰ καὶ ἄπεπτα παρὰ τὸ ἔθος ἐπίληψιν σημαίνει, ἄλλως τε κἢν τις ἐς ἀκρώμιον, ἢ τράχηλον, ἢ μετάφρενον πόνος, ἢ σπασμὸς ἐμπεπτώκῃ, ἢ νάρκη περιγένηται τοῦ σώματος, ἢ ταραχῶδες ἐνύπνιον ἐωράκῃ.

χ'. Τὸ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι, οἷον στάξιας, καὶ οὖρον καὶ ἔμετον καὶ διαχωρήματα, κακὸν μὲν πάντως, κάκιστον δὲ ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντων.

χα'. Διαχώρημα κοιλίης βέλτιστον, μαλθακὸν, ξυνεστηκὸς, ὑπόπυρρον, μὴ σφόδρα

594. In febribus longis erraticis tenuium urinarum mictiones . . . . .

595. In febre variarum interdum urinarum mictiones producunt morbum.

596. *Locus corruptus, cf. adn.*

597. Quibus urinae paucae grumosae non sine febre, si tenues et copiosae prodierint, iuvat. Talibus autem procedunt, quibus ab initio aut non multo post sedimentum habent.

598. Quibus in urinis cito aliquid subsidet, brevi iudicantur.

599. Urinae praeter consuetudinem tenues et crudae in morbo comitiali obnoxiis morbi insultum denunciant, idque praecipue si in summum humerum, aut cervicem, aut dorsum dolor aut convulsio incidat, aut torpor totum corpus occupet, aut turbulentum insomnium visum fuerit.

600. Quae pauca copia apparent, velut stillae sanguinis, urinae, vomitiones et deiectiones malum quidem penitus denunciant; pessimum vero si exiguis intervallis sese consequantur.

601. Alvi recrementum optimum est molle, constans, aliquatenus fulvum, nec admodum gra-

594. Legitur in libris: ἐν μακροῖσι πυρετοῖσι λεπτοῖσι, πλανώδεσι λεπτῶν οὔρων οὐρήσιες σπληνώδεες. Pro σπληνώδεες in Foësii editione μηκύνουσι legis, ut in fine Coacae sequentis, quod recte errori typographico tribuit Littréus. Sed iam satis manifesto λεπτοῖσι est λεπτῶν otiose repetitum ex iis, quae sequuntur. Tum in σπληνώδεες latet vitiose repetitum πλανώδεσι; nam quis credat οὐρήσιες σπληνώδεες significare οὐρήσιες νοῦσον σπληνὸς δηλοῦσαι? Interiit postremum vocabulum, sententiae apodosin referens, neque coniicere valeo quale fuerit. Sed hoc loco versamur rursus in mediis scripturae vitiis: nempe operae pretium est animadvertisse saepius multos locos contiguos vitiose scriptos ad nos pervenisse, aliis contra miram observari lectionis integritatem, si cum corruptis illis conferas.

596. Littréus eodem modo atque ego exhibuit librorum scripturam. In Edd. antiquis etiam ita legitur haec Coaca; sed in vulgata iam μὴ ὑπομνησάντων receptum est. Editor Parisiensis: „μή, inquit, est d'Opsopoeus, qui s'est réglé sur le Prorrhetique correspondant; addition inutile." Imo vero non inutiliter sane μή addetur; sed si locum corrigere vis, integrum Prorrh. 29. hic describere debebis; nam μή omissum, ἄλλως δέ inepte illatum est et ταράξειας ortum ex ἀναταράξειας in Prorrh. Itaque lectorem dimitto ad Prorrhetici l. l., Coacam intactam sibi relinquo.

597. Cf. Aph. IV. 69., ubi οὖρα παχέα θρομβώδεα ὀλίγα legimus et unde παχέα inferre voluit Opsop. et re ipsa intulerunt Lind., Mack. Ego cum Littréo abstinui, maxime quia παχέα potest esse glossa ad θρομβώδεα pertinens. Ἀπυρέτοισι ex Aph. pro ἀπυρέτοις scripsi; pone πλῆθος delevi recentius additamentum supervacaneum ἐκ τούτων. Porro vulgo legitur: ἔρχεται δὲ τοιούτοις ἐξ ἀρχῆς; Opsopoeus correxit τοιαῦτα οἷσι, quod omnino latere puto in τοιούτοις; sed malui τοιαῦτα delere, quia perinde atque ἐκ τούτων est additamentum recentius, ut sunt multa alia eiusdem generis in his libris. Auctor hic solum ἔρχεται δὲ οἷσι scripsit. Quod ad λεπτῶν, omnes reliqui habent λεπτόν, quod ne Aphorismi quidem lectio defendet: quum etiam ibi vitiosum sit: est πλῆθος οὔρων λεπτῶν, non πλῆθος λεπτόν.

598. In hac sententia οὗτοι ante κρίνονται de coniectura delevi.

599. In his cett. omnes οὖρα λεπτὰ καὶ ἄπεπτα παρὰ τὸ ἔθος ἄνευ πλησμονῆς ἐπίληψιν σημαίνει. Mihi ἄνευ πλησμονῆς insititium visum est, quapropter delevi. Nempe spectat quidem ad ἄπεπτα, quia πλησμονή ex huius interpretis sententia ἀπεψίαν faciet. Imo faciet, sed in ventriculo: iam vero non nescio cautos sibi visos talia tangere non audere, aut etiam defendere dicendo ἀπεψίαν ἐκ πλησμονῆς etiam ad urinas pervadere; sed tamen eiusmodi argumentatio me non movebit ut ineptum additamentum retineam.

600. Cf. Prorrh. 60. in fine, unde ἰόντων recepi pro ἰόντα, quod si servatum cupias, κάκιστα, puto, requiretur.

601. Cf. Progn. § 20. Moneo tantum de postrema voce

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 255 sur 880

©BIUM

δυσῶδες, διαχωρέον τὴν εἰθισμένην ὥρην· πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων· παχυνέσθω δὲ πρὸς τὴν κρίσιν· χρήσιμον δὲ καὶ ἕλμινθας στρογγύλας διεξιέναι πρὸς κρίσιν προσάγοντι.

χβ'. Ἐν ὀξέσι τὸ ἀφρῶδες περίχολον διαχώρημα κακόν· κακὸν δὲ καὶ τὸ ἔκλευκον: ἔτι δὲ κάκιον τὸ ἀλητοειδὲς κοπριῶδες. κάρος ἐπὶ τούτοισι κακὸν καὶ αἱματώδης διαχώρησις καὶ κενεαγγείη παράλογος.

χγ'. Κοιλίης ἀπόλυψις σμικρὰ μέλανα σπυραθώδεα πρὸς ἀνάγκην χαλῶσα καὶ μυκτὴρ τούτοισι ῥηγνύμενος, κακόν.

χδ'. Γλίσχρον ἄκρητον, ἢ λευκὸν διαχώρημα φλαῦρον· φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ἁλὲς ἐζυμωμένον ὑποφλεγματῶδες· πονηρὸν δὲ καὶ ἐκ στροφωδέων ὑπόστασις ὑποπέλιος, ἰλυώδης μετὰ χολώδεος.

χε'. Αἷμα λαμπρὸν διαχωρέειν, κακὸν, ἄλλως τε κἢν τις ὀδύνη παρῇ.

χς'. Τὸ ἀφρῶδες περίχολον διαχώρημα, φλαῦρον καὶ ἰκτεροῦνται δὲ ἐκ τοιούτων.

χζ'. Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι τὸ ἀφρῶδες ἐπάνθισμα κακόν· μάλιστα δὲ ὁσφὺν πεπονηκότι καὶ παρενεχθέντι· ἀραιὰ δὲ τούτοισι ... τα .. ἀλγήματα .....

χη'. Λεπτὸν ἔπαφρον διαχώρημα ὑδατόχολον, ἴσχον ὑπόστασιν, πονηρόν· πονηρὸν

veolens, eoque tempore, quo per secundam valetudinem deiici solet, excretum, copia vero ingestis cibis respondens. Crassum autem fieri oportet in iudicationem eunte morbo. Utile quoque lumbricos teretes exire ab eo, qui ad crisin accedit.

602. In praecipitibus malis spumans et circumbiliosum alvi recrementum, malo est. Malum quoque et exacte candicans. Adhuc vero deterius farinae molitae instar, et stercorosum. Sopor in his malo est et cruenta alvi deiectio ac immoderata vasorum inanitio.

603. Ubi alvus intercepta pauca, nigra, stercoribus caprarum similia, nec nisi coacta demittit, et nares in his sanguinem profundunt, malo est.

604. Alvi recrementum glutinosum, sincerum, aut album in vitio est. Vitiosum quoque quod abunde fermentatum est et subpituitosum. Malum quoque ex recremento cum torminibus sedimentum sublividum, limosum cum bilioso.

605. Sanguis splendidus alvo per secessum reiectus, malo est; praesertimque si dolor aliquis adsit.

606. Spumans et bile obductum alvi recrementum vitio est. Quin et morbus regius inde contrahitur.

607. In biliosis deiectionibus spumosa efflorescentia malo est; iis vero praecipue, quos antea lumborum dolor aut desipientia vexarit.....

608. Tenue alvi recrementum et spumans et bilem aquosam referens, in quo aliquid subsidet,

προσάγον, sicuti in libris legitur, sed quam in προσάγοντι mutarunt Lind. et Mack. Προσάγειν h. l. non est transitivum, uti accepit Foësius, sed ponitur intransitive, ut in verbis πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγουσι Aph. 25. III. Itaque necessario requiritur Lindani correctio, quae firmatur ratione, qua haec in Prognosticum sunt translata.

602. In vulgata ἔτι δὲ καὶ κάκιον, in quibus καί recte cod. A. fide suppressit Littréus. Edi solet plerumque in fine παραλόγως, sed παράλογος in Foës. anni 1657.; etiam in cod. Par. A. ita corrigitur, unde exhibuit Littréus. Miro modo posterior pars κάρος — παράλογος cum superioribus connectitur: Coaca 621. εἶσι αἷμα διαχωρέει λαμπρὸν μετὰ κάρου καὶ κεφαλαλγίης legimus, sed quorsum spectat ἐπὶ τούτοισι? Dixeris fere postremam partem esse apodosin sententiae, cuius protasis vel interierit, vel nescio quo loco lateat.

603. Cf. Prorrh. 41. Pro σμικρά edi solet μικρή, quod e σμικρά ortum est, ita ut cum aliis interpretibus reposuerim. Χαλῶσα καὶ μυκτήρ scripsi, quum copula, quae apud reliquos deficit, requireretur.

604. In verbis φλαῦρον δὲ καί omittitur φλαῦρον in Ald., cod. Par. A. Cett. τροφιωδέων pro στροφωδέων et πυώδης, pro quo Lind. et eum secutus Mackius iam ἰλυώδης dederunt. Verba corrigenda visa sunt ad ductum Prorrh. 156., ubi vide quae adnotavi, et cum quibus conferri debet Coaca 578. Quam ineptum sit de alvi recrementis ἐκ τροφιωδέων ὑπόστασις, unusquisque videt; quomodo ex alvi crassa deiectione deponetur sedimentum?

606. Cf. Prorrh. 53. Coaca 602.

607. Vulgo postrema ita scripta leguntur: ἄρα δὲ τούτοισι τὰ ἀλγήματα; Quae quid sibi velint nemo intelligeret, nisi liceret conferre Prorrh. 21. 22., unde ἀραιά reposuit Littréus; recte! sed lacunae quoque notandae sunt.

608. Ὑδατόχολον scripsi cum Hollerio, Lind.; ὑδατό-

©BIUM

δὲ καὶ τὸ πυῶδες· καὶ τὸ μέλαν αἱματῶδες πονηρὸν ξὺν πυρετῷ καὶ ἄλλως· καὶ τὸ ποικίλον κατακορὲς διαχώρημα φλαῦρον καὶ χεῖρον ὅσῳ φοβερώτερον τῇ χροιῇ, πλὴν ἐν φαρμακείῃσι, ἐν δὲ ταύτῃσι ἀκίνδυνον μὴ πλήθει ὑπερβάλλον· καὶ τὸ ψαφαρὸν μαλθακὸν ἐν πυρετῷ διαχώρημα, φλαῦρον· φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ξηρὸν, ψαφαρὸν, ἄχολον καὶ ἄλλως καὶ ἢν κοιλίην καθυγραίνῃ· μελάνων δὲ προδιελθόντων κτείνει.

χθ'. Τγρὸν διαχώρημα καὶ ἀθρόον καὶ κατὰ μικρὸν, κακόν· τὸ μὲν γὰρ ἀγρυπνίην τὸ δὲ ἔκλυσιν τάχ' ἂν ποιήσαι.

χι'. Ἐνυγρον ὑποψάφαρον διαχώρημα περιψυχομένῳ μὴ ἀπύρῳ φλαῦρον· τὰ ἐπὶ τούτοισι ῥίγεα κύστιν καὶ κοιλίην ἐπιλαμβάνει.

Ὑδατῶδες δὲ σφόδρα διαχώρημα μὴ παυόμενον ἐν ὀξέσι, κακόν· καὶ μᾶλλον εἰ καὶ ἀδιψήσει.

χια'. Ἐξέρυθρον ἐν περιπλύσι διαχώρημα, φλαῦρον· φλαῦρον δὲ καὶ τὸ σφόδρα χλωρὸν, ἢ λευκὸν, ἢ ἀφρῶδες, ἢ ὑδαρές· καὶ τὸ μικρόν τε καὶ γλίσχρον καὶ λεῖον καὶ ὑπόχλωρον, κακόν· καὶ τὸ λευκόν τε καὶ ὑγρὸν διαχώρημα κωματώδεσι νενωθρευμένοισι κάκιστον· θανατῶδες δὲ καὶ αἱμορροεῖν πολὺ θρομβῶδες μετὰ κοιλίης μετεώρου.

malo est; malum quoque purulentum. Nigrum etiam cruentum malum cum febre atque alias. Vitiosum quoque varium abunde coloratum alvi recrementum, eoque deterius quo colore formidandum magis, praeterquam in medicamenti purgantis potione. Tunc nempe periculo vacat, copia non exuberans. Vitio quoque est friabilis, mollis in febre alvi secessus. Vitiosus quoque siccus, qui facile dissolvitur nec biliosus est, idque praecipue si alvum humectet, letalis vero si nigra antea prodierint.

609. Liquidum alvi recrementum et magna copia et per intervalla parva copia effusum malo est. Hoc enim insomniam, illud vero exsolutionem faciet.

610. Perliquidum et aliquantulum friabile alvi recrementum cum summi totius corporis perfrictione non sine febre vitiosum est. Rigores accedentes vesicam et alvum intercipiunt.

Valde vero aquosa deiectio in praecipitibus malis non desinens malo est; eoque magis si sitis absit.

611. Praerubrum in alvi proluvie excrementum vitio est. Vitiosum etiam admodum ex viridi pallescens, aut albicans, aut spumans, aut aquosum. Item malum est quod exiguum glutinosum, laeve et ex viridi suppallidum. Etiam album et liquidum alvi recrementum in sopore et torpore detentis pessimum est. Letale vero etiam est multum sanguinem grumosum effundere per anum cum ventris tumore.

χλοον, ut vulgo hic scribitur, corruptum est; similiter infra ἄχολον scribendum fuit pro ἄχλοον, uti ibi legitur et pro quo ἄχροοι Lind. et eum secutus Mack. dederunt. Ante κατακορές copulam καί addere voluit Opsop.; mihi mutatione nulla ibi opus esse videtur; neque credo necesse esse ut ἐν γὰρ ταύτῃσι pro ἐν δὲ ταύτῃσι scribamus. Bis occurrit ψαφαρόν in hac sententia; priore loco ψαφερόν vulgo editur. Ego cum Littréo cod. A. lectionem sum secutus. Altero loco ψαθαρόν vulgo, itemque in cod. Par. A., sed ibi alia manu in ψαφαρόν mutatum. Reliqua in varietate lectionis non sunt magni momenti. De postremis in hac Coaca ceterum nihil affirmo; forte τὸ ψαφαρόν ante ἄχολον delendum est. Forte etiam in ψαφαρὸν μαλθακόν vitium latet.

609. Cf. Progn. § 20. De meo καὶ κατὰ μικρόν scripsi, reliquis καί ibi non habentibus; requiritur tamen, modo alterum sententiae membrum conferas. In hac parte posteriore τὸ μὲν γὰρ κακὸν καὶ ἀγρυπνίην legi solet, quod tamen dudum κακὸν καί delendo emendavit Opsop. et vero in cod. Sever. et Imp. Samb. omissa sunt. In fine τάχ' ἂν ποιήσῃ, quod e ποιήσαι ortum puto.

610. Cum Littréo hanc Coacam in duas partes distinxi; prior cum Prorrh. 116. convenit. Cod. Par. A. ὑποψαφερόν hic legit, sed mutatum in ὑποψάφαρον. Lind. illud dedit. De meo scripsi περιψυχομένῳ pro περιψυχόμενον. Littréus delevit καί ante κοιλίην, quia codd. non ferebant; imo vero recte adscripsit Opsopoeus, neque eo carere possumus.

611. Ad ἐξέρυθρος ἐν περιπλύσει κ. τ. λ. cf. Prorrh. 2.; et ad φλαῦρον δὲ καὶ τὸ — ὑπόχλωρον κακόν cf. Progn. § 20. Reliqua hoc modo legi solent: καὶ τὸ κωματώδεσι νενωθρευμένοισι ὑγρὸν διαχώρημα κάκιστον· θανατῶδες δὲ καὶ αἱμορροεῖν αἱματῶδες πολὺ θρομβῶδες. λευκόν τε καὶ ὑγρὸν μετὰ κοιλίης μετεώρου. Quae quidem perturbata esse unusquisque semel admonitus videbit. Itaque descripsi ea ratione, qua ad sanam orationem redigi videbantur. Dubitavi num μετὰ κοιλίης μετεώρου item pertineret ad κωματώδεσι νενωθρευμένοις; postea tamen omnino ad ultimam Coacae par-

©BIUM

χιβ'. Διαχώρημα μέλαν [οἷον αἷμα] καὶ ξὺν πυρετῷ καὶ ἄνευ πυρετοῦ πονηρόν· καὶ πάντα δὲ τὰ ἀπὸ κοιλίης κατακορέα πονηρά.

χιγ'. Τὰ ἐς ἀφρώδεα, ἄκρητα τελευτῶντα διαχωρήματα παροξυντικὰ μὲν πᾶσι, τοῖσι δὲ σπασμώδεσι καὶ πάνυ· ἐκ τοιούτων τὰ παρ' οὓς ἀνίσταται. τὰ δὲ ἐξυγραινόμενα καὶ πάλιν ξυνιστάμενα, ἄκρητα, κοπρώδεα μῆκος νούσου σημαίνει· τὸ δὲ ἐξέρυθρον ἐν πυρετῷ, παρακοπήν· τὸ δὲ λευκὸν κοπρῶδες, ἴκτερον· τὸ δὲ ὑγρὸν ἐν τῷ τεθῆναι λαβὸν ἔρευθος, αἱμορραγίην.

χιδ'. Γλίσχρον διαχώρημα μέλασι διαποίκιλον, κακόηθες, μάλιστα δὲ .....

χιε'. Ἔκλευκον διαχώρημα ἐν πυρετῷ, οὐκ εὐκρινές.

χις'. Κοιλίη ταραχώδης σμικρῇσι πυκνῇσι ἐξαναστάσισι σιήγονας ἐντείνει· λύει δὲ καὶ ἐπὶ προσώπου γενόμενα ἐρυθήματα.

χιζ'. Κοπρώδης μετὰ τόνου διαχώρησις κοιλίης πονηρίην σημαίνει· φλεγματώδης δὲ ὀξέως μετὰ καρδιωγμοῦ, δυσεντερίην, τάχα δὲ καὶ ὀσφυαλγίη τοῖσι τοιούτοισι. Κοιλίης

612. Alvi recrementum nigrum [velut sanguis] et cum febre et sine febre, malo est. Quin mala etiam quaecumque ex alvo prodeunt valde saturata.

613. Alvi recrementa, quae in spumosa et sincera desinunt omnibus quidem ingravescentis mali significationem praebent, convulsione vero tentatis vel maxime. In huiusmodi casibus ad aures tubercula oriri solent. At quae perliquida et rursus consistentia, sincera, stercoracea, morbi longitudinem denunciant. Praerubrum vero in febre, delirium. Candicans vero stercorosum, morbum regium. Liquidum autem, ubi resederit ruborem adeptum, sanguinis effusionem.

614. Glutinosum alvi recrementum maculis nigris distinctum malignitatem denotat; maxime vero.....

615. Exacte candicans alvi recrementum in febre, nullam bonam iudicationem denunciat.

616. Alvus perturbata cum frequenti desidendi labore maxillas intendit; solvit etiam in facie obortos rubores.

617. Stercoracea alvi egestio cum tensione alvum male affectam denunciat. Pituitosa vero repente cum oris ventriculi dolore intestinorum difficultatem; et fortasse etiam lumborum dolor

tem ista pertinere existimavi, in qua haemorrhagia intestinalis perniciosa respicitur, a qua ventris tumor non est alienus.

612. Legebatur pars postrema sic: πονηρὸν δὲ καὶ πάντα τὰ ποικίλα καὶ τὰ κατακορέα πονηρά. Lind. in his πονηρὸν δέ omisit: equidem videbam vocula δέ transposita servari posse, si legerem πονηρὸν· καὶ πάντα δὲ τὰ ποικίλα καὶ τὰ κατακορέα πονηρά. Verum iam aliud quid me advertit: nempe in superiore parte sententiae nullius ποικίλου stercoris mentio fit. Itaque putavi in his τὰ ποικίλα καὶ τὰ κατακορέα alia vitia latere et legendum esse καὶ πάντα δὲ τὰ ἀπὸ κοιλίης κατακορέα πονηρά. De permutatione inter τὰ ποικίλα et τὰ ἀπὸ κοιλίης iam satis superque monuimus et καὶ τά e praepositionis κατὰ repetitione oriri potuit. Ita demum concinnam habebimus sententiam. Οἷον αἷμα glossa esse videtur.

613. Cum sententiae initio cf. Prorrh. 50. et 111. Pro παροξυντικὰ μὲν πᾶσι Mack. πῇ μὲν παροξυντικά, nescio unde. Vulgo ἀνίστανται, sed num. sing. dedit Littr. ex Edd. vett. et codd. Par. A. D. Iam vero in postremis vulgata habet τὸ δὲ λευκὸν κοπρῶδες ἰκτέρῳ δύσκολον. τὸ δὲ ὑγρὸν ἐν τῷ τεθῆναι (sic prima manus in cod. Par. A. et Lind., Mack., τεθεῖναι vulgo) λαβὸν (quod Hollerio, Dureto debetur et in libris deficit) ἔρευθος. Postremum membrum nondum recte habere videns Littréus huc traxit αἱμορραγέσι (sic) ex initio sequentis Coacae, quod quid hic significare possit ipse videat, certum est eius interpretationem Graecis non respondere; fecit autem, quia vidit eo loco non distingui in libris mss. — Ego sic iudico: λευκὸν κοπρῶδες διαχώρημα non est δύσκολον in ictero, sed solitum morbi signum est; itaque ἰκτέρῳ in ἴκτερον mutavi, ut hic accusativus a superiore σημαίνει penderet; δύσκολον eieci; ad finem sententiae retuli αἱμορραγέσι, sed mutatum in αἱμορραγίην. Sic tandem locus recte constitutus videtur.

614. Ad proxime antecedentem Coacam iam monui de αἱμορραγέσι, quod ad hanc Coacam relatum erat in codd. et quod in αἱμορραγίην mutatum ad superiorem pertinere videbatur, licet huc relatum esset in codd. et Edd. ad Littréum usque. In nostrae autem Coacae 614. fine μάλιστα δὲ ἐκλεύκοις legi solet; sed illud ἐκλεύκοις non est, nisi repetitio primae vocis Coacae subsequentis, dum finis huius nostrae periit; itaque lacunae signa posui.

616. Littréus ad postremam huius praesagii partem adnotat: „les traducteurs font de κοιλίη le sujet de λύει et mettent: *solvit etiam rubores in facie ortos.* Il m'a semblé plus naturel de faire de ἐρυθήματα le sujet de λύει; sens aussi indiqué par Foës. dans ses notes." Monet omnino de hac re Foës.; sed ego opinor locum ita non posse accipi, nisi καί deleamus, aut in τά mutemus.

617. Legebatur in media sententia: φλεγματώδης δὲ ὀξέως μετὰ καρδιωγμοῦ δυσεντερίην, τάχα δὲ καὶ ὀσφυαλγίην τοῖσι τοιούτοισι κοιλίης περίτασις κ. τ. λ. — Mirabar alvi recrementum hic memorari quod lumborum dolorem in-

©BIUM

περίτασις πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα ταχὺ ὀγκυλλομένη ἔχει τι σπασμῶδες· τὸ ἐπιρριγοῦν τούτοισι ὀλέθριον.

χιη'. Οἷσι μέλανα διαχωρέει, ἐφιδροῦσι ψυχροῖς.

χιθ'. Οἷσι κοιλίη κατ' ἀρχὰς ταράσσεται, τὰ δὲ οὖρα μικρὰ, προαγόντων δὲ κοιλίη μὲν ξηραίνεται, τὸ δ' οὖρον πληθύει λεπτὸν, τούτοισι ἀποστάσιες ἐς ἄρθρα.

χκ'. Αἱ κατὰ μικρὰ ἀναστάσιες, ῥιγώδεες· καὶ οἷς φλαῦρον διαχώρημα, δυσκολώτατον τεταρταίοισι ἀρχόμενον.

χκα'. Αἱ πυκναὶ κατὰ μικρὰ ἀναστάσιες ὑπόγλισχροι, ἔχουσαι μικρὰ κοπρώδεα μεθ' ὑποχονδρίου καὶ πλευροῦ ἀλγήματος, ἰκτερώδεες· ἆρα ἐπιστάντων οὗτοι ἐκχλοιοῦνται; οἶμαι δὲ καὶ αἱμορροεῖν τούτους· τὰ δ' ἐς ὀσφὺν ἀλγήματα ἐν τούτοισι αἱμορροεῖ.

Οἷσι αἷμα διαχωρέει λαμπρὸν μετὰ κάρου καὶ κεφαλαλγίης, τὸ ἐπιχλιαίνεσθαι ὀλέθριον.

χκβ'. Τὰ γλίσχρα χολώδεα μᾶλλόν τι τὰς ἀποστάσιας παρ' οὓς ποιέει.

χκγ'. Ὅσα κοιλίης καθυγραινομένης οἰδήματα μετεωρίζεται μετὰ ἀλγημάτων, κακόν· κοιλίης δ' ἐπιστάσης, ἄλλου τε τινὸς

ita se habentibus contingit. Alvus circumtensa ex necessitate liquida demittens, celeriter intumescens, quandam convulsionis significationem prae se fert. In his novus subinde rigor periculum creat.

618. Quibus nigra per alvum secedunt, tenuibus et frigidis sudoribus diffluunt.

619. Quibus circa initia alvus turbatur, urinae autem paucae sunt; temporisque progressu alvus quidem resiccatur, urina vero tenuis abundat, his abscessus ad articulos fiunt.

620. Frequentes desidendi labores, in quibus parvum quid excernitur, rigorem adferunt. Et quibus alvi recrementum vitiosum est, id maximam molestiam exhibet, si quarto die initium fecerit.

621. Frequentes et ex parvis intervallis desidendi labores aliquantulum glutinosa excernentes, cum paucis stercoraceis, praecordiorum et lateris dolore, morbum regium praenunciant. Animadvertendum autem, num ex istorum suppressione ii cum virore pallescant. Eos vero etiam existimo sanguinem profundere. Lumborum autem dolores in his sanguinem profluxurum denunciant.

Quibus sanguis splendidus prodit cum sopore et capitis dolore, his subinde incalescere perniciem denunciat.

622. Glutinosae, biliosae deiectiones magis quodammodo abscessus iuxta aures excitant.

623. Tumores humescente alvo sublati in altum cum doloribus, malo sunt; alvo vero suppressa, neque alio quoquam innovato, cito il-

dicaret; reique fidem non adhibui, quum ipse lumborum dolor dysenteriae signum esse dicatur in his libris. Sed conferens Prorrh. 99. omnia intelligere coepi; isto enim loco collato patet perperam distingui pone ὀσφυαλγίην, et distinguendum esse pone τοιούτοισι. Quodsi tum ὀσφυαλγίη pro accusativo scribas, omnia bene procedunt. — In postrema parte cum Prorrh. 99. conveniente περίστασις legebatur, quod Opsop. emendavit, sicuti etiam ταχίον κυλλομένη correxit: recentiores eum iam secuti sunt et emendationes certas receperunt.

618. Cf. Coaca 633.

619. Dedi προαγόντων δὲ κοιλίη cum Lind., Mack., ceteris δέ non habentibus, quod tamen omnino requiritur.

620. Notandum cod. Par. A. habere Φρικώδεες ῥιγωτικαί, quod alia manu in vulg. lectionem est mutatum.

621. Pone ἐπιστάντων supplevit τούτων Duretus et Mack.; pro ἐκχλοιοῦνται cod. Sever. apud Foës. ἐκλύονται. Ceterum pro αἱμορροεῖ in fine libb. praebent αἱμορροοῖσιν, cod. vero Par. A. αἱμορροϊοῖσι (sic). Opsop. recte vidit in his latere αἱμορροεῖ εἶσι et εἶσι initium esse novae sententiae. Lind., Littr. eum secuti sunt. Ceterum cum Coaca 621. conferantur Coacae 293. 306. 490. Prorrh. 146.

623. Legebatur: κοιλίης δ' ἐπιστάσης, ἄλλου δέ τινος μὴ νεωτερισθέντος. ταχέως καταῤῥήγνυται καὶ κακοηθέστερον. Patet haec sine dubio corrupta esse: si membrum superius conferas, facile corrigis, ita ut ἄλλου τε τινός legas et ut καταῤῥήγνυσθαι scribas deleto καί ante κακοηθέστερον. Καταῤῥήγνυσθαι dici puto non de tumoribus ruptis et per alvum evacuatis; sed de diarrhoea orta postquam aliquamdiu substiterat alvus. Quod ad postrema fere suspicor scriptum

©BIUM

μὴ νεωτερισθέντος, ταχέως καταρρήγνυσθαι, κακοηθέστερον· τὰ ἐμούμενα ἐπὶ τούτοισι πονηρὰ καὶ θηριώδεα.

χκδ'. Οἷσι ἐπὶ φλογώδεσι καὶ ἐξερύθροις λυομένοις δυσῶδες, λάβρον, ὑπέρυθρον, ἐλπὶς ἐκμανῆναι.

χκε'. Ὁ αὐχμώδης χρὼς σημαίνει κοιλίην πονηρευομένην· ἐπὶ τούτοισι ἐξέρυθρα σαρκόπυα μάλιστα δίεισι.

χκς'. Ἐπὶ κοιλίῃ χολώδεϊ, μαλθακῇ, κοπρώδεϊ κῶμα ἐπιφανὲν παρ' οὓς ἔπαρμα ποιέει.

χκζ'. Χολώδεα διαχωρήματα κώφωσις παύει· κώφωσιν δὲ παύει χολῶδες διαχώρημα.

χκη'. Τὰ ἑρπυστικὰ ὑπεράνω βουβῶνος πρὸς κενεῶνα καὶ ἥβην γενόμενα σημαίνει κοιλίην πονηρευομένην.

χκθ'. Ἔκλυσις ὀδύνην λύουσα κοιλίην μάλα καθυγραίνει.

χλ'. Τὰ καθ' ἕδρην ὀδυνώδεα ἐκπυήματα κοιλίην ἐπιταράσσει.

χλα'. Θανατώδεά ἐστι τῶν διαχωρημάτων τὸ λιπαρὸν καὶ τὸ μέλαν καὶ τὸ πέλιον μετὰ δυσωδίης καὶ τὸ χολῶδες ἔχον ἐν ἑωυτῷ φακῶν ἢ ἐρεβίνθων ἐρέγμασι παραπλήσια, ἢ οἷον βρόμβους αἵματος εὐανθεῖς καὶ τὴν ὀδμὴν ὁμοῖον τῷ τῶν νηπίων, καὶ τὸ ποικίλον, — τὸ δ' αὐτὸ καὶ χρόνιον· γένοιτο δ' ἂν τοιοῦτον αἱματῶδες, ξυσματῶδες, χολῶδες,

lam prorumpere, malignius est. In his vomitus pravi et maligni.

624. *Locus corruptus.*

625. Cutis corporis squalida et plus aequo sicca, malae affectae alvi index est. In his praerubrae carunculae purulentae fere ex alvo prodeunt.

626. In biliosa alvo, molli, stercoracea egerente, sopor superveniens tumores ad aures excitat.

627. Biliosas alvi deiectiones surditas, et surditatem biliosa alvi deiectio sedat.

628. Serpentia ulcera supra inguina, ad laterum inanitatem et pubem enata, male affectam alvum denunciant.

629. Virium exsolutio dolorem solvens, alvum maxime humectam reddit.

630. Quae circa sedem cum dolore suppurant, alvum conturbant.

631. Exitialis est deiectio pinguis et nigra, ac livida cum odoris gravitate, itemque biliosa simile quiddam lentium aut cicerum lomento continens, aut veluti bene florulentos sanguinis grumos et infantium egestionem odore referens, ac varia, — quae ipsa etiam diuturnitatem morbi significat. Talis autem fuerit cruenta, strigmentosa, biliosa, nigra, viridis et simul et per

olim fuisse τὸ ἐμεῖσθαι ἐπὶ τούτοισι πονηρὸν καὶ θηριῶδες. Sed totum praesagium perobscurum; nec satis perspicio quod morbi genus spectetur.

624. Opsop. et Littréus eum secutus τὰ φλογώδεα ἐξέρυθρα ad alvi recrementa spectare putant: mihi cum Foësio de faciei rubore accipiendum videtur. Ista epitheta facile de facie, non de materia per alvum excreta intelliguntur; quin quod τὸ φλογῶδες de alvi recrementis mdicare postulatur ab iis potius de his τὸ συγκεκαυμένον audit. Non facile obiicitur σαρκόπυα ἐξέρυθρα e Coaca seq.; nam ibi longe aliud quid spectatur quam materies faeculenta. Ceterum locus magnam partem idem, qui supra Coaca 465. legitur; neque magis quam istam eum intelligo. Corruptio latet e qua me non expedio.

626. Legebatur ἐπὶ κοιλίην χολώδη, μαλθακὴν (μαλθακῇ cod. Par. A., sed alia manu in μαλθακὴν mutatum) κοπριώδη καύματα ἐπιφανέντα κ. τ. λ. Littréus κώματα dedit cum Dureto., Mack. (καύματα retinuit Lind.) e Prorrh. 166. Sed μαλθακῇ in cod. A. aliud quid denotat: nimirum vestigium est scripturae ἐπὶ κοιλίῃ κ. τ. λ., sicuti semper in formulis eiusmodi dativus in his libris usurpatur; itaque hunc casum restitui et κῶμα, uti in Prorrh., scripsi numero singulari.

627. Cf. Coacas 191. 210. Aph. IV. 28. 60.

631. Cf. Progn. sub finem § 20., ubi manifesto leguntur quae ex h. l. sunt desumta. Ἐρεβίνθων ἐρέγμασι scripsi cum Mackio pro vulgato ἐρίγμασι, quod vitiosum videtur et ex ἐρείγμασι ortum est. Ego dedi quod e vulgari usu fuisse videtur apud Graecos cf. Steph. Thes. in ind. In βρόμβους αἵματος εὐανθεῖς dubius sum an non εὐανθοῦς legere praestet, ut ad ectivum ad αἵματος referatur. In vulgato κατὰ τὴν ὀδμὴν ὅμοιον manifesto latet καὶ τὴν ὀδμὴν ὁμοῖον (sic Ionice), quod igitur reposui. De meo γένοιτο δ' ἂν τοιοῦτον scripsi pro praesente γίνοιτο, quum aoristus hic requiratur, quem quidem legisse puto eum, qui in Prognosticum haec transtulit.

©BIUM

μέλαν, πρασοειδὲς, καὶ ὁμοῦ καὶ ἐναλλάξ. Θανατῶδες δὲ καὶ πᾶν ἐστι τὸ ἀναισθήτως διεξιόν.

χλβ′. Ποτὸν χαλεπῶς καταβροχθίζοντι πνεύματι βηχώδεϊ ἐρευγμὸς ὑποσπώμενος, εἴσω κατειλούμενος, σημαίνει πόνον κοιλίης.

[.... πονηρὸν δὲ καὶ ἐξέρυθρα ἰώδεα τεταρταίοισι καὶ αἱ τοιαῦται αἱμόρροιαι, κωματώδεες· ἐκ τούτων σπάσμῳ τελευτῶσι, μελάνων προδιελθόντων.]

χλγ′. Οἷσι μέλανα διαχωρέει, ἐφιδροῦσι ψυχροῖς.

χλδ′. χλε′. Αἱ ἐξαίφνης παράλογοι ἐκλύσιες κοιλίης ἐν τοῖσι τετηκόσι χρονίως ἅμα φωνῇ τρομώδεϊ, ὀλέθριοι· αἱ λεπταὶ μελάνων διαχωρήσιες αἱ φρικώδεες βελτίους τοῖσι τοιούτοισι· αἱ τοιαῦται ὠφελοῦσι μάλιστα κατὰ τὴν ἡλικίην, ἣ προακμάζουσι.

χλς′. Πᾶσι τὰ κνησμώδεα ξὺν δηγμῷ καὶ τρομώδεα μετὰ κεφαλαλγίης μελάνων διαχώρησιν σημαίνει καὶ ἔμετον. τὰ μέλανα διαχωρήματα πρὸ τῶν τοιούτων ἐμέτων διέρχεται καὶ ἐμέσασι συχνὰ τοιαῦτα προσκατασπᾶται.

χλζ′. Οἷσι δὲ ἐπὶ ταραχῇ κοιλίης παροξύνεται περὶ κρίσιν, κάτω μέλανα διέρχεται.

χλη′. Ἐπὶ κοιλίῃ μακρῇ, ἐμετώδεσι, χο-

vices excreta. Exitialis quoque quaecumque prodeundo sensum aegri fallit.

632. Potum aegre deglutienti cum spiritu tussiculoso eructatio quodammodo revulsa, intro convoluta, ventris dolorem denunciat.

Locus mutilus, cf. adn.

633. Quibus nigra per alvum secedunt, ii tenuibus et frigidis sudoribus diffluunt.

634. 635. In iis, qui longo tempore consumpti sunt, temerariae et quae praeter rationem fiunt alvi exsolutiones una cum voce tremula, perniciem denunciant. Tenues nigrorum deiectiones horrorem inducentes in talibus meliores. Tales praecipue iuvant aetatem, quae vigorem antecedit.

636. In omnibus pruritus cum morsu et tremores cum capitis dolore nigrorum per anum secessum ac vomitum significant. Nigrorum deiectiones ante eiusmodi vomitum fiunt et post vomitionem multa talia deorsum detrahuntur.

637. Quibus autem cum alvi perturbatione sub iudicationem morbus ingravescit, iis nigra per alvum prodeunt.

638. Ex diuturno ventris affectu, vomentibus

632. In duas sententias haec divisit Littréus, dum vulgo una comprehenduntur; cum parte vero priore conferri debet Coacae 62. pars altera. Vulgo καταβροχχίζοντι, sed in codicis A. et Aldi καταβροχίζοντι latet id, quod exhibui et Coaca 62. legitur quodque Imp. Corn. Mackii habet. — De hac parte priore quid sentiendum sit, vix scio: insunt partim verba Coacae 62., partim talia, quae inde alio modo expressa videantur, partim prorsus diversa, certe apodosis sententiae. Magnam fidem his non adhibeo et multum vereor, ne pannos a librariis consutos pro praenotione Coaca legamus. — Quod ad partem alteram cf. Coaca 330., unde hunc locum supplevit Lind., cum Prorrh. 127. Me iudice tuto eiici possent ista. Sed advertit Coaca 62. praecedere fragmentum sententiae et nostra Coaca 632. eiusmodi fragmentum subsequi.

633. Cf. Coaca 618.

634. 635. Cf. Coacas 287. 301. 442. 443. Pro vulgato χρονίοισι Edd. vett., codd. Parr. A. D., Opsop. χρόνοισι; equidem in χρονίοισι latere puto adv. χρονίως. Porro vulgatum ἅμα ἀφωνίῃ τρομώδει corruptum; nam ἀφωνίῃ non est nisi φωνῇ cui adhaesit α superioris ἅμα. Olim verbis αἱ λεπταὶ nova sententia inchoabatur; recte eas coniunxit Littréus.

636. Praesagium hoc scripserunt huc usque ita: πᾶσι τὰ κνησμώδεα μελάνων διαχώρησιν σημαίνει καὶ ἔμετον βρομβώδεα καὶ τρομώδεα σὺν δηγμῷ μετὰ κεφαλαλγίης τὰ μέλανα διαχωρήματα πρὸ τῶν τοιούτων ἔμετος διέρχεται καὶ ἐμέσασι συχνὰ τοιαῦτα προσκατασπᾶται. Miraris interpretes serio talia, quasi integra essent, explicare voluisse: nam vitia hic tam aperta, ut vel coecum ea distinguere posse dixeris. In βρομβώδεα habemus corrupte repetitum τρομώδεα; porro ἔμετος διέρχεται non usitata, quin prorsus ridicula formula est, quae librariis locum perturbantibus debetur. Ceterum de emendatione loci nihil addam; nam textus descriptus quid voluerim et quare voluerim satis, puto, docebit. Forte non male initio pro πᾶσι, quod tangere non sum ausus, πάντα scripseris.

637. Legebatur ἐπὶ ταραχῆς κοιλίης, quod correxi.

638. Mira dictio κοιλίῃ μακρῇ: nec tamen puto vitium subesse a librariis profectum. Sine dubio ἀποσίτοισι, quod Lind. et Mack. dederunt, hic scriptum fuit pro ἀποσίτοις

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 261 sur 880

©BIUM

λώδεσι, ἀποσίτοισι ἱδρὼς πολὺς μετὰ ἀδυναμίης ἐξαπίνης κτείνει.

χλθ'. Ἐν φαρμακείῃσι ἐν περιῤῥῷ λεπτὸν συχνῶς αἷμα ἐκτηκόμενον, φλαῦρον.

χμ'. Τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύσματα μετὰ πόνου πυρετοῖσι ἅμα φρικώδεσι, ἀποσίτοισι, σμικρὰ ἐφυγραινομένης κοιλίης, κάθαρσιν οὐ διδόντα, ἐς ἐμπύησιν ἥξει.

χμα'. Ἅμα πυρετῷ κοιλίη παραχώδης τρόπον χολερώδεα, κωματώδεσι νωθροῖς, οὐ πάνυ παρε....

χμβ'. Ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ κοπιώδεϊ, κεφαλαλγικῷ, διψώδεϊ, ἀγρύπνῳ .... ἐλπὶς ἐκμανῆναι.

Ἐξερύθρῳ χρώματι ἢν δύσπνοοι ἔωσι, ἐκχλοιούμενοι εὔπνοοι γίγνονται πρὸ τοῦ ἐκχλοιοῦσθαι κοιλίης ἐπιδιελθούσης.

χμγ'. Τὰ καυματώδεα διαχωρήματα τόνον ἴσχοντα κοιλίην πονηρευομένην σημαίνει.

χμδ'. Τοῖσι χολώδεσι κοιλίη παραχώδης, μικρὰ πυκνὰ διαδιδοῦσα τονώδεα μικροῖσι μυξώδεσι, πόνον περὶ τὸ λεπτὸν ποιέουσι καὶ οὖρον οὐκ εὐλύτως ἰὸν, ἐς ὕδρωπα ἐκ τοιούτων ἀποτελευτᾷ.

biliosis, cibum aversantibus copiosus sudor obortus cum repentina virium impotentia lethalis.

639. In medicamentorum purgantium usu in circumfuso stercoribus liquore sanguis tenuis magna copia eliquatus, vitio est.

640. Alvi durities cum dolore una cum febribus horroris sensu insignibus ac cibi fastidio laborantibus, paulum humectata alvo, purgationem non praebentes, ad suppurationem devenient.

641. *Locus corruptus. Cf. adn.*

642. Ubi alvus humecta est, aeger lassitudine, capitis dolore, siti, insomnia..... torquetur, vehementem insaniam metuere oportet.

Si praerubro faciei colore spiritum difficulter ducunt, pallidi facti facilius spirant, ventre sub tempus, quo pallidiores fiunt, deturbato.

643. Aestuosae deiectiones et cum contentione procedentes male affectam alvum significant.

644. *Est minus recte scripta Coaca.* 455.

vulgatae; neque de minuta re monerem, nisi ex eiusmodi omissione vocalis finalis dativi Ionici ante nomen, cuius prima litera item ι est, efficere liceret ν ἐφελκυστικόν in his libris recentioris esse originis.

639. Pro λεπτόν cod. A. λεπτῶν, sed alia manu vulgata restituta est. Pro ἐκτηκόμενον Ald. et cod Par. A. habent ἐξετηζομένοισι. Denique ἔπειτα δὲ φλαῦρον habent Ald., Bas. et libb. Parr. A. D. Littréus adnotat: „le texte de cette proposition me paraît tout à fait altéré." Dissentio.

640. Cf. Coaca 303., unde haec redintegrata est a Littréo: nempe in fine legebatur hoc: ου τὰ ἐς ἐμπύησιν (sic) in cod. A. et Ald. Spatia vacua relicta e Coaca l. expleta sunt.

641. Corruptum hunc locum non tetigi, nisi quatenus e vulg. ἀλμυρώδεα effeci χολερώδεα. In fine οὐ πάνυ παρε (sic) lacuna relicta cod. Par. A., Aldus; vulgo παρέπεται, librario de suo quomodocumque lacunam explente. Vide eadem in lectione Prorrh. 37. in adnotatione ad eum locum descripta, unde patet παρ' ἑωυτοῖσι hic scriptum fuisse, et unde χολερώδεα dedi. Eadem dictio Coaca 535. αἱ προαλγήσασαι τρόπον χολερώδεα. Ad οὐ πάνυ παρ' ἑωυτοῖσι cf. Prorrh. 35.

642. Cf. Prorrh. 38. Coaca 175. Patet locis illis collatis pone ἀγρύπνῳ vulgatae vocabula periisse. Sed simul patet verba ἐξερύθρῳ χρώματι λυομένους, quae in fine adscribebantur, huc non pertinere; vid. adnn. ad locum proximum.

642b. Legebatur: ἢν δύσπνοοι ἔωσι πρὸς τὸ ἐκχλοιοῦσθαι εὔπνοον σινόντε κοιλίης ἐπεισελθούσης, in quibus Littréus dedit ἔσιτόν τε, alii aliud quid. Equidem sic iudico: verba e fine superioris Coacae ἐξερύθρῳ χρώματι λυομένους huc pertinent: vulgatae verba pessime sunt perturbata, sed lucem adferunt animadversiones sequentes: manifesto antithesis est in ἐξερύθρῳ χρώματι et ἐκχλοιοῦσθαι; itemque inter δύσπνοοι et εὔπνοοι; in σίνοντε latere videtur γίνονται; λυομένους solita est corruptio, in qua latet ἐκχλοιούμενοι; ἐπεισελθούσης sine dubio vitiose scriptum est ἐπιδιελθούσης. Hisce observatis locum quidem descripsi, sicuti iam legitur. Cff. iam cum hisce Coacae 624. et 465., quae nescio quo modo cum h. l. cohaerere videntur.

643. Hoc loco κωματώδεα ferunt libb. Parr. A. D. et edd. vett.; τόνον ἴσχοντα pertinet forsan ad tenesmos, sed totus locus obscurus est.

644. Vid. Coaca 455., ubi locus melius scriptus legitur. Advertit τὸ λεπτόν hic legi, ubi in Coaca l. τὸ ἧτρον scribitur; hinc suspicio mihi nata est, subinde in his libris τὸ λεπτόν legi, ubi olim τὸ ἧτρον scriptum fuit. v. c. Prorrh. 100. cum Coaca 317.; sunt autem plures alii. Cf. adn. ad Coacam 539.

©BIUM

χμε'. Αἱ τρομώδεες γλῶσσαι σημεῖον κοιλίης καταρραγησομένης.

χμς'. Οἷσι καῦμα γίγνεται ἐφιδροῦσι δὲ ἐλθόντων πυρετὸς παροξύνεται.

χμζ'. Ἐπὶ κοιλίῃσι ὑγρῇσι κατάψυξις μεθ' ἱδρῶτος, φλαῦρον.

χμη'. Ἐπὶ κοιλίῃσι ὑγρῇσι τὰ ἀπὸ οὔλων αἵματα ἐπιρρυέντα, θανατῶδες.

χμθ'. Διαχώρημα καθαρὸν ἐπιγενόμενον λύει πυρετὸν ὀξὺν μεθ' ἱδρῶτος.

645. Lingua tremula prorupturae alvi significationem praebet.

646. *Locus corruptus. Cf. adn.*

647. In humecta alvo perfrictio cum sudore, vitiosa.

648. Humescente alvo sanguis e gingivis effluens, lethalis.

649. Alvi recrementum purum succedens febrem acutam solvit cum sudore.

645. Legebatur σημεῖον ἐνίοισι κοιλίης καταρραγησομένης. Delevi ἐνίοισι, quum sine dubio recentius sit additamentum, quale etiam Coaca 82. legebatur olim. Veteres non ita minuere solebant sua praesagia. Sed si Prorrh. 20. et Coaca 233. conferantur, miraris idem signum tam diversae praenotioni ansam praebuisse. Prorrhetici praesensioni fere maiorem fidem tribuerim.

646. Locus integer legitur Prorrh. 93.

648. Cf. Coaca 241.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 263 sur 880

©BIUM

©BIUM

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΟΝ.

ΠΕΡΙΦΡΑΣΙΣ ΕΣΤΙ ΤΑ ΠΛΕΙΣΤΑ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΩΝ ΓΝΗΣΙΩΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΕΙΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΚΩΑΚΩΝ ΠΡΟΓΝΩΣΕΩΝ ΟΥ ΣΥΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΗ ΥΠ' ΑΥΤΟΥ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ.

PRAENOTIONUM LIBER.

MAXIMAM PARTEM PERIPHRASIS EST FRAGMENTORUM VERE HIPPOCRATEORUM E PRAENOTIONIBUS COACIS NON CONSCRIPTA AB IPSO HIPPOCRATE.

©BIUM

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΟΝ.

ΠΕΡΙΦΡΑΣΙΣ ΕΣΤΙ ΤΑ ΠΑΡΕΛΘΟΝΤΑ ΑΠΟΣΗΜΑΤΩΝ ΤΙΝΩΝ ΠΡΟΚΡΑ
ΤΕΙΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΚΟΑΚΩΝ ΠΡΟΓΝΩΣΕΩΝ ΟΤ ΣΥΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΗ
ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ.

PRAENOTIONUM LIBER.

MAXIMAM PARTEM PERIPHRASIS EST FRAGMENTORUM VERE
HIPPOCRATEORUM E PRAENOTIONIBUS COACIS NON
CONSCRIPTA AB IPSO HIPPOCRATE.

©BIUM

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΟΝ.

α'. Τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν· προγιγνώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι τά τε παρεόντα καὶ τὰ προγεγονότα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ὁκόσα τε παραλείπουσι οἱ ἀσθενέοντες [1] ἐκδιηγεύμενοι, πιστεύοιτ' ἂν μᾶλλον γιγνώσκειν τὰ τῶν νοσεόντων πρήγματα, ὥστε τολμᾶν ἐπιτρέπειν τοὺς ἀνθρώπους σφέας ἑωυτοὺς τῷ ἰητρῷ. Τὴν δὲ θεραπείην ἄριστα ἂν ποιέοιτο, προειδὼς τὰ ἐσόμενα τῶν παθημάτων. Ὑγιέας μὲν γὰρ ποιέειν ἅπαντας τοὺς ἀσθενέοντας, ἀδύνατον· τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ προγιγνώσκειν τὰ μέλλοντα ἀποβήσεσθαι κρέσσον ἂν ἦν· ἐπειδὴ δὲ οἱ ἄνθρωποι ἀποθνήσκουσι, οἱ μὲν πρὶν καλέσαι

[1] ἐκδιηγεύμενοι etiam V.

1. Τὸν ἰητρὸν — ἐπιτηδεύειν.] In scholiis a Dietzio editis (p. 95.) citatur interpres σαφής scilicet καὶ θαυμαστός, qui ad haec verba: καθ' ὑπέρβατον, inquit, οὕτως ἀναγνωστέον, δοκέει μοι τὸν ἄριστον ἰατρὸν πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν. Nisi vidissem nuperrimum editorem Parisiensem eodem fere modo hoc libri initium accipere, silentio rem transiissem. Hic vero reddit: „Le meilleur medecin me paraît être celui qui sait connaître d'avance." Itaque adponam veram interpretationem etiam a Stephan. Athen. traditam (p. 58.): δοκεῖ μοι ἄριστον εἶναι πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν τὸν ἰατρόν. Quo modo hunc locum accepit etiam Aretaeus, ubi ad Hippocratis imitationem lib. II. de cur. m. acut. cap. 3: ἐν συγκοπῇ, inquit, μάλα χρὴ τὸν ἰητρὸν πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν. — Deteriorem accipiendi rationem secutus est Oribasius, cum lib. XLIV. cap. 3. § 3: ἀλλ' ἐπεί, inquit, τὰ ἀποστήματα ταῦτα κινδυνώδη ἐστὶ, τὸν ἄριστον ἰατρὸν χρὴ προγινώσκειν τὸν ὀλεθρίως ἔχοντα καὶ τὸν σωτηριῶδες· ubi requiro σωτηρίως, uti paulo post eodem cap. σωτηρίως δὲ διακειμένου.

προγιγνώσκων — ἔσεσθαι.] Ad haec verba Gal. in Comm. et Foës. citant locum e Lib. Epid. I.: λέγειν τὰ προγενόμενα, γιγνώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα. In primis vero cum nostris conferri debet initium libri de Victu Acut., ubi Hippocrates Cnidiis vitio vertit illos ea tantum conscripsisse, quae καὶ μὴ ἰητρὸς δύναιτ' ἂν ὀρθῶς ξυγγράψαι, εἰ εὖ παρὰ τῶν καμνόντων ἕκαστον πύθοιτο, ὁκοῖα πάσχουσι; mox vero addit: ὁκόσα δὲ προκαταμαθεῖν χρὴ τὸν ἰητρὸν, μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, τούτων τὰ πολλὰ παρεῖται. Nempe προλέγων τὰ παρεόντα καὶ τὰ προγεγονότα loco nostro intelligendum de praenotione et praedictione antequam ex alio audiverit. Hinc paulo inferius primum ad aegrotantis faciem mentem adtendendum esset praecipit, signisque in ea observandis collectis de aegri conditione ξυντεκμαρτέον esse; quod si fieri nequeat, tum demum interrogandum esse hominem, quid passus sit. Hinc intelligimus, qui auctor ad tria tempora prognosin referat; quod vidit etiam Gal. initio Lib. I. de Praesag. ex pulss. et in Comm. ad l. l. ex Epid. I.

ἐκδιηγεύμενοι.] Haec nonnullorum MSS. est lectio, vulgata ἐκδιηγεύμενος habet, ita ut enarratio ad medicum referatur, quod minus arridet. In iis, quae exhibui, iunges ὁκόσα παραλείπουσι οἱ ἀσθενέοντες ἐκδιηγεύμενοι. Aretaeus ἐκδιηγεῖσθαι ad aegrotantes ipsos, quid sibi accidisse videatur, narrantes refert p. 4. editionis nostrae. καὶ ἐξαναστάντες ἐκδιηγεῦνται ὡς ὑπό τευ ἐξ ἐπιβουλῆς παταχθέντες. Itaque medicus προγιγνώσκει καὶ προλέγει, aeger quae passus sit ἐκδιηγεῖται.

προειδὼς — παθημάτων.] Lectio προειδὼς τὰ ἐσόμενα ἐκ τῶν παρεόντων παθημάτων, quam Gal., Schol., MSS. nonnulla exhibent, me iudice interpreti alicui, antiquo licet, sed interpreti tamen debetur. Ad τὰ ἐσόμενα τῶν παθημάτων conf. Matth. Gr. Gr. § 320. Plura sunt in hoc libro iuterpretis vestigia in libris scriptis. Simili modo v. c. infra ἐπειδὴ δὲ οἱ ἄνθρωποι ἀποθνήσκουσι, οἱ μὲν.... ὑπὸ ἰσχύος

PRAENOTIONUM LIBER.

1. Operae pretium mihi facturus medicus videtur, si ad providentiam sibi comparandam omne studium adhibeat. Cum namque praesenserit et praedixerit apud aegrotos tum praesentia, tum praeterita, tum futura, quaeque aegri in sua narratione omittunt, res utique aegrotantium magis agnoscere credetur, adeo ut maiore cum fiducia sese homines medico committere audeant. Curandi vero rationem optime molietur, si futuras affectiones praenoverit. Neque enim fieri potest, ut omnes aegroti sanitatem assequantur. Hoc nempe longe praestantius foret quam futurorum consecutionem praenoscere. Quandoquidem vero quidam vi morbi intereunt prius quam medicum accersant, quidam etiam

©BIUM

τὸν ἰητρὸν ὑπὸ ἰσχύος τῆς νούσου, οἱ δὲ καὶ ἐσκαλεσάμενοι παραχρῆμα ἐτελεύτησαν, οἱ μὲν ἡμέρην μίαν ζήσαντες, οἱ δὲ ὀλίγῳ πλέονα χρόνον, πρὶν ἢ τὸν ἰητρὸν τῇ τέχνῃ πρὸς ἕκαστον νόσημα ἀνταγωνίσασθαι, γνόντα οὖν χρὴ [1] τῶν παθέων τῶν τοιούτων τὰς φύσιας, ὁκόσον ὑπὲρ τὴν δύναμιν εἰσὶ τῶν σωμάτων, ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστι ἐν τῇσι νούσοισι, καὶ τούτου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν. Οὕτω γὰρ [2] ἂν θαυμάζοιτό τε δικαίως καὶ ἰητρὸς ἀγαθὸς ἂν εἴη· καὶ γὰρ οὓς οἷόν τε [3] περιγίγνεσθαι, τούτους ἔτι μᾶλλον δύναιτ' ἂν ὀρθῶς διαφυλάσσειν, ἐκ πλείονος χρόνου προβουλευόμενος πρὸς ἕκαστα, καὶ τοὺς ἀποθανουμένους τε καὶ σωθησομένους προγιγνώσκων τε καὶ προαγορεύων ἀναίτιος ἂν εἴη.

β'. Σκέπτεσθαι δὲ χρὴ ὧδε ἐν τοῖσι ὀξέσι νοσήμασι· πρῶτον μὲν τὸ πρόσωπον τοῦ νοσέοντος, εἰ ὁμοῖόν ἐστι τοῖσι τῶν ὑγιαινόντων, μάλιστα δὲ εἰ [4] αὐτὸ ἑωυτῷ. Οὕτω γὰρ ἂν εἴη ἄριστον, τὸ δ' ἐναντιώτατον τοῦ ὁμοίου, δεινότατον. Εἴη δ' ἂν τὸ τοιόνδε· ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι ξυμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ ξυνεσταλμένα, καὶ οἱ λοβοὶ τῶν ὤτων ἀπεστραμμένοι, καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον σκληρόν τε

vocato medico confestim, partim quidem unum diem, partim etiam paulo diutius vitam trahentes mortui sunt, priusquam medicus arte sua singulis morbis viriliter se opponere possit, talium affectionum naturam, quantum scilicet vires corporis superent, cognovisse, simulque et si quid divini in morbis inest, huius quoque providentiam ediscere oportet. Hac enim ratione merito sibi admirationem et boni medici existimationem conciliaverit. Qui namque morbo superiores esse possunt, eos utique longe rectius conservaverit, ex longo antea intervallo ad singula consilium dirigens, tum etiam morituros, tum evasuros ubi praenoverit et praedixerit, extra culpam positus erit.

2. In morbis autem acutis hoc modo res considerare oportet: in primis aegroti facies, sitne bene valentium, praecipueque sui ipsius similis. Ita enim optima existimanda, quae vero ab ea plurimum recedit gravissimum periculum portendit. Qualis fuerit: nasus acutus, oculi concavi, collapsa tempora, aures frigidae et contractae, imisque suis fibris inversae, cutis circa frontem dura, intenta et resiccata, et totius faciei color ex viridi pallescens, aut etiam ni-

[1] τῶν τοιουτέων παθέων. Sc. V. — [2] ἂν om. Sc. — [3] περιγενήσεσθαι. Sc. V. — [4] αὐτὸ ἑωυτῷ. Sc.

τῆς νούσου, ubi κατεχόμενοι in cod. med. adiungitur, quod quin a recentioribus sit additum, nemo facile dubitet.

πρὶν ἢ τὸν ἰητρὸν τῇ τέχνῃ πρὸς ἕκαστον νόσημα ἀνταγωνίσασθαι.] Pro dativo codd. nonnulli τὴν τέχνην. Foësius ad hunc locum in adn.: „priusquam, inquit, medicus unicuique morbo artem suam obluctando opponere possit." Imo τὸν ἰητρὸν τὴν τέχνην πρὸς νοῦσον ἀνταγωνίσασθαι Graecum ut sit, vereor. Accusativus saepius a librariis cum dat. confunditur; horumque incuriae soli haec lectio deberi videtur.

γνόντα οὖν χρή. κ. τ. λ.] Littréus γνῶναι e libris duobus recepit, addens: „L'infinitif me parait nécessaire." Procul dubio participium unice veram lect. refert: iunges γνόντα χρὴ ἐκμανθάνειν. Ceterum probe tenendum est verba nostra γνόντα οὖν χρὴ — ἐκμανθάνειν apodosin esse sententiae, cuius protasis in verbis ἐπειδὴ δὲ — ἀνταγωνίσασθαι. Protasis longior effecit ut in apodosin auctor οὖν inferret. Cf. Vig. ed. Herm. p. 399. n. 75.

ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστι ἐν τῇσι νούσοισι.] De ratione, qua antiqui illud θεῖον acceperint, vide Gal. comm. et Schol. Lubet adponere Herodoti locum I. 174., qui huc facit, de Cnidiis isthmum perfodientibus: καὶ δή, inquit, πολλῇ χειρὶ ἐργαζομένων τῶν Κνιδίων· μᾶλλον γάρ τι καὶ θειότερον ἐφαίνοντο τιτρώσκεσθαι οἱ ἐργαζόμενοι τοῦ οἰκότος τά τε ἄλλα τοῦ σώματος καὶ μάλιστα τὰ περὶ τοὺς ὀφθαλμούς, βραυομένης τῆς πέτρης· ἔπεμπον ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους ἐπερησομένους τὸ ἀντίξοον. Cum quibus cf. quae habentur I. 122.: ἵνα θειοτέρως δοκέῃ τοῖσι Πέρσῃσι περιεῖναί σφι ὁ παῖς. Interpretes et antiquiores et recentiores locum Progn., de quo agimus, contulerunt cum aliis e lib. de victu acut. (vid. Gal. p. 18. vol. XVIIIb. ed. Kühn.) et de aëre aq. et locis (p. 293. Foës.) ubi Hipp. non e Divini numinis actione, sed e causis naturalibus res, quas alii a Diis inmissas esse credebant, explicat. Hinc Petersen. (p. 23.) et Littréus (vol. II. p. 99. seq.) efficere studuerunt Progn. ante tractatum de Aëre cett. compositum esse, Hippocratemque suam, quam h. l. prodit, sententiam ibi refellere. Equidem in titulo iam sum professus me ipsum Prognosticum non Hippocrati tribuere, licet materies ex eius libris hausta sit. Alio loco plura de his dicam, ne leviter sententiam mutavisse videar.

2. οἱ λοβοὶ τῶν ὤτων ἀπεστραμμένοι.] Gal.: ὀπίσω τείνονται μᾶλλον: unde Schol.: ἀποστρέφονται ἐπὶ τὰ ὀπίσω. Celsus: „frigidae languidaeque aures et imis partibus leniter versae." Quo loco e cod. Med. lectione *adversae* reponendum *aversae*, quod h. l. Corn. Latine dedit.

©BIUM

καὶ περιτεταμένον καὶ καρφαλέον ἐόν· καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε ἢ καὶ μέλαν ἐὸν, καὶ πέλιον. Ἢν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τῆς νούσου τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ, καὶ μήπω οἷόν τε ᾖ τοῖσι ἄλλοισι σημείοισι [1] ξυντεκμαίρεσθαι, ἐπανερέσθαι χρὴ, μὴ ἠγρύπνησε ὥνθρωπος, ἢ τὰ τῆς κοιλίης ἐξυγρασμένα εἴη ἰσχυρῶς, ἢ λιμῶδές τι ἔχει αὐτόν· κἢν μέν τι τούτων ὁμολογέῃ, ἧσσον νομίζειν δεινὸν εἶναι· κρίνεται δὲ τὰ τοιαῦτα ἐν ἡμέρῃ τε καὶ νυκτὶ, ἢν διὰ ταύτας τὰς προφάσιας τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ. Ἢν δὲ μηδὲν τούτων φῇ εἶναι, μηδὲ ἐν τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ καταστῇ, εἰδέναι χρὴ ἐγγὺς ἐόντα τοῦ θανάτου. Ἢν δὲ καὶ παλαιοτέρου ἐόντος τοῦ νοσήματος ἢ τριταίου, ἢ τεταρταίου, τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ, περὶ τούτων ἐπανερέσθαι περὶ ὧν καὶ πρότερον ἐκέλευσα, καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι, τά τε ἐν τῷ ξύμπαντι προσώπῳ, τά τε ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι, καὶ τὰ ἐν τοῖσι ὀφθαλμοῖσι.

γ'. Ἢν γὰρ τὴν αὐγὴν φεύγωσι [2] ἢ δακρύωσι ἀπροαιρέτως, [3] ἢ διαστρέφωνται, ἢ ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου ἐλάσσων γίγνηται, ἢ τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ ἴσχωσι ἢ πέλια, ἢ μέλανα φλέβια ἐν αὐτοῖσι ἔχωσι, ἢ λῆμαι ἐοῦσαι φαίνωνται περὶ τὰς ὄψιας, ἢ καὶ ἐναιωρεύμενοι, ἢ ἐξίσχοντες, ἢ ἔγκοιλοι ἰσχυρῶς [4] γενόμενοι, ἢ αἱ ὄψιες αὐχμῶσαι καὶ ἀλαμ-

[1] τεκμαίρεσθαι Sc. V. — [2] ἢν V. — [3] ἢν Sc. — [4] γενόμενοι V. Sc.

ger, vel lividus. Itaque si per initia morbi eius modi facies fuerit, neque adhuc ex reliquis signis coniicere potueris, interrogare convenit, num aeger vigilaverit, aut alvus admodum liquida fuerit, aut eum inedia aliqua oppresserit. Quod si quid horum fateatur, minus formidandum esse existimandum. Diiudicantur autem ista die ac nocte, si ex his causis eiusmodi facies fuerit. At si nihil horum praecessisse dixerit, neque intra dictum tempus ad pristinum statum redierit, in propinquo mortem esse sciendum est. Si vero vetustiore iam morbo, quam triduo, aut quatriduo, talis facies exstiterit, inquirenda ea sunt de quibus antea praecepi, et reliqua signa, tum ex universa facie, tum ex reliquo corpore, et oculis in considerationem adhibenda.

3. Si namque hi lucem refugiant, aut illacriment praeter voluntatem, aut pervertantur, aut alter ex iis minor fiat, aut quae in iis alba esse debent rubescant aut livescant aut in iisdem venulae nigricent, aut lippientium oculorum sordes circa eorum aciem appareant, aut etiam assidue mobiles, aut tumidi, aut vehementer cavi fuerint, aut eorum acies squalida et minime

καὶ πέλιον.] Cett. omnes subiungunt ἢ μολιβδῶδες, quod mihi glossema esse videtur superioris πέλιον. Veteres adeo lexicographi ita interpretantur πελιδνόν, cf. Hesych. in πελιανόν i. e. πελιδνόν, ubi: μολύβδῳ, inquit, ἐοικὸς κατὰ τὴν χρόαν.

ἐπανερέσθαι κ. τ. λ.] ἐπανέρεσθαι (sic) codd. et Edd. plurimae: vid. de hac aoristi forma Buttm. p. 178. vol. II. In reliquis sequens quod ad modos et tempora attinet est varietas lectionis: ἐπανερέσθαι χρὴ, μὴ ἠγρύπνησε (ἠγρύπνηκε) ὁ νοσέων (ὥνθρωπος) ἢ τὰ τῆς κοιλίης ἐξυγρασμένα ᾖ (εἴη codd. 2.) ἰσχυρῶς, ἢ λιμῶδές τι ἔχῃ (ἔχει Gal. et liber scriptus unus) αὐτόν.

κρίνεται δὲ τὰ τοιαῦτα.] Cum ad h. l., tum in Oecon. Foës. adfert Galeni interpretationem verbi κρίνεται per δοκιμάζεται, ἢ ἀναγνωρίζεται. lib. III. de dieb. decret. Ed. Bas. III. p. 447. vs. 14. Nec tamen recte ita Galenus; nam quod Foës. in notula addit: „potest et λύεται significare." id ita certum est, ut haec sola vera sit explicatio, altera sit longe falsissima, modo attendamus ad sequens ἢν δὲ ... μηδὲ ἐν τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ καταστῇ. Itaque recte Celsus: „uno die finitur."

τά τε ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι.] In his de meo ἄλλῳ adposui, codd. et edd. ceteris non habentibus. Nempe τὸ πρόσωπον et οἱ ὀφθαλμοί etiam ad τὸ σῶμα pertinent, adeoque hic necessario formula familiaris huic scriptori requiritur.

3. ἢ ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου ἐλάσσων.] Sic Littréus e libris tribus: vulgo ἢ ἄτερος θατέρου ἐλάσσων, quam lect. olim veram esse credidi; iam secus sentio. Verum quidem est hanc formam saepius occurrere v. c. Coaca 139. 140., ubi libri θάτερον, sed legendum est τι ἕτερον; item Ep. V. 4. θάτερος. — Sed vide Schaeferum ad Greg. Cor. p. 302. seq.

ἢ τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ ἴσχωσι ἢ πέλια, ἢ μέλανα φλέβια ἐν αὐτοῖσι ἔχωσι.] Gal., recentiores alii iungunt ἢ πέλια, ἢ μέλανα φλέβια. Sed Coacam 218. si conferas, vides iungendum esse τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ, ἢ πέλια: quippe legimus ἢ τὸ λευκὸν ἐρυθραινόμενον, ἢ πελιαινόμενον. ἢ φλεβῶν μελάνων πληρούμενον. Porro cod. unus Littréi ἐν ἑωυτοῖσι, alterque ἐν ἑαυτοῖς ἤ: unde illud exhibuit, quod mihi minus placet: nam profecto ἐν αὐτοῖσι i. e. ἐν τοῖς λευκοῖς voluit libri auctor.

ἢ αἱ ὄψιες αὐχμῶσαι καὶ ἀλαμπεῖς ἱστάμεναι.] In Edd.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 269 sur 880

©BIUM

πεῖς ἱστάμεναι, ἢ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου ἠλλοιωμένον ᾖ, ταῦτα πάντα κακὰ νομίζειν καὶ ὀλέθρια εἶναι. Σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσι ὕπνοισι· ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται τοῦ λευκοῦ, τῶν βλεφάρων ξυμβαλλομένων, μὴ ἐκ διαρροίης, ἢ φαρμακοποσίης ἐόντι, ἢ μὴ εἰθισμένῳ οὕτω καθεύδειν, φλαῦρον τὸ σημεῖον καὶ θανατῶδες λίην. Ἢν δὲ [1] ῥικνὸν γένηται, ἢ πέλιον, ἢ ὠχρὸν βλέφαρον, ἢ χεῖλος, ἢ ῥὶς, μετά τινος τῶν ἄλλων σημείων, εἰδέναι χρὴ τοῦτο τὸ σημεῖον θανατῶδες ἐόν· θανατῶδες δὲ καὶ χείλεα [2] ὑπολυόμενα, καὶ κρεμάμενα, καὶ ψυχρὰ, καὶ ἔκλευκα γενόμενα.

δ'. Κεκλιμένον δὲ χρὴ καταλαμβάνεσθαι τὸν νοσέοντα ὑπὸ τοῦ ἰητροῦ ἐπὶ τὸ πλευρὸν τὸ δεξιὸν, ἢ τὸ ἀριστερὸν, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὸν τράχηλον καὶ τὰ σκέλεα ὀλίγον ἐπικεκαμμένα ἔχοντα, καὶ τὸ ξύμπαν σῶμα

lucida et immobilis, aut totius faciei color immutatus, haec omnia mala perniciosaque existimanda. Quin etiam per somnum an ex oculis aliquid subappareat spectare oportet. Ubi namque commissis palpebris ex albo quid subapparet, id si neque alvi profluvium, neque medicamentum purgans expresserit, neque ita dormire consueverit aeger, pravum est indicium et lethale admodum. Quod si corrugetur palpebra, aut livescat, aut pallescat, itemque labrum, aut nasus, cum alio aliquo signo, sciendum est hoc signum lethale esse. Lethale quoque labra resoluta, pendentia, frigida et exalbida esse.

4. At aegrum a medico in latus dextrum aut sinistrum recumbentem deprehendi oportet, manibusque et cervice ac cruribus paulum reductis, totoque corpore molliter posito. Hic enim fere sani iacentis est habitus. Is autem habe-

[1] καμπύλον ἢ ῥικνότατον Sc. V. — [2] ἀπολυόμενα.

Galeni Ch. et K. inter verba ἢ ἔγκοιλοι ἰσχυρῶς γενόμενοι et haec nostra quaedam interponuntur, ita ut legatur: ἢ αἱ βλεφαρίδες καμπύλαι, ἢ ἰσχυραὶ αἴολαι, ἢ αἱ ὄψιες αὐχμῶσαι καὶ ἀλαμπεῖς ἱστάμεναι καὶ τὸ πρόσωπον πέλιον καὶ φοβερὸν ἰδεῖν· καὶ οἱ ὀδόντες πέλιοι γίνονται. Quae quo modo Mackius in textum receperit vide. Sed parum recte Chartierius haec in Galeni textum Hippocraticum intulit, quum Pergamenus illa non legat: quin etiam haud ita certo constat, num verba ἢ αἱ ὄψιες αὐχμῶσαι καὶ ἀλαμπεῖς viderit: nam in comm. (Gal. Bas. p. 125.), ubi a versu inde 13. ista μεταφράζει, verba adlata tacitus praetermittit, quippe vs. 17. habet: ἢ κοιλοὺς ἰσχυρῶς εἶναι, τοῦ τε προσώπου παντὸς ἠλλοιῶσθαι τὸ χρῶμα: neque vero eorum mentio fit comm. 1. ad Epid. VI. Ed. Bas. p. 453 vs. 38., ubi totum hunc de oculis locum, sed memoriter fortasse, adscribit. — Iam vero quaeritur num in textum nostri invehi debeant? Βλεφαρίδων καμπυλότητος mentio fit in Coaca 218., unde locus totus de oculis desumtus est. Ad huius Coacae ductum igitur possis probabiliter e Chartierii lectione efficere: ἢ αἱ βλεφαρίδες καμπύλαι, ἢ ἰσχυρῶς αἴολαι, ἢ αἱ ὄψιες αὐχμῶσαι καὶ ἀλαμπεῖς ἱστάμεναι, ita ut haec respondeant Coacae verbis: καὶ βλεφαρίδων καμπυλότης καὶ πῆξις ὀμμάτων συνεχέως τε μύειν. Sed fortasse verosimilius, olim lectionem Chartierii se habuisse ad hunc modum: ἢ αἱ βλ. κ., ἢ αἱ ὄψιες ἀ. καὶ ἀλ. ἱστάμεναι ἢ ἰσχυρῶς αἴολαι. Nam Erotianus adfert glossam ad Progn. referendam: καρδαμύσσειν) καὶ σκαρδαμύσσειν γράφεται· ἔστι δὲ τὸ συνεχῶς τὰ βλέφαρα κινεῖν καὶ εἰς ἐπίμυσιν ἄγειν κ. τ. λ. Me iudice haec glossa pertinet ad vocabulum quod olim h. l. scriptum fuerit, et quo illud συνεχέως τε μύειν e Coaca expressum fuerit. Quodsi vero hic illud καρδαμύσσειν expresserit Coacae συνεχέως τε μύειν, verba ἢ ἰσχυρῶς αἴολαι (βλεφαρίδες) idem non denotarunt, neque enim bis idem positum fuerit; sin autem ad ὄψιες ... ἰσχυραὶ αἴολαι referas, haec idem denotabunt, quod ὀφθαλμοὶ ἐναιωρεύμενοι. Quid igitur? aut ego fallor, aut h. l. corruptela latet, e qua me expedire non valeo. Eadem corruptelae nota apparet etiam in verbis ἢν δὲ καμπύλον, ἢ ῥικνὸν γένηται, ἢ πέλιον, ἢ ὠχρὸν βλέφαρον κ. τ. λ., ut ferunt Edd., postrema excepta, quae ἢ ῥικνὸν omittit. Nempe Galeni tempore alii libri ἢν δὲ καμπύλον, alii ἢν δὲ ῥικνὸν ferebant: me iudice ἢν δὲ καμπύλον ibi scriptum non fuit, sed ortum duxit e Coacae verbis ἢ βλεφ. καμπυλότης et lect. Chartierii consentiente, ita ut secus ac fecit Littréus ἢν δὲ ῥικνὸν γένηται βλέφαρον exhibuerim. Apparet hic nonnulla mista esse et confusa, quae quomodo debita ratione extricem non video. Ego ἱστάμεναι recepi collato Homeri in Odyss. loco (XIX. vs. 211.) ὀφθαλμοὶ δ' ὥσεὶ κέρα ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος. Coacae πῆξις ὀμμάτων in memoriam revocat II. III. 217., ubi de Ulysse: ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας. Quod ad postrema illa lectionis Chartierii verba: καὶ οἱ ὀδόντες πέλιοι γίνονται, confero Coacam 235., ubi τὸ ξηραίνεσθαι τοὺς ὀδόντας, quod symptoma in consimili Prognostici loco de dentium stridore non recensetur.

τῶν βλεφάρων ξυμβαλλομένων.] Malui cum lectione, quae Aph. 52. VI. habetur, negationem μὴ omittere: nimirum vereor ne μὴ ξυμβαλλομένων sequentibus negationibus ortum debeat.

εἰδέναι χρὴ τοῦτο τὸ σημεῖον θανατῶδες ἐόν· θανατῶδες δὲ καὶ κ. τ. λ.] Legebatur olim εἰδέναι χρὴ ἐγγὺς ἐόντα θανάτου, quae verba itidem habentur supra § 2. Sed ibi Gal. et libri alii nonnulli ferunt εἰδέναι χρὴ τοῦτο τὸ σημεῖον θανατῶδες ἐόν: quae quidem lectio quum ad alterutrum locum referenda videretur, potissimum ad huncce pertinere visa est, ita ut eam huc transtulerim. Quod ut facerem maxime me movit sequens θανατῶδες δὲ καὶ χ. ὑ., quippe haec pulchre iam superioribus respondent: nam quemadmodum hîc θανατῶδες ἐόν· θανατῶδες δὲ καὶ χ., ita § 21. ὠφελέει· ὠφελέει δὲ καὶ ὑ. — et § 36. ὀλέθριαι, ὀλεθριώταται δὲ κ. τ. λ.

©BIUM

ὑγρὸν κείμενον· οὕτω γὰρ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν ὑγιαινόντων κατακλίνονται· ἄριστα δέ εἰσι τῶν κατακλισίων αἱ ὁμοῖαι τῇσι τῶν ὑγιαινόντων. Ὕπτιον δὲ κεῖσθαι καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὸν τράχηλον καὶ τὰ σκέλεα ἐκτεταμένα ἔχοντα, ἧσσον ἀγαθόν. Εἰ δὲ καὶ προπετὴς γένοιτο καὶ καταρρέοι ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ πόδας, δεινότερόν ἐστι. Εἰ δε καὶ γυμνοὺς τοὺς πόδας εὑρίσκοιτο ἔχων, μὴ θερμοὺς κάρτα ἐόντας, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὰ σκέλεα ἀνωμάλως διερριμμένα καὶ γυμνὰ, κακόν· ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει. Θανατῶδες δὲ καὶ τὸ κεχηνότα καθεύδειν αἰεὶ, καὶ τὰ σκέλεα ὑπτίου κειμένου ξυγκεκαμμένα εἶναι ἰσχυρῶς καὶ διαπεπλιγμένα. Ἐπὶ γαστέρα δὲ κεῖσθαι, ᾧ μὴ ξυνηθές ἐστι καὶ ὑγιαίνοντι οὕτω κοιμᾶσθαι, παραφροσύνην σημαίνει, ἢ ὀδύνην τινὰ τῶν ἀμφὶ τὴν κοιλίην τόπων. Ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι τὸν νοσέοντα, τῆς νούσου ἀκμαζούσης, πονηρὸν μὲν ἐν πᾶσι τοῖσι ὀξέσι νοσήμασι, κάκιστον δὲ ἐν τοῖσι [1]περιπνευμονικοῖσι.

tur optimus decubitus, qui bene valentium similis est. Supinum vero iacere, manibus, cervice et cruribus porrectis, minus bonum. Quodsi pronus ad pedes de lecto delabatur, magis formidandum. Ubi vero pedes nudos, neque admodum calidos habere comperietur, et manus et cervicem et crura inaequaliter dispersa et nuda, malum: anxietatem enim indicat. Lethale quoque hianti ore assidue dormire, et ubi supinus iacet cruribus valde inflexis et a se invicem dimotis. At in ventrem iacere ei, qui per bonam valetudinem ita dormire minime consuevit, delirium aut partium circa ventrem dolorem aliquem indicat. Aegrum vero residere velle in ipso morbi impetu, pravum quidem in omnibus morbis acutis, et pulmonum inflammatione laborantibus pessimum.

ε'. Ὀδόντας δὲ πρίειν ἐν πυρετοῖσι, ὁκόσοισι μὴ ξύνηθές ἐστι ἀπὸ παίδων, μανικὸν καὶ θανατῶδες· ἢν δὲ καὶ παραφρονέων τοῦτο ποιέῃ ὀλέθριον γίγνεται κάρτα ἤδη.

5. In febribus autem dentibus stridere, quibus a puero minime est consuetum, insaniam et mortem significat. Quodsi etiam deliranti id accidat, exitiale admodum iam est.

ς'. Ἕλκος δὲ ἢν [2]τε καὶ προγεγονὸς τύχῃ ἔχων, ἢν τε καὶ ἐν τῇ νούσῳ [3]γένηται,

6. Ulcus quoque sive ante morbum adfuerit sive in ipso morbo natum, nosse oportet. Nam

[1] πνευμονικοῖσι. V. — [2] τι Sc. V. — [3] γίνηται Sc. et V.

4. καὶ καταρρέοι ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ πόδας.] Quod unius libri auctoritate recepit Littréus ἐπὶ τῆς κλίνης, id manifesto librarii alicuius errori debetur, utroque loco eandem praepositionem inferentis. Vulgo ἐπὶ πόδας, quod cum Coacae 497. lectione convenit: alii libri nonnulli et Gal. ἐπὶ τοὺς πόδας: utrum praeferas vix scias.

καὶ διαπεπλιγμένα.] Haec vera vocabuli scriptura, pro qua codd. fere διαπεπλεγμένα, vid. Littréus, Vol. III. Editionis p. XLIV. addendorum.

παραφροσύνην σημαίνει, ἢ ὀδύνην τινὰ τῶν ἀμφὶ τὴν κοιλίην τόπων.] Vulgo τινά pone παραφροσύνην legitur, quorsum minus apte referri mihi videtur, ita ut maluerim vetustae illius apud Foës., membranae lectionem sequi. Eandem Galenum quoque vidisse fere effecerim e Comm. verbis: ὀδύνην τινὰ τῶν ἐνταῦθα τινὸς μορίων, licet in textu apud eum iam non reperiatur, et alio modo etiam scribat comm. 3. Epid. III. Ed. Bas. p. 376. vs. 53., neque Schol. ita legisse videatur, (p. 99.) In Coaca 497. παραφροσύνην σημαίνει καὶ πόνους περὶ κοιλίην, quod item nostrae scripturae favere dixerim.

5. Ὀδόντας δὲ πρίειν κ. τ. λ.] Locus hicce in libris scriptis et editis olim hoc modo legebatur: ὀδόντας δὲ πρίειν ἐν πυρετοῖσιν ὁκόσοισι μὴ ξύνηθές ἐστιν ἀπὸ παίδων, μανικὸν καὶ θανατῶδες, ἀλλὰ προλέγειν ἀπ' (vel ἐπ') ἀμφοῖν κίνδυνον ἐσόμενον· ἢν δὲ καὶ παραφρονέων τοῦτο ποιῇ, ὀλέθριον γίνεται κάρτα ἤδη. — Quid in hisce sibi velint verba ἀλλὰ προλέγειν ἀπ' ἀμφοῖν κίνδυνον ἐσόμενον, equidem perspicere nullo modo possum. Nam Scholiasten p. 99. haec καὶ πρὸς τὰ ἄνω, καὶ πρὸς τα κάτω ἐξηγησάμενον scilicet facessere iubemus. Galenus in comm. hunc locum diligenter interpretatur, sed nullam horum verborum mentionem facit, ita ut ea non legisse videatur: Coaca 235. quae nostris hisce respondeant non habentur: sanum sensum ex illis elicere nemo potest, sed locum perturbant: itaque eieci.

6. ἢν τε καὶ ἐν τῇ νούσῳ γένηται.] Plures codd. γίνηται, vulgo tamen γένηται. Animadverti saepius γίνεσθαι pro γίγνεσθαι in his libris ortum esse e confusione praesentis et aoristi.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 271 sur 880

©BIUM

καταμανθάνειν δεῖ· ἢν γὰρ μέλλῃ ἀπόλλυσθαι ὠνθρωπος, πρὸ τοῦ θανάτου πελιδνόν τε καὶ ξηρὸν [1] ἔσται, ἢ ὠχρόν τε καὶ ξηρόν.

ζ'. Περὶ δὲ χειρῶν φορῆς τάδε γιγνώσκω· ἐν πυρετοῖσι ὀξέσι, ἢ ἐν περιπνευμονίῃσι, [2] ἢ ἐν φρενίτισι, [3] ἢ ἐν κεφαλαλγίῃσι, πρὸ τοῦ προσώπου φερομένας καὶ θηρευούσας διὰ κενῆς, καὶ ἀποκαρφολογούσας, καὶ κροκίδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτιλλούσας, πάσας εἶναι κακὰς καὶ θανατώδεας.

η'. Πνεῦμα δὲ πυκνὸν μὲν ἐὸν καὶ σμικρὸν πόνον σημαίνει καὶ φλεγμονὴν ἐν τοῖσι ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοισι· μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην δηλοῖ· ψυχρὸν δὲ ἐκπνεόμενον ἔκ τε τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος, ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίγνεται. Εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν ἐς σωτηρίην ἐν ἅπασι τοῖσι ὀξέσι νοσήμασι, ὁκόσα ξὺν πυρετοῖσί ἐστι καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται.

θ'. Οἱ δὲ ἱδρῶτες ἄριστοι μέν εἰσι ἐν πᾶσι τοῖσι ὀξέσι νοσήμασι, ὁκόσοι [4] ἐν ἡμέρῃσί τε κρισίμοισι γίγνονται καὶ τελείως τὸν πυρετὸν ἀπαλλάσσουσι. Ἀγαθοὶ δὲ καὶ ὁκόσοι διὰ παντὸς τοῦ σώματος [5] γενόμενοι ἀπέδειξαν

si periturus aeger est, ante mortem lividum et siccum, aut pallidum et siccum erit.

7. De manuum vero motione ita censeo. In febribus acutis, aut pulmonum inflammationibus, aut phrenitide, aut capitis doloribus, si quibus ante faciem feruntur, et aliquid frustra venantur, et festucas colligunt, aut floccos e vestibus evellunt, ex his omnibus malum et mortem portendi.

8. Spiritus frequens et parvus dolorem et inflammationem in locis septo transverso superioribus indicat. Qui vero magnus inspiratur et ex magno intervallo, delirium. At frigidus ex naribus et ore exspiratus exitialis admodum iam est. Facile autem spirare magnum ad salutem momentum existimandum in omnibus morbis acutis, qui febres sibi coniunctas habent et intra dies quadraginta iudicantur.

9. Sudores optimi quidem per omnes morbos acutos, qui diebus iudicatoriis contingunt et penitus febre liberant. Boni vero etiam quicumque toto corpore oriuntur et faciunt, ut aeger morbum facilius ferre videatur. At qui

[1] ἐστίν. Sc. V. — [2] ἢ ἐν φρ. etiam Sc. V. — [3] καί Sc. V. — [4] ἢν ἐν Sc. V. — [5] Aor. e cod. unius Littrǽi correctione, cett. γινόμενοι.

7. περὶ δὲ χειρῶν φορῆς — θανατώδεας.] Legitur apud omnes τάδε γιγνώσκω· ὁκόσοισι — πρὸ τοῦ προσώπου φερομένας — πάσας εἶναι κακάς. — Structura eiusmodi est, ut in probabiliter Graece scribente eam non exspectes. Ὁκόσοισι abundat, quapropter eieci: si serves, φερόμενοι — θηρεύουσαι — ἀποκαρφολογοῦσαι — ἀποτίλλουσαι legendum est; aut participia ista in φέρονται, θηρεύουσι cett. mutanda sunt; — aut supplendum ἴδῃς v. c. pone φερομένας. — Sed mihi potius recentior manus initio ὁκόσοισι adscripsisse visa est, quapropter vocem reiicio.

καὶ θηρευούσας διὰ κενῆς.] Galeni Chart. et Kühnii lectio, et cod. med., unde Ch. multa minime probanda in textum Pergameni intulit, interpretationem fert additam ὡσανεὶ μυίας θηρευούσας διὰ κενῆς. Cf. quae § 1. ad verba τὰ ἐσθμενα τῶν παθημάτων adnotavimus.

καὶ ἀποκαρφολογούσας, καὶ κροκίδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτιλλούσας.] Sequebantur pone ἀποτιλλούσας verba καὶ ἀπὸ τοῦ τοίχου ἄχυρα ἀποσπώσας. Celsus II. 6. habet: „aut si manibus quis .... in veste floccos legit, fimbriasve deducit, vel in adiuncto pariete, si qua minuta eminent carpit." — Steph. in Thes. putat Celsum τὸ ἀποκαρφολογεῖν non esse interpretatum. — Vix dubito, quin Celsus vulgatam lectionem loci viderit et inde quod sibi arrideret desumserit; accuratam eius interpretationem a Celso non exspectamus, neque enim consilium ei fuit eiusmodi. Sed quaero quid intersit inter ἀποκαρφολογούσας et ἀπὸ τοῦ τοίχου ἄχυρα ἀποσπώσας? Hesychius κάρφος . ἄχυρον . κεραία ξύλου λεπτή. — Itaque ἀποκαρφολογεῖν idem quod ἄχυρα ἀποσπᾶν,— glossam igitur expuli.

8. πνεῦμα δὲ πυκνὸν μὲν ἐὸν καὶ σμικρόν κ. τ. λ.] Hicce de respiratione locus citatur a Galeno comm. 3. ad Ep. I. (Ed. Bas. p. 384. vs. 30.) comm. 3. ad Epid. III. (p. 435. vs. 6.), eundem interpretatur ad Lib. de victu acut. (p. 48. vs. 33.) At nullibi, neque in editis, neque in mss. verba καὶ σμικρόν adduntur. Quin etiam Gal. lib. III. περὶ δυσπνοίας (p. 190. 191.) consulto Hipp. ista omisisse statuit. Locum longiorem et eiusmodi, ut haud facile Galeno adsentiaris, describere nolo. Duo fuere, quae ut adponerem me moverunt: primum comparatio cum verbis Coacae 260., alterum antithesis, quae est in verbis πυκνὸν καὶ σμικρόν et μέγα καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου. Ipsa tandem rerum natura docet καὶ σμικρόν omitti a viro perito non potuisse: est enim revera in pectoris morbis cum inflammatione coniunctis spiritus frequens simul et parvus.

πόνον σημαίνει καὶ φλεγμονήν.] Ita cum cod. med. et Coaca simili scripsi: vulgo ἢ φλεγμονήν. Arcte haec cohaerent: πόνος καὶ φλεγμονή est *dolor inflammatione ortus*, qualem h. l. re ipsa innuit.

παραφροσύνην δηλοῖ.] Coacam 260. si conferas, gravis oritur suspicio ibi verba ἢ σπασμόν abundare. Imo fortasse plura alia contra e Coaca ista in Prognosticum illata fuere, quae postea nescio quo modo perierint.

©BIUM

τὸν ἄνθρωπον εὐπετέστερον φέροντα τὸ νόσημα. Οἱ δ' ἂν μὴ τοιοῦτόν τι ἐξεργάσωνται, οὐ λυσιτελέες. Κάκιστοι δὲ οἱ ψυχροί τε καὶ μοῦνον περὶ τῆν κεφαλήν τε καὶ τὸ πρόσωπον γενόμενοι καὶ τὸν αὐχένα· οὗτοι γὰρ ξὺν μὲν ὀξέϊ πυρετῷ θάνατον προσημαίνουσι, ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ, μῆκος νούσου.

ι'. Ὑποχόνδριον δὲ ἄριστον μὲν ἀνώδυνόν τε ἐὸν καὶ μαλθακὸν καὶ ὁμαλόν, καὶ ἐπὶ δεξιὰ καὶ ἐπ' ἀριστερά· φλεγμαῖνον δὲ, ἢ ὀδύνην παρέχον, ἢ ἐντεταμένον, ἢ ἀνωμάλως διακείμενον τὰ δεξιὰ πρὸς τὰ ἀριστερὰ, ταῦτα πάντα φυλάσσεσθαι χρή. Εἰ δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνείη ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, βόρυβον σημαίνει, ἢ παραφροσύνην· ἀλλὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπικατιδεῖν τῶν τοιούτων· ἢν γὰρ αἱ ὄψιες πυκνὰ κινέωνται, μανῆναι τούτους ἐλπίς.

ια'. Οἴδημα δὲ ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ σκληρόν τε ἐὸν καὶ ἐπώδυνον, κάκιστον μὲν, εἰ παρ' ἅπαν εἴη τὸ ὑποχόνδριον· εἰ δὲ εἴη ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρεϊ, ἀκινδυνότερόν ἐστι ἐν τῷ ἐπ' ἀριστερά. Σημαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα οἰδήματα ἐν ἀρχῇ μὲν θάνατον ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι· ἢν δὲ ὑπερβάλλῃ εἴκοσι ἡμέρας ὅ τε πυρετὸς ἔχων καὶ τὸ οἴδημα μὴ καθιστάμενον, ἐς διαπύησιν τρέπεται. Γίγνεται δὲ τούτοισι ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ καὶ αἵματος ῥῆξις ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ κάρτα ὠφελέει. ἀλλ' ἐπανερωτᾶν

nihil tale efficiunt, minime sunt utiles. Pessimi autem frigidi, quique circa caput tantum et faciem et cervicem exoriuntur. Ii namque cum acuta febre mortem, cum mitiore vero morbi longitudinem praenunciant.

10. Praecordia optima quidem quae dolore vacant, mollia sunt et aequalia, tum dextra, tum sinistra parte. Incensa vero aut dolentia, aut intenta, aut inaequaliter affecta dextra parte ad sinistram, haec omnia animadvertenda sunt. Quod si etiam pulsus in praecordiis insit, perturbationem aut delirium indicat. Verum etiam eorum oculos intueri oportet. Si namque oculi crebro moveantur, insania exspectanda est.

11. At tumor in praecordiis durus et dolens pessimus quidem, ubi tota praecordia occuparit; sin vero altera parte sit, minore cum periculo sinistra. Huiusmodi autem tumores circa principia quidem mortem brevi affore indicant. Quodsi neque intra vigesimum diem febris quiescat, neque tumor subsidat, ad suppurationem res vertitur. His autem primo circuitu etiam sanguinis e naribus fluxus contingit, valdeque iuvat. Verum eos interrogare oportet, num capite doleant, aut obtusam oculorum aciem sen-

[1] καί Sc. V.

9. ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ μῆκος νούσου.] In edd. et mss. nostrorum temporum hisce subiungi solent seqq.: καὶ οἱ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ὡσαύτως γινόμενοι τοῖσι περὶ τὴν κεφαλήν· οἱ δὲ κεγχροειδέες καὶ μοῦνον περὶ τὸν τράχηλον γινόμενοι πονηροί. οἱ δὲ μετὰ σταλαγμῶν καὶ ἀτμίζοντες, ἀγαθοί. κατανοεῖν δὲ χρὴ τὸ σύνολον τῶν ἱδρώτων· γίνονται γὰρ οἱ μὲν δι' ἔκλυσιν σώματος, οἱ δὲ διὰ συντονίην φλεγμονῆς. — Galenus ad locum nostrum: γινώσκειν δὲ χρή, inquit, τὴν τελευτὴν τῆς προκειμένης ῥήσεως ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Διοσκουρίδην γεγραμμένην κατὰ τήνδε τὴν λέξιν, κάκιστοι δ' οἱ ψυχροὶ καὶ μόνον περὶ τὴν κεφαλὴν γινόμενοι καὶ τὸν αὐχένα· οὗτοι γὰρ θάνατον σημαίνουσιν, ἢ μῆκος νόσου. Dein subiungit: ἐφεξῆς τούτων γέγραπταί τινα περὶ ἱδρώτων, ἃ οὐκ εἰσιν ἐν ἅπασι τοῖς ἀντιγράφοις, ἃ καλῶς ἄλλοι τε τινὲς ἐξεῖλον ὡς οὐχ Ἱπποκράτους καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀρτεμίδωρόν τε καὶ Διοσκουρίδην. Pluribus de causis additamenta ista reiicienda visa sunt. Primo quidem non legebantur in omnibus codd. Galeni aetate: tum veteres critici nonnulli spuria esse crediderunt, quorum sententiam firmat loci nostri comparatio cum Coacis 572. 573., unde traductus est: dein κατανοεῖν δὲ χρὴ — φλεγμονῆς sententiam refert, quae plane aetiologici argumenti est, cum ceterum liber totus circa medici πρόνοιαν versatur: tandem vocabulum illud συντονίη φλεγμονῆς occurrit etiam in parte spuria libri de vtetu acutorum §. mihi 29. συντονίην καὶ πολλὴν φλεγμασίην κατὰ τὰς φλέβας δηλοῖ. — Omnia ista, inquam, quo minus haec in textum recipiam, me impediunt.

11. γίγνεται δὲ τούτοισι ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ κ. τ. λ.] Gal. in comm. ad h. l.: αἱμορραγίας, inquit, ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ γίνεσθαί φησι, τῶν κρισίμων ἡμερῶν δηλονότι, καὶ γέγραπται διττῶς ἡ λέξις ἐνικῶς τε καὶ πληθυντικῶς· ἐνικῶς μὲν ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ, πληθυντικῶς δὲ ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισι. εἰ μὲν οὖν ἐνικῶς εἴη γεγραμμένον, ἑβδομαδικὴν ἐνδείκνυται περίοδον, εἰ δὲ πληθυντικῶς ἐγχωρεῖ μὲν καὶ τὴν ἑβδομαδικήν· ἐνίοις γὰρ ἡ αἱμορραγία κατὰ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα γίνεται, μᾶλλον δ' ἀκουστέον ἐστὶ τὰς κατὰ τετράδα περιόδους ἐν τῇ τοιαύτῃ γραφῇ: οἱ πλεῖστοι μὲν γὰρ αἱμορραγοῦσιν ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις ἑπτὰ, κατὰ δὲ τὴν ἐννάτην καὶ ἑνδεκάτην

©BIUM

χρὴ, εἰ τὴν κεφαλὴν ἀλγέουσι, ἢ ἀμβλυωποῦσι· εἰ γάρ τι τοιοῦτον εἴη, ἐνταῦθα ἂν ῥέποι. Μᾶλλον δὲ τοῖσι νεωτέροισι πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων, τὴν τοῦ αἵματος ῥῆξιν προσδέχεσθαι χρή.

ιβ'. Τὰ δὲ μαλθακὰ τῶν οἰδημάτων καὶ ἀνώδυνα, καὶ τῷ δακτύλῳ ὑπείκοντα χρονιωτέρας τὰς κρίσιας ποιέεται, καὶ ἧσσον ἐκείνων δεινότερά ἐστι. Εἰ δὲ ὑπερβάλλοι ἑξήκοντα ἡμέρας ὅ τε πυρετὸς ἔχων καὶ τὸ οἴδημα μὴ καθιστάμενον, ἔμπυον ἔσεσθαι σημαίνει· καὶ τοῦτο καὶ τὸ ἐν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ κατὰ τωὐτό.

ιγ'. Ὁκόσα μὲν οὖν ἐπώδυνά τέ ἐστι καὶ σκληρὰ καὶ μεγάλα, σημαίνει κίνδυνον θανάτου ὀλιγοχρόνιον· ὁκόσα δὲ μαλθακά τε καὶ ἀνώδυνα καὶ τῷ δακτύλῳ πιεζόμενα ὑπείκει, χρονιώτερα ἐκείνων. Τὰς δὲ [1] ἀποστάσιας ἧσσον τὰ ἐν τῇ γαστρὶ οἰδήματα ποιέεται τῶν ἐν τοῖσι ὑποχονδρίοισι· ἥκιστα δὲ τὰ ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ ἐς ἀποπύησιν τρέπεται· αἵματος δὲ ῥῆξιν ἐκ τῶν ἄνω τόπων μάλιστα προσδέχεσθαι. Ἁπάντων δὲ χρὴ τῶν οἰδημάτων τῶν χρονιζόντων περὶ ταῦτα τὰ χωρία ὑποσκέπτεσθαι τὰς [2] ἐκπυήσιας. Τὰ δὲ διαπυήματα ὧδε [3] χρὴ σκέπτεσθαι τὰ ἐντεῦθεν· ὁκόσα μὲν ἔξω τρέπεται, ἄριστά ἐστι μικρά τε ἐόντα καὶ ὡς μάλιστα ἐκκλίνοντα ἔξω καὶ ἐς ὀξὺ ἀποκυρτούμενα· τὰ δὲ μεγάλα τε ἐόντα καὶ πλατέα καὶ ἥκιστα

[1] ὑποστάσιας Sc. V. — [2] ἐμπυήσιας Sc. V. — [3] δή V.

tiant. Quod si quid ex his accidat, eo rem tendere sciendum. In iunioribus tamen neque dum trigesimum quintum annum attingentibus, sanguinis eruptio magis exspectanda est.

12. Molles autem tumores et doloris expertes digitisque cedentes longiores iudicationes faciunt illisque minus graves sunt. Quod si intra dies sexaginta neque febris cesset, neque tumor subsidat, fore suppurationem hoc loco, et reliquo ventre eodem modo significat.

13. Itaque tumores dolentes duri et magni periculum mortis intra paucos dies affore significant. Molles vero et minime dolentes, quique digito pressi cedunt, illis diuturniores esse solent. At ventris tumores minus abscedere nati sunt quam qui in praecordiis oriuntur, minime vero qui infra umbilicum sedem habent in pus vertuntur. Sed ex superioribus locis sanguinis eruptio maxime exspectanda est. Longos vero omnes in his regionibus tumores in suppurationem abituros esse exspectandum est. Suppurationes vero, quae inde proveniunt, hac ratione considerare oportet. Quae quidem foras vertuntur, optimae sunt, ubi parvae sunt et quam maxime foras feruntur et in mucronem attolluntur. Pessimae vero quae magnae sunt et latae, minimeque in aciem desinunt. At quae

ὀλίγοι. In haec Galeni verba duo maxime animadvertenda censeo: primum quidem veram loci scripturam videri ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ; quippe quam fert Coaca 280., unde locus noster est desumtus: tum vero me iudice res eodem redit sive ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ sing. num., sive plur. num. ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισι legamus: urumque enim τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος κατὰ πλάτος, uti loqui solet Galenus, denotat, quae quemadmodum h. l. et Coaca consimili 280. sing. numero ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ denotatur; ita infra loco de vesica dolente § 36. plur. num. ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισι significatur, similiter ἀρχή sing. num. dicitur et αἱ ἀρχαί plurali. Vid § 15. αἱ ἀρχαί., § 31. ἐν ἀρχῇσι.

εἰ γάρ τι τοιοῦτον εἴη, ἐν ταῦθα ἂν ῥέποι.] De meo hoc loco εἰ dedi; neque enim ferri potest ἢν — εἴη, quod habent libri. Particula εἰ hic propriam suam sibi vindicat sedem.

13. πιεζόμενα.] Duo libri hic ferunt πιεζεύμενα, quod Lindanus recepit; vid. infra § 45.

ἐς ἀποπύησιν.] Ita edd. Ald. Bas. Merc., Gal., Mack. librique scripti plurimi. Quare Foës. eumque secutus Littréus ἐπιπύησιν scripserint, equidem non satis perspicio. Schneidero quoque ἐπιπύησις dubiae fidei est in Lex.: fortasse ex ἐκπύησιν h. l. ortum est. Lindanus et cod. ms. unus habent διαπύησιν.

ἁπάντων δὲ χρὴ ..... ὑποσκέπτεσθαι τὰς ἐκπυήσιας.] Corn. interpretatur: „omnium autem tumorum diuturnorum circa hos locos *suppurationes considerare convenit*," Similique fere modo Foësius: „Longorum vero omnium in his regionibus tumorum *suppurationes in considerationem adhibendae*." Nempe hi Latine exprimunt ἐπισκέπτεσθαι, non ὑποσκέπτεσθαι. Illud autem unus fert cod. Med. apud Foësium. Me iudice vel de coniectura, etiam si omnes libri darent, ἐπισκέπτεσθαι in ὑποσκέπτεσθαι mutaveris, quod quomodo accipiam Latine expressi.

ἐς ὀξὺ ἀποκυρτούμενα ... ἐς ὀξὺ ἀποκορυφούμενα.] Comparo Herodoti locum (VII. 64.) κυρβασίας ἐς ὀξὺ ἀπιγμένας.

©BIUM

ἐς ὀξὺ ἀποκορυφούμενα, κάκιστα· ὁκόσα δὲ ἔσω ῥήγνυται, ἄριστά ἐστι, ἃ μηδὲν τῷ ἔξω χωρίῳ ἐπικοινωνέει, ἀλλ' ἔστι προσεσταλμένα τε καὶ ἀνώδυνα.

ιδ'. Τὸ δὲ πῦον ἄριστον λευκόν τε εἶναι καὶ ὁμαλὸν καὶ λεῖον καὶ [1] ὡς ἥκιστα δυσῶδες· τὸ δὲ ἐναντιώτατον τούτου κάκιστον.

ιε'. Οἱ δὲ ὕδρωπες οἱ ἐκ τῶν ὀξέων νοσημάτων πάντες κακοί· οὔτε γὰρ τοῦ πυρὸς ἀπαλλάσσουσι, ἐπώδυνοί τε εἰσὶ κάρτα καὶ θανατώδεες. Ἄρχονται δὲ οἱ πλεῖστοι μὲν ἀπὸ τῶν κενεώνων καὶ τῆς ὀσφύος, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος. Ὁκόσοισι μὲν οὖν ἀπὸ τῶν κενεώνων καὶ τῆς ὀσφύος αἱ ἀρχαὶ γίγνονται, οἵ τε πόδες οἰδέουσι καὶ διάρροιαι πολυχρόνιοι ἴσχουσι, οὔτε τὰς ὀδύνας λύουσαι τὰς ἐκ τῶν κενεώνων τε καὶ τῆς ὀσφύος, οὔτε τὴν γαστέρα λαπάσσουσαι· ὁκόσοισι δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος οἱ ὕδρωπες γίγνονται, [2] βῆξαί τε θυμὸς τούτοισι ἐγγίγνεται καὶ οὐδέν τι ἀποπτύουσι ἄξιον λόγου, καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι, καὶ ἡ γαστὴρ οὐ διαχωρέει, εἰ μὴ σκληρά τε καὶ πρὸς ἀνάγκην, καὶ περὶ τὴν κοιλίην γίγνεται οἰδήματα τὰ μὲν ἐπὶ δεξιὰ τὰ δὲ ἐπ' ἀριστερὰ, ἱστάμενά τε καὶ καταπαυόμενα.

ις'. Κεφαλὴ δὲ [3] καὶ χεῖρες καὶ πόδες ψυχρὰ ἐόντα κακὸν, τῆς τε κοιλίης καὶ τῶν

intro rumpuntur, optimae, ubi nihil cum externa sede communicant, in sese contrahuntur, et nullo dolore afficiunt.

14. Pus vero optimum est album, aequale et laeve et quam minimum graveolens, huic autem maxime contrarium pessimum.

15. Hydropis variae species, quae ex acutis morbis oriuntur, omnes malae. Nam neque febre liberant, vehementesque dolores excitant et lethales sunt. Oriuntur autem fere ex laterum inanitate et lumbis, partimque ex iecore. Quibus igitur ex laterum inanitate et lumbis initia ducuntur, iis pedes intumescunt, et longa alvi profluvia detinent; quae neque dolores ex laterum inanitate ac lumbis tollunt, neque ventrem molliorem efficiunt. At quibus a iecore aqua inter cutem ortum ducit, his tussiendi cupiditas inest, sed nihil effatu dignum exspuunt, pedesque intumescunt, ac venter non nisi dura aegreque egerit et circa alvum tumores fiunt, qui partim dextra, partim sinistra parte oriuntur et desinunt aliter alius.

16. Caput autem et manus et pedes frigere, ventre et lateribus calentibus, malum denunciat.

[1] ὡς om. Sc. V. — [2] Ita etiam Sc. et V. — [3] καὶ πόδες καὶ χεῖρες Sc. V.

καὶ ἀνώδυνον.] Pone ἀνώδυνον libri scripti et editi omnes καὶ πᾶν τὸ ἔξω χωρίον ὁμόχροον φαίνεται. Haec aliquando adposita fuerunt in dittographia ad ἃ μηδὲν τῷ ἔξω χωρίῳ ἐπικοινωνέει. Probabile puto in marg. aliquem adscripsisse ἢ ἐφ' οἷσι πᾶν τὸ ἔξω χώριον ὁμόχροον φαίνεται. Certum est additamento, quod resecui, nihil doceri diversum ab eo, quod exprimitur verbis ἃ — ἐπικοινωνέει. — Est igitur aut glossa, aut dittographia recentioris originis. Suspicio primum mihi nata est e mira structura, qua quae resecui cum superioribus connecterentur.

14. τὸ δὲ πῦον ἄριστον λευκόν τε εἶναι καὶ ὁμαλὸν καὶ λεῖον.] Quum apud veteres grammaticos τὸ ὁμαλόν interdum exponatur τὸ λεῖον, lectori possit suspicio nasci καὶ λεῖον esse glossema. Ego hoc non credo. Vid. infra § 22. καὶ ἡ ὑπόστασις ὁμοίη καὶ λείη. Cf. § 32. λεῖον καὶ ὁμόχροον.— Steph. in Thes. iam excitavit locum e Plut. Fabio cap. 11. πεδίον ... ὁμαλὸν διὰ τὴν ψιλότητα καὶ λεῖον.

15. βῆξαί τε θυμὸς τούτοισι ἐγγίγνεται.] Ita scripsi cum editore nuperrimo plurium librorum auctoritate: possis etiam e Schol. ed. Dietz. p. 140: βῆξαί τε θυμὸς ἐγγίνεται αὐτοῖσι efficere: nec tamen hoc praeplacet. Latet haec lectio nostra etiam in corruptis Coacae 454. verbis, βὴξ ἐτ' ἐτύμως ἐγγίνεται, uti olim ibi legebatur. Vulgatum βῆχές τε καὶ θυμός et olim displicebat et nunc displicet: quid quod Galenum etiam nostram lectionem vidisse opinor; nam cum hic in comm. scribit: θυμὸν εἴρηκε νῦν τὴν προθυμίαν, ἣν ἴσχουσι πρὸς τὸ βήττειν, non existimandum illum de solo nomine θυμός per se id affirmare, sed ad βῆξαί τε θυμός interpretationem referre: sicuti Schol. de solo nomine θυμός: ἐνταῦθα. inquit, ἀκουστέον τὴν ἐπιθυμίαν. Eadem formula occurrit infra § 30. Memini me cum viro Graece doctissimo de hac ipsa formula esse collocutum, eumque mihi significavisse dictionem sibi suspectam esse, quum potius ἀνάγκη quam θυμός hic memorari debuisset, quapropter se arbitrari vitium latere. — Mihi non persuasit; quod utroque loco sequitur καὶ ἀποπτύουσι οὐδὲν ἄξιον λόγου docet auctorem cum βήσσειν notionem τοῦ ἀναβήσσειν coniungere, eumque docere velle aegros propter pectoris molestiam ἀναβήσσειν, ἀναπτύειν velle, itaque θυμός, me quidem iudice, non est incongruum.

©BIUM

πλευρῶν θερμῶν ἐόντων. Ἄριστον δὲ ὅλον τὸ σῶμα θερμόν τε ἐὸν καὶ μαλθακὸν ὁμαλῶς.

ιζ'. Στρέφεσθαι [1] δὲ χρὴ ῥᾳδίως τὸν ἀλγεῦντα καὶ ἐν τοῖσι μετεωρισμοῖσι ἐλαφρὸν εἶναι· εἰ δὲ βαρὺς ἐὼν φαίνοιτο καὶ τὸ ἄλλο σῶμα καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, ἐπικινδυνότερον. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τῷ βάρει οἱ ὄνυχες καὶ οἱ δάκτυλοι πελιδνοὶ γίγνονται, προσδόκιμος ὁ θάνατος παραυτίκα· μελαινόμενοι δὲ παντελῶς οἱ δάκτυλοι καὶ οἱ πόδες ἧσσον ὀλέθριοι τῶν πελιδνῶν εἰσι. Ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι χρή· ἢν γὰρ εὐπετέως φέρων φαίνηται τὸ κακὸν, καὶ ἄλλο τι τῶν περιεστικῶν πρὸς τούτοισι τοῖσι σημείοισι ὑποδεικνύῃ, τὸ νόσημα [2] ἐς ἀπόστασιν τραπῆναι ἐλπὶς, ὥστε τὸν μὲν ἄνθρωπον περιγενέσθαι, τὰ δὲ μελανθέντα τοῦ σώματος ἀποπεσεῖν.

ιη'. Ὄρχιες δὲ καὶ αἰδοῖα ἀνεσπασμένα πόνους ἰσχυροὺς σημαίνει καὶ κίνδυνον θανατώδεα.

ιθ'. Περὶ δὲ ὕπνων, ὥσπερ κατὰ φύσιν ξύνηθες [3] ἡμῖν ἐστι, τὴν μὲν ἡμέρην ἐγρηγορέναι χρὴ, τὴν δὲ νύκτα καθεύδειν. Εἰ δὲ εἴη τοῦτο μεταβεβλημένον, κάκιον· ἥκιστα δ' ἂν λυπέοιτο, εἰ κοιμῷτο τὸ πρωῒ ἐς τὸ τρίτον μέρος τῆς ἡμέρης· οἱ δὲ ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου ὕπνοι πονηρότεροί εἰσι· κάκιστον δὲ μὴ κοιμᾶσθαι, μήτε τῆς νυκτὸς, μήτε τῆς ἡμέρης· ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνων [4] ἀγρυπνοίη ἂν, ἢ παραφροσύνη ἔσται ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου.

[1] τε Sc. V. — [2] ὡς V. — [3] ἐστιν ἡμῖν Sc. V. — [4] ἀγρυπνοίη ἂν Sc. ἀγρυπνίη ἄν V.

At corpus totum aequaliter calidum esse ac molle optimum.

17. Aegrum quoque facile converti oportet, et cum sese attollit levem esse. Quod si gravis esse videatur, cum reliquo corpore, tum manibus et pedibus, maiore cum periculo est. Praeter gravitatem vero, si ungues et digiti livescant, mors confestim exspectanda est. At omnino nigri tum digiti tum pedes minus quam liventes perniciosi sunt. Sed reliqua quoque signa in considerationem adhibenda. Etenim si facile malum ferre videatur et praeter haec aliud quoddam ex salutaribus signis adfuerit, morbum ad abscessum converti sperandum, ita ut aeger quidem morbo superesse et partes corporis denigratae decidere debeant.

18. Testes autem et pudenda ubi sursum retrahuntur, vehementes dolores et mortis periculum denunciant.

19. Quod ad somni rationem attinet, quemadmodum a natura nobis est consuetum, interdiu quidem vigilandum, noctu vero dormiendum. Quod si istud immutatum fuerit, deterius existimandum. At minimum offenditur aeger, si prima luce dormiat ad tertiam diei partem. Qui vero postea somnus contingit, deterior est. Pessimum autem, si neque noctu, neque interdiu dormiat. Nam aut ob dolorem insomnia aderit, aut delirii affuturi haec nota est.

16. Ἄριστον δὲ ὅλον τὸ σῶμα θερμόν τε ἐόν. κ. τ. λ.] Libri mss. et editi omnes Ἄριστον δὲ καὶ ὅλον τὸ σῶμα κ. τ. λ.: in quibus quid καί sibi velit me quidem prorsus latet. Abundat vocula et loci sensum perturbat, itaque delevi, quod eo confidentius feci, quod haec vocula pluribus in Prognostico locis in libris παρέλκει: hîc autem propter proximas copulas facile perperam repeti potuit. Coacae 492. lectio nostrae scripturae favet.

17. εἰ δὲ βαρὺς ἐὼν φαίνοιτο.] Ad huius loci exemplum § 3. supra ἢ λῆμαι ἐοῦσαι φαίνωνται περὶ τὰς ὄψιας dedi e Cod. Med. lect. ἢ λῆμαι ἐόντες φαίνωνται π. τ. ὀ. Nam perfrequens est participii verbi εἶναι usus in hoc libro, locis eiusmodi ut fere abundare videatur. Ita v. c. § 2. τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον ..... καρφαλέον ἐόν. — § 13. ὁκόσα μὲν ἔξω τρέπεται ἄριστά ἐστι μικρά τε ἐόντα κ. τ. λ. — Cum hisce comparo Herodot. III. 108. καί κως τοῦ θείου ἡ πρόνοια, ὥσπερ καὶ οἰκὸς, ἐστὶ ἐοῦσα σοφή.

19. εἰ δὲ εἴη τοῦτο μεταβεβλημένον, κάκιον.] Etiam hoc loco εἰ invexi, mss. ἢν ferentibus.

ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνων ἀγρυπνοίη ἂν, ἢ παραφροσύνη ἔσται ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου.] Operae pretium facturus mihi videor, si de varr. lect. huius loci paucis moneam. Vulgo: ἢ γὰρ ὑπὸ ὀ. τε καὶ π. ἀγρυπνίη, ἢ παραφρ. ἔ. κ. τ. λ. Verum Ald. et Cod. Voss. ἀγρυπνίη ἂν, ἢ π. κ. τ. λ., unde corruptelae ratio sponte intelligitur: nempe ἀγρυπνοίη ἄν, quod codd. nonnulli Littréi ferunt, in ἀγρυπνίη ἄν abiit, postea ἄν omissum est. — Quod autem nuperrimus editor exhibet, unius libri auctoritate: ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνων ἀγρυπνέειν, ἢ παραφρονήσειν ἔπεται ἀπὸ τουτέου τοῦ σημείου, id non veterum, sed recentiorum interpretum orationem sapit.

©BIUM

κ'. Διαχώρημα δέ [1] ἐστι ἄριστον τὸ μαλθακόν τε καὶ ξυνεστηκός· ὑπόπυρρον δὲ ἔστω καὶ μὴ λίην δυσῶδες καὶ τὴν ὥρην, ἥνπερ καὶ ὑγιαίνοντι ὑπεχώρει, πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν ἐσιόντων· τοιαύτης γὰρ ἐούσης τῆς διεξόδου, ἡ κάτω κοιλίη ὑγιαίνοι ἄν. Εἰ δὲ εἴη ὑγρὸν τὸ διαχώρημα, ξυμφέρει μήτε τρύζειν, μήτε πυκνόν τι εἶναι καὶ κατ' ὀλίγον ὑποχωρέειν· κοπιῶν γὰρ ὁ ἄνθρωπος ὑπὸ τῆς ξυνεχέος ἐξαναστάσιος ἀγρυπνοίη ἄν· εἰ δὲ ἀθρόον πολλάκις διαχωρέει, κίνδυνος λειποθυμῆσαι. Ἀλλὰ χρὴ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν [2] ἐσιόντων ἢ δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρης ὑποχωρέειν, τῆς δὲ νυκτὸς ἅπαξ· πλέον δὲ ὑπίτω τὸ πρωΐ, ὥσπερ ξύνηθές ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ. Παχύνεσθαι δὲ χρὴ τὸ διαχώρημα, λούσης πρὸς κρίσιν τῆς νούσου. Ἐπιτήδειον δὲ καὶ ἕλμινθας στρογγύλας διεξιέναι μετὰ τοῦ διαχωρήματος, πρὸς κρίσιν λούσης τῆς νούσου· Δεῖ δὲ ἐν παντὶ τῷ νοσήματι λαπαρὴν τὴν κοιλίην εἶναι καὶ εὔογκον. Ὑδα-

[1] ἄριστόν ἐστι Sc. V. — [2] Ita cod. Sc. εἰσιόντων cett.

20. Alvi deiectio optima est, si mollis est et consistit; sit autem subfulva neque admodum graveolens, eoque tempore, quo per sanitatem deiici soleat; copia vero ciborum ingestorum rationi respondeat. Talis enim exitus inferiorem alvum bene valere declarat. Sin autem liquida sit alvi egestio, iuvat eam neque stridere, neque crebro et parva quantitate singulis vicibus excerni. Frequens enim desidendi labor aegrum fatigat, eique insomniam adferet. Quodsi affatim et saepe deiicit, periculum est ne animus deficiat. Verum pro ingestorum ciborum copia bis aut ter interdiu et noctu semel deiici debet, plus tamen prima luce subeat pro hominis consuetudine. Crassiorem autem fieri deiectionem oportet, morbo ad iudicationem procedente. Lumbricos quoque rotundos cum alvi excretione prodire morbo in iudicationem tendente expedit. Per totum vero morbum ventrem mollem esse et mediocriter extumescere convenit. At valde aquosum, aut album, aut ex viridi pallidum,

20. Διαχώρημα δέ ἐστι ἄριστον κ. τ. λ]. Hoc loco verba ὑπόπυρρον δὲ ἔστω καὶ μὴ λίην δυσῶδες olim non legebantur, sed in mss. et edd. omnibus inferuntur inter verba infra obvia λούσης πρὸς κρίσιν τῆς νούσου et ἐπιτήδειον δὲ καὶ ἕλμινθας κ. τ. λ. Galenus in comm. postquam ex Hippocratis sententia alvi recrementum quale in sanis sit oportet, descripsit: προσκείσθω δέ, inquit, ὅτι καὶ ἡ χροιὰ, καὶ ἡ ὀσμὴ φυλαττέσθω τῶν κατὰ φύσιν, ἅπερ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης οὐ προσέγραψεν, ὡς ἐξ ὧν εἶπε παρὰ φύσιν ἐπινοῆσαί σοι δυναμένῳ καὶ ταῦτα. συνηθὲς γὰρ αὐτῷ τοῦτο πολλάκις ἐδείξαμεν ὄν, ἐκ τῶν ἐναντίων ἐνδείκνυσθαι τὰ ἐναντία παραλείποντι τὰς προσηγορίας αὐτῶν. — Nimirum cum haec scribebat non meminerat verborum etiam in eius textu infra scriptorum, quae transposui, ὑπυπόρρον δὲ ἔστω καὶ μὴ λίην δυσῶδες, de quibus in comm. (p. 137. ed. Kühn.) Ἔπρεπε, inquit, τοῦτον τὸν λόγον κατὰ τὴν ἀρχὴν εἰρῆσθαι τῆς περὶ τῶν διαχωρημάτων διδασκαλίας, ὡς γενέσθαι τὴν ῥῆσιν τοιαύτην. διαχώρημα δ' ἄριστόν ἐστι μαλθακόν τε καὶ συνεστηκὸς καὶ τὴν ὥρην, ἥνπερ καὶ ὑγιαίνοντι ὑπεχώρει. πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων, ὑπόπυρρον δ' ἔστω καὶ μὴ λίαν δυσῶδες, ἵνα, ὡς ἔφην ὀλίγον ἔμπροσθεν, τήν τε σύστασιν αὐτοῦ καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἀποκρίσεως ἔτι τε τὰς ποιότητας ἀμφοτέρας, τήν τε ὀρατὴν καὶ τὴν ὀσφραντήν, ᾗ διωρισμένον. — Cum Galeno facile consentias verba jsta ad locum nostrum esse transferenda; nec vero credo auctorem illa eo loco, quo nunc habentur, interposuisse, sed ubi rerum natura ipsa ut et Galenus et nos ea requiramus cogit. Nimirum conferamus Coacam 601: Διαχώρημα κοιλίης βέλτιστον μαλθακὸν, συνεστηκὸς, ὑπόπυρρον. μὴ σφόδρα δυσῶδες, διαχωρέον τὴν εἰθισμένην ὥρην. Πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν ἐσιόντων. παχυνέσθω δὲ πρὸς τὴν κρίσιν· χρήσιμον δὲ καὶ ἕλμινθας στρογγύλας διεξιέναι πρὸς κρίσιν προσάγοντι. In hisce ordo debitus observatur, quem quare pessime perturbavisset auctor Prognostici non video, sed librariis solis rem deberi arbitror.

κοπιῶν γὰρ ὁ ἄνθρωπος ὑπὸ τῆς ξυνεχέος ἐξαναστάσιος ἀγρυπνοίη ἄν.] Vulgata est κοπιῇ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ὑπὸ τῆς ξυνεχέος ἐξαναστάσιος καὶ ἀγρυπνοίη ἄν. Alteram quam cum Littréo exhibeo, hic e codd. Parr. dedit et quamquam vulgata ferri possit, eam tamen praestare puto.

πλέον δὲ ὑπίτω τὸ πρωΐ.] Haec vera loci lectio mihi visa est, unde librariorum errore exstitisse opinor πλέον ὑπὸ τὸ πρωΐ: et πλείονα δ' ἐπὶ τὸ πρωΐ. Itaque dedi quod ab ipso auctore profectum videbatur.

ἐπιτήδειον δὲ καὶ ἕλμινθας κ. τ. λ.] Foësius: „hunc de lumbricis locum, inquit, aliter mihi legisse videtur Coel. Aurel. cap. 8. lib. IV. tard. passionum, cum quaedam attribuit Hippocrati de aegrotantis interfectione, cum mortui fuerint exclusi lumbrici omnibus in morbis." Lubet ipsa Coelii verba adscribere: p. 537. ed. Almelov. lego: „Chrysippus Asclepiadis sectator libro tertio de lumbricis solis in celeribus causis, sive periculosis: mortuos, inquit, lumbricos egestos interfectionem aegro portendere. Ostendunt enim mortui aciem vehementem inesse, quando magis aegri periclitantur. Sic, inquit, denique Hippocratem ferri dicentem suo libro, eos, qui in aegritudinis declinatione cum stercoribus egeruntur, nihil grave significare. Sed neque, inquit, Dioclem Hippocrati contrariam protulisse sententiam dicendo mortuos vel inanes esse meliores: si quidem hic in febribus solutionum hoc dixisse videtur, Hippocrates autem mortem significare in febribus stricturae." Ex hisce minime liquet Coelium, seu potius Chrysippum, cuius verba adfert, diversum a no-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 277 sur 880

©BIUM

ρὲς δὲ κάρτα, ἢ λευκὸν, ἢ χλωρὸν, ἢ ἐρυθρὸν ἰσχυρῶς, ἢ ἀφρῶδες διαχωρέειν, πονηρὰ ταῦτα πάντα. Ἔτι δὲ πονηρὸν καὶ σμικρόν τε ἐὸν, καὶ γλίσχρον, καὶ ὑπόχλωρον, καὶ λεῖον. Τούτων δὲ θανατωδέστερα ἂν εἴη τὰ μέλανα, ἢ λιπαρὰ, ἢ πέλια, ἢ ἰώδεα, ἢ κάκοδμα. Τὰ δὲ ποικίλα, χρονιώτερα μὲν τούτων, ὀλέθρια δὲ οὐδὲν ἧσσον· ἔστι δὲ [1] τὰ τοιαῦτα ξυσματώδεα, καὶ χολώδεα, καὶ αἱματώδεα, καὶ πρασοειδέα, καὶ μέλανα, ποτὲ μὲν ὁμοῦ διεξερχόμενα ἀλλήλοισι, ποτὲ δὲ κατὰ μέρος.

κα'. Φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου μὲν περδήσιος διεξιέναι, ἄριστον· κρέσσον δὲ καὶ ξὺν ψόφῳ διελθεῖν, ἢ αὐτοῦ ἀνειλέεσθαι· καίτοι καὶ οὕτω διελθοῦσα σημαίνει ἢ πονέειν τι τὸν ἄνθρωπον, ἢ παραφρονέειν, ἢν μὴ ἑκὼν ὁ ἄνθρωπος οὕτω τὴν ἄφεσιν τῆς φύσης ποιήσηται. Τοὺς δὲ ἐκ τῶν ὑποχονδρίων πόνους τε καὶ κυρτώματα, ἢν ἢ νεαρὰ καὶ μὴ ξὺν φλεγμονῇ, λύει βορβορυγμὸς ἐγγενόμενος ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, καὶ μάλιστα μὲν διεξιὼν ξὺν κόπρῳ τε καὶ οὔρῳ καὶ φύσῃ, ἢν δὲ μὴ, καὶ αὐτὸς διαπεραιωθεὶς ὠφελέει· ὠφελέει δὲ καὶ ὑποκαταβὰς ἐς τὰ κάτω χωρία.

κβ'. Τὸ δὲ οὖρον ἄριστον μέν ἐστι, ὅταν ᾖ λευκή τε ἡ ὑπόστασις καὶ λείη, καὶ ὁμαλὴ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἔστ' ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος· σημαίνει γὰρ ἀσφάλειάν τε καὶ νόσημα ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι. Εἰ δὲ διαλεί-

[1] πάντα ξ. Sc. V.

aut rubrum admodum, aut spumosum recrementum deiici, haec omnia mala sunt. Praeter haec quoque malum est quod exiguum, glutinosum, ex viridi subpallidum et laeve exsistit. His vero magis lethalia sunt nigra, aut pinguia, aut livida, aut aeruginosa, aut foetida. Varia autem his quidem sunt diuturniora, nihilo tamen minus exitialia. Huiusmodi sunt strigmentosa, biliosa, cruenta, porracea et nigra, modo simul inter se mixta, modo per vices prodeuntia.

21. Flatum autem sine sonitu crepitus exire optimum. Praestat tamen cum strepitu prodire quam isthic revolvi: licet is, qui eo modo prodit, etiam aegrum aliquo dolore vexari, aut delirare indicet, nisi aeger sua sponte hoc modo flatum emiserit. At praecordiorum dolores et tumores recentes quidem et sine inflammatione murmur solvit circa praecordia exortum, idque potissimum si cum stercore, urina et flatu prodierit, alioqui ubi ipsum per se transmissum fuerit, iuvat, iuvat etiam si ad inferiores sedes descenderit.

22. Urina optima est, in qua per omne tempus, quoad morbus iudicatus fuerit, subsidet album, laeve et aequale. Securitatem enim brevemque morbum fore significat. Quod si intermittat et interdum quidem pura meiatur, inter-

stra huius loci lectionem vidisse: sed facile fieri potuit ut minus bene Coi verba intelligeret.

ἢ χλωρὸν, ἢ ἐρυθρὸν ἰσχυρῶς, ἢ ἀφρῶδες.] Quod attinet ad huius loci lectionem, qualem constitui, tenendum hunc Prognostici locum desumtum esse e Coaca 611., ubi initio: ἐξέρυθρον ἐν περιπλύσει διαχώρημα φλαῦρον· φλαῦρον δὲ καὶ τὸ σφόδρα χλωρὸν, ἢ λευκὸν, ἢ ἀφρῶδες, ἢ ὑδαρές. καὶ τὸ μικρόν τε καὶ γλίσχρον καὶ λεῖον καὶ ὑπόχλωρον, κακόν. Itaque ἢ ἐρυθρόν, licet e comm. et Schol. patere videatur Galenum id non legisse, tamen retinui, sed eieci paulo inferius καὶ λευκόν, quod uno cod. med. excepto, ceteri libri omnes pone καὶ γλίσχρον inferunt.

καὶ χολώδεα, καὶ αἱματώδεα.] Verba καὶ αἱματώδεα e Gal. recipienda fuere ob similitudinem huius loci cum fine Coacae 631., unde procul dubio desumtus est.

21. ἄνευ ψόφου μὲν περδήσιος.] Cett. καὶ περδήσιος et μὲν καὶ περδήσιος. Ego καί delevi ad exemplum Coacae 495.; ubi ἄνευ ψόφου περδήσιος; licet non nesciam Foësium contraria

ratione copulam in Coaca e nostro loco additam cupivisse, illique obsecutos esse Mack., Lind., Chart. Causa quare καί reiecerim haec est: puto ψόφος περδήσιος quodam euphemismo dici pro simplici πέρδησις, indeque fieri ut mox solummodo ψόφου mentio fiat in verbis κρέσσον δὲ καὶ ξὺν ψόφῳ διελθεῖν. Credo equidem Foësium non satis animadvertisse in Coacae verbis priorem tantum genitivum a praepositione ἄνευ pendere; non item alterum, eodem autem modo hic res se habet.

καίτοι καὶ οὕτω διελθοῦσα σημαίνει κ. τ. λ.] Haec sola vera est lectio, quam fere exhibet Coaca similis 495. Vulgatum καὶ οὕτω διελθοῦσα mancum est. Nostram scripturam praebent cod. Med. alterque Littréi.

ἢν δὲ μὴ, καὶ αὐτὸς διαπεραιωθεὶς ὠφελέει.] Vulgo καὶ αὐτὸς δὴ περαιωθείς: nostram lect. Galeno debemus: est autem Coacae 281. scriptura, ita ut vel hoc auctoritatem illi faciat: verum praeterea praepositio διά in verbis alvi excretionem significantibus solennis: v. c. διαχωρέειν, διέρχεσθαι, διάδοσις κάτω, διεξιέναι.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 278 sur 880

©BIUM

ποι καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν οὐρέοιτο, ποτὲ δὲ ὑφίσταται τὸ λευκὸν καὶ λεῖον, χρονιωτέρη γίγνεται ἡ νοῦσος καὶ ἧσσον ἀσφαλής. Εἰ δὲ εἴη τό τε οὖρον ὑπέρυθρον καὶ ἡ ὑπόστασις αὐτοῦ ὁμοίη καὶ λείη, πολυχρονιώτερον μὲν τοῦτο τοῦ πρώτου γίγνεται, σωτήριον δὲ κάρτα. Κριμνώδεες δὲ ἐν τοῖσι οὔροισι [1]ὑποστάσιες, πονηραί· τούτων δέ εἰσι κακίους αἱ [2]πεταλώδεες· αἱ λευκαὶ δὲ καὶ λεπταί, κάρτα φλαῦραι· τούτων δ' ἔτι κακίους εἰσὶ αἱ πιτυρώδεες. Νεφέλαι δὲ ἐμφερόμεναι τοῖσι οὔροισι, λευκαὶ μὲν ἀγαθαί, μέλαιναι δὲ φλαῦραι. [3]Ἔστ' ἂν δὲ πυρρόν τε ᾖ τὸ οὖρον καὶ λεπτὸν, σημαίνει τὸ νόσημα ἄπεπτον εἶναι. Εἰ δὲ καὶ πουλυχρόνιον εἴη τοιοῦτον ἐὸν, κίνδυνος μὴ οὐ δυνήσεται ὥνθρωπος διαρκέσαι, ἔστ' ἂν πεπανθῇ ἡ νοῦσος. Θανατωδέστερα δὲ τῶν οὔρων τά τε δυσώδεα καὶ ὑδατώδεα καὶ μέλανα καὶ παχέα· ἔστι δὲ τοῖσι μὲν ἀνδράσι καὶ τῇσι γυναιξὶ τὰ μέλανα τῶν οὔρων κάκιστα, τοῖσι δὲ παιδίοισι τὰ ὑδατώδεα. Ὁκόσοι δ' ἂν οὖρα λεπτὰ καὶ ὠμὰ οὐρέωσι πουλὺν χρόνον, ἢν τὰ ἄλλα ὡς περιεσομένοισι σημεῖα ᾖ, τούτοισι ἀπόστασιν δεῖ προσδέχεσθαι ἐς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία. Καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἄνω ἐφισταμένας ἀραχνοειδέας μέμφεσθαι· ξυντήξιος γὰρ σημεῖα. Σκοπέειν δὲ χρὴ τῶν οὔρων ἐν οἷσι αἱ νεφέλαι, ἤν τε ἄνω, ἤν τε κάτω ἔωσι, καὶ τὰ χρώματα ὁκοῖα ἴσχουσι, καὶ τὰς μὲν κάτω φερομένας ξὺν τοῖσι χρώμασι, οἷσι εἴρηται, ἀγαθὰς εἶναι νομίζειν καὶ ἐπαινέειν, τὰς δὲ ἄνω ξὺν τοῖσι χρώμασι, οἷσι εἴρηται, κακὰς εἶναι καὶ μέμφεσθαι [4]τὰς τοιάσδε. Μὴ ἐξαπατάτω δέ σε, ἢν αὐτή γε ἡ κύστις τι

dum etiam subsideat album et laeve, diuturnior et minus securus morbus evadit. At urina subrubra simileque quod subsidet et laeve, haec longe quidem diuturnior quam prima fit, valde tamen salutaris. Sedimenta autem in urinis crassiores hordei tosti non exacte moliti partes referentia, prava sunt, hisque peiora laminis similia. Alba vero et tenuia valde prava, atque his etiam deteriora furfuracea. Nubeculae, quae per urinas feruntur, albae quidem bonae, nigrae vero malae sunt. Quoad autem urina fulva fuerit et tenuis, crudum esse morbum indicat. Quod si diutius talis urina perseveret, periculum est ne non possit aeger sufficere, quoad morbus concoquatur. At exitiosiores sunt urinae foetidae et aquosae et nigrae et crassae. Sunt autem in viris quidem et mulieribus urinae nigrae, in pueris aquosae deterrimae. Quibus urinae tenues et crudae multo tempore redduntur, si reliqua signa salutaria sint, in iis abscessus ad loca infra septum transversum exspectari debet. Quinetiam pinguedines supra innatantes araneorum telas referentes damnare oportet, colliquationem namque significant. In urinis autem, quae nubeculas habent, considerandum venit an superne, an inferne ferantur et quosnam habeant colores. Et quae quidem deorsum feruntur cum dictis coloribus, bonae censendae et commendandae, at quae sursum feruntur cum dictis coloribus, malae et vituperandae. Neque vero tibi imponat vesica quoquo modo affecta, si huiusmodi urinas reddiderit. Non enim totius corporis, sed ipsius per se indicium est.

[1] αἱ ante ὑποστ. h. l. om. etiam Sc. V. — [2] χαλάδεες Sc. V. — [3] Ἢν δ' ἂν Sc. — [4] τὰς τοιάσδε om. Sc. V.

22. κριμνώδεες δὲ ἐν τοῖσι οὔροισι ὑποστάσιες.] Cum Galeno articulum ante ὑποστάσιες, quem plurimi libri editi et scripti adponunt, omisi. Adderem si semper ὑποστάσιες in omni urina quacumque adessent.

ἔστ' ἂν δὲ πυρρόν τε ᾖ τὸ οὖρον καὶ λ., σημαίνει. κ. τ. λ.] Optativus ἔστ' ἂν εἴη magnopere me offendebat, ita ut subiunctivum ᾖ e Gal. et mss. duobus Littréi dederim.

εἰ δὲ καὶ πουλυχρόνιον — ἡ νοῦσος.] Galeni lectio: εἰ δὲ καὶ πολυχρόνιον εἴη τὸ νόσημα, τὸ δὲ οὖρον τοιοῦτον ἐὸν κ. τ. λ. minus placet; illud τὸ νόσημα, τὸ δὲ οὖρον interpreti alicui deberi dixerim. Hoc quidem propterea moneo, quod Littréus: „Ce texte, inquit, de Galien vaut peut-être mieux que celui de nos imprimés," a quo prorsus dissentio. In fine pro ἡ νοῦσος libri non pauci τὸ οὖρον: mihi illud praeplacet ob periodi superioris finem: σημαίνει τὸ νόσημα ἄπεπτον εἶναι.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 279 sur 880

©BIUM

νόσημα ἔχουσα τῶν οὔρων τὰ τοιαῦτα ἀποδιδῷ· οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σώματος σημεῖόν ἐστι, ἀλλ' αὐτῆς κατ' ἐωυτήν-

κγ'. Ἔμετος δὲ ὠφελιμώτατος ὁ φλέγματός τε καὶ χολῆς [1] ξυμμεμιγμένων ὡς μάλιστα· καὶ μὴ παχὺς κάρτα, μηδὲ πολὺς ἐμείσθω· οἱ γὰρ ἀκρητότεροι κακίους εἰσί. Εἰ δὲ εἴη τὸ ἐμεύμενον πρασοειδὲς, ἢ πέλιον, ἢ μέλαν, ὅ τι ἂν ᾖ τούτων τῶν χρωμάτων, νομίζειν χρὴ πονηρὸν εἶναι. Εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἐμέοι, κάρτα ὀλέθριον τοῦτο γίγνεται· τάχιστον δὲ θάνατον σημαίνει τὸ πέλιον τῶν ἐμεσμάτων, εἰ ὄζει δυσῶδες· [2] πᾶσαι γὰρ αἱ ὑπόσαπροι καὶ δυσώδεες ὀδμαὶ κακαὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖσι ἐμεομένοισι.

κδ'. Πτύελον δὲ χρὴ ἐπὶ πᾶσι τοῖσι ἀλγήμασι τοῖσι περὶ τὸν πνεύμονά τε καὶ τὰς πλευρὰς ταχέως τε ἀναπτύεσθαι καὶ εὐπετέως, ξυμμεμιγμένον τε φαίνεσθαι τὸ ξανθὸν ἰσχυρῶς τῷ πτυέλῳ. Εἰ γὰρ πολλῷ ὕστερον μετὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ὀδύνης ἀναπτύοιτο ξανθὸν ἐὸν, ἢ πυρρὸν, ἢ πολλὴν βῆχα παρέχον, καὶ μὴ ἰσχυρῶς ξυμμεμιγμένον, κάκιον γίγνεται· τό τε γὰρ ξανθὸν ἄκρητον ἐὸν κινδυνῶδες, τὸ δὲ λευκὸν καὶ γλίσχρον καὶ στρογγύλον, ἀλυσιτελές. Κακὸν δὲ καὶ τὸ χλωρὸν ἐὸν κάρτα καὶ τὸ ἀφρῶδες. Εἰ δὲ εἴη οὕτως ἄκρητον ὥστε καὶ μέλαν φαί-

23. Vomitus perquam est utilis, qui bilem pituitae quam maxime permixtam habet; neque crassus sit admodum neque multus. Qui enim sinceriores, peiores sunt. Si vero quod vomitione reiicitur porrum colore referat, aut lividum aut nigrum fuerit, quisquis horum colorum adfuerit, pravus existimandus est. Quodsi eodem vomitu omnes hi colores reiiciantur, id exitiale est admodum. At lividus vomitus, si graviter olet, celerrimam mortem denunciat: nam omnes subputres et graves odores in omnibus vomitionibus mali.

24. In omnibus pulmonum et laterum doloribus sputum celeriter prompteque exspui convenit, sputoque flavum valde permixtum apparere. Etenim si multo post doloris initium quod flavum est, aut fulvum, aut multam tussim exhibeat, neque valde permixtum exspuatur, deterius est. Flavum quippe, si sincerum fuerit, periculum subesse testatur, album autem et viscidum et rotundum inutile. Malum quoque valde viride, aut pallidum; itemque spumans. At si adeo sincerum fuerit, ut etiam nigrum appareat, id illis deterius est. Malum quoque ubi nil expurgatur, neque ipsum proiicit pulmo,

[1] συμμεμιγμένων ἐμούμενος Sc. V. — [2] καὶ γὰρ αἱ ὀσμαὶ κακαὶ ἐπὶ κ. τ. λ. Sc. V.

ἀλλ' αὐτῆς κατ' ἐωυτήν.] Vulgo αὐτῆς καθ' ἑωυτῆς. Codd. vero Med. et Corn. apud Mackium κατ' ἑωυτῇ. Hinc Ionico more κατ' ante adspiratam retinui, et ex ἑωυτῇ accusativum effeci; nam saepius eiusmodi terminationes confundi vidi. Praepositio vero κατά hoc significatu accusandi casum omnino sibi requirit. Itaque cum Gal., Chart. et Kühnio dedi quod linguae Graecae usus flagitat.

23. ἔμετος — φλέγματός τε καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένων.] Vulgata in his fert ξυμμεμιγμένος; exhibui cum Littréo codd. plurium Parr. lect.

οἱ γὰρ ἀκρητότεροι.] Cod. scriptus unus οἱ δὲ ἀκρητέστεροι, quod cum Coacae 556. lectioue convenit: quid praeferendum sit γάρ an δέ vix scio. Possint intermedia καὶ μὴ παχὺς κάρτα, μηδὲ πολὺς ἐμείσθω inter pr.mum et tertium periodi membrum facere, ut γάρ hîc minus arrideat: necdum tamen in textum δέ inferre sum ausus, ob loci finem. De meo ἀκρητότεροι dedi pro ἀκρητέστεροι.

τάχιστον δὲ θάνατον — πᾶσαι γὰρ αἱ ὑπόσαπροι.] Secutus sum Littréum in prioribus illis τάχιστον δὲ θάνατον e Galeno recipiendis pro vulgato τάχιστα γὰρ θάνατον. Sed simul πᾶσαι γάρ ut scriberetur necesse fuit, quippe hisce re vera ratio, quare vomitus lividae et graveolentis materiae perniciem adferat, exponitur. Forte in vulgata horum verborum scriptura particulae δέ et γάρ invicem sedem propriam commutaverant. Nonnullorum certe librorum lectio καὶ γὰρ αἱ ὀσμαὶ κ. τ. λ. nostrae scripturae favet.

24. ἢ πολλὴν βῆχα παρέχον, καὶ μὴ ἰσχυρῶς ξυμμεμιγμένον.] Littréus ad ἢ μή adnotat: „ἢ cod. Med. Gal. in cit. III. p. 392. ἢ καί Merc. in marg., καί pro ἤ vulg. — καί pour ἤ rend le texte vulgaire medicalement inintelligible." Me quidem iudice lectio καί praestat: nec tamen mihi persuadeo omnia iam recte habere, modo conferamus Coacae 390. verba: τὸ δ' ὕστερον πολλῷ τῆς ὀδύνης ἀναγόμενον ξανθὸν, ἢ μὴ μεμιγμένον καὶ πολλὴν βῆχα παρέχον, πονηρόν. Ex hisce verosimile fit καὶ μή non ἤ μή dedisse auctorem Prognostici; sed forte verborum ordo a librariis turbatus est. Vitium certe irrepsisse patet e seqq. in Coaca laudata: πονηρὸν δὲ πάντως . . . καὶ τὸ πέλιον καὶ ἰῶδες; nam species

©BIUM

νεσθαι, δεινότερόν [1] ἐστι τοῦτο ἐκείνων. Κακὸν δὲ καὶ ἦν [2] μηδὲν ἀνακαθαίρηται, μηδὲ προΐῃ ὁ πνεύμων, ἀλλὰ πλῆρὴς ἐὼν ζέῃ ἐν τῇ φάρυγγι. Αἵματι δὲ ξυμμεμιγμένον μὴ πολλῷ πτύελον ξανθὸν ἐν τοῖσι [3] περιπνευμονικοῖσι ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς νούσου πτυόμενον, [4] περιεστικὸν καὶ κάρτα ὠφελέει· ἑβδομαίῳ δὲ ἐόντι ἢ παλαιοτέρῳ ἧσσον ἀσφαλές. Πάντα δὲ τὰ πτύελα πονηρά ἐστι, ὁκόσα ἂν τὴν ὀδύνην μὴ παύῃ· κάκιστα δὲ τὰ μέλανα, ὡς διαγέγραπται. Τὰ δὲ παύοντα τὴν ὀδύνην πάντων [5] ἀμείνω ἀναπτυόμενα.

[6] Κορύζας δὲ καὶ πταρμοὺς ἐπὶ πᾶσι τοῖσι περὶ τὸν πνεύμονα νοσήμασι καὶ προγεγονέναι καὶ [7] ἐπιγενέσθαι, κακόν· ἀλλ' ἐν τοῖσι ἄλλοισι νοσήμασι τοῖσι θανατωδεστάτοισι οἱ πταρμοὶ λυσιτελέες.

κε'. Ὁκόσα δὲ τῶν ἀλγημάτων ἐκ τούτων τῶν χωρίων μὴ παύεται, μήτε πρὸς τὰς τῶν πτυέλων καθάρσιας, μήτε [8] πρὸς τὴν τῆς κοιλίης ἐκκόπρωσιν, μήτε πρὸς τὰς φλεβοτομίας τε καὶ φαρμακείας, καὶ διαίτας, εἰδέναι [9] δεῖ ἐκπυήσοντα. Τῶν δὲ ἐμπυημάτων ὁκόσα μὲν ἔτι χολώδεος ἐόντος τοῦ πτυέλου ἐκπυΐσκεται, ὀλέθρια κάρτα, εἴτε ἐν μέρεϊ τὸ χολῶδες τῷ πύῳ ἀναπτύοιτο, εἴτε ὁμοῦ· μάλιστα δὲ, ἢν ἄρξηται χωρέειν τὸ ἐμπύημα ἀπὸ τούτου τοῦ πτυέλου, ἑβδομαίου ἐόντος τοῦ νοσήματος. Ἐλπὶς δὲ τὸν τὰ τοιαῦτα πτύοντα ἀποθανεῖσθαι τεσσαρεσκαιδεκαταῖον, ἢν μή τι αὐτῷ ἐπιγένηται ἀγαθόν.

sed propter multitudinem fervet in gutture. At in pulmonis inflammationibus, si inter initia morbi sputum excernitur flavum non multo permixtum sanguine, salutare est et confert admodum. Septimo vero die ac tardius non adeo securum. Omnia autem sputa mala sunt, quae dolorem non sedant, pessima vero nigra, velut prius scriptum est. At omnium, quae exscreantur optima, quae dolorem sedant.

In omnibus pulmonis morbis gravedines et sternutationes tum praeire, tum subsequi malum. Verum in ceteris maxime lethalibus morbis sternutamenta utilitate non carent.

25. Horum vero locorum dolores, qui neque per sputorum purgationes, neque faecum alvi deiectionem, neque venae sectionem, aut medicamenta purgantia et victus rationem sedantur, eos ad suppurationem tendere sciendum est. Ex suppurationibus autem admodum exitiales sunt, quae sputo adhuc quidem bilioso exsistente suppurantur, sive biliosum illud separatim, sive una cum pure exspuatur, idque potissimum, si ab huiusmodi sputo suppuratio procedere coeperit, cum morbus ad septimum diem pervenerit. Qui vero talia spuit, ne decimo quarto die moriatur metus est, nisi quid boni accesserit.

[1] Ἰστι om. Sc. V. — [2] μὴ Sc. V. — [3] φλεγμονικοῖσι Sc. V. — [4] περιέσεσθαι τὸν κάμνοντα σημαντικόν. — [5] ἀμείνω καὶ κρείσσονα Sc. et V. ad hoc vocabulum adscriptam habent glossam: ἤγουν τοῦ Sc. V. — [6] κορύζαν - πταρμόν Sc. V. — [7] ἐπιγεγονέναι Sc. V. — [8] πρὸς om. Sc. V. — [9] διεκπυήσοντα Sc. V.

istae lividi et aeruginosi sputi in Progn. omittuntur, cum tamen nigri mentio fit, quae species in Coacae verbis cum proxime antecedentibus arete cohaeret. Advertit ἰσχυρῶς bis in hac §. et supra § 3. in verbis ἔγκοιλοι ἰσχυρῶς et § 27 in verbis θερμὰς — ἰσχυρῶς, pro σφόδρα positum. Non memini me in reliquiis germanis Hippocratis id usurpari vidisse.

μηδὲ προΐῃ ὁ πνεύμων, ἀλλὰ πλῆρὴς ἐὼν ζέῃ ἐν τῷ φάρυγγι.] Haec quidem structura animadversione perdigna: πλῆρὴς ἐών omnino nominativum facit absolutum; nam ζέῃ subiectum sibi habet subintelligendum τὸ πτύελον.

κορύζας δὲ καὶ πταρμούς.] Galenus in comm. ad h. l. de diversitate κορύζας inter et κατάρρους monet; qua exposita pergit: οὐκ οἶδ' οὖν ὅπως ἐν τῷ προκειμένῳ λόγῳ παρελείφθησαν ὑπὸ τοῦ Ἱπποκράτους, εἰ μή τι ἄρα συνεπινοεῖν ἡμᾶς ἀξιοῖ ταῖς κορύζαις αὐτούς· ἴσως δὲ ἐν ἀρχῇ πρὸς τοῦ βιβλιογράφου παρελείφθησαν· μυρία γὰρ ὁρῶ καὶ νῦν γινόμενα τοιαῦτα. Vanam esse Galeni suspicionem ultro docet loci nostri cum Coaca 399. comparatio. Vid. in primis etiam Celsus IV. 2. 4., quem etiam Foës. in Oecon. laudavit. Ceterum adverterat locus, quem olim occupavit haec periodus de sternutatione, media inter verba de sputorum habitu inter ζέῃ ἐν τῇ φάρυγγι et Αἵματι δὲ ξυμμεμιγμένον, ita ut interrumperet in Prognostico orationem, quae ad unam Coacam 390. descripta est. Ní fallor haec quoque res indicio est Prognosticum non integrum ad nos pervenisse. Non dubito quin olim aliam sedem occupaverit; eam autem retuli ad locum, quem aptissime occupatura iam mihi videbatur.

©BIUM

κς'. Ἔστι δὲ τὰ μὲν ἀγαθὰ τάδε· εὐπετέως φέρειν τὸ νόσημα, εὔπνοον εἶναι, τῆς ὀδύνης ἀπηλλάχθαι, τό τε πτύελον ῥᾳδίως ἀναβήσσειν, τό τε σῶμα ὁμαλῶς φαίνεσθαι θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακὸν, καὶ δίψαν μὴ ἔχειν, οὖρα δὲ καὶ διαχωρήματα καὶ ὕπνους καὶ ἱδρῶτας, ὡς διαγέγραπται ἕκαστα εἰδέναι ἀγαθὰ ἐόντα, ἐπιγίγνεσθαι· οὕτω μὲν γὰρ ἁπάντων τούτων ἐπιγενομένων, οὐκ ἂν ἀποθάνοι ὥνθρωπος· εἰ δὲ τὰ μέν τοι αὐτῶν ἐπιγένοιτο, τὰ δὲ μὴ, οὐ πλείονα χρόνον ζήσας ἢ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας ἀπόλοιτ' ἂν ὥνθρωπος.

κζ'. Κακὰ δὲ τὰ ἐναντία τούτων· [1] δυσπετέως φέρειν τὴν νοῦσον, πνεῦμα μέγα καὶ πυκνὸν εἶναι, τὴν ὀδύνην μὴ παύεσθαι, τὸ πτύελον μόλις ἀναβήσσειν, διψῆν κάρτα, τό τε σῶμα ὑπὸ πυρὸς ἀνωμάλως ἔχεσθαι καὶ τὴν μὲν κοιλίην καὶ τὰς πλευρὰς θερμὰς εἶναι ἰσχυρῶς, τὸ δὲ μέτωπον καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας ψυχροὺς, οὖρα δὲ καὶ διαχωρήματα καὶ ὕπνους, καὶ ἱδρῶτας, ὡς διαγέγραπται ἕκαστα εἰδέναι κακὰ ἐόντα· οὕτω γὰρ εἰ ἐπιγένοιτό τι τῷ πτυέλῳ τούτων, ἀπόλοιτο ἂν ὥνθρωπος, πρὶν ἢ ἐς τὰς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας ἀφικέσθαι, ἢ ἑναταῖος, ἢ ἐνδεκαταῖος. Οὕτως οὖν ξυμβάλ-

[1] ἤγουν δυσπ. Sc. V.

26. At in bonis quidem signis haec numerantur, facile morbum sustinere, bene spirare, dolore levari, sputum sine difficultate reiicere, corpus aequaliter calidum et molle videri, sine siti esse, urinas etiam et alvi recrementa et somnos et sudores, velut descripta sunt singula, ut scias esse laudabilia, supervenire. His enim omnibus sic contingentibus, haudquaquam morietur aeger. Quod si ex his nonnulla quidem contingant, alia minime, non ultra decimum quartum diem aeger vitam producet.

27. Mala vero signa sunt, quae illis contraria, morbum aegre sustinere, spirationem magnam et densam esse, dolorem minime sedari, sputum aegre reiicere, vehementem sitim esse, corpus a febre inaequaliter detineri, alvum quidem et latera vehementer calere, fronte, manibus et pedibus frigidis, urinas vero et alvi excrementa et somnos et sudores, unaquaeque, qualia descripta sunt, ut mala esse scias, contingere. Si quid enim ex his sputo supervenerit, morietur aeger prius quam ad decimum quartum diem perveniat, aut nono, aut undecimo die. Sic igitur coniicere oportet, quod, cum sputum istud valde lethale sit, neque etiam ad

26. *οὖρα δὲ καὶ διαχωρήματα καὶ ὕπνους καὶ ἱδρῶτας, ὡς διαγέγραπται ἕκαστα εἰδέναι ἀγαθὰ ἐόντα, ἐπιγίγνεσθαι.*] Locum ut interpretes recte acciperint, vereor. Cornar.: „urinas et alvi egestiones et somnos et sudores, velut descriptum est, haec singula nosse convenit accidere, ut quae bona sint." Foësius: „urinas etiam et alvi excrementa et somnos et sudores, velut descriptum est, singula supervenire, bona existimanda sunt." Ex his Latinis patere dixerim hos infinitivum *εἰδέναι* pro imperativo positum esse credidisse. Verum aliam loci scripturam exhibet Littréus: *οὖρα τε καὶ διαχωρήματα καὶ ὕπνους καὶ ἱδρῶτας, ὡς διαγέγραπται ἕκαστα εἶναι ἀγαθὰ, ἐπιγίγνεσθαι.* Nempe *εἶναι* pro *εἰδέναι* unus illi liber praebuit, alterque *ἐόντα* vulgatae lectionis omittebat. „Le texte vulgaire, inquit, ne pouvait subsister: le sens qu'il donnait n'etait qu'apparent: j'ai changé *εἰδέναι* en *εἶναι* avec 2316., supprimé *ἐόντα* avec 2269. et obtenu ainsi le sens convenable." Istam autem innovationem parum firma auctoritate niti sponte patet cuivis, mihique propterea minime ferri posse videtur, quod vulgata, quam omnes fere libri scripti et editi tuentur, bene habet et nullo vitio laborat, licet Corn. et Foës. me iudice minus recte eam acceperint. Nam totum illud *ὡς διαγέγραπται ἕκαστα εἰδέναι ἀγαθὰ ἐόντα* arctissime cohaeret: pertinet autem infinitivus *εἰδέναι* ad id genus dicendi, quo hic modus ut aiunt pro gerundio in *dum* ponitur. Vid. Vig. V. 3. 7. p. 205. ed. Herm. De Littréi innovatione infra etiam videbimus, ubi §. seq. de malis signis sermo fit.

27. *οὖρα δὲ καὶ διαχωρήματα καὶ ὕπνους καὶ ἱδρῶτας, ὡς διαγέγραπται ἕκαστα εἰδέναι κακὰ ἐόντα.*] Littréus scripsit: *ὡς διαγέγραπται ἕκαστα εἶναι κακὰ, ἐπιγίγνεσθαι*: in adn. vero haec habet: „j'ai corrigé, sans autorité de mss. cette phrase d'après le parallélisme de celle, où les bons signes sont énumérés." Vides hic omnes libros *εἰδέναι* tueri, quod eodem modo, quo supra accipio. Olim cum Littréo pone *ἐόντα*, aeque ac altero loco illo *ἐπιγίγνεσθαι* subiungere volebam: nunc tamen ne hoc quidem additamento opus esse iudico, quum nostro loco e verbis *καὶ τὰς πλευρὰς θερμὰς εἶναι ἰσχυρῶς*, infinitivus *εἶναι* cogitatione in seqq. repeti possit, altero contra loco infinitivus proxime antecedens *ἔχειν* non possit suppleri.

οὕτω γὰρ εἰ ἐπιγένοιτό τι τῷ πτυέλῳ τούτων, ἀπόλοιτο ἂν ὥνθρωπος.] In his omnino pleonasmus quidam inest: nam alterutrum sufficeret, vel *οὕτω γὰρ ἀπόλοιτο ἂν ὥνθρωπος*, vel *εἰ γὰρ ἐπιγένοιτό τι τῷ πτυέλῳ τούτων ἀπόλοιτο ἂν ὥνθρωπος.* Nec tamen eiusmodi quid ab Ionicae orationis abundantia, quae *ἐπεξηγεῖσθαι* deamat, abhorret.

©BIUM

λεσθαι χρὴ, ὡς τοῦ πτυέλου τούτου θανατώδεος ἐόντος μάλα, καὶ οὐ [1] περιάγοντος ἐς τὰς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας. Τὰ δ' ἐπιγενόμενα κακά τε καὶ ἀγαθὰ ξυλλογιζόμενον ἐκ τούτων χρὴ τὰς προρρήσιας προλέγειν· οὕτω γὰρ ἄν τις ἀληθεύοι μάλιστα.

κη'. Αἱ δὲ ἄλλαι ἐκπυήσιες ῥήγνυνται αἱ πλεῖσται, αἱ μὲν εἰκοσταῖαι, αἱ δὲ τριηκοσταῖαι, αἱ δὲ τεσσαρακονθήμεροι, αἱ δὲ πρὸς τὰς ἑξήκοντα ἡμέρας ἀφικνέονται. Ὑποσκέπτεσθαι δὲ χρὴ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἐμπυήματος ἔσεσθαι λογιζόμενον ἀπὸ τῆς ἡμέρης, ἧ τὸ πρῶτον ὤνθρωπος ἐπύρεξε, ἢ εἴ ποτε αὐτὸν [3] ῥῖγος ἔλαβε, καὶ εἰ φαίη ἀντὶ τῆς ὀδύνης αὐτῷ βάρος γεγενῆσθαι ἐν τῷ τόπῳ, [3] ἐν ᾧ ἤλγεε· ταῦτα γὰρ ἐν [4] ἀρχῇσι γίγνεται τῶν ἐμπυημάτων. Ἐξ οὖν τούτων τῶν χρόνων τὴν ῥῆξιν χρὴ προσδέχεσθαι τῶν ἐμπυημάτων ἔσεσθαι ἐς τοὺς χρόνους τοὺς προειρημένους.

κθ'. Εἰ δὲ εἴη τὸ ἐμπύημα ἐπὶ θάτερα μοῦνον, στρέφειν τε καὶ καταμανθάνειν χρὴ ἐπὶ τούτοισι, μή τι ἔχῃ ἄλγημα ἐν τῷ ἑτέρῳ πλευρῷ· καὶ ἢν θερμότερον ᾖ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου, κατακλινομένου ἐπὶ τὸ ὑγιαῖνον πλευρὸν, ἐρωτᾶν εἴ τι αὐτῷ δοκέει βαρὺ [5] ἐκκρέμασθαι ἐκ τῶν ἄνωθεν. Εἰ γὰρ εἴη τοῦτο, ἐπὶ θάτερόν ἐστι τὸ ἐμπύημα, ἐπὶ ὁκοῖον ἂν πλευρὸν τὸ βάρος ἐγγένηται.

decimum quartum diem perducit. Ex his vero tum malorum, tum bonorum subducta ratione praedictiones facere oportet. Sic enim quis potissimum verum assequatur.

28. Reliquae vero suppurationes magna ex parte rumpuntur, partim quidem vigesimo die, partim etiam trigesimo, quaedam quoque quadragesimo, nonnullae etiam ad sexagesimum diem deveniunt. Suppurationis autem initium fore suspicari licet, ratione habita diei, quo primum aeger febricitaverit, aut etiam primum rigor prehenderit, et quo sibi pro dolore pondus inesse in eo loco, qui dolore affligebatur, dixerit. Ista namque circa suppurationum inititia fieri solent. Ex hoc igitur tempore suppurationum ruptionem fore intra praedicta tempora exspectandum est.

29. Quod si in altero tantum latere suppuratio fuerit, tum vertere, tum ediscere ad haec convenit, num dolor aliquis alterum latus detineat, et si alterum altero calidius fuerit, interrogare num, ubi in latus sanum decubuerit, pondus illi desuper impendere videatur. Sic enim in altero latere, in quo pondus exstiterit, suppuratio est.

[1] φάοντος Sc. V. — [2] πρῶτον, quod h. l. vulgo additur, om. etiam Sc. V. cf. Coacae lect. in adnn. — [3] ἐν om. Sc. V. — [4] ἀρχῇ V. — [5] ἀποκρέμασθαι Sc. V.

Simile quid habes § superiore in verbis: οὕτω μὲν γὰρ ἀπάντων τούτων ἐπιγενομένων, οὐκ ἂν ἀποθάνοι ὤνθρωπος.

28. αἱ δὲ ἄλλαι ἐκπυήσιες.] Gal. in comm.: Ἀσαφές ἐστιν, inquit, ὁποίας ἄλλας λέγει· δυνατὸν μὲν γάρ ἐστι καὶ περὶ τῶν ἐν ἑτέροις μέρεσι γινομένων ἐκπυήσεων τὸν λόγον αὐτὸν ποιεῖσθαι καταλιπόντα ὠώρακα καὶ πνεύμονα, περὶ ὧν ἄχρι δεῦρο διείλεκται, δυνατὸν δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς μὲν τοῖς ὀργάνοις, ἀλλ' οὐχ ὁμοιῶν ἐκπυήσεων ταῖς προειρημέναις, ἐνδέχεται δὲ καὶ περὶ ἀμφοτέρων. Quin de abscessibus pulmonis et thoracis noster loquatur nullus equidem dubito; puto vero illum τὰς ἄλλας ἐκπυήσιας opponere τοῖς ἐμπυήμασι, ὁκόσα ἔτι χολώδεος ἐόντος τοῦ πτυέλου ἐκπυΐσκεται, et de quibus § 25. sermonem facere coeperat.

ὑποσκέπτεσθαι δὲ χρὴ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἐμπυήματος ἔσεσθαι λογιζόμενον κ. τ. λ.] De meo ὑποσκέπτεσθαι scripsi, pro quo libri scripti et editi ἐπισκέπτεσθαι, quod quid hic sibi velit non intelligo. Conuli § 13. ἁπάντων δὲ χρὴ τῶν οἰδημάτων τῶν χρονιζόντων περὶ ταῦτα τὰ χωρία ὑποσκέπτεσθαι τὰς ἐκπυήσιας. — § 39. ὑποσκέπτεσθαι χρὴ αἵματος ῥῆξιν. — § 44. ὑποσκέπτεσθαι δὲ χρὴ εὐθέως τὰ περὶ τὴν ἀπόστασιν. Longe aliud quid ἐπισκέπτεσθαι: v. c. § 3. ἐπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα, ὧδε. — Ἐπισκέπτεσθαι valet fere simplex σκέπτεσθαι non semel itidem in Progn. obvium: ὑποσκέπτεσθαι valet προσδέχεσθαι, quod noster etiam saepius usurpat.

ἀπὸ τῆς ἡμέρης, ἧ τὸ πρῶτον ὁ ἄνθρωπος ἐπύρεξε, ἢ εἴ ποτε αὐτὸν πρῶτον ῥῖγος ἔλαβε, καὶ εἰ φαίη ἀντὶ τῆς ὀδύνης αὐτῷ βάρος γεγενῆσθαι ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ ἤλγεε·] Sunt haec desumta e Coaca 402., ubi legimus: λογίζεσθαι δὲ τὸν χρόνον, ἀφ' οὗ πρῶτον ἤλγησε, ἢ ἐβαρύνθη, ἢ ἐπύρεξε, ἢ εἴποτε ῥῖγος ἔλαβε. Nimirum illud εἴ ποτε et καὶ εἰ in nostris interpretatione indigere videtur. Ecce! ita haec accipio: ἢ ἧ πρῶτον αὐτὸν ῥῖγος ἔλαβε, εἴποτε ἔλαβε καὶ ἧ φαίη ἀντὶ τῆς ὀδύνης αὐτῷ βάρος γεγενῆσθαι, εἴ ποτε φαίη ἄν. — Celsus II. 7. „Numerabimus autem ab eo die, quo primum febricitavit aliquis, aut inhorruit, aut gravitatem eius partis sensit". Legeritne ἢ εἰ φαίη?

©BIUM

λ'. Τοὺς δὲ ξύμπαντας ἐμπύους γιγνώσκειν χρὴ τοισίδε τοῖσι σημείοισι· πρῶτον μὲν εἰ ὁ πυρετὸς οὐκ ἀφίησι, ἀλλὰ τὴν μὲν ἡμέρην λεπτὸς ἴσχει, τὴν δὲ νύκτα πλείων, καὶ ἱδρῶτες πολλοὶ ἐπιγίγνονται, βῆξαί τε θυμὸς ἐγγίγνεται αὐτοῖσι καὶ ἀποπτύουσι οὐδὲν ἄξιον λόγου καὶ οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ ἔγκοιλοι γίγνονται, αἱ δὲ γνάθοι ἐρυθήματα ἴσχουσι, καὶ οἱ μὲν ὄνυχες τῶν χειρῶν γρυποῦνται, οἱ δὲ δάκτυλοι θερμαίνονται καὶ μάλιστα οἱ ἄκροι, καὶ ἐν τοῖσι ποσὶ οἰδήματα γίγνεται, καὶ σιτίων οὐκ ἐπιθυμέουσι, καὶ [1] φλύκταιναι γίγνονται ἀνὰ τὸ σῶμα.

λα'. Ὁκόσα μὲν οὖν ἐγχρονίζει τῶν ἐμπυημάτων ἔχει τὰ σημεῖα ταῦτα, καὶ πιστεύειν αὐτοῖσι χρὴ κάρτα· ὁκόσα δὲ ὀλιγοχρόνιά ἐστι σημαίνεσθαι, τούτων ἤν τι ἐπιφαίνηται, οἷα καὶ τὰ ἐν ἀρχῇσι γιγνόμενα, ἅμα δὲ καὶ ἤν τι δυσπνούστερος ᾖ ὁ ἄνθρωπος. Τὰ δὲ ταχύτερον αὐτῶν καὶ βραδύτερον ῥηγνύμενα τοισίδε γιγνώσκειν χρή· ἤν μὲν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇσι ξύντονος [2] γένηται, καὶ ἡ δύσπνοια καὶ ἡ βὴξ καὶ ὁ πτυαλισμὸς διατείνῃ, ἐς τὰς εἴκοσι ἡμέρας ἔχων, προσδέχεσθαι τὴν ῥῆξιν, ἢ καὶ ἔτι πρόσθεν· ἤν δὲ ἡσυχαίτερος ὁ πόνος ᾖ, καὶ τὰ ἄλλα

[1] φλυκταῖναι. Sc. V. — [2] Ita etiam Sc. V. γίνεται vulgo.

30. At purulentos omnes his signis dignoscere oportet. Primum quidem si febris non demittit, verum interdiu levior quidem, noctu vero maior detinet et sudores multi oboriuntur et tussiendi cupiditas illis inest, nihil tamen effatu dignum exspuunt, oculique cavi reddunturtur, malae ruborem contrahunt et ungues quidem in manibus adunci fiunt, digiti vero maximeque summi incalescunt et in pedibus tumores fiunt, cibos minime appetunt et pustulae toto corpore oriuntur.

31. Diuturnae igitur suppurationes his indicantur signis, quibus multa fides habenda est. Quae vero breve habent spatium dignosces, si quid eorum appareat, quae inter initia fiunt, simulque si aliquanto etiam difficilius spiret aeger. At ex his quae citius aut tardius rumpuntur, sic deprehendere licet. Siquidem dolor inter initia sit vehemens, et spirandi difficultas, ac tussis sputatioque perseverent et ad vigesimum diem extendantur, intra hoc tempus, aut adhuc prius ruptionem exspectato. Quodsi mitior dolor fuerit, iisque cetera omnia pro huius ratione respondeant, tardius ruptionem sperato.

30. πρῶτον μὲν εἰ ὁ πυρετὸς οὐκ ἀφίησι κ. τ. λ.] In hisce Littréus unius tantum libri auctoritate εἰ suppressit, ego vero revocavi, quod quare fecerim exponendum. Loci universi structura quodammodo inflectitur, sicuti locum saepius obtinet apud Graecos scriptores. Initio posuerat τοὺς δὲ ξύμπαντας ἐμπύους γιγνώσκειν χρὴ τοισίδε τοῖσι σημείοισι: iam vero nostra illa quae continuo sequuntur ad hunc modum cogitatione explenda sunt, ut intelligas ἐμπυόν τινα εἶναι γνώσῃ πρῶτον μὲν εἰ ὁ πυρετὸς οὐκ ἀφίησι: haec igitur veluti obliqua oratione efferuntur, itemque sequentia donec perveniat ad βῆξαι τε θυμὸς ἐγγίνεται αὐτοῖσι, quo loco recta oratione uti incipit auctor. Itaque licet salvo sensu εἰ delere possis, non dubito tamen quin pervulgata per omnes unico excepto libros lectio revera ab auctoris manu profecta sit.

βῆξαί τε θυμὸς ἐγγίγνεται αὐτοῖσι.] Ita libri octo et Galenus; vulgo: βῆχές τε καὶ θυμὸς κ. τ. λ. Cum editore nuperrimo Galeni lect. sum secutus. Vid supra § 15. huius libri.

31. ὁκόσα δὲ ὀλιγοχρόνιά ἐστι σημαίνεσθαι, τούτων ἤν τι ἐπιφαίνηται κ. τ. λ.] Littréus edidit: ὁκόσα δὲ ὀλιγοχρόνιά ἐστι τουτέοισι ἐπισημαίνεται, ἤν τι ἐπιφαίνηται κ. τ. λ. In notula autem haec habet: „ἐπισημαίνεσθαι τουτέοισιν εἴ τι cod. Med. τουτέοισιν ἐπισημαίνεται sine ἐστι 446. suppl.; leçon dont le sens est appuyé du commentaire de Galien." Me iudice Galeni ad haec verba commentarius haud certo indicat quae vera sit lectio. Sed vulgatam veram esse lectionem ultro patere dixerim e Coacae 402. verbis: τὰ δὲ συντόμως ῥηγνύμενα σημειοῦσθαι τούτων τε τοῖσι ἐπιγενομένοισι καὶ τοῖσι κ. τ. λ. Tum vero infinitivus pro imperativo respondet praegresso § 30. et h. l. paullo inferius subsequenti γιγνώσκειν χρή. Verbum σημαίνεσθαι eodem sensu occurrit in fine § 32.

οἷα καὶ τὰ ἐν ἀρχῇσι γιγνόμενα.] Libri scripti et editi οἷα καὶ τοῖσι ἐν ἀρχῇσι γιγνομένουσι, in quibus dativus τοῖσι — γιγνομένοισι non habet unde dependeat. Scribere auctor potuit ἤν τι ἐπιφαίνηται οἷα καὶ τοῖσι ἀρχομένοισι aut ἤν τι ἐπιφαίνηται ὁμοῖον τοῖσι ἐν ἀρχῇσι γιγνομένοισι, sed non quod vulgata fert: οἷον non est ὅμοιον, neque dativus regit; neque vero οἱ ἐν ἀρχῇσι γιγνόμενοι dici potest pro οἱ ἀρχόμενοι. Superest ut statuamus librarios propter dativum ἀρχῇσι etiam τοῖσι — γιγνομένοισι pro τὰ — γιγνόμενα scripsisse.

ἤν μὲν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇσι ξύντονος γένηται.] Ad similitudinem loci e Coaca 402: οἷσι μὲν οὖν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇ ἐγκεῖται σύντονος de meo in nostris Prognostici verbis ξύντονος adscivi, licet probe sciam cett. libros tum mss. tum editos eo carere, neque legisse Celsum, qui: „Quodsi, inquit, protinus initio dolor et tussis fuit et spiritus difficultas, vomica vel ante, vel circa vicesimum diem erumpet."

©BIUM

πάντα κατὰ λόγον, τούτοισι προσδέχεσθαι τὴν ῥῆξιν ἐς ὕστερον. Προγενέσθαι δὲ ἀνάγκη καὶ πόνον καὶ δύσπνοιαν καὶ πτυαλισμὸν πρὸ τῆς τοῦ πύου ῥήξιος.

λβ'. Περιγίγνονται δὲ τούτων μάλιστα μὲν οὓς ἂν ἀφῇ ὁ πυρετὸς αὐθημερὸν μετὰ τὴν ῥῆξιν, καὶ σιτίων ταχέως ἐπιθυμέωσι, καὶ δίψης ἀπηλλαγμένοι ἔωσι, καὶ ἡ γαστὴρ σμικρά τε καὶ ξυνεστηκότα ὑποχωρέῃ καὶ τὸ πῦον λευκόν τε καὶ λεῖον καὶ ὁμόχροον ᾖ καὶ φλέγματος ἀπηλλαγμένον καὶ ἄτερ πόνου τε καὶ βηχὸς ἰσχυρῆς ἀνακαθαίρηται. Ἄριστα μὲν οὖν οὕτω καὶ τάχιστα ἀπαλλάσσουσι· ἢν δὲ μὴ, οἷσι ἂν ἐγγυτάτω τούτων γίγνηται. Ἀπόλλυνται δὲ, οὓς ἂν ὅ τε πυρετὸς μὴ ἀφῇ, ἢ δοκέων αὐτοὺς ἀφιέναι αὖθις φαίνηται ἀναβερμαινόμενος, καὶ δίψαν μὲν ἔχωσι, σιτίων δὲ μὴ ἐπιθυμέωσι, καὶ ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ, καὶ τὸ πῦον χλωρὸν, ἢ πέλιον πτύῃ, ἢ φλεγματῶδες, ἢ ἀφρῶδες· ἢν ταῦτα πάντα γίγνηται, ἀπόλλυνται· ὁκόσοισι δ' ἂν τούτων τὰ μὲν ἐπιγένηται, τὰ δὲ μὴ, οἱ μὲν αὐτῶν ἀπόλλυνται, οἱ δὲ ἐν πολλῷ χρόνῳ περιγίγνονται. Ἀλλ' ἐκ πάντων τῶν τεκμηρίων τῶν ἐόντων ἐν τούτοισι σημαίνεσθαι, καὶ τοῖσι ἄλλοισι πᾶσι.

λγ'. Ὁκόσοισι δὲ ἀποστάσιες γίγνονται ἐκ τῶν περιπνευμονικῶν νοσημάτων παρὰ τὰ ὦτα καὶ ἐκπυέουσι, ἢ ἐς τὰ κάτω χώρια καὶ ἐκσυριγγοῦνται, οὗτοι περιγίγνονται. Ἐπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα ὧδε· ἢν ὅ τε πυρετὸς ἴσχῃ καὶ ἡ ὀδύνη μὴ παύηται, καὶ τὸ πτύελον μὴ ἐκχωρέῃ κατὰ λόγον, μηδὲ χολώδεες αἱ τῆς κοιλίης διαχωρήσιες, εὐλυ-

At ante puris eruptionem dolorem oboriri et spirandi difficultatem et sputi excretionem necesse est.

32. Supersunt autem ex morbo hi potissimum, quos febris eodem post ruptionem die demisit, quique cibos celeriter expetiverint et siti liberantur, venterque tum exigua tum coacta deiicit et si pus album et laeve eiusdemque coloris fuerit et a pituita liberum, citraque dolorem aut tussim vehementem educatur. Sic quidem optime et celerrime liberantur, sin minus, qui ad ista proxime accedent. Moriuntur vero quos febris non demiserit, aut cum demisisse videatur, iterum accenditur, et siti quidem vexantur, cibos vero non expetiverint et si alvus liquida deiecerit, pusque ex viridi pallidum et lividum aut pituita permixtum et spumosum exspuerint. Si haec omnia contigerint moriuntur. At quibus eorum partim quaedam contigerint, partim minime, ex his nonnulli quidem intereunt, quidam etiam ex longo temporis intervallo supersunt. Sed ex omnibus his signis exsistentibus tum in his, tum in reliquis omnibus coniecturam facito.

33. Quibus ex morbis pulmonis ad aures abscessus oboriuntur et in pus vertuntur, vel ad inferiores sedes et fistula facta aperiuntur, iis secunda valetudo contingere solet. Ista vero hunc in modum consideranda sunt. Si febris detinet, neque dolor conquiescit, neque sputum debita ratione procedit, neque biliosae sunt alvi egestiones, sed facile solubiles et sincerae, neque

Addendum tamen esse docet et comparatio cum Coacae verbis laudatis, et antithesis in altero periodi membro: ἢν δὲ ἠσυχαίτερος ὁ πόνος ᾖ.

προγενέσθαι δὲ ἀνάγκη κ. τ. λ.] Hanc Galeni lectionem, nisi quod hic προγίνεσθαι habet, praetuli prae vulgato simplici γίνεσθαι, tum quod revera hoc loco praestat et ad sententiae vim augendam confert, tum quod consentit cum Coaca 402., ubi vide.

32. ἢ φλεγματῶδες, ἢ ἀφρῶδες.] Vulgo καὶ ἀφρῶδες; particulam disiunctivam dat cod. unus Littréi, eamque recepi propter loci cum Coacae 402. fine similitudinem. Eadem de causa e Merc. in marg. ἢ πέλιον πτύῃ dedi, libros fere καὶ πέλιον ferentibus.

33. ὁκόσοισι δὲ ἀποστάσιες γίγνονται — οὗτοι περιγίγνονται] Cum Littréo, quem ad haec verba confer, Galeni lect. sum secutus. Ἐκσυριγγοῦνται vero prae simplice συριγγοῦνται e Gal. III. de criss. et cod. Serv. apud Foës. praetuli, quia Coaca consimilis 395. itidem compositum fert. Quae in plurimis Edd. habetur lectio: ὁκόσοισι δὲ ἀποστάσιες γίγνονται ἐκ τῶν περιπνευμονικῶν νοσημάτων παρὰ τὰ ὦτα καὶ ἐμπυοῦσιν ἐς τὰ κάτω χωρία καὶ συριγγοῦνται, οὗτοι δὲ περιγίνονται, utique corrupta est.

ἢν ὅ τε πυρετὸς ἴσχῃ — ὑπηρετέηται δὲ κ. τ. λ.] Vulgata in plurimis edd. huius loci lectio haec est: ἢν ὅ τε πυρετὸς ἔχῃ καὶ ἡ ὀδύνη μὴ παύηται καὶ τὸ πτύελον μὴ ἐκχωρέῃ κατὰ λόγον, μηδὲ χολώδεες αἱ τῆς κοιλίης δια-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 285 sur 880

©BIUM

τοι δὲ καὶ ἄκρητοι γίγνοιντο, μηδὲ τὸ οὖρον πουλύ τε κάρτα καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον, ὑπηρετέηται δὲ περιεστικῶς ὑπὸ τῶν λοιπῶν πάντων, τῶν περιεστικῶν σημείων, τούτοισι χρὴ τὰς τοιαύτας ἀποστάσιας ἐλπίζειν ἔσεσθαι. Γίγνονται δὲ αἱ μὲν ἐς τὰ κάτω χωρία, οἷσι ἂν περὶ τὰ ὑποχόνδρια τοῦ φλέγματός τι ἐγγένηται· αἱ δὲ ἄνω οἷσι ἂν τὸ μὲν ὑποχόνδριον λαπαρόν τε καὶ ἀνώδυνον διατελέῃ, δύσπνους δέ τινα χρόνον γενόμενος παύσηται ἄτερ φανερῆς προφάσιος ἄλλης.

λδ'. Αἱ δὲ ἀποστάσιες αἱ ἐς τὰ σκέλεα ἐν τῇσι περιπνευμονίῃσι τῇσι ἰσχυρῇσί τε καὶ ἐπικινδύνοισι λυσιτελέες μὲν πᾶσαι, ἄριστα δὲ αἱ τοῦ πτυέλου ἐν μεταβολῇ ἐόντος γιγνόμεναι· εἰ γὰρ τὸ οἴδημα καὶ ἡ ὀδύνη γίγνοιτο, τοῦ πτυέλου ἀντὶ ξανθοῦ πυώδεος γενομένου καὶ ἐκχωρέοντος ἔξω, οὕτως ἂν ἀσφαλέστατα ὅ τε ἄνθρωπος περιγίγνοιτο καὶ ἡ ἀπόστασις ἀνώδυνος τάχιστα ἂν παύσαιτο· εἰ δὲ τὸ πτύελον μὴ ἐκχωρέοι καλῶς, μηδὲ τὸ οὖρον ὑπόστασιν ἀγαθὴν ἔχον φαίνοιτο, κίνδυνος χωλὸν γενέσθαι τὸ ἄρθρον, ἢ πολλὰ πρήγματα παρασχεῖν. Ἦν δὲ ἀφανίζωνται καὶ πάλινδρομέωσι αἱ ἀποστάσιες, τοῦ πτυέλου μὴ ἐκχωρέοντος, καὶ τοῦ πυρετοῦ ἔχοντος, δεινόν· κίνδυνος γὰρ μὴ

urina admodum multa et copiosum habens sedimentum, suffragantur vero ad salutem reliqua omnia salutaria signa, in his huiusmodi fore abscessus exspectato. Ac hi oriuntur quidem in locis inferioribus, quibus circa praecordia inflammationis aliquid subest, illi autem in superioribus, quibus praecordia mollia et doloris expertia perseverant, cumque difficultate spirandi aliquamdiu vexatus fuerit, quae citra ullam aliam evidentem occasionem quieverit.

34. In vehementibus et periculo proximis pulmonum inflammationibus, abscessus ad crura omnes sane utiles. Optimi vero qui fiunt sputo mutationem subeunte. Si namque tumor et dolor suboriatur, dum sputum pro flavo in pus vertitur, et foras prodit, hoc modo tum securissime aeger superstes futurus est, tum citissime citra dolorem abscessus conquiescet. Quod si neque sputum recte excernatur, neque urina bonam subsidentiam habere videatur, periculum est ne articulo claudicet aeger, aut ei multum negotii exhibeatur. Si vero dispareant abscessus et intro recurrant, sputo non prodeunte et detinente febre, gravis morbi periculum et delirii et mortis aegro imminet. Ex suppuratis vero, quos pulmonum morbi concitarunt, fere

χωρήσιες, μηδὲ εὔλυτοί τε καὶ ἄκρητοι γίγνοιντο, καὶ μηδὲ τὸ οὖρον πουλύ τε κάρτα καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον. ὑπηρετῆται δὲ κ. τ. λ. — Eodem fere modo Galenus ista legit, qui seqq. adnotat: τὸ δὲ ἐφεξῆς τῷδε τινὲς μὲν οὕτω γράφουσι μηδ' εὔλυτοι καὶ ἄκρητοι γίνωνται. ὥσπερ ἔφη, [vellem fere ὥσπερ εἰ ἔφη, ὡς] μήδε χολώδεες αἱ τῆς κοιλίης διαχωρήσιες, οὕτω μηδὲ εὔλυτοι καὶ ἄκρητοι γίνωνται. τοῦ μὲν ἀκρήτου πρὸς τοὺς ἀμίκτους τῶν ἄλλων χυμῶν τινι ἀναφερομένου, διὰ τὸ μίαν ἔχειν αὐτὰς ποιότητα, τὴν τῶν χολωδῶν· τοῦ δὲ μηδ' εὔλυτοι πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἐκκρίσεων, ὡς, εἴτε καὶ χολώδεες εἶεν καὶ εὔλυτοι, δι' ἐκκρίσεως μᾶλλον, ἢ δι' ἀποστάσεως ἐσομένης τῆς κρίσεως. — Ἔνιοι δὲ ἐναντίως γράφουσι τὴν λέξιν ὧδε· μηδὲ χολώδεες αἱ τῆς κοιλίης διαχωρήσιες, εὔλυτοι δὲ καὶ ἄκρητοι γίνωνται. εὐλύτους μὲν εἶναι βουλόμενοι τὰς συμμέτρως ὑπερχομένας, ἀκρήτους δὲ τὰς ὑδατώδεις καὶ ἀμίκτους. ἐρρέθη γὰρ ἔμπροσθεν, ὡς τὸ ἄκρητον ἐπὶ τῆς ἀμίκτου λέγεται ποιότητος. ἀποφήσας οὖν ὁ Ἱπποκράτης, φασὶ, τὰς χολώδεις διαχωρήσιας, ἐπὶ τῶν ἀκράτων, ὅπερ ἔστιν ἀμίκτους, καὶ οἷον ἄκρας κατὰ μίαν ποιότητα, ἄλλός ἐστι τὰς ὑδατώδεις λέγων, αἵπερ ἀπεπτοί εἰσι καὶ διὰ τοῦτο χρόνου δέονται πρὸς τὴν πέψιν, ἐν ᾧ καὶ αἱ ἀποστάσιες γίνονται. τὰ μὲν γὰρ ὀξέα δι' ἐκκρίσεων μᾶλλον εἴωθε κρίνεσθαι, τὰ δὲ χρονίζοντα δι' ἀποστάσεως. Haec Galenus. Locus autem desumtus est e Coaca 395., ubi legimus: περιγίνονται δὲ οἷσι ἂν ὅ τε πυρετὸς καὶ ὁ πόνος παρακολουθῇ καὶ τὸ πτύαλον μὴ χωρέῃ κατὰ λόγον, μηδὲ χολώδεες αἱ διαχωρήσιες, εὔλυτοί τε καὶ ἄκρητοι γίνονται, μηδὲ οὖρον κ. τ. λ. — In his Servinus ἀλλ' εὔλυτοι καὶ ἄκρητοι: nec vero dubito quin hoc, si sensum spectes, bene habeat: legam tamen εὔλυτοι δὲ καὶ ἄκρητοι, quippe quod tum in Coaca, tum Prognostici loco veram referre scripturam iudico. Locum autem hac ratione accipio: si febris detineat cum dolore, neque signa crisees, qualia sputa, alvus biliosa, urina crassa cum multis subsidentibus appareant, sed ita tamen habeat aeger, ut morbum ferre videatur, abscessus exspectandus est. Iam vero τὰς διαχωρήσιας duplici modo descripsit: indicavit enim quales non sint oporteat, si abscessum merito exspectes, tum quales re ipsa esse debeant, i. e. εὔλυτοι et ἄκρητοι. Haec autem epitheta ita interpretor, ut εὔλυτον, quod *quod facile solvitur et fluidum est* significat, opponi existimem τῷ παχεῖ διαχωρήματι sub crisin prodeunti, ἄκρητον vero, quod ubivis cruditatem denotat apud nostrum, opponi τῷ ξυμμεμιγμένῳ, iudicium nuncianti, sicuti patet e sputorum in hoc ipso libro descriptione. Quid sit τὸ εὔλυτον e contrario δυσλύτῳ facile patet: Gal. in comm. Progn. p. 140. ed. Kühn. τὸ δὲ ἀφρῶδες (δηλώσει) . . . πνεῦμα φυσῶδες ὑγρῷ δυσλύτῳ μεμίχθαι. Cum quibus conferatur locus, qui est p. 178. ibidem.

©BIUM

παραφρονήσῃ καὶ ἀποθάνῃ ἄνθρωπος. Τῶν δὲ ἐμπύων τῶν ἐκ τῶν περιπνευμονικῶν νοσημάτων οἱ γεραίτεροι μᾶλλον ἀπόλλυνται· ἐκ δὲ τῶν ἄλλων ἐμπυημάτων οἱ νεώτεροι μᾶλλον ἀποθνήσκουσι.

λε'. Αἱ δὲ ξὺν πυρετῷ [1] γενόμεναι ὀδύναι περὶ τὴν ὀσφῦν τε καὶ τὰ κάτω χωρία, ἢν τῶν φρενῶν ἅπτωνται, τὰ κάτω ἐκλιποῦσαι, ὀλέθριαι κάρτα. Προσέχειν οὖν δεῖ τὸν νόον τοῖσι ἄλλοισι σημείοισι, ὡς ἤν τι καὶ τῶν ἄλλων σημείων ἐπιφαίνηται πονηρὸν, ἀνέλπιστος ὁ ἄνθρωπος· ἢν δὲ ἀναΐσσοντος τοῦ νοσήματος ὡς πρὸς τὰς φρένας τὰ ἄλλα σημεῖα μὴ πονηρὰ ἐπιγένηται, ἔμπυον ἔσεσθαι τοῦτον πολλαὶ ἐλπίδες.

λς'. Κύστιες δὲ σκληραί τε καὶ ἐπώδυνοι δειναὶ μὲν παντελῶς καὶ ὀλέθριαι [2] ὀλεθριώτατα δὲ ὁκόσαι ξὺν πυρετῷ ξυνεχέϊ γίγνονται· καὶ γὰρ οἱ ἀπ' αὐτέων τῶν κυστίων πόνοι ἱκανοὶ ἀποκτεῖναι, καὶ αἱ κοιλίαι οὐ διαχωρέουσι ἐπὶ τῶν τοιούτων, εἰ μὴ σκληρά τε καὶ πρὸς ἀνάγκην. Λύει δὲ οὖρον πυῶδες οὐρηθὲν, λευκὴν καὶ λείην ἔχον τὴν ὑπόστασιν· ἢν δὲ μήτε οὖρον ᾖ μηδὲν, μήτε ἐνδιδοίη ὁ πόνος, μήτε ἡ κύστις μαλθάσσοιτο, ὅ τε πυρετὸς ξυνεχὴς ᾖ, ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισι τοῦ νοσήματος ἐλπὶς τὸν ἀλγέοντα

[1] Ita etiam V. γινόμεναι fere cett. — [2] ὀλεθριώτεραι Sc. V.

seniores moriuntur, at ex ceteris suppurationibus, iuniores potius intereunt.

35. At lumborum et inferiorum partium dolores, qui cum febre affligunt, si relictis inferioribus ad septum transversum transeant, exitiales sunt admodum. Ad reliqua igitur signa animum adhibere oportet, quippe si quod malum signum e ceteris apparuerit, omni spe destitutus est aeger. Sin contra irruente ad septum transversum morbo reliqua signa minime prava se ostenderint, hunc suppuratum fore magna spes est.

36. At vesicae tum durae, tum dolentes, grave prorsus et exitiale periculum minantur. Maxime autem exitiales, quae cum febre assidua fiunt. Nam et ipsarum vesicarum dolores ad mortem inferendam satis sunt, neque alvi in his excernunt, nisi durum quiddam et coactum. Solvit autem purulenta micta urina album et laeve habens sedimentum. Sin vero urina nulla emittatur, neque dolor sedetur, neque mollior fiat vesica, sed febris sit continua, laborantem intra primos morbi circuitus moriturum sperandum est. Hoc autem modo po-

35. ἀνέλπιστος ὁ ἄνθρωπος.] Paucis exceptis libri scripti et editi pone ἄνθρωπος addunt seqq.: ὁκόσαι δὲ τῶν ἐμπύων καίονται [ἢ τέμνονται addit liber unus Littréi] οἷσιν ἂν καθαρὸν μὲν τὸ πῦον ᾖ καὶ λευκὸν καὶ μὴ δυσῶδες, σώζονται· οἷσι δὲ ὕφαιμόν τε καὶ βορβορῶδες, ἀπόλλυνται. Certissimum est hoc loco ista ferri minime posse, neque aptiore alio inseri quam quo retulit Littréus Heurnio auctore, qui haec § superioris fini subiungenda esse monuit. Praeterea animadversione perdignum sententiam illam tali loco a sede sua, ut putant Heurnius et Littréus, aberrasse. ubi in Galeni ed. Bas. tertium Prognostici τμῆμα incipit, quem librum utrum Pergamenus primus in tres partes diviserit, an vero ab aliis ita divisum acceperit mihi non constat: sed hoc utut est, locus, inquam, ita comparatus est ut facile quid omitti potuisse videatur, quumque §. superioris fini haec non inepte subiungantur, facile illa ibi loci admiseris. At vero Galenus, qui totum librum praenotionum commentatus est, textumque cum suae aetatis apographis contulit, adeo ut varr. lectt. saepius indicet, et locos in nonnullis tantum libris, non in omnibus obvios, nullam horum verborum in comm. mentionem facit. Apud scholiasten itidem altum de illis silentium. Leguntur autem prorsus similia, cum eadem lectionis varietate, qua alii ἢ τέμνονται addunt, alii contra omittunt, Aph. 45. Sect. VII. Itaque mihi longe verosimillimum visum est recentiorem aliquem lectorem in margine libri sui hunc Aphorismum adnotasse, qui deinceps in textum irrepserit. Quapropter confidenter delevi.

ἢν δὲ ἀναΐσσοντος τοῦ νοσήματος ὡς πρὸς τὰς φρένας.] — Libri omnes ὡς πρὰς τὰς φρένας, in quibus ὡς πρός aliquando e dittographia ortum esse credidi; quae res ne quem in errorem inducat, afferam adnn. a Z. ad Vig. ed. Herm. p. 567., ubi exempla e Polyb. citantur.

36. καὶ αἱ κοιλίαι οὐ διαχωρέουσι ἐπὶ τῶν τοιούτων.] In his Gal. sum secutus; vulgo οὐ διαχωρέουσι ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ legimus; sed quum in superioribus de certo tempore sermo non sit, hanc scripturam Galenicae postponendam esse iudicavi.

ἢν δὲ μήτε οὖρον ᾖ μηδὲν, μήτε ἐνδιδοίη ὁ πόνος, μήτε ἡ κύστις μαλθάσσοιτο, ὅ τε πυρετὸς ξυνεχὴς ᾖ, κ. τ. λ.] Haec a Gal. in comm. nobis servata unice vera huius loci lectio est: edd. cett. omnes deteriorem horum verborum scripturam referunt. Vulgo: ἢν δὲ μήτε τῷ οὔρῳ μηδὲν ἐνδιδῷη ὁ πόνος, μηδὲ ἡ κύστις κ. τ. λ.; quae lectio minus cum facili nostri libelli oratione congrua. Quod autem Littréus exhibet: ἢν δὲ μήτε τὸ οὖρον μηδὲν ἐνδιδοίη, μήτε ἡ κύστις μαλθάσσοιτο, id vel propterea ferri nequit, quod ἐνδιδόναι

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 287 sur 880

©BIUM

ἀπολέσθαι. Ὁ δὲ τρόπος οὗτος ἅπτεται μάλιστα τῶν παιδίων τῶν ἑπταετέων, ἔστ' ἂν πεντεκαιδεκαέτεα γένωνται.

λζ'. Οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσι αὐτῇσι ἡμέρῃσι τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν τε περιγίγνονται οἱ ἄνθρωποι. καὶ ἐξ ὧν ἀπόλλυνται. Οἵ τε γὰρ εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων βεβῶτες τεταρταῖοι παύονται, ἢ πρόσθεν· οἵ τε δὲ κακοηθέστατοι καὶ ἐπὶ σημείων δεινοτάτων γενόμενοι τεταρταῖοι κτείνουσι, ἢ πρόσθεν. Ἡ μὲν οὖν πρώτη ἔφοδος αὐτῶν οὕτω τελευτᾷ· ἡ δὲ δευτέρη ἐς τὴν ἑβδόμην περιάγεται· ἡ δὲ τρίτη ἐς τὴν ἐνδεκάτην· ἡ δὲ τετάρτη ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην· ἡ δὲ πέμπτη ἐς τὴν ἑπτακαιδεκάτην· ἡ δὲ ἕκτη ἐς τὴν εἰκοστήν. Αὗται μὲν οὖν ἐκ τῶν ὀξυτάτων νοσημάτων διὰ τεσσάρων ἐς τὰς εἴκοσι ἐκ προσθέσιος τελευτῶσι. Οὐ δύναται δὲ ὅλῃσι ἡμέρῃσι οὐδὲν τούτων [1] ἀριθμέεσθαι ἀτρεκέως· οὐδὲ γὰρ ὁ ἐνιαυτός τε καὶ οἱ μῆνες ὅλῃσι ἡμέρῃσι πεφύκασι ἀριθμέεσθαι.

λη'. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ [2] καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν πρόσθεσιν ἡ μὲν πρώτη περίοδος τεσσάρων καὶ τριήκοντα ἡμερέων, ἡ δὲ δευτέρη τεσσαράκοντα ἡμερέων, ἡ δὲ τρίτη ἑξήκοντα ἡμερέων. Τούτων δ' ἐν ἀρχῇσί ἐστι χαλεπώτατον διαγιγνώσκειν τὰ μέλλοντα ἐν πλείστῳ χρόνῳ κρίνεσθαι· ὁμοιόταται γὰρ αἱ ἀρχαί εἰσι αὐτῶν· ἀλλὰ χρὴ ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρης ἐνθυμέεσθαι, καὶ καθ' ἑκάστην τετράδα προστιθεμένην σκέπτεσθαι· καὶ οὐ λήσει ὅπη τρέψεται τὸ νόσημα. Γίγνεται δὲ ἡ τῶν τεταρταίων κατάστασις ἐκ τοῦ τοιούτου κόσμου. Τὰ δὲ

[1] ἀριθμοῦσθαι Sc. — [2] καί etiam Sc. addit.

tissimum tentantur pueri a septimo anno donec circiter ad decimum quintum pervenerint.

37. Febrium iudicationes iisdem numerantur diebus, quibus et evadunt et moriuntur homines. Nam et mitissimae febres et quae securissimis fulciuntur signis, die quarto aut ante desinunt. Maxime vero malignae et quae cum gravissimis signis fiunt, quarto vel prius interficiunt. Primus itaque earum insultus hoc modo desinit, secundus ad septimum deducitur, tertius ad undecimum, quartus ad decimum quartum, quintus ad decimum septimum, sextus ad vigesimum. Hi igitur circuitus ex acutissimis morbis per quatuor facta accessione ad vigesimum terminantur. Neque vero horum quidquam integris diebus exacte numerari potest, cum neque annus etiam neque menses integris diebus exacte numerari soleant.

38. Post haec autem eadem ratione et iuxta eandem adiectionem primus circuitus est quatuor et triginta dierum, secundus quadraginta, tertius sexaginta. At inter horum initia perquam difficile eos dignoscere, qui longo temporis spatio iudicari debeant, quod simillima sint eorum principia. Verum a primo die advertere animum oportet et pro singulorum quaternariorum additione considerationem adhibere, nec latebit quonam se vertat morbus: nam quartanorum circuituum ratio ad hunc se habet modum. Qui vero intra brevissimum temporis spatium iudicationem sunt subituri, facilius di-

recte de dolore, minus bene de urina emissa usurpatur, quemadmodum recte in comm. observat Galenus. Cett. duae lectt.: ἢν δὲ μήτε τῷ οὔρῳ μηδὲν ἐνδιδῷ πέπον et ἂν δὲ μήτε οὐρῇ μηδὲν πεπεμμένον καὶ μὴ συνδιδῷ ὁ πόνος etiam illis peiores, posterior vero fere metaphrasin exhibet verae lectionis.

ἔστ' ἂν πεντεκαιδεκαέτεα γένωνται.] Vulgo ἕως ἂν ἐς τὰ πεντεκαίδεκα ἔτεα γένωνται, in qua lectione ἐς τά ortum ex ἐς τ' ἄν; nempe Galeni lectio ἐς τ' ἂν πεντεκαιδεκαταῖα γένωνται nata est e confusione solita diphthongi αι cum vocali ε. — Ceterum non ignoro πεντεκαίδεκα ἔτεα γενέσθαι quodammodo defendi Lucianeis in Hermot. 13. τετταρακοντούτης, ὁπόσα οἶμαι σὺ νῦν γέγονας.

38. γίγνεται δὲ ἡ τῶν τεταρταίων κατάστασις ἐκ τούτου τοῦ κόσμου.] In hisce τὴν τῶν τεταρταίων κατάστασιν Galenus accepit de febribus quartanis, tum in comm. ad h. l. tum ad Aph. 58. IV. p. 278. ed. Bas. et comm. 3. in Epid. I. p. 383. l. l., eodemque modo haec intellexit Prosp. Martianus. Quam rationem ut saepius sum miratus, ita

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 288 sur 880

©BIUM

ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ μέλλοντα κρίνεσθαι εὐπετέστερα γιγνώσκεσθαι· μέγιστα γὰρ τὰ διαφέροντα ἀπ' ἀρχῆς [1] αὐτῶν ἐστί· οἱ μὲν γὰρ περιεσόμενοι εὔπνοοί τε καὶ ἀνώδυνοί εἰσι καὶ κοιμῶνται τὰς νύκτας, τά τε ἄλλα σημεῖα ἔχουσι ἀσφαλέστατα· οἱ δὲ [2] ἀπολούμενοι δύσπνοοι γίγνονται, ἀλλοφάσσοντες, τά τε ἄλλα σημεῖα κάκιστα ἔχοντες. Ὡς οὖν τούτων οὕτω γιγνομένων ξυμβάλλεσθαι χρὴ, κατά τε τὸν χρόνον, κατά τε τὴν πρόσθεσιν ἑκάστην, ἐπὶ τὴν κρίσιν ἰόντων τῶν νοσημάτων. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τῇσι γυναιξὶ αἱ κρίσιες ἐκ τῶν τόκων γίγνονται.

gnoscuntur, cum maxime inter se ab initio inde dissideant. Qui enim ex morbo superfuturi sunt, facile spirant, dolore vacant, noctu dormiunt, et reliqua signa habent securissima. At perituri difficultate spirandi vexantur, delirant, vigilant, ceteraque pessima signa habent. His igitur sic se habentibus, de morbis ad iudicationem tendentibus, tum ex tempore, tum ex unaquaque adiectione coniectura facienda est. Ad eandem quoque rationem et mulieribus iudicationes ex partu contingunt.

Ὁκόσοισι δ' ἂν οἱ πυρετοὶ παύωνται, μήτε σημείων γενομένων λυτηρίων, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, ὑποστροφὴν [3] προσδέχεσθαι χρὴ τούτοισι.

Quibus autem febres cessant neque apparentibus solutionis signis, neque diebus iudicatoriis, iis morbi reversio exspectanda est.

λθ'. Κεφαλῆς δὲ ὀδύναι ἰσχυραί τε καὶ ξυνεχέες ξὺν πυρετῷ, εἰ μέν τι τῶν θανατωδέων σημείων προσγίγνοιτο, ὀλέθριον κάρτα· εἰ δὲ ἄτερ τῶν τοιούτων σημείων ἡ ὀδύνη ὑπερβάλλοι εἴκοσι ἡμέρας, ὅ τε πυρετὸς ἔχοι, ὑποσκέπτεσθαι χρὴ αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν, ἢ ἐκπύησιν, ἢ ἄλλην τινὰ ἀπόστασιν

39. Capitis dolores vehementes ac continentes cum febre, aliquo quidem e lethalibus signis accedente, admodum exitiales. Quodsi sine eiusmodi signis dolor vigesimum diem superet et febris detineat, sanguinis ex naribus eruptionem, aut suppurationem, aut alium quemdam abscessum ad inferiores sedes suspectari oportet. Ve-

[1] τουτέων Sc. V. — [2] Sc. οἱ δὲ μέλλοντες ἐκλιπεῖν. — [3] προσδέχεσθαι ἐλπίς. Sc. V.

probare haud equidem possum. Quum enim superiora omnia ad ἐφόδους illas κατὰ τετράδα referantur, eodem spectare mihi videntur verba nostra: ad idem etiam argumentum seqq. pertinent, febrium vero sive tertianarum, sive quartanarum intermittentium mentio nulla fit. Sed nolo reticere me iudice forte γίγνεται γὰρ ἡ τῶν τεταρταίων κατάστασις ἐκ τοῦ τοιούτου κόσμου legendum esse, quam innovationem tamen in textum inferre nondum sum ausus, sed aliis eam diiudicandam trado. Quidquid sit e nostra locum accipiendi ratione intelligis cod. Med. scripturam: γίγνεται δὲ ἡ τεταρταῖα κατάστασις ἐκ τοῦ τουτέου κοσμοῦ. Sed parum abfui quin tacitus praeteriissem in paulo superioribus rem minutam nec tamen negligendam. Vulgo legitur καὶ οὐ λήσεται ὅπη τρέψεται τὸ νόσημα: sed Gal. in contextu p. 243. Kühnio λήσει habet, itemque in comm. p. 245. et 250., eiusdemque lect. vestigia praebent libri duo Littréi: unde factum est, ut λήσει inferrem: licet in additamentis spuriis ad librum de victu acut. διαλήσεται eodem quo διαλήσει sensu obviam veniat.

κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τῇσι γυναιξί· κ. τ. λ.] Gal. in comm.: καθ' ἣν ἂν ἡμέραν, inquit, ἀποκυήσῃ, ἡ ἀρχὴ τῆς ἐξαριθμήσεως γινέσθω σοι, μὴ καθ' ἣν ἤρξατο πυρέττειν. ἐνίαις γοῦν ἤτοι περὶ δευτέραν, ἢ τρίτην ἡμέραν ἄρχονται μετὰ τὸν τόκον, ἀφ' ἧς ἀριθμοῦσιν οἱ πολλοὶ τὴν ἑσομένην κρίσιν. ἔχει δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἀφ' ἧς ἀποκυήσει τὴν συναρίθμησιν δεῖ γενέσθαι τῶν ἡμερῶν. Recte quidem a Galeno diversa sentire mihi videtur Prosp. Martianus p. 338., ubi ex aegris 4. et 11. Sect. III. L:b. Epid. I. contrarium verum esse demonstrat. Et vero in hac historia morbi (p. 987. Foësio) ipsis Hippocratis verbis legis β' ἀφ' ἧς ἐρρίγωσε κ. τ, λ., ita ut non a partus die, sed ab illo, quo rigor prehenderat, ceterorum dierum fiat enumeratio. Cf. Epid. I. verba ἀπέθανε ἑκταίη ἐκ τόκου.

Ὁκόσοισι — ὑποστροφὴν προσδέχεσθαι χρὴ τούτοισι.] Haec sententia in omnibus libris scriptis et editis legitur inter § 42. et 43. nostrae editionis. — Eam ad istum locum non pertinere et potius huc referendam esse, unusquisque semel admonitus videbit. — Mecum quaesivi num forte idem hic accidisset, quod in Aph., de quo dixi ad § 35.; sed secus habet. Hic locus refert C. 146. sed eo modo descriptus est ut non verbo tenus eam referat, sed solita metaphrasi quam in toto Progn. animadvertimus. Quod nisi ita esset, possit videri adscriptus esse ad verba § 41. ἢν δὲ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι κ. τ. λ. —; nunc vero puto eum de sede sua esse deturbatum et huc referendum esse.

39. εἰ μέν τι — προσγίγνοιτο.] Ita de meo scripsi, libris plurimis ἤν, uno vero ἄν praebentibus.

ὑποσκέπτεσθαι χρὴ αἵματος ῥῆξιν, ἢ ἐκπύησιν.] In his de meo huc revocavi verba ἢ ἐκπύησιν, quae in libris editis et mss. ante ἄλλως τε κἠν inferri solent. Nimirum exprimitur Coaca 160., quam si cum nostris compares, hac mutatione omnino opus esse videbis: ibi enim legimus: ὑπερ-

©BIUM

ἐς τὰ κάτω χωρία. Ἔστ' ἂν δὲ ἡ ὀδύνη ᾖ νεαρά, προσδέχεσθαι χρὴ αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν· ἄλλως τε κἢν ἡ ὀδύνη περὶ τοὺς κροτάφους [1] τε καὶ τὸ μέτωπον ᾖ. Μᾶλλον δὲ χρὴ προσδέχεσθαι τοῦ μὲν αἵματος τὴν ῥῆξιν τοῖσι νεωτέροισι πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων, τοῖσι δὲ γεραιτέροισι τὴν ἐκπύησιν.

rum quoad dolor recens fuerit, eodem modo sanguinis eruptionem exspectare convenit; in primis vero si dolor circa tempora et frontem affuerit. At sanguinis eruptio magis exspectanda venit in his qui nondum quintum et trigesimum annum attigerunt, in senioribus vero suppuratio.

μ'. Ὠτὸς δὲ ὀξεῖα ὀδύνη ξὺν πυρετῷ ξυνεχέϊ τε καὶ ἰσχυρῷ δεινόν· κίνδυνος γὰρ παραφρονῆσαι τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀπολέσθαι. Ὡς οὖν τούτου τοῦ τρόπου σφαλεροῦ ἐόντος, ταχέως δεῖ προσέχειν τὸν νόον τοῖσι σημείοισι πᾶσι ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρης. Ἀπόλλυνται δὲ οἱ μὲν νεώτεροι τῶν ἀνθρώπων ἑβδομαῖοι καὶ ἔτι θᾶσσον ὑπὸ τούτου τοῦ νοσήματος· οἱ δὲ γεραίτεροι πολλῷ βραδύτερον· οἵ τε γὰρ πυρετοὶ καὶ αἱ παραφροσύναι ἧσσον αὐτοῖσι ἐπιγίγνονται, καὶ τὰ ὦτα διὰ τοῦτο φθάνει ἐκπυΐσκεσθαι· ἀλλὰ ταύτῃσι μὲν τῇσι ἡλικίῃσι ὑποστροφαὶ τοῦ νοσήματος ἐπιγενόμεναι ἀποκτείνουσι τοὺς πλείστους· οἱ δὲ νεώτεροι πρὶν ἐκπυῆσαι τὸ οὖς ἀπόλλυνται. [2] ἐπὴν δὲ ῥυῇ πῦον λευκὸν ἐκ τοῦ ὠτὸς, ἐλπὶς τῷ νεωτέρῳ περιγενέσθαι, ἤν γε καὶ ἄλλο τι αὐτῷ ἐπιγένηται χρηστὸν σημεῖον.

40. Auris dolor acutus cum febre continua et vehementi gravis. Periculum enim delirii et mortis aegro adfert. Cum igitur hic modus sit lubricus, celeriter a primo die ad omnia signa animum adhibere oportet. Moriuntur autem ex hoc morbo iuniores quidem homines septimo die aut etiam citius, senes vero multo tardius. Nam et febres et deliria minus eis suboriuntur, auresque eam ob causam suppuratio praeoccupat. Verum his quidem aetatibus succedentes morbi reversiones plurimos interficiunt, iuniores vero prius quam auris suppuret, intereunt. At pus album si ex aure fluxerit, iuniorem superfuturum spes est, si quidem aliud quoddam ei bonum signum supervenerit.

μα'. Φάρυγξ δὲ ἑλκουμένη ξὺν πυρετῷ

41. Fauces exulceratae cum febre, grave

[1] τε adscribitur etiam in Sc. V. — [2] πλὴν ἀλλ' ἤν γε Sc. V. sed hanc lect. recentioribus deberi puto.

βάλλων τὰς εἴκοσι ἡμέρας αἵματος ῥύσιν, ἢ πῦον ἐκ ῥινὸς, ἢ ἀποστάσιας ἐς τὰ κάτω σημαίνει. Ad huius loci modum igitur nostrum refeci, quo facto omnia rerum naturae respondent. Ipsum Galenum etiam locus, qualis olim ferebatur, advertebat, nam in comm.: ἀτακτότερον, inquit, ἡρμήνευται χρησιμώτατον εἰς πρόγνωσιν ὃν πρᾶγμα. κατὰ τάξιν δ' ἂν οὕτως ῥηθείη· κεφαλῆς δὲ ὀδύναι ἰσχυραί τε καὶ συνεχεῖς σὺν πυρετῷ εἰ μέν τι τῶν θανατωδῶν σημείων προσγένηται, τελέως ὀλέθριον· εἰ δ' ἐξ ὧν ἔμαθες ἐλπίζοις τι περὶ τοῦ νοσοῦντος ὡς σωθησομένου, κατ' ἀρχὰς μὲν ἄχρι τῆς ἑβδομῆς ἡμέρας αἱμορραγίαν διὰ ῥινῶν προσδέχου, προελθόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ τοῦτο μὲν, ἔτι πῦον δ' ἂν ἔλθοι διὰ ῥινῶν, ἢ δι' ὤτων ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κάμνοντος. εἰ δὲ ἄχρι τῶν εἴκοσι ἡμερῶν ἐκταθείη τὸ σύμπτωμα τῆς κεφαλαλγίας, ἔτι καὶ τότε τὴν αἱμορραγίαν σπανιωτέραν ἔλπιζε, μᾶλλον δὲ ἐκπύησιν, ἢ ἀπόστασιν εἰς τὰ κάτω χωρία προσδέχου. κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἂν τὴν αἱμορραγίαν ἐλπίσῃς, αὐξήσει σου τὴν ἐλπίδα κατὰ τοὺς κροτάφους τε καὶ τὸ μέτωπον ὀδύνη σφοδρὰ παραμένουσα.

qui sequitur, de auris dolore in nostro libro ὀξεῖα ὀδύνη, ubi in Coaca 189. πόνος σύντονος. Possunt ceterum facile et vehementia et brevitas doloris coniungi.

ἔστ' ἂν δὲ ἡ ὀδύνη ᾖ νεαρά.] Hoc quidem notatu dignum est, quum in Coaca lectionem inter τοῦ πόνου ... συντόνου et τοῦ πόνου ... συντόμου fluctuantem habeamus. Loco,

ἄλλως δὲ ἢν ἡ ὀδύνη κ. τ. λ.] Pro vulgato ἄλλως τε ἤν, Gal. κἄν, codd. duo apud nuperrimum editorem κἤν, alii duo καὶ ἤν et καὶ ἐάν, duo libri pro τε ferunt δέ, quod etiam Aldus habet. Jam vero patet vel ἄλλως δὲ ἤν cum Aldo dandum esse, vel ἄλλως τε κἤν, quippe utrumque bene Graecum. Ego illud praetuli, quum inde facilius alterum effici potuisse videatur a recentioribus, quam contra.

40. ὡς οὖν τούτου τοῦ τρόπου σφαλεροῦ ἐόντος.] Pro τρόπου Littréus e libris tribus τόπου, in quorum duobus haec lectio correctori alicui debetur. Non scripsit auctor τόπου, sed τρόπου: cf. § 36. ὁ δὲ τρόπος οὗτος ἅπτεται μάλιστα τῶν παιδίων κ. τ. λ. § 46. ἐν τοιουτοτρόπῳ πυρετῷ, initio libri de Vict. ac. τὰς πολυτροπίας: τρόπος est morbi forma: paulo inferius hac § infertur ἀπύλλυνται ... ὑπὸ τούτου τοῦ νοσήματος.

ἐπὴν δὲ ῥυῇ.] Ita cum libris nonnullis scripsi: vulgatum ἐπήν γε h. l. minime placebat: ortum fortasse ex ἐπεὶ ἤν γε, quod p. 222. Kühnio in Comm. citat Gal πλὴν ἀλλ' ἤν γε bene Graecum procul dubio, nec tamen in simplici huius libri oratione praeplacet.

©BIUM

δεινόν· ἀλλ' ἤν τι καὶ ἄλλο σημεῖον ἐπιγένηται τῶν προκεκριμένων πονηρῶν εἶναι, [1] προλέγειν ὡς ἐν κινδύνῳ ἐόντος τοῦ ἀνθρώπου. Αἱ δὲ κυνάγχαι δεινόταται μέν εἰσι καὶ τάχιστα [2] ἀναιρέουσι, ὁκόσαι μήτε ἐν τῇ φάρυγγι μηδὲν ἔκδηλον ποιέουσι, μήτε ἐν τῷ αὐχένι, πλεῖστον δὲ πόνον παρέχουσι καὶ ὀρθόπνοιαν· αὗται γὰρ καὶ αὐθημερὸν ἀποπνίγουσι καὶ δευτεραῖαι, καὶ τριταῖαι, καὶ τεταρταῖαι. Ὁκόσαι δὲ τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίως πόνον παρέχουσι, [3] ἐπαίρονται δὲ καὶ ἐρυθήματα ἐν τῇ φάρυγγι ποιέουσι, ὀλέθριαι μὲν κάρτα, χρονιώτεραι δὲ μᾶλλον τῶν πρόσθεν, ἢν τὸ ἐρύθημα μέγα γένηται. Ὁκόσοισι δὲ [4] ξυνεξερευθείη ἡ φάρυγξ καὶ ὁ αὐχήν, αὗται δὴ χρονιώτεραι, καὶ μάλιστα ἐξ αὐτέων τινὲς περιφεύγουσι, ἢν ὅ τε αὐχὴν καὶ τὸ στῆθος ἐρύθημα ἔχῃ καὶ μὴ παλινδρομέῃ τὸ ἐρυσίπελας ἔσω. Ἢν δὲ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι ἀφανίζηται τὸ ἐρυσίπελας, μήτε φύματος ξυστραφέντος ἐν τῷ ἔξω χωρίῳ, μήτε πῦον ἀποβήσσῃ, ῥηϊδίως τε καὶ ἀπόνως ἔχειν δοκέῃ, θάνατον σημαίνει, ἢ ὑποστροφὴν τοῦ νοσήματος. Ἀσφαλέστερον δὲ τὸ οἴδημα καὶ τὸ ἐρύθημα ὡς μάλιστα ἔξω τρέπεσθαι· ἢν δὲ ἐς τὸν πνεύμονα τράπηται παράνοιάν τε ποιέει καὶ ἔμπυοι ἐξ αὐτῶν τινὲς ὡς τὰ πολλὰ γίγνονται.

μβ'. [Οἱ δὲ γαργαρεῶνες ἐπικίνδυνοι καὶ ἀποτάμνεσθαι καὶ [5] ἀποσχάζεσθαι, ἔστ' ἂν ἐρυθροί τε ὦσι καὶ μεγάλοι· καὶ γὰρ φλεγμοναὶ ἐπιγίγνονται τούτοισι καὶ αἱμορραaliquid portendunt. At si aliud quoddam etiam signum adfuerit, ex his quae ante prava esse censuimus, aegrum in periculo versari denunciandum est. Angina gravissima quidem est et celerrime interimit, quae neque in faucibus, neque in cervice quidquam conspicuum facit, plurimum vero dolorem exhibet et difficultatem spirandi, quae erecta cervice obitur, inducit. Haec enim eodem etiam die et secundo et tertio et quarto strangulat. At quae in reliquis quidem similiter dolorem exhibet, in faucibus vero tumorem ac rubores excitat, admodum quidem exitialis est, priore tamen diuturnior, cum non solum fauces, sed cervicem quoque rubor occupat, ex eaque praecipue evadunt, si cervicem et pectus rubor detineat, neque ad interna erysipelas revertatur. Quod si neque diebus iudicatoriis dispareat erysipelas, neque tuberculum ad exteriorem sedem se vertat, neque pus per tussim reiiciat, facileque ac sine dolore habere videatur, mortem indicat, aut morbi reversionem. At securius est tumorem et ruborem ad externa converti. Quod si ad pulmonem se vertat, dementiam excitat et ex his nonnulli suppurati plerumque evadunt.

42. [Gurgulio, quoad rubor et tumor occupat, non sine periculo resecatur aut pertunditur. Inflammationes enim et sanguinis profluvia ei succedunt. Verum talia ut extenuentur aliis

[1] προλέγειν δεῖ Sc. V. — [2] ἀποκτείνουσι Sc. V. — [3] ἐπαίρεται Sc. V. — [4] ξυνερευθίει Sc. V. — [5] ἀποσχίζεσθαι. Sc. V.

41. μήτε ἐν τῷ αὐχένι.] Operae pretium est tenere αὐχήν hic et in Coaca huic loco respondente sumi eodem sensu, quo Homerus usurpat v. c. loco notissimo ex Il. θ. 325.:

αὖ ἐρύοντα, παρ' ὦμον, ὅθι κληῖς ἀποέργει
αὐχένα τε στῆθός τε, μάλιστα δὲ καιρίον ἐστιν.

sicuti etiam Latinum *cervix* latiore significatu pro collo poni solet.

ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι.] Hic etiam in minuta re observare licet quam pedetentim Prognostici auctor secutus sit praenotiones Coacas. Frequentissime κρίσιμος duarum tantum est terminationum, hoc loco vero κρισίμῃσι in vulgato textu, itemque simili Coaca 365. pariterque § 43. et Coaca 146.

ἢ ὑποστροφὴν τοῦ νοσήματος.] Ita quidem de coniectura scripsi, libris omnibus ἐρυθήματος praebentibus, quod ex horum verborum confusione originem traxisse puto; nam ἐρύθημα non semel hic obvium, tum vero de rubore partium externarum usurpatur, ita ut ὑποστροφὴν τοῦ ἐρυθήματος, quod boni quid denunciaret, hic ferri omnino non possit.

ἢν δὲ ἐς τὸν πνεύμονα τράπηται.] τράπηται Galenus bene Ionice: τραπείη ferri nequit praecedente ἤν. Verum collata Coaca 367. in suspicionem vehementem induceris h. l. aliquid omissum esse a librariis. Nempe in Coacarum praenn. loco habes: οἷς δὲ κυνάγχη ἐς τὸν πνεύμονα τρέπεται, οἱ μὲν ἐν τῇσι ἑπτὰ ἡμέρῃσι ἀπόλλυνται, οἱ δὲ διαφυγόντες ἔμπυοι γίνονται, μὴ γινομένης αὐτοῖς ἀναγωγῆς φλεγματώδεος. Quis non miretur mortis praesensionem in Progn. omissam esse, item omissum esse crisios modum et rationem.

©BIUM

γίαι· ἀλλὰ χρὴ τὰ τοιαῦτα τοῖσι ἄλλοισι μηχανήμασι πειρῆσθαι κατισχναίνειν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ. Ὁκόταν δὲ ἀποκριθῇ [1] ἤδη πᾶν, ὃ δὴ σταφυλὴν καλέουσι καὶ γένηται τὸ μὲν ἄκρον τοῦ γαργαρεῶνος μεῖζόν τε καὶ περιφερὲς, τὸ δὲ ἀνωτέρω λεπτότερον, ἐν τούτῳ τῷ καίρῳ ἀσφαλὲς διαχειρίζειν. Ἄμεινον δὲ καὶ τὴν κοιλίην ὑποκενώσαντα τῇ χειρουργίῃ χρῆσθαι, ἢν ὅ τε χρόνος ξυγχωρέῃ καὶ μὴ ἀποπνίγηται ὁ ἄνθρωπος.]

μγ'. Ὅστις δ' ἂν τῶν πυρετῶν μηκύνῃ περιεστικῶς διακειμένου τοῦ ἀνθρώπου, μήτε ὀδύνης ἐχούσης διὰ φλεγμονήν τινα, μήτε διὰ πρόφασιν ἄλλην μηδεμίαν ἐμφανέα, τούτῳ προσδέχεσθαι ἀπόστασιν μετ' οἰδήματός τε καὶ ὀδύνης [2] ἔς τι τῶν ἄρθρων καὶ οὐχ ἧσσον ἔς τι τῶν κάτω. Μᾶλλον δὲ γίγνονται καὶ ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ αἱ τοιαῦται ἀποστάσιες τοῖσι νεωτέροισι τριήκοντα ἐτέων. Ὑποσκέπτεσθαι δὲ χρὴ εὐθέως τὰ περὶ τὴν ἀπόστασιν, ἢν εἴκοσι ἡμέρας ὁ πυρετὸς ἔχων ὑπερβάλλῃ. Τοῖσι δὲ [3] γεραιτέροισι ἧσσον γίγνεται, πολυχρονιωτέρου ἐόντος τοῦ πυρετοῦ. Χρὴ δὲ τὴν μὲν τοιαύτην ἀπόστασιν προσδέχεσθαι ξυνεχέος ἐόντος τοῦ πυρετοῦ· ἐς δὲ τεταρταῖον καταστήσεσθαι, ἢν διαλείπῃ τε καὶ καταλαμβάνῃ πεπλανημένον τρόπον, καὶ ταῦτα ποιέων τῷ φθινοπώρῳ προσπελάσῃ. Ὥσπερ δὲ τοῖσι νεωτέροισι τῶν τριηκονταετέων αἱ ἀποστάσιες γίγνονται, οὕτως οἱ τεταρταῖοι μᾶλλον τοῖσι τριηκονταέτεσι καὶ

rationibus eo tempore tentanda sunt. Ubi vero id totum, quod σταφυλήν Graeci, hoc est *uvam* nominant iam secretum fuerit et summa gurgulionis pars maior et rotunda, superior autem tenuior extiterit, per id tempus manum admovere tutum est. Praestat tamen ubi alvum subduxeris manus operam adhibere, si per tempus liceat, neque suffocetur aeger.]

43. In longa febre, salutariter tamen affecto aegro, si neque ob inflammationem aliquam, neque ob ullam aliam evidentem occasionem dolor detinet, in hoc abscessus cum tumore et dolore ad articulum aliquem exspectandus maximeque in inferioribus locis. Magis tamen et breviore tempore huiusmodi abscessus contingere solent iis, qui trigesimum annum non attigerunt. At statim abscessum exspectare oportet, si ultra vigesimum diem febris detinet. Senioribus autem minus contingit, quum febris in illis diuturnior esse soleat. Huiusmodi autem abscessum exspectare convenit, si febris continua fuerit, in quartanam vero firmari debere, ubi intermiserit et errabundum in modum prehenderit et ita ad auctumnum deducatur. Ut vero abscessus oriuntur in his qui triginta annis minores sunt, ita quartanae potius annum agentibus trigesimum, aut senioribus. Scire autem convenit abscessus hieme magis contingere et tardius desinere et minus recurrere.

[1] ἤδη om. Sc. V. — [2] ἐκ τῶν Sc. V. — [3] πρεσβυτέροισι. Sc. V.

42. ὁκόταν δὲ ἀποκριθῇ ἤδη πᾶν κ. τ. λ.] ἤδη, quod h. l. adscribi solet, a Littréo sex librorum auctoritate omittitur. Me iudice ad vim sententiae augendam facit, ita ut non adponere nolim. Cf. Lex. Herod. in ἤδη. n° 4. Conferendus locus e lib. II. de Morbis p. 241. Kühnio: ἢν σταφυλὶς ἐν τῇ φάρυγγι γένηται, ἐμπίπλαται ἄκρος ὁ γαργαρεὼν ὕδατος καὶ γίνεται στρογγύλος τὸ ἄκρον καὶ διαφανὴς καὶ ἐπιλαμβάνει τὴν πνοὴν, καὶ ἢν φλεγμαίνῃ τὰ σιαγόνια ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἀποπνίγεται. ἢν δὲ αὐτὸ ἐφ' ἑωυτοῦ γένηται, τούτων μὴ φλεγμαινόντων, ἧσσον ἀποθνήσκει. ὅταν οὕτως ἔχῃ, λαβὼν τῷ δακτύλῳ τὸν γαργαρεῶνα ἄνω ἐς τὴν ὑπερῴην ἀποπιέσας διατέμνειν ἄκρον κ. τ. λ. — Hanc autem § uncis intercepi, non quod certo sciam eum non ab auctore Prognostici esse conscriptum, sed quia certus sum eum ad Prognosticum non pertinere. Fortasse ad librum aliquem chirurgicum, aut therapeutici argumenti pertinuerit.

43. μήτε ὀδύνης ἐχούσης διὰ φλεγμονήν τινα, μήτε διὰ πρόφ.] Hanc Galeni et nonnullorum codd. lectionem prae vulgata μηκέτι ὀδ. ἐχ. praetuli: ipsum verbum ἔχειν per se h. l. temporis tractum longiorem significat, ita ut μηκέτι minus placeat, quin fere ineptum videatur.

καὶ οὐχ ἧσσον ἔς τι τῶν κάτω.] Pro ἔς τι vulgo ἐκ; Galenus neutrum habet. Mihi in ἐκ vestigium superesse videbatur olim adscripti ἔς τι, quod revocavi. Paulo superius ἔς τι τῶν ἄρθρων, ubi Littréus in varr. lectt. e novem libris ἐκ adnotat. Nisi hîc ἔς τι adscribas, certe cogitatione suppleas necesse est.

τὰ περὶ τὴν ἀπόστασιν.] Duplex est huius loci lectio: τὰ περὶ τῆς ἀποστάσιος, quae pervulgata in edd. et τὰ τῆς ἀποστάσιος, quam Gal. habet. Haec ferri potest: altera tamen praeplacuit, sed praepositioni debitus casus erat restituendus.

©BIUM

γεραιτέροισι. Τὰς δὲ ἀποστάσιας εἰδέναι χρὴ τοῦ χειμῶνος μᾶλλον γιγνομένας χρονιώτερόν τε παυομένας, ἢσσόν τε παλινδρομεύσας.

μδ'. Ὅστις δ' ἂν ἐν πυρετῷ μὴ θανατώδεϊ φῇ τὴν κεφαλὴν ἀλγέειν, ἢ καὶ ὀρφνώδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνεσθαι, ἢν καρδιωγμὸς τούτῳ [1] προσγένηται, χολώδης ἔμετος παρέσται· ἢν δὲ καὶ ῥῖγος ἐπιλάβῃ καὶ τὰ κάτω μέρεα τοῦ ὑποχονδρίου ψυχρὰ ᾖ, καὶ θᾶσσον ἔτι ὁ ἔμετος παρέσται· [2] ἢν δέ τι πίῃ ἢ φάγῃ ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον, κάρτα τοῦτο ταχέως ἐμεῖται. Τούτων δὲ οἷσι ἂν ἄρξηται ὁ πόνος τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ γίγνεσθαι, τεταρταῖοι πιέζονται [3] μάλιστα καὶ πεμπταῖοι· ἐς δὲ τὴν ἑβδόμην ἀπαλλάσσονται· οἱ μέντοι πλεῦνες αὐτῶν ἄρχονται μὲν πονέεσθαι τριταῖοι, χειμάζονται δὲ μάλιστα πεμπταῖοι, ἀπαλλάσσονται δὲ ἐνναταῖοι, ἢ ἑνδεκαταῖοι· οἱ δ' ἂν ἄρξωνται πεμπταῖοι πονέεσθαι, ἢν καὶ τἆλλα κατὰ λόγον αὐτοῖσι τῶν πρόσθεν γίγνηται, ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην κρίνεται ἡ νοῦσος. Γίγνεται δὲ ταῦτα τοῖσι μὲν ἀνδράσι καὶ τῇσι γυναιξὶ ἐν τοῖσι τριταίοισι μάλιστα· τοῖσι δὲ νεωτέροισι γίγνεται μὲν καὶ ἐν τούτοισι, μᾶλλον δὲ ἐν τοῖσι ξυνεχεστέροισι πυρετοῖσι καὶ ἐν τοῖσι γνησίοισι τριταίοισι.

με'. Οἷσι δ' ἐν τοιουτοτρόπῳ πυρετῷ κεφαλὴν ἀλγέουσι ἀντὶ μὲν τοῦ ὀρφνώδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνεσθαι [4] ἀμβλυωγμὸς γίγνεται, ἢ μαρμαρυγαὶ προφαίνονται, ἀντὶ δὲ τοῦ καρδιώσσειν ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ ἢ ἐπὶ δε-

44. Si quis in febre non lethali dixerit caput dolere, aut tenebricosum quiddam ante oculos obversari, si oris ventriculi morsus accesserit, biliosa vomitio aderit. Quodsi quoque rigor subortus fuerit, et inferiores praecordiis partes frigidas habuerit, adhuc citius vomitio aderit. Si vero sub id tempus biberit quidpiam aut ederit, id quam celerrime evomitur. Inter hos autem, quibus primo die dolor coepit, ii quarto et quinto die potissimum affliguntur, at septimo liberantur. Eorum tamen plerique tertio die dolore vexari incipiunt, conflictantur autem maxime quinto, verum nono aut undecimo periculo defunguntur. Qui vero quinto die dolore affligi coeperint, iis si reliqua pro ratione prioribus respondeant, ad decimum quartum diem iudicatur morbus. Ista autem viris quidem et mulieribus in tertianis praecipue contingunt: iunioribus vero cum in iis ipsis tum etiam magis in febribus perassiduis et legitimis tertianis.

45. At quibus per huiusmodi febrem caput dolet et pro tenebris ante oculos apparentibus visus hebetudo contingit, vibrantesque splendores obversari videntur et pro oris ventriculi morsu in praecordiis dextra aut sinistra parte

[1] ἐπιλάβῃ Sc. — [2] ἢν δέ τι καὶ πίῃ Sc. V. — [3] μᾶλλον Sc. V. — [4] ἀμβλυωσμός. Sc. V.

ἢσσόν τε παλινδρομεύσας.] ἢσσον δέ vulgo: equidem Galeni lectionem τε sum secutus, quia maxime convenit cum Coacae 143. fine, unde haec translata sunt.

44. ἢν καρδιωγμὸς τούτῳ προσγένηται.] Vulgo ἢ καρδ. τ. π. — Gal.: εἰ καὶ καρδ. τ. π. Schol. ἢν δὲ καὶ κ. τ. π. Lindanus Galeni lectionem recepit, ita ut εἰ in ἢν mutaverit. Eodem modo Corn., Foës. Latine: quid quod nuperrimus editor, licet vulgatam servarit, nostram lect. tamen Gallice expressit. Ego καί omittere malui, quia paulo post: ἢν δὲ καὶ ῥῖγος ἐπιλάβῃ.

τεταρταῖοι πιέζονται μάλιστα.] Vulgo hic legitur πιεζεῦνται. Chart. edidit πιέζονται, unusque cod. Par. Littréo praebuit πιεξοῦνται. — Reieci πιεζεῦνται auctore Dindorfio comment. de Dial. Herodoti § 16. — Docet enim recentiores demum πιεζέω, πιεζῶ scripsisse.

ἢν καὶ τἆλλα κατὰ λόγον αὐτοῖσι τῶν πρόσθεν γίγνηται.] ἢν de meo adscripsi: non credo structuram, qualis: οἱ δ' ἂν ἄρξωνται πεμπταῖοι πονέεσθαι καὶ τἆλλα κατὰ λόγον αὐτέοισι τῶν πρόσθεν γίγνηται, ἐς τὴν ιδ' κρίνεται ἡ νοῦσος, Graecam esse; sed etiamsi quis esse demonstret, durior videtur, quam pro huius libri oratione.

45. οἷσι δ' ἐν τοιουτοτρόπῳ πυρετῷ κεφαλὴν ἀλγέουσι — ἀμβλυωγμὸς γίγνεται.] Pro οἷσι cod. Med. ὅσον, inde fortasse Lind. ὅσοι, quod pessimum. Ceterum vel οἷσι δ' ἐν τ. π. κ. ἀ. — ἀ. γίγνεται scribendum, vel οἷσι δ' ἂν ἐν τ. π. κ. ἀ. — ἀ. γίγνηται.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 293 sur 880

©BIUM

ξιὰ, ἢ ἐπ' ἀριστερὰ ξυντείνεταί τι, μήτε ξὺν ὀδύνῃ, μήτε ξὺν φλεγμονῇ, αἷμα διὰ τῶν ῥινῶν τούτοισι ῥυῆναι προσδόκιμον ἀντὶ τοῦ ἐμέτου. Μᾶλλον δὲ καὶ ἐνταῦθα τοῖσι νέοισι τοῦ αἵματος τὴν ῥῆξιν προσδέχεσθαι, τοῖσι δὲ [1]τριηκονταέτεσι καὶ γεραιτέροισι ἧσσον, ἀλλὰ τοὺς ἐμέτους τούτοισι προσδέχεσθαι.

μς'. Τοῖσι δὲ παιδίοισι σπασμοὶ γίγνονται, ἢν ὁ πυρετὸς ὀξὺς ᾖ, καὶ ἡ γαστὴρ μὴ διαχωρέῃ, καὶ ἀγρυπνέωσί τε καὶ ἐκπλαγέωσι, καὶ κλαυθμυρίζωσι, καὶ τὸ χρῶμα μεταβάλλωσι, καὶ χλωρὸν, ἢ πέλιον, ἢ ἐρυθρὸν ἴσχωσι. Γίγνεται δὲ ταῦτα ἐξ ἑτοιμοτάτου μὲν τοῖσι παιδίοισι [2]τοῖσι νεωτάτοισι ἐς τὰ ἑπτὰ ἔτεα· τὰ δὲ πρεσβύτερα τῶν παιδίων καὶ οἱ ἄνδρες οὐκ ἔτι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ὑπὸ τῶν σπασμῶν ἁλίσκονται, ἢν μή τι τῶν σημείων προσγένηται τῶν ἰσχυροτάτων τε καὶ κακίστων, οἷάπερ ἐν τῇσι Φρενίτισι γίγνεται. Τοὺς δ' ἀπολουμένους τε καὶ περιεσομένους τῶν παιδίων τε καὶ τῶν ἄλλων τεκμαίρεσθαι τοῖσι ξύμπασι σημείοισι, ὡς ἐφ' ἑκάστοισι ἕκαστα διαγέγραπται.

μζ'. Ταῦτα δὲ λέγω περί τε τῶν ὀξέων νοσημάτων καὶ ὁκόσα ἐκ τούτων γίγνεται. Χρὴ δὲ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς προγιγνώσκειν τούς τε περιεσομένους καὶ τοὺς ἀποθανουμένους ὅσοισί τε ἂν μέλλῃ πλέονας ἡμέρας παραμένειν τὸ νόσημα καὶ ὅσοισι ἂν ἐλάσσους, τὰ σημεῖα ἐκμαθόντα πάντα δύνασθαι κρίνειν, λογιζόμενον τὰς δυνάμεις αὐτῶν πρὸς ἀλλήλας, ὥσπερ διαγέγραπται περί τε τῶν ἄλλων καὶ τῶν οὔρων καὶ τῶν πτυέλων, ὅταν πῦόν τε ἀναβήσσῃ καὶ χολήν. Χρὴ δὲ καὶ τὰς φορὰς τῶν νοσημάτων [3]τῶν αἰεὶ ἐπιδημεύντων ταχέως ἐνθυμέεσθαι, τήν τε τῆς ὥρης κατάστασιν. Εὖ μέντοι χρὴ εἰδέναι

contentio quaedam neque cum dolore, neque cum inflammatione suboritur, iis pro vomitu sanguinem e naribus profluxurum exspectandum est. Potius tamen et in eo casu in iuvenibus sanguinis fluorem exspectato. Iis vero qui trigesimum annum attingunt et senioribus minus, sed in his vomitiones exspectabis.

46. Pueris convulsiones accidunt, si febris acuta fuerit, venter non deiiciat, si vigilent, perterreantur, plorent assidue, et color immutetur, si ex viridi pallidus fiat, aut lividus, aut rubor contrahatur. Haec autem pueris quidem recens natis ad septimum usque annum promptissime eveniunt. At grandiores pueri et viri non adeo per febres convulsionibus prehenduntur, nisi vehementissimum et pessimum quoddam signum, qualia in phrenitide fieri solent, affuerit. Morituros autem et superfuturos tum pueros, tum reliquos ex omnibus signis coniicies, velut in singulis singula descripta sunt.

47. Atque haec a me et de morbis acutis et de his qui ab iis oriuntur dicuntur. Qui vero superfuturos ex morbo et morituros, eosque quibus pluribus diebus et quibus paucioribus perseverabit morbus, recte praenoscere volet, is intelligentia comprehensam omnium signorum doctrinam aestimare debet et eorum vires inter se collatas ratione expendere, velut scriptum est cum in aliis tum in urinis et sputis, ubi una et pus et bilis tussi reiecta fuerint. Quin etiam morborum semper vulgariter grassantium impetum et tempestatis conditionem cito animo concipere oportet. Atqui quod ad proprias cuiusque rei notas et reliqua signa attinet, pro-

[1] Ita etiam Sc. V. — [2] τοῖσι δὲ νεωτέροισι ὡς τὰ ἑ. ἐ. Sc. V. — [3] τῶν h. l. etiam V.

τοῖσι δὲ τριηκοντατέτεσι κ. τ. λ.] πέντε καὶ τριήκοντα ἔτεσι dedit Littréus Schol. auctoritate. Me iudice vulgata lectio servanda. Cf. § 44. supra sub fin., aliosque locos in posteriore Prognostici parte, ubi eadem aetas memoratur.

47. τὰ σημεῖα ἐκμαθόντα.] De meo aor. pro praesente ἐκμανθάνοντα intuli; paulo inferius: ἢν ἐκμαθών τις αὐτὰ κρίνειν τε καὶ λογίζεσθαι ὀρθῶς ἐπίστηται.

τῶν νοσημάτων τῶν αἰεὶ ἐπιδ.] Articulum τῶν ante αἰεὶ e Gal. addidi; pone νοσημάτων facile omitti potuit in libris cett.: linguae usus repetitum sibi requirit.

περί τε τῶν τεκμηρίων καὶ τῶν ἄλλων σημείων καὶ μὴ λανθάνειν ὅτι ἐν παντὶ ἔτεϊ καὶ πάσῃ ὥρῃ τά τε κακὰ κακὸν σημαίνει, καὶ τὰ χρηστὰ ἀγαθόν· ἐπεὶ καὶ ἐν Λιβύῃ καὶ ἐν Δήλῳ καὶ ἐν Σκυθίῃ φαίνεται τὰ προγεγραμμένα ἀληθεύοντα σημεῖα. Εὖ ὧν χρὴ εἰδέναι ὅτι ἔν γε τοῖσι αὐτοῖσι χωρίοισι οὐδὲν δεινὸν [1]τὸ μὴ οὐ τὰ πολλαπλάσια αὐτῶν ἐπιτυγχάνειν, ἢν ἐκμαθών τις αὐτὰ κρίνειν τε καὶ λογίζεσθαι ὀρθῶς ἐπίστηται. Ποθέειν δὲ χρὴ οὐδενὸς νοσήματος τοὔνομα, ὅ τι μὴ [2]τυγχάνει ἐνθάδε γεγραμμένον· πάντα γὰρ, ὁκόσα ἐν τοῖσι χρόνοισι τοῖσι προειρημένοισι κρίνεται, γνώσῃ τοῖσι αὐτοῖσι σημείοισι.

be nosse minimeque ignorare convenit quod quovis anno et quovis anni tempore mala malum et bona bonum denunciant. Quandoquidem et in Libya et in Delo et in Scythia praedicta signa vera esse comprobantur. Probe igitur tenere oportet non esse periculum ne iisdem in regionibus quis non longe plurima ex ipsis assequatur, si ea cogitatione complexus, recta mentis acie diiudicare et perpendere noverit. Neque vero est quod ullius morbi nomen, quod hic adscriptum non sit, desideres. Omnes enim, qui praedictis temporibus iudicantur, ex iisdem signis cognosces.

[1] τὸ μὴ οὐ addunt etiam Sc. V. — [2] τυγχάνει Sc. V.

εὖ ὧν χρὴ εἰδέναι.] Vulgo ἐξ ὧν, liber unus Littréi et Merc. in marg. εὖ οὖν. Gal. εὖ γοῦν. Hinc εὖ ὧν dedi, veteris scripturae vestigium, quod deprehendere mihi videbar, negligere nolens.

οὐδὲν δεινὸν τὸ μὴ οὐ τὰ πολλαπλάσια αὐτῶν ἐπιτυγχάνειν, ἢν ἐκμαθών τις κ. τ. λ.] Ne quem decipiat τὰ πολλαπλάσια, dicere liceat non esse accusativum obiectum verbi ἐπιτυγχάνειν indicantem, sed adverbii vice fungi: αὐτῶν vero genitivum esse, qui a verbo ἐπιτυγχάνειν pendet.

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 295 sur 880

©BIUM

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

ΣΥΓΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΥΠ' ΑΥΤΟΥ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ, ΠΛΗΝ ΕΝΕΣΤΙ ΤΙΝΑ ΥΠΟ ΝΕΩΤΕΡΟΥ ΙΑΤΡΟΥ ΠΑΡΕΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ.

EPIDEMIORUM LIBER PRIMUS.

CONSCRIPTUS EST AB IPSO HIPPOCRATE, SED INSUNT NONNULLA A RECENTIORE MEDICO INTERPOLATA.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

ΣΥΓΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΤΙΣ ΑΥΤΟΥ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ, ΠΑΝΥ ΕΝΕΣΤΙ
ΤΙΝΑ ΤΥΠΟ ΝΕΩΤΕΡΟΥ ΙΑΤΡΟΥ ΠΑΡΕΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ.

EPIDEMIORUM LIBER PRIMUS.

CONSCRIPTUS EST AB IPSO HIPPOCRATE, SED INSUNT NONNULLA A RECENTIORE MEDICO INTERPOLATA.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ
ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

—

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

κατάστασις α'.

α'. [1] Ἐν Θάσῳ φθινοπώρου περὶ ἰσημερίην καὶ ὑπὸ πληϊάδα ὕδατα πολλὰ, ξυνεχέα, μαλθακὰ, ὡς ἐν νοτίοισι· χειμὼν νότιος· σμικρὰ πνεύματα βόρεια, αὐχμοί· τὸ ξύνολον εἴς γε χειμῶνα, οἷον ἔαρ γίγνεται. Ἔαρ δὲ νότιον, ψυχινόν· σμικρὰ ὕσματα. Θέρος ὡς τὸ πουλὺ ἐπινέφελον, ἀνυδρίαι· ἐτησίαι ὀλίγα, σμικρὰ διεσπασμένως ἔπνευσαν. Γενομένης δὲ τῆς ἀγωγῆς [2] ὅλης ἐπὶ τὰ νότια, καὶ μετὰ αὐχμῶν, πρωΐ μὲν τοῦ ἦρος ἐκ τῆς πρόσθεν καταστάσιος ὑπεναντίης καὶ βορείου γενομένης ὀλίγοισι ἐγένοντο καῦσοι, καὶ τούτοισι [3] πάνυ εὐσταθεῖς, καὶ ὀλί-

EPIDEMIORUM.
LIBER PRIMUS.

—

Sectio Prima.

Status Primus.

1. In Thaso ad auctumnum circiter aequinoctium et sub vergiliarum occasum pluviae multae continentes et lenes fuerunt, utpote spirantibus austris. Hiems austrina, quae flatus aquilonares parvos et iusto maiores siccitates habuit atque etiam in totum veri similis fuit. Ver autem austrinum, frigidum parvas habens pluvias. Aestas ut plurimum nubila, in qua ab imbribus cessatio fuit. Anniversarii venti, qui *etesiae* dicuntur, parum, tenuiter, disiunctim spiravere. Exsistente igitur toto nos ambientis aëris statu austrino et ad magnas siccitates vergente, primo quidem tempore veris, quod

[1] In marg. inscriptio: τὰ κατὰ τὰς τροπὰς καὶ ἀστέρων ἐπιπολλας (lege: ἐπιτολάς.) καὶ δύσιας νοσήματα. — [2] ὅλως V. — [3] πάντη V.

1. περὶ ἰσημερίην καὶ ὑπὸ πληϊάδα.] Spectatur tempus ab aequinoctio circiter inde auctumni ad vergiliarum occasum usque. Cf. Gal. in Comm. Itaque temporis intervallum inter diem 21 mensis Septembris et sextum diem Novembris. vid. Sprengel. Apol. Hipp. II. p. 514.

ὕδατα πολλὰ ξυνεχέα, μαλθακὰ, ὡς ἐν νοτίοισι.] Haec vulgata in plurimis Edd. est lectio. Alteram ὑ. π. ξ. μαλθακῶς ἐν νοτίοισι Littréus exhibuit, forteque eandem vidit Galenus, licet non certo constet, utrum hic verba ἐν νοτίοισι adscripta invenerit, nec ne. Littréus in notula: „le texte vulgaire, inquit, signifie pluies douces, comme par le vent du midi: ce qui voudrait dire implicitement que lorsque le vent souffle du midi, la pluie tombe doucement. Or, il peut très bien y avoir une averse avec le vent du midi. C'est cette raison, qui m'a fait preferer la leçon de A., qui n'a pas ὡς." Hic igitur ὕδατα ... μαλθακά accepit de pluviis κατὰ ψεκάδα, qua in re fere secum consentientem habet Galenum in comm. scribentem: τὸ γὰρ πλῆθος αὐτῶν (τῶν ὑδάτων) ἠθροίσθη διὰ τὸ συνεχὲς ἐν χρόνῳ πλέονι γενέσθαι καὶ μὴ καθάπαξ λαβρῶς ἐν ἑνὶ καιρῷ. Me iudice ὕδατα ... μαλθακά tum ad imbres tum ad pluvias minus largas referri potest, quum in primis ad caloris temperiem hoc adiectivum spectet. Infra Epid. III. Statu pest. initio: χειμὼν νότιος, ὑγρὸς, μαλακός: et ibidem γενομένου τοῦ ἔτεος νοτίου καὶ ὑγροῦ καὶ μαλθακοῦ. Itaque recte μαλθακὰ, ὡς ἐν νοτίοισι: i. e. *quippe* vel *utpote* spirantibus austris. Nam Corn. et Foës. ὡς h. l. minus recte sunt interpretati. Praeterea μαλθακὰ, ὡς facilius in μαλθακῶς abire potuit, quam contraria permutatione ex hocce illud nasci.

ὁκοῖον ἔαρ.] Ubicumque mss. ἔαρ darent, hanc formam recepi, quippe quae magis quam ἦρ cum Ionici sermonis ratione quadrat et ab Herodoto etiam usurpata est.

ἐτησίαι ὀλίγα, σμικρὰ, διεσπασμένως ἔπνευσαν.] Cod. vetustissimus nuperrimo editori praebuit διεσπαρμένως, quod hic tum h. l. tum aliis in textum intulit. Saepius hae scripturae alternant in his libris, nec tamen dubito quin διεσπασμένως cett. unice verum sit, ita ut ubivis ita scripserim. Hoc quidem loco διεσπαρμένως ne sanum quidem sensum praebet. Neque enim sermo est de ventis variis locis eodem tempore spirantibus, sed de ventis non continuo tempore in eadem regione flantibus.

πρωΐ μὲν τοῦ ἦρος.] Recte editor nuperrimus: „au debut du printemps"; minus bene Corn. et Foës.: „ante ver," quasi πρὸ τοῦ ἦρος legissent. Est tamen ubi Foës. *ineunte vere* Latine, quod cum *ante ver* non erat confundendum.

©BIUM

γοισι [1] ἡμορῥάγεε, οὐδ' ἀπέθνησκον ἐκ τούτων. Ἐπάρματα δὲ [2] παρὰ τὰ ὦτα πολλοῖσι ἑτερόρροπα καὶ ἐξ ἀμφοτέρων, τοῖσι πλείστοισι ἀπύροισι ὀρθοστάδην· ἔστι δὲ οἳ καὶ σμικρὰ [3] ἐπεθερμαίνοντο· κατέσβη πᾶσι ἀσινέως, οὐδ' ἐξεπύησε οὐδενί, ὥσπερ τὰ ἐξ ἄλλων προφασίων. Ἦν δὲ ὁ τρόπος αὐτῶν, χαῦνα, μεγάλα, κεχυμένα, οὐ μετὰ φλεγμονῆς, ἀνώδυνα· πᾶσι ἀσήμως ἠφανίσθη. Ἐγένετο [4] δὲ ταῦτα μειρακίοισι, νέοισι, ἀκμάζουσι, καὶ τούτων τοῖσι περὶ παλαίστρην καὶ γυμνάσια πλείστοισι· γυναιξὶ δὲ ὀλίγῃσι ἐγένετο. Πολλοῖσι δὲ βῆχες ξηραὶ [5] καὶ φωναὶ βραγχώδεες· οὐ μετὰ πουλὺ, τοῖσι δὲ καὶ μετὰ χρόνον φλεγμοναὶ μετ' ὀδύνης ἐς ὄρχιν ἑτερόρροποι, τοῖσι δὲ ἐς ἀμφοτέρους· πυρετοὶ τοῖσι μὲν, τοῖσι δ' οὔ· ἐπιπόνως ταῦτα τοῖσι πλείστοισι· τὰ δ' ἄλλα, ὁκόσα κατ' ἰητρεῖον, ἀνόσως διῆγον.

superior status subcontrarius et aquilonius factus fuerat, paucis febres ardentes contigerunt, eaeque valde mites et facillime consistentes, quae neque sanguinis ex naribus profusionem nisi paucis, neque mortem adtulerunt. Multis vero aurium tumores subnascebantur, qui in alteram partem vergebant, plerisque etiam in utramque, iisque febre vacuis et in erectum stantibus nec decumbentibus: nonnulli tamen paulisper incalescebant. Omnibus absque noxa exstincti sunt neque cuiquam velut ii, qui alias sui ortus causas habent, suppurationem fecerunt. Horum autem ea fuit natura, ut molles et laxi essent, magni, late extensi vel diffusi sine inflammatione et dolore, omnibusque sensim et sine ulla significatione evanescerent. Fiebant ista quidem adolescentibus, iuvenibus, aetate florentibus, atque ex his maxime illis, qui in palaestra et gymnasiis exercebantur: mulieribus vero paucis contingebant. Multis tusses aridae

[1] αἱμορράγεε V. — [2] κατά V. — [3] ἀπεθερμαίνοντο V. — [4] δέ om. V. — [5] καί, quod vulg. fert, om. etiam V.

ὀλίγοισι ἡμορράγεε.] Gal. ὀλίγοις ἡμορράγησαν, de quo incertus sum utrum ἡμορράγησαν librariorum errore ex ἡμορράγησε natum sit, an vero antea ὀλίγοι ἡμορράγησαν scriptum fuerit. Hoc quidem vero similius mihi; sed omnino praefero ὀλίγοισι ἡμορράγεε: nam licet pauci sint loci ubi personaliter sumere possis hoc verbum, longe frequentius in his libris impersonaliter usurpatur αἱμορραγεῖ μοι, quin etiam possis ubivis ita sumere. Locos, ubi occurrit, colligam: Ep. I. cap. 6.: οὔτε γὰρ ἡμορράγησε, εἰ μὴ ... ὀλίγοισι; cap. 12.: τούτοισι αἱμορραγέει διὰ ῥινῶν; cap. 14.: οἷσι μὲν καλῶς ... ἐκ ῥινῶν αἱμορραγήσειε, et οἷσι μὴ αἱμορραγήσειε. cap. 15.: τούτῳ καὶ ἐκ ῥινῶν ἡμορράγησε: ibid. ἡμορράγεε τοῖσι πλείστοισι: ibid. οἷσι μὴ ἡμορράγησε et οἷσι οὐκ ἡμορράγησε: cap. 18. οὐδ' ἡμορράγησε οὐδενί. cap. 19. οἷσι γὰρ ἢ διὰ ῥινῶν καλῶς ἡμορράγησε. — Aegro 6. I. περὶ δὲ λ' ἐόντι ἤρξατο ἀπὸ ῥινῶν αἱμορραγέειν; aegro 7. ibid. τούτῳ ἡμορράγησε πολλάκις. Aegro 6. lib. III. post. statum pest. τῇ πρώτῃ ἡμορράγησε ἐξ ἀριστεροῦ πουλύ· ὁ μέντοι πυρετὸς ἐπέτεινε. Ibid. vero aegro 7.: κδ' ... ἡμορράγησε σμικρὰ διὰ ῥινῶν· ἴδρωσε· ἄπυρος. Quo loco ob ἴδρωσε, fere ἡμορράγησε personaliter sumi dixeris, licet id minime certum sit. Ibid. aegro nono: μ' διὰ ῥινῶν ἡμορράγησε πουλὺ καὶ κατενόει μᾶλλον, ubi vix discernis quomodo Hipp. sumserit: sed locos superiores si conferas, malis tamen impersonaliter sumere; idque eo lubentius cum similis ratio sit in dictionibus τούτῳ ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξε δὶς κατ' ὀλίγον. et τούτῳ ἀπὸ ῥινῶν λαῦρον ἐρρύη ἄκρητον. cett.

ἐπάρματα δὲ παρὰ τὰ ὦτα.] Cum Littréo ex optimis codd. παρά pro κατά, quod antea edebatur, exhibeo e constanti orationis Hippocraticae usu. Exemplorum vim si velis, vide Coacis 199. seqq.

ἔστι δὲ οἳ καὶ σμικρὰ ἐπεθερμαίνοντο.] Quod olim legebatur, ἔστι δὲ οἷσι καὶ σμ. ἐ., utique vitiosum est, sicuti recte vidit Littréus. Nimirum ἐπιθερμαίνεσθαι ab Hippocrate non de inflammatione partis alicuius usurpari solet, sed de calore febrili, quod apposite cum huius loci sensu congruit.— Galenum nostram loci scripturam vidisse patere dixerim e verbis in Comm. p. 53. Ed. Kühn. ἀλλ' εἰ καί πού τις ἐξ αὐτῶν ἐγένετο θερμότερος, ἐπὶ βραχὺ τοῦτ' ἔπασχε. tum vero e p. 58. 10. καί τισιν αὐτῶν καὶ πυρετούς.

ἐγένετο δὲ ταῦτα μειρακίοισι, νέοισι, ἀκμάζουσι.] Littréus: ἐγένετο δὲ ταῦτα μειρακίοισιν ἐοῦσιν, ἀκμάζουσι, vix duorum librorum auctoritate. In notula autem: „on voit, inquit, que dans le commentaire de Galien il n'est question que de μειράκια et de ἀκμάζοντες et aucunement de νέοι. Ce rapprochement m'a déterminé à adopter la leçon de C. Plus loin on trouve μειράκια, ἀκμάζοντες sans νέοι et plus loin encore μειράκια, νέοι, ἀκμάζοντες." Ex comm. Galeni, nî fallor, haud ita certo efficias hunc νέοισι non legisse: quod autem attinet ad locos laudatos, alter est e cap. 15. mihi, alter e 19., qui certe vulgatae loci nostri lectioni magnam facit fidem, eo magis quum lib. III. statu pest. νέοισι Φλεγματώδεσι legas, ita ut constet νέοι nostro non insuetum esse. Illud μειρακίοισιν ἐοῦσιν librariorum est; cod. vero R. μειρακίοισι νέουσι habens transitus qualis fuerit, aperte docet.

πολλοῖσι δὲ βῆχες ξηραὶ καὶ φωναὶ βραγχώδεες.] Vulgo: πολλοῖσι δὲ βῆχες ξηραὶ, βήσσουσι καὶ οὐδὲν ἀνάγουσι καὶ φωναὶ βραγχώδεες. Mihi quidem dudum suspectum erat βήσσουσι καὶ οὐδὲν ἀνάγουσι, quippe glossema referre videbatur ad βῆχες ξηραί adscriptum et ad πολλοῖσι relatum, antequam videram iam Lindanum id omisisse, cum quo consentienter agendum visum est, ita ut glossema expulerim.

οὐ μετὰ πουλὺ, τοῖσι δὲ καὶ μετὰ χρόνον φλεγμοναί.] Recte mihi videtur Littréus verba οὐ μετὰ πουλὺ τοῖσι δὲ καὶ μετὰ χρόνον ad seq. φλεγμοναί retulisse, cum antea interpretes Corn. et Foës. verba οὐ μετὰ πουλύ ad antecedens φωναὶ βραγχώδεες referrent, Calvus eodem traheret ista omnia.

©BIUM

β'. Πρωΐ δὲ τοῦ θέρεος [1] ἀρξάμενοι [2] καὶ διὰ θέρεος, καὶ κατὰ χειμῶνα, πολλοὶ τῶν ἤδη πουλὺν χρόνον ὑποφερομένων φθινώδεες κατεκλίθησαν· ἐπεὶ καὶ τοῖσι ἐνδοιαστῶς ἔχουσι, πολλοῖσι [3] ἐβεβαιώθη [4] τότε· ἔστι δ' οἷσι ἤρξατο πρῶτον [5] τότε, οἷσι ἔρρεπε ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες. Ἀπέθανον δὲ πολλοὶ καὶ πλεῖστοι τούτων· καὶ τῶν κατακλιθέντων οὐκ οἶδ' εἴ τις καὶ μέτριον χρόνον [6] περιεγένετο· ἀπέθνησκον δὲ ὀξυτέρως, ἢ ὡς [7] εἴθισται διάγειν τὰ τοιαῦτα. Ὡς τά γε ἄλλα καὶ μακρότερα [8] καὶ ἐν [9] πυρετοῖσι ἐόντα εὐφόρως ἤνεγκαν καὶ οὐκ ἀπέθνησκον, περὶ ὧν γεγράψεται. Μοῦνον γὰρ καὶ μέγιστον τῶν [10] τότε γενομένων νοσημάτων τοὺς πολλοὺς τὸ φθινῶδες ἔκτεινε. Ἦν δὲ τοῖσι πλείστοισι αὐτῶν τὰ παθήματα τοιάδε· φρικώδεες πυρετοί, ξυνεχέες, ὀξέες,

2. Primo vero aestatis tempore et per ipsam aestatem atque etiam ad hiemem eorum multi, qui iam longo intervallo consumpti erant, tabefacti decubuerunt, si quidem et multis de tabe in dubium venientibus ipsa tunc est confirmata. Est ubi etiam eos, qui natura erant ad tabem prompte comparata, tum primum occupavit. Ex his multi atque etiam plurimi interierunt. Atque haud scio num quis ex decumbentibus etiam modico tempore superfuerit. Celerius vero interierunt, quam talia transigi soleant, praesertim cum alios et diuturniores et cum febribus coniunctos pertulerunt neque interierunt, de quibus paulo post scribetur. Solus namque et eorum, qui tunc viguerunt, maximus morbus multos tabes ipsa peremit. Eorum autem plurimis huiusmodi affectus aderant: febres horroris sensu et inanes et vox rauca. Haud ita multo post, quibusdam vero ex temporis intervallo inflammationes cum dolore in alterum testem erumpebant, quibusdam etiam in utrosque. Alii quidem febribus corripiebantur, nonnulli vero sine febre persistebant. Atque adeo haec ipsa plurimis gravia et molesta fuere. De reliquo autem quod ad ea attinet, quae ad chirurgiam spectant, in his inculpate habebant.

[1] ἀρξάμενοι etiam V. — [2] καί om. V. — [3] ἐβεβαίωσε V. ut vulg. — [4] τόδε V. — [5] τουτέοισι V. — [6] διεγένετο V. — [7] ἴθισται V. — [8] καί h. l. om. V. — [9] τοῖσι π. V. — [10] τότε om. V., qui γινομ.

2. πρωΐ δὲ τοῦ θέρεος ἀρξάμενοι καὶ διὰ θέρεος ..... πολλοὶ τῶν ἤδη πουλὺν χρόνον ὑποφερομένων φθινώδεες κατεκλίθησαν.] Mihi quidem in hisce ἀρξάμενοι, quae optimorum librorum lectio est, praeplacet prae altera ἀρξαμένου, licet haec quoque ferri forsitan possit et plurium librorum auctoritate nitatur. Nempe πρωΐ τοῦ θέρεος iam per se sine addito ἀρξαμένου prima aestatis tempora significat, atque eiusmodi formulae in his libris perfrequentes sunt: Ep. I. § 1. πρωΐ μὲν τοῦ ἦρος. § 4. πρωΐ τοῦ φθινοπώρου et πρωΐ δὲ τοῦ ἦρος. Lib. III. § 2. statu pest. πρωΐ δὲ τοῦ ἦρος. § 5. πρωΐ τοῦ ἦρος. § 12. πρωΐ δὲ τοῦ ἦρος. Quibus locis omnibus πρωΐ cum genit. substantivi sine participio addito ponitur. Tum vero § 14. lib. I. legimus: πρωΐ δὲ τοῦ ἦρος ἤρξαντο καῦσοι καὶ διετέλεον μέχρι ἰσημερίης καὶ πρὸς τὸ θέρος: addit autem ὅσοι μὲν οὖν ἔαρος καὶ θέρεος ἀρξαμένου αὐτίκα νοσέειν ἤρξαντο, ita ut posteriore loco omnino interpretetur πρωΐ τοῦ ἦρος, quod paulo ante posuerat. Haec omnia faciunt ut ἀρξάμενοι longe praeferam et ad φθινώδεες κατεκλίθησαν referam. Gal. habet φθινωδῶς, quod ferri quoque possit, in primis si iungas τῶν ὑποφερομένων φθινωδῶς, nec tamen praeferendum mihi videtur. Ὑποφθειρομένων aut glossema est aut error librariorum; iam Trill. Ep. ad Freind. opusc. II. p. 199. contulit locum ex aegro 13. Ep. III. post St. pest. Ἀπολλώνιος ... ὀρθοστάδην ὑπεφέρετο χρόνον πουλύν.

πολλοῖσι ἐβεβαιώθη τότε.] Cett. ἐβεβαίωσε, quod sanum non est. Verba ista in ω̄ ab adiectivis in ος ducta sunt transitiva; loco autem nostro verbum transitivum incongruum. Itaque suspicor terminationibus confusis ἐβεβαίωσε ex ἐβεβαιώθη natum esse; subiectum erit τὸ φθινῶδες. — De eiusdem generis vitiis cf. aegros 1. et 16. lib. III. post statum pestil. cum adnn. ibi locorum.

πρῶτον τότε, οἷσι ἔρρεπε.] Vulgata lectio τουτέοισι pro τότε, οἷσι librariis omnino debetur: recte cod. vetustissimum hac in re secutus est editor Parisiensis. Quae Gal. ad haec verba adnotat de ordinis mutatione, qua opus esse sibi videri dicit, ea omnino pertinent ad plura alia parum considerate in his comm. ab illo litteris mandata.

ἀπέθνησκον δὲ ὀξυτέρως, ἢ ὡς εἴθισται διάγειν τὰ τοιαῦτα.] Verbum διάγειν h. l. ad morbum refertur, cuius longinquitatem significat, sicuti lib. III. § 7. πολλοῖσι δὲ καὶ μακρότερα διῆγε. Ceterum frequens est nostro huius verbi usus, qui addito adverbio ad aegros refertur. Lib. I. § 3. οὐδὲ περὶ τὰ ἄλλα δυσφόρως διάγουσιν ἐγένοντο. aegro 4. καὶ τἄλλα κούφως διάγουσαν; aegro 5. ια' ...

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 301 sur 880

©BIUM

τὸ μὲν ὅλον [1] οὐ διαλείποντες· ὁ δὲ τρόπος, ἡμιτριταῖος· [2] τὴν μίαν κουφότεροι, τῇ δ' ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι, καὶ τὸ ὅλον ἐπὶ τὸ ὀξύτερον ἐπιδιδόντες· ἱδρῶτες δὲ αἰεὶ, οὐ δι' ὅλου· ψύξις ἄκρων πολλὴ, καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα· κοιλίαι ταραχώδεες χολώδεσι ὀλίγοισι, ἀκρήτοισι, λεπτοῖσι, δακνώδεσι· πυκνὰ ἀνίσταντο. Οὖρα δὲ ἦν λεπτὰ καὶ [3] ἄχροα, καὶ ἄπεπτα, καὶ ὀλίγα, ἢ πάχος ἔχοντα καὶ σμικρὴν ὑπόστασιν, οὐ καλῶς καθιστάμενα, ἀλλ' ὠμῇ τινι καὶ ἀκαίρῳ ὑποστάσι. Ἔβησσον δὲ σμικρὰ, πυκνὰ, πέπονα, [4] κατ' ὀλίγον μόλις ἀνάγοντες· οἷσι δὲ τὰ βιαιότατα ξυμπίπτοι, οὐδ' ἐς ὀλίγον πεπασμὸς ἦν, ἀλλὰ διετέλεον ὠμὰ πτύοντες. Φάρυγγες δὲ [5] τοῖσι πλείστοισι τούτων ἐξ ἀρχῆς [6] καὶ διὰ τέλεος ἐπώδυνον εἶχον ἔρευθος μετὰ φλεγμονῆς· ῥεύματα σμικρὰ, λεπτὰ, δριμέα· ταχὺ τηκόμενοι καὶ κακούμενοι· ἀπόσιτοι πάντων γευμάτων· διὰ τέλεος ἄδιψοι καὶ παράληροι πολλοὶ περὶ θάνατον. Περὶ μὲν τὰ φθινώδεα ταῦτα.

insignes, assiduae et acutae in totum quidem non desinentes, sed quae erant ex semitertianarum genere, uno die leviores, altero vero insuper ingravescentes, et in universum vehementius increscentes. Sudores autem perpetui, non tamen per totum corpus diffusi, extremorum refrigeratio multa, quae difficulter ad calorem redierunt. Alvi conturbatae biliosa, pauca, sincera, tenuia, mordacia egesserunt crebroque assurrexerunt. Urinae tenues, crudae, decolores atque paucae, aut crassitudinem et paucum quod desideret habentes; neque probe consistentes, sed in quibus ea, quae subsidebant cruda et intempestiva erant. Tussiendo vero pauca, densa, concocta reiiciebant et quae paulatim et non nisi aegre educerentur. Qui autem violentissime conflictabantur, iis ne parva quidem concoctio adfuit, sed perpetuo cruda exspuebant. Horum etiam plurimis fauces statim et ad extremum usque rubore et inflammatione affectae doluerunt, fluxionibusque parvis, tenuibus et acribus tentati, cito consumpti maleque vexati sunt, perpetuo cibos omnes aversabantur, neque siti capiebantur multique circa mortem delirabant. Atque ista quidem tabidis contigerunt.

γ'. Κατὰ δὲ θέρος ἤδη καὶ φθινόπωρον πυρετοὶ πολλοὶ, [7] ξυνεχέες, οὐ βίαιοι, μα-

3. Iam vero ad aestatem et auctumnum febres multae, assiduae, neque violentae prehendebant,

[1] οὐ om. V. — [2] μίην κ. etiam V. — [3] ἄχροια V. — [4] μετ' ὀλίγα V. — [5] τοῖσι om. V. — [6] καὶ om. V. — [7] ἐξέες V.

διῆγε κουφότερον; aegro 10. εὐφόρως τὰ περὶ διαχώρησιν διῆγε. Lib. III. St. pest. initio κατὰ μὲν τὸν χειμῶνα διῆγον ὑγιηρῶς; ibid. § 12. πάνυ διῆγον ἀδίψως.

ὁ δὲ τρόπος, ἡμιτριταῖος· τὴν μίαν κουφότεροι, τῇ δ' ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι.] Vulgo τὴν μὲν κουφοτέρην, τῇ δ' ἑ. ἑ. — Cod. vetustiss. Par. pro τὴν μέν legit ἢ μίαν; plures vero libri μίην pro τὴν μέν. Plures alii iam ediderunt τὴν μίην, inter quos Freindius. — Littréus: „il faudrait peut-être lire τὴν δ' ἑτέρην, comme plus loin μίαν ὑποκουφίζοντες καὶ μίαν παροξυνόμενοι." Non credo de vulgata hac in re esse deflectendum.

κοιλίαι ταραχώδεες χολώδεσι, ὀλίγοισι κ. τ. λ.] Foës. in adnn.: „codex, inquit, ms. vetustissimus χολώδεες, quo modo cum Galeno legimus." Nuperrimus editor in varr. lectt. ex uno libro χολώδεες adscribit. Quare vero Foës. hoc prae χολώδεσι praetulerit, neutiquam perspicere valeo. Lib. I. aegro 13. κοιλίη ἐταράχθη χολώδεσι, ἀκρήτοισι, ὀλίγοισι. Lib. III. ante st. pest. aegro 5. κοιλίη ταραχώδης λεπτοῖσι ὑποχολώδεσι. aegro 8. κοιλίη ταραχώδης χολώδεσι λεπτοῖσι, πολλοῖσι. cett.

οἷσι δὲ τὰ βιαιότατα ξυμπίπτοι, οὐδ' ἐς ὀλίγον πεπασμὸς ἦν.] Illud ἐς ὀλίγον hîc eodem modo ponitur, quo sexcenties praepositio εἰς cum nominibus coniuncta adverbialiter ut haec sumantur facit v. c. εἰς καλόν, εἰς ὅσον cett. Cf. Vig. p. 596. Moneo propterea quod nuperrimus editor in textum intulit οὐδ' ἐς ὀλίγον πεπασμὸν ἔει, codicis quidem vetustissimi auctoritate, sed qui h. l. deteriorem lect. praebet, ab orationis Hippocrateae consuetudine abhorrem. Advertit tamen illud ἔει. Nimirum in frequenti litterarum ι et ν in vocabulorum fine permutatione non a vero absimile iudico hanc lectionem ortam esse ex Ionismo ἔε vel, addito ν ἐφελκυστικῷ, ἔεν pro ἦν; Cf. Lex. Herodoteum in εἰμι.

φαρύγγες δὲ τοῖσι πλείστοισι .... ἐπώδυνον εἶχον ἔρευθος μετὰ φλεγμονῆς.] Legebatur olim ἐπώδυνον εἶχον, ἔχοντες ἔρευθος, quod Freindium etiam intactum reliquisse miror, quum in Ald. ἔχοντες non legatur, ita ut rectissime Littréus istam dittographiam, optimorum codd. auctoritate suppressérit. Hic autem quare pone εἶχον distinxerit non satis capio; nam arctissime cohaerent verba ἐπώδυνον εἶχον ἔρευθος μ. φ. Magis etiam miror Lindanum scribentem: φ. δ. τ. π. .... ἐπώδυνον εἶχον. [καὶ] ῥεύματα σμικρὰ κ. τ. λ., omissis intermediis.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 302 sur 880

©BIUM

κρὰ δὲ νοσέουσι, οὐδὲ περὶ τὰ ἄλλα δυσφόρως διάγουσι [1]ἐγένοντο· κοιλίαι τε [2]γὰρ ταραχώδεες τοῖσι πλείστοισι πάνυ εὐφόρως, καὶ οὐδὲν ἄξιον λόγου προσέβλαπτον· οὖρά τε τοῖσι πλείστοισι, εὔχροα μὲν, καὶ καθαρὰ, λεπτὰ δὲ καὶ μετὰ χρόνον περὶ κρίσιν πεπαινόμενα· βηχώδεες οὐ λίην, οὐδὲ τὰ βησσόμενα δυσκόλως· οὐδ' ἀπόσιτοι, ἀλλὰ καὶ διδόναι πάνυ ἐνεδέχετο. Τὸ μὲν [3]οὖν ὅλον ὑπενόσεον οἱ φθινώδεες οὐ τὸν φθινώδεα τρόπον πυρετοῖσι φρικώδεσι, σμικρὰ ἐφιδροῦντες, ἄλλοτε ἀλλοίως παροξυνόμενοι πεπλανημένως, τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἐκλείποντες, παροξυνόμενοι δὲ [4]τριταιοφυέα τρόπον. Ἐκρίνετο δὲ τούτων, οἷσι τὰ [5]βραχύτατα γένοιτο, περὶ εἰκοστὴν ἡμέρην, τοῖσι δὲ πλείστοισι περὶ τεσσαρακοστὴν, πολλοῖσι δὲ περὶ ὀγδοηκοστήν. Ἔστι δὲ οἷσι οὐδ' οὕτως, ἀλλὰ πεπλανημένως [6]τε καὶ ἀκρίτως ἐξέλιπον· τούτων δὲ [7]τοῖσι πλείστοισι οὐ πουλὺν διαλιπόντες χρόνον ὑπέστρεψαν οἱ πυρετοὶ πάλιν· ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων ἐν τῇσι αὐτῇσι περιόδοισι ἐκρίνοντο· [8]πολλοῖσι δὲ αὐτῶν ἀνήγαγον, ὥστε καὶ ὑπὸ χειμῶνα νοσέειν. Ἐκ πάντων δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων ἐν τῇ καταστάσι ταύτῃ, μούνοισι τοῖσι φθινώδεσι θανατώδεα ξυνέπεσε· [9]ἐπεὶ τοῖσί γε ἄλλοισι εὐφόρως πᾶσι· καὶ

istaeque diu laborantibus neque ceterum moleste habentibus contigerunt. Alvi enim plurimis valde placide deturbatae sunt, nihilque effatu dignum noxae attulerunt, urinaeque plurimis boni quidem coloris et purae aderant, sed tenues et quae tandem iudicationis tempore concoquebantur. Hi non admodum tussiculosi erant, neque ea, quae tussi reiiciuntur negotium exhibebant, neque cibum non aversabantur modo, verum etiam exhibendi illius facilem faciebant copiam. In summa igitur afficiebantur qui tabescebant non quomodo ceteri tabidi solent, sed febribus cum horroris sensu correpti parum insudabant; febres illae vagas et errabundas accessiones habebant, neque in totum desinebant, sed ad tertianarum speciem insultus faciebant. Inter eos autem quibus erant brevissimi morbi, ii ad vigesimum diem iudicatione solvebantur, plerisque vero ad quadragesimum, nonnullis etiam ad octogesimum. Est ubi ne sic quidem, sed errabunde et nulla observata iudicatione quibusdam desinerent. Horum quoque plurimis quae non diu remiserant febres reversiones fecerunt, eodemque dierum ambitu post ipsas reversiones iudicabantur: eorumque multis ita producebantur, ut etiam sub hiemem aegrotarent. Ex his autem omnibus, qui in hac status conditione

[1] ἐγένετο V. — [2] ταραχώδεες. V. — [3] οὖν etiam V. — [4] τριταιοφιλέα V. — [5] βραχύτερα γίνοιτο V. — [6] τε om. V. — [7] τοὺς πλείστους V. — [8] πολλεί V. — [9] ἐπί V.

3. οὔτε περὶ τὰ ἄλλα δυσφόρως διάγουσι.] Quod Galeni textus fert et Foës. et Littr. ex uno libro adnotant, ἔχουσι pro διάγουσι, glossema mihi esse videtur: cf. quae ad § superiorem de διάγειν adnotavimus.

κοιλίαι τε γὰρ ταραχώδεες τοῖσι πλείστοισι πάνυ εὐφόρως] Vulgo κοιλίαι ταραχώδεες τοῖσι πλείστοισι πάνυ εὐφόρως. Littréus κοιλίαι τε ταραχώδεες κ. τ. λ. e plurimis mss. At idem e solo cod. antiquissimo κ. τε γὰρ τ. describit addens: „il ne serait nullement impossible de defendre la leçon de A." Mihi quidem de his variis lectionibus res ita se habere videtur: in cod. antiquissimo vocula γάρ servata est, quae in vulgata lectione interiit propter syllabarum ΓΑΡ et ΤΑΡ similitudinem, et contra in codice antiquissimo periit ταραχώδεες, quod in vulgata est servatum. Sponte igitur sequitur utrumque esse recipiendum; sed locus noster simul eximio rursus est documento codicem illum Par. A ductum esse e textu diverso a vulgato et Galenico, quod etiam e locis in lib. de V. A. patet.

τὸ μὲν οὖν ὅλον ὑπενόσεον οἱ φθινώδεες οὐ τὸν φθινώδεα τρόπον.] Galenus et tres libri, inter quos unus et alter optimae notae οὖν non habent. Pergamenus voculam desiderans, qua haec cum superioribus arctius copularentur τὸ μὲν γὰρ ὅλον proposuit in Comm. Mihi οὖν longe praestare videtur. Quod autem attinet ad difficultatem hunc locum, ut aiunt, prementem, quod phthisicorum scilicet mentio facta sit, haec mihi, nisi nodum in scirpo quaerere lubeat, nulla esse videtur. Nam quum tabidi per totum annum magis quam ceteri periculose afficerentur, Hippocrates nostro loco, quo quales aestate et auctumno febres fuerint describit, narrat qua ratione istae hac anni tempestate affecerint tabescentes, ita nempe ut non solito φθινωδέων more laborarent, sed febres eos prehenderint ab universa constitutione epidemica pendentes. Editor nuperrimus mirum in modum interpunxit, quo si distinguas, locum profecto non intelliges.

πολλοῖσι δὲ αὐτῶν ἀνήγαγον, ὥστε καὶ ὑπὸ χειμῶνα νοσέειν.] Verbum ἀνάγειν intransitive sumtum, praeterquam hoc loco duobus etiam aliis in Epid. libb. occurrit. Infra § 7. καὶ παροξυνόμενοι καὶ ἀνάγοντες ἐπὶ τὸ κάκιον. et § 25. καὶ ἀνάγει ἐπὶ τὸ χαλεπώτερον. Est tamen sensus, quo his locis sumitur me iudice ab eo, quo nostro loco usurpatur, nonnihil diversus. Illis enim de continuo incremento accipio, nostro vero de frequenti morbi reversione, ita ut hic in longum protrahatur.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 303 sur 880

©BIUM

θανατώδεα ἐν τοῖσι ἄλλοισι πυρετοῖσι οὐκ [1] ἐγένετο.

descripti sunt, solis tabidis lethalia contigerunt, in ceteris vero febribus nequaquam obvenere.

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Sectio Secunda.

κατάστασις β'.

Status secundus.

δ'. Ἐν Θάσῳ πρωΐ τοῦ φθινοπώρου χειμῶνες οὐ κατὰ καιρὸν, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισι πολλοῖσι ὑγροὶ καὶ προεκρηγνύμενοι. Ταῦτα δὴ ἐγένετο τοιαῦτα μέχρι πληϊάδος δύσιος καὶ ὑπὸ πληϊάδα. Χειμὼν δὲ βόρειος· ὕδατα πολλὰ, λάβρα, μεγάλα, χιόνες, μιξαίθρια [2] τὰ πλεῖστα· ταῦτα δὲ ἐγένετο μὲν πάντα, οὐ λίην δὲ ἀκαίρως τὰ τῶν ψυχέων. Ἤδη δὲ μεθ' ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς, καὶ ἠνίκα ζέφυρος πνέειν ἄρχεται, ὀπισθοχειμῶνες μεγάλοι, βόρεια πολλά· χιὼν καὶ ὕδατα ξυνεχέως πολλὰ, καὶ οὐρανὸς λαιλαπώδης καὶ ἐπινέφελος· ταῦτα δὲ ξυνέτεινε καὶ οὐκ [3] ἀνίει μέχρι ἰσημερίης. Ἔαρ δὲ ψυχρὸν, βόρειον, ὑδατῶδες, ἐπινέφελον· θέρος οὐ λίην καυματῶδες ἐγένετο· ἐτησίαι ξυνεχέως ἔπνευσαν· ταχὺ δὲ περὶ ἀρκτοῦρον ἐν βορείοισι πολλὰ πάλιν ὕδατα. Γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος ὅλου ὑγροῦ, καὶ ψυχροῦ καὶ βορείου, κατὰ χειμῶνα μὲν ὑγιηρῶς εἶχον τὰ πλεῖστα· πρωΐ δὲ τοῦ ἦρος πολλοί τινες καὶ οἱ πλεῖστοι διῆγον ἐπινόσως.

4. Auctumni principio in Thaso tempestates non tempestivae sed cum multis aquilonibus et austris repentinae et humidae prorupere. Taliaque ad vergiliarum occasum usque et sub vergilias ipsas exstitere. Hiems autem aquilonea, aquae multae, vehementes, magnae, nives, hisque intermixta ut plurimum aëris serenitas. Atque ista omnia contingebant, nec certe admodum inopportuna erant frigora. Iam vero post brumale solstitium eoque tempore, quo spirare incipit favonius, extremae hiemis frigora magna fuere, aquilones multi, nives et pluviae continenter multae, coelumque cum ventorum turbine nimbosum et nubilum, eaque ipsa non remiserunt, sed se ad aequinoctium extenderunt. Ver autem frigidum, aquilonium, pluviosum, nubilumque neque admodum aestuans aestas fuit. Venti anniversarii continenter spiravere, statimque ad arcturum perflantibus aquiloniis aquae iterum multae. Exsistente igitur anno toto humido, frigido et aquilonio ad hiemem quidem ut plurimum bene valuerunt, ante ver autem plerique omnes moleste et graviter vitam traduxerunt.

ε'. Ἤρξαντο μὲν οὖν τὸ πρῶτον ὀφθαλμίαι ῥοώδεες, ὀδυνώδεες, ὑγραὶ [4] ἀπέπτως· σμικρὰ λημία πολλοῖσι δυσκόλως ἐκρηγνύμενα· τοῖσι πλείστοισι ὑπέστρεφον· ἀπέλιπον ὀψὲ πρὸς τὸ φθινόπωρον. Κατὰ δὲ θέρος ἤδη

5. Primum igitur lippitudines fluentes cum dolore, humentes et crudae obortae sunt, sordes in oculis concretae, quas *lemia* vocant, parvae, nec sine difficultate multis erumpebant, quae cum plurimis revertissent, tandem ad au-

[1] ἰγένετο V. — [2] Τμ. δ. om. V.: κατάστασις δευτέρη alia manu in marg. — [3] τὰ πλ. om. V. — [4] ἀνίη V. et μέχρις. — [5] ἀπέπτως V. et σμικρὰ λημία.

4. μέχρι πληϊάδος.] Ionismus, quo πληϊάδος pro πλειάδος ponitur, apud nostrum raro occurrit, eundem in σημήϊον observavi in lib. de victu acut. § 44. Item in praenn. Coacis hic illic, non frequenter.

ἐν βορείοισι πολλὰ πάλιν ὕδατα.] Pro πάλιν Gal. πάνυ, quod Corn. et Foës. Latine expresserunt, hic autem in notula etiam praeferre se dicit. Secus sentio: facile enim quivis intelligit aestatem haud adeo pluviosam fuisse ac cetera anni tempora; de illa autem: θέρος, inquit, οὐ λίην καυματῶδες ἐγένετο, nec multarum illo tempore pluviarum mentionem facit: itaque recte de auctumno: ταχὺ δὲ περὶ ἀρκτοῦρον ἐν βορείοισι πουλλὰ πάλιν ὕδατα, quum hieme et vere etiam pluviae solito copiosiores fuissent.

5. ὀφθαλμίαι ... ὑγραὶ ἀπέπτως.] Hoc quidem modo cum Littréo e plurimis libris ista descripsi. Antea legebatur ἄπεπταί, quod sane ferri possit, at quum πέψις in primis ad materiem excretam pertineat ὑγραὶ ἀπέπτως praetuli. Recte nuperrimus editor optimorum librorum fide σμικρὰ

©BIUM

καὶ φθινόπωρον δυσεντεριώδεα καὶ τεινεσμοὶ, καὶ λειεντεριώδεα, καὶ διάρροιαι χολώδεες λεπτοῖσι, πολλοῖσι, ὠμοῖσι καὶ δακνώδεσι· ἔστι δ' οἷσι καὶ ὑδατώδεες· πολλοῖσι δὲ καὶ περίρροιαι μετὰ πόνου χολώδεες, ξυσματώδεες, πυώδεες· στραγγουριώδεα οὐ νεφριτικὰ, ἀλλὰ τούτοισι ἀντ' ἄλλων ἄλλα· ἔμετοι χολώδεες, φλεγματώδεες καὶ σιτίων ἀπέπτων ἀναγωγαί· ἰδρῶτες· πᾶσι πάντοθεν πουλὺς πλάδος· ἐγένετο δὲ ταῦτα πολλοῖσι ὀρθοστάδην ἀπύροισι, [1] πολλοῖσι δὲ ἐν πυρετοῖσι, περὶ ὧν γεγράψεται· [2] ἐν οἷσι δὲ ὑπεφαίνετο πάντα τὰ ὑπογεγραμμένα, μετὰ πόνου φθινώδεες. Ἤδη δὲ φθινοπώρου καὶ ὑπὸ χειμῶνα πυρετοὶ ξυνεχέες, καί [3] τισι αὐτῶν ὀλίγοισι καυσώδεες, ἡμερινοὶ, νυκτερινοὶ, ἡμιτριταῖοι, τριταῖοι ἀκριβέες, τεταρταῖοι, πλανῆτες· ἕκαστοι δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων πυρετῶν πολλοῖσι [4] ἐγένοντο.

ctumnum desierunt. Iam vero per aestatem et auctumnum ex intestinorum difficultate et laevitate, continuaque et inani egerendi cupiditate laborarunt alvique fluidae biliosa tenuia multa, cruda et mordacia, nonnumquam etiam aquosa deiecerunt. Plerisque etiam circumflui non sine dolore humorum affluxus contigere, biliosi, strigmentosi, purulenti: urinae difficultas non ex proprio aliquo renum vitio, sed quod istis alia in aliorum vicem succedebant. Vomitiones biliosae, pituitosae et crudorum ciborum eductiones ac sudores aderant, atque omnibus undiquaque diffluebat humiditas multa. Multis autem haec contingebant, qui erecti et stantes a febribus erant vacui, plerisque etiam febre correptis, de quibus mox scribetur. In quibus vero descripta omnia deprehendebantur, ii cum dolore tabidi evadebant. Iam vero auctumno et sub hiemem febres erant assiduae, atque eorum paucis quibusdam ardentes, diurnae, nocturnae, semitertianae, tertianae exquisitae, quartanae, erraticae. Atque enumeratarum febrium singulae multis omnino oboriebantur.

ς'. Οἱ μὲν οὖν καῦσοι [5] ἐλαχίστοισί τε

6. Febres igitur ardentes omnino paucis con-

[1] πουλλοῖσι δὲ πυρετοῖσι V. — [2] ἐνίοισί τε V. et ἐπιφαίνοντο. — [3] τοῖσι V. et καυσώδεσι. — [4] ἐγίνοντο V. — [5] ἐλάχιστοί τε V.

λημία: pristinum σμικραὶ λημίαι non ferendum: a λήμη deminutivum λημίον: quam saepe α et αι permutentur in vocabulorum fine, vid. apud Bast. Comm. palaeograph. p. 705.

δυσεντεριώδεα καὶ τεινεσμοὶ καὶ λειεντεριώδεα καὶ διάρροιαι κ. τ. λ.] De meo δυσεντεριώδεες et λειεντεριώδεες in neutra mutavi: nimirum non fero media inter nomina morbos indicantia inferri epitheta ad aegrotantes spectantia. — § 9. infra similia vitia sustulimus.

πολλοῖσι δὲ καὶ περίρροιαι μετὰ πόνου χολώδεες, ξυσματώδεες.] Vulgo χολώδεες, ὑδατώδεες, ξυσματώδεες. Verum Gal., optimus liber et alter minus praestans ὑδατώδεες omittunt: itaque quum e superioribus vitiose repetitum videretur, delevi.

στραγγουριώδεα οὐ νεφριτικὰ κ. τ. λ.] Legebatur antea στραγγουριώδεες et Gal. textus fert καὶ στραγγουριώδεες οὐ νεφριτικαί. Libri autem scripti omnes οὐ νεφριτικά. Itaque editores coniungunt περίρροιαι ... στραγγουριώδεες. Quodsi tamen ad vim nominis περίρροια et cum eo affinis περίπλυσις attendas, (qua de re vid. Foës, in Oecon. Hipp.) videbis περίρροιαι στραγγουριώδεες longe ineptissimum esse, nec profecto ita scripsisse divinum senem. Hinc factum est ut pone πυώδεες distinguerem et neutro genere στραγγουριώδεα scriberem ut hoc cum οὐ νεφριτικά, quod omnes libri Galeno excepto ferunt, genere conveniret. Id autem eo confidentius feci, quod cap. 10. mihi bis τὸ στραγγουριῶδες legitur et paulo post τὰ περὶ τὴν στραγγουρίην, nec vero amplius περιρροίας στραγγουριώδεος fit mentio. Ceterum quod coniectura primo intuleram, postea confirmavit Gal. comm. 1. ad Ep. III., p. 394. vs. 36. Ed. Bas., ubi στραγγουριώδεα οὐ νεφριτικὰ citatur: — quod Foës. etiam in libb. duobus vidit.

πολλοῖσι δὲ ἐν πυρετοῖσι.] Vulgo πολλοῖσι δὲ πυρέττουσι, in qua lect. pro πυρέττουσι libri plurimi πυρετοῖσι, duo ex optimis πυρετοί. Me quidem in Hippocratis oratione duplex τ, quod recentiorum est Atticorum, offendit; quum vero πυρετοῖσι multi haberent libri, ἐν excidisse putavi et πυρετοῖσι in πυρέττουσι abiisse, quemadmodum supra μειρακίοισι, νέοισι in μειρακίοισιν ἐοῦσιν permutatum vidimus. Itaque leni medela pristinam scripturam restituere mihi visus sum. Cf. § 12. infra ἄνευ πυρετῶν καὶ ἐν πυρετοῖσι. Lib. III. St. pest. § 3. ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα καὶ ἄνευ πυρετῶν.

ἐν οἷσι δὲ πάντα τὰ ὑπογεγραμμένα ὑπεφαίνετο μετὰ πόνου φθινώδεες· ἤδη δὲ φθινοπώρου καὶ ὑπὸ χειμῶνα πυρετοὶ ξυνεχέες. κ. τ. λ.] Variat in hisce lectio ita ut plurimi libri ἐνίοισί τε pro ἐν οἷσι δέ habeant. Sunt tamen duo, qui ἐνίοισι δέ habent, vetustissimus et alter quidam. Mihi cum Gal. ἐν οἷσι δέ legendum videtur et vero ἐν οἷσι in adnn. probat Foës., reiicit contra ἐνίοισι: Cornarius in interpretatione Latina itidem Galenum est secutus. Littréus vero ἐνίοισι δέ legit et pone πόνου distinguit, quae ratio utique displicet: nec vero pone ἤδη reiiciendum est δέ, quidquid nuperrimus editor hac de re dicat: nempe hic in universum non satis perspexisse videtur ipsum Galenum textum vitiosum sub oculos habere potuisse et tum in crisi tum in exegesi erroribus obnoxium esse.

©BIUM

ἐγένοντο καὶ ἥκιστα τῶν καμνόντων οὗτοι ἐπόνησαν· οὔτε γὰρ [1] ἡμορράγει, εἰ μὴ πάνυ σμικρὰ καὶ ὀλίγοισι, οὔτε [2] παράληροι, τά τε ἄλλα πάντα εὐφόρως· ἐκρίνετο [3] δὲ τούτοισι πάνυ εὐτάκτως, τοῖσι πλείστοισι ξὺν τῇσι διαλιπούσῃσι ἐν ἑπτακαίδεκα ἡμέρῃσι, οὐδὲ ἀποθανόντα οὐδένα οἶδα τότε ἐν καύσῳ, οὐδὲ φρενιτικὰ τότε γενόμενα. Οἱ δὲ τριταῖοι πλείους μὲν τῶν καύσων καὶ ἐπιπονώτεροι· εὐτάκτως δὲ τούτοισι πᾶσι ἀπὸ τῆς πρώτης λήψιος τέσσαρας περιόδους· ἐν ἑπτὰ [4] δὲ τελέως ἔκριναν, οὐδ' [5] ὑπέστρεψαν οὐδενὶ τούτων. Οἱ δὲ τεταρταῖοι πολλοῖσι μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐν τάξι τεταρταίου ἤρξαντο· ἔστι δ' οἷσι οὐκ ὀλίγοισι ἐξ ἄλλων πυρετῶν καὶ νοσημάτων ἀποστάσιες ἐς τεταρταίους ἐγένοντο· μακρὰ δὲ, [6] ὡς εἴθισται, τούτοισι καὶ ἔτι μακρότερα ξυνέπιπτε. Ἀμφημερινοὶ δὲ καὶ νυκτερινοὶ, καὶ πλανῆτες πολλοῖσι πολλοὶ καὶ πουλὺν χρόνον παρέμενον ὀρθοστάδην τε καὶ κατακειμένοισι· τοῖσι πλείστοισι τούτων ὑπὸ πλῃάδα καὶ μέχρι χειμῶνος οἱ πυρετοὶ παρείποντο. Σπασμοὶ δὲ πολλοῖσι, μᾶλλον δὲ παιδίοισι, ἐξ ἀρχῆς [7] καὶ ἐπεπύρεσσον, καὶ [8] ἐπὶ πυρετοῖσι ἐγίγνοντο σπασμοί· χρόνια μὲν τοῖσι πλείστοισι τούτων, ἀβλαβέα δὲ, εἰ μὴ τοῖσι [9] καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πάντων ὀλεθρίως ἔχουσι.

ζ'. Οἱ δὲ [10] δὴ ξυνεχέες μὲν τὸ ὅλον καὶ οὐδὲν ἐκλείποντες παροξυνόμενοι δὲ πᾶσι τριταιοφυέα τρόπον, μίαν ὑποκουφίζοντες καὶ

tigerunt, iique ex aegrotantibus minimum laborarunt. Nam neque sanguis ex naribus, nisi paucus admodum, isque paucis profluxit, neque delirarunt, ceteraque omnia placide tulerunt. Horum plurimis bene admodum constituto et composito iudicationis ordine febris ardens cum intermissione in septendecim diebus solvebatur, atque haud scio an quisquam tunc ex hac ipsa interierit, aut ad phrenitim devenerit. At vero tertianae plures quidem quam ardentes et laboriosiores fuerunt, atque in his omnibus rite et ordine a primo insultu ad quaternos circuitus processere, in septem vero absolute iudicabantur, neque horum cuiquam reverterunt. Quartanae autem multis per initia certo et rato quartanae tenore coeperunt, quibusdam vero non paucis ex aliis febribus et morbis secessus in quartanas fiebant, longaeque his pro consuetudine, atque etiam interdum longiores contingebant. Sed et quotidianae nocturnaeque et errantes multae diuque plerisque perseveravere tum erectis, tum decumbentibus, horumque plurimos febres sub vergilias et in hiemem usque comitabantur. Multos autem praecipueque pueros convulsiones tentabant statim ab initio et postea febre prehendebantur, tum vero febribus supervenere convulsiones: erantque haec plurimis diuturna quidem, innoxia tamen, nisi si quibus cetera omnia perniciem adferrent.

7. At vero continuae quidem omnino febres et quae nihil intermittebant sed omnes invadebant earum febrium more, quae ad tertianarum

[1] αἱμορραγίαι V. omisso αἱ. — [2] εἰ παραλ. V. — [3] δέ om. V. — [4] δέ om. V. — [5] ὑπέστρεψεν V. — [6] καὶ ὡς i. etiam V. — [7] καὶ ἐπέσσον V [8] ἐν V. — [9] καί om. V. — [10] δὴ om. V.

6. οὔτε γὰρ ἡμορράγει, εἰ μὴ κ. τ. λ.] Aut haec, quae codicis est vetustissimi, lectio recipienda est, aut Galeni ἡμορράγησε. Cett. lectt. procul dubio corruptae sunt. Equidem imperfectum prae aoristo praetuli, quum mox sequatur ἐκρίνετο δέ.

οὔτε παράληροι] Articulum omittere malui: nempe vulgo οἱ παράληροι legitur, Gal. tamen in libello de comate παράληροι substantive sumi affirmat, quo factum videtur, ut supra αἱ αἱμορραγίαι scripserit pro ἡμορράγει: mihi neutrum placet in facili et explicita huius libri oratione. Ceterum de παράληροι dicam ad aegr. 9. lib. III. post St. pest.

μακρὰ δὲ, ὡς εἴθισται, τούτοισι καὶ ἔτι μακρότερα ξυνέπιπτε] Vulgo scribitur καὶ ὡς εἴθισται, attamen Galenus καί ibi loci omittit et est sane e seqq. vitiose huc retractum et repetitum. Corn. et Foës. Galeni lectionem Latine expresserunt, Littréus etiam Gallice, licet vulg. lect. in Graecis retinuerit.

σπασμοὶ δὲ πολλοῖσι, μᾶλλον δὲ παιδίοισι, ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐπεπύρεσσον καὶ ἐπὶ πυρετοῖσι ἐγίγνοντο σπασμοί.] Ita perspicuam revocare mihi visus sum auctoris scripturam. Vulgo legitur καὶ ἐπύρεσσον, at egregie Aldus ἐπεπύρεσσον, quod itidem latet in duorum optimae notae librorum lectione ὑπεπύρεσσον. Galeni comm. si consulas, hunc quoque eandem huius loci lectionem vidisse dixeris.

7. Οἱ δὲ δὴ ξυνεχέες.] Vulgo δή abest: adponunt Gal. et liber vetustissimus alterque Littréi. Mihi minime negli-

©BIUM

μίαν παροξυνόμενοι, πάντων βιαιότατοι τῶν τότε γενομένων καὶ μακρότατοι καὶ μετὰ πόνων μεγίστων γενόμενοι· πρηέως ἀρχόμενοι, τὸ ὅλον ἐπιδιδόντες ἀεὶ, καὶ παροξυνόμενοι ἐν κρισίμοισι [1] καὶ ἀνάγοντες ἐπὶ τὸ κάκιον· σμικρὰ διακουφίζοντες καὶ ταχὺ πάλιν ἐξ ἐπισχέσιος βιαιοτέρως παροξυνόμενοι ἐν κρισίμοισι, ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ κακούμενοι. Ῥίγεα δὲ πᾶσι μὲν ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγίγνετο, ἐλάχιστα δὲ καὶ ἥκιστα τούτοισι, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἄλλων πυρετῶν, μείζω. Ἱδρῶτες πολλοὶ, τούτοισι δὲ ἐλάχιστοι, κουφίζοντες οὐδὲν, ἀλλ' ὑπεναντίον βλάβας φέροντες. Ψύξις πολλὴ τούτοισι ἄκρων καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα. [2] Ἄγρυπνοι τὸ ξύνολον [3] καὶ μάλιστα οὗτοι, καὶ πάλιν κωματώδεες. Κοιλίαι πᾶσι μὲν ταραχώδεες καὶ κακαὶ, [4] πολλὸν δὲ τούτοισι κάκισται. Οὖρα δὲ τοῖσι πλείστοισι τούτων ἢ λεπτὰ καὶ ὠμὰ, καὶ [5] ἄχροα, καὶ μετὰ χρόνον σμικρὰ πεπαινόμενα κρισίμως, ἢ πάχος μὲν ἔχοντα, θολερὰ δὲ καὶ οὐδὲν καθιστάμενα, οὐδὲ ὑφιστάμενα, [6] ἢ σμικρὰ καὶ κακὰ καὶ ὠμὰ τὰ ὑφιστάμενα, οὐδὲ πεπαινόμενα· κάκιστα δὲ ταῦτα [7] πάντων. Βῆχες μὲν παρείποντο τοῖσι πυρετοῖσι· γράψαι δὲ οὐκ ἔχω βλάβην οὐδ' ὠφέλειαν γενομένην διὰ βηχὸς τότε.

naturam propius accedunt, uno quidem die leviores, altero vero vehementiores, omnium quae tunc contingerent violentissimae longissimae et laboriosissimae fuerunt, per initia leves et in totum perpetuo increscentes et diebus criticis vehementius ingredientes et in deterius ruentes, quae, cum parum allevassent, celeriter rursus ex intermissione vehementius invadebant diebus iudicatoriis et maxima ex parte deterius affligebant. In his omnibus rigores incomposite et errabunde contingebant paucissimique et minimi, verum in ceteris febribus maiores. Sudores quoque multi, his vero perpauci nihilque allevantes, sed contra noxiam afferentes. His magna perfrictio extremorum, quae vix etiam recalescerent. In universum pervigiles, hi autem omnium maxime, vicissimque sopore gravabantur. Alvi omnibus quidem conturbatae erant maleque affectae, his vero longe pessime. Horum autem plurimis urinae aut tenues erant crudaeque et decolores, aliquantoque post intervallo nonnihil concoctae non sine iudicatoriis signis, aut crassitudine quidem praeditae, verum turbidae, nihil consistentes aut subsidentes, aut pauca et vitiosa et cruda quae in iis subsidebant et minime cocta, quae quidem omnium pessimae. Tusses quidem febres comitabantur, sed neque quam utilitatem aut noxam tunc tussis adtulerit, licet scribere.

[1] κρισίμοισι καί V. — [2] οὐδὲ ἄγρ. V. — [3] καί om. V. — [4] πολλοί V. — [5] ἄχροια V. — [6] οὐδὲ πεπαινόμενα, ἢ V. — [7] πάντα V.

gendum videtur: iunguntur οἱ δὲ δὴ ξυνεχέες .... πάντων βιαιότατοι τῶν τότε γενομένων. Itaque δή huic loco maxime adaptatum et mirum quantum facit ad orationis perspicuitatem.

παροξύνομενοι ἐν κρισίμοισι.] Huius cod. vetustissimi auctoritate Littréus h. l. ἐν κρισίμοισι suppressit, quia infra iterum ista verba occurrunt. Nolim hac in re tantum auctoritatis uni isti libro tribuere; nempe non magis illa sive h. l., sive infra abundant, quam totum periodi membrum: σμικρὰ διακουφίζοντες ... κακούμενοι. Itaque nolo aliquid demere in solita, qua de re saepius moneo, nostri orationis Ionicae abundantia. Ceterum in postremis hisce ἐν κρισίμοισι rursum refero ad praecedens παροξυνόμενοι, non ad seq. ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ κακούμενοι, quod fecit editor Parisiensis.

Ἄγρυπνοι.] Omnino consentio cum editore Parisiensi in demendo οὐδέ, quod vulgo ante ἄγρυπνοι infertur. Delendum esse vel sola antithesis καὶ πάλιν κωματώδεες docet. Corn. etiam in Latinis omisit.

πολλὸν δὲ τούτοισι κάκισται.] Vulgo πολύ. Nolui negligere Ionismum, quem praebet Aldina. Frequentius quidem πουλύ Hippocrati, at tamen πολλόν etiam subinde ferunt libri, v. c. in lib. de V. A. Quod ad superlativum cum πολλόν, cf. infra cap. 8. lib. III. St. pest. πολὺ δὲ μάλιστα οὗτοι.

καὶ οὐδὲν καθιστάμενα, οὐδὲ ὑφιστάμενα, ἢ σμικρὰ καὶ κακὰ καὶ ὠμὰ τὰ ὑφιστάμενα, οὐδὲ πεπαινόμενα· κάκιστα δὲ ταῦτα πάντων.] Verba οὐδὲ πεπαινόμενα in vulgata lectione adscribuntur pone οὐδὲ ὑφιστάμενα: omittunt vero ista Gal. et cod. vetustissimus alterque Littréi, quo factum est ut hic ea supprimeret. Me iudice Hipp. re vera ista adscripsit, sed librariorum errore, cui hic facilis locus fuit, in alienam translata fuere sedem, unde iam ea revocasse et pristinum verborum ordinem restituisse mihi videor. Est in hisce pleonasmus ille Hippocrati familiaris, qua primum res ipsa significatur, dein superadditur vocabulum contrarium indicans cum negatione, quique h. l. ad sententiae vim augendam plurimum facit. Vid. adnn. ad lib. de V. A. § 29.

©BIUM

η'. Χρόνια μὲν οὖν καὶ δυσχερέα καὶ πάνυ ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως καὶ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τούτων διετέλει γιγνόμενα καὶ τοῖσι πάνυ ὀλεθρίως ἔχουσι καὶ τοῖσι μή· εἰ γάρ τινες αὐτῶν [1] διαλίποιεν σμικρὰ, ταχὺ πάλιν ὑπέστρεφον. Ἔστι δὲ οἷσι ἔκρινε αὐτῶν ὀλίγοισι, οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο, περὶ ὀγδοηκοστὴν ἐοῦσι, καὶ τούτων ἐνίοισι ὑπέστρεφε, ὥστε κατὰ χειμῶνα τοὺς πλείστους αὐτῶν ἔτι νοσέειν· τοῖσι δὲ πλείστοισι ἀκρίτως ἐξέλιπον· ὁμοίως δὲ ταῦτα ξυνέπιπτε τοῖσι περιγενομένοισι καὶ τοῖσι οὔ. Πολλῆς δέ τινος γενομένης ἀκρισίης καὶ ποικιλίης [2] ἐπὶ τῶν νοσημάτων καὶ μεγίστου μὲν σημείου καὶ κακίστου διὰ τέλεος παρεπομένου τοῖσι πλείστοισι [3] ἀποσίτοισι εἶναι πάντων γευμάτων, μάλιστα δὲ τούτων, οἷσι καὶ τὰ ἄλλα ὀλεθρίως ἔχοι, διψώδεες οὐ λίην ἀκαίρως [4] ἦσαν ἐπὶ τοῖσι πυρετοῖσι τούτοισι. Γενομένων δὲ χρόνων μακρῶν καὶ πόνων πολλῶν καὶ κακῆς ξυντήξιος, ἐπὶ τούτοισι ἀποστάσιες ἐγένοντο, ἢ μέζους, ὥστε ὑποφέρειν μὴ δύνασθαι, ἢ μείους, ὥστε μηδὲν ὠφελέειν, ἀλλὰ ταχὺ παλινδρομέειν καὶ ξυνεπείγειν ἐπὶ τὸ κάκιον.

8. Diuturna itaque et difficilia haec erant, valdeque incomposite et errabunde, atque citra solutionem horum plurima tum his, qui exitialiter valde, tum his, qui nequaquam ita se haberent, permanebant. Si quibus enim aliquantulum intermitterent, in iis celeriter reversiones faciebant. Est et ubi paucis ad octogesimum diem cum brevissima iudicatione solverentur, quorum nonnullis repetebant, ut etiam in hiemem eorum plurimi aegrotarent. Plerosque vero omnes absque iudicatione deserebant. Haec autem tum his, qui superstites erant, tum iis, qui moriebantur, ex aequo contigerunt. Cumque multa eaque varia esset in his morbis iudicationis cessatio, maximum sane et pessimum signum plerosque omnes ad extremum usque prosecutum est, quod cibos omnes aversarentur, iique maxime, qui cetera quoque exitialiter haberent. In his vero febribus non admodum inopportune siticulosi erant. Longo autem progressu temporis cum et dolores multi malaque corporis extenuatio fieret, his humorum secessus aut viribus superiores, aut minores, quam ut prodessent quidquam, succedebant, sed qui confestim intro recurrerent et in deterius contenderent.

θ'. Ἦν δὲ τούτοισι τὰ γενόμενα δυσεντε-

9. Atque his aderant intestinorum illa quae

[1] διαλίποι ἐν - ὑπέστρεφον V. — [2] ἐκ V. — [3] ἀποσίτους V. — [4] ἔστωσαν V.

8. εἰ γάρ τινες αὐτῶν διαλίποιεν, ταχὺ πάλιν ὑπέστρεφον.] Vulg. hic τινας, Gal. τινες: nusquam τὸν πυρετὸν τὸν νοσοῦντα διαλείπειν legi; itaque τινες dedi. Sed videamus de nonnullorum verborum in his libris usu. Διαλείπειν h. l. *personaliter* sumitur et *intransitive*; incertum videtur utrum ad febres, an ad personas referatur. *Personaliter* sumtum ad morbum spectat *intransitive* supra § 2. πυρετοὶ οὐ διαλείποντες. § 24. νύκτα διαλείπουσι (οἱ πυρετοί) aegro 6. πυρετὸς διέλιπον. Simili modo aegro 1. post St. pest. εἰ γάρ τι διαλείποι refcrendum videtur ad πυρετός e praegresso ἄπυρος τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ repetendum. Iam vero eodem modo sumtum ad *dies morbi* refertur § 2. supra: τῇσι διαλιπούσῃσι ἡμέρῃσι et ad *aegrum*: aegr. 9. Ep. I. ἐνάτῃ ἵδρωσε, ἐκρίθη, διέλιπε, nisi malis ibi loci ob seq. ὑπέστρεψε impersonaliter sumere: ibid. aegr. 14. et aegr. 5. III. ante St. pest. ἄπυρος διέλιπε. Libr. III. aegr. 3. ante St. pest. διαλιπὼν ὀλίγον ἱδρῶσα ἤμεσε, ibidemque δύο διέλιπε ἄπυρος et aegr. 8. διαλιποῦσα δὲ δωδεκάτῃ πάλιν πολλὰ παρελήρει. Est autem et ubi *impersonaliter* sumitur lib. I. § 20. καὶ διέλιπε (ἀμφοτέροισι) et mox ibidem διέλιπε ἓξ (τοῖσι πλείστοισι) item § 21. διέλιπε ἕξ. Haec de verbo διαλείπειν. Minor varietas in ὑποστρέφειν. Sumitur *personaliter* h. l., de quo agimus, et § 5. τοῖσι πλείστοισι ὑπέστρεφον. *Impersonaliter* § 8. τουτέων ἐνίοισι ὑπέστρεφε, — Ad quod mentem adtendamus etiam perdignum verbum κρίνειν. Sumitur *personaliter passive* ita ut ad *morbum* referatur § 3. (οἱ πυρετοὶ) ἐν τῇσι αὐτῇσι περιόδοισι ἐκρίνοντο. In Progn. οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται. *Passive* et *impersonaliter*: § 3. ἐκρίνετο δὲ τούτων, οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο, περὶ κ' ἡμέρην. *Personaliter intransitive* § 6. ἐν ἑπτὰ δὲ τελέως ἔκριναν. *Impersonaliter intransitive* v. c. ἔστι δ' οἷσι ἔκρινε ὀλίγοισι et ἐνδεκαταίοισι πολλοῖσι ἔκρινε. *Passive* et *personaliter*, ita ut ad aegrum referatur, v. c. Ἡρακλείδης .... ἐκρίθη εἰκοσταῖος.

ἔστι δὲ οἷσι ἔκρινε.] Est hoc loco ea scripturae varietas ut vulgo supra διαλίποιεν, ὑπέστρεφον, tum h. l. ἔκρινε, ὑπέστρεφε, infra ἐξέλιπον legatur. Cod. vetustissimus ista omnia sing. num. habet: Freindius ubivis, (hîc illic de suo, puto) plur. num. invexit. Me iudice omnia sing. num. efferri sine offensione possunt, possunt etiam plurali. Sed et vulgata lect. bene habet, modo ἔκρινε, ὑπέστρεφε impersonaliter sumamus. Itaque nihil equidem muto.

ἐπὶ τῶν νοσημάτων.] Mihi h. l. articulus δεικτικῶς sumi videtur: itemque cap. 19. ubi, πλῆθος οὖν τῶν νοσημάτων ἐγένετο. Id autem interpretes non satis animadvertisse videntur. Forte etiam § seq. ita sumendum in verbis: οὐκ ἀξίως τῆς περιβολῆς τῶν νοσημάτων.

©BIUM

ριώδεα καὶ τεινεσμοὶ καὶ λειεντερίαι καὶ ῥοώδεα, ἔστι δ' οἷσι καὶ ὕδρωπες μετὰ τούτων καὶ ἄνευ τούτων· ὅ τι δὲ [1]παραγένοιτο τούτων βιαίως, ταχὺ ξυνήρει, ἢ πάλιν ἐπὶ τὸ μηδὲν ὠφελέειν· ἐξανθήματα σμικρὰ καὶ οὐκ ἀξίως τῆς περιβολῆς τῶν νοσημάτων, καὶ ταχὺ πάλιν ἀφανιζόμενα· ἢ παρὰ τὰ ὦτα οἰδήματα [2]μωλυνόμενα καὶ οὐδὲν ἀποσημαίνοντα· ἔστι δ' οἷσι ἐς ἄρθρα, μάλιστα δὲ κατὰ τὸ ἰσχίον, ὀλίγοισι κρισίμως ἀπολιπόντα καὶ ταχὺ πάλιν [3]ἐπικρατεύμενα ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἕξιν.

fiebant tormina, crebrae et inanes egerendi cupidines, intestinorum laevores et alvi fluentes, nonnullis etiam aqua inter cutem cum huiusmodi enumeratis casibus, aut sine his contingebat. Ex his vero quidquid violenter urgebat, aut statim e medio tollebat, aut prorsus nihil conferebat. Papulae parvae, quae nec satis pro dignitate horum morborum excretioni respondebant, sed contra celeriter disparebant, aut aurium tumores oboriebantur, qui sensim et sine ulla significatione evanescebant. Nonnullis ad articulos praecipueque ad coxendicem decumbebant, paucis decretorie desinebant et celeriter rursus pristinum habitum assequebantur.

ι'. Ἔθνησκον δὲ ἐκ πάντων μὲν, πλεῖστοι δὲ ἐκ τούτων, καὶ τούτων παιδία, ὅσα ἀπὸ γάλακτος ἤδη, καὶ πρεσβύτερα, ὀκταετέα καὶ δεκαετέα, καὶ ὅσα πρὸ ἥβης. Ἐγίγνετο δὲ τούτοισι ταῦτα οὐκ ἄνευ τῶν [4]πρῶτον γεγραμμένων, τὰ δὲ πρῶτα πολλοῖσι ἄνευ τούτων. [5]Ἓν μοῦνον δὲ χρηστὸν καὶ μέγιστον τῶν γενομένων σημείων καὶ πλείστους ἐρρύσατο τῶν [6]ἐόντων ἐπὶ τοῖσι μεγίστοισι κινδύνοισι, οἷσι ἐπὶ τὸ στραγγουριῶδες ἐτράπετο καὶ ἐς τοῦτο ἀποστάσιες ἐγίγνοντο· ξυνέπιπτε δὲ [7]καὶ τὸ στραγγουριῶδες τῇσι ἡλικίῃσι ταύτῃσι γίγνεσθαι μάλιστα· ἐγίγνετο δὲ καὶ τῶν ἄλλων πολλοῖσι ὀρθοστάδην καὶ ἐπὶ τῶν νοσημάτων. Ταχὺ δὲ καὶ μεγάλη τις ἡ μεταβολὴ τούτοισι πάντων ἐγίγνετο·

10. Ex quovis autem hominum genere interibant quidem, plurimi vero ex his, et ex his pueri iam a lacte depulsi, iique, quibus aetas paulum processerat, octennes, decennes, necdum puberes. Atque ista quidem his non sine superius descriptis, multis vero superiora absque his contingebant. Quibus autem ad urinae difficultatem res tota se converterat, in eamque humorum secessus fierent, iis hoc unum utile omniumque efficacissimum signum fuit, quod etiam plerosque omnes ab imminenti maximo discrimine vindicavit. Accidit vero plurimis urinae difficultatem potissimumque his aetatibus fieri, itemque aliis multis qui erecti obambulabant itemque morbo laborantibus. His quoque subita quaedam et magna omnium mutatio ade-

[1] παραγενόμενα V. — [2] μωλυνόμενα V. — [3] ἐπικρατευόμενα V. — [4] πρὸ τῶν V. — [5] Ἓν om. V. — [6] οὕτως V. — [7] καὶ ἐν τοῖσι πλείστοισι τό V.

9. καὶ λειεντερίαι καὶ ῥοώδεα.] Vulgo λειεντερίαι καὶ ῥοώδεες, in quibus de meo ῥοώδεα dedi, eadem de causa, qua locum e § 5. simili modo restitui. Littréus λειεντερικοί e multis libris Parr. et Ald. —, quod certe h. l. non praestat, nisi quis λειεντερικά pro λειεντερίαι scribere malit, cui non adversabor.

μωλυνόμενα.] Vulgo μὴ λυόμενα: codd. plurimi μολυνόμενα. Foës. desideravit μωλυόμενα, quod Freindius dedit. Nuperrimus editor librorum lect. μολυνόμενα exhibuit fretus locis ex Arist. Meteor. IV. 2. 3. ubi μόλυνσις opponitur ἕψήσει. At mihi apud philosophum μώλυνσις reponendum videtur. Loco autem nostro pari iure μωλυόμενα et μωλυνόμενα scripseris, utraque enim forma probabilis, ita ut dederim quod ad multorum codd. lectionem proxime accedit. Cf. Hesych. cum interprett. in μῶλυς, μώλυεται, ἐμωλύνθη. Gal. gloss. in μωλυόμενα. Oecon. Foësii. Verbum μολύνειν significat μιαίνειν et ab hoc nostro omnino diversum est.

ἐξανθήματα σμικρὰ καὶ οὐκ ἀξίως τῆς περιβολῆς τῶν νοσημάτων.] — Egregie hunc locum illustrant verba ex Epid. II. p. 432. Kühnio: καὶ ὅσα ἄλλα εἴρηται καὶ (καὶ h. l. delendum censeo) ἦν μὴ ἀναξίως τῆς περιβολῆς τῆς νόσου. οἷον τῇ Τιμενέω ἀδελφιδῇ ἐκ νόσου ἰσχυρῆς ἐς δάκτυλον ἀπεστήριξεν, οὐχ ἱκανὸν δὲ δέξασθαι τὴν νοῦσον, ἐπαλινδρόμησεν, ἀπέθανεν.

ἐπικρατεύμενα.] Ita cod. D. Littréi. Vetustissima membrana ἐπικρατούμενα, vulgo ἐπικρατευόμενα. Ego huic formae fidem non adhibeo: recentiores librarii innumeris locis in verbis eiusmodi peccarunt. Itaque ex unico licet libro dedi quod tutissimum est; neque enim ἐπικρατεύειν alias legere me memini. Vid. adn. ad lib. de V. Ac. § 7.

10. ἄνευ τῶν πρῶτον γεγραμμένων.] Vulgo πρώτων legitur; quod durum mihi, ita ut de meo adverbium dederim.

Ἓν μοῦνον δὲ χρηστὸν καὶ μέγιστον.] Cum Chartierio et ἕν et μοῦνον recepi, vulgata hoc tantum, Galeno alterum modo habente; utroque coniuncto mihi opus esse videtur, ut sententiae vim augeamus.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 309 sur 880

©BIUM

κοιλίαι τε γὰρ, εἰ καὶ τύχοιεν ἐφυγραινόμεναι κακοήθεα τρόπον, ταχὺ ξυνίσταντο, γεύμασί τε [1]πᾶσιν ἡδέως εἶχον, οἵ τε πυρετοὶ πρηέες μετὰ ταῦτα· χρόνια δὲ τούτοισι τὰ περὶ τὴν στραγγουρίην καὶ ἐπίπονα ἦν. Οὖρα δὲ τούτοισι ἤγει πολλὰ, παχέα καὶ ποικίλα, καὶ ἐρυθρὰ, μιξόπυα μετ' ὀδύνης. Περιεγένοντο δὲ πάντες οὗτοι καὶ οὐδένα τούτων οἶδα ἀποθανόντα, [2]ἐνόσεον δὲ ἀκινδύνως.

rat. Alvos namque si contigisset pessime fusas fuisse, eae confestim cogebantur et ad omnes cibos alacres erant, posteaque placidae febres tentabant. Verum quae ad urinae difficultatem spectabant, ea his diuturna et molesta fuere. Erant autem his urinae copiosae, crassae, et variantes et rubrae partimque cum dolore purulentae. Atque hi omnes superstites evasere, neque eorum quemquam interiisse cognovi, sed sine periculo laborarunt.

Παρεγγεγραμμένα.

Interpolata.

ια'. [Πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων πάντας πάντοθεν ἐπικαίρους, [4]καὶ καλὰς καὶ κρισίμους ἀποστάσιας σκοπέεσθαι. Πεπασμοὶ ταχυτῆτα [3]κρίσιος καὶ ἀσφάλειαν ὑγιείης σημαίνουσι· ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας ἢ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς· ὅ τι δὲ τούτων [6]ἔσται μάλιστα σκεπτέον ἐξ ἄλλων. Λέγειν τὰ προγενόμενα, γιγνώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα· μελετᾶν ταῦτα. Ἀσκέειν περὶ τὰ νοσήματα δύο, ὠφελέειν ἢ μὴ βλάπτειν. Ἡ τέχνη διὰ τριῶν· τὸ νόσημα, ὁ νοσέων καὶ ὁ ἰητρός· ὁ ἰητρὸς ὑπηρέτης τῆς τέχνης·

11. [Eorum quae exeunt undique maturationes omnes spectare oportet, laudabilesque et ad iudicium conferentes humorum secessiones. Concoctiones iudicationem brevi fore et certum in sanitatem exitum portendunt. Cruda vero et incocta, quaeque in malos abscessus vertunt, aut iudicationis cessationem aut dolorem, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorumdem reversiones significant. Horum autem quodcumque maxime futurum sit, ex aliis considerandum. Summa cura anniti oportet ut praeterita enarres, praesentia cognoscas et futura praedicas. Duoque ista elaboranda sunt, ut in morbis prosis, aut ne quid offendas. Artem tria ista cir-

[1] πάλιν V. πᾶσι cett. — [2] χρόνια V. — [3] ὁκόσα δὲ διὰ κινδύνους V. — [4] ἢ V. — [5] καὶ κρίσιος ἀσφ. V. — [6] ἔσται om. V.

περιεγένοντο δὲ πάντες οὗτοι καὶ οὐδένα τούτων οἶδα ἀποθανόντα, ἐνόσεον δὲ ἀκινδύνως.] Pro ἐνόσεον δὲ ἀκινδύνως mss. praebent ὀκόσα (Gal. ὅσα: cod. unus ὁκόσους) δὲ ἀκινδύνως (cod. vetustiss. διὰ κινδύνων, alii libb. δὲ διὰ κινδύνους, alii δ' ἀκινδύνως). Galenus autem monet suo tempore alios ad hanc § ista traxisse, alios ad sequentem retulisse. Verum notemus verba πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων κ. τ. λ. ita se habere ut integram per se faciant sententiam, ita ut longe verosimilius sit corrupta ista huc retrahenda esse, quam illuc referenda. Mihi quidem ab auctore ἐνόσεον δὲ ἀκινδύνως datum fuisse videtur, unde librarium aliquem ὁκόσον effecisse puto, atque ita deinceps cett. lectt. exstitisse. Sententia qualem iam descripsi omnino convenit cum solita illa orationis Ionicae redundantia. Malui vero in textum coniecturam recipere, quae sanum sensum referat, quam locum sensu cassum intactum relinquere.

11. καὶ καλὰς ἀποστάσιας.] Vulgo ἢ καλὰς κ. τ. λ. Malui e Gal. lib. de Crisibus I. ed. Bas. p. 391. copulam καί recipere, ut res tam arcte cohaerentes, atque πεπασμοὶ τῶν ἀπιόντων et καλαὶ καὶ κρίσιμοι ἀποστάσιες coniungerem: nam particula disiunctiva ibi valde displicet.

καὶ ἀσφάλειαν ὑγιείης σημαίνουσι.] Notatu digna varietas lectionis, qua vulgo ὑγείην legitur, ὑγιείης Gal. lib. I. de Criss. 5.; ἐς ὑγείην Gal. ad Prorrh. I. p. 189. vs. 13. ed. Bas.; ὑγιεινήν Gal., libb. 2. Littréi, cett. Aem. Portus voluit ἀσφαλείην καὶ ὑγείην, vel ἀσφαλείην ὑγείης, vel ἀσφαλίην ὑγιῆ. — Cum Littréo ἀσφάλειαν ὑγείης exhibeo. Freind. Gal. secutus ἀσφαλείην ὑγιεινήν, quod parum placet. Equidem ταχυτῆτα κρίσιος καὶ ἀσφάλειαν ὑγείης arcte coniungenda puto et accipio de iudicio brevi futuro et certo in sanitatem exituro.

ἡ τέχνη διὰ τριῶν· τὸ νόσημα, ὁ νοσέων καὶ ὁ ἰητρός.] Exspectaveram τοῦ νοσήματος, τοῦ νοσέοντος, τοῦ ἰητροῦ. Nolim certo affirmare non librarios esse accusandos, sed auctorem ita scripsisse.

ὑπηρέτης τῆς τέχνης.] Libros nonnullos suo tempore τῆς Φύσεως tulisse, monet Gal. in comm. — Ceterum de hac § sic sentio: hic locus minime pertinet ad epidemiorum et aegrorum historiarum descriptiones, sed aut fragmentum alterius libri est, nescio quo casu fortuito huc delatum, aut sententiae sunt a recentiore aliquo medico antiquissimo tempore in apographo epidemiorum adscriptae. Quod mihi maxime probabile videtur, si reliqua huic libro παρεγγεγραμμένα cum hisce comparem. Id certe unicuique constat haec aliena esse a morborum descriptione, quam in his libris Epidemiorum relictam habemus.

©BIUM

ὑπεναντιοῦσθαι τῷ νοσήματι τὸν νοσεῦντα μετὰ [1]τοῦ ἰητροῦ χρή.

ιβ'. Τὰ περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον ἀλγήματα καὶ βάρεα μετ' ὀδύνης ἄνευ πυρετῶν καὶ ξὺν πυρετοῖσι, φρενιτικοῖσι μὲν σπασμοὶ καὶ ἰώδεα ἐπανεμέουσι [2]καὶ ἔνιοι ταχυθάνατοι τούτων· ἐν καύσοισι δὲ καὶ τοῖσι ἄλλοισι πυρετοῖσι, οἷσι μὲν τραχήλου πόνος καὶ κροτάφων βάρος καὶ σκοτώδεα περὶ τὰς ὄψιας [3]καὶ ὑποχονδρίου ξύντασις [4]οὐ μετ' ὀδύνης γίγνεται, τούτοισι αἱμορραγέει διὰ ῥινῶν· οἷσι δὲ βάρεα μὲν ὅλης τῆς κεφαλῆς, καρδιωγμοὶ δὲ καὶ ἀσώδεές εἰσιν, ἐπανεμέουσι χολώδεα καὶ φλεγματώδεα· ὡς τὸ πουλὺ δὲ παιδίοισι [5]ἐν τοῖσι τοιούτοισι οἱ σπασμοὶ μάλιστα· γυναιξὶ δὲ καὶ ταῦτα καὶ ἀπὸ ὑστερέων πόνοι· πρεσβυτέροισι δὲ καὶ ὅσοισι ἤδη τὸ θερμὸν κρατέεται παραπληκτικὰ, ἢ μανικὰ, ἢ στερήσιες ὀφθαλμῶν.]

κατάστασις γ'.

ιγ'. Ἐν Θάσῳ πρὸ ἀρκτουρου ὀλίγον καὶ ἐπ' ἀρκτούρου ὕδατα πολλὰ, μεγάλα ἐν βορείοισι. Περὶ δὲ ἰσημερίην καὶ μέχρι πληϊάδος νότια ὕσματα [6]σμικρὰ, ὀλίγα· χειμὼν βόρειος· αὐχμοί· ψύχεα· πνεύματα μεγάλα· χιόνες. Περὶ δὲ ἰσημερίην χειμῶνες [7]μέγιστοι· ἔαρ βόρειον· αὐχμοί· ὕσματα ὀλίγα· ψύχεα. Περὶ δὲ ἡλίου τροπὰς θερινὰς ὕδατα ὀλίγα, μεγάλα ψύχεα μέχρι

cumscribunt, morbus, aeger et medicus, qui artis est administer, aegrumque oportet una cum medico morbo reluctari.

12. Quod attinet ad capitis et cervicis dolores et gravitates cum dolore sine febribus et per ipsas febres etiam, hae phreniticis quidem convulsiones praenunciant, tum vero etiam aeruginosa evomunt, eorumque nonnulli celeriter intereunt. Qui febribus ardentibus aliisve conflictantur cum cervicis dolore et temporum gravitate, si tenebricosa caligo oculis obversatur praecordiorumque contentio sine doloris sensu affuerit, iis sanguis e naribus profunditur. Qui vero toto capite gravitatem sentiunt, cum oris ventriculi morsu et stomachi fastidio, ii biliosa et pituitosa vomitione reiiciunt. Quibus in casibus plerumque pueris convulsiones maxime fiunt. Eadem etiam mulieribus contingunt, praetereaque mala ab utero oriunda. Grandioribus autem natu et quos iam calor defecit partium resolutiones aut insaniae, aut coecitates.]

Status tertius.

13. Paulo ante arcturum sub ipsoque arcturó imbres copiosi et magni spirantibus aquilonibus in Thaso fuerunt. Circa aequinoctium autem et ad vergilias usque parvae et modicae pluviae austrinae. Hiems aquilonibus perflata iusto maiores siccitates, frigora, ventos magnos et nives habuit. Ad aequinoctium autem maxima frigora. Ver aquilonium, exsuperantes siccitates, modicae pluviae et frigora. Circa aestivum solstitium

[1] καί V. — [2] καὶ - πυρετοῖσι om. V. — [3] ἢ καί V. — [4] οὐ om. V. — [5] ἐν τουτέοισι V. — [6] σμικρά om. V. — [7] δὲ μεγ. V.

12. τὰ περὶ κεφαλήν κ. τ. λ.] — Hoc quoque capitulum continet fragmentum prorsus alienum ac diversum a morborum descriptionibus et quod vix aut ne vix quidem cohaeret cum proxime antecedente. Quemadmodum in superiore illo advertit loco uno anacoluthia, ita in hisce item advertit, quin vix potes non accusare librarios. — Quis quaeso nexus aptus inter superiora et φρενιτικοῖσι μὲν σπασμοί? — In verbis οὐ μετ' ὀδύνης negationem cum Freindio, Littréo adscripsi e Galeno, qui antiquos criticos οὐ delevisse narrat; — suspiceris fere μή ante μετά interiisse. — Quae rursus verborum connexio, et apta consecutio in καρδιωγμοὶ δὲ καὶ ἀσώδεές εἰσι? — scriptumne fuit ἔσαι pro ἀσώδεες? — Quodsi verba ὡς τὸ πουλὺ δὲ παιδίοισι — μάλιστα, quae isto modo ad Galeni et codd. aliquot Parr., inter quos vetustissimus A., textum cum Littréo descripsi, conferas cum vulgata lectione: τὸ πολὺ δὲ παιδίοισι· ἐν τούτοισι γὰρ οἱ σπασμοὶ μάλιστα, rursum nescis an non vulgata verior sit lectio, sed quae lacunas habeat, quas textus Galenicus et mss. illorum Parisiensium modo quocumque a recentioribus expletas obferat. — De hisce vix certo pronunciare audeo.

13. νότια ὕσματα σμικρὰ, ὀλίγα.] σμικρά, quod Foësius Latine expressit; e Gal. adscivi.

ὕσματα ὀλίγα, ψύχεα.] Lindanus quare de suo, uti videtur, ψυχρά dederit, non satis perspicere valeo.

μεγάλα ψύχεα μέχρι κυνός.] Editor nuperrimus μεγάλα ψύχεα μέχρι κυνὸς ἐπλησίασεν, idque e libris tribus, inter

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 311 sur 880

©BIUM

κυνός· μετὰ δὲ κύνα μέχρις ἀρκτούρου θέρος θερμὸν, καύματα μεγάλα, οὐκ ἐκ προσαγωγῆς, ἀλλὰ ξυνεχέα καὶ βίαια· ὕδωρ οὐκ ἐγένετο· ἐτησίαι ἔπνευσαν· περὶ ἀρκτοῦρον ὕσματα νότια μέχρι ἰσημερίης.

aquae paucae, frigora magna ad canem usque. Post canem vero ad arcturum usque per calidam aestatem aestus magni, qui non per intervalla aut sensim fierent, sed tum perpetui, tum vehementes; non pluebat, anniversarii venti spiravere. Ad arcturum autem pluviae austrinae ad aequinoctium usque.

ιδ'. Ἐν τῇ καταστάσι ταύτῃ κατὰ χειμῶνα μὲν ἤρξαντο παραπληγίαι καὶ πολλοῖσι [1]ἐγίγνοντο, καί τινες αὐτῶν ἔθνησκον διὰ ταχέων· καὶ γὰρ ἄλλως τὸ νόσημα ἐπίδημον ἦν· τὰ δ' ἄλλα διετέλεον ἄνοσοι. Πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος ἤρξαντο καῦσοι καὶ διετέλεον μέχρι ἰσημερίης διὰ τοῦ θέρεος. Ὅσοι μὲν οὖν ἔαρος καὶ θέρεος [2]ἀρξαμένου αὐτίκα νοσέειν ἤρξαντο, οἱ πλεῖστοι διεσώζοντο· ὀλίγοι δέ τινες ἔθνησκον. Ἤδη δὲ τοῦ φθινοπώρου καὶ τῶν ὑσμάτων γενομένων, θανατώδεες ἦσαν καὶ πλείους ἀπώλλυντο. Ἦν δὲ τὰ παθήματα τῶν καύσων, οἷσι μὲν καλῶς καὶ δαψιλέως [3]ἐκ ῥινῶν αἱμορραγήσειε, [4]διὰ τούτου μάλιστα σώζεσθαι· καὶ οὐδένα οἶδα, εἰ καλῶς

14. In hac temporis conditione ad hiemem partium resolutiones coeperunt multosque invaserunt, ex quibus nonnulli celeriter interierunt, mire quippe vulgariter grassabatur hic morbus, cetera vero integre degebant. Primo autem tempore veris febres ardentes coeperunt et ad aequinoctium usque et ad aestatem perseveraverunt. Quos itaque statim sub ipsa veris et aestatis primordia morbus invasit, plerique omnes superstites evaserunt, paucique interierunt. Cum vero auctumnus esset pluviaeque impeterent, lethales erant pluresque peribant. Inerant vero in febribus ardentibus affectiones huiusmodi, ut qui bene et largiter sanguinem e naribus profudissent, ii vel ex eo maxime servati viderent-

[1] ἰγίνοντο V. — [2] ἀρξάμενοι V. — [3] ἔκρινεν αἱμορροῆσαι V. — [4] καὶ διὰ τοῦτο V.

quos vetustissimus omnium idemque optimae notae codex. Iam vero Gallice: „temperature, inquit, très fraiche, jusque vers l'approche de la canicule." Notemus primum etiamsi ἐπλησίαζεν significaret *s'approcher* haec pessime explicari; quum hoc verbum sibi non habeat subiectum τὸν κύνα, sed μέγαλα ψύχεα. At insigniter fallitur Littréus et fortuito tantum factum est ut illud ἐπλησίαζεν interpretari possim. Nempe in tractatu de cibis ad Constantinum Pogon., in quem recentiorum vocabula plurima illata sunt, inveni ἡ δὲ κριθὴ πλησιάζει τὴν ψυχρότητα et ὑοσκύαμος πλησιάζει τῇ ψυχρότητι. Itaque cum exercitationis causa istum libellum ederem et in eo πλησιάζειν cum πλεονάζειν alternans et eodem sensu sumtum viderem, (quippe paulo ante locos citatos legitur, ὁ σῖτος πλεονάζει τῇ θερμότητι), iam tunc sum suspicatus recentiores eiusmodi verbum, quod cum πλῆσαι, de quo vide du Cangium, cohaereret usurpasse. E nostro autem loco ista suspicio mihi confirmatur: nam nullus dubito quin illud ἐπλησίαζεν eodem sensu, quo ἐπλεόναζεν, sumendum sit, adeoque recentissimo interpreti debeatur.

οὐκ ἐκ προσαγωγῆς.] καὶ οὐκ ἐκ προσαγωγῆς Littréus e Gal. et libris tribus: mihi copula h. l. displicet.

14. καὶ διετέλεον μέχρι ἰσημερίης διὰ τοῦ θέρεος.] Vulgo πρὸς τὸ θέρος. Codd. duo Foësii διὰ τὸ θέρος, quod recepit Littréus. Nec vero dubito quin haec vera loci scriptura sit, modo debitum casum praepositioni reddamus, de quo vid. Matthiae Gr. Gr. p. 1149. Cf. § 2. supra πρωῒ δὲ τοῦ θέρεος ἀρξάμενοι καὶ διὰ θέρεος καὶ κατὰ χειμῶνα. Recte vidit Littréus aequinoctium auctumni hic spectari, (nam ipso vernali tempore alterum incidit,) itaque inepte inferri πρὸς τὸ θέρος post memoratum tempus aequinoctii auctumnalis. Praeterea legendum esse quod pauciores illi codd. habent, ultro patet e § 18.

οἷσι μὲν καλῶς καὶ δαψιλέως ἐκ ῥινῶν αἱμορραγήσειε.] De variis in fine capitis nostri lectt. verbi αἱμορραγήσειε verbulo monendum. Hoc quidem loco vulgo αἱμορραγῆσαι, Gal. αἱμορράγησαν, Freind. αἱμορράγησε; aliae vero membranae αἱμορροῆσαι et αἱμορροῖσι. Paulo inferius εἰ καλῶς αἱμορραγήσειε Gal., Littr. αἱμορραγήσαιεν vulgo. αἱμορραγῆσαι cod. vetustissimus. Tandem καὶ μάλιστα οἷσι μὴ αἱμορραγήσειε codd. duo Foësii, αἱμορραγῆσαι vulgo, cui lectioni ἐγένετο e cod. V adiecisse videtur Lindanus, αἱμορραγήσαιεν plures libri, αἱμορραγήσει cod. unus et αἱμορραγίσι Gal., Freindius. — Vide quaeso quam in hoc verbo ubivis variet scriptura: notemus αἱμορραγῆσαι verosimiliter e communi aoristi forma αἱμορραγήσαι ortum esse et vocabulum hoc ob iotacismum, quem vocant, facilem ansam praebere variis a vera scriptura deflexionibus. Teneamus porro optativum singulis locis enumeratis aptissime poni et vero Atticam huius modi formam Hippocrati familiarem esse, (vide v. c. § 58. libri de victu ac.) et facile patebit, quare duobus locis posterioribus hanc formam retinendam censuerim, invehendam autem de meo loco nostro. Iam vero semel huius verbi facta mentione reticere nolo aliquamdiu dubium me haesisse an § 1. ἡμορράγες retinendum esset. an vero αἱμορράγεε e Cod. Voss. reciperem, quum aliis locis in ἡμορράγησε similis sit scripturae varietas et Freindium augmentum subinde omittere viderem, quod Ionibus non insuetum esse omnes novimus. Nolui tamen facere: nam licet libri subinde eiusmodi quid subindicent, in re prorsus simili aegr. 11. lib. III. post st. pest. ἠσχρομύθει libri omnes, et vero ἤμεσε, ὤχει, κτέ-

©BIUM

[1] αἱμορραγήσειε, ἐν τῇ καταστάσι ταύτῃ ἀποθανόντα· Φιλίσκῳ γὰρ καὶ Ἐπαμινώνδῃ καὶ Σιληνῷ τεταρταίῳ καὶ πεμπταίῳ σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξε· ἀπέθανον. Οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν [2] νοσησάντων περὶ κρίσιν ἐπερρίγεον καὶ μάλιστα οἷσι μὴ [3] αἱμορραγήσειε· ἐπερρίγουν δὲ καὶ οὗτοι καὶ ἐφίδρουν.

ιε'. Ἔστι δ' οἷσι ἕτεροι ἐκταίοισι, ἀλλὰ τούτοισι [4] ἢ κατὰ κύστιν κάθαρσις, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα [5] ὠφέλησε, ἢ δαψιλὴς αἱμορραγίη· οἷον Ἡρακλείδης, ὃς κατέκειτο παρὰ Ἀριστοκύδῃ· καίτοι τούτῳ καὶ ἐκ ῥινῶν [6] ἡμορράγησε καὶ ἡ κοιλίη ἐπεταράχθη καὶ τὰ κατὰ κύστιν ἐκαθήρατο· ἐκρίθη εἰκοσταῖος· οὐχ οἷον ὁ Φαναγόρεω οἰκέτης, ᾧ οὐδὲν τούτων ἐγένετο· ἀπέθανε. [7] Ἡμορράγεε δὲ τοῖσι πλείστοισι, μάλιστα δὲ μειρακίοισι καὶ ἀκμάζουσι καὶ ἔθνησκον πλεῖστοι τούτων, οἷσι μὴ [8] ἡμορράγησε· πρεσβυτέροισι δὲ ἐς ἰκτέρους, ἢ κοιλίαι ταραχώδεες· οἷον Βίωνι, τῷ παρὰ Σιληνῷ κατακειμένῳ. Ἐπεδήμησαν δὲ καὶ δυσεντερίαι κατὰ θέρος· καί τισι καὶ τῶν διανοσησάντων, οἷσι καὶ αἱμορραγίαι ἐγένοντο, ἐς δυσεντεριώδεα ἐτελεύτησε· οἷον τῷ Ἐράτωνος παιδὶ καὶ Μύλλῳ πολλῆς αἱμορραγίης γενομένης ἐς δυσεντεριώδεα [10] κατέστη· περιεγένοντο. [11] Πολὺς μὲν οὖν καὶ μάλιστα ὁ χυμὸς οὗτος ἐπεπόλασε· ἐπεὶ καὶ οἷσι περὶ κρίσιν οὐχ ἡμορράγησε, ἀλλὰ παρὰ

tur, neque ullum cui modo sanguis bene fluxisset hoc in statu mortuum videre licuit. Philiscus si quidem et Epaminondas ac Silenus, quod his quarto die et quinto de naribus parum stillaverit, mortem obierunt. Plerique igitur omnes aegri appetente iudicatione rigore corripiebantur, iique potissimum, qui sanguinem e naribus non profudissent, atque hi insuper novo suborto rigore exsudarunt.

15. Quosdam etiam sexto die morbus regius prehendit, verum istos aut per vesicam expurgatio, aut commota alvus, aut larga sanguinis e naribus profusio sublevavit, quale quid Heraclidae, qui apud Aristocyden decumbebat, contigit, quippe qui largum e naribus sanguinem profudit et alvum conturbatam habuit et per vesicam perpurgatus est. Vigesimo autem die iudicatione est liberatus, non quomodo Phanagorae famulus, qui, cum nihil horum quicquam evenisset, periit. Plurimis sanguis e naribus erumpebat, praecipue tamen adolescentibus et aetate florentibus, atque eorum bona pars periit, qui sanguinem non profuderunt. Aetate autem provectioribus res sese in morbum arquatum vertebat, aut iis alvi commotae erant, quale quid Bioni, qui apud Silenum decumbebat, contigit. Aestate etiam intestinorum difficultates populariter vagatae sunt et quidam eorum, qui morbis conflictabantur, quibus etiam sanguis e naribus eruperat, hunc exitum habuerunt, ut in difficultatem intestinorum inciderent, quale quid

[1] αἱμορραγεῖται V. — [2] νοσημάτων V. — [3] αἱμορραγήσαιεν V. — [4] ἡ κ. κ. κ. ἡ κ. V. — [5] ὠφελήσαιεν V. — [6] αἱμορράγησε V. — [7] αἱμορράγεε V. [8] αἱμορραγῆσαι ἐγένετο V. — [9] τὸ τοῦ Ἐ. τῷ π. V. — [10] κατάστασιν περὶ ἐγένοντο V. — [11] πολλοῖς μὲν οὖν μάλ. V.

χλεον cett. Hipp. scribit, ita ut fere certum esse arbitrer eum augmentum non neglexisse.

Ἐπαμινώνδῃ.] Edi solet Ἐπαμίνωνι, unde librorum lectio perparum deflectit: ἐπαμίνοντι Gal. Miror interpretum nemínem § 20. huius libri contulisse, ubi iidem aegrotantes recensentur et ad cuius lect. nomen emendavi, licet sentiam incertum esse utrum sit praeferendum.

σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξε· ἀπέθανον.] Vulgo καὶ ἀπέθανον: codd. vero plurimi et liber vetusiistimus καί omittunt. Itaque eieci: nam § 15. ᾧ οὐδὲν τούτων ἐγένετο· ἀπέθανε. § 19. in fine: ἐδείπνησε ἑκαιροτέρως· ἀπέθανε.

15. ἢ κατὰ κύστιν κάθαρσις.] Ita codex unus, cuius scripturam cum Littréo lubens recepi; cett. ἢ κ. κ. κ.

Ἀριστοκύδῃ.] Pauci quidam libri Ἀριστοκύδει, cui lect. favet etiam cod. vetustissimus: praetulit eam Littréus; nil muto

ἡμορράγεε.] Vulgo αἱμορραγίαι, plures codd. αἱμορράγεε, vetustissimus liber ἡμορράγει, alius quidam ἡμορράγεε, quod recipiendum videbatur cf. adnn. ad § 14.

καί τισι καὶ τῶν διανοσησάντων, οἷσι καὶ αἱμορραγίαι ἐγένοντο.] In hisce alterum καί unius cod. auctoritate delevit Littréus, cui hac in re non adsentior. Nec vero laudo Lindanum tertium καί in articulum mutantem: verum est καί pro αἱ in mss. subinde inveniri, at h. l. auctorem illud dedisse satis constat, puto. Primum καί nil, nisi copula, est, duo cett. vim habent intensivam.

ἐς δυσεντεριώδεα κατέστη.] Vulgo κατάστασιν; κατέστη cum Littr., duobus ex optimis libris et tertio quodam praebentibus, lubens sum amplexus.

πολὺς μὲν οὖν καὶ μάλιστα ὁ χυμὸς οὗτος ἐπεπόλασε.] Vulgatum πολλοῖς μὲν οὖν μάλιστα κ. τ. λ. parum placet,

©BIUM

τὰ ὦτα ἐπαναστάντα ἠφανίσθη, τούτων δὲ ἀφανισθέντων παρὰ τὸν κενεῶνα βάρος τὸν ἀριστερὸν καὶ [1]ἐς ἄκρον ἰσχίον, ἀλγήματος μετὰ κρίσιν γενομένου καὶ οὔρων λεπτῶν διεξιόντων αἱμορραγέειν σμικρὰ [2]ἤρξατο περὶ τετάρτην καὶ εἰκοστὴν καὶ ἐγένοντο ἐς αἱμορραγίην ἀποστάσιες· οἷον Ἀντιφῶντι τῷ Κριτοβούλου· [3]ἀπεπαύσατο καὶ ἐκρίθη τελέως περὶ [4]τεσσαρακοστήν.

Eratonis puero et Myllo accidit, qui post multam sanguinis e naribus profusionem in difficultatem intestinorum delapsi sunt et periculo exempti. Copiosus igitur praecipueque hic humor fluitabat. Si quidem nonnullis quibus impendente iudicatione sanguis e naribus non profluxit, sed aurium tumores exorti sunt et evanuere, (quibus evanescentibus ad sinistri lateris inanitatem gravitatis sensus adfuit et ad summam coxendicem,) exorto post iudicationem dolore et prodeuntibus urinis tenuibus, parce sanguis profluere coepit ad diem vigesimum quartum, et facti sunt ad sanguinis profluvium humorum secessus: veluti Antiphonti Critobuli filio: huic morbus cessavit et in totum iudicatus est circa diem quadragesimum.

ις'. Γυναῖκες δὲ ἐνόσησαν μὲν πολλαί, ἐλάσσους δὲ [5]ἢ ἄνδρες καὶ ἔθνησκον ἧσσον. ἐδυστόκεον δὲ πλεῖσται καὶ μετὰ τοὺς τόκους ἐπενόσεον, καὶ ἔθνησκον αὗται μάλιστα· οἷον Τελεβούλου ἡ θυγατήρ· ἀπέθανε ἑκταίη ἐκ τόκου. Τῇσι μὲν οὖν πλείστῃσι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι γυναικεῖα ἐπεφαίνετο καὶ παρθένοισι πολλῇσι τότε πρῶτον ἐγένετο· ἔστι δ' ἧσι ἐκ ῥινῶν ἡμορράγησε· ἔστι δ' ἧσι καὶ ἐκ ῥινῶν καὶ τὰ γυναικεῖα τῇσι αὐτῇσι ἐπεφαίνετο· οἷον τῇ Δαϊθαρσέως θυγατρὶ παρθένῳ ἐπεφάνη τότε πρῶτον καὶ ἐκ ῥινῶν λάβρον ἐρρύη· καὶ ὀὐδεμίαν οἶδα ἀποθανοῦσαν, ἧσι τούτων τι καλῶς γένοιτο· ἧσι δὲ

16. Mulieres praeterea multae aegrotarunt, minus tamen quam viri nec ita multae obierunt plurimae autem difficulter partum ediderunt, et a partu insuper laborarunt, ipsaeque potissimum obierunt, non secus ac Telebuli filia, quae sexto a partu die interiit. In his febribus igitur plurimis menses apparuerunt, virginibusque multis tunc primum prodiere, aliis e naribus sanguis profluxit: nonnullis etiam et e naribus sanguis profluxit, iisdemque menses insuper prorupere: quemadmodum Daïtharsis filiae virgini contigit, cui tunc primum apparuere et multus e naribus profluxit sanguis. Atque haud scio quibus horum quicquam rite evenerit, an ex iis

[1] ἐς om. V. — [2] ἤρξαντο V. et περὶ δὲ εἰκοστὴν τετάρτην ἐγ. V. — [3] ἐπεπαύσατο V. — [4] τεσσαράκοντα V. — [5] ἢ om. V. tum ἧσσους.

Foës. et Freindius etiam praetulerunt alteram lect.: mihi quidem unice vera visa est.

ἀλγήματος μετὰ κρίσιν γενομένου κ. τ. λ.] Vulgo pone ἀλγήματος adscribitur δέ, et Gal., Lind., Freind., plurali num. ἀλγημάτων δὲ μετὰ κρίσιν γενομένων. Cum nuperrimo editore, plurium codd. auctoritate δέ suppressi, licet non ignorem istam particulam saepius in apodosi locum obtinere: at hîc quidem confusionem pariat fere est necesse. Littréus de huius sententiae structura parumper intricata queritur: non sine causa quidem, quum longius ducta sit quam in his libb. fieri solet; sed in aliis tamen nostri scriptis vel longius protractae et magis intricatae occurrunt, ita ut me nostra haec haud ita offendat.

οἷον Ἀντιφῶντι κ. τ. λ.] Ad plurimorum in hoc libro et in Prorrh. I. locorum exemplum οἷον de meo hic intuli.

ἀπεπαύσατο καὶ ἐκρίθη τελέως.] ἐπεπαύσατο vulgo: ἀπεπαύσατο Gal., cod. antiquissimus, aliique duo: sponte patet me iudice, hoc unice verum esse de morbi totius fine et iudicatione.

16. καὶ ἔθνησκον ἧσσον.] Ita cod. vetustiss. et alii tres: vulgo ἧσσους. Utraque scriptura sane ferri potest: sed ne nimis coacervarentur adiectiva alteram praetuli; mox ἔθνησκον μάλιστα.

οἷον Τελεβούλου ἡ θυγατήρ.] Plurimi codd. Τελεβούλου, cett. Τελεβόλου. Articulum ἡ unus dat liber vetustissimus.

τῇσι μὲν οὖν πλείστῃσι — οἷον τῇ Δαϊθαρσέως θυγ. κ. τ. λ.] Haec periodus antea hoc modo edebatur: τῇσι μὲν οὖν πλείστῃσι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι γυναικεῖα ἐπεφαίνετο· ἔστι δὲ ἧσι ἐκ ῥινῶν ἡμορράγησε· καὶ παρθένοισι πολλῇσι τότε πρῶτον ἐγένετο· ἔστι δ' ἧσι καὶ ἐκ ῥινῶν καὶ τὰ γυναικεῖα τισὶν ἐπεφαίνετο. Quae in his notavi verba in Calvi interpretatione Latina et cod. uno germanico, quem vocat Foësius, deficiunt: ita ut Littréus ista pa-

ξυνεκύρησε ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι νοσῆσαι, πᾶσαι ἀπέφθειραν, ἃς καὶ ἐγὼ οἶδα.

ιζ'. Οὖρα δὲ τοῖσι πλείστοισι εὔχροα μὲν, λεπτὰ δὲ καὶ ὑποστάσιας ὀλίγας ἔχοντα· κοιλίαι δὲ ταραχώδεες τοῖσι πλείστοισι διαχωρήμασι λεπτοῖσι καὶ χολώδεσι· πολλοῖσι δὲ τῶν ἄλλως κεκριμένων ἐς δυσεντερίας [1]ἐτελεύτα· οἷον [2]Ξενοφάνεϊ καὶ Κριτίᾳ. Οὖρα [3]δὲ ὑδατώδεα πολλὰ καθαρὰ καὶ λεπτὰ καὶ μετὰ κρίσιν καὶ ὑποστάσιος πολλῆς καὶ καλῆς γενομένης καὶ τῶν ἄλλων καλῶς κεκριμένων ἀναμνήσομαι οἷσι ἐγένετο· Βίωνι, ὃς κατέκειτο παρὰ [4]Σιληνῷ, Κράτιδι τῇ παρὰ Ξενοφάνεος, Ἀρέτωνος παιδὶ, Μνησιστράτου γυναικί· μετὰ δὲ δυσεντεριώδεες ἐγένοντο οὗτοι πάντες. Περὶ δὲ ἀρκτοῦρον ἑνδεκαταίοισι πολλοῖσι [5]ἔκρινε καὶ τούτοισι οὐθ' αἱ κατὰ λόγον γενόμεναι ὑποστροφαὶ ὑπέστρεφον· ἦσαν δὲ κωματώδεες περὶ τὸν χρόνον τοῦτον, πλείω δὲ παιδία καὶ ἔθνησκον ἥκιστα οὗτοι πάντων.

quaequam perierit. In quas vero praegnantes morbus forte incidit, hae omnes, quod sciam, abortionibus periclitatae sunt.

17. Plurimis vero urinae bene quidem coloratae, tenues autem et pauca habentes subsidentia, cum deiectionibus tenuibus et biliosis. Plerisque vero alioqui iudicatis morbus in intestinorum tormina desiit, quale quid Xenophani et Critiae accidit. Uriñae etiam quibusdam dilutae, multae, liquidae, tenues post iudicationem fuerunt, in quibus cum reliqua etiam probe iudicata forent, multa et laudabilia subsedere. Atque hoc quidem recensere aequum videtur, in quibus fuere Bion, qui apud Silenum decumbebat, Cratis, quae prope Xenophanis aedes, Aretonis puer et Mnesistrati uxor. Qui omnes postea in difficultatem intestinorum delapsi sunt. Multi circa arcturum undecimo die iudicatione absoluti sunt, neque his quae ob iustam causam fieri solent morborum reversiones recurrerunt. Sub hoc tempus autem sopore opprimebantur, atque inter hos plures

[1] ἰφίλευται V. — [2] ξενοφάνη V. — [3] δέ om. V. — [4] σιληνόν cett. — [5] ἐκρίνετο V.

ρέλκειν opinatus deleverit. Mihi non abundare, sed in alienum locum migrasse, visa sunt, adeo ut ad pristinum, uti mihi videtur, ordinem ea revocaverim, simul e vetustissima membrana τισίν in τῇσι αὐτῇσι mutans.

17. πολλοῖσι δὲ τῶν ἄλλως κεκριμένων.] Vulgo pro ἄλλως legitur ἄλλων; illud dedit Lindanus, Latine vero iam expresserat Foësius.

καὶ ὑποστάσιος πολλῆς καὶ καλῆς γενομένης.] Vulgo solum καλῆς, pro quo Galenus eumque secutus Freindius πολλῆς. Puto Freindium id praetulisse, quod e contextu efficeret, ὑπόστασιν καλήν h. l, non congruam esse, quod mihi secus habere videtur, collata v. c. historia aegri 6. Ep. I. Itaque quum verba initio § καὶ ὑποστάσιας ὀλίγας ἔχοντα facerent, ut πολλῆς h. l. scriptum fuisse putarem, utrumque recepi, sicuti § 19. οὖρα πολλὰ καὶ πολλὴν ὑπόστασιν καὶ καλὴν ἔχοντα. Contrarium habemus in verbis e constitutione secunda, § 7.: ἢ σμικρὰ καὶ κακὰ, καὶ ὠμὰ τὰ ὑφιστάμενα.

ὃς κατέκειτο παρὰ Σιληνῷ.] Cett. παρὰ Σιληνόν. Lubet colligere locos, ubi in his libris παρά ad locorum indicationem facit, ubi aegrotantes decubuerant. Reperitur cum dandi casu, quod puto fieri ubi de personis sermo est; cum accusativo, ubi de locis, aedificiis, viis sermo est; cum genitivo, in ellipsi, in qua accusativus οἰκήματα v. c. subintelligitur. — § 15. supra τῷ παρὰ Σιληνῷ dedi e Galeno et libris duobus, ceteris τῷ παρὰ Σιληνόν habentibus. Ibidem παρὰ Ἀριστοκύδῃ sine lectionis variet. Lib. III. aegro 9. ante statum pestilentum παρὰ Τισαμενῷ Freindius e Gal., ubi vulgo παρὰ Τισαμενοῦ, quod aliud quid significat, quum comparari debeat cum dictione, qualis παρὰ τὰ Ἀριστιῶνος, quae legitur aegro 7°. In hac ipsa § 17ª τῇ παρὰ Ξενοφάνεος accipio τῇ παρὰ τὰ Ξενοφάνεος οἰκήματα. Aegro 5. l. l. παρὰ Δημαινέτῳ, aliis mss. παρὰ Δηλίαν ferentibus. In lib. I. § 21. παρὰ Διονύσιον, quod num de Bacchi templo, an de homine Dionysio appellato sit intelligendum non certum; exempla paulo post describenda fecerunt ut de templo acciperem. § 21. in fine ὃς κατέκειτο παρὰ Γνάθωνι τῷ γναφέϊ. — Aegro 5.° eiusdem libri παρὰ Ἀρχηγέτην scripsi libris Ἀρχιγέτην etiam ferentibus, sed accusativus habetur in omnibus; idem casus in παρὰ τὸ θέητρον. aegro 5. lib. I. παρὰ τὸ τεῖχος; — aegro 8. παρὰ Βοιώτου χαράδρην, aegro 10. παρὰ τὸ Φρυνιχίδεω φρέαρ; — aegro 14.° παρὰ Ἥρης ἱερόν. Lib. III. ante st. pestil. aegro 1.° παρὰ Γῆς ἱερόν. aegro 2.° παρὰ τὸ καινὸν τεῖχος et post st. pest. aegro 2.° παρὰ τὸ ψυχρόν. Aegro 8ᵛᵒ παρὰ τὰς Θρηϊκίας πύλας. Ad horum locorum exemplum refeci § 21. verba ὃς παρὰ Ἡρακλείῳ ᾤκει, ita ut ὃς παρὰ Ἡρακλεῖον ᾤκει scriberem, quum ῳ in fine e principio verbi sequentis ᾤκει ortum videretur. — Tenendum est verborum vim in casus cum παρά constructos esse nullam, quum οἰκέω et κατακεῖσθαι motum non significent.

Κράτιδι τῇ παρὰ Ξενοφάνεος.] Vulgo Κρατίῃ τῇ π. Ξ. Formam pravam esse et, quum a Κράτης ducatur, esse debere Κράτεια vel Κράτις docet Meinekius. Hinc factum, ut e [codicis A. lect. κρατιαίτη π. Ξ. efficeret Κράτιδι τῇ π. Ξ.

μετὰ δὲ δυσεντεριώδεες ἐγένοντο οὗτοι πάντες.] Hoc loco pone πάντες libri ferunt ἥρά γε ὅτι οὔρησαν ὑδατώδεα σκεπτέον. Haec verba e textu reieci, quia recentioris lectoris adnotationem marginalem referunt. Fueritne idem cui tot interrogandi formulae in Prorrh. I. et praenn. Coacis de-

©BIUM

ιη'. Περὶ δὲ ἰσημερίην καὶ μέχρι πληϊάδος καὶ ὑπὸ χειμῶνα παρείποντο μὲν καὶ οἱ καῦσοι, ἀτὰρ καὶ Φρενιτικοὶ πλεῖστοι τηνικαῦτα ἐγένοντο, καὶ ἔθνησκον τούτων οἱ πλεῖστοι· ἐγένοντο δὲ [1] καὶ κατὰ θέρος ὀλίγοι. Τοῖσι μὲν οὖν καυσώδεσι ἀρχομένοισι ἐπεσήμαινε οἷσι τὰ ὀλέθρια ξυνέπιπτε· αὐτίκα γὰρ ἀρχομένοισι πυρετὸς ὀξὺς, ἐπερρίγουν σμικρά· ἄγρυπνοι, [2] ἀδήμονες, διψώδεες, ἀσώδεες· σμικρὰ ἐφίδρουν περὶ [3] μέτωπον καὶ κληῖδας, οὐδεὶς δι' ὅλου· πολλὰ παρέλεγον· φόβοι, [4] δυσθυμίαι, ἄκρα [5] περίψυχρα, πόδες ἄκροι, μάλιστα [6] δὲ τὰ περὶ χεῖρας· οἱ παροξυσμοὶ ἐν ἀρτίῃσι· τοῖσι δὲ πλείστοισι τεταρταίοισι οἱ πόνοι μέγιστοι καὶ ἱδρὼς ἐπὶ πλεῖστον ὑπόψυχρος καὶ ἄκρα οὐκέτι [7] ἀναθερμαινόμενα, ἀλλὰ πελιδνὰ καὶ ψυχρὰ, [8] οὐδ' ἐδίψων ἐπὶ τούτοισι· [9] οὖρα μέλανα, ὀλίγα, λεπτά· [10] κοιλίαι ἐφίσταντο· οὐδ' ἠμορράγησε ἐκ ῥινῶν. [11] οὐδενὶ, οἷσι ταῦτα ξυμπίπτοι, ἀλλὰ σμικρὰ ἔσταξε· οὐδ' ἐς ὑποστροφὴν οὐδενὶ τούτων ἦλθε, ἀλλ' [12] ἑκταῖοι ἀπέθνησκον ξὺν ἱδρῶτι. Τοῖσι δὲ Φρενιτικοῖσι ξυνέπιπτε μὲν καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα πάντα· ἐκρίνετο δὲ τούτοισι ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ ἐνδεκαταίοισι· ἔστι δ' οἷσι καὶ εἰκοσταίοισι, οἷσι οὐκ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἡ φρε-

pueri, qui omnium vel maxime morte exempti sunt.

18. Ad aequinoctium vero et ad vergilias usque et sub hiemem febres ardentes accidebant. Quin etiam tunc plurimi perpetuo cum febribus delirio corripiebantur, atque ex his plerique omnes moriebantur, aestate autem pauci tales evadebant. Invadentes itaque febres ardentes, quibus praesens immineret pernicies, satis indicabant. Nempe statim ab initio febris acuta cum modico insuper rigore prehendebat, vigiles erant, impotentes animi, sitibundi, aestuatione et corporis incontinenti iactatione conflictabantur cum parvo tenuique sudore circa frontem et claviculas oborto, nullo tamen per totum corpus diffuso, multum deliri erant, timore et omni moerore confecti ac velut animum despondentes, extrema paulatim frigus concipiebant, pedes summi, maximeque manuum summitates, diebus paribus accessiones contingebant. Plerisque vero omnibus maxime labores die quarto aderant, sudoresque longissime subfrigidi, nec extrema amplius recalescebant, sed livida et frigida permanebant, neque sitiebant ita affecti. Urinae his erant nigrae, tenues et paucae, alvique restiterant, nec cuiquam eorum, quibus haec acciderent, sanguis e naribus profluxit, sed paucus stillavit, neque horum cuiquam res ad recidivam devenit, verum sexto die cum su-

[1] καί om. V. — [2] ἀδήμονες om. V. — [3] τὸ μ. V. — [4] δυσφημίαι V. — [5] ὑπόψυχρα V. — [6] δὲ καὶ τ. π. χ. V. — [7] ἠερμαίνοντο V. - tum ἀλλ' ἦσαν π. — [8] καὶ οὐδ' ἐ. V. — [9] οὖρα τούτοις μ. V. — [10] καὶ κ. V. — [11] οὐδέ τισιν οἷσι V. — [12] ἕκτῃ V. - et ἔθνησκον.

bentur, nescio, sed certo scio libri auctorem istam notulam non adscripsisse: is nihil aliud facit quam simpliciter quae observaverat enarrare.

18. παρείποντο μὲν καὶ οἱ καῦσοι· ἀτὰρ καὶ Φρ. πλ. τ. ἐγ.] καί ante οἱ καῦσοι e Gal. adscivi, ut eo disertius indicetur eo, quod noster innuit, tempore simul et febres ardentes et phrenitides grassatas esse.

καὶ ἄκρα οὐκ ἔτι ἀναθερμαινόμενα.] Ita Gal.: vulgo οὐκ ἔτι ἐθερμαίνετο. Membr. vetustiss. οὐκ ἔτι ἀνεθερμαίνοντο. Solus Gal. veram scripturam servasse mihi visus est.

οὐδ' ἐδίψων ἐπὶ τούτοισι· οὖρα μέλανα, ὀλίγα, λεπτά· κοιλίαι ἐφίσταντο.] Vulgo καὶ οὐδ' ἐδίψων ἐπὶ τούτοις· οὖρα τούτοις μέλανα, ὀλίγα, λεπτά· καὶ κοιλίαι ἐφίσταντο. Membrana vetustiss. ἔτι ἐπὶ τούτοις· οὖρα τούτοις, unde Littréus: οὐδ' ἐδίψων ἔτι· ἐπὶ τούτοισιν οὖρα κ. τ. λ Ego in vulg. καί ante οὐδ' et ante κοιλίαι delevi et vero τούτοις ante μέλανα. Nempe aut ita auctorem scripsisse credo, aut οὐδ' ἐδίψων ἔτι· οὖρα τούτοισι μέλανα κ. τ. λ., quamquam hoc mihi minus vero simile videtur.

τοῖσι δὲ Φρενιτικοῖσι ξυνέπιπτε μὲν καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα πάντα· ἔκρινε δὲ τούτοισι κ. τ. λ.] Vulgo ξυνέπιπτε μὲν καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα πάντα. Cod. Germ. Foësii: καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα οὐ πάντα. Alter liber Littréi: τοῖσι δὲ Φρενιτικοῖσι, οἷσι οὐ συνέπιπτε μὲν τὰ ὑπογεγραμμένα ἅπαντα, ἐκρίνετο τοῖσι ὡς τὸ πουλύ. — Negationem vidisse etiam Gal. e Comm. patet. Mihi vulgata lectio sine addita negatione unice vera videtur: nam grammatice spectata nihil est quod in illa desideres; quod si vero ad rerum nexum attendas, referre debes τὰ ὑπογεγραμμένα πάντα ad omnia, quae hac § a verbis inde τοῖσι μὲν οὖν καυσώδεσι usque ad ἀπέθνησκον ξὺν ἱδρῶτι enumeravit prava symptomata, quorum nullum est, quod a phrenitide sit alienum, ita ut hos in primis a ceteris καυσώδεσι indicii tempore distinguat.

οἷσι οὐκ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς . . . μετέπεσε.] In magno librorum numero haec non habentur, Galeni comm. ita compara-

©BIUM

νῖτις ἤρξατο ἀλλὰ περὶ τρίτην, ἢ τετάρτην ἡμέρην, μετρίως δὲ ἔχουσι ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ, περὶ τὴν ἑβδόμην ἐς ὀξύτητα τὸ νόσημα μετέπεσε.

ιθ'. Πλῆθος μὲν οὖν τῶν νοσημάτων ἐγένετο· ἐκ δὲ τῶν καμνόντων ἀπέθνησκον μάλιστα μειράκια, νέοι, ἀκμάζοντες, λεῖοι, [1]ὑπολευκοχρῶτες, ἰθύτριχες, μελανότριχες, μελανόφθαλμοι, οἱ εἰκῇ καὶ ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον βεβιωκότες [2]ὑψόφωνοι, ἰσχνόφωνοι, τρηχύφωνοι, τραυλοὶ, ὀργίλοι· [3]καὶ γυναῖκες δὲ πλεῖσται ἐκ τούτου τοῦ εἴδεος ἀπέθνησκον. Ἐν δὲ τῇ καταστάσι ταύτῃ ἐπὶ σημείων μάλιστα τεσσάρων διεσώζοντο· οἷσι γὰρ ἢ διὰ ῥινῶν καλῶς αἱμορραγήσειε, ἢ κατὰ κύστιν οὖρα πολλὰ καὶ πολλὴν ὑπόστασιν καὶ καλὴν ἔχοντα ἔλθοι, ἢ κατὰ κοιλίην ταραχώδεα [4]χολώδεα ἐπικαίρως, ἢ δυσεντερικὰ γένοιτο· πολλοῖσι δὲ ξυνέπιπτε μὴ ἐφ' ἑνὸς κρίνεσθαι τῶν ὑπογεγραμμένων σημείων, ἀλλὰ διεξιέναι διὰ πάντων τοῖσι πλείστοισι καὶ δοκέειν μὲν ἔχειν ὀχληροτέρως· διεσώζοντο δὲ πάντες, οἷσι ταῦτα ξυμπίπτοι. Γυναιξὶ δὲ

19. Magnus itaque horum morborum fuit numerus; atque ex aegris praecipue interibant adolescentes, iuvenes, aetate florentes, quique erant glabro corpore, cute subalbida, extenso et nigro capillitio et nigris oculis, otiose et segniter vitam degentes, voce alta, exili, aspera, balbi, irae praecipitis et acerbae, plurimaeque huiusce generis mulieres peribant. At vero hoc in statu ex quatuor maxime signis servabantur: ii nempe quibus aut ex naribus bene sanguis profluxisset, aut urina multa, in qua quod desidebat copiosum et laudabile erat, per vesicam processisset; quique aut per alvum turbulenta, biliosa, tempestive demitterent; aut in difficultatem intestinorum delaberentur. Multisque usu venit, ut non ab uno ex descriptis signis iudicarentur, sed ut plurimi per omnia percurrerent et gravius habere viderentur. Sed hi omnes, quibus ista contingerent, incolumes evaserunt. Mu-

[1] λευκοχρῶτες V. — [2] ὑψώφωνοι, ἰσχνόφωνοι V. — [3] καί om. V. — [4] χολώδεσι V.

tus est, ut quid hic legerit inde non constet. Vulgata habet: οἷσιν εὐθὺς οὐκ ἐξ ἀρχῆς ἡ Φρενῖτις ἤρξατο περὶ τρίτην, ἢ τετάρτην ἡμέρην, ἀλλὰ μετρίως ἔχουσιν ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ, περὶ τὴν ἑβδόμην εἰς ὀξύτητα τὸ νόσημα μετέπεσεν. Ego Lindano duce οὐκ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς pro εὐθὺς οὐκ ἐξ ἀρχῆς scripsi: at ille plura insuper innovavit: legit enim οἷσι οὐκ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἡ Φρενῖτις ἤρξατο, ἀλλὰ περὶ τρίτην, ἢ τετάρτην ἡμέρην, μετρίως ἔχουσιν ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ περὶ τὴν ἑβδόμην ἐς ὀξύτητα τὸ νούσημα μετέπεσε. Itaque locum recte expedivit, nisi quod pone μετρίως adhuc δέ adponendum erat, quae particula alieno loco legitur in loci scriptura, quam habet Cod. unus Littréi: οἷσιν εὐθὺς οὐκ ἐξ ἀρχῆς ἡ Φρενῖτις ἤρξατο περὶ τρίτην ἢ τετάρτην ἡμέραν, ἀλλ' ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ μετρίως ἔχουσι, τὸ νούσημα δὲ περὶ τὴν ἑβδόμην εἰς ὀ. μ. Merc. in vulgata lect. habet περὶ πρώτην ἡμέραν.

19. καὶ γυναῖκες δὲ πλεῖσται κ. τ. λ.] Alii libri καὶ γυν. πλ., alii γυν. δὲ πλ.; ego et καί et δέ recepi. Neque vero causam vidi, quare in paulo superioribus ὑψόφωνοι non reciperem: neque enim glossema est; facile vero ex epithetis illis tribus unum excidere potuit, ita ut non mirer Galenum et libros duos, optimae licet notae, illud vocabulum omittere.

dore, perierunt. Phreniticis autem etiam contigerunt quidem supra descripta omnia, verum his fere undecimo die, quibusdam etiam vigesimo iudicatione solvebatur; quos non statim ab initio sed circa tertium, aut quartum diem phrenitis prehenderat, et quibus morbus primo tempore moderate se habentibus circa septimum diem ad vehementiam devenit.

οἷσι γὰρ ἢ διὰ ῥινῶν καλῶς αἱμορραγήσειε.] Vulgo οἷσι γὰρ ἦν διὰ ῥινῶν καλῶς αἱμορραγῆσαι. Cod. vetustiss. Par. ἡμορράγησε, exhibuit eandem lect. Freind., sed neglecto augmento Lindanus αἱμορραγήσαι, quod quidem praefero, modo formam nostro in his libris solitam exhibeamus.

ἢ δυσεντερικὰ γένοιτο.] Vulgo δυσεντερικοὶ γενοίατο, in qua lect. δυσεντερικά Lind. et Freindius, cum quibus omnino hac in re consentio, ineptus enim transitus hic fieret ad aegrotantes a morbis. Pro γένοιτο Gal. γένοιντο. Plur. num. hic illatus est postquam δυσεντερικά in δυσεντερικοί librariorum errore fuit mutatum.

ἐν δὲ τῇ καταστάσι ταύτῃ — οἷσι ταῦτα ξυμπίπτοι.] Paulo intricatior huius periodi structura explicanda est: omnia bene procedunt usque ad ἢ δυσεντερικὰ γένοιτο; ibi vero aposiopesis quaedam est; quam facile expleveris subintelligendo: οὗτοι δὴ περιεγένοντο. Ratio autem, quare haec non adscripta sint, in aprico est; nam in fine posuit διεσώζοντο δὲ πάντες, οἷσι ταῦτα ξυμπίπτοι, de quibus iterum observandum, in his quoque structuram immutari, ita ut haec ab infinitivo a ξυνέπιπτε pendente ad rectam orationem redeat, cum tamen, (quod e μὲν — δὲ sibi respondentibus patet,) postrema re vera proxime antecedentibus καὶ

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 317 sur 880

©BIUM

καὶ παρθένοισι ξυνέπιπτε μὲν καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα [1] σημεῖα πάντα· ἦσι δὲ ἢ τούτων τι καλῶς γένοιτο, ἢ τὰ γυναικεῖα δαψιλέως ἐπιφανείη, διὰ τούτων ἐσώζοντο καὶ ἔκρινε, καὶ οὐδεμίαν οἶδα ἀπολομένην, ἦσι τούτων τι καλῶς γένοιτο· Φίλωνος γὰρ τῇ θυγατρὶ ἐκ ῥινῶν λάβρον ἐρρύη· ἑβδομαίῃ δὲ ἐοῦσα ἐδείπνησε ἀκαιροτέρως· ἀπέθανε.

lieribus item et virgunculis evenerunt paulo ante memorata signa omnia. Decernebat autem si quibus aut horum quippiam optime fieret, aut liberaliter muliebria apparerent, nullaque quod sciam ex his, quibus horum quid optime factum esset, interiit. Philonis namque filia, cum liberaliter ex naribus sanguis effluxisset, quod septimo die intempestivius coenasset, mortem obiit.

κ'. Τὰ παρὰ τὰ ὦτα ἐν πυρετοῖσι ἐπαιρόμενα μετ' ὀδύνης ἔστι οἷσι ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ κρισίμως οὔτε καθίσταται, οὔτε ἐξεπύει· τούτοισι διάρροια χολωδέων, ἢ δυσεντερίη, ἢ παχέων οὔρων ὑπόστασις γενομένη [2] ἔλυσε, οἷον Ἑρμίππῳ τῷ Κλαζομενίῳ. Τὰ δὲ περὶ τὰς κρίσιας ἐξ ὧν καὶ διεγιγνώσκομεν [3] εἰ ὁμοῖα ἢ ἀνόμοια· οἷον οἱ δύο Ἐπιγένεος ἀδελφεοὶ, οἳ κατέκειντο παρὰ τὸ θέητρον καὶ ἤρξαντο ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην· τούτων τῷ πρε-

20. Nonnullis febre iudicatorie desinente tumores ad aures in febribus cum dolore suborti neque conquieverunt, neque suppurati sunt, quos biliosum alvi profluvium aut intestinorum difficultas, aut quod in urinis crassis subsidebat liberavit: quale quid Hermippo Clazomenio evenit. Haec vero quod adtinet ad iudicia, e quibus etiam dignovimus num morbi essent similes, an dissimiles: veluti duo Epigenis fratres: qui prope theatrum habitabant et simul eadem hora

[1] σημ. om. V. — [2] λύει V. — [3] ἢ cett.

δοκέειν μὲν ἔχειν ὀχληροτέρως opponuntur, sed ita ut simul ad superiora omnia referantur.

λάβρον ἐρρύη.] Cett. λαῦρον ἐρρύη, nolui retinere formam deteriorem.

20. Τὰ παρὰ τὰ ὦτα.] Ante hoc principium huius § in mss. et editis ceteris legimus: οἷσι ἐν πυρετοῖσι ὀξέσι μᾶλλον δὲ καυσώδεσι ἀκούσια δάκρυα παραρρεῖ, τούτοισι ἀπὸ ῥινῶν αἱμορραγίην προσδέχεσθαι, ἣν καὶ τἄλλα μὴ ὀλεθρίως ἔχωσι· ἐπεὶ τοῖσί γε φλαύρως ἔχουσι οὐχ αἱμορραγίην ἀλλὰ θάνατον σημαίνει. — Quae quidem extra omnem cum vicinis, sive antecedentibus, sive subsequentibus nexum inferuntur et e contextu demenda fuerunt, licet unde huc devenerint, nesciam. Eiusmodi aphorismus prognosticus alienus ab epidemiae descriptione, in qua exaranda auctor versatur.

τὰ παρὰ τὰ ὦτα — Ἑρμίππῳ τῷ Κλαζομενίῳ.] Cum hisce conferenda historia aegri 10. lib. I., ubi nomen Ἕρμιππος non adponitur, sed solummodo ὁ Κλαζομένιος audit iste homo. Nimirum hunc ipsum ibi spectari patet e verbis: τὰ δὲ παρὰ τὰ οὔατα οὔτε καθίστατο, οὔτε ἐξεπύει, ἤλγεε δέ· περὶ δὲ τὴν λα' διάρροια πολλοῖσι ὑδατώδεσι μετὰ δυσεντεριωδέων· οὖρα παχέα οὔρει· κατέστη τὰ παρὰ τὰ ὦτα.

ἐξ ὧν καὶ διεγιγνώσκομεν εἰ ὁμοῖα, ἢ ἀνόμοια.] Cod. vetustiss. διεγινώσκομεν, εἰ. Imperf. ἐγινώσκομεν Gal. lib. II. de dieb. decrett.: ἐξ ὧν ἐγινώσκομεν εἰ ὁμοῖα, ἢ ἀνόμοια, quam lect. in ms. vetustissimo vidit etiam Foës. Vulgo διαγινώσκομεν ἢ ὁμοῖα, ἢ ἀνόμοια. Mihi vetustiss. membr. lect. praeplacet; nam etiamsi ferrem διαγινώσκομεν, profecto non fero ἢ ὁμοῖα: nam illud ἤ procul dubio ex εἰ originem traxit.

οἷον οἱ δύο Ἐπιγένεος ἀδελφεοὶ, οἳ κατέκειντο παρὰ τὸ θέητρον καὶ ἤρξαντο ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην· τούτεων τῷ πρεσβ. κ. τ. λ.] Vulgata huius loci lectio ita se habet: οἷον οἱ δύο ἀδελφεοί· ἤρξαντο ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην, κατέκειντο παρὰ τὸ θέατρον Ἐπιγένεος ἀδελφεοί· τουτέων τῷ πρεσβ. Cod. vetustissimus in hac lect. habet οἳ ἤρξαντο, quod recepit Littréus. At me iudice ita nemo probabiliter Graece sciens scripserit, nec scripsit ita Hipp.: nempe offendunt in hac lect. tum alia, tum οἱ δύο ἀδελφεοί et mox Ἐπιγένεος ἀδελφεοί iterum illatum. Nam coniungenda non esse θέατρον Ἐπιγένεος, exinde ultro patet, quod theatrum in antiquis civitatibus aedificium publicum fuit, non privati hominis. Lindanus scripsit: οἷον οἱ δύο ἀδελφεοὶ, [οἳ] κατέκειντο παρὰ τὸ θέατρον Ἐπιγένεος, καὶ ἤρξαντο ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην νοσέειν. — Freindius pedetentim Lindanum est secutus: uterque igitur coniungit θέατρον Ἐπιγένεος secus ac fieri debet, neque vero ista coniunxit Gal. in comm.; ceterum praeplacet ordo, quo collocarunt verba οἳ κατέκειντο κ. τ. λ. Itaque ego ordinem illum servandum existimavi, sed simul οἱ δύο Ἐπιγένεος ἀδελφεοί scripsi; porro καί ante ἤρξαντο e Galeno retinui, qui in vulgata lect. pro ἤρξαντο habet καὶ ἤρξαντο. Iam vero θέητρον Ionice cod. unus Littréi, unde hanc formam recepi, liber vero vetustiss. θέρετρον, qua de re paucis est videndum. — Gal. in comm. (p. 197. Ed. Kühn.) γράφουσί τινες, inquit, οὐ θέατρον ἀλλὰ θέρετρον, ἵν' ἔχωσιν ἐξηγεῖσθαι χωρίον τι εἶναι παὶ τὸ θέρεσθαι κεκλημένον οὕτως. Idem autem in glossario: θέρετρον. τόπος ἐνδιατρίβειν θέρους ἐπιτήδειος. ἔνιοι δὲ θέντρον γράφουσι. Recte vidit Littréus pro θέντρον e loco nostro reponendum esse θέατρον: malim tamen Ionice θέητρον. At vero equidem ad aliud quid pergo: illud nomen θέρετρον e Gal. glossis in Oecon. Hipp. migravit et in Lexx. nostra, unde me iudice eiiciendum est, nam non est nisi corrupta lectio nominis θέητρον, neque alia auctoritate quam Galeni receptum, Galenum autem corrupta vocabula in exegesin suam transtulisse etiam ad lib. de V. A. vidimus, itaque huius unius auctoritate neque vocabulum Graecis usitatum fuisse credo, neque significare quod ille notavit: nempe possis forte quemadmodum a θεάομαι θέατρον, ita a θερέω θέρετρον formare, sed num, etiamsi eiusmodi vocabulum in

©BIUM

σβυτέρῳ ἔκρινε ἕκτῃ, τῷ δὲ νεωτέρῳ ἑβδόμῃ καὶ διέλιπε ἡμέρας ἓξ μὲν τῷ ἑτέρῳ, τῷ δὲ ἑτέρῳ ἡμέρας πέντε· [1] ὑπέστρεψε ἀμφοτέροισι ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην, ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἐκρίθη ἀμφοτέροισι ὁμοῦ τὸ ξύμπαν ἑπτακαιδεκαταίοισι. Ἔκρινε δὲ τοῖσι πλείστοισι [2] πεμπταίοισι, διέλιπε ἑπτά· ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων ἔκρινε πεμπταίοισι. Οἵσι δὲ ἔκρινε ἑβδομαίοισι διέλιπε ἑπτά· ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε τρίτῃ. Οἵσι δ' ἔκρινε πεμπταίοισι διέλιπε ἑπτά· ἐλάμβανε τρεῖς, διέλιπε μίαν, ἐπελάμβανε μίαν καὶ ἔκρινε. Οἵσι δὲ ἔκρινε ἑκταίοισι διαλιπόντας ἓξ ἐλάμβανε τρεῖς, διέλιπε μίαν, μίαν ἐπελάμβανε, ἔκρινε· οἷον Εὐάγοντι τῷ Δαϊθαρσέος. Οἵσι δὲ ἔκρινε ἑκταίοισι, διέλιπε ἑπτά· ἐκ δὲ τῆς ὑποστρο-

aegrotare coeperunt: horum natu maiori sexto die, iuniori vero septimo decrevit intermisitque alteri quidem sex dies, alteri quinque, utrique eadem hora morbus reversus est, atque ex reversione uterque simul in totum die decimo septimo est iudicatione liberatus. Plurimis autem quinto die decrevit, septem intermisit, et post reditum die quinto iudicatio facta est. Quibusdam vero septimo die decrevit, septem intermisit et ex recidiva die tertio iudicatio facta est. Aliis autem quinto die decrevit, septem intermisit, tres prehendit, intermisit unum, iterumque unum prehendit et decrevit. Aliquibus sexto die decrevit, intermisit sex, tres rursus prehendit, uno intermisit, altero prehendit et iudicatus est, quemadmodum Euagonti Daïthar-

[1] ὑπίστρεψαν V. — [2] πέμπτῃ δ. ἑβδόμῃ V.

usu fuisset, significasset τόπον θέρεος ἐνδιατρίβειν ἐπιτήδειον vehementer dubito: ego certe anni tempestate calida ψυκτήρια praefero prae θερέτροις.

τούτων τῷ πρεσβυτέρῳ ἔκρινε ἕκτῃ, τῷ δὲ νεωτέρῳ ἑβδόμῃ· καὶ διέλιπε ἡμέρας ἓξ μὲν τῷ ἑτέρῳ, τῷ δὲ ἑτέρῳ ἡμέρας πέντε· ὑπέστρεψε ἀμφοτέροισι ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην, ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἐκρίθη ἀμφοτέροισι ὁμοῦ τὸ ξύμπαν ἑπτακαιδεκαταίοισι.] Describam vulgatam horum verborum lect.: τωτέων τῷ πρ. ἔκρινεν ἕκτῃ· τῷ δὲ νεωτέρῳ ἑβδόμῃ· ὑπέστρεψε ἀμφοτέροισι ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην, καὶ διέλιπεν ἡμέρας πέντε· ἐκ δὲ τῆς ὑπεστροφῆς κ. τ. λ. At Merc. in marg., Foësii exemplar unum, Lindanus illorum fortasse fide: καὶ διέλιπεν ἡμέρας ἓξ μὲν τῷ ἑτέρῳ, τῷ δὲ ἑτέρῳ ἡμέρας πέντε. Cum qua lect. conf. Gal comm. Mihi ista recipienda visa sunt, sed simul totius periodi membra ita transposui, ut iam prius intermissionis, dein reversionis morbi mentio fiat, sicuti rerum ordo flagitat.

ἔκρινε δὲ τοῖσι πλείστοισι πεμπταίοισι, διέλιπε ἑπτά· ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων ἔκρινε πεμπταίοισι.] Haec vulgata lectio est excepto ἑπτά, pro quo ordinalis numerus ἑβδόμῃ legebatur. Iam vero alii libri haud centemnendi illi sane: ἔκρινε δὲ τοῖσι πλείστοισι ἑκταίοισι, διέλιπε ἓξ· ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων ἔκρινε πεμπταίοισι. Postremum hoc alterius loco substituit Littréus. Fateor me non videre qua ratione, quid in his verum sit, distinguamus: facile vero fieri poterit ut partim aliquid exciderit, partim cum ceteris confusum sit. Nempe a vero non absimile mihi videtur olim scriptum fuisse: ἔκρινε δὲ τοῖσι πλείστοισι πεμπταίοισι; διέλιπε ἑπτά· ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων ἔκρινε πεμπταίοισι, οἵσι δὲ ἔκρινε ἑκταίοισι, διέλιπε ἓξ· ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων (vel ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς) ἔκρινε πεμπταίοισι. Sed de hisce nihil certo affirmo: nolo ceterum reticere quid de numeris in eiusmodi locis sive ordinalibus, sive cardinalibus sentiam. Nimirum puto hos sic esse describendos, uti loci sensus sibi postulat, parumque referre utrum v. c. πέμπτῃ an vero πεμπταίοισι scribas, modo videas ne ordinales cum cardinalibus permutentur et ratione inversa hi cum illis. Quid enim? in libris certe non paucis utraque numerorum species signis α', β', γ', cett. exprimitur, ita ut tantum cavendum sit ne locorum sensum importune illato alterutrius generis numero perturbemus. Perparum quoque fidei in his adhibeo dialecto: ubi membr. v. c. τριήκοντα praebent, id prae τριάκοντα praeferendum esse, ultro patet; sed nolim affirmare Hippocratem non scripsisse τέσσερες, τεσσερεσκαίδεκα, τεσσεράκοντα, quia formae istae in nostris apographis hodie non leguntur. — Quin etiam quod ad numeros ipsos attinet, quem latet hosce prae aliis vocabulis facilius a librariis confundi?

οἵσι δ' ἔκρινε ἑβδομαίοισι .... ἔκρινε τρίτῃ.] Vulgo his subiungitur membrum sequens: οἵσι δὲ ἔκρινε ἑβδομαίοισι διαλιπόντας τρεῖς ἔκρινε ἑβδόμῃ. Monet autem Foës. haec in libris duobus desiderari, nec vero legit Galenus, nec Latine expressit Cornarius. Mihi non absonum videtur librariorum errori ista tribuenda esse, ita ut membro superiori vitiose repetito originem debeant. Nempe mira est in his numeris similitudo cum antecedentibus et vero parum facili oratione efferuntur. Itaque licet nihil certi de his praestem, ea omittere nunc malui. Sed fateor sensim magis veri simile mihi videri totum hunc de diebus decretoriis in his morbis locum vitiatum esse ita ut in integrum restitui ex toto non amplius possit.

οἵσι δ' ἔκρινε πεμπταίοισι διέλιπε ἑπτὰ. ἐλάμβανε τρεῖς, διέλιπε μίαν, ἐπελάμβανε μίαν καὶ ἔκρινε.] Codex antiquissimus Foësii: οἵσι δ' ἔκρινε πεμπταίοισι διέλιπε ἑβδομαίοισι, ἐλάμβανε τριταίους, διέλιπε μίαν, ἐπελάμβανε καὶ ἔκρινε μίαν. Hanc lect. secutus est Corn. et huc spectant Galeni verba lib. II. de diebus decretoriis: οἵσι δὲ πεμπταίοισι διέλιπεν ἑπτά· ἐλάμβανε δὲ τρεῖς, διέλιπε μίαν, ἐπελάμβανε μίαν. ἔκρινε δηλονότι καὶ τούτοις τὸ σύμπαν ἑπτακαιδεκαταίοισι. Littréus hoc membrum non recepit, quod in suis mss. non reperiret. Equidem solita nostro in hisce orationis forma recepi, quippe propterea non negligendum videbatur, quod facile eiusmodi quid excidere potuerit et vero constet Galenum haec sub oculos habuisse.

Εὐάγοντι τῷ Δαϊθαρσέος.] Vulgo Δαϊθάρσους: codd. plures, Ald. Gal. Δαϊφάρσους, liber vetustiss. Littréi Δαϊθαρσέος, alterque Δαϊθαρσέως, cf. infra adnn. ad lib. III. St. pest. § 6. — Cf. Greg. Cor. ed. Schaefer. p. 614. quum tamen paulo superius idem nomen per θ̄ scriptum solum occurrat de vulgata non deflectendum esse putavi.

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 319 sur 880

©BIUM

φῆς ἔκρινε τετάρτῃ· οἷον τῇ Ἀγλαΐδου θυγατρί. Οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν νοσησάντων ἐν τῇ καταστάσι ταύτῃ τούτῳ τῷ τρόπῳ διενόσησαν· καὶ οὐδένα οἶδα τῶν περιγενομένων, [1]ᾧ τινι οὐκ ὑπέστρεψαν αἱ κατὰ λόγον γενόμεναι ὑποστροφαί· καὶ διεσώζοντο πάντες, οὓς καὶ ἐγὼ οἶδα, οἷσι αἱ ὑποστροφαὶ διὰ τοῦ εἴδεος τούτου γενοίατο· [2]οὐδὲ τῶν διανοσησάντων διὰ τούτου τοῦ τρόπου οὐδενὶ οἶδα ὑποστροφὴν γενομένην πάλιν.

κα'. Ἔθνησκον δὲ ἐν τοῖσι νοσήμασι οἱ πλεῖστοι ἑκταῖοι, οἷον Ἐπαμινώνδας καὶ Σιληνὸς καὶ Φιλίσκος ὁ Ἀνταγόρεω. Οἷσι δὲ τὰ παρὰ τὰ ὦτα [3]γένοιτο ἔκρινε μὲν εἰκοσταίοισι, κατέσβη δὲ πᾶσι καὶ οὐκ ἐξεπύησε, ἀλλ' ἐπὶ κύστιν ἐτράπετο. Κρατιστώνακτι, ὃς παρὰ [4]Ἡρακλεῖον ᾤκει, καὶ Σκύμνου τοῦ γναφέως θεραπαίνῃ ἐξεπύησε· ἀπέθανον. Οἷσι δ' ἔκρινε ἑβδομαίοισι, διέλιπε ἐννέα, ὑπέστρεφε, ἔκρινε ἐκ τῆς ὑποστροφῆς τεταρταίοισι· οἷον Παντακλεῖ, ὃς ᾤκει παρὰ Διονύσιον. Οἷσι δ' ἔκρινε ἑβδομαίοισι, διέλιπε ἕξ· ὑπέστρεφε· ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε ἑβδομαίοισι, οἷον Φανοκρίτῳ, ὃς κατέκειτο παρὰ Γνάθωνι τῷ γναφεῖ.

κβ'. Ὑπὸ δε χειμῶνα περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς καὶ μέχρι ἰσημερίης παρέμενον μὲν καὶ οἱ καῦσοι καὶ τὰ φρενιτικὰ καὶ ἔθνησκον πολλοί. Αἱ μέντοι κρίσιες μετέπεσον

sis filio contigit. Aliis autem sexto die decrevit, septem intermisit et ex repetitione die quarto iudicatus est, quale quid Aglaïdae filiae usu venit. Plurimi igitur eorum, qui tunc aegrotarunt hunc habuerunt morbi tenorem, atque haud scio an eorum cuiquam, qui superfuerunt, rite factae morborum reversiones non recurrerint, omnesque quod sciam servabantur, quibus hoc recidivae genus contigit, neque hoc modo aegrotantium cuiquam morbum rursus repetivisse memini.

21. Moriebantur autem plurimi ex his morbis sexto die, velut Epaminondas, Silenus et Philiscus Antagorae filius. Quibus tubercula ad aures enascebantur, iis die vigesimo morbus decernebatur. Sedata autem sunt iis omnibus, nec suppurarunt, sed ad vesicam se converterunt. Cratistonacti, qui prope Herculis fanum decumbebat et Scymni fullonis ancillae suppurarunt et perierunt. Nonnullis vero morbus die septimo decrevit, novem intermisit, reversus est et ex recidiva quarto die iudicatus est: veluti Pantacli, qui prope Bacchi templum habitavit. Aliis vero septimo die decrevit, sex intermisit, reversus est et post reversionem septimo decrevit, quemadmodum Phanocrito contigit, qui apud Gnathonem fullonem decumbebat.

22. Sub hiemem vero circa brumale solstitium ad aequinoctium usque febres ardentes et phrenitides perdurarunt, multique peribant. Iudicationes tamen varie ceciderunt, plurimisque

[1] ὅν τινα V. — [2] οὐδὲ γάρ V. — [3] γενοίατο V. — [4] Ἡρακλείῳ V.

αἱ κατὰ λόγον γενόμεναι ὑποστροφαί.] Vulgo ὑποστροφαὶ γενόμεναι, quae de meo ordine inverso descripsi.

21. ἔθνησκον δὲ ἐν τοῖσι νοσήμασι.] Vulgo ἐν τοῖσι νουσήμασι τούτοισι. At τούτοισι magna librorum pars et Gal. omittunt: itaque puto articulum Ionum more pro pronomine sumi.

ὃς παρὰ Ἡρακλεῖον ᾤκει] Vide quae ad § 17. de hoc loco monui.

οἷον Παντακλεῖ κ. τ. λ.] De hoc loco vid. editor nuperrimus, cum quo amplexus sum quae in plerisque libris deficiunt, paucioribus modo illa praebentibus. Ita tamen haec recepi, ut οἷον ante Παντακλεῖ de meo addiderim et παρὰ Διονύσιον acceperim de templo, qua de re supra ad § 17. monui. Nempe in vulg. lectione habes: οἷσι δ' ἔκρινε ἑβδομαίοισι, διέλιπεν. ἑνάτῃ ὑπέστρεφεν. ἔκρινεν ἐκ τῆς ὑποστροφῆς. ἔκρινεν ἑβδόμῃ Φανοκρίτῳ κ. τ. λ, Cod. vetustissimus praebet: οἷσι δ' ἔ. ἑ. δ. ἐ. ὑ. ἔκρινεν ἐκ τῆς ὑποστροφῆς τεταρταίοισι· παντακλίος ᾤκει παρὰ διονύσιον· οἷσι δ' ἔκρινεν ἑβδομαίοισι διέλειπεν ἕξ· ὑποστροφή· ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε ἑβδομαίοισι φανωκρίτω. In aliorum Littréi librorum duorum altero: ἔκρινεν ἐκ τῆς ὑποστροφῆς δ' παντακλεῖ, ὃς ᾤκει παρὰ διονύσιον· οἷσι δ' ἔκρινεν ζ', διέλειπεν ζ'· ὑπέστρεφεν ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινεν ζ', φανοκρίτῳ: ex altero noto διέλιπεν pro διέλειπεν. Pantaclis mentio facta est etiam a Calvo, et vero Foës. itidem vidit librum, ubi locus ille occurrit.

ὑπέστρεφε.] Littréus ὑποστροφή e cod. vet.; praetuli ὑπέστρεφε ex alio illius libro; ad reliquorum membrorum similitudinem.

οἷον Φανοκρίτῳ.] De meo οἷον adieci.

τῷ γναφεῖ.] Ita scripsi ex antiquiss. membrana: cett. γραφεῖ. Paulo ante Σκυμνοῦ τοῦ γναφέως θεραπαίνη. Quis ceterum in his certum quid dare poterit?

22. καὶ οἱ καῦσοι καὶ τὰ φρενιτικά.] Prius καί plurimorum et optimorum librorum auctoritate cum Littréo recepi: deficit in vulg. lect.

©BIUM

καὶ [1] ἔκρινε τοῖσι πλειστοῖσι ἐξ ἀρχῆς πεμπταίοισι, διέλιπε τέσσαρας, ὑπέστρεφε, ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε πεμπταίοισι, τὸ ξύμπαν τεσσαρεσκαιδεκαταίοισι· ἔκρινε δὲ παιδίοισι οὕτω τοῖσι πλείστοισι, ἀτὰρ καὶ πρεσβυτέροισι. Ἔστι δ' οἷσι ἔκρινε ἐνδεκαταίοισι, ὑπέστρεφε τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, ἔκρινε τελέως εἰκοστῇ· εἰ δέ τινες ἐπερρίγουν περὶ τὴν εἰκοστὴν, τούτοισι ἔκρινε τεσσαρακοστῇ. Ἐπερρίγουν δ' οἱ πλεῖστοι περὶ κρίσιν τὴν ἐξ ἀρχῆς· οἱ δ' ἐπερριγώσαντες ἐξ ἀρχῆς περὶ κρίσιν καὶ ἐν τῇσι ὑποστροφῇσι ἅμα κρίσι ἐπερρίγουν. Ἔρρίγουν δ' ἐλάχιστοι μὲν τοῦ ἦρος, θέρεος πλείους, φθινοπώρου ἔτι πλείους, ὑπὸ δὲ χειμῶνα πουλὺ πλεῖστοι· αἱ δὲ αἱμορραγίαι ὑπέλῃγον.

quinto ab initio die morbus decrevit, quatuor dies intermisit, repetiit et ex recidiva quinto die iudicatio facta est, omnino diebus quatuordecim. Atque hunc in modum pueris plurimis, quin etiam natu grandioribus iudicatio facta est. Nonnullis vero morbus undecimo die decrevit, decimo quarto repetiit, perfecteque vigesimo iudicatus est. Quod si qui vigesimo insuper rigore corriperentur, iis quadragesimo die morbus decrevit. Plerique autem omnes sub primam iudicationem denuo rigebant: qui vero initio sub crisin denuo riguerant, hi iterum in morbi reversione sub iudicationem riguerunt. Vere autem omnino pauci rigebant, aestate plures, per auctumnum adhuc plures, sub hiemem longe plurimi: at sanguinis profluvia sensim cessarunt.

[2] ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

Παρεγγεγραμμένα.

Sectio Tertia.

Interpolata.

κγ'. [Τὰ δὲ περὶ τὰ νοσήματα ἐξ ὧν [3] διαγιγνώσκομεν μαθόντες ἐκ τῆς κοινῆς φύσιος ἁπάντων καὶ τῆς ἰδίης ἑκάστου· ἐκ τοῦ νοσήματος, ἐκ τοῦ νοσέοντος· ἐκ τῶν προσφερομένων· ἐκ τοῦ προσφέροντος· ἐπὶ τὸ ῥᾷον γὰρ καὶ χαλεπώτερον [4] ἐκ τούτων· ἐκ τῆς καταστάσιος ὅλης καὶ κατὰ μέρεα τῶν οὐρανίων καὶ [5] χώρης ἑκάστης· ἐκ τοῦ [6] ἔθεος· ἐκ τῆς διαίτης· ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων· ἐκ τῆς

23. [Quod vero adtinet ad ea in morbis e quibus dignotio facienda est, facile discimus e communi omnium et cuiusque propria natura, ex morbo et aegroto, ex his quae offeruntur et eo qui offert. Nam et ex his melius vel gravius se habent. Praeterea ex universali et particulari aëris conditione et regionis cuiusque, ex consuetudine, victus ratione, vitae genere, ex cuiusque aetate, aegri sermonibus, moribus,

[1] Ἐκρίνατο V. — [2] τμ. τρ. V. alia manu in marg. — [3] διεγινώσκομεν V. — [4] ἐκ τούτων etiam V. — [5] χωρίς V. — [6] ἤτεος V.

καὶ ἔκρινε.] Optimus cod. alterque bonae notae ἔκρινε: vulgo ἐκρίνετο; utrumque recte dicitur, sed illud praetuli propter locos seqq.

καὶ ἐν τῇσι ὑποστροφῇσι ἅμα κρίσι ἐπερρίγουν. Ἔρρίγουν δ' ἐλάχιστοι.] Ea est h. l. lectionis varietas; ut vulgo pone κρίσι distinguatur; tum vero alii libri ἐρρίγουν, alii ἐπερρίγουν ferant. Mihi utrumque recipiendum videbatur, eo, quo iam descripsi, ordine.

23. ἐξ ὧν διαγιγνώσκομεν.] Praesens dant libri pauciores, amplexi sunt Lind., Freind., Littr.: etiam mihi in his monitis universalibus extra narrationem de morbo positis praesens magis arridet: nempe cett. διεγινώσκομεν. Sunt sane digna notatu Galeni verba in Comm. dicentis: ἔνιοι ταῦτα παραγεγράφθαι νομίζουσιν ὁμοίαν ἔχοντα τὴν ἑρμηνείαν καὶ τὴν διάνοιαν τοῖς ἐν τῷ περὶ χυμῶν γεγραμμένοις, ἃ προεξήγημαι δι' ἑτέρων ὑπομνημάτων κ. τ. λ. Nimirum orationis diversitas in hisce neminem fugere potest, qui cum reliquis horum librorum partibus nostra haec componat: sed in prolegomenis de hac re monebimus. — Id unum dicam, haec sine ullo dubio παραγεγράφθαι, ut Galenica formula utar. — Verissime etiam cum libri περὶ χυμῶν oratione, quae cum dictione Epidemiorum spuriorum convenit, sermonem horum fragmentorum ab Epid. I. alienorum compararunt antiquitus.

ἐκ τοῦ νοσέοντος.] Lind eumque secutus Freind. ἐκ τοῦ νουσέοντος. Vereor ne Lind. id de suo finxerit, idque parum recte: nam in Lex. Herodoteo lego: „νοσέειν, non νουσέειν, licet constanter νοῦσος." Idem autem in Hipp. observamus, apud quem νουσέειν nusquam vidi, cum quavis fere pagina νοῦσος, νούσημα legatur, quorum tamen hoc non admittendum videtur.

καὶ χαλεπώτερον ἐκ τούτων.] Littréus ἐκ τούτου. In notula vero: „Galien, inquit, ne faisant rapporter ἐπὶ τὸ ῥᾷον κ. τ. λ. qu'à προσφέροντος, il faut donc lire τούτου et non τούτων." At me iudice etiamsi Galenus ita fecisset,

©BIUM

ἡλικίης ἑκάστου· λόγοισι· τρόποισι· σιγῇ· διανοήμασι· ὕπνοισι· οὐχ ὕπνοισι· ἐνυπνίοισι, [1] οἵοισι καὶ ὅτε· τιλμοῖσι· κνησμοῖσι· δακρύοισι· ἐκ τῶν παροξυσμῶν· διαχωρήμασι· οὔροισι· πτυάλοισι· ἐμέτοισι· καὶ ὅσαι ἐξ οἵων ἐς οἷα διαδοχαὶ νοσημάτων καὶ ἀποστάσιες ἐπὶ τὸ ὀλέθριον καὶ κρίσιμον· ἱδρώς· ψύξις· ῥῖγος· βήξ· πταρμοί· λυγμοί· πνεύματα· ἐρεύξιες· φῦσαι σιγώδεες, ψοφώδεες· αἱμορραγίαι· αἱμορροΐδες· ἐκ τούτων καὶ ὅσα διὰ τούτων σκεπτέον.

silentio, imaginationibus, somnis, vigiliis, ex insomniis, quae qualia et quando obveniant videndum est, vellicationibus, pruritibus, lacrimis, ex accessionibus, deiectionibus, urinis, sputis, vomitionibus. Videndae sunt etiam quaecumque fiunt morborum vicissitudines et ex quibus in quos succedant, et quinam abscessus perniciem aut solutionem portendant. Sed et sudor, perfrictio, rigor, tussis, sternutationes, singultus, spiritus, eructationes, flatus silentes, strepitum cientes, sanguinis eruptiones, haemorrhoïdes. Atque ex his quae per haec contingunt consideranda sunt.

κδ'. Πυρετοὶ οἱ μὲν ξυνεχέες· οἱ δὲ ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσι· νύκτα ἔχουσι, ἡμέρην διαλείπουσι· ἡμιτριταῖοι· τριταῖοι· τεταρταῖοι· πεμπταῖοι· ἑβδομαῖοι· ἐναταῖοι. Εἰσὶ δὲ ὀξύταται μὲν καὶ μέγισται καὶ χαλεπώταται νοῦσοι καὶ θανατωδέσταται ἐν τῷ ξυνεχέϊ πυρετῷ. Ἀσφαλέστατος δὲ πάντων καὶ ῥᾴϊστος καὶ μακρότατος ὁ τεταρταῖος· οὐ γὰρ μόνον αὐτὸς [2] ἐφ' ἑωυτοῦ τοιοῦτός ἐστι, ἀλλὰ καὶ νοσημάτων [3] ἑτέρων μεγάλων ῥύεται. Ἐν δὲ τῷ ἡμιτριταίῳ καλεομένῳ ξυμπίπτει μὲν καὶ ὀξέα νοσήματα γίγνεσθαι, καί ἐστι τῶν λοιπῶν οὗτος θανατωδέστατος· ἀτὰρ καὶ φθινώδεες καὶ ὅσα ἄλλα μακρότερα νοσήματα νοσέουσι, ἐπὶ [4] τούτῳ μάλιστα νοσέουσι. Νυκτερινὸς οὐ λίην θα-

24. Febres partim quidem sunt continuae, partim interdiu prehendunt, noctu intermittunt, aut noctu prehendunt, interdiu intermittunt. Sunt et semitertianae, tertianae, quartanae, quintanae, septimanae et nonanae. In febre autem continua morbi sunt valde praecipites, maximi et gravissimi praecipueque lethales. At omnium est tutissima quartana, placidissima et longissima. Non enim solum per se ipsa talis est, verum etiam ab aliis magnis morbis vindicat. In ea vero quae semitertiana dicitur tum morbi acuti accidunt, tum etiam praeter ceteras ista praecipue lethalis est. Quin etiam tabes et quicumque alii morbi longi affligunt, in hac potissimum detinent. Nocturna non admodum lethalis est, longa tamen. Diurna longior, non-

[1] τοίοισι V. — [2] ἀφ' ἑωυτοῦ V. — [3] ἑτέρων μεγάλων V. — [4] τούτοις V.

nobis tamen non esset faciendum. Verum quod de Galeno affirmat Littréus non verum est: habet enim in comm.: ὅταν δὲ καὶ κακ τοῦ προσφέροντος (non ἐκ τοῦ προσφ.) λέγῃ προγινώσκεσθαι ῥᾴον καὶ χαλεπώτερον ἐν ταῖς νόσοις ἀκούειν χρή.

ἐνυπνίοισι οἵοισι καὶ ὅτε.] Vulgo ἐνυπνίοισί τισι, alii τοίοισι, cod. vetustiss. οἵοισι. Cum nuperrimo editore postremum sum amplexus.

πνεύματα.] Gal.; πνεύματα δ' ὅταν εἴπῃ, inquit, τὰς περὶ τῆς ἀναπνοῆς διαφορὰς ἀκουστέον. Mihi haec interpretatio non displicet, sed miror πνεύματα plur. num. de respiratione.

ἐκ τούτων καὶ ὅσα διὰ τούτων.] Exspectaveram fere ἐκ τούτων οἷα καὶ ὅσα διὰ τούτων κ. τ. λ.

24. πυρετοὶ οἱ μὲν ξυνεχέες, οἱ δὲ ἡμ. κ. τ. λ.] Gal. in Comm. suo narrat mss. nonnulla tunc temporis tulisse, πυρετοὶ συνεχέες, ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσι, νύκτα ἔχουσι, ἡμέραν διαλείπουσιν. Lindanus: πυρετοὶ ξυνεχέες, οἱ μὲν ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσι· οἱ δὲ νύκτα κ. τ. λ. Hunc secutus est Freind.; at quare illi id voluerint non intelligo, nam in vulg. lect. omnia bene procedunt et perspicue opponuntur sibi febres continentes et intermittentes.

καὶ μακρότατος ὁ τεταρταῖος.] Cod. vetustissimus non male iterum πάντων infert: καὶ μακρότατος πάντων ὁ τεταρταῖος.

αὐτὸς ἐφ' ἑωυτοῦ.] Vulgo ἀφ' ἑωυτοῦ. At alteram praepositionem praebent cod. vetust. et Gal.; et profecto ita scripsit auctor.

καὶ νοσημάτων ἑτέρων μεγάλων ῥύεται.] Alii libri, in quibus vetustiss. et Gal. ἑτέρων μεγάλων, vulgo μεγάλων ἄλλων, alii libri ἑτέρων μεγάλων ἄλλων. Vereor ne ἄλλων vitiosa repetitione syllabarum postremarum vocabuli antecedentis sensim irrepserit.

καὶ ὅσα ἄλλα μακρότερα νοσήματα νοσέουσι.] Cod. vetustiss. et Lind. καὶ ὅσοι, quam lect. secutus est Littréus et Corn. Latine exprimere dixeris. Mihi vulgata unice vera videtur: nempe quodammodo inflectitur structura, sicuti sex-

©BIUM

νατώδης, μακρὸς δέ· ἡμερινὸς μακρότερος· ἔστι δ' οἷσι ῥέπει καὶ ἐπὶ τὸ φθινῶδες. Ἑβδομαῖος μακρὸς, οὐ θανατώδης· ἐναταῖος μακρότερος καὶ οὐ θανατώδης. Τριταῖος ἀκριβὴς ταχυκρίσιμος καὶ οὐ θανατώδης. Ὁ δέ γε πεμπταῖος πάντων μὲν κάκιστος· καὶ γὰρ πρὸ φθίσιος καὶ ἤδη φθινεῦσι ἐπιγενόμενος κτείνει.

κε'. Εἰσὶ δὲ τρόποι καὶ καταστάσιες καὶ παροξυσμοὶ τούτων ἑκάστου τῶν πυρετῶν. Αὐτίκα γὰρ ξυνεχὴς ἔστι οἷσι ἀρχόμενος ἀνθέει καὶ ἀκμάζει μάλιστα καὶ ἀνάγει ἐπὶ τὸ χαλεπώτερον, περὶ δὲ κρίσιν καὶ ἅμα κρίσι ἀπολεπτύνεται· ἔστι δ' οἷσι ἄρχεται [1]μαλακός τε καὶ ὑποβρύχιος, ἐπαναδιδοῖ δὲ καὶ παροξύνεται καθ' ἡμέρην ἑκάστην, περὶ δὲ κρίσιν καὶ ἅμα κρίσι ἅλις ἐξέλαμψε· ἔστι δ' οἷσι ἀρχόμενος πρηέως ἐπιδιδοῖ καὶ παροξύνεται καὶ μέχρι τινὸς ἀκμάσας πάλιν ὑφίησι μέχρι κρίσιος καὶ περὶ κρίσιν. Ξυμπίπτει δὲ ταῦτα γίγνεσθαι ἐπὶ παντὸς πυρετοῦ καὶ παντὸς νοσήματος. Δεῖ δὲ τὰ διαιτήματα σκοπεύμενον ἐκ τούτων προσφέρειν. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα σημεῖα τούτοισί ἐστι ἠδελφισμένα, περὶ ὧν τὰ μέν που γέγραπται, τὰ δὲ γεγράψεται, πρὸς [2]ἃ δεῖ διαλογιζόμενον δοκιμάζειν καὶ σκοπεῖσθαι τί τούτων ὀξὺ καὶ θανατῶδες ἢ περιεστικὸν, καὶ τί μακρὸν καὶ θανατῶδες ἢ περιεστικὸν, καὶ τίνι προσαρτέον ἢ οὔ, καὶ πότε, καὶ πόσον, καὶ τί τὸ προσφερόμενον ἔσται.

nullis autem ad tabem vergit. Septimana longa est, non tamen lethalis. Nonana hac etiam longior, sed non lethalis. Tertiana exacta celerem habet iudicationem, neque lethalis est. Quintana autem omnium est pessima. Haec nempe ante tabem, aut iam contabescentibus ubi supervenerit perimit.

25. Insunt autem in singulis hisce febribus formae, constitutiones, et accessiones. Statim enim, ut hoc exemplo utar, continua quibusdam, ubi coepit floret et viget maxime et in gravius tendit, circa iudicium vero et in ipso iudicio extenuatur. Nonnullis vero leniter ac latenter incipit, increscit autem in dies et exacerbatur, sed sub iudicium in ipsoque iudicio abunde emicat. Est ubi ex moderatis initiis augescit et exacerbatur, et simulatque aliquantisper vigorem acceperit, ad iudicium usque sub ipsumque iudicium rursus se remittit. Atque haec in omnem febrem omnemque morbum cadere solent. Ex his autem bene subducta ratione victum offerre necesse est. Iam quoque multa alia praecipua signa his sunt cognata, de quibus partim aliquando scriptum est, partim vero scribetur. Quae tecum animo reputans perpendendum considerandumque, quodnam praeceps periculum et mortem portendat, aut quodnam superstitem aegrum fore indicet, et cuinam admovendus cibus nec ne et quando et quantus et quinam cibus futurus sit.

[1] μαλακῶς V. — [2] ἃ δὴ ὀ. V.

centies alias, possisque si velis ἀνακόλουθον appellare. In mente habebat ἀτὰρ καὶ φθινώδεες ἐπὶ τούτῳ μάλιστα γίγνονται, sed ab hac structura decessit et καὶ ὅσα ἄλλα μ. νοσήματα νοσέουσι scripsit: nec tamen idcirco ὅσοι requiro, quod profecto recentiori alicui debetur.

καὶ γὰρ πρὸ φθίσιος κ. τ. λ.] Libri duo καὶ γὰρ καὶ πρὸ φθίσιος: mihi tamen posterius καί h. l. non ab auctore profectum videtur.

25. ἑκάστου τῶν πυρετῶν.] Vulgo adduntur verba ὁμοίως ξυνεχέων διαλιπόντων vel διαλειπόντων. Deficiunt haec in membr. vetustissima et a Littréo suppressa sunt, quia putaret Galeni commentario ista originem debere et a recentiore interprete profecta esse. Qua in re ab illo non dissentio.

αὐτίκα γὰρ ξυνεχὴς ἔστι οἷσι κ. τ. λ.] Ceteri omnes, quod sciam, ξυνεχής ἐστι. Accentus ita positus pessime sensum perturbat.

ἐπὶ τὸ χαλεπώτερον.] χαλεπώτατον e cod. vet. Littréus.

μαλακός τε καὶ ὑποβρύχιος.] Non male codd. plurimi, inter quos vetustissimus: μαλακῶς καὶ ὑποβρύχια. Non placet vulgatum μαλακῶς καὶ ὑποβρύχιος. Gal. μαλθακός τε καὶ ὑποβρύχιος lib. I. de Criss.

πρὸς ἃ δεῖ διαλογιζόμενον.] Vulgo πρὸς ἃ δεῖ διαλογ. Verum δεῖ omittunt Gal., cod. vetustiss. et alter liber. Malo voculam saepe hic obviam servare.

τί τούτων ὀξὺ .... καὶ τί μακρόν.] Haec de meo ita mutavi, ut pro τινί, quae librorum est lectio, τί substituerem. Iste dativus ferri nequit et vero infra, ubi vulgo τί τὸ προσφερόμενον rectissime scribitur, Gal. τινὶ τὸ προσφερόμενον habet. Vides ibi in Galeni contextu hippocratico accidisse idem, quod locis nostris in exemplaribus omnibus. Mihi τί τούτων est τί τῶν νοσημάτων, ἐπὶ οἷσι τοιαῦτα σημεῖα ἐπιφαίνεται.

©BIUM

κς'. Τὰ δὲ παροξυνόμενα ἐν ἀρτίῃσι κρίνεται ἐν ἀρτίῃσι· ὧν δὲ οἱ παροξυσμοὶ ἐν περισσῇσι, κρίνεται ἐν περισσῇσι. Ἔστι δὲ [1]πρώτη περίοδος τῶν ἐν τῇσι ἀρτίῃσι κρινόντων [2]τετάρτη, ἕκτη, ὀγδόη, δεκάτη, τεσσαρεσκαιδεκάτη, εἰκοστὴ, τριηκοστὴ τετάρτη, τεσσαρακοστὴ, ἑξηκοστὴ, ὀγδοηκοστὴ, [3]ἑκατοστή· τῶν δὲ ἐν τῇσι περισσῇσι κρινόντων [4]περίοδος πρώτη, τρίτη, πέμπτη, ἑβδόμη, ἐνάτη, ἑνδεκάτη, ἑπτακαιδεκάτη, εἰκοστὴ πρώτη, εἰκοστὴ ἑβδόμη, τριακοστὴ πρώτη. Εἰδέναι δὲ χρὴ [5]ὅτι ὅ τι ἂν ἄλλως κριθῇ ἔξω τῶν ὑπογεγραμμένων ἐσομένας ὑποστροφὰς [6]σημαίνει· γένοιτο δ' ἂν καὶ ὀλέθρια. Δεῖ δὲ προσέχειν τὸν νόον καὶ εἰδέναι ἐν τοῖσι χρόνοισι τούτοισι τὰς κρίσιας ἐσομένας ἐπὶ σωτηρίην ἢ ὄλεθρον, ἢ ῥοπὰς ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἢ τὸ χεῖρον. Πλανῆτες δὲ πυρετοὶ καὶ τεταρταῖοι καὶ πεμπταῖοι καὶ ἑβδομαῖοι καὶ ἑναταῖοι ἐν ἧσι περιόδοισι κρίνονται σκεπτέον.]

26. Quae diebus paribus invasiones habent ea diebus paribus decernunt. Quorum vero accessiones imparibus diebus fiunt, ea imparibus iudicantur. Circuituum autem qui diebus paribus iudicant primus est decretorius quartus, sextus, octavus, decimus, decimus quartus, vigesimus, trigesimus quartus, quadragesimus, sexagesimus, octogesimus, centesimus. Circuituum vero qui diebus imparibus iudicant primus est tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, decimus septimus, vigesimus primus, septimus et vigesimus, et trigesimus primus. Scire autem oportet quodcumque alio modo decernatur extra hos praescriptos dies futuram indicare morbi reversionem, fortasse vero etiam periculum portendere. Animum vero attendere et nosse oportet his temporibus futuras iudicationes ad salutem aut perniciem tendere, vel momenta in melius aut deterius facere. Praeterea videndum est quibusnam circuitibus febres errantes, quartanae, quintanae, septimanae iudicationes subeant.]

[7] ΑΡΡΩΣΤΟΙ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑ.

Ἄρρωστος α'.

Φιλίσκος, ὃς ᾤκει παρὰ τὸ τεῖχος, κατεκλίθη· τῇ πρώτῃ πυρετὸς ὀξὺς· ἵδρωσε· ἐς νύκτα ἐπιπόνως. Δευτέρῃ πάντα παρω-

Aegroti Quatuordecim.

Aeger primus.

Philiscus, qui propter moenia habitabat, decubuit, primoque eum die febris acuta prehendit cum sudoribus et nocte laboriosa. Postridie

[1] πρώτη κρίσιμος τῶν περιόδων ἐν V. — [2] h. l. V. in marg. περὶ κρισίμων ἡμερῶν ἀρτίων καὶ περιττῶν. — [3] ἑκατοστὴ εἰκοστή. V. — [4] περιόδων V. — [5] ὅ τι ἢν ἀ. κ. V. — [6] σημαίνοιτο V. — [7] Inscriptiones V. alia manu in marg. — [8] ὁ Φ. V. — [9] ἐν νυκτί V.

26. τετάρτη — ἑκατοστή.] Videamus de variis seriei dierum criticorum traditionibus. Signis numerorum utar, ne res confundamus. Vulgo edi solet: δ', ς', η', ι', ιδ', κη', λ', λδ', μη', ξ', π', ρ'. — Gal. lib. II. de Crisibus: δ', ς', ι', ιδ', ιη', κ', κδ', κη', λ', λδ', μ', ξ', π', ρκ' — Idem in Commentario: δ', ς', η', ι', (octavus autem et decimus in plurimis quidem libris, nec tamen in omnibus) κ', λδ', (libri alii κδ') μ', ξ', π', ρ'. — Littréus dedit δ', ς', η', ι', ιδ', κ', λ', μ', ξ', π', ρ'. — Quam facile eiusmodi locis errores a scribis committantur nemo non videt: neque vero de mea, quam exhibeo, serie affirmare ausim auctorem certo ita scripsisse, nec facile alteri sive de sua, sive de mea id affirmanti fidem adhiberem. Praetuli λδ' prae λ', quia postea non per decades numerat, nam habemus μ', ξ', π', ρ'. Itaque λδ' scribere malui, quoniam κ' et ιδ' illum numerum faciunt et quia inter κ' et μ' idem dierum numerus interest, qui inter seqq. ad centesimum usque.

εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι ὅ τι ἂν ἄλλως κριθῇ ... σημαίνει.] Vulgo ὅ τι ἢν ἄλλως κριθῇ, — alii ὅτι — Saepius ἢν et ἄν permutata vidi, unde mea emendatio profluit. Pro σημαίνει cett. σημαίνοιτο: at hoc e seq. γένοιτο ortum est: indicativus in certa affirmatione requiritur, nî fallor. Lind. εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι ἢν [τι] κριθῇ — σημαίνοιτο: sed huius ratio in eiusmodi lege universali minus mihi probatur.

γένοιτο δ' ἂν καὶ ὀλέθρια.] Ita libri tres Littréi, inter quos duo bonae notae: vulgo καὶ γένοιτο ἂν ὀλέθρια.

Aeger 1. Φιλίσκος, ὃς ᾤκει παρὰ τὸ τεῖχος, κατεκλίθη.] Lindanus h. l. ὅς de suo adposuit, qua in re illum secutus sum, quippe hac vocula carere non possumus et vero facile post vocabulum in ος exiens interire potuit. Similiter certe in cod. aliquo, aegro 8., habetur Ἐρασῖνος ᾤκει, pro Ἐρασῖνον, ὃς ᾤκει; talia librariorum oscitantiae debentur. Huius aegri mentio fit § 14. et 21.

©BIUM

ξύνθη· ὀψὲ δὲ ἀπὸ κλυσματίου καλῶς διῆλθε· νύκτα δι' ἡσυχίης. Τρίτῃ πρωΐ καὶ μέχρι μέσου ἡμέρης ἔδοξε γενέσθαι [1]ἄπυρος· πρὸς δείλην δὲ πυρετὸς ὀξὺς μετὰ ἱδρῶτος· διψώδης· γλῶσσα [2]ἐπεξηραίνετο· μέλανα οὖρησε· νύκτα δυσφόρως· οὐκ ἐκοιμήθη· πάντα παρέκρουσε. Τετάρτῃ πάντα παρωξύνθη· οὖρα μέλανα· νύκτα εὐφορωτέρην· οὖρα εὐχροώτερα. Πέμπτῃ περὶ μέσον ἡμέρης σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξε ἄκρητον· οὖρα δὲ ποικίλα, ἔχοντα ἐναιωρήματα στρογγύλα, γονοειδέα, διεσπασμένα, οὐχ ἵδρυτο· προσθεμένῳ δὲ βάλανον φυσώδεα σμικρὰ διῆλθε· νύκτα ἐπιπόνως· ὕπνοι σμικροί· λόγοι· λῆρος· ἄκρα πάντοθεν ψυχρὰ καὶ οὐκ ἔτι [3]ἀναθερμαινόμενα· οὖρησε μέλανα· ἐκοιμήθη σμικρὰ πρὸς ἡμέρην· ἄφωνος· ἵδρωσε [4]ψυχρῷ· ἄκρα πελιδνά· περὶ δὲ μέσον ἡμέρης ἐκταῖος ἀπέθανε. Τούτῳ πνεῦμα διὰ τέλεος ἀραιὸν, μέγα· σπλὴν ἐπήρθη περιφερεῖ κυρτώματι· ἱδρῶτες ψυχροὶ διὰ τέλεος· οἱ παροξυσμοὶ ἐν ἀρτίῃσι.

ingravescentibus omnibus vespere adhibito clysmate venter laudabilia deiecit, nox quieta fuit. Die tertio mane et ad meridiem usque liber a febre esse visus est: ad vesperam vero febris acuta invasit cum sudore et siti, lingua inaruit, nigrum lotium reddidit, nox gravis et molesta fuit, non dormivit prorsusque deliravit. Quarto graviora evaserunt omnia, urinae nigrae, nox facilior fuit, et urinae melius coloratae. Quinto circa meridiem parum idque sincerum e naribus stillavit, urinae variae, in quibus sublimia quaedam innatantia rotunda, genitali semini similia dispersa inerant, neque residebant. Huic supposita glande flatuosa pauca prodierunt, nox gravis fuit, somni parvi, verba cum delirio, extrema undiquaque frigida, quae nec etiam ad calorem amplius revocari poterant, urinam nigram reddidit, aliquantulum dormivit versus diem, vox defecit, sudor frigidus obortus est, extrema livescebant. Die sexto circa meridiem obiit. Spiratio huic perpetuo rara et magna fuit, lien in gibbositatem rotundam sublatus est et ad finem usque sudores frigidi perseverarunt. Accessiones diebus paribus invaserunt.

Ἄρρωστος β'.

Σιληνὸν, ὃς ᾤκει ἐπὶ τοῦ πλαταμῶνος, πλησίον [5]τῶν Εὐαλκίδεω, ἐκ κόπων καὶ πόνων καὶ γυμνασίων [6]ἀκαίρων πῦρ ἔλαβε· ἤρξατο δὲ πονέειν [7]ὀσφὺν καὶ κεφαλῆς εἶχε βάρος καὶ τραχήλου ἦν ξύντασις. Ἀπὸ δὲ κοιλίης τῇ πρώτῃ χολώδεα, ἄκρητα, ἔπαφρα, κα-

Aeger secundus.

Silenum, qui in platamone habitabat juxta Eualcidae aedes, ex defatigatione et laboribus, et exercitationibus intempestivis febris vehementissima prehendit. Coepit autem ex lumbis laborare et capitis gravitate teneri cum cervicis distensione. Primo die ex alvo biliosa, sincera,

[1] πυρετὸς V. — [2] ἐπὶ ἐπ. V. — [3] ἐπαναθερμαινόμενα. V. — [4] ψυχρὸν V. — [5] Σιληνὸς ᾤκει V. — [6] τοῦ Ἐ. V. — [7] ἑτέρων ἀκ. V. — [8] καὶ ὀσφὺν V.

ἔδοξε γενέσθαι ἄπυρος.] Ita liber vetustissimus: ἀπύρετος recentiorum esse videtur: ἄπυρος saepe occurrit: nec vero raro praebent codd. ubi Edd. non habent, ita ut iam ubivis reposuerim. Itidem recentiorum est, quod paulo superius legitur: ἐν νύκτι pro ἐς νύκτα: illud vulgo fertur, hoc recepit Littr. e Gal. et libris tribus, inter quos vetustissimus.

διεσπασμένα.] Ita liber vetustiss. et alter bonae notae, unde dedi quod in his libris frequenter legitur; vulgo διεσπαρμένα, quod minime probo.

οὐκ ἔτι ἀναθερμαινόμενα.] Sic libri duo, quorum alter est vetustissimus, reliqui οὐκέτι ἐπαναθερμαινόμενα.

ἵδρωσε ψυχρῷ.] Ita constanter noster: ψυχρόν et ψυχρά vix ferenda. Liber vetustiss. et alter quidam veram scripturam servarunt.

τούτῳ πνεῦμα διὰ τέλεος ἀραιὸν, μέγα.] Pone διὰ τέλεος ceteri ὥσπερ ἀνακαλούμενῳ, quod glossam refert. cf. Coaca 260. (πνεῦμα) μέγα καὶ διὰ πολλοῦ. Dialectus etiam glossam esse docere videtur.

Aeger 2. Σιληνὸν, ὃς ᾤκει.] Ita cum Lind. corrigo: vulgo Σιληνὸς ᾤκει. — Εὐαλκίδεω bene Ionice cod. antiquiss. vulgo Εὐαλκίδου. — Nomen πλατάμων Littréus reddidit *plateforme*.

πόνων καί.] Vulgo ποτῶν καί. Cod. unus Littréi pro his ἀπὸ τῶν. In ποτῶν latet πόνων, qua de re me admonet vir doctissimus ten Brink. Paulo post κεφαλῆς dant Gal. et plurimi et optimi codd.: vulgo κεφαλήν.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 325 sur 880

©BIUM

τακορέα πολλὰ διῆλθε· οὖρα μέλανα, μέλαιναν ὑπόστασιν ἔχοντα· διψώδης· γλῶσσα ἐπίξηρος· νυκτὸς οὐδὲν ἐκοιμήθη. [1]Δευτέρῃ πυρετὸς ὀξύς· διαχωρήματα πλείω, λεπτότερα, ἔπαφρα· οὖρα μέλανα· νύκτα δυσφόρως· σμικρὰ παρέκρουσε. Τρίτῃ πάντα παρωξύνθη· ὑποχονδρίου ξύντασις ἐξ ἀμφοῖν παραμήκης πρὸς ὀμφαλὸν, ὑπολάπαρος· διαχωρήματα λεπτὰ, ὑπομέλανα· οὖρα θολερὰ, μέλανα· νυκτὸς οὐδὲν ἐκοιμήθη· λόγοι πολλοί· γέλως· ᾠδή· κατέχειν οὐκ ἠδύνατο. Τετάρτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Πέμπτῃ διαχωρήματα ἄκρητα, χολώδεα, λεῖα, λιπαρά· οὖρα λεπτὰ, διαφανέα· σμικρὰ κατενόει. Ἕκτῃ περὶ κεφαλὴν σμικρὰ ἐφίδρωσε· ἄκρα ψυχρὰ, πελιδνά· πουλὺς βληστρισμός· ἀπὸ κοιλίης οὐδὲν διῆλθε· οὖρα ἐπέστη· πυρετὸς ὀξύς. Ἑβδόμῃ ἄφωνος· ἄκρα οὐκ ἔτι ἀνεθερμαίνετο· οὔρησε οὐδέν. Ὀγδόῃ ἵδρωσε δι' ὅλου [2]ψυχρῷ· ἐξανθήματα μετὰ ἱδρῶτος ἐρυθρὰ, στρογγύλα, σμικρὰ παρέμενε, οὐκ ἀφίστατο· ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ [3]σμικρῷ κόπρανα λεπτὰ, πολλὰ διῄει μετὰ πόνου· οὖρει μετὰ ὀδύνης δακνώδεα· ἄκρα [4]σμικρὰ ἀνεθερμαίνετο· ὕπνοι λεπτοὶ, κωματώδεες· ἄφωνος· οὖρα λεπτὰ, διαφανέα. Ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Δεκάτῃ ποτὰ οὐκ ἐδέχετο· κωματώδης· ὕπνοι λεπτοί· ἀπὸ δὲ κοιλίης ὁμοῖα· οὔρησε ἀθρόον ὑπόπαχυ· κειμένῳ ὑπόστασις κριμνώδης, λευκή· ἄκρα πάλιν ψυχρά. Ἑνδεκάτῃ ἀπέθανε. Ἐξ ἀρχῆς τούτῳ καὶ διὰ τέλεος πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα· ὑποχονδρίου παλμὸς ξυνεχής· ἡλικίη ὡς περὶ ἔτεα εἴκοσι.

spumantia, abunde saturata et affatim colorata multa prodiere. Urinae nigrae, in quibus nigra subsidebant, sitibundus erat, lingua superne arida, nocte nihil dormivit. Altero die febris acuta fuit, deiectiones plures, tenuiores, spumantes, urinae nigrae, nox inquies et gravis, aliquantulum deliravit. Tertio omnia graviora evasere, praecordiorum contentio utrimque ad umbilicum promissa, submollis, deiectiones tenues, nigricantes, urinae turbidae, nigrae, nox insomnis, verba multa, risus, cantus, continere se non potuit. Quarto eadem affligebant omnia. Quinto per alvum secessere sincera, biliosa, laevia, pinguia, urinae tenues, pellucidae, paulum ad intelligentiam rediit. Sexto circa caput tenuis et paucus sudor obortus est cum extremorum frigore et livore, multa corporis incontinentia et iactatio, nihil demisit alvus, urinae restiterunt; febris acuta. Septimo voce defectus est, corporis summa non amplius ad calorem revocari poterant, nihil minxit. Octavo sudor frigidus per omnia membra diffusus est cum pustulis rubentibus, rotundis, parvis, quae permanebant, neque abscessum faciebant. Alvus vero parum concitata, stercora tenuia, multa non sine labore demisit, urina cum dolore mordax reddebatur, corporis summa paulisper ad calorem reducebantur, somni exigui erant ac veluti sopores, vox defecit, urinae tenues et perspicuae. Nono eadem fere omnia. Decimo potum non capiebat, sopore detinebatur, somni autem exigui erant. Ab alvo similia prodibant, minxit affatim subcrassum, in matella depositum quod subsederat hordei tosti non exacte moliti crassioribus frustulis simile erat, album, summa corporis iterum frigida. Undecimo die obiit.

[1] δευτέρῳ V. — [2] ψυχρὸν V. — [3] μικρῷ V. — [4] λεπτὰ ἐθερμαίνοντο V.

ὀγδόῃ ἵδρωσε δι' ὅλου ψυχρῷ.] ψυχρῷ dant libri duo optimae notae; ceteri ψυχρόν, quod minus consentaneum cum nostri usu.

ἐρεθισμῷ σμικρῷ κόπρανα λεπτὰ, πολλὰ διῄει μετὰ πόνου.] Unus tantum liber ἐρεθισμῷ σμικρὰ κόπρανα κ. τ. λ., quod in illo ipso ad vulgatae lectionis σμικρῷ normam emendatur. Pone λεπτά ceteri οἷα ἄπεπτα, quod glossema est, ex eodem genere eius, quod paulo superius delevi e verbis, quae vulgo scribuntur ἐξανθήματα μετὰ ἱδρῶτος ἐρυθρὰ, στρογγύλα, σμικρὰ, οἷον ἴονθοι, παρέμενε. Ad idem genus pertinet ὥσπερ ἀνακαλουμένῳ, quod in fine hist. aegri primi reieci.

δεκάτῃ .... κωματώδης· ὕπνοι λ.] Vulgo οἱ δὲ ὕπνοι, secutus sum cod. vetustissimum et alterum non contemnendum.

©BIUM

Ἄρρωστος γ'.

Ἡροφῶντι πυρετὸς ὀξὺς· ἀπὸ κοιλίης ὀλίγα, τεινεσμώδεα κατ' ἀρχάς· μετὰ [1] δὲ λεπτὰ διῄει χολώδεα, ὑπόσυχνα· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν· οὖρα μέλανα, λεπτά. Πέμπτῃ πρωΐ κώφωσις· παρωξύνθη πάντα· σπλὴν ἐπήρθη· ὑποχονδρίου ξύντασις· ἀπὸ κοιλίης ὀλίγα, μέλανα διῆλθε· παρεφρόνησε. Ἕκτῃ ἐλήρει· ἐς νύκτα ἱδρώς· ψύξις· λῆρος παρέμενε. Ἑβδόμῃ περιέψυκτο· διψώδης· [2] παρέκρουσε· ἐς νύκτα κατενόει· κατεκοιμήθη. Ὀγδόῃ ἐπύρεσσε· σπλὴν ἐμειοῦτο· κατενόει πάντα· ἤλγησε [3] τὸ πρῶτον κατὰ βουβῶνα, σπληνὸς κατ' ἴξιν· ἔπειτα [4] πόνοι ἐς ἀμφοτέρας κνήμας· νύκτα εὐφόρως· οὖρα εὐχρούστερα· ὑπόστασιν εἶχε σμικρὴν, [5] λευκήν. Ἐνάτῃ ἵδρωσε· ἐκρίθη· διέλιπε. Πέμπτῃ ὑπέστρεψε· αὐτίκα δὲ σπλὴν ἐπήρθη· πυρετὸς ὀξύς· κώφωσις πάλιν. Μετὰ δὲ τὴν ὑποστροφὴν [6] τρίτῃ σπλὴν ἐμειοῦτο· κώφωσις ἧσσον· σκέλεα ἐπωδύνως· [7] νύκτα ἵδρωσε· ἐκρίθη [8] περὶ τὴν ἑπτακαιδεκάτην· οὐδὲ παρέκρουσε ἐπὶ τῇ ὑποστροφῇ.

[1] δὲ ταῦτα λ. V. — [2] παρέκρουσε· νύκτα V. — [3] ἔπαρμα τὸ πρῶτον σπλ. V. — [4] ἐπόνει V. — [5] λευκὴν om. V. — [6] τρίτην V. — [7] νύκτα om. V. — [8] ἑπτακαιδεκάτῃ V.

Huic per exordia ad extremum usque spiratio magna et rara fuit et continens praecordiorum palpitatio. Aetatis annum agebat fere vigesimum.

Aeger tertius.

Herophontem febris acuta prehendit, alvus circa initia pauca et cuiusmodi in crebra et inani egerendi voluntate solent, demisit, deinde vero tenuia, biliosa et copiosa. Somnum nullum capiebat, urinae nigrae et tenues erant. Quinto die mane surditas obvenit, exasperata sunt omnia, lien sublatus intumuit, cum praecordiorum contentione ex alvo pauca et nigra percurrebant, desipuit. Sexto delirabat, sub noctem sudor obortus est, frigus, delirium perseverabat. Septimo corporis summa perfrixerunt, siticulosus fuit, deliravit, sub noctem ad mentem rediit, dormivit. Octavo febricitavit, lien imminuebatur, prorsus ad intelligentiam rediit. Ad inguen primum dolor est obortus, qua lieni e directo respondebat, deinde dolor ad utramque tibiam transiit, nox facilis, urinae melius coloratae, in quibus quaedam alba subsidebant. Die nono sudore oborto morbus decrevit, intermisit. Quinto post reversus est die, simulque lien in tumorem sublatus est, febris acuta rursusque surditas. Tertio post recidivam die imminuebatur lienis tumor, minorque surditas erat, dolor crura invasit, noctu sudor obortus est: ad decimum septimum diem iudicatus est, neque in morbi reversione deliravit.

Aeger 3. μετὰ δὲ λεπτὰ κ. τ. λ.] Vulgo μετὰ ταῦτα. Cum nuperrimo editore ad vetustiss. libri fidem pronomen omisi.

λῆρος παρέμενε.] Notatu dignum h. l. παράληρος habere Gal., cod. vetustiss.

ἐς νύκτα κατενόει.] Praepositionem ἐς de meo revocavi e solemni in his libris usu: facile pone παρέκρουσεν interire potuit et vero addito opus esse credidi maxime propter seq. κατεκοιμήθη.

ἤλγησε τὸ πρῶτον κατὰ βουβῶνα σπληνὸς κατ' ἴξιν.] Littréus ita locum descripsit, quem hac in re sum secutus: est cod. vetustissimi lectio. Vulgata ferebat: ἤλγησε κατὰ βουβῶνα ἔπαρμα τὸ πρῶτον. Gal. et praeter antiquissimum tertius cod. in his ἔπαρμα omittunt. Puto equidem esse dittographiam: ἤλγησε κατὰ βουβῶνα τὸ πρῶτον σπληνὸς κατ' ἴξιν et κατὰ βουβῶνα ἔπαρμα τὸ πρῶτον σπληνὸς κατ' ἴξιν; utrum praeferendum sit, vix scias.

ἔπειτα πόνοι.] Ita liber vetustissimus: vulgo ἐπόνει, Gal., Freind., codd. antiquiss. Foësii οἱ πόνοι.

σμικρὴν, λευκήν.] Vulgo λευκὴν abest. Gal. habet in comm. et Calvus et liber unus pervetustus Foësii. Exhibuit etiam Freindius.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 327 sur 880

©BIUM

Ἄρρωστος δ'.

Ἐν Θάσῳ Φιλίνου γυναῖκα, θυγατέρα τεκοῦσαν, κατὰ φύσιν καθάρσιος γενομένης, καὶ τἆλλα κούφως διάγουσαν, τεσσαρεσκαιδεκαταίην ἐοῦσαν [1] μετὰ τόκον πῦρ ἔλαβε μετὰ ῥίγεος· ἤλγεε δὲ ἀρχομένη καρδίην καὶ περὶ ὑποχόνδριον δεξιόν· γυναικείων πόνοι· κάθαρσις ἐπαύσατο. Προσθεμένη δὲ ταῦτα μὲν ἐκουφίσθη, κεφαλῆς δὲ καὶ τραχήλου καὶ ὀσφύος πόνοι παρέμενον· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν· ἄκρα ψυχρά· διψώδης· κοιλίη ξυνεκαύθη· σμικρὰ διῄει· οὖρα λεπτὰ, ἄχροα κατ' ἀρχάς. Ἑκταίη ἐς νύκτα παρέκρουσε πολλὰ καὶ πάλιν κατενόει. Ἑβδόμη διψώδης· [2] διαχωρήματα ὀλίγα, χολώδεα, κατακορέα. Ὀγδόῃ ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· σπασμοὶ πολλοὶ μετὰ πόνου· πολλὰ παρέλεγε· ἐξανίστατο βάλανον προσθεμένη· πολλὰ διῄλθε μετὰ περιῤῥόου χολώδεος· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν. Ἐνάτῃ σπασμοί. Δεκάτῃ σμικρὰ κατενόει. Ἑνδεκάτῃ ἐκοιμήθη· πάντων ἀνεμνήσθη· ταχὺ δὲ πάλιν παρέκρουσε· οὖρει δὲ μετὰ σπασμῶν ἀθρόον πουλὺ, ὀλιγάκις ἀναμιμνησκόντων, παχὺ, λευκὸν, ὁκοῖον γίγνεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ [3] κείμενα πουλὺν χρόνον· οὐ καθίστατο· χρῶμα καὶ πάχος ἴκελον σῖον γίγνεται ὑποζυγίου· τοιαῦτα οὖρει, οἷα κἀγὼ εἶδον. Περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐοῦσῃ παλμοὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος· λόγοι πολλοί· σμικρὰ κατενόει· διὰ παχέων δὲ πάλιν παρέκρουσε. Περὶ δὲ ἑπτακαιδεκάτην [4] ἐοῦσα ἦν ἄφωνος· εἰκοστῇ ἀπέθανε.

Aeger quartus.

Philini uxorem in Thaso, quae filiam peperat, cum ex naturae praescripto purgationes procederent, ceteraque leviter haberet, decimo quarto post partum die febris vehementisima cum rigore prehendit. Huic circa exordia oris ventriculi dolor contigit et circa praecordia dextra, locorum muliebrium dolores, purgatio defecta est. Ex subdito autem pesso ista quidem allevata sunt, capitis vero et cervicis lumborumque dolores perseverabant, somni non aderant, extrema frigida, sitibunda erat, alvus adusta pauca demittebat. Urinae tenues et per initia decolores. Sexto die ad noctem multum deliravit, rursusque ad intelligentiam rediit. Septimo siticulosa, deiectiones paucae biliosae, in plenum et affatim coloratae. Octavo novo rigore suborto febris acuta prehendit, convulsiones multae non sine dolore, multum deliravit. Glande subdita ad desidendum exsurrexit, multaque prodierunt cum bilioso affluxu. Somnum capere non poterat. Nono convulsiones. Decimo aliquantulum mente constabat. Undecimo dormivit, omnia in memoriam subierunt, sed statim rursus deliravit. Convulsa autem urinam confertim multam reddidit, raro ab iis, qui assidebant, admonita, crassam, albam, quale quid in subsidentibus urinis visitur, quae longo intervallo in matula depositae et reservatae returbantur, eaque non subsidebat, sed colore et crassitudine veterini generis urinas referebat. Atque istiusmodi fuere urinae, quas videre licuit. Ad decimum quartum diem totum corpus pal-

[1] μετὰ τὸν τ. V. — [2] καὶ διαχ. V. — [3] κείμενον V. — [4] ἐοῦσαν ἄφ. V.

Aeger 4. *κατὰ φύσιν καθάρσιος γενομ.*] *καὶ κατὰ φ.* Gal., Lind., Freind.: ego copulam h. l. non requiro.

μετὰ τόκον.] Ita Gal., vulgo *μετὰ τὸν τόκον*. Saepissime in eiusmodi locutione articulus abest, quapropter omisi. Est ceterum in hisce magna, ut fit, scripturae inconstantia.

περὶ ὑποχόνδριον δεξιόν.] *περί* h. l. om. Gal., Freind.: non video cur hoc saltem loco quis addidisset, si non dedisset auctor. Contra facile excidere potuit.

ὀλίγα χολώδεα.] *ὀλίγα* unius libri antiquiss. auctoritate recepi. Satis hoc congruit cum symptomatis initio morbi: *κοιλίη ξυνεκαύθη· σμικρὰ διῄει.* Etiam glandis subditae mentio fit paulo post, quo facto demum *πολλὰ διῄει.*

ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενα χρόνον πουλύν.] De meo *κείμενον*, quod libri omnes h. l. praebent in *κείμενα* mutavi: non credo enim *κείμενον* scripsisse Hippocratem, sed a librariis invectum esse ob seq. *χρόνον πουλύν*. Vide infra aegro 11., ubi similis formula: *ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενα χρόνον πουλύν.*

ἴκελον, οἷον γίγνεται ὑποζυγίου.] Lindanus *οἷον γίγνεται* suo marte omisit: mihi non insiticium videtur.

ἐοῦσα ἦν ἄφωνος.] Non pauci libri et inter hos optimi *ἦν* omittunt. Est tamen *εἶναι* cum participio suo praesente frequens nostro.

©BIUM

Ἄρρωστος ε'.

Ἐπικράτεος γυναῖκα, ἣ κατέκειτο παρὰ Ἀρχηγέτην, περὶ τόκον ἤδη ἐοῦσαν ῥῖγος ἔλαβε ἰσχυρῶς· οὐκ ἐθερμάνθη, ὡς ἔλεγον, καὶ τῇ ὑστεραίῃ τὰ αὐτά. Τρίτῃ δὲ ἔτεκε θυγατέρα καὶ τὰ ἄλλα πάντα κατὰ λόγον ἦλθε. Δευτέρῃ μετὰ τόκον ἔλαβε πυρετὸς ὀξύς· καρδίης πόνος καὶ γυναικείων· προσβεμένῃ δὲ ταῦτα μὲν ἐκουφίσθη· κεφαλῆς δὲ καὶ τραχήλου καὶ ὀσφύος πόνος· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν· ἀπὸ δὲ κοιλίης ὀλίγα, χολώδεα, λεπτὰ διήει ἄκρητα· οὖρα λεπτὰ, ὑπομέλανα. Ἀφ' ἧς δὲ ἔλαβε πῦρ ἐς νύκτα ἑκταίη παρέκρουσε. Ἑβδόμῃ πάντα παρωξύνθη· ἄγρυπνος· παρέκρουσε· διψώδης· διαχωρήματα χολώδεα, κατακορέα. Ὀγδόῃ ἐπερρίγωσε· ἐκοιμήθη πλείω. Ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Δεκάτῃ σκέλεα ἐπιπόνως· καρδίης πάλιν ὀδύνη· καρηβαρίη· οὐ παρέκρουσε· ἐκοιμᾶτο μᾶλλον· κοιλίη ἐπέστη. Ἑνδεκάτῃ οὔρησε εὐχροώτερα, [1] συχνὴν ὑπόστασιν ἔχοντα· διῆγε κουφότερον. Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς. Πεντεκαιδεκάτῃ ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, ὑπόσυχνα· ἱδρωσε· [2] ἄπυρος· ἐς νύκτα δὲ πυρετὸς ὀξύς· οὖρα πάχος ἔχοντα· ὑπόστασις λευκή. Ἐξκαιδεκάτῃ παρωξύνθη· νύκτα [3] δυσφόρως· οὐχ ὕπνωσε· παρέκρουσε. Ὀκτωκαιδεκάτῃ διψώδης· γλῶσσα ἐπεκαύθη· οὐχ ὕπνωσε· παρέ-

[1] ἐν δὲ τῇ ὑστεραίῃ τοιαῦτα V. — [2] ἡσυχῇ V. — [3] ἀπύρετος V. — [4] καὶ δυσφ. V.

Aeger quintus.

Epicratis uxor, quae prope Archegeten decumbebat, cum iam partus instaret vehementi rigore correpta est, nec, ut aiebant, incaluit et postridie eadem adfuerunt. Tertio die filiam peperit, ceteraque omnia rite atque ordine processerunt. Altero a partu die eam febris acuta prehendit, cum oris ventriculi et locorum muliebrium dolore. Quae quidem omnia ex subdito pesso allevata sunt, sed tum capitis, tum cervicis ac lumborum dolor invasit, neque somni ulli aderant. Ex alvo pauca, biliosa, tenuia et sincera demisit cum urinis tenuibus et nigricantibus. Sexto postquam febris corripuit die sub noctem deliravit. Septimo exasperata sunt omnia, cum pervigilio desipuit, sitibunda fuit, ex alvo biliosa abundeque colorata secesserunt. Octavo rursus suborto rigore liberalius quievit. Nono iisdem perseverantibus, decimo crurum rursusque oris ventriculi dolor invasit cum capitis gravitate et absque delirio, aliquanto plus dormivit, alvus substitit. Undecimo melius coloratas urinas cum copioso sedimento reddidit, levius habuit. Decimo quarto suborto novo rigore febris acuta prehendit. Decimo quinto biliosa, flava, subfrequentia vomitione refusa sunt, ex sudore febris reliquit. Sub noctem febris acuta, urinae crassae, quae album habebant sedimentum. Quibus decimo sexto ad retur, eieci.

Aeger 5. *παρὰ Ἀρχηγέτην.*] Libri nomen ita scriptum ferunt, sed edi solet *Ἀρχιγέτην*. Meinekius admonuit de vera scriptura, quam exhibui: neque hominis nomen esse docuit, sed Dei sub cuius auspiciis colonia fuerit deducta.

προσβεμένῃ.] Verba paulo inferius obvia *ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν* in Gal. textu ante *προσβεμένῃ* inferuntur. Recte observat Littréus, Galenum ipsum illa h. l. non legisse, quod patet e comm.

σκέλεα ἐπιπόνως.] Ceteri *σκέλεα ἐπιπόνως ἤλγει*. Non infitior mihi h. l. verbum *ἤλγει* non admodum placere: ego, si abesset, non magnopere requirerem; quin, quum glossa videpitationes occuparunt, multum loquebatur, aliquantulum mente constabat, sed confestim rursus desipuit. Circa decimum septimum voce defecta est, vigesimo obiit.

ἑξκαιδεκάτῃ παρωξύνθη.] Alii libri *ἑκκαιδεκάτῃ*: mihi Atticum *ἑξκαιδ.* in nostro servandum visum. Verbum *παρωξύνθη* ita per se solum positum occurrit etiam aegro 3. lib. III. post st. pest., ubi *ἕκτῃ — παρωξύνθη*. Quem locum nisi tenuissem facile correxissem: *πάντα παρωξύνθη*, quae solemnis in his aegrotantium historiis Hippocrati formula. Quin etiam, licet non inferre audeam, facile tamen fieri potuit, ut utroque loco *πάντα* exciderit et librariorum oscitantia in causa sit, cur nomen desideremus.

©BIUM

κρουσε πολλά· σκέλεα ἐπωδύνως εἶχε. Περὶ δὲ εἰκοστὴν πρωΐ σμικρὰ ἐπερρίγωσε· κωματώδης· δι' ἡσυχίης ὕπνωσε· ἤμεσε χολώδεα ὀλίγα, μέλανα· ἐς νύκτα κώφωσις. Περὶ δὲ πρώτην καὶ εἰκοστὴν, πλευροῦ ἀριστέρου βάρος δι' ὅλου μετ' ὀδύνης· σμικρὰ ἐπέβησε· οὖρα δὲ πάχος ἔχοντα, ὁλερὰ, ὑπέρυθρα· κείμενα οὐ καθίστατο· τὰ δ' ἄλλα κουφοτέρως· οὐκ ἄπυρος. [1] Αὕτη ἐξ ἀρχῆς φάρυγγα ἐπωδύνως· ἔρευθος· κίων ἀνεσπασμένος· ῥεῦμα δριμὺ, δακνῶδες, ἁλμυρῶδες διὰ τέλεος παρέμενε. Περὶ δὲ εἰκοστὴν ἑβδόμην ἄπυρος· οὔροισι ὑπόστασις· πλευρὸν ἤλγεε. [2] Περὶ δὲ τετάρτην καὶ τριακοστὴν πῦρ [3] ἔλαβε· κοιλίῃ χολώδεσι ἐπεταράχθη· ἤμεσε τῇ τεσσαρακοστῇ ὀλίγα χολώδεα. Ἐκρίθη τελέως ἄπυρος τῇ [4] ὀγδοηκοστῇ.

noctem ingravescentibus moleste habuit, non dormivit, deliravit. Decimo octavo sitibunda fuit, lingua retorrida, non dormivit, multum deliravit, crurum dolor infestavit. Ad vigesimum mane parvo suborto rigore sopor tenuit, placide dormivit, biliosa pauca, nigra vomuit, sub noctem surditas oborta est. Circiter vero vigesimum primum sinistrum latus undique gravitas cum dolore occupavit, parva insuper suborta tussi, urinae crassae, turbulentae, subrubrae, quae depositae non subsederunt. Cetera vero levius habuit, neque a febre immunis fuit. Statim per exordia faucium dolor et rubor adfuit, columella contracta fuit, fluxio acris, mordax et salsa ad extremum usque perseveravit. Ad vigesimum septimum diem febre libera, urinae cum sedimento aderant, latus aliquantulum doluit. Ad trigesimum vero quartum febris corripuit, alvum biliosa conturbarunt. Quadragesimo pauca biliosa vomuit. Octogesimo iudicatione prorsus est absoluta et febre liberata.

Ἄρρωστος ς'.

Κλεωνακτίδην, ὃς κατέκειτο ἐπάνω τοῦ Ἡρακλείου, πῦρ ἔλαβε πεπλανημένως· ἤλγει δὲ [5] κεφαλὴν ἐξ ἀρχῆς καὶ πλευρὸν ἀριστερόν· καὶ [6] τῶν ἄλλων πόνοι κοπιώδεα τρόπον· οἱ πυρετοὶ παροξυνόμενοι ἄλλοτε ἀλλοίως ἀτάκτως· ἱδρῶτες ὁτὲ μὲν, ὁτὲ δ' οὔ· τὰ μὲν πλεῖστα ἐπεσήμαινον οἱ παροξυσμοὶ ἐν κρισίμοισι μᾶλλον. Περὶ δὲ εἰκοστὴν τε-

Aeger sextus.

Cleonactidem, qui supra Herculis fanum decumbebat, febris vehemens vago et incerto quodam ordine prehendit. Capitis et lateris sinistri circa initia dolor adfuit, ceterorumque membrorum perinde ac ex lassitudine labores. Febrium accessiones aliae subinde absque ullo ordine et nunc quidem sudores, nunc vero minime. Febrium insultus ut plurimum diebus decretoriis

[1] αὕτη V. — [2] περὶ πρώτην καὶ τρ. V. — [3] ἐλάβετο V. — [4] ὀγδόῃ εἰκοστῇ V. — [5] καὶ κεφ. V. — [6] αὐτῶν V.

ἐπέβησε.] Liber vetustissimus ὑπέβησε.

οὐκ ἄπυρος. Αὕτη ἐξ ἀρχῆς φάρυγγα ἐπωδύνως.] Vulgo οὐκ ἄπυρος αὕθις . ἐξ ἀρχῆς κ. τ. λ. — Pro αὖθις codd. bene multi, inter quos optimae notae libri, αὖτη. Quod arripio, cum pone ἄπυρος distinguo. Lib. III. aegro 6. ante st. pest.: Αὕτη ἀρχομένου τοῦ νοσήματος ἤλγεε φάρυγγα κ. τ. λ. In nostra morbi historia οὐκ ἄπυρος αὖθις ne verum quidem est; nam vigesimo septimo die ἄπυρον e trigesimo quarto rursum πῦρ ἔλαβε ... Corn. et Foësius Latine nostram lect. expresserunt.

περὶ δὲ τετάρτην καὶ τριακοστήν.] Ita Freind., Gal. ed. Bas., mss. duo Foësii; cett. λα'. Foësius in Latinis etiam diem trigesimum quartum exhibuit, qui mihi in primis quoque arridet, cum postremorum intervalla numerorum reputo, Facilis lapsus a ΛΔ ad ΛΑ.

πῦρ ἔλαβε.] Ita Galenus e frequenti in his libris usu: cett. ἐλάβετο, quod vitiosum.

κοιλίῃ χολώδεσι ἐπεταράχθη.] Ita Gal., cod. vetustiss.; ὑπεταράχθη cett. Praetuli rursum, quod nostrum ubivis usurpare video.

Aeger 6. Κλεωνακτίδην.] Ita cum Lindano scripsi, hoc latere ratus in vulg. lect. Κλεονακτίδην, quam non ferri posse credo; similiter χειρόναξ pro χειρώναξ in libris scriptis. Gal. et libri plurimi Κλεανακτίδην, quod bene quidem habere credo, sed hoc loco tamen ex permutatione ω cum α forte ortum.

ἐν κρισίμοισι μᾶλλον.] μάλιστα Gal. et duo ex optimis libris.

©BIUM

τάρτην χεῖρας ἄκρας ἐψύχετο· ἤμεσε χολώδεα, ξανθά, ὑπόσυχνα, μετ' ὀλίγον δὲ ἰώδεα· πάντων ἐκουφίσθη. Περὶ δὲ τριακοστὴν ἐόντι ἤρξατο ἀπὸ ῥινῶν αἱμορραγέειν ἐξ ἀμφοτέρων καὶ ταῦτα πεπλανημένως κατ' ὀλίγον μέχρι κρίσιος· οὐκ ἀπόσιτος δὲ, οὐδὲ διψώδης παρὰ πάντα τὸν χρόνον, οὐδὲ ἄγρυπνος· οὖρα δὲ [1] λεπτὰ, οὐκ ἄχροα. Περὶ δὲ τεσσαρακοστὴν ἐὼν οὔρησε ὑπέρυθρα, ὑπόστασιν [2] πολλὴν, λείην, ἐρυθρὴν ἔχοντα· ἐκουφίσθη· [3] μετὰ δὲ ποικίλως τὰ τῶν οὔρων ὁτὲ μὲν ὑπόστασιν εἶχε, ὁτὲ δ' οὔ. Ἑξηκοστῇ οὔροισι ὑπόστασις πολλὴ καὶ λευκὴ καὶ λείη· ξυνέδωκε πάντα· πυρετοὶ διέλιπον· οὖρα δὲ πάλιν λεπτὰ μὲν, εὔχροα δέ. Ἑβδομηκοστῇ ἄπυρος· διέλιπε ἡμέρας δέκα. Ὀγδοηκοστῇ ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε· ἵδρωσε πολλῷ· οὔροισι ὑπόστασις ἐρυθρὴ, λείη· τελέως ἐκρίθη.

fere invadebant. Ad vigesimum quartum diem extremae manus frigescebant, vomitione refusa sunt biliosa, flava, subfrequentia, non longe vero post virulenta, omni modo sublevatus est. Circiter trigesimum sanguis fluere ex utraque nare coepit, idque inconstanter paulatim ad iudicationem usque, sed nec cibum aversabatur, nec siticulosus toto tempore fuit, neque vero insomnia torquebatur, urinae tenues, non tamen decolores erant. Ad quadragesimum vero subrubra minxit cum sedimento multo, laevi, rubro, levius habuit. Post quae varie se habuerunt urinae, ut quae interdum sedimentum haberent, interdum vero nequaquam. Sexagesimo urinis sedimentum multum, album et laeve adfuit, remissa sunt omnia, febris intermisit. Urinae vero iterum tenues quidem, boni coloris tamen. Die septuagesimo a febre liber fuit, quae dies decem intermisit. Octogesimo rigore oborto febris acuta prehendit, sudor multus, urinis sedimentum rubrum laeve adfuit. Quibus perfecta iudicatio successit.

Ἄρρωστος ζ'.

Μέτωνα πῦρ ἔλαβε· ὀσφύος βάρος ἐπώδυνον. Δευτέρῃ ὕδωρ πιόντι ὑπόσυχνον ἀπὸ κοιλίης καλῶς διῆλθε. Τρίτῃ κεφαλῆς βάρος· διαχωρήματα [4] λεπτὰ, χολώδεα, ὑπέρυθρα. Τετάρτῃ πάντα παρωξύνθη· ἐρρύη ἀπὸ [5] δεξιοῦ δὶς κατ' ὀλίγον· νύκτα δυσφόρως· διαχωρήματα ὁμοῖα τῇ τρίτῃ· οὖρα ὑπομέλανα· εἶχε ἐναιώρημα ὑπομελανέον, διεσπασμένον· οὐχ ἵδρυτο. Πέμπτῃ ἐρρύη λάβρον ἐξ ἀριστεροῦ ἄκρητον· ἵδρωσε· ἐκρίθη.

Aeger septimus.

Metonem ignis, hoc est febris vehemens, prehendit cum lumborum gravitate et dolore. Postridie ex liberaliore aquae potu alvus recte demisit. Tertio capitis gravitas tenuit, deiectiones tenues, biliosae, aliquantulum rubentes prodierunt. Quarto exasperata sunt omnia, bis ex nare dextra paulatim sanguis effluxit, nox laboriosa, deiectiones eaedem quae die tertio, urinae nigricantes, quae sublime quiddam in medio innatans, subnigrum, divulsum, nec sub-

[1] λευκὰ οὐκ ἔχων V. — [2] πολλὴν λίην V. — [3] μετὰ δὲ ταῦτα V. — [4] ἐν τῇ τρίτῃ V. — [5] λευκά V. — [6] δεξιοῦ δὶς etiam V.

οὐκ ἀπόσιτος δέ.] δέ h. l. omittit cod. antiquiss.: non abundat tamen.

οὖρα δὲ λεπτά.] h. l. δέ om. Gal.

ὑπόστασιν λείην, πολλὴν, ἐρυθρὴν ἔχοντα.] Pone πολλήν vulgo adscribitur λίην, libb. duo λείην: voculam tamen omittunt cod. antiquiss. Gal. Freind., neque eius meminit Gal. in comm.

μετὰ δέ.] Vulgo μετὰ ταῦτα. Cum Littréo pronomen omitto, duce cod. antiquiss.

οὖρα δὲ πάλιν λεπτὰ μέν.] Ita lego cum membr. vetustiss. Gal., Freindio: cett. πάλιν δέ omittunt. Aegre fero haec vulgo abesse: nempe supra etiam trigesimo die: οὖρα λεπτὰ, οὐκ ἄχροα.

Aeger 7. ἐρρύη ἀπὸ δεξιοῦ δὶς κατ' ὀλίγον.] Ita codd. longe plurimi, inter quos optimae notae libri: cett. ἀπὸ δεξιοῦ μυκτῆρος αἷμα δὶς κ. τ. λ. Mihi interiecta illa glossema esse videntur: mox enim ἐρρύη λάβρον ἐξ ἀριστεροῦ, similes autem ellipses in his libris frequentes, tum in hac formula, tum in aliis.

διεσπασμένον.] Hoc quidem loco ita scribitur sine lectionis varietate. Ceteri ὑπόμελαν ἐόν, nisi quod cod. A ὑπομελάναιον (sic) legit.

©BIUM

[1]Μετὰ δὲ κρίσιν οὖρα λεπτὰ, ὑπομέλανα· ἄγρυπνος· παρέλεγε· λουτροῖσι ἐχρήσατο κατὰ κεφαλῆς· ἐκοιμήθη· κατενόει. Τούτῳ οὐχ ὑπέστρεψε, ἀλλ' [2]ἡμορράγησε πολλάκις μετὰ κρίσιν.

Ἄρρωστος η'.

[3]Ἐρασῖνον, ὃς ᾤκει παρὰ Βοώτου χαράδρην, πῦρ ἔλαβε μετὰ δεῖπνον· νύκτα ταραχώδης. Ἡμέρην. τὴν πρώτην δι' ἡσυχίης· νύκτα ἐπιπόνως. Δευτέρῃ πάντα παρωξύνθη· ἐς νύκτα παρέκρουσε. Τρίτῃ ἐπιπόνως· παρέκρουσε πολλά. Τετάρτῃ δυσφορώτατα· ἐς δὲ τὴν νύκτα οὐδὲν ἐκοιμήθη· ἐνύπνια καὶ λογισμοί· ἔπειτα χείρω, μεγάλα καὶ ἐπίκαιρα· φόβος· δυσφορίη. Πέμπτῃ πρωΐ κατήρτητο· [4]κατενόει πάντα· πουλὺ δὲ πρὸ μέσου ἡμέρης ἐξεμάνη· κατέχειν οὐκ ἠδύνατο· ἄκρα ψυχρὰ, ὑποπέλια· οὖρα [5]ἐπέστη· ἀπέθανε περὶ ἡλίου δυσμάς. Τούτῳ οἱ πυρετοὶ διὰ τέλεος ξὺν ἱδρῶτι· ὑποχόνδρια μετέωρα· ξύντασις μετ' ὀδύνης· οὖρα μέλανα, ἔχοντα ἐναιωρήματα στρογγύλα, οὐχ ἵδρυτο· ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα διῄει· δίψα διὰ τέλεος, οὐ λίην· σπασμοὶ πολλοὶ ξὺν ἱδρῶτι περὶ θάνατον.

[1] παρά V. — [2] ἡμορράγει V. — [3] Ἐρασινὸς, ὃς V. — [4] καὶ κατενόει π. V. — [5] ἐπίστη V.

Aeger octavus.

Erasinum, qui ad Bootae torrentem habitabat, febris a coena vehemens corripuit, noctem turbulentam transegit. Primus dies quietus fuit, nox laboriosa. Postridie ingravescentibus omnibus sub noctem deliravit. Tertio die laboriose habuit, multum deliravit. Quarto gravissime, per noctem vero nihil dormivit, somnia aderant et ratiocinationes, deinde deteriora magna et inprimis animadvertenda, timor et magna corporis incontinentia. Quinto mane compositus erat, omninoque ad intelligentiam redierat. Ad meridiem vero valde insanivit, neque se cohibere poterat, summa corporis frigida et liventia, urinae substiterunt, sub solis occasum defunctus est. Huic ad extremum usque febres cum sudore aderant, praecordiorum tumor et contensio non sine dolore. Urinae vero nigrae, sublimia quaedam in medio innatantia rotunda habebant, neque subsidebant, at ex alvo sistens habebant. Quinto die ex nare sinistra liberaliter sanguis sincerus effluxit, sudore oborto iudicatus est. Post iudicationem urinae tenues et nigricantes erant et cum pervigilio praeter rationem loquebatur. Post capitis perfusiones quievit, mente constitit. Huic morbus non revertit, verum etiam post iudicationem crebro sanguis e naribus erupit.

μετὰ δὲ κρίσιν οὖρα λεπτὰ, ὑπομέλανα· ἄγρυπνος· παρέλεγε· λουτροῖσι ἐχρήσατο κατὰ κεφαλῆς.] Ad Galeni commentarium ista hoc ordine descripsi: cett. μετὰ δὲ κρίσιν ἄγρυπνος· παρέλεγε· οὖρα λεπτὰ, ὑπομέλανα· λουτροῖσι ἐχρήσατο κατὰ κεφαλῆς. Arctissimus nexus est inter capitis perfusiones et vigilias cum delirio, itaque secutus sum ordinem illum, quem ipsarum rerum natura sibi fere requirit, et qui maxime etiam convenit cum seqq. ἐκοιμήθη· κατενόει.

ἡμορράγησε, πολλάκις] ἡμορράγη vulgo, quae truncata est scriptura aoristi, quem cum Freindio revocavi, quia ὑπέστρεψε paulo ante habuimus. ἡμορράγει Gal. et quidam bonae notae libri.

Aeger 8. παρὰ Βοώτου χαράδρην.] Gal. παρὰ τῇ τοῦ βοώτου χαράδρᾳ.

τετάρτῃ δυσφορώτατα.] τετάρτῃ δυσφορωτάτη Gal.

μεγάλα.] καὶ μεγάλα Gal. et liber unus.

κατήρτητο.] Cod. vetustissimus κατηρτῆτο. Ceterum nolo non describere Valckenaerii ad Herod. III. 80. verba, ubi ad κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον κ. τ. λ. vir illustris: „scribi, inquit, quoque potuit κατηρτυμένον, vel κατηρτισμένον." Cf. Lex. Herod. in καταρτάω.

κατενόει πάντα.] Vulgo καὶ κατενόει. Cum cod. vetustissimo copulam omisi.

οὖρα ἐπέστη.] *Urina non amplius emissa est*, haec vera lectio. Vulgo ὑπέστη, quod aegre fero. Alia lectio est Galeni, ἄπεπτα, quam exhibet Freindius. Plures libri ἀπέστη, unde forte Galeni scriptura originem duxit. Unice, quod principio dixi, probo ἐπέστη, quod praebet cod. Par. D. Lib. III. aegro 7. ante st. pest.: διαχωρήματα καὶ οὖρα ἐπέστη ... ἀπέθανε.

δίψα — οὐ λίην.] Substantivo adverbium ita saepius apud Hipp. adiungitur: aegro decimo ἰσχίου ὀδύνη δεξιοῦ ἰσχυρῶς sine lectionis varietate: Lib. III. Sect. 1. aegr. 2. ὑποχόνδρίου ἔντασις λαπαρῶς. Fatendum tamen pone δίψει augmentum facile interire potuisse et forte ἐδίψα scriptum fuisse: sed vulgata optime constare sibi potest.

©BIUM

Ἄρρωστος θ'.

Κρίτωνι ἐν Θάσῳ ποδὸς ὀδύνη ἤρξατο ἰσχυρὴ ἀπὸ δακτύλου τοῦ μεγάλου ὀρθοστάδην περιϊόντι. Κατεκλίθη αὐθημερόν· φρικώδης· ἀσώδης· σμικρὰ ὑποθερμαινόμενος· [1] ἐς νύκτα παρεφρόνησε. Δευτέρῃ οἴδημα δι' ὅλου τοῦ ποδὸς καὶ περὶ σφυρὸν ὑπέρυθρον μετὰ ξυντάσιος· φλυκταινίδια μέλανα· πυρετὸς ὀξύς· ἐξεμάνη· ἀπὸ δὲ κοιλίης ἄκρητα, χολώδεα, ὑπόσυχνα διῄλθε· ἀπέθανε ἀπὸ τῆς ἀρχῆς δευτεραῖος.

Aeger nonus.

In Thaso Critoni erecto et obambulanti pes vehementer dolere ex pollice coepit. Eodem die decubuit cum horrore et stomachi fastidio aliquantulum incalescens, sub noctem desipuit. Postridie per totum pedem et ad talum tumor subruber et contensus, pustulae parvae nigrae, febris acuta, insania correptus est. Ex alvo mere biliosa plurima processerunt. Postridie ex quo laborare coeperat mortuus est.

Ἄρρωστος ι'.

Τὸν Κλαζομένιον, ὃς κατέκειτο παρὰ τὸ Φρυνιχίδεω φρέαρ, πῦρ ἔλαβε. Ἤλγει δὲ κεφαλὴν, τράχηλον, ὀσφὺν ἐξ ἀρχῆς· αὐτίκα δὲ κώφωσις· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν· πυρετὸς [2] ὀξύς· ὑποχόνδριον ἐπῆρτο μετ' ὄγκου οὐ λίην· ὀλίγη ξύντασις· γλῶσσα ξηρή. Τετάρτῃ ἐς νύκτα παρεφρόνησε. Πέμπτῃ ἐπιπόνως· [3] πάντα παρωξύνθη. Περὶ δὲ ἑνδεκάτην σμικρὰ ξυνέδωκε· ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι τεσσαρεσκαιδεκάτης λεπτὰ, πολλὰ, [4] ὑδατόχολα διῄει· [5] εὐφόρως τὰ περὶ διαχώρησιν διῆγε· ἔπειτα κοιλίη ἐπέστη. Οὖρα διὰ τέλεος λεπτὰ μὲν, εὔχροα δὲ καὶ

Aeger decimus.

Clazomenius, qui ad Phrynichidae puteum decumbebat, vehementissima febre correptus per exordia ex capite, cervice et lumbis dolere coepit. Confestim surditas invasit, neque somni aderant, febris acuta prehendit, praecordium in tumorem sublatum fuit, non valde tamen, parvaque contensio fuit, lingua arida. Die quarto sub noctem deliravit. Quinto cum molestia exasperata sunt omnia, ad undecimum vero aliquantulum remiserunt, alvus ab initio ad decimum quartum usque multa, tenuia, aquae cum bile mistae similia transmittebat. Quod ad deiectiones adtinet commode habebat, dein alvus

[1] ἐς om. V. — [2] φρυνιχίδεον V. — [3] ὀξὺς ἔλαβεν V. — [4] καὶ π. V. — [5] ὑδατώχρωα V. — [6] εὔφορος V.

Aeger 9. ὀρθοστάδην περιϊόντι.] Cum hac locutione comparo nostrum *staande en gaande zijn*.

ἐς νύκτα παρεφρόνησε.] Hîc quoque de meo addidi ἐς, ut suus nostro usus constaret.

ὑπόσυχνα διῄλθε.] Verbum διῄλθε omittitur in cod. vetustissimo et vero eiusmodi locis incertum est quid re vera auctori sit tribuendum, quippe oratio sive talia addas, sive demas probe sibi constat.

Aeger 10. πυρετὸς ὀξύς.] Cett. πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε. Nolui verbum ex antecedentibus πῦρ ἔλαβε perperam repetitum in textum recipere. Conf. Trill. Epist. ad Freind. p. 204.

ὑποχόνδριον ἐπῆρτο μετ' ὄγκου οὐ λίην· ὀλίγη ξύντασις.] Vulgo μετ' ὄγκου· οὐ λίην σύντασις. Durum tamen οὐ λίην σύντασις. Verum Gal. οὐ λίην omittit et σύντασις ὀλίγη habet, unde factum est, ut utrumque receperim, quo facto oratio bene procedit.

πάντα παρωξύνθη.] Ita cum Gal. lego. Vulgo καὶ πάντα παρωξύνθη. Cod. antiquiss. et alter quidam ϛ', unde Littréus ἕκτῃ πάντα παρωξύνθη; sed vereor ut isti lectioni fidem adhibere liceat.

σμικρὰ ξυνέδωκε.] Ite Gal., cod. vet.: vulgo ἐνέδωκε.

ὑδατόχολα.] Vulgo ὑδατόχροα. Equidem membr. vetustissimam sum secutus. Non video quid sibi velit ὑδατόχροα; ut similitudinem cum aqua in alvi excrementis indicet, ὑδατώδεα illa appellare solet. Sed ὑδατόχολα facile intelligis de bilem aquosam referentibus.

εὔχροα δὲ καὶ πολλά· εἶχε ἐναιώρημα κ. τ. λ.] Ita cod. vetustiss. et alter quidam, quae lectio mihi prae ceteris arridet, nam εὔχροα δὲ καὶ πολλά omnino coniungenda cen-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 333 sur 880

©BIUM

πολλά· εἶχε ἐναίωρημα [1]ὑποδιεσπασμένον· οὐχ ἵδρυτο. Περὶ δὲ ἕκτην καὶ δεκάτην οὖρησε ὀλίγῳ παχύτερα· εἶχε σμικρὴν ὑπόστασιν· ἐκούφισε ὀλίγῳ· κατενόει μᾶλλον. Ἑπτακαιδεκάτῃ δὲ πάλιν λεπτά· παρὰ δὲ τὰ [2]ὦτα ἀμφότερα ἐπήρθη ξὺν ὀδύνῃ· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν· παρελήρει· σκέλεα ἐπωδύνως. Εἰκοστῇ ἄπυρος ἐκρίθη· οὐχ ἵδρωσε, πάντα κατενόει. Περὶ δὲ εἰκοστὴν ἑβδόμην ἰσχίου ὀδύνη δεξιοῦ ἰσχυρῶς· διὰ ταχέων ἐπαύσατο. Τὰ δὲ παρὰ τὰ [2]ὦτα οὔτε καθίστατο, οὔτε ἐξεπύει, ἤλγεε δέ. Περὶ δὲ τὴν πρώτην καὶ τριακοστὴν διάρροια πολλοῖσι ὑδατώδεσι μετὰ δυσεντεριωδέων· οὖρα παχέα οὔρει· κατέστη τὰ παρὰ τὰ ὦτα. Περὶ δὲ τὴν τεσσαρακοστὴν ὀφθαλμὸν δεξιὸν ἤλγεε· ἀμβλύτερον ἑώρα· κατέστη.

Ἄρρωστος ια'.

Τὴν [4]Δρομεάδεω γυναῖκα θυγατέρα τεκοῦσαν καὶ τῶν ἄλλων πάντων γενομένων κατὰ λόγον, δευτεραίην ἐοῦσαν ῥῖγος ἔλαβε· πυρετὸς ὀξύς. Ἤρξατο δὲ πονέειν τῇ πρώτῃ περὶ ὑποχόνδριον· ἀσώδης, φρικώδης, ἀλύουσα· καὶ τὰς ἐχομένας οὐχ ὕπνωσε· πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, αὐτίκα ἀνεσπασμένον. Δευ-

suppressa est. Urinae per totum morbum tenues quidem, boni tamen coloris erant et copiosae, et sublime quiddam in medio innatans nonnihil dispersum habebant, neque subsidebant. Ad decimum sextum paulo crassiores urinas reddidit, quibus paulum inerat sedimenti, nonnihil allevatus est meliusque sibi constabat. Decimo septimo rursus tenues profluxerunt, ad utramque aurem tumor cum dolore subortus est, somni non aderant, delirabat, crurum dolore vexabatur. Vigesimo iudicatione a febre vindicatus est, non sudavit, omninoque ad intelligentiam rediit. Circa vigesimum septimum vehemens coxendicis dolor obortus statimque sedatus est. Quae autem ad aures erant tubercula neque conquiescebant, neque suppurabant, verum dolebant. Ad trigesimum primum ex alvi profluvio aquosa excrementa multa et cuiusmodi in difficultate intestinorum esse solent, prodierunt, crassas urinas reddidit, tubercula circa aures conquieverunt. Circa quadragesimum vero oculi dextri dolor subortus est, hebetior visus fuit, constitit.

Aeger undecimus.

Dromeadae coniugem, postquam filiam peperisset, ceteraque omnia rite atque ordine procederent, postridie rigor cum febre acuta prehendit. Primo statim die praecordii dolor invasit, non sine stomachi fastidio, horrore, magnaque corporis incontinentia, neque iis, qui post consecuti sunt, diebus somnum capere potuit. Spi-

[1] ὑποδιεστραμμένον V. — [2] τοιαῦτα V. — [3] οὖρα V. — [4] δρομεάδου V.

seo. Gal. et Freind.: εὔχροα δέ· καὶ πολὺ εἶχεν ἐναιώρημα. Vulgo εὔχροα δὲ καὶ πολλὰ εἶχεν ἐναιωρήματα ὑποδιεσπασμένον.

ὦτα.] Cod. vetustiss. ὦτα, cett. οὔατα utroque loco, ubi hoc nomen occurrit. Illa forma apud nostrum longe maxime frequens: nec memini me praeterquam in hac historia alias οὔατα legere: paulo inferius etiam ὦτα Gal. et cod. vetustiss. cum altero quodam: Herodotus etiam ὦτα scribit. His de causis cod. vet. lect. sum secutus.

σκέλεα.] Vulgo περὶ δὲ τὰ σκέλεα, sed περὶ δὲ τά omittunt Gal., cod. vetustiss. et alter liber. Quae si cum Littréo reiicias, etiam εἶχεν pone ἐπωδύνως, quod codd. omnes ferunt, delere oportet; tum demum omnis recens periphrasis sublata erit.

ἀμβλύτερον ἑώρα.] Ita libri plurimi et optimi et Gal. et Freind. Vulgatum ἀμβλύτερα aegre fero.

Aeger 11. τῇ πρώτῃ.] Gal. et libri plures, inter quos optimae notae codd., ita scribunt. Cett. τὴν πρώτην.

ἐχομένας.] h. l. liber unus Foësii: ἑπομένας, quod mihi glossema esse videtur: aliis tamen in his aegrotantium historiis locis in simili locutione ἑπομένας omnia mss. At nolim affirmare ibi glossam non extrusisse antiquam scripturam, quamquam neque ita factum esse certo scimus.

©BIUM

τέρῃ ἀφ' ἧς ἐρρίγωσε ἀπὸ κοιλίης καλῶς κόπρανα διῆλθε· οὖρα παχέα, λευκὰ, θολερὰ, οἷα γίγνεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενα χρόνον πουλύν· οὐ καθίστατο· νύκτα οὐκ ἐκοιμήθη. Τρίτῃ περὶ μέσον ἡμέρης ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· οὖρα ὁμοῖα· ὑποχονδρίου πόνος· ἀσώδης· νύκτα δυσφόρως· οὐκ ἐκοιμήθη· ἵδρωσε δι' ὅλου [1] ψυχρῷ· ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. Τετάρτῃ περὶ μὲν ὑποχόνδριον σμικρὰ ἐκουφίσθη· κεφαλῆς δὲ βάρος μετ' ὀδύνης· ὑπεκαρώθη· σμικρὰ ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξε· γλῶσσα ἐπίξηρος· διψώδης· οὖρα λεπτὰ ἐλαιώδεα· σμικρὰ ἐκοιμήθη. Πέμπτῃ διψώδης, ἀσώδης· οὖρα ὁμοῖα· ἀπὸ κοιλίης οὐδέν· περὶ δὲ μέσον ἡμέρης πολλὰ παρέκρουσε καὶ ταχὺ πάλιν σμικρὰ κατενόει· ἀνισταμένη ὑπεκαρώθη· ψύξις· σμικρὰ νυκτὸς ἐκοιμήθη· παρέκρουσε. Ἕκτῃ πρωΐ ἐπερρίγωσε· ταχὺ δὲ διεθερμάνθη· ἵδρωσε δι' ὅλου· ἄκρα ψυχρά· παρέκρουσε· πνεῦμα μέγα, ἀραιόν· μετ' ὀλίγον σπασμοὶ ἀπὸ κεφαλῆς ἤρξαντο· ταχὺ ἀπέθανε.

ratio rara, magna subitoque revulsa ac velut retracta fuit. Postridie eius diei, quo rigor cepit ex alvo commode stercora processerunt, urinae crassae, albae, turbulentae cuiusmodi esse solent quae subsederunt, ubi in matella multo tempore depositae returbantur, neque subsidebant, noctu nihil dormivit. Tertio ad meridiem novo subórto rigore febris acuta prehendit, urinae similes, praecordii dolor, stomachi fastidium et nausea aderant, nox difficilis fuit, neque dormivit, sudor per totum corpus frigidus diffusus est, statim tamen rursus ad calorem rediit. Quarto praecordii dolor aliquantum remisit, sed una cum dolore capitis gravitas fuit, sopore nonnihil detenta est, nares paucum stillarunt sanguinem, lingua superne sicca, sitibunda fuit, urinae tenues, oleosae, parum dormivit. Quinto siticulosa, nauseabunda, urinae eaedem, ex alvo nihil secessit, circa meridiem valde deliravit, confestimque rursus parum ad intelligentiam rediit, ubi surrexisset, sopore detenta est, perfrixit, nocte paulum dormivit, deliravit. Sexto die mane novus subortus est rigor celeriterque recaluit, sudor toto corpore dimanavit, extrema frigescebant, deliravit, spiratio magna et rara fuit. Paulo post convulsionibus a capite subortis celeriter defuncta est.

Ἄρρωστος ιβ'.

Ἄνθρωπος ὑποθερμαινόμενος ἐδείπνησε καὶ ἔπιε πλέον· ἤμεσε πάντα νυκτὸς· πυρετὸς ὀξύς· ὑποχονδρίου δεξιοῦ πόνος· φλεγμονὴ ὑπολάπαρος ἐκ τοῦ ἔσω μέρεος· νύκτα δυσφόρως· οὖρα δὲ κατ' ἀρχὰς πάχος ἔχοντα, ἐρυθρὰ, θολερά· κείμενα οὐ καθίστατο· γλῶσσα ἐπί-

Aeger duodecimus.

Incalescens quidam coenavit bibitque largius, nocte omnibus vomitu refusis febris acuta prehendit cum praecordii dextri dolore, inflammatio subinanis ad interna vergebat, nox molesta et difficilis fuit. Urinae vero per initia crassae, rubrae, returbidae, quae in matula depositae non subside-

[1] ὑπόψυχρα V.

Ἵδρωσε δι' ὅλου ψυχρῷ.] Vulgo ὑπόψυχρα. Cod. unus ὑπὸ ψυχρῷ (sic) et liber vetustiss. ψυχρῷ, quod praefero, quum consonet cum constanti Hippocratis usu.

ταχὺ δὲ διεθερμάνθη.] Est hic unicus in his libris locus, ubi post rigoris mentionem factam διαθερμαίνεσθαι ponitur. Vulgo ἀναθερμαίνεσθαι eiusmodi locis usurpatur. Notandum δέ in duobus optimae notae libris omitti.

Aeger 12. ὑποθερμαινόμενος.] Mihi haec lectio praeplacet, licet unius tantum Foësii libri auctoritate nitatur. Vulgo θερμαινόμενος; sed praefero vocem parvum tantum calorem febrilem et invadere incipientem significantem.

οὖρα ... πάχος ἔχοντα ἐρυθρὰ, θολερά.] Pro ἐρυθρά vulgatae unus Littréi liber et Lind. θολερά; ego non dubito, quin utrumque recipere oporteat, nam quod dein sequitur κείμενα οὐ καθίστατο ultro docet hic sermonem esse de urinis returbidis, quae possint καθίστασθαι.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 335 sur 880

©BIUM

ξηρος· οὐ λίην διψώδης. Τετάρτῃ πυρετὸς ὀξύς· πόνοι πάντων. Πέμπτῃ οὔρησε λεῖον, ἐλαιώδες, πουλύ· πυρετὸς ὀξύς. Ἕκτῃ δείλης πολλὰ παρέκρουσε, οὐδὲ ἐς νύκτα ἐκοιμήθη. Ἑβδόμῃ πάντα παρωξύνθη· οὖρα ὁμοῖα· λόγοι πολλοί· κατέχειν οὐκ ἠδύνατο· ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ ὑγρὰ ταραχώδεα διῆλθε μετὰ ἑλμίνθων· νύκτα ὁμοίως ἐπιπόνως. Πρωΐ δὲ ἐρρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· ἵδρωσε [1]πολλῷ καὶ θερμῷ· ἄπυρος ἔδοξε γενέσθαι· οὐ πουλὺ ἐπεκοιμήθη· ἐξ ὕπνου ψύξις· πτυαλισμός· δείλης πολλὰ παρέκρουσε· μετ' ὀλίγον δὲ ἤμεσε μέλανα, ὀλίγα, χολώδεα. Ἐνάτῃ ψύξις· παρελήρει πολλά· οὐχ ὕπνωσε. Δεκάτῃ σκέλεα ἐπωδύνως· πάντα παρωξύνθη· παρελήρει. Ἑνδεκάτῃ ἀπέθανε.

bant, lingua valde resiccata; non admodum erat siticulosus. Quarto die febris acuta invasit, undique dolores urgebant. Quinto minxit laeve, oleosum, multum, febris acuta detinebat. Sexto ad vesperam plurimum deliravit, neque nocte dormivit. Septimo exasperata sunt omnia, urinae similes eraut, verba multa profundebat, neque se continere poterat. Ex alvo irritata liquida et turbulenta cum lumbricis secesserunt, nox perinde laboriosa fuit. Mane vero ex rigore febris prehendit acuta, sudor calidus subsecutus est, ex quo sine febre esse visus est, non multum quievit. Ex somno perfrictio, crebra sputatio, ad vesperam multum deliravit. Paulo post vero nigrorum, paucorum biliosorum vomitus est subsecutus. Nono perfrictio, magnum delirium, neque dormivit. Decimo crurum dolor invasit, ingravescebant omnia, desipuit. Undecimo mortuus est.

Ἄρρωστος ιγ'.

Aeger decimus tertius.

Γυναῖκα, ἣ κατέκειτο ἐν ἀκτῇ, τρίμηνον πρὸς ἑωυτῇ ἔχουσαν πῦρ ἔλαβε· αὐτίκα δὲ ἤρξατο πονέειν ὀσφύν. Τρίτῃ πόνος τραχήλου, κεφαλῆς, κατὰ κληῖδα καὶ χεῖρα δεξιήν· διὰ ταχέων δὲ γλῶσσα ἠφώνει· [2]δεξιὴ χεὶρ παρέθη μετὰ σπασμοῦ παραπληκτικὸν τρόπον· παρελήρει πάντα· νύκτα δυσφόρως οὐκ ἐκοιμήθη· κοιλίη ἐπεταράχθη χολώδεσι, ἀκρήτοισι, ὀλίγοισι. Τετάρτῃ [3]γλῶσσα ἐλύθη· φωνὴ ἀσαφής· σπασμοὶ τῶν αὐτῶν· πόνοι πάν-

Mulier quaedam, quae in littore decumbebat, trimestri foetu gravida vehemente febre correpta est, statimque ex lumbis dolor invasit. Die tertio cervicem, caput, et circa iugulum brachiumque dextrum dolor occupavit. Celeriter vero lingua voce defecta est, brachium dextrum non sine convulsione elanguit, quale quid in partium resolutionibus levibusque siderationibus contingere solet, deliravit prorsus, nox difficilis et laboriosa fuit, neque dormivit, ex conturbata

[1] ἵδρωσε θερμῶς V. — [2] δεξιὴν χεῖρα παρελύθη V. — [3] γλῶσσα φωνῆς ἐλύθη V.

οὐδὲ ἐς νύκτα ἐκοιμήθη.] Lind. ἐς δὲ νύκτα ἐκοιμήθη, quae lectio mss. cognitorum nullius auctoritate fulcitur. Quodsi Lind. illam de suo finxerit, quare fecerit non perspicio, modo attendas ad aegri conditionem.

ἵδρωσε πολλῷ καὶ θερμῷ.] Ita libri duo vetusti Foësii. Vulgo ἵδρωσε θερμῷ: at pro θερμῷ cod. unus Littréi πολλῷ. Vides πολλῷ καί sensim evanuisse.

οὐ πουλὺ ἐπεκοιμήθη.] Ita egregie libri plures post apyrexiae mentionem factam: post quam omnino somnum exspectas. Vulgo οὐ πουλὺ ἐκοιμήθη.

Aeger 13. πρὸς ἑωυτῇ ἔχουσαν.] Unus codex, sed is ex optimis unus, πρὸς ἑωυτῇ. Quod prae πρὸς ἑωυτήν vulgatae praestat.

κεφαλῆς.] καὶ κεφαλῆς libri duo optimi et tertius quidam, et Galenus.

καὶ χεῖρα δεξιήν.] Vulgo καί h. l. deficit. Addunt Merc. Lind., Freind. Equidem abesse aegre ferens adscripsi.

δεξιὴ χεὶρ παρέθη.] Sic Gal. mss. duo Foësii, Freind. Vulgo δεξιὴν χεῖρα παρελύθη, quod alterius lectionis interpretationem referre puto.

γλῶσσα ἐλύθη· φωνὴ ἀσαφής.] Varie hic locus scribitur: Vulgo γλῶσσα φωνῆς ἐλύθη, quod male habet, quum φωνῆς in hac dictione sit prorsus supervacaneum. Cod. ant. γλῶσσα ἀσαφὴς ἦν ἐλύθη, quod recipit Littréus; est autem minus apte dictum, quum lingua solvi debuerit, antequam obscura esset loquela. Alter cod. γλῶσσα ἀσαφὴς ἐλύθη. — Tertius quidam γλῶσσα σαφηνείας ἐλύθη, in quo φωνῆς corrigitur. — Notandum quod de die tertio dicitur: διὰ ταχέων

©BIUM

των παρέμενον· κατὰ ὑποχόνδριον ἔπαρμα ξὺν ὀδύνῃ· οὐκ ἐκοιμᾶτο· παρέκρουσε πάντα· κοιλίη ταραχώδης· οὖρα [1] λεπτὰ, οὐκ εὔχροα. Πέμπτῃ πυρετὸς ὀξύς· ὑποχονδρίου πόνος· παρέκρουσε πάντα· διαχωρήματα χολώδεα· ἐς νύκτα ἵδρωσε· ἄπυρος. Ἕκτῃ κατενόει· πάντων ἐκουφίσθη· περὶ δὲ κληῖδα δεξιὴν πόνος παρέμενε· διψώδης· οὖρα λεπτά· οὐκ ἐκοιμήθη. Ἑβδόμῃ τρόμος· ὑπεκαρώθη· σμικρὰ παρέκρουσε· ἀλγήματα κατὰ κληῖδα καὶ βραχίονα δεξιὸν παρέμενε· τὰ δ' ἄλλα διεκούφισε· πάντα κατενόει. [2] Τρεῖς δὲ διέλιπε ἄπυρος. Ἐνδεκάτῃ ὑπέστρεψε· ἐπερρίγωσε· πῦρ ἔλαβε. Περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, ὑπόσυχνα· ἵδρωσε· ἄπυρος ἐκρίθη.

alvo biliosa, sincera et pauca secesserunt. Quarto lingua soluta, vox obscura, eorundem convulsiones et undique dolores perdurabant, praecordia cum tumore dolor occupavit, somnum non capiebat, prorsus deliravit, alvi perturbatio aderat, urinaeque tenues nec probati coloris reddebantur. Quinto febris acuta prehendit cum praecordiorum dolore, penitus deliravit, alvi recrementa biliosa erant, sub noctem sudor obortus est et a febre vindicata. Sexto ad mentem rediit, allevarunt omnia, ad iugulum vero dextrum perseverabat dolor, sitibunda erat, urinas tenues reddidit, neque quievit. Septimo tremor corripuit, aliquantulum soporata est, nonnihil deliravit, iuguli et brachii dextri dolores perseveraverunt, cetera vero allevarunt, ad se plane rediit. Tribus autem diebus defecit febris, undecimo rediit et novo insuper orto rigore febris vehemens corripuit. Ad decimum vero quartum diem biliosa, flava, crebra vomitione sunt refusa, obortoque sudore a febre iudicatione est liberata.

Ἄρρωστος ιδ'.

Aeger decimus quartus.

[3] Μελιτείῃ, ἣ κατέκειτο [4] παρὰ Ἥρης ἱερὸν, ἤρξατο κεφαλῆς καὶ τραχήλου καὶ στήθεος πόνος ἰσχυρός. Αὐτίκα δὲ πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε· γυναικεῖα δὲ σμικρὰ ἐπεφαίνετο· πόνοι τούτων πάντων ξυνεχέες. Ἕκτῃ κωματώδης, ἀσώδης, φρικώδης· ἐρύθημα

Melitia, quae ad Iunonis aedem decumbebat, ex capite, cervice et pectore vehementer dolere coepit, confestimque febris acuta prehendit. Menstruae vero purgationes paucae visae sunt, horumque omnium continentes erant dolores. Sexto die profundus eam sopor corripuit, stomachi

[1] λευκά V. — [2] Τρίς V. — [3] Μελινίδι V. — [4] παρὰ τὸ τῆς Ἡ. Ι. V.

δὲ γλῶσσα ἠφώνει; nempe quarto die solvebatur lingua, sed nondum articulate loqui poterat. Dedi id, unde variae lectiones originem duxisse videbantur.

λεπτὰ, οὐκ εὔχροα.] Vulgo λευκά. Optimi libri, Gal., Freind., Littréus λεπτά.

κατενόει. πάντων ἐκουφίσθη.] Cod. unus κατενόει πάντα· ἐκουφίσθη. Non male.

περὶ δὲ κληῖδα δεξιὴν πόνος παρέμενε ..... καὶ βραχίονα δεξιόν.] Ceteri omnes pro δεξιήν habent ἀριστερήν, pro δεξιόν vero ἀριστερόν. Verum verbum παρέμενε docet dolorem antea adfuisse et quum initio historiae morbi clavicula et χεὶρ dextri lateris memorentur, alterutrum factum est, aut hic perperam sinistri lateris mentio facta est, aut supra dextri. Quamquam certo igitur quid mutandum sit effici non possit, dedi id, quod initio narratur et quod quum paralyses dextri lateris fere frequentiores sint, hic quoque optime congruere videbatur.

διεκούφισε.] διεκουφίσθη Gal.: utrumque bene habet: nam et transitive et intransitive cum ab aliis, tum ab Hipp. κουφίζειν sumitur.

τρεῖς.] Ita codd. duo ex optimis. Vulgo τρίς.

ἐκρίθη.] οὐκ ἀνάλγητος ἐκ τῶν αὐτῶν παθημάτων addunt Gal. cod. unus Foësii, liber unus Littréi, Merc.

Aeger 14. Μελιτείῃ.] Vulgo Μελιδίῃ cod. C. ἡ Μενδίνη, multi libri Parr. lect. cod. Voss. referunt. — Meinekius Μελησίῃ, aut Μελιτίνῃ voluit pro corrupta vulgata. — Mihi in vulgata latere visus est dativus nominis Μελιτεία.

παρὰ Ἥρης ἱερόν.] Ita cum Gal. et optimis membrr. lego. Vulgo παρὰ τὸ τῆς Ἥρης ἱερόν. Aegro 1. lib. III. παρὰ Γῆς ἱερόν.

ἰσχυρός.] Cod. vetustiss. solus ἰσχυρῶς. Cett. ἰσχυρός. Haec sola vera est lectio.

©BIUM

ἐπὶ γνάθων· σμικρὰ παρέκρουσε. Ἑβδόμῃ ἵδρωσε· ἄπυρος διέλιπε· οἱ πόνοι παρέμενον. Ὑπέστρεψε· ὕπνοι σμικροί· οὖρα διὰ τέλεος εὔχροα μὲν, λεπτὰ δέ· διαχωρήματα λεπτὰ, [1]χολώδεα, δακνώδεα, κάρτα ὀλίγα, μέλανα, δυσώδεα διῆλθε· οὔροισι ὑπόστασις λευκὴ, λείη· ἵδρωσε· ἐκρίθη τελέως ἑνδεκαταίῃ.

fastidium et aestuatio, horror, malarum rubor, nonnihil deliravit. Septimo profuso sudore febris intermisit, dolores perseverabant, febris rediit, somni parvi aderant. Urinae per totum morbum laudabilis fuere coloris, ceterum tenues. Alvi recrementa tenuia, biliosa, mordacia, admodum pauca, nigra, graveolentia prodierunt. In urinis subsederunt alba et laevia, sudor dimanavit, die undecimo iudicatione integre est absoluta.

[1] χολ. om. V.

ἄπυρος διέλιπε.] Sic codd. plurimi et optimi: vulgo πυρετὸς διέλιπε Paulo superius aegro 13, τρεῖς δὲ διέλιπε ἄπυρος. Arcte cohaerent in eiusmodi locutione adiectivum et verbum, ἄπυρος ἐκρίθη, ἄπυρος διέλιπε. Moneo propterea quod saepius editores distinguere vidi inter utrumque, quod valde displicet.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ.

ΣΥΓΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΥΠ' ΑΥΤΟΥ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΛΗΝ ΟΛΙΓΑ ΕΝΕΣΤΙ ΥΠΟ ΝΕΩΤΕΡΟΥ ΙΑΤΡΟΥ ΠΑΡΕΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ.

EPIDEMIORUM LIBER TERTIUS.

CONSCRIPTUS EST AB IPSO HIPPOCRATE SED PAUCA INSUNT A MEDICO RECENTIORE INTERPOLATA.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ.

ΣΥΓΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΤΗ' ΑΥΤΟΥ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΑΝΥ ΟΛΙΓΑ
ΕΝΕΣΤΙ ΤΩΝ ΝΕΩΤΕΡΩΝ ΙΑΤΡΩΝ ΠΑΡΕΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ.

EPIDEMIORUM LIBER TERTIUS.

CONSCRIPTUS EST AB IPSO HIPPOCRATE SED PAUCA
INSUNT A MEDICO RECENTIORE INTERPOLATA.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ

ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ.

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

Ἄρρωστος α'.

[1]Πυθίωνι, ὃς ᾤκει παρὰ Γῆς ἱερὸν, ἤρξατο τρόμος ἀπὸ χειρῶν. Τῇ πρώτῃ πυρετὸς ὀξύς· λῆρος. Δευτέρῃ πάντα [2]παρωξύνθη. Τρίτῃ τὰ αὐτά. Τετάρτῃ ἀπὸ κοιλίης ὀλίγα, ἄκρητα, χολώδεα διῆλθε. Πέμπτῃ πάντα παρωξύνθη· ὕπνοι λεπτοί· κοιλίη ἔστη. Ἕκτῃ πτύαλα ποικίλα, ὑπέρυθρα. Ἑβδόμῃ στόμα παρειρύσθη. Ὀγδόῃ πάντα παρωξύνθη· τρόμοι παρέμενον· οὖρα δὲ καταρχὰς μὲν καὶ μέχρι τῆς ὀγδόης λεπτὰ, ἄχροα· ἐναιώρημα [3]εἶχε ἐπινέφελον. Δεκάτῃ ἵδρωσε· πτύαλα ὑποπέπονα· ἐκρίθη· οὖρα ὑπόλεπτα περὶ κρίσιν. Μετὰ δὲ κρίσιν, τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι

[1] Πυθίων V. — [2]παροξύνθη V. et ita semper fere. — [3] εἶχον ὑπιν. V. εἶχε de meo dedi.

EPIDEMIORUM.

LIBER TERTIUS.

Sectio Prima.

Aeger primus.

Pythioni, qui ad Telluris aedem habitabat, tremor initio contigit manuum. Primo die febris acuta cepit, cum delirio. Quae omnia postridie exasperata sunt. Tertio eadem perseveravere. Quarto ex alvo pauca, sincera, biliosa transmissa sunt. Quinto invaluerunt omnia, somni exigui aderant, alvus constitit. Sexto sputa fuerunt varia, aliquantulum rubra. Septimo os perperam distractum est. Octavo ingravescentibus omnibus etiamnum tremores permanebant. Urinae vero et principio quidem et ad octavum usque diem tenues, decolores, sublime quiddam in medio innatans nubilum habebant. Decimo

Aeger 1. Πυθίωνι — ἤρξατο τρόμος.] E Galeni comm. constare dixerim antiquitus Πυθίων nominativo scriptum fuisse, nonnullos autem Galeni tempore πυθίωνι emendasse: et vero cod. antiquiss. πυθίωνιος coniunctim, cod. alter bonae notae πυθίωνι ὃς separatim; cett. omnes πυθίων. Ante omnia animadvertamus, quam facile I post N in ΠΤΘΙΩΝΙ intereat. Iam vero profiteor me in his Epidemiorum libris, qui oratione quam elegantissima et facillima sunt expressi, eiusmodi structuram, qualis Πυθίων, ὃς ᾤκει παρὰ Γῆς ἱερόν· ἤρξατο τρόμος ἀπὸ χειρῶν non ferendam censere: quid enim? lib. I. aegr. 9. Κρίτωνι ἐν Θάσῳ ποδὸς ὀδύνη ἤρξατο legimus. Itaque aegro 1. lib. I. correxi Φιλίσκος, ὃς ᾤκει παρὰ τὸ τεῖχος, κατεκλίθη, et ibidem aegro 2. Σιληνὸν, ὃς ᾤκει ἐπὶ τοῦ πλαταμῶνος, πῦρ ἔλαβε. Nam si conferas aegrum 5. 6. 8. (ubi vide adnn.) 10. 13. 14. libri I. et aegrum 2. 5. 8. 12. libri III. ante st. pest. et aegrum 1. 7. 8. 15. post st. pest., videbis eiusmodi anacoluthos periodos minime Hippocratis scribendi rationi esse tribuendas sed unice librariorum incuriae deberi, adeoque corrigendas esse. Vid. de loco nostro Trill. Ep. ad Fr. p. 205.

πέμπτῃ — ὕπνοι λεπτοί.] τρόμοι παρέμενον, ὕπνοι λεπτοί Gal. et pauci quidam libri. Vulgo abest. vid. Trill. l. l. a quo de his dissentio: conf. diem octavum infra.

κοιλίη ἔστη.] Vulgo compositum ἐπέστη in eiusmodi dictionibus noster usurpat: nolim tamen invitis libris h. l. illi obtrudere.

ὀγδόῃ — τρόμοι παρέμενον.] τρόμοι δὲ πάλιν παρέμενον Littréus. τρόμοι καὶ πάλιν παρέμενον Gal., Freind. Notemus Littréum δέ e Merc. in marg. dedisse, quem ipsum haec e Gal. adnotare suspicor, ita ut ibi errore aliquo δέ pro καί invectum censeam. Iam vero καὶ πάλιν unus Galenus habet, apud quem etiam die quinto illud τρόμοι παρέμενον illatum est: itaque puto καὶ πάλιν quod quam absurdam rem exprimat, videmus omnes, h. l. a recentioribus esse additum, postquam die quinto adposita fuere per errorem verba τρόμοι παρέμενον. Neutrum igitur recepi.

δεκάτῃ ἵδρωσε.] Cod. C. Littréi ἐν δεκάτῃ, forte pro ἐνδεκάτῃ: nimirum puto aliquem Galeno obsecutum esse in comm. supponenti Hipp. diem undecimum dedisse, librum vero describentes peccasse in hoc numero. Vid. p. 492. Kühnio.

ὑπόλεπτα.] Ita Gal., Freind., Littr. libri tres, Foës. Latine: vulgo ὑπόλευκα.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 341 sur 880

©BIUM

ὕστερον, ἐκπύημα περὶ ἕδρην καὶ στραγγουριώδης [1] ἐγένετο ἀπόστασις.

sudoribus obortis paulumque maturioribus redditis sputis iudicatus est et sub iudicium ipsum urinae aliquantisper tenues visae sunt. Post iudicationem vero quadragesimo tandem die circa sedem suppuratio facta est et in stranguriam morbus abscessit.

Ἄρρωστος β'.

Ἑρμοκράτην, ὃς κατέκειτο παρὰ τὸ καινὸν τεῖχος, πῦρ ἔλαβε. Ἤρξατο δὲ ἀλγέειν [2] κεφαλὴν, ὀσφύν· ὑποχονδρίου ἔντασις [3] ὑπολάπαρος· γλῶσσα δὲ ἀρχομένῳ ἐπεκαύθη· κώφωσις αὐτίκα· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν· διψώδης οὐ λίην· [4] οὖρα παχέα, ἐρυθρά· κείμενα οὐ [5] καθίστατο· ἀπὸ δὲ κοιλίης οὐκ ὀλίγα ξυγκεκαυμένα διῄει. Πέμπτῃ οὔρησε λεπτά· εἶχε ἐναιώρημα· οὐχ ἵδρυτο· ἐς νύκτα [6] παρέκρουσε. Ἕκτῃ ἰκτεριώδης· πάντα παρωξύνθη· οὐ κατενόει. Ἑβδόμῃ δυσφόρως· οὖρα λεπτὰ ὁμοῖα. Τὰς ἑπομένας παραπλησίως. Περὶ δὲ ἐνδεκάτην ἐόντι πάντα ἔδοξε κουφισθῆναι· κῶμα ἤρξατο· οὖρει [7] παχύτερα, ὑπέρυθρα, κάτω λεπτά· οὐ καθίστατο· ἡσυχῇ κατενόει. Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἄπυρος· οὐχ ἵδρωσε· ἐκοιμήθη· κατενόει πάντα· οὖρα παραπλήσια. Περὶ [8] δὲ ἑπτακαιδεκάτην ἐόντι ὑπέστρεψε· ἐθερμάνθη. Τὰς ἑπομένας πυρετὸς ὀξύς· οὖρα λεπτά· παρέκρουσε. Πάλιν δὲ εἰκοστῇ ἐκρίθη ἄπυρος· οὐχ ἵδρωσε· ἀπόσιτος παρὰ πάντα τὸν χρόνον· κατενόει [9] πάντα· διαλέγεσθαι οὐκ ἠδύνατο· γλῶσσα ἐπίξηρος· οὐκ ἐδίψη· κατεκοιμᾶτο [10] σμικρὰ κωματάδης. [11] Περὶ δὲ εἰκοστὴν καὶ τετάρτην

Aeger secundus.

Hermocrates, qui prope novum murum decumbebat, vehementissima febre correptus est. Coepit ex capite lumbisque dolere, praecordia molliter contendebantur. Lingua vero per exordia deusta fuit, confestimque surditas obnata est, somni non aderant, neque admodum sitibundus erat. Urinas crassas, rubras, quae in matella depositae non subsidebant, reddidit. Ex alvo vero exusta non pauca demissa sunt. Quinto die urinas minxit tenues, suspensum quid in medio habentes, neque subsidentes. Sub noctem desipuit. Sexto aurigine tentatus est, ingravescebant omnia, neque sibi satis constabat. Septimo moleste habuit, urinae tenues similes erant, identidem subsequentibus diebus se gessit. Ad undecimum autem diem allevari omnia visa sunt. Sopor coepit, urinae crassiores, subrubrae, deorsum tenues erant neque subsidebant. Paulisper ad intelligentiam rediit. Decimo quarto a febre immunis fuit, non sudavit, dormivit, prorsus mente constabat, urinae eaedem. Ad decimum septimum revertit morbus, incaluit; deinceps febris erat acuta, urinae tenues, desipuit. Rursus autem vigesimo die iudicatus est, a febre immunis fuit, neque sudavit. Hoc toto tem-

[1] ἐγένοντο ἀποστάσιες V. — [2] τὴν κεφ. V. — [3] λαμπρῶς V. — [4] οὖρει V. — [5] καθίσταντο V. — [6] παρέκρουε V. — [7] παχέα V. — [8] δέ om. V. — [9] πάντα om V. — [10] σμικρά om. V. — [11] περὶ πρώτην καὶ εἰκοστήν V.

ἐκπύημα περὶ ἕδρην.] Cett. ἐμπύημα. Mihi scripsisse videtur auctor id quod exhibeo. Cf. Coaca 630: τὰ καθ' ἕδρην ὀδυνώδεα ἐκπυήματα. Cf. quae ad § 3. status pestilentis de eadem confusione praepositionum adscripsi.

ἀπόστασις.] Quod ad characteres, qui in hoc libro tertio in Edd. et libris scriptis plurimis adponuntur in fine historiarum aegrotantium, hos utpote non profectos ab Hippocrate, nec quidquam ad horum scriptorum intelligentiam conferentes, omitto. — Vide Freind. in praef. ad Ed. suam sub finem.

Aeger. 2. ἔντασις ὑπολάπαρος.] Vulgo λαπαρῶς: verum Gal. lib. II. de Dyspn. p. 186. vs. 43. Ed. Basil. ὑπολάπαρος, quod receperunt Lind., Freind. In textu Galeni Hippocratico et viri comm. λαπαρῶς. Praetuli tamen illud.

ἰκτεριώδης.] Gal. ἰκτερώδης, cf. Lobeck ad Phryn. p. 80.

περὶ δὲ ἑπτακαιδεκάτην.] δέ h. l. cum Littréo e Gal. recepi.

οὐκ ἐδίψη.] Ita libri non pauci; vulgata ἐδίψει, Freind. ἐδίψα; et hoc quin in ἐδίψει lateat nullus dubito. Forma διψῆν apud Hipp. frequens, quod me impulit ut ad Littréi exemplum hic formam contractam Doricam reciperem.

κατεκοιμᾶτο σμικρά.] σμικρά vulgo abest; addendum esse e Gal. comm. patet; adponitur in libris mss. duobus. Freind. μικρά.

©BIUM

ἐπεθερμάνθη· κοιλίη ὑγρὴ, πολλοῖσι λεπτοῖσι ῥέουσα· καὶ τὰς ἑπομένας πυρετὸς ὀξὺς· γλῶσσα ξυνεκαύθη. [1] Ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ ἀπέθανε. Τούτῳ κώφωσις διὰ τέλεος [2] παρέμενε· οὖρα ἢ παχέα καὶ ἐρυθρὰ, οὐ καθιστάμενα, ἢ λεπτὰ καὶ ἄχροα καὶ ἐναιώρημα ἔχοντα· [3] γεύεσθαι δὲ οὐκ ἠδύνατο.

pore cibum aversabatur, mente constabat, loqui non valebat, lingua resiccabatur, non sitiebat, sopore tentatus aliquantulum dormivit. Circiter vero quartum et vigesimum denuo incaluit, alvus fluida, liquida, et tenuia multa demisit et proximis deinceps diebus febris acuta prehendit, lingua exusta est. Septimo et vigesimo obiit. Huic per totum morbum surditas permansit, urinae crassae et rubrae non subsidebant, aut tenues et decolores et suspensum quid in medio innatans habebant. Cibum vero capere non valebat.

Ἄρρωστος γ'.

Ὁ κατακείμενος ἐν τῷ Δελεάρκεος κήπῳ κεφαλῆς βάρος καὶ κρόταφον δεξιὸν ἐπώδυνον εἶχε χρόνον πουλύν· μετὰ δὲ [4] προφάσιος πῦρ ἔλαβε· κατεκλίθη. Δευτέρῃ ἐξ ἀριστεροῦ ὀλίγον ἄκρητον ἐρρύη αἷμα· ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα καλῶς διῆλθε· οὖρα λεπτὰ ποικίλα, [5] ἐναιώρημα ἔχοντα κατὰ σμικρὰ, γονοειδές. Τρίτῃ πυρετὸς ὀξὺς· διαχωρήματα μέλανα, λεπτὰ, ἔπαφρα· ὑπόστασις πελιδνὴ διαχωρήμασι· ὑπεκαροῦτο· ἐδυσφόρει περὶ τὰς ἀναστάσιας· οὔροισι ὑπόστασις πελιδνὴ, ὑπόγλισχρος. Τετάρτῃ ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, ὀλίγα· διαλιπὼν [6] ὀλίγον ἰώδεα· ἐξ ἀριστεροῦ ὀλίγον, ἄκρητον

Aeger tertius.

Quidam in Delearcis hortis decumbens ex longo intervallo capitis gravitate et temporis dextri dolore conflictatus ex levi occasione vehementi febre correptus decubuit. Postridie ex sinistra nare paucus sincerus sanguis effluxit. Alvus autem stercora probe demisit. Urinae tenues, variae, in quibus inerat suspensnm quoddam in medio innatans, in partes minutas distributum, genitale semen referens. Tertio die febris acuta prehendit, deiectiones nigrae, tenues, spumantes processere et quae in iis secessibus subsidebant, livida erant, sopore aliquantulum premebatur, cum desurgeret moleste habebat. Quae in urinis subsidebant, livida et aliquanti-

[1] εἰκοστὴ ἑβδόμη V. — [2] παρέμεινε V. — [3] γεύεσθαι δὲ ὃ. ἡ. V. — [4] προτάσιος V. — [5] ἐναιώρημα ἔχοντα κατὰ σμικρά. V. — [6] ὀλίγα V.

γλῶσσα ξυνεκαύθη.] Frequens Hippocrati κοιλίη ξυνεκαύθη, ἡ ἄφοδος ξυγκαίεται, similia alia. De lingua unice h. l. ξυγκαίεσθαι usurpatur; nempe de hac parte vulgo γλῶσσα ἐπεκαύθη et γλῶσσα ἐπίξηρος, quod de linguae superficie plus minus arida accipio; forte ξυνεκαύθη h. l. maiorem siccitatem significat.

ἢ λεπτά.] Ita libri quatuor Gal., Lind., Freind., Littr. et Corn., Foës. Latine; vulgo λευκά, quod h. l. ferri nequit.

γεύεσθαι δὲ οὐκ ἠδύνατο.] Gal., libri duo Parr. Littr. δέ omittunt.

Aeger 3. Δελεάρκεος.] Vulgo Δεάλκους, tum Δεάλκεος, Δεάλδεος. Sed in Gal. de dieb. Decret. lib. II. cap. 4. Δελεάρκους, pro quo in Kühniana rursus vulg. lectio apparet. — Probavit Meinekius formam in Ed. Bas. Galeni l. l. servatam, quam Ionice protuli, quia libri vulgatae formae terminationem Ionicam praebent.

ἐπώδυνον εἶχε.] Non pauci codices ἐπωδύνως, item Gal., Lind.: non praefero.

ἄκρητον ἐρρύη αἷμα.] αἷμα in uno libro omissum, in ipso a recentiore manu restituitur: ego, si abesset, non magnopere requirerem, sed, licet ut plurimum in eiusmodi dictionibus elliptice loquatur Hippocrates, non affirmare audeo illum h. l. αἷμα non adscripsisse.

ἐναιώρημα ἔχοντα κατὰ σμικρὰ, γονοειδές.] Vulgo ἐναιώρημα ἔχοντα κατὰ σμικρα, οἷον κρίμνα, γονοειδέα. — Gal. in comm. ad Aph. 31. VII. ἐναιωρήματα ἔχοντα σμικρὰ, οἷον κρίμνα, γονοειδέα, quod recepere Lind., Freind., Littréus. — Haec integra non sunt, sed vulgata ad verum ducit. Illud οἷον κρίμνα glossa est, qua κατὰ σμικρά exponitur, eiusdem generis de quo supra ad p. 186. admonui. De ἐναιώρημα κατὰ σμικρά vulgatae, quod hic unice verum, cf. quod ad usum attinet praepositionis κατά in distributione Matth. Gr. Gr. — Γονοειδές in γονοειδέα abiit propter alienum additamentum οἷον κρίμνα; debet autem epitheton referri ad ἐναιώρημα, non ad τὰ οὖρα, quae λεπτά erant. Iam vero vides vix aptum esse glossema; nam ἐναιώρημα κατὰ σμικρὰ γονοειδές vix cum κρίμνοις habebit similitudinem.

ὑπόστασις πελιδνὴ διαχ.] Tum h. l., tum paulo inferius πελίη Gal.: in eiusmodi lectionis varietate quid verum sit discernere quis potest?

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 343 sur 880

©BIUM

ἐρρύη· διαχωρήματα ὁμοῖα· οὖρα ὁμοῖα· [1]ἐφίδρωσε περὶ κεφαλὴν καὶ κληῖδας· σπλὴν ἐπήρθη· μηροῦ ὀδύνη κατ' ἴξιν· ὑποχονδρίου δεξιοῦ ξύντασις ὑπολάπαρος· νυκτὸς [2]οὐκ ἐκοιμήθη· παρέκρουσε σμικρά. Πέμπτῃ διαχωρήματα πλείω, μέλανα ἔπαφρα· ὑπόστασις μέλαινα διαχωρήμασι· νύκτα οὐχ ὕπνωσε· παρέκρουσε. Ἕκτῃ διαχωρήματα μέλανα, λιπαρὰ, γλίσχρα, δυσώδεα· ὕπνωσε· κατενόει μᾶλλον. Ἑβδόμῃ γλῶσσα ἐπίξηρος· διψώδης· οὐκ ἐκοιμήθη· παρέκρουσε· οὖρα λεπτὰ, οὐκ εὔχροα. Ὀγδόῃ διαχωρήματα μέλανα, ὀλίγα ξυνεστηκότα· ὕπνωσε· κατενόει· διψώδης οὐ λίην. Ἐνάτῃ ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· ἵδρωσε· ψύξις· παρέκρουσε· δεξιῷ ἴλλαινε· γλῶσσα ἐπίξηρος· διψώδης· ἄγρυπνος. Δεκάτῃ περὶ τὰ αὐτά. Ἐνδεκάτῃ κατενόει [3]πάντα· ἵδρωσε δι' ὅλου· ἄπυρος· ὕπνωσε· οὖρα λεπτὰ περὶ κρίσιν. Δύο διέλιπε ἄπυρος· ὑπέστρεψε τεσσαρεσκαιδεκάτῃ· αὐτίκα δὲ νύκτα οὐκ ἐκοιμήθη· οὐ διενόει. Πεντεκαιδεκάτῃ οὖρον θολερὸν, οἷον ἐκ τῶν καθεστηκότων γίγνεται, ὅταν ἀναταραχθῇ· πυρετὸς ὀξύς· πάντα παρέκρουσε· οὐκ ἐκοιμήθη· γούνατα καὶ κνήμας ἐπωδύνως εἶχε· ἀπὸ δὲ κοιλίης βάλανον [4]προσθεμένῳ μέλανα κόπρανα διῆλθε. Ἑξκαιδεκάτῃ οὖρα λεπτά· [5]εἶχε δὲ ἐναιώρημα ἐπινέφελον· παρέκρουσε. Ἑπτακαιδεκάτῃ πρωῒ ἄκρα ψυχρά· περιεστέλλετο· πυρετὸς ὀξύς· ἵδρωσε δι' ὅλου· ἐκουφίσθη· κατενόει μᾶλλον· οὐκ ἄπυρος· διψώδης· ἤμεσε χολώ-

sper glutinosa erant. Quarto biliosa, flava, pauca vomitione reiecit, paulumque intermittens virulenta. Ex nare sinistra paucus sincerus sanguis defluxit, deiectiones eaedem urinaeque erant, paucus tenuisque sudor circa caput et iugulum obortus est, lien sublatus intumuit, femur e directo respondens dolor prehendit. Praecordiorum dextrorum contensio submollis fuit, nocte non dormivit, aliquantulum deliravit. Quinto deiectiones fuere copiosiores, nigrae, spumantes, in quibus subsidebant nigra, nocte nihil dormivit, desipuit. Sexto deiectiones nigrae, pingues, glutinosae, foetidae erant, dormivit, meliusque mente constabat. Septimo lingua valde resiccata, sitibundus erat, non dormivit, deliravit, urinas tenues neque probe coloratas reddidit. Octavo alvi recrementa nigra, pauca, coacta; quievit, ad sese rediit, neque valde siticulosus fuit. Nono oborto rigore febris acuta invasit, insudavit, perfrixit, deliravit, dexter oculus perversus est, lingua resiccata, siticulosus erat et insomnis. Decimo in iisdem versabatur. Undecimo prorsus mente constabat, per totum corpus sudor obortus est, febre liber dormivit, urinae tenues ad iudicationem visae sunt. Duos dies a febre integer remansit, quae decimo quarto repetiit, mox vero nocte non quievit, mente non constitit. Decimo quinto urinam turbidam reddidit, cuiusmodi fit ex his, quae ubi subsederunt commoventur, febris acuta prehendit, penitus desipuit, non quievit, genua et tibias dolor occupavit. Ab alvo autem ex glande supposita, ster-

[1] ἐφίδρου V. — [2] οὐκ om. V. — [3] διόλου πάντα V. — [4] προσθεμένου V. — [5] εἶχε δέ V.

ὑποχονδρίου δεξιοῦ ξύντασις.] Lind., libri duo ἔντασις.

οὐκ ἐκοιμήθη.] Negationem omittunt Ald. et libri quatuor Littréi.

λιπαρὰ, γλίσχρα, δυσώδεα.] Ante γλίσχρα addit ἔπαφρα Gal. ὕπωχρα pro γλίσχρα Lind. et liber unus.

δεκάτῃ περὶ τὰ αὐτά.] δεκάτῃ ταῦτα Galenus i. e. ταὐτά.

ἑνδεκάτῃ κατενόει πάντα, ἵδρωσε δι' ὅλου, ἄπυρος, ὕπνωσε.] Vulgo ια' κατενόει δι' ὅλου πάντα, ἄπυρος, ὕπνωσε. Pro ὕπνωσε libri tres, Gal., Freind., ἵδρωσε ferunt: δι' ὅλου in vulgata omittunt codd. tres, Gal., Lind., Littréus. Nec sane Hippocrates in his libris κατενόει δι' ὅλου dicere solet, sed κατενόει πάντα: at vero non minus frequens illi formula ἵδρωσε δι' ὅλου. Vides quo iure locum refinxerim; ὕπνωσε recte additur, quum paulo superius ἄγρυπνος dicatur aeger et paulo post contra αὐτίκα δὲ νύκτα οὐκ ἐκοιμήθη; tum vero ἵδρωσε δι' ὅλου cum crisi, οὖρα λεπτά cum imperfecta crisi pulchre congruunt.

οὐκ ἐκοιμήθη, οὐ διενόει.] Vulgo: οὐκ ἐκοιμήθη, διενόει, πάντα παρέκρουσε absurde. Διενόει in ista lectione omittunt Gal., libri duo, Freind., Littréus. At Calvus οὐ διενόει legit monente iam Foësio. Calvus habet: „quarto et decimo statim revenit, nocte non dormivit, non cognovit, penitus deliravit." Me iudice πάντα παρέκρουσε e die decimo quinto perperam huc retractum est, istaque verba pristinam scripturam οὐ διενόει extrusere, quam igitur revocavi.

ἐπωδύνως.] ἐπωδύνως Gal., libri tres; vulgo ἐπώδυνα; illud praefero.

εἶχε δὲ ἐναιώρημα.] δέ h. l. omm. libb. plures; ἔχοντα ἐναιώρημα Gal.

©BIUM

δεα, ξανθὰ, ὀλίγα· ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα διῆλθε· μετ' ὀλίγον δὲ μέλανα, [1] ὀλίγα, λεπτά· οὖρα λεπτὰ, οὐκ εὔχροα. Ὀκτωκαιδεκάτῃ οὐ κατενόει· κωματώδης. Ἐννεακαιδεκάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Εἰκοστῇ ὕπνωσε· κατενόει πάντα· ἵδρωσε· [2] ἄπυρος· οὐκ ἐδίψη· οὖρα δὲ λεπτά. Εἰκοστῇ πρώτῃ σμικρὰ παρέκρουσε· ὑπεδίψη· ὑποχονδρίου πόνος· καὶ περὶ ὀμφαλὸν παλμὸς διὰ τέλεος. Εἰκοστῇ τετάρτῃ οὖροισι ὑπόστασις· κατενόει πάντα. Εἰκοστῇ ἑβδόμῃ ἰσχίου δεξιοῦ ὀδύνη· οὖρα λεπτὰ καὶ εἶχον ὑπόστασιν· τὰ δ' ἄλλα εἶχε ἐπιεικέσταται. Περὶ δὲ εἰκοστὴν ἐνάτην ὀφθαλμοῦ δεξιοῦ ὀδύνη· οὖρα λεπτά. Τεσσαρακοστῇ διεχώρησε φλεγματώδεα, λευκὰ, ὑπόσυχνα· ἵδρωσε πολλῷ δι' ὅλου· τελέως ἐκρίθη.

cora nigra exierunt. Decimo sexto urinae tenues sunt redditae, quae suspensum quiddam in medio innatans nubilosum habebant, deliravit. Decimo septimo mane extrema frigescebant, tegumentis convolutus est, graviter febricitavit, sudore per totum corpus dimanante allevatus est, paulo plus intelligebat, non febre liber, sitibundus erat. Vomitione refusa sunt biliosa, flava, pauca. Ex alvo vero stercora prodierunt, ac mox paulo nigra, pauca, tenuia. Urinae tenues decolores. Decimo octavo sopore detentus est neque ad intelligentiam redierat. Decimo nono eadem perseveraverunt. Vigesimo dormivit, in totum mente constabat, sudore correptus a febre immunis fuit, nec sitivit. Urinae vero tenues erant. Vigesimo primo paululum desipuit, nonnihil sitivit, praecordiorum dolor et continens ad umbilicum palpitatio occupavit. Quarto et vigesimo in urinis subsidentia inerant, penitus mente constabat. Vigesimo septimo coxendicis dextri dolor cepit, urinas tenues reddidit, in quibus subsidentia inerant, de reliquo vero placidissime habuit. Ad vigesimum nonum oculus dexter doluit, urinae tenues redditae sunt. Quadragesimo pituitosa alba, copiosa alvus deiecit, sudore multo ex toto corpore diffluente perfecta iudicatione est absolutus.

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Ἄρρωστος δ'.

Ἐν Θάσῳ Φιλίστης κεφαλὴν ἐπόνεε χρόνον πουλὺν καί ποτε καὶ ὑποκαρωθεὶς κατεκλίθη· ἐκ δὲ ποτῶν πυρετῶν ξυνεχέων γενομένων, ὁ πόνος παρωξύνθη· νυκτὸς [3] ἐπεθερμάνθη τὸ πρῶτον. Τῇ πρώτῃ ἥμεσε χολώδεα, ὀλίγα, ξανθὰ τὸ πρῶτον· μετὰ [4] δὲ

Sectio Secunda.

Aeger quartus.

Philistes in Thaso ex longo intervallo capite dolebat, tandemque etiam altissimo sopore aliquantulum correptus decubuit. Obortis autem ex comessationibus febribus assiduis, ingravescebat dolor, nocte primum incaluit. Primo die biliosa, pauca vomitione refudit, flava primum,

[1] ὀλίγον V. — [2] ἄπυρος om. V. — [3] παρεθερμάνθη V. — [4] δὲ ταῦτα ἰώδεα πλέον V.

ὀλίγα, λεπτά.] ὀλίγον λεπτά. Ald., codd. quinque Littréi.

οὐκ εὔχροα.] οὐκ ἄχροα libri duo Foësii.

ἐννεακαιδεκάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν.] Vulgo οὖρα λεπτά additur: omittunt ista Gal., libri quinque Littréi et hic ipse, cum quo in his repudiandis omnino consentio.

Aeger 4. μετὰ δὲ ἰώδεα πλείω.] Vulgo μετὰ ταῦτα. Pronomen omm. Gal., libri duo, Lindanus, Littréus.

©BIUM

ἰώδεα πλείω· ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα διῆλθε· νύκτα δυσφόρως. Δευτέρῃ κώφωσις· πυρετὸς ὀξύς· ὑποχόνδριον δεξιὸν ξυνετάθη· ἔρρεπε ἐς τὰ ἔσω· οὖρα λεπτὰ, διαφανέα· εἶχε ἐναιώρημα γονοειδὲς σμικρόν· ἐξεμάνη περὶ μέσον ἡμέρης. Τρίτῃ δυσφόρως. Τετάρτῃ σπασμοί· παρωξύνθη [1] πάντα. Πέμπτῃ πρωὶ ἀπέθανε.

deinde vero aeruginosa plurima. Ab alvo autem stercora exierunt, nox implacida fuit. Postridie surditas obvenit, febris acuta cum praecordiorum dextrorum contensione, quae intro vergebant. Urinas tenues et perspicuas reddidit, in quibus suspensum quiddam in medio innatans paucum, semini genitali simile inerat. Circa meridiem vehementer insanivit. Die tertio permoleste habuit. Quarto convulsionibus exagitatus est, exasperata sunt omnia. Quinto sub tempus matutinum defunctus est.

Ἄρρωστος ε'.

Aeger quintus.

Χαιρίωνα, ὃς κατέκειτο παρὰ [3] Δημαινέτῳ, ἐκ ποτοῦ πῦρ ἔλαβε· [4] αὐτίκα δὲ κεφαλῆς βάρος ἐπώδυνον· οὐκ ἐκοιμᾶτο· κοιλίη ταραχώδης λεπτοῖσι, ὑποχολώδεσι. Τρίτῃ πυρετὸς ὀξύς· κεφαλῆς τρόμος, μάλιστα δὲ χείλεος τοῦ κάτω· μετ' ὀλίγον δὲ ῥῖγος· [5] σπασμοί· πάντα παρέκρουσε· νύκτα δυσφόρως. Τετάρτῃ δι' ἡσυχίης· σμικρὰ ἐκοιμήθη· παρέλεγε. Πέμπτῃ ἐπιπόνως· πάντα παρωξύνθη· λῆρος· νύκτα δυσφόρως· οὐκ ἐκοιμήθη. Ἕκτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Ἑβδόμῃ ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· ἵδρωσε δι' ὅλου· ἐκρίθη. Τούτῳ διὰ τέλεος ἀπὸ κοιλίης διαχωρήματα χολώδεα, ὀλίγα, ἄκρητα· οὖρα [6] λεπτὰ, οὐκ εὔχροα, ἐναιώρημα ἐπινέφελον ἔχοντα. Περὶ ὀγδόην οὔρησε εὐχροώτερα, ἔχοντα ὑπόστασιν λευκὴν, ὀλίγην· κατενόει· ἄπυρος διέλιπε. Ἐνάτῃ ὑπέστρεψε. Περὶ [7] δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην

Choerion, qui apud Demaenetum decumbebat, ex potu febre vehementissima correptus est, statimque capitis gravitas cum dolore occupavit, non dormivit, alvus perturbata secessus tenues et aliquantulum biliosos demisit. Tertio die febris acuta invasit et capitis tremor, praecipue vero labri inferioris pauloque post rigor, convulsiones, omnino desipuit, nox molesta fuit. Quarto quievit, paulisper dormivit; deliravit. Quinto laboriose habuit, exasperata sunt omnia, delirium, nox molesta, non dormivit. Sexto eadem perseveravere. Septimo novo suborto rigore febris acuta prehendit et sudore per omnia membra diffuso iudicatus est. Huic per totum morbum ex alvo deiectiones biliosae, paucae, sincerae prodierunt. Urinae tenues erant nec boni coloris, quae sublime quiddam in medio innatans nubilosum habebant. Ad octavum urinas melioris

[1] πάντα om. V. — [3] Φερίωνα V. — [3] δηλίαν V. — [4] καὶ ἀ. δέ. — [5] σπασμοί om. V. — [6] λευκά V. — [7] δέ om. V.

ξυνετάθη,] Soli Lind. h. l. ξυνετάθη, et Littréus; cett. συνετ.

παρωξύνθη πάντα.] πάντα h. l. omm. Aldus et libri sex Littréi.

Aeger 5. παρὰ Δημαινέτῳ.] Libri plures παρὰ Δηλίαν.

Ἵδρωσε δι' ὅλου· ἐκρίθη.] Confer Littréi adn. — Δι' ὅλου non coniungi cum Ἵδρωσε non potest. Sexcenties in his libris Ἵδρωσε δι' ὅλου.

τούτῳ διὰ τέλεος.] διατελέως vulgo. Plurimi tamen libri et Gal. διὰ τέλεος. Littréus διατελέως servat, tum demittit ad Ed. suae vol. II. p. 324. ubi item διατελέως dat cod. vetustiss. in libro de Victu acut., ad quem locum haec adnotat: „cet adverbe est condamné dans la nouvelle edition du Thesaurus, à tort peut-être, car il est appuyé ici par un bon manuscrit." Immo optimus quisque liber vitiis laborat; apud nostrum autem continuo fluctuat lectio inter διὰ τέλεος et διατελέως, quod facile intelligitur, quia librarii saepe τελέως apud nostrum reperiebant; sed non dubium est quin διατελέως repudiandum sit, quippe quod nil est, nisi vitiose scriptum διὰ τέλεος.

οὖρα λεπτὰ, οὐκ εὔχροα.] Abesse solet negatio. Littréus coniecit ἄχροα aut οὐκ εὔχροα. Hoc recipiendum duxi; mox enim εὐχροώτερα, quod non intelligis, nisi hoc loco οὐκ εὔχροα legas. Tum vero infra: οὖρα μετὰ ὑποστροφὴν καὶ κρίσιν εὔχροα, ita ut rerum nexus negationem omnino flagitet.

ἄπυρος διέλιπε.] Ita Gal., alii: ἀπύρετος cett. Continuus in hisce fluctuatio. Ego ἄπυρος ubivis praetuli, quum ἀπύρετος recentiorum esse mihi videretur.

περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην πυρετὸς ὀξύς.] Ἵδρωσε addit vulgo, omm. libb. tres et Gal.: forte e verbis diei decimi

©BIUM

πυρετὸς [1]ὀξύς. Ἐξκαιδεκάτῃ ἥμεσε χολώδεα, ξανθά, ὑπόσυχνα. Ἑπτακαιδεκάτῃ ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· ἵδρωσε· ἄπυρος ἐκρίθη. Οὖρα μετὰ ὑποστροφὴν καὶ κρίσιν [2]εὔχροα, ὑπόστασιν ἔχοντα· οὐδὲ παρέκρουσε ἐν τῇ ὑποστροφῇ. Ὀκτωκαιδεκάτῃ ἐθερμαίνετο σμικρά· ὑπεδίψη· οὖρα λεπτά· ἐναιώρημα ἐπινέφελον· σμικρὰ παρέκρουσε. Περὶ δὲ ἐννεακαιδεκάτην ἄπυρος· τράχηλον ἐπωδύνως εἶχε· οὔροισι ὑπόστασις. Τελέως ἐκρίθη [3]εἰκοστῇ.

coloris, in quibus subsidentia inerant candida et pauca, reddidit, ad intelligentiam rediit, a febre immunis fuit, quae nono repetiit. Ad decimum quartum autem graviter febricitavit. Decimo sexto biliosa flava, copiosa vomitione reiecit. Decimo septimo novo desuper orto rigore febris acuta invasit et sudore dimanante a febre iudicatione absolutus est. Urinae post morbi reversionem et iudicationem boni erant coloris, atque in his subsidentia inerant, neque per recidivam mentis alienatio fuit. Decimo octavo parum incaluit, paululum sitibundus fuit, urinae tenues sublime quiddam in medio innatans nubilosum habebant, aliquantulum deliravit. Ad decimum nonum a febre immunis fuit, cervicis dolor occupavit, urinis subsidentia inerant. Vigesimo perfecta iudicatione absolutus est.

Ἄρρωστος ς'.

Τὴν Εὐρυάνακτος θυγατέρα, παρθένον, πῦρ ἔλαβε. [4]Ἦν δὲ ἄδιψος διὰ τέλεος· γεύματα οὐ προσεδέχετο. Ἀπὸ δὲ κοιλίης σμικρὰ διῄει· οὖρα λεπτὰ, ὀλίγα, οὐκ εὔχροα. Ἀρχομένου [5]δὲ τοῦ πυρετοῦ περὶ ἕδρην ἐπόνεε. Ἑκταίη δὲ ἐοῦσα ἄπυρος οὐχ ἵδρωσε· ἐκρίθη· τὸ δὲ περὶ τὴν ἕδρην [6]σμικρὰ ἐξεπύησε· ἐρράγη ἅμα κρίσι. Μετὰ δὲ κρίσιν ἑβδομαίη ἐοῦσα ἐρρίγωσε· σμικρὰ ἐπεθερμάνθη· ἵδρωσε. Μετὰ δὲ κρίσιν ὀγδοαίη ἐοῦσα ἐρρίγωσε· οὐ [7]πολλῷ ὕστερον δὲ [8]ἄκρα ψυχρὰ αἰεί. Περὶ δὲ [9]δεκάτην μετὰ τὸν ἱδρῶτα τὸν γενόμενον παρέκρουσε καὶ πάλιν ταχὺ κατενόει· ἔλεγον δὲ γευσαμένην βότρυος ταῦτα

Aeger sextus.

Euryanactis filiam virginem febris vehementissima prehendit. Sine siti autem perpetuo permansit, neque cibos ullos admittebat. Alvus pauca demisit, urinae tenues, paucae, neque probi coloris erant. Incipiente autem febre ad sedem dolor erat. Sexto vero die a febre immunis fuit, non sudavit, iudicata est. Quod ad sedem enatum erat paululum suppuravit, simulque cum iudicatione disruptum est. Ab iudicatione septimo die rigore correpta aliquantulum incaluit, sudavit. Octavo vero post iudicationem die riguit, neque ita multo post extremorum frigus semper adfuit. Ad decimum post sudorem tum obortum deliravit, rursus-

[1] ὀξὺς ἵδρωσε V. — [2] εὐχροώτερα V. — [3] εἰκοστῇ om. V. — [4] δέ om. V. — [5] σμικρά om. V. — [6] πολλά cett. — [7] ἄκραια V. — [8] δὲ δεκ. V.

septimi perperam huc retractum est in vulg.: neque enim hoc, de quo nunc loquitur, tempore crisis sequitur. Suppressit etiam Littréus.

οὖρα μετὰ ὑποστροφὴν καὶ κρίσιν εὔχροα.] Ita Gal. libri tres, Littréus. Vulgo εὐχροώτερα.

ὑπεδίψη.] Ita Gal.: Littr. ἐπεδίψη, et vulgata ἐπεδίψα, quod longe deterius: nam ὑποδιψᾶν egregie convenit cum proxime antecedente: σμικρὰ ἐθερμαίνετο.

περὶ δὲ ἐννεακαιδεκάτην.] δέ e Gal. et libris sex Littréi adscripsi. Vulgo abest.

εἰκοστῇ.] Libros nonnullos, non optimos tamen, suo tempore hunc numerum omisisse narrat Gal. in comm.

Aeger 6. διὰ τέλεος.] Ita libri non pauci. Gal., Lind., Freind., διατελέως vulgo.

μετὰ δὲ κρίσιν.] δέ om. Gal.

ἐρρίγωσε· οὐ πολλῷ ὕστερον δὲ κ. τ. λ.] Ita de meo scripsi: cett. ἐρρίγωσε οὐ πολλὰ, ὕστερον δὲ κ. τ. λ. — Me quidem illud ἐρρίγωσε οὐ πολλά offendit: est hoc nempe minime e nostri loquendi more, qui, quando minus insignem rigorem denotare vult, ὑπερρίγωσε potius usurpat. Itaque, quum saepe ω et α confundantur, οὐ πολλῷ ὕστερον dedi, quod profecto nostrum scripsisse iudico.

περὶ δὲ δεκάτην.] Ita codd. quatuor Littréi, vulgo δέ abest.

©BIUM

παθεῖν. Διαλιποῦσα δὲ δωδεκάτῃ πάλιν πολλὰ παρελήρει· κοιλίη ἐταράχθη χολώδεσι, ὀλίγοισι, ἀκρήτοισι, λεπτοῖσι, δακνώδεσι· πυκνὰ [1]ἀνίστατο. Ἀφ' ἧς δὲ παρέκρουσε τὸ ὕστερον ἀπέθανε ἑβδόμῃ. Αὕτη ἀρχομένη τοῦ νοσήματος ἤλγεε φάρυγγα καὶ διὰ τέλεος ἔρευθος εἶχε· [2]γαργαρεὼν ἀνεσπασμένος· ῥεύματα πολλὰ, σμικρὰ, [3]λεπτὰ, δριμέα· ἔβησσε· πέπον οὐδὲν ἀνῆγε· ἀπόσιτος πάντων παρὰ πάντα τὸν χρόνον, οὐδ' ἐπεθύμησε οὐδενός· ἄδιψος, οὐδ' ἔπινε οὐδὲν ἄξιον λόγου· σιγῶσα· οὐδὲν διελέγετο· δυσθυμίη· ἀνελπίστως [4]ἑωυτῆς εἶχε· ἦν δέ τι καὶ ξυγγενικὸν φθινῶδες.

Ἄρρωστος ζ'.

Τῇ κυναγχικῇ τῇ παρὰ [5]τὰ Ἀριστιῶνος [6]πρῶτον ἀπὸ γλώσσης ἤρξατο· [7]φωνὴ ἀσαφής· γλῶσσα ἐρυθρή· [8]ἐπεξηράνθη. Τῇ πρώτῃ φρικώδης· ἐπεθερμάνθη. Τρίτῃ ῥῖγος· πυρετὸς ὀξύς· οἴδημα ὑπέρυθρον, σκληρὸν τραχήλου καὶ [9]στήθεος ἐξ ἀμφοτέρων· ἄκρα ψυχρὰ, πελιδνά· πνεῦμα μετέωρον· ποτὸν

que statim ad mentem rediit. Ista autem, ut aiebant, ex degustata uva huic contigerant. Ubi autem duodecimum diem intermisisset, plurimum rursus desipiebat. Alvus conturbata biliosa, pauca et sincera, tenuia, mordacia reddidit, crebro desurgebat. Septimo vero die, ex quo postremum deliraverat, mortua est. Haec ab ipso morbi exordio ex faucibus doluit et continuum ruborem habuit gurgulioque retractus est, destillationes multae, parvae, tenues, acres aderant. Tussiebat neque concoctum quicquam educebat. Toto morbi tempore omnis generis cibos aversata est, neque quicquam appetivit, non sitiit, neque quicquam effatu dignum bibit, taciturna erat, nihil loquebatur, moeror et animi desperatio inerat. Erat autem nativa quaedam ac congenita ad tabem propensio.

Aeger septimus.

Quae prope Aristionis aedes habitavit et angina conflictabatur, primum ex lingua laborare coepit. Vox obscure se prodebat, lingua rubens et resiccata erat. Primo die horruit, incaluit. Tertio rigor, febris acuta prehendit, colli tumor subruber, durus et in pectus utraque ex parte imminebat, extrema frigida, livida, spiratio sub-

[1] ἀφίστατο V. — [2] καὶ γαργ. V. — [3] λεπτά om V. — [4] αὑτῆς V. — [5] τό V. — [6] ἧ πρῶτον V. — [7] ἀσ. ἡ φ. V. — [8] ἐξηράνθη V. — [9] καὶ ἐπὶ στῆθος V.

κοιλίη ἐταράχθη.] ἐπεταράχθη. Libri quatuor. Gal., Lind.

αὕτη ἀρχομένη τοῦ νοσήμ.] Sic Gal. in cit. lib. de Dyspn. p. 186. vs. 50. Ed. Bas., cett. ἀρχομένου.

γαργαρεὼν ἀνεσπασμένος.] καὶ γ. ἀ. vulgo: equidem aegre fero copulam h. l.; eam omittunt libri duo et Gal. lib. II. de Dyspn.

λεπτὰ, δριμέα.] Vulgo abest λεπτά, addunt Merc., Gal., Freind.

ἔβησσε· πέπον οὐδὲν ἀνῆγε.] Freindius coniecit πέπον οὐδέν pro vulg. πέπονα οὐδέν, qua in re prorsus cum illo consentio. Littréus librorum nonnullorum auctoritate: ἔβησσε πέπονα, οὐδὲν ἀνῆγε: at me iudice in nostri codicibus certe in eiusmodi distinctione mss. auctoritas nulla est. „Si on prend, inquit, la ponctuation de la majorité des mss., on aura une construction regulière; ce qui a empêché la plupart des traducteurs à l'admettre, c'est qu'il semble en resulter une contradiction entre ἔβησσε πέπονα et οὐδὲν ἀνῆγε, mais peut être n'y en a-t-il pas entre une *toux cuite* (ou *grasse*) et *une expectoration nulle*." Falsissima sane haec: coniungenda sunt πέπονα οὐδὲν ἀνῆγε. Conf. Trillerum l. l. p. 206. Notatu digna Galeni sunt verba in fine comm.: οὐδὲν ἔτι δεόμεθα τὴν διαφορὰν τῶν ἀντιγράφων ἐπισκοπεῖσθαι καὶ ἀνακρίνειν ἐν τῇ τῶν ἡμερῶν ἐξετάσει· μηδεμίαν γὰρ αὐτῶν ἐχουσῶν τάξιν, ἐπειδὴ τὸ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα καὶ τὸ συγγενικὸν φθινῶδες αἴτιον ἐγένετο τοῦ θανάτου, διὰ τοῦτο καὶ τὴν τῶν ἀντιγράφων διαφωνίαν δύσκριτόν τε ἅμα καὶ περιττὴν ἡγησάμενος ἀπέλιπον (παρέλιπον?).

Aeger 7. τῇ κυναγχικῇ τῇ παρὰ τὰ Ἀριστιῶνος πρῶτον ἀπὸ γλώσσης ἤρξατο.] Vulgo: κυν., ἡ παρὰ τὰ A., ἧ πρῶτον κ. τ. λ.: plures tamen libri et Gal. locis pluribus ἡ κυν. initio. — Lind. κυν. ἡ παρὰ τὰ A. ἦν, πρῶτον κ. τ. λ; voluit profecto ἧ — ἦν. — Freind. errorem typogr. in Lindani lect. retinuit. Trillerus voluit κυναγχικῇ — ἤρξατο. — Littr. ἡ κυν. ἡ παρὰ τὰ A. ἧ πρῶτον κ. τ. λ. dedit. Alii codd. παρὰ τα Βίτωνος et παρὰ Βίτωνος: Gal. in comm. ad Ep. III. p. 395. vs. 11. ed. Bas. παρὰ τὰ Βίωνι, quod certe παρὰ Βίωνι esse debebit. — Ac nomen proprium sane servo vulgatae. Sed puto ἄρξασθαί τινι id esse, quod auctor dederit. Itaque possis τῇ κυν. τῇ παρὰ κ. τ. λ scribere, uti feci; possis κυναγχικῇ τῇ παρὰ A. πρῶτον κ. τ. λ. scribere. In vulgata displicet nominativus praemissus, qui non nisi inscriptio esse poterit; sed tum ταύτῃ πρῶτον κ. τ. λ. exspectas.

φωνὴ ἀσαφὴς.] Vulgo ἀσαφὴς ἡ φωνή. Articulum tamen omittunt libri duo et Littréus; ego item omitto; sed vocabula transposui.

πελιδνά.] πελιά Gal., libri duo.

©BIUM

διὰ ῥινῶν ἐχεῖτο· καταπίνειν οὐκ ἠδύνατο· [1]διαχωρήματα καὶ οὖρα ἐπέστη. Τετάρτῃ πάντα παρωξύνθη. Πέμπτῃ [2]ἀπέθανε.

limis, potus per nares refluebat neque devorare quicquam poterat, deiectiones et urinae restiterunt. Quarto exasperata sunt omnia. Quinto periit.

Ἄρρωστος η'.

Aeger octavus.

Τὸ μειράκιον, ὃ κατέκειτο ἐπὶ ψευδέων ἀγορῇ, πῦρ ἔλαβε ἐκ κόπων καὶ πόνων καὶ δρόμων παρὰ τὸ ἔθος. Τῇ πρώτῃ κοιλίη ταραχώδης χολώδεσι, λεπτοῖσι, πολλοῖσι· οὖρα λεπτὰ, ὑπομέλανα· οὐχ ὕπνωσε· διψώδης. Δευτέρῃ πάντα παρωξύνθη· διαχωρήματα πλείω, ἀκαιρότερα· οὐχ ὕπνωσε· τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα· σμικρὰ ἐφίδρωσε. Τρίτῃ δυσφόρως· διψώδης· ἀσώδης· πουλὺς βλησμός· ἀπορίη· παρέκρουσε· ἄκρα πελιδνὰ καὶ ψυχρά· ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος ἐξ ἀμφοτέρων. Τετάρτῃ οὐχ ὕπνωσε· ἐπὶ τὸ χεῖρον. Ἑβδόμῃ ἀπέθανε. Ἡλικίη περὶ ἔτεα εἴκοσι.

Qui ad mendacium forum decumbebat adolescens ex lassitudinibus, laboribus ac cursibus praeter consuetudinem febre vehementissima correptus est. Primo die conturbata alvus, biliosa, tenuia multa reddidit. Urinae tenues et nigricantes erant, somnum non cepit, sitibundus fuit. Postridie exasperata sunt omnia, deiectiones plures erant et importuniores, neque dormivit, mens perturbata fuit, aliquantulum insudavit. Tertio inquiete habuit, sitibundus, nauseabundus, multa corporis iactatio et angustia, deliravit, extrema livida et frigida, praecordiorum contensio submollis utrinque. Quarto somnum non cepit, peius habuit, septimo obiit. Aetas erat annorum prope viginti.

Ἄρρωστος θ'.

Aeger nonus.

[3]Παρὰ Τισαμενῷ γυνὴ κατέκειτο, ᾗ τὰ εἰλεώδεα δυσφόρως ὥρμησε. Ἔμετοι πολλοί· τὸ ποτὸν κατέχειν οὐκ ἠδύνατο· πόνοι περὶ ὑποχόνδρια καὶ ἐν τοῖσι κάτω κατὰ κοιλίην

Apud Tisamenum mulier decumbebat, quae volvulo vehementer afficiebatur. Multis vomitionibus conflictabatur, potum continere non poterat. Dolores circa praecordia aderant, et in

[1] τὰ διαχ. V. — [2] ἀπέθανε κυναγχική V. — [3] ἡ παρὰ τισαμενοῦ V.

ἐχεῖτο.] Lind. ἐκχεῖτο, cuiusmodi quid si velis, certe ἐξεχεῖτο scribendum est.

διαχωρήματα.] Vulgo τὰ διαχ.: articulum omittunt Gal. et libri tres Littréi.

τετάρτῃ — πέμπτῃ.] Hos numeros secundum Galenum delevit Artemidorus Capito, qui etiam suppressit κυναγχική, quod pone ἀπέθανε vulgo additur. Et quod quidem ad dierum numeros omissos adtinet, id num recte fiat, nec ne, quis dixerit et demonstraverit? — Quod vero attinet ad κυναγχική, id recte deleri existimo, quia saepius in fine harum historiarum eiusmodi additamenta leguntur de quibus plane consentio cum Freindio in praef. ad Epid. editionem dicente: „Eodem consilio in textum minime recipienda duxi, quae tanquam morborum indicaturae sub historiarum fine occurrunt, πυρετὸς καῦσος lib. 3. s. 1. 10. καῦσος, lib. 3. s. 2. 9. Φρενιτιαῖα. 10. Φρενιτικός 13. Φρενῖτις 14. 15. 16., quippe quae sine dubio supposita sint."

Aeger 8. καὶ πόνων.] Cod. unus Foësii ποτῶν, alterque recentior πότων. Coniectura est interpretum nonnullorum Galeni tempore, conf. Comm.

σμικρὰ ἐφίδρωσε.] Ita Gal. et liber unus: vulgo ὑφίδρωσε: hoc quidem nusquam apud Hippocratem legere me memini, ἐΦιδροῦν contra illi perfamiliare.

πελιδνά.] Gal. πελιά.

ἡλικίη.] Ita Gal., Freind., ἡλικίαν vulgo, ἡλικίην libri duo, Lind., confero finem aegri 12.; ubi ἡλικίη περὶ ἔτεα κ. τ. λ. sine lectionis varietate. Iam vero praeter notas quasdam pone εἴκοσι a Gal. adscribitur ὀξύ.; nolim inferre quod ab auctore non est profectum.

Aeger 9. Παρὰ Τισαμενῷ γυνὴ κατέκειτο. ᾗ τὰ εἰλεώδεα δυσφόρως ὥρμησε.] Ita cum Galeno lego, qui tamen Τισαμένῳ (sic): cod. unus περισπωμένως recte Τισαμενῷ: nempe accentu differt nomen proprium Τισαμενός a participio τισάμενος: vid. Herodotus IV. 147. τοῦ Τισαμενοῦ. Vulgo ἡ παρὰ Τισαμένου γυνὴ κατέκειτο, ᾗ τὰ ἐ. δ. ὡ.

τὸ ποτόν.] Ita vulgo: articulum om. Gal. et libri tres, cod. unus Littréi ποτὸν κατέχειν οὐδὲν ἠδύνατο.

περὶ ὑποχόνδρια.] περὶ τὰ ὑπ. Gal.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 349 sur 880

©BIUM

πόνοι· στρόφοι ξυνεχέες· οὐ διψώδης· ἐπεθερμαίνετο· ἄκρα ψυχρὰ διὰ τέλεος· ἀσώδης· ἄγρυπνος· οὖρα ὀλίγα, λεπτά· διαχωρήματα ὠμὰ, λεπτὰ, ὀλίγα· ὠφελέειν οὐκ ἔτι [1] οὐδὲν ἠδύνατο· ἀπέθανε.

inferioribus ventris locis cum torminibus assiduo dolore urgebant. Non sitiebat, incalescebat, extrema perpetuo frigescebant, stomachi fastidio laborabat, vigil erat. Urinas paucas tenues reddidit. Alvi recrementa cruda, tenuia, pauca. Nil amplius iuvare poterat, defuncta est.

Ἄρρωστος ι'.

Γυναῖκα ἐξ ἀποφθορῆς νηπίου τῶν περὶ Παντιμίδην τῇ πρώτῃ πῦρ ἔλαβε· [2] γλῶσσα ἐπίξηρος· διψώδης· [3] ἀσώδης· ἄγρυπνος· κοιλίη ταραχώδης λεπτοῖσι, πολλοῖσι, ὠμοῖσι. Δευτέρῃ ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· [4] ἀπὸ κοιλίης πολλά· οὐχ ὕπνωσε. Τρίτῃ μείζους οἱ πόνοι. Τετάρτῃ παρέκρουσε. Ἑβδόμῃ ἀπέθανε. [5] Κοιλίη διὰ παντὸς ὑγρὴ διαχωρήμασι πολλοῖσι, λεπτοῖσι, ὠμοῖσι· οὖρα ὀλίγα [6] λεπτά.

Aeger decimus

Mulier ex his, quae circa Pantimiden erant, ex infantuli foetus abortione primo die febre vehementissima correpta est. Lingua resiccata, siticulosa erat, aestuabunda cum insomnia. Alvus conturbata ex multis tenuibus et crudis. Postridie novo oborto rigore febris acuta prehendit, venter multa reddidit, non dormivit. Tertio die inaugebantur dolores. Quarto deliravit. Septimo defuncta est. Alvus per totum morbum recrementis multis, tenuibus, crudis fluxit. Urinae paucae tenues erant.

Ἄρρωστος ια'.

Ἑτέρην ἐξ ἀποφθορῆς περὶ πεντάμηνον [7] οἰκέτεω γυναῖκα πῦρ ἔλαβε· [8] ἀρχομένη κωματώδης καὶ πάλιν ἄγρυπνος· ὀσφύος ὀδύνη· κεφαλῆς βάρος. Δευτέρῃ κοιλίη ἐπεταράχθη ὀλίγοισι, λεπτοῖσι, ἀκρήτοισι τὸ πρῶτον. Τρίτῃ πλείω καὶ χείρω· νυκτὸς

Aeger undecimus.

Alteram [9] ex abortivo foetu circiter quintum mensem, servi uxorem, febris vehementissima prehendit. Per exordia vero sopore rursusque insomnia detinebatur cum lumborum dolore et capitis gravitate. Secundo die alvus turbata est, primumque pauca, tenuia et sincera deiecit. Ter-

[1] οὐδέν om. V. — [2] ἡ γλ. V. — [3] ἀσώδης om. V. — [4] ἀ. κ. ὀ. ὕ. π. V. — [5] ἡ κ. V. — [6] λεπτά· πυρετὸς· καῦσος. V. — [7] ἰ. γ. om. V. — [8] ἀ. δὲ κ. ἦν καὶ ἀ. π. V.

ἐπεθερμαίνετο.] i. e. ἐπεθερμαίνετο ἐπὶ τοῖσι ὑπογεγραμμένοισι πόνοισι, recte: cod. unus bonae notae ὑπεθερμαίνετο, quod Hipp. non voluit, puto: neque enim in vehementi morbo vero simile *parumper incaluisse* mulierem.

ὠφελέειν οὐκέτι οὐδὲν ἠδύνατο.] Vulgo tantum οὐκέτι, alii libri οὐδέν, ego utrumque recepi; utrumque etiam Latine Corn. et Foës.

ἀπέθανε.] Libri duo Littréi ἀπέθανε κακῶς.

Aeger 10. κοιλίη ταραχώδης.] κοιλίαι ταραχώδεις Gal. et liber unus.

ἀπὸ κοιλίης πολλά· οὐχ ὕπνωσε.] In vulgata vitiose πολλά iterum infertur post ὕπνωσε: omittunt Gal., Lind., Freind., Littréus, Foës. in Latinis, libri tres.

λεπτά.] Vulgo additur πυρετὸς καῦσος. Gal. vocabuli πυρετός mentionem facit nullam in comm., sed in mss. quibusdam sui temporis pone λεπτά scriptum fuisse narrat καῦσος α', vel καῦσος πρῶτος, vel πρώτη. Cod. Germanicus Foësii καῦσος πρῶτος. Recentioribus haec a Galeno tribuuntur in comm.; πυρετός ex illo πρῶτος ortum esse videbatur Foësio. Freindius utramque vocem delevit: Littréus καῦσος modo servavit. Ego, quod supra significavi, cum Freindio consentio.

Aeger 11. οἰκέτεω γυναῖκα.] Vulgo hoc abest. Addunt Gal.; Littréus. Calvus corruptam vidit scripturam et *Hicetei* scribit, quale quid dant libri duo Littréi, quorum alter ἱκετήνω, alter ἱκετεύω. Nuperrimus editor Gallice: „femme d'Oecetes." Immo vero non est nomen proprium οἰκέτης: nempe superiorem aegrotantem vocaverat γυναῖκα ... τῶν περὶ Παντιμίδην, hanc autem vocat ἑτέρην ... οἰκέτεω γυναῖκα, *alteram mulierem servi uxorem*, ita ut haec nostra illud τῶν περὶ Παντιμίδην egregie illustret.

ἀρχομένη κωματώδης.] δέ, quod vulgo interponitur, cum Littréo unius libri auctoritate reieci: at nuperrimus editor ἦν servavit pone κωματώδης, quod mihi itidem reiciendum visum, neque enim Gal. habet, neque ex horum librorum orationis usu est.

πλείω καὶ χείρω.] Ita Gal. et libri duo: cett. καί omittunt.

οὐδὲν ἐκοιμήθη. Τετάρτῃ παρέκρουσε· φόβοι· δυσθυμία· [1]δεξιῷ ἴλλαινε· ἵδρωσε περὶ κεφαλὴν ὀλίγῳ ψυχρῷ· ἄκρα ψυχρά. Πέμπτῃ πάντα παρωξύνθη· πολλὰ παρέλεγε καὶ πάλιν ταχὺ κατενόει· ἄδιψος· ἄγρυπνος· κοιλίη πολλοῖσι ἀκαίροισι διὰ τέλεος· οὖρα ὀλίγα, λεπτὰ, ὑπομέλανα· ἄκρα ψυχρὰ, [2]ὑποπέλιδνα. Ἕκτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Ἑβδόμῃ [3]ἀπέθανε.

tio plura et peiora, nocte nihil dormivit. Quarto mens emota fuit, metus atque animi aegritudo inerat, dexter oculus perversus est, sudor paucus et frigidus circa caput dimanavit, extremitates frigidae. Quinto exasperata sunt omnia, multum deliravit confestimque rursus ad intelligentiam rediit, siticulosa non erat, insomnis. Alvus per totum morbum multis et intempestivis fluxit. Urinae paucae, tenues, nigrescentes erant: extrema frigida sublivida. Sexto eadem perseveraverunt. Septimo exstincta est.

Ἄρρωστος ιβ'.

Γυναῖκα, ἥτις κατέκειτο ἐπὶ ψευδέων [4]ἀγορῇ, τεκοῦσαν τότε πρῶτον ἐπιπόνως ἄρσεν, πῦρ ἔλαβε. Αὐτίκα ἀρχομένη διψώδης, [5]ἀσώδης, καρδίην ὑπήλγει· γλῶσσα ἐπίξηρος· κοιλίη ἐπεταράχθη λεπτοῖσι, ὀλίγοισι· οὐχ ὕπνωσε. Δευτέρῃ σμικρὰ ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· σμικρὰ περὶ κεφαλὴν ἵδρωσε ψυχρῷ. Τρίτῃ ἐπιπόνως· ἀπὸ κοιλίης ὠμὰ λεπτὰ πολλὰ διῄει. Τετάρτῃ ἐπερρίγωσε· πάντα παρωξύνθη· ἄγρυπνος. Πέμπτῃ ἐπιπόνως. Ἕκτῃ διὰ τῶν αὐτῶν· [6]ἀπὸ δὲ κοιλίης διῄλθε ὑγρὰ πολλά. Ἑβδόμῃ ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· δίψα πολλή· βληστρισμός· περὶ δείλην ἵδρωσε δι' ὅλου ψυχρῷ· ἄκρα ψυχρά· οὐκ ἔτι ἀνεθερμαίνετο· καὶ πάλιν ἐς νύκτα ἐπερρίγωσε· ἄκρα οὐκ ἀνεθερμαίνετο· οὐχ ὕπνωσε· σμικρὰ παρέκρουσε

Aeger duodecimus.

Quae in mendacium foro decumbebat, tum primum laboriose masculum enixa, febre vehementissima correpta est. Statim per exordia sitibunda, ex stomachi fastidio et oris ventriculi dolore laborabat, lingua resiccata erat, alvus tenuibus, paucis perturbata fuit, neque somnum cepit. Postridie novo aliquantulum suborto rigore febris acuta prehendit, modicus circa caput sudor frigidus dimanavit. Tertio non sine dolore degit, ab alvo cruda tenuia, multa demissa sunt. Quarto novus obortus est rigor, exasperata sunt omnia, pervigil fuit. Quinto moleste habuit. Sexto eadem perseverarunt, ex alvo vero liquida multa secessere. Septimo novo suborto rigore febris acuta corripuit, sitis multa aderat et incontinens corporis iactatio. Ad vesperam frigidus toto corpore diffusus est sudor, extremorum frigus, quae

[1] διξιά V. — [2] ὑποπέλια V. — [3] ἀπέθανε φρενιτιᾶσα V. — [4] ἀγορῆς V. — [5] ἀσώδης om. V. — [6] ἀπὸ δὲ κ. ἤλθε πολλά. V.

οὐδὲν ἐκοιμήθη.] Hoc e Gal. et libris duobus recepi, quum egregie cum nostri usu quadret: cett. οὐκ ἐ.

φόβοι, δυσθυμία.] δυσθυμίαι Gal., sed non in comm., Lind., Littréus; δυσφημίαι libri plurimi. Mihi δυσθυμίαι plur. num. admodum displicet: post φόβοι, quod recte plur. num. ponitur, perperam illud eodem numero est positum, a librariis male lectum, uti videtur.

ἄδιψος.] Gal. δίψος, quod probat Foës. in adnn.: et sane aegro 12. legis δίψος ἐπιπόνως: verum ἄδιψος cum delirio probe convenit in primis in morbo, cuius eventus infaustus fuit: cogitemus effatum: δίψα παραλόγως λυθεῖσα, ὀλέθριον.

ἀκαίροισι.] Cod. Germ. Foësii ἀκρήτοισι.

ὑποπέλιδνα.] ὑποπέλια Gal. et libb. plurimi: videmus continuam in hisce esse fluctuationem: ὑπομέλαινα Ald., Bas.

ἀπέθανε.] Φρενιτιᾶσα vulgo additur: alii Φρενῖτις subiungunt: ego, uti facere soleo, omisi.

Aeger 12. ἥ τις.] ἥ tantum libb. tres et Gal.: mox libri non pauci et Ald. ἀγορῆς.

τεκοῦσαν τότε πρῶτον.] Vulgo τότε τεκ. πρ.: malui voces transponere: τεκοῦσαν γε τὸ πρῶτον Gal.

ἀπὸ δὲ κοιλίης διῄλθε.] δὲ ἤλθε vulgo: at cod. Voss. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἤλθε: itaque utrumque δέ recipiendum iudicavi, ita ut alterum in δι mutarem.

ἑβδόμῃ ἐπερρίγωσε, πυρετὸς ὀξύς.] Recte monet Littréus Galenum, quod e comm. pateat, fortasse legisse ἐπερρίγωσε· γλῶσσα ξηρή· πυρετὸς ὀξύς·, nec tamen tantam esse commentarii auctoritatem, ut hae sola recipiendum sit illud γλ. ξηρή. Quidquid sit, profecto non esset interponendum inter ἐπερρίγωσε et πυρετὸς ὀξύς. sed his subiiciendum.

ἵδρωσε δι' ὅλου ψυχρῷ· ἄκρα ψυχρά.] Vulgo ἵδρωσε δι' ὅλου ψυχρῷ· ψύξις· ἄκρεα ψυχρά. At libri duo Foësii et Gal.: ψύξις ἀκρέων καὶ οὐκέτι ἀνεθερμαίνετο. Itaque ditto-

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 351 sur 880

©BIUM

καὶ πάλιν ταχὺ κατενόει. Ὀγδόῃ περὶ μέσον ἡμέρης ἀνεθερμάνθη· διψώδης· κωματώδης· ἀσώδης· ἤμεσε χολώδεα, [1] σμικρὰ, ὑπόξανθα· νύκτα δυσφόρως· οὐκ ἐκοιμήθη· οὔρησε πουλὺ ἀθρόον οὐκ εἰδυῖα. Ἐνάτῃ ξυνέδωκε πάντα· κωματώδης· πρὸς δείλην σμικρὰ ἐπερρίγωσε· ἤμεσε σμικρὰ, χολώδεα. Δεκάτῃ ῥῖγος· πυρετὸς παρωξύνθη· οὐχ ὕπνωσε οὐδέν· πρωΐ οὔρησε πουλὺ, ὑπόστασιν οὐκ ἔχον· ἄκρα ἀνεθερμάνθη. Ἑνδεκάτῃ ἤμεσε ἰώδεα, χολώδεα· ἐπερρίγωσε οὐ μετὰ πουλὺ καὶ πάλιν ἄκρα ψυχρά· ἐς δείλην [2] ῥῖγος· ἱδρὼς ψυχρός· ἤμεσε πολλά· νύκτα ἐπιπόνως. Δωδεκάτῃ ἤμεσε πολλὰ, μέλανα, δυσώδεα· λυγμὸς πουλύς· δίψος ἐπιπόνως. Τρισκαιδεκάτῃ μέλανα, δυσώδεα, πολλὰ ἤμεσε· ῥῖγος· περὶ δὲ μέσον ἡμέρης ἄφωνος. Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ αἷμα διὰ ῥινῶν· ἀπέθανε. Ταύτῃ διὰ τέλεος κοιλίη ὑγρή· φρικώδης. Ἡλικίη περὶ ἔτεα ἑπτακαίδεκα.

nec iam ad calorem revocari poterant. Iterumque sub noctem oborto rigore extrema non recalescebant, neque dormivit, aliquantulum deliravit, confestimque rursus ad intelligentiam rediit. Octavo circa meridiem recaluit, sitivit, sopore oppressa fuit, nauseabunda. Biliosa pauca nonnihil flava vomitione refudit, nox inquies, non dormivit, multum confertas urinas reddidit, idque non sentiens. Nono remissa sunt omnia, sopore detenta est, ad occasum suborto aliquantulum rigore, pauca, biliosa vomuit. Decimo rigor; febrilis insultus, neque quicquam quievit. Mane urinam multam, in qua subsidentia nulla inerant, reddidit, extrema recaluerunt. Undecimo vomuit virulenta, biliosa, non ita multo post rigore correpta est, rursusque extrema frigescebant. Sub occasum rigor, sudor frigidus, vomuit multum, noctem moleste tulit. Duodecimo multa, nigra, foetida vomuit, singultus multus adfuit et sitis molesta. Decimo tertio rigore correpta, nigra, graveolentia, multa vomitu effudit. Circa meridiem vero voce defecta est. Decimo quarto sanguis per nares effluxit, defuncta est. Huic per totum morbum alvus lubrica et horroris sensus adfuit. Aetas erat annorum fere septendecim.

[3] ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

Κατάστασις λοιμώδης.

α'. Ἔτος νότιον, ἔπομβρον· ἄπνοια διὰ τέλεος. Αὐχμῶν δὲ γενομένων τοὺς ὑπό-

Sectio Tertia.

Status pestilens.

1. Annus austrinus imbribus abundans, atque in totum a ventis tranquillus fuit. Quum autem

[1] σμικρά om. V. — [2] ἱδρὼς. ῥῖγος. ἤμεσε V. — [3] Hae inscriptiones deficiunt in V.

graphia fuit et aut ψύξις ἄκρων, aut ἄκρα ψυχρά dandum est, non ψύξις· ἄκρα ψυχρά.

οὐκ εἰδυῖα.] Non pauci libri et Aldus οὐκ εἶδον. Illud praeplacet; nam maxime congruum cum praegresso κωματώδης, licet νύκτα οὐκ ἐκοιμήθη dicat.

πρὸς δείλην.] πρὸς δὲ δείλην libri non pauci. Mihi non placet, licet certo certius πρὸς δείλην ad seq. σμικρὰ ἐπερρίγωσε referendum censeam.

ὑπόστασιν οὐκ ἔχον.] Negationem e Gal. et libris duobus cum Freindio, Foësio, Calvo addo.

ἑπτακαίδεκα.] καῦσος addit cod. Germ. Foësii, adscripti mentionem facit Gal. in comm. Recepit Littréus. Ego, quod saepius dixi, talia minime admittenda censeo.

1. κατάστασις λοιμώδης.] In exemplaribus Dioscoridis κατάστασις θερμὴ καὶ ὑγρά. In aliis libris κατάστασις solummodo, in aliis nulla omnino inscriptio. Equidem vulgatam retinui, licet Galenus eam in suae aetatis libris non legisse videatur, conf. tamen initium comm. ad Epid. I. p. 13. Kühnio γέγραφε δὲ καὶ λοιμώδεις τινὰς καταστάσεις, ὥσπερ καὶ τὰς ἐν τῷ γ'. — unde constat ipsum ita constitutionem hanc appellavisse. Ego his inscriptionibus parum auctoritatis tribuo, quum nulla fortasse ab Hippocrate profecta sit: hoc autem loco vulgarem retinui, quod saepe huius libri aegrotantes distinguuntur in eos, quorum morbi historia ante statum pestilentem et quorum descriptio post st. pest. legitur.

αὐχμῶν — πολλά.] Vulgo legitur: αὐχμῶν δὲ γενομένων τοὺς ὑπόπροσθεν χρόνους ἐπ' ἐνιαυτὸν, ἐν νοτίοισι περὶ ἀρκτοῦρον ὕδατα πουλλά. Littréus in libro quodam

©BIUM

προσθεν χρόνους, ἐν νοτίοισι περὶ ἀρκτοῦρον ὕδατα πολλά. Φθινόπωρον σκιῶδες, ἐπινέφελον· ὑδάτων πλήθεα. Χειμὼν νότιος, ὑγρὸς, μαλακός. Μετὰ δὲ ἡλίου τροπὰς ὕστερον πολλῷ πλησίον ἰσημερίης, ὀπισθοχειμῶνες· καὶ ἤδη περὶ ἰσημερίην βόρεια, χιονώδεα οὐ πουλὺν χρόνον. [1] Ἔαρ πάλιν νότιον, ἄπνοον· ὕδατα πολλὰ διὰ τέλεος μέχρι κυνός. Θέρος αἴθριον, θερμόν· πνίγεα μεγάλα· ἐτησίαι γε σμικρὰ διεσπασμένως ἔπνευσαν· πάλιν δὲ περὶ ἀρκτοῦρον ἐν βορείοισι ὕδατα πολλά. Γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος νοτίου καὶ ὑγροῦ καὶ μαλθακοῦ κατὰ [2] μὲν τὸν χειμῶνα διῆγον ὑγιηρῶς, πλὴν τῶν φθινωδέων, περὶ ὧν γεγράψεται.

superioribus anni temporibus iusto maiores siccitates viguissent, sub arcturum spirantibus austris multum pluit. Auctumnus obscurus, nebulosus, cum aquarum abundantia, hiems austrina; humida et lenis. Longo vero post solis conversionem intervallo, iuxta aequinoctium extremae hiemis frigora adfuerunt, iamque sub aequinoctium ipsum aquilonares venti cum nivibus non ita diu spiravere. Ver rursus austrinum, a flatibus quietum, aquae multae et continentes ad canem usque. Aestas serena, calida, aestus praefocantes magni. Anniversarii venti, etesias vocant, pauci disiunctim spiravere. Sub arcturum rursus spirantibus aquilonibus aquae multae. Exsistente igitur anno austrino et humido et leni, hieme quidem salubriter agebant praeter tabidos, de quibus mox scribetur.

β'. Πρωὶ δὲ τοῦ ἦρος ἅμα τοῖσι γενομένοισι ψύχεσι [3] ἐρυσιπέλατα πολλὰ, τοῖσι καὶ μετὰ προφάσιος, τοῖσι δ' οὔ, κακοήθεα· πολλοὺς ἔκτεινε· πολλοὶ φάρυγγας ἐπόνησαν· φωναὶ κακούμεναι· καῦσοι· φρενιτικοί· στόματα ἀφθώδεα· αἰδοίοισι φύματα· ὀφθαλ-

2. Primo autem veris tempore una cum frigoribus consecutis ignes sacri plurimi, partim quidem aliqua de causa, partim quidem sine ea contingebant, atque hi maligni quidem multos sustulerunt. Multi ex faucibus laborabant, voces vitiatae erant, febres ardentes una cum

[1] ἦρ V. — [2] μὲν τὸν om. V. — [3] ἐρυσίπελας. πολλοὶ μὲν μετὰ προφ. V.

suo haud ita praestante pro ἐπ' ἐνιαυτόν invenit ἐνιαυτοῦ, vel ἐνιαυτούς; utrum horum incertum ob correctoris alicuius manum vulgatam restituentis. Gal. in comm.: εἰπόντος, inquit, τοῦ Ἱπποκράτους αὐχμῶν δὲ γενομένων τοὺς ὑπόπροσθεν χρόνους, εἶθ' ἑξῆς τούτου μνησθέντος ἐν νοτίοισι περὶ ἀρκτοῦρον ὕδατα πολλά· φαίνεται γὰρ ἤδη τῷ πρόσθεν ἐνιαυτῷ μὴ φυλαχθῆναι τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος ἀκριβὴς ἡ κατὰ φύσιν κρᾶσις, οὐ μὴν ἐν ἐκείνῳ γε τῷ χρόνῳ γενέσθαι τι νόσημα τῶν ἐπιδημιῶν ὀνομαζομένων. Itaque verborum ἐπ' ἐνιαυτόν nulla fit mentio; altum etiam de illis apud Calvum silentium. Hinc factum ut nuperrimus editor ea redundare putaverit, qua sententia fuit iam Foësius, qui: „illud, inquit, ἐπ' ἐνιαυτὸν ad τοὺς ὑπόπροσθεν χρόνους, facta superioris anni relatione refertur, ut satis patet e Gal. Comm., ex quo ἐπ' ἐνιαυτόν pene redundare intelligas, non plus inde assecuta interpretatione, quam si taceatur, quod illic fecit Galenus." Quodsi mordicus tenere velis, possis ita interpretari, ut τοὺς ὑπόπροσθεν χρόνους in universum tantum denotare dicas antea fuisse siccitates, ἐπ' ἐνιαυτόν vero additum dicere, quamdiu siccitates adfuerint: nam recte Gallice Littréus: „pendant une année." At mihi tamen illud additamentum invisum, ita ut quod Foësius Latine exprimere noluit, ego e contextu Graeco eiecerim.

ἐτησίαι γε σμικρὰ κ. τ. λ.] Ita vulgo: γε om. Gal. et codd. tres.

γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος νοτίου κ. τ. λ.] τοῦ ἔτεος ὅλου νοτίου scriptum vidit Foës. in libb. duobus, addit ὅλου Gal. de Temperam. I. 4. Gal., Kühnii vol. I. p. 631. assumsit voculam Freind. Ego codd. numerum maiorem sum secutus, quod haud adeo vere totus annus dicatur austrinus, quippe in quo περὶ ἰσημερίην βόρεια et πάλιν ... περὶ ἀρκτοῦρον ἐν βορείοισι ὕδατα πολλά,

κατὰ μὲν τὸν χειμῶνα.] τόν omm. codd. plures.

2. πρωὶ δὲ τοῦ ἦρος.] πρό Gal., liber unus et Freindius. Nolim exhibere: alterum enim vulgatum Hippocrati in his libris familiare.

ἐρυσιπέλατα πολλὰ, τοῖσι καὶ μετὰ προφ.] Non parvus sane codicum numerus ἐρυσίπελας πολλοῖσι μὲν μετὰ προφάσιος. Gal. in altera lectione: τοῖσι μὲν μετὰ προφ., quem secutus est Littréus; factum nolim: τοῖσι καὶ μετὰ προφάσιος, τοῖσι δ' οὔ ab auctore scriptum iudico, recentior aliquis τοῖσι μὲν μετὰ προφ. scripsit. Nempe τοῖσι καί valet τοῖσι γε δή, quo sensu καί Hippocrati frequens. Vid. ad lib. de victu acut. § 59.

πολλοὺς ἔκτεινε.] Ita libri sex et Gal. et Littréus: vulgo ἔκτειναν. Parvi refert utrum scribas hoc an illud.

ἐπόνησαν.] Gal. ἐπόνεσαν, idemque ἐπόνεσε aegro 5. post statum pest. Paucis de hisce aoristi formis videamus. Buttm. vol. II. p. 282. πονέσω de dolore corporis dici affirmat, πονήσω in aliis e veterum Gramm. sententia. Matthiae p. 321.: „πονέσω aber, inquit, von πονέω existirt wohl bloss in der Theorie der Grammatiker. Etym. M. p. 130. 4. Choerob. in Bekker. anecd. p. 1411." In aliis similibus etiam distinxerunt Gramm. Cf. πόνηρος, πονηρός apud Phryn. p. 889. ed. Lobeck. — Sed vehementer dubito num verum sit illud εἰ μὲν σωματικῶς πονέσω, εἰ δὲ ψυχικῶς πονήσω: nec tamen dubito quin veteres re vera utramque formam viderint. Quodsi ergo omnes formam per ε tuerentur libri, profecto eam reciperem:

©BIUM

μίαι· ἄνθρακες· κοιλίαι ταραχώδεες· ἀπόσιτοι· διψώδεες οἱ μέν, οἱ δ' οὔ· οὖρα ταραχώδεα πολλὰ, κακά· κωματώδεες ἐπὶ πουλὺ καὶ πάλιν ἄγρυπνοι· ἀκρισίαι πολλαί· [1]τὰ δὲ δύσκριτα· ὕδρωπες· φθινώδεες πολλοί. Τὰ μὲν ἐπιδημήσαντα νοσήματα [2]ταῦτα· ἑκάστου δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων [3]εἰδέων ἦσαν οἱ κάμνοντες καὶ ἔθνησκον πολλοί. Ξυνέπιπτε δὲ ἐφ' ἑκάστοισι τούτων ὧδε.

γ'. Πολλοῖσι μὲν τὸ ἐρυσίπελας μετὰ προφάσιος ἐπὶ τοῖσι τυχοῦσι καὶ ἐπὶ πάνυ σμικροῖσι τρωματίοισι ἐφ' ὅλῳ τῷ σώματι· μάλιστα δὲ τοῖσι περὶ ἑξήκοντα ἔτεα περὶ κεφαλὴν, εἰ καὶ [4]σμικρὸν ἀμεληθείη, πολλοῖσι δὲ καὶ ἐν θεραπείῃ ἐοῦσι μεγάλαι φλεγμοναὶ ἐγίγνοντο καὶ τὸ ἐρυσίπελας πουλὺ ταχὺ πάντοθεν ἐπενέμετο. Τοῖσι μὲν οὖν πλείστοισι αὐτῶν ἀποστάσιες ἐς ἐκπυήματα ξυνέπιπτον· σαρκῶν τε καὶ νεύρων καὶ ὀστέων ἐκπτώσιες μεγάλαι. Ἦν δὲ καὶ τὸ ῥεῦμα τὸ ξυνιστάμενον οὐ πύῳ ἴκελον, ἀλλὰ σηπεδών τις ἄλλη καὶ ῥεῦμα πουλὺ καὶ ποικίλον. Οἷσι μὲν οὖν περὶ κεφαλὴν τούτων τι ξυμπίπτοι γίγνεσθαι, μαδήσιές τε ὅλης τῆς κε-

[1] τὰ δέ om. V. — [2] τοιαῦτα V. — [3] ἰδεῶν V. — [4] σμικρά V.

phrenitide, serpentia oris ulcera, pudendorum tubercula, lippitudines, carbunculi. Alvi perturbatae, cibos aversabantur et hi quidem partim siticulosi, partim sine siti erant. Urinae turbulentae multae, malae reddebantur. Sopore ut plurimum detinebantur, rursusque pervigiles. Morborum solutiones prorsus nullae, partimque difficiles, aquae inter cutem, tabidi multi. Atque hi quidem morbi populariter vulgabantur. Ex enumeratorum autem generum unoquoque laborabant multi et moriebantur plurimi, eorumque singulis haec fere contigerunt.

3. Multis certe ignis sacri occasio ex contemnendis valdeque parvis ulcusculis toto corpore oblata est, praecipue vero sexagenariis circum caput, etiamsi paululum tantum negligeretur. Nonnullis autem etiam inter curationes ipsas magnae inflammationes contingebant, multusque ignis sacer celeriter ubique populabatur. Horum igitur plurimis abscessus ad suppurationes vertebant, carniumque et ossium ac nervorum ex decidentia mutilationes magnae fiebant. Neque vero contracta fluxio puri erat similis, sed aliud quoddam putredinis et fluxionis multae ac variae genus. Quibus igitur circa caput eiusmodi quid contigit, totius capitis et menti glabrationes ossiumque denudationes et prolapsus acci-

nunc non facio, quia lib. Epid. I. § 6. ἐπόνησαν sine lectionis varietate. Eo minus fidem adhibeo isti aoristo per ε, quod ipsum Gal. eam usurpare video. v. c. p. 45. comm. in Ep. I. Ed. Kühn., ubi vs. 5. πονέσει.

ἀκρισίαι πολλαί· τὰ δὲ δύσκριτα.] τὰ δέ vulgo omissum e Gal. recepi: similem partitionem habemus § 7. λειεντερικοὶ πολλοὶ, δυσεντερικοὶ, οὐδ' οὗτοι λίην ἐπιπόνως· τὰ δὲ χολώδεα καὶ λιπαρὰ, καὶ λεπτὰ, καὶ ὑδατώδεα.

εἰδέων.] Vulgo εἰδῶν. Ionice libri plures et Freind. εἰδέων, alii libri ἰδεῶν et εἰδεῶν vitiose pro ἰδεῶν ab ἰδέη, quod Aretaeo perfrequens.

3. καὶ ἐπὶ πάνυ σμικροῖσι τρωματίοισι.] In his legebatur καὶ πάνυ ἐπὶ σμικροῖσι; voculae transponendae videbantur.

μάλιστα δὲ τοῖσι περὶ ἑξήκοντα ἔτεα περὶ κεφαλὴν, εἰ καὶ σμικρὸν ἀμεληθείη.] Littréus de suo: καὶ περὶ κεφαλὴν, εἰ καὶ κ. τ. λ.: quia in Galeni comm.: τοῖς πλείοσι δὲ περὶ τὴν κεφαλὴν τοῦτο συμβῆναι (λέγων) διὰ τὸ πληρωθῆναι μάλιστα ταύτην. ἐν ταῖς νοτίοις τε καὶ θερμαῖς ἀπνοίαις. τὸ δὲ τοῖς ἑξηκοντατετέσιν αὐτὸ γενέσθαι μᾶλλον αἰτίαν ἔχει τήνδε κ. τ. λ. — Tum etiam quia Calvus Latine: „multis quidem parva de causa et quibusvis etiam minimis vulneribus per totum corpus, praesertim iis, qui annos sexaginta nati forent, pustulae rubrae, hoc est erysipelata, proserpebant, si paulum quid neglexissent circa caput praesertim plurimis et in medicina existentibus, magnae inflammationes fiebant." Nempe Calvus verba nostra alio quodam ordine illi legisse videtur et Galenum in commentario itidem aliam interpretari loci scripturam quam quae hodie circumfertur. Quod tamen attinet ad Calvi Latina, nolim affirmare certum esse ad aliam lectionem quam hodiernam ista translata esse. Forsitan e Gal. comm. effeceris hunc legisse: μάλιστα δὲ περὶ κεφαλὴν τοῖσι περὶ ἑξήκοντα ἔτεα, εἰ καὶ σμικρὸν ἀμεληθείη: et ne hoc quidem certum mihi videtur. Itaque nihil muto.

ἐν θεραπείῃ.] ἐν θεραπείαις Gal.

ἀποστάσιες ἐς ἐκπυήματα.] Legebatur ἐμπυήματα et paulo inferius οἷσι γὰρ ἐς ἐμπύημα ὁ τῶν τοιούτων ἀφίκοιτο πάσμός. — Utroque loco ἐκπυήματα, ἐκπύημα scripsi, nam de empyemate, puris in pectore collectione, hic sermo non est. Infra eodem hoc capite: ὅσα μὲν ἀπόστασιν ποιήσαιτο διὰ τοῦ ἐκπυῆσαι.

σαρκῶν τε καὶ νεύρων καὶ ὀστέων ἐκπτώσιες μεγάλαι.] τε e Gal. adscivi cum Lind., ut σαρκῶν et νεύρων arctius coniungerentur. Gal. ἐκπτώματα μεγάλα, at libro de Temper. citat ἐκπτώσεις: utrumque ferri potest.

οἷσι μὲν οὖν ... τούτων τι ξυμπίπτοι.] Recte optativum

Φαλῆς ἐγίγνοντο καὶ τοῦ γενείου καὶ ὀστέων ψιλώματα καὶ ἐκπτώσιες καὶ πολλὰ ῥεύματα· ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα καὶ ἄνευ πυρετῶν. Ἦν δὲ ταῦτα φοβερώτερα, ἢ κακίω· οἷσι γὰρ ἐς ἐκπύημα ὁ τῶν τοιούτων ἀφίκοιτο πεπασμὸς, οἱ πλεῖστοι τούτων ἐσώζοντο· οἷσι δὲ ἡ μὲν φλεγμονὴ καὶ τὸ ἐρυσίπελας ἀπέλθοι, τοιαύτην δὲ ἀπόστασιν μηδεμίαν ποιήσαιτο, τούτων ἀπώλλυντο πολλοί· Ὁμοίως δὲ καὶ ὅπη ἄλλη τοῦ σώματος πλανηθείη, ξυνέπιπτε ταῦτα· πολλοῖσι μὲν γὰρ βραχίων καὶ πῆχυς ὅλος περιερρύη· οἷσι δὲ ἐπὶ τὰ πλευρὰ ταῦτα ἐκακοῦτο, ἢ τῶν ἔμπροσθέν τι, ἢ τῶν ὄπισθεν· οἷσι δὲ ὅλος ὁ μηρὸς, ἢ τὰ περὶ κνήμην ἐψιλοῦτο, καὶ ποὺς ὅλος. Ἦν δὲ πάντων χαλεπώτατον τῶν τοιούτων, ὅ τι περὶ ἤβην καὶ αἰδοῖα γένοιτο. Καὶ τὰ μὲν περὶ ἕλκεα καὶ μετὰ προφάσιος τοιαῦτα· πολλοῖσι δὲ ἐν πυρετοῖσι καὶ πρὸ πυρετοῦ καὶ ἐπὶ πυρετοῖσι ξυνέπιπτε. Ἦν δὲ καὶ τούτων, ὅσα μὲν ἀπόστασιν ποιήσαιτο διὰ τοῦ ἐκπυῆσαι, ἢ εἰ κατὰ κοιλίην ταραχή τις ἐπίκαιρος, ἢ χρηστῶν οὔρων διάδοσις γένοιτο, διὰ τούτων λελύσθαι· οἷσι δὲ μηδὲν τούτων ξυμπίπτοι καὶ ἀσήμως δὲ ἀφανιζομένων, θανατώδεα γίγνεσθαι. Πουλὺ μὲν οὖν τοῖσι πλείστοισι ξυνέπιπτε τὰ περὶ τὸ ἐρυσίπελας τοῦ ἥρος· παρείπετο δὲ καὶ διὰ τοῦ θέρεος καὶ ὑπὸ φθινόπωρον.

derunt, multaeque fluxiones fiebant, istaque partim in febribus, partim sine his aderant. Atque haec terrorem potius quam periculum denunciabant. Quibus namque talium maturatione res ad suppurationem devenit, eorum plerique sunt servati. At vero quos inflammatio quidem sacerque ignis reliquerat, nullumque huiusmodi abscessum creaverat, ii frequentes periere. Similiter quoque et quacumque corporis parte oberrarunt, ista contigerunt. Multis siquidem brachium ac cubitus totus defluebat. Nonnullis vero ista male vexabant latera, aut anteriorum quid, aut posteriorum. Est ubi etiam femur integrum, aut tibia, aut pes totus denudabatur. Horum autem omnium gravissime urgebant quae circa pubem pudendaque contingebant. Atque ea quidem fuit eorum, quae cum ulcere aut occasione externa aliqua contigerunt, conditio. Multis autem una cum febribus ipsis aut ante febrem, atque etiam post febres ipsas inciderunt. Illud vero ipsis inerat, ut quaecumque per suppurationem abscederent, vel quibus insignis aliqua alvi perturbatio, aut probarum urinarum transmissio exstitisset, per ea ipsa solutio procederet: sin quibusdam nihil horum contigisset, temereque et sine ulla solutionis significatione evanescerent, ea mortem inferebant. Longe igitur plurimos sacer ignis vere appetivit, qui et per aestatem et sub auctumnum consequebatur.

[1] δέ om. V. — [2] ἤ τινα τοιοῦτον ἀφίκοιτο πεπασμόν V. — [3] τούτων δὲ ἀ. V. — [4] εἴ πη V. — [5] καὶ τὰ μέν V. — [6] καί om. V. — [7] τοῖσι om. V.

dedit Littréus, qui e libris suis ita scripsisse videtur. Vulgo ξυμπίπτει, Freind. ξυμπίπτῃ, neutrum placet. Aem. Portus correxit ξυμπίπτοι, vel ξυμπίπτῃ, vel ξυνέπιπτε: primum solum recte.

μαδήσεις.] Ita recte Littréus e libris pluribus et Edd. Ald., Bas., Merc. — Schol. Aristoph. ad Plutum p. 78. Ed. Hemsterh. μαδῶντα δὲ ἀντὶ τοῦ κόμην μὴ ἔχοντα. Ergo μαδάω, μάδησις; — forma μάδισις Iotacismo, quem vocant, debetur.

καὶ ἐκπτώσιες.] In Galeni κοπώματα latet ἐκπτώματα, sicuti supra habet Pergamenus.

ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα.] δέ e Gal. h. l. longe praefero prae τε, quod maior librorum numerus, tum scriptorum, tum typis expressorum habet.

ὁ τῶν τοιούτων ἀφίκοιτο πεπασμός.] Codicis Vossiani lectionem e plurimis libris adnotat nuperrimus editor: probat autem vulg., quae profecto danda.

ὅπη ἄλλη] ὅποι ἄλλῃ vulgo, alii libri εἴ πη, εἴ ποι, εἴποτε, εἴπου. Ex primo illo ὅπη ἄλλῃ dedi. Pro vulg. πλανηθῇ rectissime Littréus πλανηθείη e librorum trium lectione: πλανηθῇ ἤ.

τὰ περὶ κνήμην.] Ita Gal., Lind., Freind. libri duo; vulgo τὰ περικνήμια. E vulg. servavi ἐψιλοῦτο: Gal. ἀπεψιλοῦτο.

ὅ τι περὶ ἤβην γένοιτο.] Recte h. l. ὅ τι Littréus. Vulgo ὅτε, liber unus et Lind. ὅτι, sed hic alterum, quod cum nuperrimo editore exhibeo, profecto voluit.

καὶ τὰ μὲν περὶ ἕλκεα.] καί om. Gal. libb. 3. Littréus. Ego vulgatam lect. cum copula addita praefero.

Ἦν δὲ καὶ τούτων ὅσα μὲν ἀπόστασιν ποιήσαιτο διὰ τοῦ ἐκπυῆσαι, ἢ εἰ κατὰ κοιλίην ταραχή τις ἐπίκαιρος, ἢ χρηστῶν οὔρων διάδοσις γένοιτο διὰ τούτων λελύσθαι κ. τ. λ.] Foës. haec Latine reddit quasi εἰ κατὰ κοιλίην legisset: nec tamen eiusmodi quid dant codd.: putavi tamen vulgatum ἢ κοιλίη natum esse ex ἢ εἰ κ., quod dedi.

καὶ ἀσήμως δὲ ἀφανιζομένων.] Ita Gal., cett. καί omittunt.

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 355 sur 880

©BIUM

δ'. Πολλὴ [1]δὲ ταραχή τισι καὶ τὰ περὶ [2]φάρυγγα φύματα καὶ φλεγμοναὶ γλώσσης καὶ τὰ παρ' ὀδόντας ἀποστήματα· φωναί τε πολλοῖσι ἐπεσήμαινον κακούμεναι καὶ [3]κατίλλουσαι πρῶτον μὲν [4]τοῖσι φθινώδεσι ἀρχομένοισι ἀτὰρ καὶ τοῖσι καυσώδεσι καὶ τοῖσι φρενιτικοῖσι.

ε'. Ἤρξαντο μὲν οὖν οἱ καῦσοι καὶ τὰ φρενιτικὰ πρωὶ τοῦ ἦρος μετὰ τὰ γενόμενα ψύχεα· καὶ πλεῖστοι γυναῖκα διενόσησαν· ὀξέα δὲ τούτοισι καὶ θανατώδεα ξυνέπιπτε. [5]Ἦν δὲ ἡ κατάστασις τῶν γενομένων καύσων ὧδε· ἀρχόμενοι κωματώδεες, ἀσώδεες, φρικώδεες· πυρετὸς ὀξύς· οὐ διψώδεες λίην· οὐ παράληροι· ἀπὸ ῥινῶν [6]ἔσταξε σμικρά· οἱ παροξυσμοὶ τοῖσι πλείστοισι ἐν [7]ἀρτίῃσι· [8]περὶ δὲ τοὺς παροξυσμοὺς λήθη καὶ ἄφεσις καὶ ἀφωνίη· ἄκρα τε τούτοισι αἰεὶ μὲν [9]ψυχρότερα ποδῶν καὶ χειρῶν· πουλὺ δὲ περὶ τοὺς παροξυσμοὺς μάλιστα· πάλιν τε βραδέως καὶ οὐ καλῶς ἀνεθερμαίνοντο καὶ πάλιν κατενόουν καὶ διελέγοντο· κατεῖχε δὲ [10]ἢ τὸ κῶμα ξυνεχὲς, οὐχ ὑπνῶδες, ἢ μετὰ πόνων ἄγρυπνοι· κοιλίαι ταραχώδεες τοῖσι πλεί-

4. Magna vero perturbatio quibusdam inerat et ad fauces tubercula, linguaeque inflammationes et quae secundum dentes abscederent. Multisque vocis vitiatae et praepeditae facta est significatio, potissime quidem his, qui tabescere coepissent, atque etiam febre ardente detentis et phreniticis.

5. Coeperunt itaque febres ardentes et phrenitides primo vere, post ea, quae praecesserunt, frigora, plurimique tunc temporis aegrotarunt, gravibusque et lethalibus casibus conflictati sunt. Erat autem febrium ardentium, quae obvenerant, constitutio huiusmodi. Per initia sopore detinebantur cum stomachi fastidio et horroris sensu, febris acuta, neque magnopere sitiebant, aut delirabant. Ex naribus paucus stillavit sanguis. Plurimos accessiones diebus paribus invadebant. Atque sub ipsas accessiones oblivio, membrorum exsolutio et vocis defectio contingebant. His quidem pedes summi et manus frigidiores evadebant, multoque maxime circa accessiones, deinde vero lente nec probe recalescebant, rursusque ad intelligentiam redibant et loquebantur. Eos autem aut perpetuus sopor

[1] τε V. — [2] τὴν φ. V. — [3] κατατίλλουσιν V. — [4] τοῖσι om. V. — [5] ἔσταξε V. — [6] ἀρχῇσι V. — [7] ἀφωνίη δὲ καὶ λ., καὶ ὄφ. περὶ τοὺς π. V. — [8] ψυχρά V. — [9] καί V.

4. *Φωναί τε πολλοῖσι ἐπεσήμαινον κακούμεναι καὶ κατίλλουσαι.*] Paulo accuratius videndum de voce *κατίλλουσαι*. Et primum quidem colligamus varias scripturas: vulgo *κατατίλλουσαι*; Gal. *κατειλοῦσαι* (sic); unus Littréi liber *κατειλλοῦσαι*, alter *κατιλλοῦσαι* cum glossa *καταδιαστρέφουσαι*. — Erot. p. 382. *Φωναὶ κατεῖλλουσαι* (sic): tum vero Foës. ad hunc locum refert corruptam in Galeni exegesi glossam *κατιαλλόμεναι· συνδεδεμέναι*, quae apud Phavorinum repetitur. Plurimi codd. Foësii *κατιλλαίνουσαι*. Itaque si ex his vocabula Graeca probe scripta deducamus, habemus *κατίλλουσαι*, *κατειλοῦσαι*, *κατιλλόμεναι*, vel *κατιλλαόμεναι*, sicuti Foësius Galeni glossam emendat et tandem *κατιλλαίνουσαι*. Maxima ergo diversitas est inter *κατίλλω* s. *κατιλλαίνω* (nam sunt hae variae eiusdem verbi formae) et *κατιλλόμεναι*, quod eiusdem verbi, sed passivi participium, et inter *κατειλοῦσαι*, a *κατειλέω*. — Galeni *κατιλλόμεναι* in Exegesi si cum viri commentario conferamus, verosimile iudico eum de suo ita scripsisse: nam magnopere illum offendebat *κατίλλουσαι* scriptum pro *κατιλλόμεναι*; patet insuper e comm. hoc etiam loco, qualis criticus fuerit Pergamenus, qui quas non intelligeret voces ab Hipp. usurpari non potuisse sed *παρεγγεγράφθαι* contenderet. Mihi quidem *κατειλοῦσαι* e *κατίλλουσαι* ortum videtur, est enim *κατειλέω* frequens ubivis; sed ad *κατατίλλουσαι* quod attinet, etiam hoc ex *κατίλλουσαι* errore librariorum ortum est, nec quidquam huc facit. Itaque omnino consentio cum Foësio prae ceteris *κατίλλουσαι* vel *κατιλλαίνουσαι* probante, quid quod ego unice verum esse in nostris contendo *κατίλλουσαι*. Iam vero quod attinet ad Galeni difficultatem, quasi non liceret *κατίλλουσαι* vel *κατιλλαίνουσαι* passive sumere, hanc nihili facio. Hippocrates non dixit *ἴλλαινε δεξιὸν* (ὀφθαλμόν nempe), verum *ἴλλαινε δεξιῷ*: et vero: „*ἰλλαίνειν*, inquit Hemsterh. ad Hesych. voce *ἰλλάς*, Hippocratis melius interpretatus est Pollux II. 54., quam Galenus in glossario Hipp., ut monuit Foës., Oecon. Hipp. et ad Epid. III. p. 1069." Sunt autem Pollucis verba: *Ἱπποκράτης δὲ ὀφθαλμὸν ἰλλαίνειν φησὶ, τὸν διάστριφον γενόμενον.* Quod ad significationem quam h. l. tribuere oporteat nostro *φωναὶ κατίλλουσαι*, accipio de raucedine ita impeditis ut sonum vix audias, quod satis respondet Erotiani et Dioscoridis interpretationibus *κατεχόμεναι* et *τὸ βραχὺ τῆς φωνῆς καὶ μόλις ἀκουόμενον.*

5. *ἀρχόμενοι κωματώδεες.*] *καυματώδεες* quosdam scripsisse monet Galenus. Saepius haec permutata vidi in Coacis.

πυρετὸς ὀξύς.] Variat lectio inter *ὀξύς* et *οὐκ ὀξύς*. Mihi quidem illa praeplacet: *καῦσος* enim est febris acuta; quod vero attinet ad sitis absentiam cum febre vehementi non congruam, ut aiunt, qui ita statuunt non meminerunt verborum paulo ante obviorum *ἀρχόμενοι κωματώδεες*: haec sitis absentia a cerebro tacto pendet: hinc in fine huius § de phreniticis: *ἄδιψοι δὲ πάνυ οὗτοι ἦσαν.*

ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξε σμ.] Littréus unius cod. fide *ἔσταζε*: non vidi cur aoristum repudiarem.

©BIUM

στοισι τούτων διαχωρήμασι ὠμοῖσι, λεπτοῖσι, πολλοῖσι· οὖρα πολλὰ, λεπτὰ, κρίσιμον οὐδὲ χρηστὸν οὐδὲν ἔχοντα· οὐδὲ ἄλλο κρίσιμον οὐδὲν τοῖσι οὕτως ἔχουσι [1] ἐγένετο· οὔτε γὰρ [2] ἡμορράγει καλῶς, οὔτε τις ἄλλη τῶν εἰθισμένων ἀπόστασις ἐγένετο κρίσιμος· ἔθνησκον [3] δὲ ἕκαστος, ὡς τύχοι, πεπλανημένως, τὰ πολλὰ περὶ τὰς κρίσιας· ἐκ πολλοῦ δέ τινες ἄφωνοι· [4] ἱδρῶντες πολλοί. Τοῖσι μὲν [5] οὖν ὀλεθρίως ἔχουσι ξυνέπιπτε ταῦτα· παραπλήσια δὲ καὶ τοῖσι Φρενιτικοῖσι· ἄδιψοι δὲ πάνυ οὗτοι ἦσαν· οὐδ' ἐξεμάνη τῶν Φρενιτικῶν οὐδεὶς, ὥσπερ ἐπ' ἄλλοισι, ἀλλ' ἄλλῃ τινὶ καταφορῇ κακῇ, νωθρῇ βαρέως ἀπώλλυντο.

non somnolentus detinebat, aut vigiliae cum laboribus. Horum plerisque alvus retrimentis crudis, tenuibus, multis turbabatur. Urinae multae, tenues, neque iudicatorii, neque boni quicquam habebant. Neque aliud quicquam in ita affectis decernebat, neque enim rite sanguis e naribus profluebat, neque aliud quicquam eorum quae abscedere nata sunt iudicatione tentabatur, moriebaturque unusquisque, uti fors ferebat, vago et incerto ordine, plerumque circa iudicationes, quidam vero longius producti cum vocis defectione, nonnulli etiam cum sudoribus. Itaque haec quidem his, qui perniciose haberent, contingebant. Quin et similia phreniticis fiebant. Atque hi omnino sine siti erant. Neque phreniticorum quisquam vehementer insanivit, sicut in ceteris usu venire solet, sed ex mala alia quadam et languida in somnum degravatione graviter peribant.

ς'. Ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι πυρετοὶ, περὶ ὧν γεγράψεται. Στόματα πολλοῖσι ἀφθώδεα, ἑλκώδεα. Ῥεύματα περὶ τὰ αἰδοῖα πολλὰ, ἑλκώματα, φύματα ἔξωθεν, ἔσωθεν· τὰ περὶ βουβῶνας. Ὀφθαλμίαι ὑγραὶ, [6] μακροχρόνιοι μετὰ πόνων· ἐπιφύσιες βλεφάρων ἔξωθεν, ἔσωθεν, πολλῶν φθείροντα τὰς ὄψιας, ἃ σῦκα ἐπονομάζουσι. Ἐφύετο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑλκέων πολλὰ καὶ ἐν αἰδοίοισι. Ἄνθρακες πολλοὶ κατὰ θέρος καὶ ἄλλα, ἃ σὴψ καλέεται· ἐκθύματα μεγάλα· ἕρπητες πολλοῖσι μεγάλοι.

6. Aliae insuper etiam febres viguerunt, de quibus mox scribetur. Multis os serpentibus ulceribus affectum ulcerosumve fuit, fluxiones ad pudenda multae, exulcerationes, tubercula intus et extra et bubones. Lippitudines humentes, longae, diuturnae, non sine doloribus, palpebris foris et intus adnascebantur quaedam quae multorum aciem perderent, *ficos* nominant. Enascebantur vero cum in ceteris ulceribus multa, tum in pudendis. Carbunculi aestate multi atque alia, quae *putredinis* nomine donantur. Pustulae item magnae. Serpentia ulcera plerisque magna.

ζ'. Τὰ δὲ κατὰ κοιλίην πολλοῖσι πολλὰ καὶ βλαβερὰ ξυνέβαινε. Πρῶτον μὲν τεινε-

7. Quantum autem ad alvum spectabat, plerisque circa eam multa et noxia evenere. Pri-

[1] ἰγένετο V. — [2] ἡμοῤῥάγη V. — [3] τέ V. — [4] ἱδρῶτες πουλύ. V. — [5] οὖν om. V. — [6] μακραὶ χρόνιαι V.

κρίσιμον οὐδὲν τοῖσι οὕτως ἔχουσι ἐγένετο.] Pro ἐγένετο libri tres Gal., Lind., Littr. ἐπεφαίνετο: utrumque bene habet.

ἱδρῶντες.] Gal. et libri plurimi ἱδρῶτες. Dorismus ἱδρῶντες frequens in Coacis. Prorrh. I.

τοῖσι μὲν οὖν ὀλεθρίως ἔχουσι.] οὖν cum Littréo ex unico licet libro recepi. In eiusmodi locis nostro perfrequens μὲν οὖν.

βαρέως ἀπώλλυντο.] καρηβάρεες Gal. p. 180. vs. 28. V. Ed. Bas. — Lind.: καρηβαρέως.

6. περὶ τὰ αἰδοῖα.] τά h. l. omittunt libri duo et Gal.

τὰ περὶ βουβῶνας.] Gal. τὰ παρὰ βουβῶνας.

ὀφθαλμίαι — μακροχρόνιοι.] Libri duo Littréi, unus Foës., Fevr., Freind., Littr. μακροχρόνιαι: vulgo μακραὶ. χρόνιαι. — Equidem etiam compositum μακροχρόνιος praefero, quod tamen quum duarum sit terminationum et error hic, quod e var. lect. patet, facile oriri potuerit, μακροχρόνιοι scripsi. — In lib. de aër. aq. locis § 3. ὀφθαλμίαι — ὀλιγοχρόνιοι.

πολλῶν φθείροντα.] Vulgo editur φθείροντες, minus recte: nam ad ἐπιφύσιες adiectivum masculinum referri non potest. At Littréus ex Aldo et plurimis libris et cod. Barocc. φθείροντα, quocum consentio: sequitur enim ἃ σῦκα ἐπονομάζουσι.

ἐκθύματα.] Libri duo ἐκφύματα. Est permutatio litterarum φ et θ, quam in Hipp. scriptis etiam observamus in φλᾶται, φλάσις cett. in lib. de cap. vulnn., in Δαϊφάρσενς et Δαιθάρσενς Epid. I. § 20; ubi vide adnn.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 357 sur 880

©BIUM

σμοὶ πολλοῖσι ἐπιπόνως, πλείστοισι δὲ παιδίοισι καὶ [1]πᾶσι ὅσα πρὸ ἥβης καὶ ἀπώλλυντο τὰ πλεῖστα τούτων· λειεντερικοὶ πολλοί· δυσεντερικοί, οὐδ' οὗτοι λίην ἐπιπόνως· τὰ δὲ χολώδεα καὶ λιπαρὰ, καὶ λεπτὰ, καὶ ὑδατώδεα. Πολλοῖσι μὲν αὐτὸ τὸ νόσημα ἐς τοῦτο κατέσκηψε ἄνευ τε πυρετῶν καὶ ἐν πυρετοῖσι· μετὰ πόνων στρόφοι καὶ ἀνειλήσιες κακοήθεες· τῶν πολλῶν ἐνόντων τε καὶ ἐπισχόντων διέξοδοι· τά τε διεξιόντα πόνους οὐ λύοντα, τοῖσί [2]τε προσφερομένοισι δυσκόλως ὑπακούοντα· καὶ γὰρ αἱ καθάρσιες τοὺς πλείστους προσέβλαπτον. Τῶν δὲ οὕτως ἐχόντων πολλοὶ μὲν ὀξέως ἀπώλλυντο· [3]πολλοῖσι δὲ καὶ μακρότερα διῆγε. Ὡς δ' ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι, [4]πάντες, καὶ οἱ τὰ μακρὰ νοσέοντες καὶ οἱ τὰ ὀξέα, ἐκ τῶν κατὰ κοιλίην ἀπέθνησκον μάλιστα· πάντας γὰρ κοιλίη [5]ξυναπήγεγκε.

mum quidem crebrae et inanes egerendi voluntates multis molestae, inprimis vero pueris atque iis omnibus, qui pubertatem nondum attigerant, eorumque plurimi peribant. Multi intestinorum laevitate vexabantur, quidam difficultate intestinorum, neque hi admodum moleste, aliis autem alvus biliosa et pinguia et tenuia et liquida demittebat, ac multis quidem eo morbus ipse decubuit, tum citra febres tum in febribus. Tormina cum doloribus aderant, itemque convolutiones malignae. Multis in corpore exsistentibus ac suppressis exitus. At neque exeuntia dolores tollebant, nec facile remedii loco datis cedebant: nempe purgationes plurimis vel nocebant. Eorum vero qui ita habebant plerique quidem subito moriebantur, multi etiam diutius perdurabant. Atque ut semel absolvam, tum qui diuturnis, tum qui acutis tentabantur morbis, ex ventris vitio omnes fere periere. Omnes namque venter pariter sustulit.

η'. Ἀπόσιτοι δὲ πάντες μὲν ἐγένοντο καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖσι προγεγραμμένοισι, [6]οἷς ἐγὼ δὴ πώποτε ἐνέτυχον, πολὺ δὲ μάλιστα οὗτοι καὶ οἱ ἐκ [7]τούτων καὶ ἐκ τῶν ἄλλων δὲ οἳ καὶ ὀλεθρίως ἔχοιεν. Διψώδεες οἱ μὲν, οἱ δ' οὔ· τῶν δ' ἐν πυρετοῖσι καὶ τοῖσι ἄλλοισι οὐδεὶς ἀκαίρως, ἀλλ' ἦν κατὰ ποτὸν

8. Omnes autem, in quos sane incidi, etiam per praescriptos omnes morbos cibos aversabantur, prae reliquis vero maxime hi et qui ex hisce evaserant, e reliquis vero illi qui perniciose affecti erant. Siticulosi partim quidem erant, partim vero siti vacui. Ex his autem quos febres ceteraque vexabant nullus intempestive po-

[1] παισὶν V. — [2] δέ V. — [3] τοῖσι V. — [4] πάντα V. — [5] συναπήνεικεν V. — [6] ὡς ἐγὼ οὐδὲ πώποτε V. — [7] τοιούτων V.

7. πλείστοισι δὲ παιδίοισι καὶ πᾶσι, ὅσα πρὸ ἥβης καὶ ἀπώλλυντο τὰ πλεῖστα τούτων.] ὅσα dant Aldus, codd. plurimi Littréi, Lind. et ipse Littréus: vulgo ὅσοι, sed pro πᾶσι vulgo etiam παισί: illud dant Gal., libri duo Lind., Freind., Littréus. — Confer locum ex Epid. I. § 10, θνῄσκον δὲ ἐκ πάντων μὲν, πλεῖστοι δὲ ἐκ τούτων καὶ τούτων παιδία, ὅσα ἀπὸ γάλακτος ἦδη, καὶ πρεσβύτερα, ὀκταετέα καὶ δεκαετέα, καὶ ὅσα προ ἥβης.

δυσεντερικοί.] Gal. δυσεντεριώδεες.

τὰ δὲ χολώδεα.] Lind. τὰ δ' [ἐξιόντα] χολώδεα, qua mutatione mihi non opus esse videtur. Sed operae pretium facere mihi videor de sententiae scriptura paucis monendo. Video Corn. et Foës. in Latinis suis verbis τὰ δὲ χολώδεα novam inchoare periodum: idemque facere Littréum tum in textu, tum in interpretatione. Me iudice non recte illi: nempe partitio est in λειεντερικοὶ πολλοί· δυσεντερικοί — τὰ δὲ χολώδεα καὶ λιπαρά κ. τ. λ. Hanc partitionem interpretes praeterviderunt, quia transitus est ab aegris ad excreta in his morbis ventris, cuiusmodi quid tamen minime ab Hippocrateae orationis usu alienum.

τά τε διεξιόντα — τοισί τε προσφερομένοισι.] Cum nuperrimo editore utroque loco τε scribo: priore τὰ δ' ἐξιόντα Gal., libri tres, Lind.: altero δέ vulgo, at τε libri duo et Galenus.

πολλοῖσι δὲ καὶ μακρότερα.] ἔστι δ' οἷσι καὶ μακρ. liber unus.

ὡς δ' ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι.) Eadem formula in libro de Victu acut. § 12. et § 61.

8. οἷς ἐγὼ δὴ πώποτε ἐνέτυχον.] Vulgo οἷς ἐγὼ οὐδεπώποτε ἐνέτυχον: liber unus οὐδέποτε. Sed pro οἷς in ista lectione ὡς libri quatuor et Aldus: unus ὧν. Hinc Littréus ὡς ἐγὼ οὐδὲ πώποτε ἐνέτυχον. Luce clarius patet, me iudice, primam syllabam voculae οὐδέ e praegressi pronominis fine ortam esse. Rectissime Corn. et Foës. Latine: „in quos sane incidi." Itaque οἷς ἐγὼ δὴ πώποτε ἐνέτυχον scripsi. Nimirum vehementer dissentio a Foësio perhibente h. l. οὐδεπώποτε affirmantis esse.

πολὺ δὲ μάλιστα οὗτοι καὶ οἱ ἐκ τούτων.] πολλοί pro πολύ utique corruptum: hoc dant libri sex Littréi et cod. Barocc. — Pro οὗτοι vulgo αὐτοί, alterum illud dant libri tres, Gal., Fevr., Littr. — οὗτοι refero ad illos, de quibus § 7. locutus est, quorum ventres male affecti erant. Οἱ ἐκ τούτων accipio de illis, qui paulo ante e ventris morbis illis evaserant.

©BIUM

διαιτᾶν, ὡς ἤθελες.

θ'. Οὖρα δὲ πολλὰ μὲν τὰ διεξιόντα ἦν, οὐκ ἐκ τῶν προσφερομένων ποτῶν, ἀλλὰ πολλὸν ὑπερβάλλοντα· πολλὴ δέ τις καὶ τῶν οὔρων κακότης ἦν τῶν ἀπιόντων· οὔτε γὰρ πάχος, οὔτε [1] πεπασμοὺς, οὔτε καθάρσιας χρηστὰς εἶχε· ἐσήμαινε δὲ τοῖσι πλείστοισι ξύντηξιν καὶ ταραχὴν, καὶ πόνους, [2] καὶ χρόνους, καὶ ἀκρισίας.

ι'. Κωματώδεες δὲ μάλιστα μὲν οἱ φρενιτικοὶ καὶ οἱ καυσώδεες ἦσαν· ἀτὰρ καὶ ἐπὶ τοῖσι ἄλλοισι νοσήμασι πᾶσι τοῖσι μεγίστοισι, ὅ τι μετὰ πυρετοῦ γίγνοιτο· διὰ παντὸς δὲ τοῖσι πλείστοισι ἢ βαρὺ [3] κῶμα παρείπετο, ἢ μικροὺς καὶ λεπτοὺς ὕπνους κοιμᾶσθαι.

ια'. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πυρετῶν [4] ἐπεδήμησε εἴδεα, τριταίων, τεταρταίων, νυκτερινῶν, ξυνεχέων, μακρῶν, πεπλανημένων, ἀσωδέων, ἀκαταστάτων. Ἅπαντες δὲ οὗτοι μετὰ πολλῆς ἐγίγνοντο ταραχῆς· κοιλίαι [5] τε γὰρ τοῖσι πλείστοισι ταραχώδεες· φρικώδεες· ἱδρῶτες οὐ κρίσιμοι· καὶ τὰ τῶν οὔρων, ὡς ὑπογέγραπται. Μακρὰ δὲ τοῖσι πλείστοισι τούτων· οὐδὲ γὰρ αἱ γενόμεναι τούτοισι ἀποστάσιες ἔκρινον, ὥσπερ ἐπὶ τοῖσι ἄλλοισι· δύσκριτα μὲν πᾶσι πάντα ἐγένετο καὶ ἀκρισίαι καὶ χρόνια, πολὺ δὲ μάλιστα τούτοισι· ἔκρινε δὲ τούτων ὀλίγοισι περὶ [6] ὀγδοηκοστήν· τοῖσι δὲ πλείστοισι, ὡς ἔτυχε, ἐξέλιπε. Ἐ-

tum sumpsit, sed quoad potionem licebat eam instituere vivendi rationem, quam velles.

9. Urinae autem copiosae prodibant, neque potioni ingestae respondebant, verum plurimum superabant, multumque etiam vitiosae erant urinae redditae. Nam neque crassitudinem, neque concoctionem habebant, neque probe expurgabantur. Plurimis vero colliquationem perturbationemque et dolores et moram et iudicationis cessationem portendebant.

10. Sopore autem detinebantur in primis quidem phrenitici et qui febre ardente laborabant, quin etiam ceteris in omnibus maximis morbis, quicumque cum febre contingerent. Omnino vero plerosque aut gravis sopor comitabatur, aut tenues et parvi somni.

11. Multa alia praeterea passim vulgata sunt febrium genera, tertianae, quartanae, nocturnae, assiduae, diuturnae, incertae et vagae, implacidae, inconstantes. Atque hae omnes non sine multa perturbatione contingebant. Plerisque enim alvus cum horroris sensu turbabatur, sudores nihil decernebant, urinaeque quales supra descripsimus. Eorum vero plerisque haec erant diuturna. Neque enim decernebant, quae iis ipsis abscedebant, quod ceteris usu venire solet. Omnino quidem omnibus difficiles erant iudicationes, aut nullae, aut diuturnae, his vero quam maxime. Atque horum pauci circa octogesimum diem iudicatione absolvebantur, magna

[1] πεπασμὸς οὔτε καθάρσιος χρηστὴ γινόμεναι, omissis intermediis. V. — [2] καὶ χρ. om. V. — [3] κῶμα V. — [4] ἐπεδήμησαν V. — [5] τε om. V. — [6] ὀγδοήκοντα V.

9. οὔτε γὰρ πάχος, οὔτε πεπασμοὺς, οὔτε καθάρσιας χρηστὰς εἶχε.] Alio modo Gal.: οὔτε γὰρ πάχος, οὔτε πεπασμὸς, οὔτε κάθαρσις χρηστή. — In Edd. Chartierii et Kühnii χρηστὴ εἶχε, quod valde displicet.

καὶ χρόνους καὶ ἀκρισίας.] Haec adscribuntur in libris duobus et a Gal. et Freindio; quare ista non admitterem non video. Sed aliud quid non viderunt interpretes, quod tamen non negligendum. — Legebatur paulo ante: οὔτε γὰρ πάχος, οὔτε πεπασμοὺς, οὔτε καθάρσιας χρηστὰς εἶχε· ἐπὶ πολλοῖσι γὰρ αἱ κατὰ κύστιν καθάρσιες χρησταὶ γιγνόμεναι, ἀγαθὸν· ἐσήμαινον δὲ τοῖσι πλείστοισι ξύντηξιν καὶ ταραχὴν κ. τ. λ. — Qui haec nihil aliud agens legit, sentiet verba οὔτε καθάρσιας χρηστὰς εἶχε· ἐσήμαινον δὲ κ. τ. λ. pessime interrumpi intermediis illis. Praeterea intermedia illa universale exhibent monitum, idque satis putidum, quod a morbi descriptione alienum. Itaque lectoris adnotationem e contextu delevi, et simul ἐσήμαινον mutavi in ἐσήμαινε.

10. μάλιστα μὲν οἱ φρενιτικοί.] μέν e Gal. adscivi et uno libro.

διὰ παντὸς δὲ τοῖσι κ. τ. λ.] Equidem si δέ h. l. abesset, non magnopere requirerem: nempe legerem uno tenore: ἀτὰρ καὶ ἐπὶ τοῖσι ἄλλοισι νοσήμασι πᾶσι, τοῖσι μεγίστοισι, ὅ τι μετὰ πυρετοῦ γίγνοιτο, διὰ παντὸς τοῖσι πλείστοισι ἢ βαρὺ κῶμα παρείπετο, ἢ κ. τ. λ. — Possis etiam non male pro δὲ legere διὰ παντὸς δὴ τ. π.

11. ἐπεδήμησε.] Ita Gal., libri tres, Freind., Littr.: vulgo ἐπεδήμησαν.

δύσκριτα μὲν πᾶσι πάντα.] μὲν οὖν cod. unus Littréi.

ὀγδοηκοστήν.] Unus tantum liber numerum ordinalem habet, quem tamen longe praefero prae ὀγδοήκοντα. In hisce, uti supra dixi, codicum auctoritas nulla mihi esse videtur.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 359 sur 880

©BIUM

θνησκον δὲ τούτων ὀλίγοι ὑπὸ ὕδρωπος ὀρθοστάδην. Πολλοῖσι δὲ καὶ ἐπὶ τοῖσι ἄλλοισι νοσήμασι οἰδήματα παρώχλει· πουλὺ δὲ μάλιστα τοῖσι φθινώδεσι.

ιβ'. Μέγιστον δὲ καὶ χαλεπώτατον καὶ πλείστους ἔκτεινε τὸ φθινῶδες· πολλοὶ γάρ τινες ἀρξάμενοι κατὰ χειμῶνα πολλοὶ μὲν κατεκλίθησαν, οἱ δὲ αὐτῶν ὀρθοστάδην ὑπέφεροντο. Πρωΐ δὲ τοῦ ἦρος ἔθνησκον οἱ πλεῖστοι τῶν κατακλιθέντων· τῶν δὲ ἄλλων ἐξέλιπον μὲν αἱ βῆχες οὐδενί, ὑφίεσαν δὲ κατὰ θέρος· ὑπὸ δὲ τὸ φθινόπωρον κατεκλίθησαν πάντες καὶ πολλοὶ ἔθνησκον· μακρὰ δὲ τούτων οἱ πλεῖστοι διενόσεον. Ἤρξατο μὲν οὖν τοῖσι πλείστοισι τούτων ἐξαίφνης ἐκ τούτων κακοῦσθαι· φρικώδεες πυκνά· πολλάκις πυρετοὶ ξυνεχέες, ὀξέες· [1] ἱδρῶτες ἄκαιροι, πολλοί, ψυχροὶ διὰ τέλεος· πολλὴ ψύξις καὶ μόλις πάλιν ἀναθερμαινόμενοι· κοιλίαι ποικίλως ἐφιστάμεναι καὶ πάλιν ταχὺ καθυγραινόμεναι, περὶ δὲ τελευτὴν πᾶσι βιαίως καθυγραινόμεναι καὶ τῶν περὶ πνεύμονα πάντων διάδοσις κάτω· πλῆθος οὔρων οὐ χρηστῶν· ξυντήξιες κακαί. Αἱ δὲ βῆχες ἐνῆσαν μὲν διὰ τέλεος πολλαὶ καὶ πολλὰ ἀνάγουσαι πέπονα καὶ ὑγρά, μετὰ πόνων δὲ οὐ λίην· ἀλλ' εἰ καὶ ὑπεπόνεον, [2] αὖθις πάνυ πρηέως πᾶσι ἡ κάθαρσις [3] τῶν ἀπὸ πνεύμονος ἐγίγνετο. Φάρυγγες οὐ λίην δακνώδεες, οὐδὲ ἁλμυρίδες οὐδὲν ἠνώχλεον· τὰ μέντοι γλίσχρα καὶ λευκὰ, καὶ ὑγρὰ καὶ ἀφρώδεα πολλὰ ἀπὸ κεφαλῆς κατῄει. Πουλὺ δὲ μέγιστον κακὸν παρείπετο καὶ τούτοισι καὶ τοῖσι ἄλλοισι τὰ περὶ τὴν ἀποσιτίην, καθάπερ ὑπογέγραπται· οὐδὲ γὰρ ποτῶν μετὰ τροφῆς ἡδέως εἶχον, ἀλλὰ πάνυ διῆγον ἀδίψως· βάρος σώματος· κωματώδεες· τοῖσι

[1] ἱδρῶτες τε ἀ. V. — [2] αὖθις om V. — [3] ἡ ἀπὸ πν. V.

autem ex parte iis temere defecerunt. Horum etiam pauci ex aqua inter cutem moriebantur erecti et stantes. Plerosque vero etiam in ceteris morbis tumores exagitabant, ac prae ceteris tabidos.

12. Maxime autem et gravissime afflixit tabes plurimosque interemit. Nempe cum multis ad hiemem coepisset, hi magna ex parte decubuerunt, partim vero erecti et stantes contabuerunt. Ineunte autem vere eorum qui decubuerant plerique perierunt, reliquorum vero nullum tusses reliquerunt, verum aestate remiserunt. At sub auctumnum omnes decubuerunt, multique interierunt, eorum vero plerique diu morbum protraxerunt. Horum itaque plurimi ex his derepente pessime affligi coeperunt, crebri erant horrores, plerumque febres assiduae, acutae, sudores etiam intempestivi, multi, continenter frigidi, refrigeratio multa, vixque recalescebant. Alvi variis modis subsistentes rursusque illico lubricae, sub finem vero omnibus omnino vehementer fluentes atque eorum, quae pulmones offendebant, per inferna transmissio. Urinarum illaudatarum abundantia, corporis extenuationes malae. Tusses autem omnino quidem multae aderant, multaque cocta et liquida educebant, neque vero admodum laboriose. Quodsi etiam quadantenus laborarent, rursus tamen valde placide et molliter omnibus ex pulmone purgatio procedebat, fauces non admodum mordebantur neque salsugines quicquam infestabant. Viscida nihilominus et alba, liquidaque et spumosa multa ex capite descendebant. Longe vero maximum malum tum hos, tum etiam ceteros comitabatur ciborum fastidium, uti paulo ante scriptum est. Nam neque vel una cum cibo potionem alacriter sumebant, sed valde siti vacui degebant. Corporis gravitas inerat et sopore detinebantur. Ac

12. πολλοὶ γάρ τινες ἀρξάμενοι ... πολλοὶ μὲν ... οἱ δὲ αὐτῶν.] Haec etiam structura digna ad quam attendamus: est nominativus pro genitivo in distributione.

οἱ πλεῖστοι τῶν κατακλιθέντων.] οἱ πολλοί cod. unus, quae lectio sane non contemnenda.

περὶ δὲ τελευτὴν πᾶσι βιαίως καθυγραινόμεναι.] Haec deësse solent, Foës. illa adscribit in adnn. ex uno codice, itidem Littréus ex uno libro: at hic in textum hoc membrum recepit, qua in re illum sum secutus in primis ob convenientiam cum seqq. καὶ τῶν περὶ πνεύμονα πάντων διάδοσις κάτω, quae ipsa conferri debent cum § 42. e lib. de Victu acut., ubi: ἐνίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ἐπισπῶνται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ περὶ τὸν θώρηκα τόπου χολώδεα.

©BIUM

πλείστοισι αὐτῶν οἰδήματα καὶ ἐς ὕδρωπα περιΐσταντο· φρικώδεες· παράληροι περὶ θάνατον.

ιγ'. Εἶδος δὲ τῶν φθινωδέων ἦν τὸ λεῖον, τὸ ὑπόλευκον, τὸ φακῶδες, τὸ ὑπέρυθρον, τὸ [1]χαροπόν· λευκοφλεγματίαι· πτερυγώδεες· καὶ γυναῖκες οὕτω. Τὸ μελαγχολικόν τε καὶ ὦφαιμον· οἱ καῦσοι καὶ τὰ φρενιτικὰ καὶ τὰ δυσεντεριώδεα τούτων ἥπτετο. Τεινεσμοὶ νέοισι φλεγματώδεσι. [2]Μακραὶ διάρροιαι καὶ τὰ δριμέα διαχωρήματα καὶ λιπαρὰ πικροχόλοισι.

ιδ'. Ἦν δὲ πᾶσι τοῖσι ὑπογεγραμμένοισι χαλεπώτατον μὲν τὸ ἔαρ καὶ πλείστους ἀπέκτεινε· τὸ δὲ θέρος ῥᾴϊστον καὶ ἐλάχιστοι ἀπώλλυντο· τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ ὑπὸ πλειάδα πάλιν ἔθνησκον [3]πολλοί. Δοκέει δέ μοι προσωφελῆσαι [4]κατὰ λόγον τὸ γενόμενον θέρος· καίτοι αὐτό γε [5]ἐπὶ ἑωυτοῦ οὐκ εὐσταθὲς ἐγένετο, ἀλλ' ἐξαίφνης θερμὸν καὶ νότιον καὶ ἄπνοον· ἀλλ' ὅμως πρὸς τὴν ἄλλην κατάστασιν μεταλλάξαν ὠφέλησε.

fere omnes tumoribus corripiebantur et in aquam inter cutem evadebant. Horrore concutiebantur et sub mortem delirabant.

13. Erat autem tabidorum species ex iis qui glabri erant, subalbidi, lentis colorem referentes, subrubri, caesiis oculis, pituita alba redundantes et quibus scapulae alarum instar a tergo exstabant atque prominebant, mulieresque quae eodem modo se habebant. Itidem et qui ad atram bilem generandam essent idonei et subsanguinei, quos febres ardentes et phrenitides et intestinorum difficultates tentabant. Crebrae et inanes egerendi cupiditates iuvenes pituitosos, longa alvi profluvia, acria et pinguia ventris recrementa biliosos vexabant.

14. Omnibus autem, quos paulo supra descripsimus, ver quidem erat molestissimum plurimosque sustulit. Aestas vero placidissima minimeque multi perierunt. Per auctumnum rursus et sub vergilias multi defuncti sunt. Mihi porro videtur aestas illa merito multum profuisse. Quamquam quae tunc fuit aestas ex sese non satis suae naturae constabat, verum derepente calida, austrina et a ventis silens fuit, nihilominus tamen ab alia temporis conditione recedens profuit.

[1] χαροπόν. V. — [2] αἱ μ. δ. V. — [3] οἱ πολλοὶ ἐς τεταρταῖον V. — [4] μᾶλλον κατὰ λ. V. — [5] ἐπ' ἐ. V.

Seqq. ad aegrorum historias usque ad calcem totius libri leguntur. —

τοῖσι πλείστοισι αὐτῶν οἰδήματα.] Vulgo οἴδημα. Plur. num. e Gal. recepi cum Lindano.

13. φακῶδες.] Ita Edd. et codices plurimi. Gal. φλεγματῶδες, quem hoc re vera legisse e comm. patet. Et vero ita locum citat in comm. ad librum de Humorr. XVI. p. 91. Ed. Kühn.

χαροπόν.] Hesych. χαροπός· περιχαρὴς, γλαυκὸς, ξανθὸς, φοβερός.

μακραὶ διάρροιαι.] Articulum ante μακραί cum Gal., Littréo, uno libro omisi.

14. πάλιν ἔθνησκον πολλοί.] Vulgo: ἔθνησκον οἱ πολλοὶ τεταρταῖοι. E Gal. comm. tamen patere dixerim οἱ olim non adscriptum fuisse. Tum vero hic refert suo tempore alios libros τετάρτῃ, alios τεταρταῖοι, alios autem antiquiores litteram maiusculam Δ adscriptam habuisse, alios denique nihil omnino. — Ut dicam quod sentio, mihi illud Δ ansam praebuisse videtur lectionibus τετάρτῃ et τεταρταῖοι, ipsum vero e littera prima verbi continuo subsequentis Δοκέει repetita ortum esse, ita ut cum libris illis, quos vidit Galenus, omiserim. Nuperrimus editor: οἱ πολλοί. Δ. Δοκέει (sic) mirum sane in modum. Nam licet in libris nonnullis verba Δοκέειν — διαιτᾶν i. e. usque ad historias aegrotantium; quae sequuntur, ad calcem totius libri subiuncta legantur, sponte tamen patet huc esse referenda, quorsum recentiores editores omnes ea retulerunt et unde librariorum errore depulsa fuerunt. Utrum ceterum verum sit, quod Gal. innuit, haec ab Hippocrate non esse profecta, hac de re in adn. ad §. seq. et in prolegomenis dicendum. Verum ut ad illud τεταρταῖοι redeam: hoc prorsus abundat: nam in periodo nostra Hipp. tantum indicat quo anni tempore plures, pauciores ve mortui sint, non quo morbi die decesserint.

δοκέει δέ μοι προσωφελῆσαι κατὰ λόγον τὸ γενόμενον θέρος· καίτοι αὐτό γε ἐπὶ ἑωυτοῦ οὐκ εὐσταθὲς ἐγένετο.] — Hoc loco pone θέρος inferebantur verba: τὰς γὰρ θερινὰς νούσους χειμὼν ἐπιγενόμενος λύει καὶ τὰς χειμερινὰς θέρος ἐπιγενόμενον μεθίστησι [cod. V. μεγίστησι, quod ex Ionico μετίστησι ortum fuerit], quae cum proxime antecedentibus et continuo sequentibus non cohaerent et adnotatio sunt lectoris forte desumta e § 17. libri de aëre, aquis, locis. His in textum receptis repetiverunt pone ἑωυτοῦ e superioribus τὸ γενόμενον θέρος. Itaque utrumque e textu eximendum visum est.

ἀλλ' ἐξαίφνης θερμόν.] ἀλλὰ θερμόν Gal.: idemque mox in comm. ἀναλλάξαν pro μεταλλάξαν.

©BIUM

Περιεγγεγραμμένα.

ιε'. [Μέγα δὲ μέρος ἡγεῦμαι τῆς τέχνης εἶναι τὸ δύνασθαι σκοπεῖν καὶ περὶ τῶν γεγραμμένων ὀρθῶς. Ὁ γὰρ γνοὺς καὶ χρεόμενος τούτοισι, οὐκ ἄν μοι [1]δοκέει μέγα σφάλλεσθαι ἐν τῇ τέχνῃ. Δεῖ δὲ καταμανθάνειν ἀκριβῶς τὴν κατάστασιν τῶν ὡρέων ἑκάστην καὶ τὸ νόσημα· ἀγαθὸν ὅ τι κοινὸν ἐν τῇ καταστάσι [2]καὶ ἐν τῇ νούσῳ· κακόν ὅ τι κοινὸν ἐν τῇ καταστάσι καὶ ἐν τῇ νούσῳ· μακρὸν ὅ τι νόσημα καὶ θανάσιμον· μακρὸν ὅ τι καὶ [3]περιεστικόν· ὀξὺ ὅ τι θανάσιμον, ὀξὺ ὅ τι περιεστικόν. Τάξιν τῶν κρισίμων ἐκ τούτων σκοπεῖσθαι καὶ προλέγειν ἐκ τούτων εὐπορεῖται. Εἰδότι περὶ τούτων ἔστι εἰδέναι οὓς καὶ ὅτε καὶ ὡς δεῖ διαιτᾶν.]

Interpolata.

15. [Per vero magni in arte aestimo posse de iis quae scripsimus etiam recte cogitationem suscipere. Eorum namque usum qui calluerit, is mihi videtur non magnopere in arte aberrare posse. Exacte autem tenere oportet propriam cuiusque temporum anni conditionem et statum, morbumque ipsum et quidnam boni commune sit constitutioni cum morbo, quidnam et mali constitutio et morbus inter se commune habeant. Et quisnam morbus diuturnus sit et exitium adferat, aut quisnam diuturnus et ex quo aegri evadant. Et quisnam praeceps et exitialis, aut quisnam praeceps et salutaris. Atque ex his ipsis tum iudicatoriorum dierum series observanda est, tum etiam praedicendi facultas suppetit. Atque in his exercitati est instituendae victus rationis tempus et modum cognoscere et quibusnam ea praescribenda sit.]

[4]Ἑκκαιδεκα Αρρωστοι.

Αegroti Sexdecim.

Ἄρρωστος α'.

Aeger primus.

Ἐν Θάσῳ [5]τὸν Πάριον, ὃς κατέκειτο [6]ὑπὲρ Ἀρτεμισίου, πυρετὸς ἔλαβε ὀξὺς, κατ' ἀρχὰς [7]ξυνεχής· καυσώδης· [8]διψώδης· ἀρχόμενος κωματώδης καὶ αὖθις ἄγρυπνος· κοιλίη ταραχώδης· ἐν ἀρχῇσι οὖρα [9]λεπτά. Ἔκτῃ

Parius quidam in Thaso, qui supra Dianae fanum decumbebat, febre acuta correptus est statim quidem assidua, ardente, siticulosa. Per exordia sopore detinebatur, rursusque vigiliis vexabatur. Alvus turbulenta, inter initia urinae

[1] δοκέει V. — [2] ἢ V. — [3] περιεστηκός. V. — [4] Inscriptiones om. V. — [5] τὸν τοῦ Παρίωνος V. — [6] ὑπό V. — [7] δὲ ξ. καὶ κ. V. — [8] λίψις V. — [9] λευκά V.

15. *μέγα δὲ μέρος.*] Faciunt haec initium libri de diebus criticis. Sed eo hinc translata esse certissimum est. Itaque varr. lectt. ex isto libello hic non recipienda sunt, nisi omnino illis carere non possis. Ceterum tota haec § a recentiore Epidemiorum lectore interpolata est. — Si nomen *περιεστικόν*, quod in Prognostico obvium est, cogites, sponte putaveris ab eodem scriptore, qui prognosticum e Coacis illis composuerit, hunc locum esse profectum. Iam intelligimus cur interpolator tanti fecerit *τὸ δύνασθαι σκοπεῖν ὀρθῶς περὶ τῶν γεγραμμένων*. — Scilicet Hippocrates minus *τὰ γεγραμμένα*, sed praecipue ipsam naturam *ὀρθῶς ἐσκόπει*. — Unum eundemque esse interpolatorem, quem in Epid. I. offendimus, certum iudico.

οὐκ ἄν μοι δοκέει μέγα σφάλλεσθαι.] Iungo *οὔ μοι δοκέει μέγα ἂν σφάλλεσθαι*. Itaque *δοκέῃ*, quod vulgo editur, non fero, neque optativum *δοκέοι*.

καὶ ἐν τῇ νούσῳ.] Ita tum hîc, tum paulo inferius de meo scripsi. Vulgo *ἢ ἐν τῇ νούσῳ*, quod salvo loci sensu constare nequit.

περιεστικόν.] Vulgo *περιεστηκός*. De hoc vocabulo monui in Obss. critt. in Soranum p. 329. — Quod ad *διαιτᾶν* in fine §. Littréus ex ed. Basil. *διαιτᾶν*; nolui hac auctoritate formam dubiam inferre.

Aeger 1. *τὸν Πάριον.*] Vulgo *τὸν τοῦ Παρίωνος*. Nostram lect. dant libri duo Foësii, tres Littréi. Gal. etiam *τὸν Πάριον* legit, quod patet e comm. et Lib. II. de Dyspn. Ed. Kühn. vol. VII. p. 884. De comate ibid. p. 647. Corn. et Foës. idem Latine expresserunt. Nuperrimus editor in textum recepit.

ἐν ἀρχῇσι οὖρα λεπτά.] Ita cum Littréo lego: vulgo *λευκά*. Nostram lectionem dat cod. unus Foësii, duo Littréi. Hanc autem unice veram esse colligo e verbis in relatione de die quadragesimo: *οὖρα πάχος μὲν ἔχοντα οὔρει τηνικαῦτα, ταραχώδεα δὲ καὶ πονηρά.*

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 362 sur 880

οὖρησε ἐλαιῶδες· ἀπὸ δὲ κοιλίης χολώδεα, λιπαρὰ διῆλθε· παρέκρουσε. Ἑβδόμῃ παρωξύνθη πάντα· οὐδὲν ἐκοιμήθη· ἀλλ' οὖρά τε ὁμοῖα καὶ τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα. [1]Εἶτα τῇ ὀγδόῃ σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξε· ἤμεσε ἰώδεα ὀλίγα· σμικρὰ ἐκοιμήθη. Ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Δεκάτῃ πάντα ξυνέδωκε. Ἑνδεκάτῃ ἵδρωσε [2]οὐ δι' ὅλου· περιεψύχθη μὲν, ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. [3]Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πυρετὸς ὀξύς· διαχωρήματα χολώδεα, λεπτὰ, πολλά· οὔροισι ἐναιώρημα· παρέκρουσε. Ἑπτακαιδεκάτῃ ἐπιπόνως· οὔτε γὰρ ὕπνοι, [4]ὅ τε πυρετὸς ἐπέτεινε. Εἰκοστῇ ἵδρωσε δι' ὅλου· [5]ἄπυρος· διαχωρήματα χολώδεα· ἀπόσιτος· κωματώδης. Εἰκοστῇ τετάρτῃ ὑπέστρεψε. Τριακοστῇ τετάρτῃ ἄπυρος· κοιλίη οὐ ξυνίστατο καὶ πάλιν ἀνεθερμάνθη. Τεσσαρακοστῇ ἄπυρος· κοιλίη ξυνέστη χρόνον οὐ συχνόν· ἀπόσιτος· σμικρὰ πάλιν ἐπύρεξε καὶ διὰ παντὸς [6]πεπλανημένως· [7]ἄπυρος τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ· εἰ γάρ τι διαλίποι καὶ [8]διακουφίσειε, ταχὺ πάλιν ὑπέστρεφε· σιταρίοισί τε πολλοῖσι καὶ [9]φαύλοισι προσεχρῆτο· ὕπνοι κακοί· περὶ τὰς ὑποστρο-

tenues. Die sexto oleosam urinam reddidit, ex alvo vero biliosa et pinguia prodiere, derilavit. Septimo exacerbata sunt omnia, non dormivit. Quin et urinae similes et mens perturbata. Octavo deinceps parum ex naribus stillavit, vomitione refusa sunt virulenta pauca, aliquantulum quievit. Nono eadem perseveravere. Decimo cuncta remiserunt. Undecimo sudor, sed non toto corpore dimanavit. Corporis quidem summa perfrixerunt sed mox recaluit. Decimo quarto graviter febricitavit, alvi recrementa biliosa, tenuia, copiosa. In urinis suspensum quid in medio innatans inerat, deliravit. Decimo septimo permoleste habuit. Nam neque somni aderant, et febris intendebatur. Vigesimo sudor undique profluxit, a febre immunis fuit, deiectiones biliosae, cibum aversabatur, sopore detentus est. Vigesimo quarto recidiva contigit. Trigesimo quarto a febre immunis fuit, alvus non substitit, moxque recaluit. Quadragesimo sine febre, alvus non diu substitit, cibum aversabatur, rursus aliquantulum febricitavit, idque perpetuo inordinate, partim quidem a febre liber, partim non. Nam si quando intermitteret, allevaretque,

[1] εἶτα τῇ ὀγδ. V. — [2] οὐ om. V. — [3] δωδεκάτῃ V. — [4] οὔτε V. — [5] ἄγρυπνος V. — [6] πεπλασμένως V. — [7] ἀπύρετος V. — [8] διακουφίσειε V. ταχύ om. V. — [9] φώλησι V.

ἕκτῃ οὖρησε ἐλαιῶδες — παρέκρουσε.] Notatu dignum cod. Germ. apud Foësium ante παρέκρουσε inferre verba: διαχωρήματα χολώδεα λιπαρά. — Nempe hoc apposite congruit cum Galeni hisce in comm.: καὶ μέντοι καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τῶν ἕκτην ἕφη διαχωρήματα γενέσθαι τῷ προκειμένῳ κατὰ λόγον ἀρρώστῳ χολώδεα, λιπαρά. Hinc suspicio mihi orta est verba ἀπὸ δὲ κοιλίης χολώδεα λιπαρὰ διῆλθε, quae in hodiernis exemplaribus septimo diei tribuuntur et pone ταραχώδεα inferuntur, in Galeni libris ad sextum diem relata fuisse. Quum vero pone οὖρησε ἐλαιῶδες congruere videantur, ista eo non referre nolui.

εἶτα τῇ ὀγδόῃ.] Verba εἶτα τῇ unius tantum libri fide delevit Littréus, qua in re illum non sequor.

οὐ δι' ὅλου.] Idem ille liber h. l. οὐ, mox μέν omittit.

περιεψύχθη μὲν ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη.] Omnes reliqui περιέψυξε, quod librariorum errori tribuo, non auctori intransitive hoc verbum usurpanti. Errori hic ansam praebuisse videtur ἵδρωσε, quod antecedit, sicuti contrario errore παρεκρούσθη e vicinis aoristis passivis ortum fuit in aegro ultimo huius libri, ubi vide quae adnotavi. — Loci e Prorrh. I. et Coacis, quos correxi, non poterunt magis firmare περιψύχειν intransitive fuisse usurpatum, poterunt autem eo minus, quia saepe cum passiva forma in Prorrhetico et Coacis locis consentientibus alternant.

τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.] Ita cum Littréo lego Galeni comm. auctoritate, ubi: ὁ δὲ τῶν κρισίμων, inquit, ἡμερῶν λόγος ἀκριβῶς κἀνταῦθα φαίνεται πεφυλαγμένος, ἁπασῶν τῶν κριτικῶν κινήσεων ἐπί τε (lege ἔτι τε) τῶν ὑποστροφῶν ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις τῷ κάμνοντι γενομένων, ια' γὰρ ἐμνημόνευσε καὶ ιδ' καὶ μετὰ ταύτην ιζ', ἐφ' ᾗ δ' καὶ κ', καὶ λ', καὶ μ', ὑστάτης δὲ ἁπασῶν ρ' καὶ κ', ἐν ᾗ φησιν ἀποθανεῖν τὸν ἄνθρωπον. Libri fere δωδεκάτῃ, quod habet etiam Gal. de Comate, p. 648.: unus τρισκαιδεκάτῃ.

ὅ τε πυρετὸς ἐπέτεινε.] Vulgo οὔτε π. ἐ. — Chart., Freind., Littr. ὅ τε π.: item cod. unus Foësii et Gal. de Comate p. 649.

εἰκοστῇ ἵδρωσε δι' ὅλου· ἄπυρος.] Me iudice rectissime ἄπυρος intulit Littréus e Gal. de Com. Nam mox κωματώδης dicitur aeger eodem die et sequenti febris ὑπέστρεψε, et vero apyrexia, postquam ἵδρωσε δι' ὅλου, rerum naturae egregie respondet.

τριακοστῇ τετάρτῃ.] Gal. τριακοστῇ; at lib. de Com. vulgatam sequitur, quam retinui, quia convenit cum dierum parium serie in spuriis lib. I. § 26. tradita. Ceterum quam facile e Λ et Δ sibi subsequentibus altera littera omitti possit, unusquisque perspicit: puto nempe olim ΛΔ datum fuisse.

τεσσαρακοστῇ.] Libri tres μη'.

εἰ γάρ τι διαλίποι καὶ διακουφίσειε.] Vulgo διαλείποι, aor. dant libri duo, quorum lect. praefero, quum continuo iterum inferatur aor. — Cum Freindio διακουφίσειε scripsi e vulg. διακουφίσαιεν, quippe haec forma, quod supra iam dixi, nostro usitatissima; διακουφίσαι Littréus ex uno libro.

φαυλοῖσι προσεχρῆτο.] Lectio φώλησι utique corrupta e

©BIUM

φὰς παρέκρουσε· οὖρα πάχος μὲν ἔχοντα οὔρει τηνικαῦτα, ταραχώδεα [1] δὲ καὶ πονηρά· καὶ τὰ κατὰ κοιλίην ξυνιστάμενα καὶ πάλιν διαλυόμενα· πυρέτια ξυνεχέα· διαχωρήματα πολλὰ λεπτά. [2] Τῇ δὲ ἑκατοστῇ εἰκοστῇ ἡμέρῃ ἀπέθανε. Τούτῳ κοιλίη ξυνεχέως ἀπὸ τῆς πρώτης ὑγρὴ χολώδεσι, ὑγροῖσι, πολλοῖσι, ἢ ξυνισταμένη ἐν ζέουσι καὶ ἀπέπτοισι· οὖρα διὰ τέλεος κακά· κωματώδης τὰ πλεῖστα· μετὰ πόνων ἄγρυπνος· ἀπόσιτος [3] ξυνεχέως.

statim repetebat. Cibariis etiam multis vilibus et vitiosis utebatur. Circa recidivas somni mali, deliravit. Urinas tunc reddebat crassas quidem, verum turbulentas et pravas. Ex alvo coacta moxque diffluentia demittebantur. Febriculae assiduae aderant, deiectiones multae tenues. Centesimo et vigesimo die defunctus est. Huic alvus ab initio continenter biliosis, liquidis, multis diffluebat, aut si consisteret, fervida et cruda deiiciebat. Urinae per totum morbum malae. Sopore vero ut plurimum detinebatur, nec sine doloribus mox insomnis erat, cibum continuo aversabatur.

Ἄρρωστος β'.

Ἐν Θάσῳ τὴν κατακειμένην παρὰ τὸ ψυχρὸν ἐκ [4] τόκου θυγατέρα τεκοῦσαν καὶ καθάρσιος μὴ γενομένης πυρετὸς ὀξὺς φρικώδης τριταίην ἔλαβε. Ἐκ χρόνου δὲ πολλοῦ πρὸ τοῦ τόκου πυρετώδης ἦν, κατακλινὴς, ἀπόσιτος. Μετὰ δὲ τὸ γενόμενον ῥῖγος ξυνεχέες, ὀξέες, φρικώδεες οἱ πυρετοί. Ὀγδόῃ πολλὰ παρέκρουσε καὶ τὰς ἐχομένας καὶ ταχὺ πάλιν κατενόει· κοιλίη ταραχώδης πολλοῖσι, λεπτοῖσι, ὑδατοχόλοισι· ἄδιψος. Ἐνδεκάτῃ κατενόει· κωματώδης δὲ ἦν· οὖρα πολλὰ, λεπτὰ καὶ μέλανα· ἄγρυπνος. Εἰκοστῇ σμικρὰ περιεψύχθη καὶ ταχὺ πάλιν ἀνεθερμάνθη· σμικρὰ παρέλεγε· ἄγρυπνος· [5] τὰ κατὰ κοιλίην ἐπὶ τῶν αὐτῶν· οὖρα ὑδατώδεα, πολλά. Εἰκοστῇ ἑβδόμῃ ἄπυρος·

Aeger secundus.

Quae in Thaso ad frigidam decumbebat, ubi filiam enixa est, nec purgationes ibant, eam tertio die febris acuta cum horroris sensu corripuit. Ex longo tamen ante partum intervallo ex febre decumbebat, cibumque fastidiebat. Post rigorem autem febres fuerunt assiduae, acutae, cum horrore. Octavo proximisque diebus multum deliravit, statimque ad intelligentiam rediit. Alvus perturbata multa, tenuia, aquosa, bile permixta demisit, absque siti erat. Undecimo mente constabat, sopore tamen detinebatur, urinas multas, tenues et nigras reddidit, pervigil erat. Vigesimo corporis summa paulum perfrixerunt, moxque calor rediit, nonnihil mente mota est, pervigilavit. Alvi deiectiones eaedem perseverarunt, urinae dilutae, multae. Vigesimo

[1] δέ om. V. — [2] ἐν δὲ τῇ ἑκατοστῇ εἰκοστῇ V. — [3] συνεχέος καῦσος V. — [4] τοῦ τ. V. — [5] τὰ κάτω τῆς κοιλίης V.

φαυλοῖσι, sed non e φωλίσι orta, qua de re dubitat Littréus: προεχρῆτο pro προσεχρῆτο profecto ferri nequit.

καὶ τὰ κατὰ κοιλίην.] τά apud Gal. de comate servatum in reliquis interiit.

τῇ δὲ ἑκατοστῇ εἰκοστῇ ἡμέρῃ ἀπέθανε.] Ita de coniectura scripsi: vulgo ἐν δὲ τῇ ρκ' ἡμέρῃ ἀπέθανε, omnesque libri ἐν δὲ τῇ servant, quod me offendit. Nempe praeterquam inferius in fine aegri 9., ubi itidem mutavi, nusquam in diei significatione ἐν usurpat Hippocrates. At aegro 7. libri I. ubi τρίτῃ κεφαλῆς βάρος, libri nonnulli ἐν τῇ τρίτῃ κεφ. β., quod mihi aeque ac nostrum, de quo agimus, recentiorum esse videtur. Similiter Gal. in aegri primi hist. ibid. ἐν τῇ πρώτῃ πυρετὸς ὀξύς. Itaque, quod nonnemini fortasse audacius factum videbitur, de meo mutavi.

πολλοῖσι ἢ ξυνισταμένη ἐν ζέουσι.] Delevi ἦν ante ἤ, quum Hippocratis usui adversetur.

Aeger 2. τὴν κατακειμένην παρὰ τὸ ψυχρόν.] Pro παρά Gal. περί librariorum errore. Idemque et libri nonnulli ψυχρὸν ὕδωρ, quod recepit editor nuperrimus. Perperam: ὕδωρ enim recentiorum est interpretamentum. Cf. Bos. Ellipses ling. Gr. p. 233.

ἐκ τόκου.] Articulum τοῦ ante τόκου cum Gal. et mss. quatuor omitto.

ὑδατοχόλοισι.] Saepe in huius vocabuli scriptura fluctuatio est inter ὑδατόχολα, ὑδατόχλοα et ὑδατόχροα: primum unice verum, postrema ex illo corrupta, itaque ubivis ὑδατόχολα scribo. Vid. Gal. in comm., quem etiam Littréus laudat.

λεπτὰ καὶ μέλανα.] καί non habet Gal. in comm. Paulo post ceteri περιέψυξε, de meo passivum dedi.

οὖρα ὑδατώδεα πολλά.] Subiungit κακά Gal. in comm.

©BIUM

κοιλίη ξυνέστη· οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον ἰσχίου δεξιοῦ ὀδύνη ἰσχυρὴ χρόνον πουλύν· πυρετοὶ πάλιν παρείποντο· οὖρα ὑδατώδεα. Τεσσαρακοστῇ τὰ μὲν περὶ τὸ ἰσχίον ἐκούφισε· βῆχες δὲ ξυνεχέες, ὑγραὶ, πολλαί· κοιλίη ξυνέστη· ἀπόσιτος· οὖρα ἐπὶ τῶν αὐτῶν· οἱ δὲ πυρετοὶ τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἐκλείποντες, πεπλανημένως δὲ παροξυνόμενοι τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ. Ἑξηκοστῇ αἱ μὲν βῆχες ἀσήμως ἐξέλιπον· οὔτε γάρ τις πτυάλων πεπασμὸς ἐγένετο, οὔτε ἄλλη τῶν εἰθισμένων ἀπόστασις. Σιηγὼν [1] δὲ ἡ ἐκ τῶν ἐπὶ δεξιὰ κατεσπάσθη· κωματώδης· παρέλεγε [2] καὶ ταχὺ πάλιν κατενόει· πρὸς [3] δὲ τὰ γεύματα ἀπονενοημένως εἶχε· [4] ἡ σιηγὼν μὲν ἐπανῆκε, ἡ κοιλίη δὲ χολώδεα σμικρὰ διέδωκε· ἐπύρεσσε ὀξυτέρως· φρικώδης· καὶ τὰς ἐχομένας ἄφωνος καὶ πάλιν κατενόει καὶ διελέγετο. Ὀγδοηκοστῇ ἀπέθανε. Ταύτῃ τὰ τῶν οὔρων διὰ τέλεος ἦν μέλανα καὶ λεπτὰ καὶ ὑδατώδεα· κῶμα παρείπετο· [5] ἀπόσιτος, ἄθυμος, ἀγρυπνος· ὀργαί· δυσφορίαι· τὰ περὶ τὴν γνώμην μελαγχολικά.

septimo a febre immunis fuit, alvus substitit. Non longe vero post ad coxendicem dextram vehemens enatus dolor diu tenuit, febres rursus subsecutae et urinae aquosae. Quadragesimo circa coxendicem dolores allevarunt, sed tusses assiduae humidae, multae tenuerunt, alvus suppressa est, cibum fastidiebat, urinae eaedem. Febres vero in totum quidem non desinebant, sed errabundas et incertas habebant accessiones, mox quidem prehendebant, mox non. Sexagesimo tusses absque ulla iudicationis significatione defecerant. Neque enim ulla sputorum concoctio exstitit, neque aliud quicquam eorum quae abscedere solent. Maxilla dextra convulsa est, sopore detinebatur, deliravit, statimque rursus ad mentem rediit. Ceterum a cibis averso erat animo, maxilla quidem loco restituta est, alvus autem biliosa pauca transmisit, febris intensior fuit, nec sine horrore, proximisque diebus voce defecta est, rursusque ad intelligentiam rediit et sermocinata est, octogesimoque exspiravit. Urinae huic perpetuo nigrae, tenues et dilutae fuerunt, soporque comitabatur, cibos non sumebat, animum despondebat, pervigil, iracunda, implacida, mens atra bile tentabatur.

Ἄρρωστος γ'.

Ἐν Θάσῳ Πυθίωνα, ὃς κατέκειτο ὑπεράνω τοῦ Ἡρακλείου, ἐκ πόνων καὶ κόπων καὶ διαίτης γενομένης ἀμελέος ῥῖγος μέγα καὶ πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε· γλῶσσα ἐπίξηρος, διψώδης, χολώδης· οὐχ ὕπνωσε· οὖρα ὑπομέλανα· ἐναιώρημα μετέωρον· οὐχ ἵδρυτο. Δευτέρῃ περὶ μέσον ἡμέρης ψύξις ἄκρων· τὰ

Aeger tertius.

Pythionem in Thaso, qui supra Herculis fanum decumbebat, ex laboribus et lassitudinibus negligenterque subducta victus ratione, rigor vehemens et febris acuta prehendit. Lingua resiccata erat; siticulosus, bile abundans, somnum non cepit. Urinae nigricantes, sublime quid in medio suspensum habebant, neque subsidebant.

[1] δέ om. V. — [2] πάλιν καὶ ταχὺ κ. V. — [3] δέ om. V. — [4] ἡ om. V. — [5] ἄσιτος V.

πυρετοὶ πάλιν παρείπ.] δὲ πάλιν Gal. de comate.

οὖρα ὑδατώδεα.] καὶ οὖρα ὑδατ. vulgo. Cum Littréo unius libri fide καί omitto.

τὰ περὶ τὸ ἰσχίον ἐκούφισε.] Ita Gal. in comm. Vulgo ἐπεκούφισε; simplex κουφίζειν frequens in hoc libro, nec satis perspicio quare compositum h. l. dedisset auctor. Gal. mox πολλαί ibidem omittit.

οὔτε ἄλλη.] οὔτ' ἄλλη τις Gal. in comm. Exspectaveris potissimum: οὔτε γὰρ τῶν πτυάλων πεπασμὸς ἐγένετο, οὔτε ἄλλη τις τῶν εἰθισμένων ἀπόστασις.

παρέλεγε καὶ ταχὺ πάλιν κατενόει.] Vulgo παρέλεγε πάλιν καὶ ταχὺ κατενόει, perverso ordine: est nempe, qualem descripsi, formula in his libris non semel obvia.

ἐπύρεσσε.] Cod. unus ἐπύρεξε.

κατενόει καὶ διελέγετο.] κατενόει καί in uno libro omittitur.

ὀγδοηκοστῇ.] Vulgo καὶ ὀγδ. perperam e proxime antecedentibus repetita copula, quam cum nuperrimo editore omisi.

ἀπόσιτος.] Ita Littréus ex uno libro et Gal. de comate: ἄσιτος cett.

τὰ περὶ τὴν γνώμην μελ.] Verba haec scholion referre videntur Trillero l. l. p. 208., a quo vehementer dissentio.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 365 sur 880

©BIUM

περὶ χεῖρας καὶ κεφαλὴν μᾶλλον· ἄναυδος· βραχύπνοος ἐπὶ χρόνον πουλύν· ἀνεθερμάνθη· δίψα· νύκτα δι' ἡσυχίης· ἵδρωσε περὶ κεφαλὴν σμικρά. Τρίτῃ ἡμέρην δι' ἡσυχίης· ὀψὲ δὲ περὶ ἡλίου δυσμὰς ὑπεψύχθη σμικρά· ἄση· ταραχή· νύκτα ἐπιπόνως· οὐδὲν ὕπνωσε· ἀπὸ δὲ κοιλίης σμικρὰ ξυνεστηκότα κόπρανα διῆλθε. Τετάρτῃ πρωὶ δι' ἡσυχίης· περὶ δὲ μέσον ἡμέρης πάντα παρωξύνθη· ψύξις· ἄναυδος· ἐπὶ τὸ χεῖρον· ἀνεθερμάνθη μετὰ χρόνον· οὔρησε μέλανα, ἐναιώρημα ἔχοντα· νύκτα δι' ἡσυχίης· ἐκοιμήθη. Πέμπτῃ ἔδοξε κουφισθῆναι· κατὰ δὲ κοιλίην βάρος μετὰ πόνου· διψώδης· νύκτα ἐπιπόνως. Ἕκτῃ πρωὶ μὲν δι' ἡσυχίης· δείλης δὲ οἱ πόνοι μείζους· παρωξύνθη· ἀπὸ δὲ κοιλίης ὀψὲ κλυσματίῳ καλῶς διῆλθε· νυκτὸς ἐκοιμήθη. Ἑβδόμῃ ἡμέρῃ ἀσώδης· ὑπεδυσφόρει· οὔρησε ἐλαιώδες· νυκτὸς ταραχὴ πολλή· [1]παρέλεγε· οὐδὲν ἐκοιμᾶτο. Ὀγδόῃ πρωὶ μὲν ἐκοιμήθη σμικρά· ταχὺ δὲ ψύξις· ἀφωνίη· λεπτὸν πνεῦμα καὶ μινυθῶδες· ὀψὲ [2]δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη· παρέκρουσε· ἤδη δὲ πρὸς ἡμέρην σμικρὰ ἐκουφίσθη· διαχωρήματα ἄκρητα, σμικρὰ, χολώδεα. Ἐνάτῃ κωματώδης· ἀσώδης, ὅτε διεγείροιτο· οὐ λίην διψώδης· περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς ἐδυσφόρει· παρέλεγε· νύκτα κακῶς. Δεκάτῃ πρωὶ ἄφωνος· πολλὴ ψύξις· πυρετὸς ὀξύς· πουλὺς ἱδρώς· ἔθανε. Ἐν ἀρτίῃσι οἱ πόνοι τούτῳ.

Altero sub meridiem die corporis extremorum frigus cepit, praecipueque circa manus et caput, voce defectus est, longo intervallo brevem spiritum traxit, revocatus est calor, sitiit, noctem quietam duxit, sudor circa caput parum motus est. Tertio die quiete habuit, ad vesperam vero sub solis occasum aliquantulum perfrixit, perturbatio cum nocte laboriosa, nihil dormivit. Ex alvo vero pauca stercora coacta transmissa sunt. Quarto mane quievit, sub meridiem autem exasperata sunt omnia, perfrixit, voce destitutus est, deterius habuit, tandem recaluit. Urinas reddidit nigras suspensum quiddam in medio innatans habentes, nocte placide habuit et somnum cepit. Quinto allevari visus est, ceterum in ventre gravitas cum dolore tenuit, sitibundus fuit, nox molesta. Sexto mane quidem placide se gessit, sub occasum vero dolores intenderunt, gravius habuit. Vesperi autem ex parvo per alvum infuso venter probe reddidit; noctu somnum cepit. Septimo die magna corporis aestuatione et stomachi fastidio conflictabatur et quadam corporis implaciditate tentabatur, oleosam urinam reddidit, noctu turbatio multa, delirabat, somnum nullum capiebat. Octavo mane quidem aliquantulum dormivit, confestimque perfrictio cepit et vocis defectio, spiratio exilis et imminuta, ad vesperam autem calor rursus rediit, deliravit. Iam vero appetente die paulo levius habuit, alvi recrementa sincera, pauca, biliosa. Nono sopore detinebatur, aestuatione et stomachi fastidio ten-

[1] παρέκρουσε V. — [2] δέ om. V.

Aeger 3. τὰ περὶ χεῖρας.] τὰ δὲ περὶ χεῖρας Gal. Ed. Bas. III. p. 183. vs. 38.

ἄναυδος.] Tum h. l. tum infra die quarto libri dant ἄναυδος, ἄφωνος: ego vero utroque loco, vocabulum alterum, quod foedum mihi esse videtur glossema, delevi. Nempe fateor me a Galeno, illumque secuto Foësio prorsus dissentire, cum ἄναυδος exponunt *voce articulata destitutus*, ἄφωνος *qui sonum nullum edere potest*. Ipse scilicet Galenus textum est interpretatus foedo glossemate obsessum. Erot. explicat ἄναυδος, ἄφωνος. Loci hi duo unici sunt quibus ἄναυδος, ἄφωνος sibi subsequuntur, et unde Gal. in glossario distinctionem suam desumsit. Hesych. ἄναυδος eodem, quo Erot., modo explicat ἄφωνος. — Tum vero ἄναυδος apud Homerum omnino eodem occurrit sensu, quem nomini ἄφωνος Gal. tribuit, Odyss. V. 456. ὁ δ' ἄρ' ἄπνευστος καὶ ἄναυδος κεῖτ' ὀλιγηπελέων; ibi vero schol. etiam ἄφωνος interpretatur. Itaque Gal. glossam veram auctoris scripturam esse ratus subtiliter quidem, sed non vere distinxit; imprudenterque illi obsecutus est Foësius et huic Littréus. Miror Foës. Galeni errorem non animadvertisse, cum adferret locum ex Epid. V. de pulchra Nerei filia: ubi ἄναυδος ἦν itidem re vera pro ἄφωνος et ἀπόπληκτος ponitur.

τρίτῃ ἡμέρην δι' ἡσυχίης.] ἡμέρην cum nuperrimo editore plurium librorum fide pro vulgato ἡμέρῃ recepi. Mox pro νυκτὸς ἐπιπόνως e constanti Hipp. usu dedi νύκτα ἐπιπόνως. Paulo inferius νύκτα δι' ἡσυχίης, quinto die νύκτα ἐπιπόνως.

ἀσώδης, ὅτε διεγείροιτο.] Haec coniungenda sunt; ὅτε διεγείροιτο ad seq. οὐ λίην διψώδης trahi nequit.

ἔθανε.] Miror simplex ἔθανε, quum semper fere noster ἀπέθανε scribat. Aegro seq. liber unus ἔθανε, cett. ἀπέθανε: in fine quinti item ἔθανε. Paulo superius ceteri νύκτα κακήν. De meo κακῶς scripsi.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 366 sur 880

©BIUM

Ἄρρωστος δ'.

Ὁ φρενιτικὸς τῇ πρώτῃ κατακλιθεὶς ἤμεσε ἰώδεα πολλὰ, λεπτά· πυρετὸς φρικώδης, ξυνεχής· πουλὺς ἱδρὼς δι' ὅλου· κεφαλῆς καὶ τραχήλου βάρος μετ' ὀδύνης· οὖρα λεπτά· ἐναιώρηματα σμικρὰ, διεσπασμένα· οὐχ ἵδρυτο· ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐξεκόπρισε ἀθρόα, [2]πολλά· παρέκρουσε· οὐδὲν ὕπνωσε. Δευτέρῃ πρωὶ ἄφωνος· πυρετὸς ὀξύς· ἵδρωσε· οὐ διέλιπε· παλμοὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος· νυκτὸς σπασμοί. Τρίτῃ παρωξύνθη πάντα. Τετάρτῃ [3]ἀπέθανε.

Ἄρρωστος ε'.

Ἐν Λαρίσσῃ φαλακρὸς μηρὸν δεξιὸν ἐπόνησε ἐξαίφνης· τῶν δὲ προσφερομένων οὐδὲν ὠφέλει. Τῇ πρώτῃ πυρετὸς ὀξὺς, καυσώδης· ἀτρεμέως εἶχε· οἱ δὲ πόνοι παρείποντο. Δευτέρῃ τοῦ μηροῦ μὲν ὑφίεσαν οἱ πόνοι, ὁ δὲ πυρετὸς ἐπέτεινε· ὑπεδυσφόρει· οὐκ ἐκοιμᾶτο· ἄκρα ψυχρά· οὔρων πλῆθος διῄει οὐ χρηστῶν. Τρίτῃ τοῦ μηροῦ μὲν ὁ πόνος

[1] ἵδρωσε V. — [2] πολλά om. V. — [3] τετάρτῃ ἀπέθανεν. V.

tabatur cum excitaretur, neque valde sitibundus erat. Sub solis autem occasum magna corporis inquiete tenebatur, deliravit, nox prava. Decimo mane vox defecit, frigus multum, febris acuta, magna sudoris copia, defunctus est. Hic diebus paribus gravius habebat.

Aeger quartus.

Qui ex phrenitide laborans primo die decubuit, aeruginosa et virulenta, multa, tenuia vomitione refudit; febris assidua, horroris sensu insignis prehendit, sudor copiosus, toto corpore dimanavit, capitis et cervicis gravitas non sine dolore. Urinae tenues, in quibus sublimia quaedam in medio suspensa, parva, dispersa inerant, neque subsistebant. Ex alvo stercora affatim prodierunt, multum deliravit, nihil dormivit. Postridie mane vox defecit, febris acuta invasit, sudavit, non intermisit. Totum corpus palpitationes occuparunt, nocte convulsiones. Tertio die graviora evaserunt omnia. Quarto mortuus est.

Aeger quintus.

Calvum Larissae ex femore dextro dolor derepente occupavit, nihilque adhibitis remediis est profectum. Primo die febris acuta, ardens; quiete degit, at comitabantur dolores. Postridie femoris quidem dolores remiserunt, febris autem intensa est, implaciditate quadam corporis tenebatur, somnum non capiebat, corporis summa frigebant, urinarum copia profluxit, sed nec eae

Aeger 4. πυρετὸς φρικώδης, ξυνεχής· πουλὺς ἱδρὼς δι' ὅλου.] Ista verba de meo hoc collocavi ordine: legebatur enim olim πυρετὸς φρικώδης· πουλὺς ἱδρὼς ξυνεχὴς δι' ὅλου. Hinc Littréus pone πουλύς distinxit et πυρετὸς φρικώδης πουλύς coniunxit: mihi quidem sponte patere videtur ξυνεχής ad febrem, non ad sudorem esse referendum.

δευτέρῃ πρωὶ ἄφωνος.] Si hocce ἄφωνος cum glossis ex aegri tertii historia expulsis conferam, fere vereor ne hic glossa vocem priscam expulerit.

τετάρτῃ ἀπέθανε.] Vulgatam lect. retinui, Galenus tertio die hunc periisse significat in comm., recte forsitan omittens τετάρτῃ. Nam quum postridie morbi iam convulsiones adfuissent, facile sane mors tertio die hominem auferre potuit: nec tamen certi quid in eiusmodi lectionis varietate facile distinxeris. — Primo enim Δ facile interire inter duo A potuit; tum medice si rem spectes, non est causa cur non die quarto perire potuerit homo.

Aeger 5. ἐπόνησε.] Gal ἐπόνεσε. vid. adn. ad § 2. Status pest.

πρώτῃ πυρετὸς ὀξὺς, καυσώδης· ἀτρεμέως εἶχε.] Foësius Latine: „primo die febris acuta, ardens sensim prehendit, comitabanturque dolores." Rectius ἀτρεμέως εἶχε interpretari mihi videtur Corn.: „quiete tenebat," quamquam hic quoque πυρετός subiectum facit verbi εἶχε; melius nuperrimus editor Gallice: „il n'avait point d'agitation." Idem hic e libro quodam glossam adscribit, ἡσυχῶς εἶχεν.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 367 sur 880

©BIUM

ἐπαύσατο· παρακοπὴ δὲ τῆς γνώμης καὶ ταραχὴ καὶ πουλὺς βλητρισμός. Τετάρτῃ περὶ μέσον ἡμέρης [1] ἔθανε.

Ἄρρωστος ϛ'.

Ἐν Ἀβδήροισι Περικλέα [2] πυρετὸς ἔλαβε ὀξὺς, ξυνεχὴς μετὰ πόνου· δίψα πολλή· ἄση· ποτὸν κατέχειν οὐκ ἠδύνατο· ἦν δὲ ὑπόσπληνός τε καὶ καρηβαρικός. Τῇ πρώτῃ ἡμορράγησε ἐξ ἀριστεροῦ πουλύ· ὁ μέντοι πυρετὸς ἐπέτεινε· οὖρησε πουλὺ [3] ὀλερὸν, λευκόν· κείμενον οὐ καθίστατο. Δευτέρῃ [4] πάντα παρωξύνθη· τὰ μέντοι οὖρα παχέα μὲν ἦν, ἱδρυμένα δὲ μᾶλλον· καὶ τὰ περὶ τὴν ἄσην ἐκούφισε· ἐκοιμήθη. Τρίτῃ πυρετὸς ἐμαλάχθη· οὔρων πλῆθος πεπόνων, πολλὴν ὑπόστασιν ἐχόντων· νύκτα δι' ἡσυχίης. Τετάρτῃ περὶ μέσον ἡμέρης ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ δι' ὅλου· ἄπυρος ἐκρίθη· [5] οὐχ ὑπέστρεψε.

laudabiles erant. Tertio die femoris quidem dolor cessavit, verum mentis alienatio perturbatioque adfuit et multa corporis incontinentia iactatioque. Quarto sub meridiem periit.

Aeger sextus.

Abderae Periclem febris acuta, continua, cum dolore prehendit, sitis multa, aestuatio et stomachi fastidium aderat, potum continere non valebat. Aliquantulum autem tum ex liene, tum ex capitis gravitate laborabat. Primo die sanguis multus ex nare sinistra profluxit. Febris tamen intensior erat, urinas reddidit multas, turbulentas, albas, quae nec depositae subsidebant. Postridie graviora evaserunt omnia. Ac certe urinae quidem crassae erant, verum quae magis subsiderent, stomachi fastidium et aestuatio allevata est, dormivit. Tertio die febris remissa est, urinae copiosae, concoctae, in quibus multum subsidebat, profluxerunt, noctem quietam habuit. Quarto sub meridiem sudor multus, calidus toto corpore dimanavit, a febre iudicatione est absolutus, nec recidivam passus est.

Ἄρρωστος ζ'.

Ἐν Ἀβδήροισι τὴν παρθένον, ἣ κατέκειτο ἐπὶ τῆς ἱερῆς ὁδοῦ, πυρετὸς καυσώδης ἔλαβε. Ἦν δὲ διψώδης καὶ ἄγρυπνος· κατέβη δὲ τὰ γυναικεῖα πρῶτον αὐτῇ. Ἕκτῃ ἄση πολλή· ἔρευθος· φρικώδης, ἀλύουσα. Ἑβδόμῃ διὰ τῶν αὐτῶν· οὖρα λεπτὰ μὲν, εὖ-

Aeger septimus.

Abderae virginem, quae ad viam sacram decumbebat, febris ardens prehendit. Sitibunda autem erat et pervigil, eique tum primum muliebria profluxerunt. Sexto die vehemens stomachi fastidium adfuit, rubor, horror, cum molesta corporis iactatione. Septimo eadem perse-

[1] ἔθανεν ἐξυτάτως V. — [2] νοῦσος V. — [3] ἑρμὸν V. — [4] πάντα om. V. — [5] οὐχ ὑπέστρεψεν ἐξύ V.

περὶ μέσον ἡμέρης.] περὶ μέσην ἡμέρην Gal.

ἔθανε.] Hîc quoque malim ἀπέθανε, cf. finis aegri 3. supra. Quod ceterum vulgo pone ἔθανε adponitur ὀξύ, vel ὀξύς, vel ὀξυτάτως, id non recipio: mihi nempe aeque minus ac signa illa ab auctore profectum videtur.

Aeger 6. πυρετὸς ἔλαβε ὀξύς.] Ita Gal., libri tres Littréi, duo Foësii: vulgo νοῦσος ἔ. ὀ. — Emendarunt Foës. latine, Littréus.

ἡμορράγησε ἐξ ἀριστεροῦ πουλύ· ὁ μέντοι πυρετὸς ἐπέτεινε.] Ita codd. lect. ἡμ. ἐξ ἀρ. πουλὺς μέντοι ὁ πυρετὸς ἐπέτεινε emendavit Lindanus, quem sequitur Freind, Foësius iam Latine locum hac ratione restituerat. His non obsecutus est Littréus.

οὔρων πλῆθος πεπόνων πολλὴν ὑπόστασιν ἐχόντων.] Ita de meo scripsi pro vulgata librorum lectione: οὖρων πλῆθος· πέπονα· π. ὑ. ἔχοντα.

οὐχ ὑπέστρεψε.] His quoque subiungi solet ὀξύ, quod cum Freindio abire iussi.

Aeger 7. ἱερῆς ὁδοῦ.] εἰσόδου Gal. Idem autem mox πυρετὸς ὀξὺς καὶ καυσώδης. Nolui ὀξὺς καί recipere, quum octavo die πυρετοῦ ὀξέος mentio fiat.

φρικώδης, ἀλύουσα.] Gal. φοινικώδης ἀλύουσα librarr. errore.

©BIUM

χροα δέ· τὰ περὶ τὴν κοιλίην οὐκ ἠνώχλει. Ὀγδόῃ κώφωσις· πυρετὸς ὀξύς· ἄγρυπνος· ἀσώδης· φρικώδης· κατενόει· οὖρα ὁμοῖα. Ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν· καὶ τὰς ἑπομένας οὕτω· ἡ κώφωσις παρέμεινε. Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα· ὁ πυρετὸς ξυνέδωκε. Ἑπτακαιδεκάτῃ διὰ τῶν ῥινῶν ἐρρύη πουλύ· ἡ κώφωσις σμικρὰ ξυνέδωκε· καὶ τὰς ἑπομένας ἄσῃ· κωφότης ἐνῆν· καὶ παράληρος. Εἰκοστῇ ποδῶν ὀδύνη· κωφότης παράληρος ἀπέλιπε· ἡμορράγησε σμικρὰ διὰ ῥινῶν· ἵδρωσε· ἄπυρος. Εἰκοστῇ τετάρτῃ ὁ πυρετὸς ὑπέστρεψε· κώφωσις πάλιν· ποδῶν ὀδύνη παρέμεινε· παρακοπή. Εἰκοστῇ ἑβδόμῃ ἵδρωσε [1] πολλῷ· ἄπυρος· ἡ κώφωσις ἐξέλιπε· ἡ τῶν ποδῶν ἐπέμενε ὀδύνη· τὰ δ' ἄλλα τελέως ἐκρίθη.

Ἄρρωστος η'.

Ἐν Ἀβδήροισι [2] Ἀναξίωνα, ὃς κατέκειτο παρὰ τὰς Θρηϊκίας πύλας πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε· πλευροῦ ὀδύνη δεξιοῦ ξυνεχής· ἔβησσε ξηρὰ, οὐδ' ἔπτυε τὰς πρώτας· διψώδης· ἄγρυπνος· οὖρα εὔχροα, πολλὰ, λεπτά. Ἕκτῃ [3] παράληρος· πρὸς δὲ τὰ θερμάσματα οὐδὲν ἐνεδίδου. Ἑβδόμῃ ἐπιπόνως· ὁ γὰρ πυρετὸς ἐπέτεινε, οἵ τε πόνοι οὐ ξυνεδίδοσαν, αἵ τε βῆχες ἠνώχλεον, δύσπνοος τε ἦν. Ὀγδόῃ ἀγκῶνα ἔταμον· ἐρρύη πολλὸν, οἷον δεῖ· ξυνέδωκαν μὲν οἱ πόνοι· αἱ μέντοι βῆχες ξηραὶ παρείποντο. Ἐνδεκάτῃ ξυνέδω-

veraverunt. Urinae tenues quidem, verum probati coloris erant, alvus commode habebat. Octavo stupor, febris acuta cepit, insomnis, aestuabunda, cum horroris sensu, mentis erat compos, urinae eaedem. Nono ac proximis diebus eadem perseverarunt, atque permansit stupor. Decimo quarto mentis perturbatio, febris remissio. Decimo septimo multum ex naribus profluxit, stupor nonnihil est levatus, proximisque diebus stomachi fastidium et stupor aderat et delira erat. Vigesimo pedum dolor cepit, stupor et delirium intermisit, paucus ex naribus sanguis prorupit, sudoribus a febre liberata est. Quarto et vigesimo febris repetiit, rursusque stupor; pedum dolor perseveravit, mens emota est. Septimo et vigesimo copiosis obortis sudoribus a febre immunis fuit, stupor reliquit, pedum dolor aliquantulum tenuit. Ceterum vero perfecta iudicatione absoluta est.

Aeger octavus.

Abderae Anaxionem ad Thracias portas decumbentem febris acuta prehendit, lateris dextri dolor continens tenebat, tussis erat sicca, neque quicquam primis diebus exspuebat. Siti cruciabatur atque insomnia, urinae probe coloratae erant, copiosae et tenues. Sexto die deliravit. Fotus vero nihil profecerunt. Septimo moleste habuit. Nam et febris intendebatur, neque dolores remiserant et tusses infestabant et difficilis spiratio inerat. Octavo secta in cubito vena multus sanguis prout debuit effluxit. Dolores quidem remiserunt, verum tusses siccae perse-

[1] πολλά V. — [2] ἀναξαγόραν V. — [3] παράλληλος V.

ἠνώχλει.] Vide ad aegrum seq. adn.

ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν· καὶ τὰς ἑπομένας οὕτω· ἡ κώφωσις παρέμεινε.] Ita distinguo: vulgo coniungunt καὶ τὰς ἑπομένας οὕτω ἡ κώφωσις παρέμεινε, secus ac fieri debet.

κωφότης — παράληρος.] κωφότης de surditate fere accipiunt: mihi potius est ἀναισθησία, *stupor*.

ἵδρωσε πολλῷ.] Recte ita Littréus ex uno libro: vulgo ἵδρωσε πολλά.

Aeger 8. Ἀναξίωνα.] Libri non pauci Ἀναξαγόραν.

ἔβησσε ξηρά.] Gal. βὴξ ξηρή. Erit fortasse, qui hoc praeferat; non adversor.

ὁ γὰρ πυρετὸς ἐπέτεινε.] Gal. ὅ τε γὰρ π. ἐ. Comm. ad Aph. 12. I. et lib. I. de criss. p. 401. Ed. Bas.

ἠνώχλεον.] Vulgo ἠνώχλουν. Gal. ξυνώχλουν. Libri duo ἠνώχλεον. De huius verbi augmento dupl. vid. Buttmann. Gr. Gr. p. 337. — Lobeck. ad Phryn. p. 154.

ἔταμον.] Ita cum Gal. ad Aph. l., Lind. et Littr.; ἔτεμον cett.

οἷον δεῖ.] Non praefero ἔδει, quod Gal. l. l. et liber unus habet, quodque recepit Littréus.

αἱ μέντοι βῆχες ξηραὶ παρείποντο.] αἱ μ. β. αἱ ξ. π. Gal. lib. I. de criss.

©BIUM

καν οἱ πυρετοί· σμικρὰ περὶ κεφαλὴν ἵδρωσε· [1]αἵ τε βῆχες καὶ τὰ ἀπὸ πνεύμονος ὑγρότερα. Ἑπτακαιδεκάτῃ ἤρξατο [2]σμικρὰ πέπονα πτύειν· ἐκουφίσθη. Εἰκοστῇ ἵδρωσε· ἄπυρος· μετὰ δὲ κρίσιν διψώδης τε ἦν καὶ τῶν ἀπὸ πνεύμονος οὐ χρηστὰι αἱ καθάρσιες. Εἰκοστῇ ἑβδόμῃ ὁ πυρετὸς ὑπέστρεψε· ἔβησσε· ἀνῆγε πέπονα πολλά· οὔροισι ὑπόστασις πολλὴ, λευκή· ἄδιψος ἐγένετο· εὔπνοος. Τριακοστῇ τετάρτῃ ἵδρωσε δι' ὅλου· ἄπυρος· ἐκρίθη πάντα.

verarunt. Undecimo leniores fuerunt febres, paucus sudor circa caput prodiit, etiamnum tusses tenebant et quae ex pulmone prodibant liquidiora erant. Decimo septimo coepit pauca et concocta exspuere, allevatus est. Vigesimo sudore oborto febre liber fuit; a iudicatione vero sitis vexabat, nec probae pulmonis expurgationes erant. Septimo et vigesimo febris rediit, tussivit, concocta plurima eduxit, in urinis alba multa subsidebant, sitis desiit, bene spirabat. Trigesimo quarto sudore per totum corpus diffuso febre liberatus et prorsus iudicatione est absolutus.

Ἄρρωστος θ'.

Ἐν Ἀβδήροισι Ἡρόπυθος κεφαλὴν ὀρθοστάδην ἐπιπόνως εἶχε· οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον κατεκλίθη· ᾤκει πλησίον τῆς ἄνω ἀγωγῆς. Πυρετὸς ἔλαβε καυσώδης, ὀξύς· ἔμετοι τὸ κατ' ἀρχὰς πολλῶν χολωδέων· διψώδης· πολλὴ δυσφορίη· οὖρα [3]λεπτὰ μέλανα, ἐναιώρημα μετέωρον ὁτὲ μὲν, ὁτὲ δ' οὔ· νύκτα ἐπιπόνως· πυρετὸς ἄλλοτε ἀλλοίως παροξυνόμενος, τὰ πλεῖστα ἀτάκτως. Περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην κώφωσις· οἱ πυρετοὶ [4]ἐπέτεινον· οὖρα διὰ τῶν αὐτῶν. Εἰκοστῇ πολλὰ παρέκρουσε καὶ τὰς ἑπομένας. Τεσσαρακοστῇ διὰ ῥινῶν ἡμορράγησε [5]πουλὺ καὶ κατενόει μᾶλλον· ἡ κώφωσις ἐνῆν μὲν, ἧσσον δέ· οἱ πυρετοὶ ξυνέδωκαν· [6]ἡμορράγει τὰς ἑπομένας πυκνὰ καὶ κατ' ὀλίγον.

Aeger nonus.

Abderae Heropythus rectus et obambulans ex capite doluit, neque vero multo post decubuit. Is habitabat ad superiorem tractum. Febris erat ardens, acuta. Statim initio plurima biliosa vomitione refusa sunt, sitis aderat et magna corporis iactatio et incontinentia. Urinae tenues, nigrae, in quibus interdum quidem suspensum quiddam in medio innatans sublime erat, interdum vero non. Nox laboriosa, febrium accessiones subinde variae ac plerumque inordinatae. Sub decimum vero quartum diem obstupuit, febres intendebantur, urinae eaedem. Vigesimo itemque proximis diebus permultum deliravit. Quadragesimo multus e naribus sanguis erupit, magisque ad sese rediit, stupor inerat quidem, verum minus vexabat, remiserunt

[1] ἑ τε (sic) V. — [2] σμικρά τε V. — [3] πολλά V. — [4] ἐξέτεινον cett. — [5] πολλά V. — [6] ἡμορράγη V.

αἵ τε βῆχες.] Recte vidit Littréus ἔτι βῆχες in vulg. loci lect. ex αἵ τε ortum esse. Olim idem conieceram, nec dubitavi nunc, quin ita scribere oporteret.

ἑπτακαιδεκάτῃ — καθάρσιες.] Vulgo: ζ' ἤρξατο σμικρὰ πέπονα πτύειν· ἐκουφίσθη· διψώδης δὲ ἦν καὶ τῶν ἀπὸ πλεύμονος οὐ χρηστὰι αἱ καθάρσιες. κ' ἵδρωσεν ἄπυρος. μετὰ δὲ κρίσιν ἐκουφίσθη. Libri tres Littréi, Lind., Freind.: ..... ἐκουφίσθη· κ' ἵδρωσε· ἄπυρος· μετὰ δὲ κρίσιν ἐκουφίσθη· διψώδης δὲ ἦν καὶ τῶν ἀπὸ πλ. οὐ χρ. αἱ καθάρσιες. Eodem fere modo Gal. lib. I. de criss. et ad Aph. l. Littréus debito ordine haec descripsit. Recte vidit ἐκουφίσθη e decimo septimo die perperam ad vigesimum translatum, adeoque ibi delendum esse.

διψώδης τε ἦν.] Ita cum Littréo e Gal. lego; vulgo δέ pro τε.

ὑπέστρεψε.] Gal., libri plures Parr., Ald. ὑπέστρεφε. Quod non praefero: aoristus hic rem semel factam, imperfecta ἔβησσε et ἀνῆγε res, quae fieri pergunt denotant.

εὔπνοος.] Vulgo ὕπνοι. E Gal. lib. I. de criss. cum Lind., Freind., Littréo illud recepi.

πάντα.] πάντη Gal. l. l. e lib. I. de criss. et liber unus Littréi.

Aeger 9. οἱ πυρετοὶ ἐπέτεινον.] Ita de meo scripsi: cett. οἱ πυρετοὶ ἐξέτεινον. Minime ferri hoc potest; primo enim ἐξετείνοντο, puto, scribi debuisset, tum vero non significare voluit Hipp. febres in longum protrahi, sed vehementiores fieri: nempe die quadragesimo legis οἱ πυρετοὶ ξυνέδωκαν, quod huic nostro opponitur: die vero sexagesimo iterum καὶ οἱ πυρετοὶ ἐπέτεινον. Non rara harum praepositionum ἐπ' et ἐκ permutatio.

πυκνὰ καὶ κατ' ὀλίγον.] καί h. l. omittit liber unus: ego licet non deleam, non magnopere requiro.

©BIUM

Περὶ δὲ τὴν ἑξηκοστὴν αἱ μὲν αἱμορραγίαι [1]ἀπεπαύσαντο· ἰσχίου δὲ δεξιοῦ ὀδύνη ἰσχυρὴ καὶ οἱ πυρετοὶ ἐπέτεινον. Οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον πόνοι τῶν κάτω πάντων· ξυνέπιπτε δὲ ἢ τοὺς πυρετοὺς εἶναι μείζους καὶ τὴν κώφωσιν πολλὴν, ἢ ταῦτα μὲν ὑφιέναι καὶ κουφίζειν, τῶν δὲ κάτω περὶ ἰσχία μείζους εἶναι τοὺς πόνους. Ἤδη δὲ περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν ξυνέδωκε μὲν πάντα, [2]ἐξέλιπε δὲ οὐδέν· οὖρά τε [3]γὰρ εὔχροα καὶ πλείους ὑποστάσιας ἔχοντα κατέβαινε, οἱ παράληροί τε μείους ἦσαν. Περὶ δὲ ἑκατοστὴν κοιλίη πολλοῖσι χολώδεσι ἐπεταράχθη, καὶ [4]ἦλθε χρόνον οὐκ ὀλίγον πολλὰ τοιαῦτα, καὶ πάλιν δυσεντεριώδεα μετὰ πόνου· τῶν δὲ ἄλλων ῥαστώνη. Τὸ δὲ ξύνολον οἵ τε πυρετοὶ ἐξέλιπον καὶ ἡ κώφωσις ἐπαύσατο. [5]Ἑκατοστῇ εἰκοστῇ τελέως [6]ἐκρίθη.

febres. Consequentibus diebus crebro et paulatim sanguis e naribus profluxit. Ad sexagesimum vero diem desierunt quidem sanguinis e naribus eruptiones, verum coxendicis dextrae vehemens dolor tenuit, ac febres intendebantur. Neque vero multo post inferiorum omnium partium dolores exorti sunt. Contigit autem ut aut febres maiores essent, stuporque iunctus, aut ista quidem remitterent et allevarent, verum inferiorum ad coxendices partium graviores fierent dolores. Iam vero ad octogesimum remiserunt quidem omnia, verum nihil dereliquit. Nam et urinae probati coloris, in quibus plura subsidebant, prodierunt et deliria sunt imminuta. Circiter centesimum alvus biliosis multis perturbata est, nec pauco tempore talia multa procedebant, tandemque intestinorum difficultas cum dolore vexavit, cetera commode habebant. In totum autem tum febres reliquerunt, tum stupor desiit. Centesimo et vigesimo prorsus est iudicatione absolutus.

Ἄρρωστος ι'.

Ἐν Ἀβδήροισι Νικόδημον ἐξ ἀφροδισίων καὶ ποτῶν πῦρ ἔλαβε. Ἀρχόμενος δὲ ἦν ἀσώδης καὶ καρδιαλγικός· διψώδης· γλῶσσα ἐπεκαύθη· οὖρα λεπτὰ, μέλανα. Δευτέρῃ ὁ πυρετὸς παρωξύνθη· φρικώδης· ἀσώδης· οὐδὲν ἐκοιμήθη· ἤμεσε χολώδεα ξανθά· οὖρα ὁμοῖα· νύκτα δι' ἡσυχίης· ὕπνωσε. Τρίτῃ ὑφῆκε [7]πάντα· περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς πάλιν ὑπεδυσφόρει· νύκτα ἐπιπόνως. Τετάρτῃ δῖ-

Aeger decimus.

Abderae Nicodemus ex venere et potu febre correptus est. Per initia autem stomachi fastitidio et oris ventriculi dolore cum siti conflictabatur. Lingua exusta est, urinae tenues et nigrae. Postridie febris invasit cum horroris sensu et stomachi fastidio, nihil dormivit, biliosa flava vomitione sunt refusa, urinae eaedem perseverabant, noctem quietam transegit, somnum cepit. Tertio die imminuta sunt omnia,

[1] ἀπεπαύσαντο V. — [2] ξυνέλιπε V. — [3] γάρ om. V. — [4] οἱ εἰ V. — [5] ἐν ἑκατοστῇ V. — [6] ἐκρίθη καῦσος V. — [7] πάντα ῥαστώνη δὲ ἦν V.

ὀδύνη ἰσχυρή.] ἰσχυρῶς liber unus. Supra iam ad hos libros enotavi exempla adverbiorum cum substant. iunctorum.

ἐξέλιπε δὲ οὐδέν.] Quod vulgo editur ξυνέλιπε, id praepositionem ξύν e praegresso ξυνέδωκε adtraxit: ἐξέλιπε cum Littréo ex unico licet libro scribo.

οἱ παράληροί τε μείους ἦσαν.] Mihi οἱ παράληροι ellipsis est pro οἱ λόγοι παράληροι. Vid. Bos. Ellips. Ling. Gr. p. 122. Quod probe tenendum est: nam primo quidem hicce unicus, me iudice, locus est in his libris, quo haec ellipsis occurrit, ceteris enim locis ubi παράληρος legitur ad aegrotantes refertur: denique nuperrimus editor παράληρος per se nomen substantivum esse credidit, cf. p. 620. vol. II., qua in re illi non adsentior.

ἑκατοστῇ εἰκοστῇ.] Vulgo ἐν ἑκατοστῇ, sed Gal. lib. II. de diebus decretoriis et cod. Germ. Foësii dant diem centesimum vigesimum: recte, nam supra centesimi mentio facta est. Pone ἐκρίθη vulgo additur καῦσος, dein signa quaedam: haec, uti facere soleo, omitto.

Aeger 10. τρίτῃ ὑφῆκε πάντα· περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς πάλιν ὑπεδυσφόρει.] Vulgo: γ' ὑ. π. ῥαστώνη δὲ ἦν· περὶ ἡ. δ. π. ὑπεδ. Patet ultro, puto, verba ῥαστώνη δὲ ἦν minime huius loci esse. Sunt perperam e die quinto huc retracta et repetita. Codex unus δέ pone περί praebet, quod recipiendum videbatur.

©BIUM

γος· πυρετὸς ὀξύς· πόνοι πάντων· οὖρα λεπτά· ἐναιώρημα· νύκτα πάλιν δι' ἡσυχίης. Πέμπτῃ ἐνῆν μὲν πάντα, ῥαστώνη δὲ ἦν. Ἕκτῃ τῶν αὐτῶν πόνοι πάντων· οὔροισι ἐναιώρημα· παρέκρουσε πολλά. Ἑβδόμῃ ῥαστώνη. Ὀγδόῃ τὰ ἄλλα ξυνέδωκε πάντα. Δεκάτῃ καὶ τὰς ἐπομένας ἐνῆσαν μὲν οἱ πόνοι, ἧσσον δὲ πάντες· οἱ δὲ παροξυσμοὶ καὶ οἱ πόνοι τούτῳ διὰ τέλεος ἐν ἀρτίῃσι ἦσαν μᾶλλον. Εἰκοστῇ οὔρησε λευκόν· πάχος εἶχε· κείμενον οὐ καθίστατο· ἵδρωσε[1] πολλῷ· ἔδοξε ἄπυρος γενέσθαι· δείλης δὲ πάλιν ἐθερμάνθη καὶ οἱ αὐτοὶ πόνοι· φρίκη· δίψα· σμικρὰ παρέκρουσε. Εἰκοστῇ τετάρτῃ οὔρησε πουλὺ λευκὸν, πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον· ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ δι' ὅλου· ἄπυρος ἐκρίθη.

[1] πολλά V.

πυρετὸς ὀξύς.] Cett. πυρετὸς πουλύς, quod mihi non ferendum videtur, neque enim dicere consuevit noster: itaque substitui, quod necessario requiri putabam.

νύκτα πάλιν — οὔροισι ἐναιώρημα.] Haec e libris duobus hausit Littréus, et diverso quodam modo scripta a Foës. in mss. sunt reperta. Littréus coniecit: ἕκτῃ διὰ τῶν αὐτῶν· πόνοι πάντων, quod mihi non placet: neque enim dies sextus quinto similis fuit, sed peior, tum vero die vigesimo etiam legimus καὶ οἱ αὐτοὶ πόνοι.

at sub solis occasum rursus corporis implacilitate aliquantulum tentatus est, noctem permoleste tulit. Quarto rigor cepit, febris acuta, omnium dolores aderant, urinae tenues erant, ac suspensum quiddam in medio innatans habebant, noctem iterum quiete transegit. Quinto die aderant quidem omnia, sed simul remissio omnium. Sexto eorumdem omnium dolores, in urinis suspensum quiddam innatans, multum deliravit. Septimo allevatio fuit. Octavo cetera remiserunt omnia. Decimo sequentibusque diebus dolores quidem tenuerunt, verum leviores erant. Accessiones vero et dolores hunc perpetuo diebus fere paribus invaserunt. Vigesimo urinam reddidit albam, cui crassitudo inerat, nec deposita subsidebat, copioso sudore profuso visus a febre liber esse. Sub vesperam autem rursus incaluit, iidemque dolores vexarunt, horror adfuit, sitis, nonnihil deliravit. Quarto et vigesimo copiosam urinam albam reddidit, in qua multa subsidebant. Sudore calido copioso per totum corpus diffuso a febre iudicatione est absolutus.

Ἄρρωστος ια'.

Ἐν Θάσῳ γυνὴ δυσήνιος ἐκ λύπης μετὰ προφάσιος ὀρθοστάδην ἐγένετο ἄγρυπνός τε καὶ ἀπόσιτος, καὶ διψώδης ἦν καὶ ἀσώδης. Ὤικει δὲ πλησίον τῶν Πυλάδου ἐπὶ τοῦ λείου. Τῇ πρώτῃ ἀρχομένης νυκτὸς, φόβοι, λόγοι πολλοὶ, δυσθυμίη, πυρέτιον λεπτόν· πρωὶ σπασμοὶ πολλοί· ὅτε δὲ διαλίποιεν οἱ σπασμοὶ οἱ πολλοὶ, παρέλεγε, ἠσχρομύθει· πολλοὶ πόνοι, μεγάλοι, ξυνεχέες. Δευτέρῃ διὰ τῶν αὐτῶν· οὐδὲν ἐκοιμᾶτο· πυρετὸς

Aeger undecimus.

Mulier quaedam in Thaso austera et aspera, ex moerore manifesto recta adhuc et obambulans insomnia et ciborum fastidio tentata est, siti et magna corporis aestuatione premebatur. Habitabat autem ad Pyladis aedes in plano. Primo die appetente nocte metus, sermones multi, animi aegritudo, febricula levis cepit, mane convulsiones multae vexarunt. Ac sicubi convulsiones illae multae intermitterent, delirabat, obscena loquebatur, dolores multi, vehe-

ἵδρωσε πολλῷ.] Ita libri duo: vulgo πολλά, minime pro nostri consuetudine.

καὶ οἱ αὐτοὶ πόνοι.] καὶ τῶν αὐτῶν πόνοι liber unus bonae notae, non male.

Aeger 11. ἀπόσιτος.] Ita liber unus bonae notae, cett. ἄσιτις.

πλησίον τῶν Πυλάδου.] Ita omnino legendum e libris plurimis: τοῦ Π. ferri nequit. Supra παρὰ τὰ Ἀριστιῶνος: cf. Bos. Ellips. ling. Gr. p. 157. seq. Supplebis πλησίον τῶν οἰκημάτων τοῦ Πυλάδου.

©BIUM

ὀξύτερος. Τρίτῃ οἱ μὲν σπασμοὶ ἀπέλιπον, κῶμα δὲ καὶ καταφορὴ, καὶ πάλιν ἔγερσις· ἀνήϊσσε· κατέχειν οὐκ ἠδύνατο· παρέλεγε πολλά· πυρετὸς ὀξύς· ἐς νύκτα δὲ ταύτην ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ δι' ὅλου· ἄπυρος· ὕπνωσε· πάντα κατενόει· ἐκρίθη. Περὶ δὲ τὴν τρίτην ἡμέρην οὖρα μέλανα, λεπτά· ἐναιώρημα δὲ ἐπὶ πουλὺ στρογγύλον· οὐχ ἵδρυτο· περὶ δὲ κρίσιν γυναικεῖα πολλὰ κατέβη.

mentes et continentes erant. Postridie eadem perseverarunt, somnum non cepit, febris ingravescebat. Tertio convulsiones certe cessarunt, sopor vero atque in somnum gravatio tenuit, rursumque expergefacta est, exsiliit, neque sese continere poterat, multum delirabat, febris erat acuta. Eadem autem nocte sudor copiosus, calidus, toto corpore dimanavit, a febre immunis fuit, somnum cepit, omnino ad sese rediit, iudicatione est absoluta. Ad tertium vero diem urinae nigrae, tenues erant, habebantque in medio suspensum quiddam innatans admodum rotundum, neque subsidebat. Sub iudicium autem muliebria copiosa profluxerunt.

Ἄρρωστος ιβ'.

Ἐν Λαρίσσῃ παρθένον πυρετὸς ἔλαβε καυσώδης, ὀξύς· ἄγρυπνος· διψώδης· γλῶσσα λιγνυώδης, ξηρή· οὖρα εὔχροα μὲν, λεπτὰ δέ. Δευτέρῃ ἐπιπόνως· οὐχ ὕπνωσε. Τρίτῃ πολλὰ διῆλθε ἀπὸ κοιλίης ὑδατόχολα καὶ τὰς ἑπομένας διήει τοιαῦτα εὐφόρως. Τετάρτῃ οὔρησε λεπτὸν ὀλίγον· εἶχε ἐναιώρημα μετέωρον· οὐχ ἵδρυτο· παρέκρουσε ἐς νύκτα. Ἕκτῃ διὰ ῥινῶν λάβρον ἐρρύη πουλύ· φρίξασα ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ δι' ὅλου· ἄπυρος ἐκρίθη. Ἐν δὲ τοῖσι πυρετοῖσι καὶ ἤδη κεκριμένων γυναικεῖα κατέβη [1] τότε πρῶτον· παρθένος γὰρ ἦν. Ἦν δὲ διὰ παντὸς ἀσώδης, φρικώδης· ἔρευθος προσώπου· ὀμμάτων ὀδύνη· καρηβαρική. Ταύτῃ οὐχ ὑπέστρεψε, ἀλλ' ἐκρίθη· οἱ πόνοι ἐν ἀρτίῃσι.

Aeger duodecimus.

Larissae virginem quamdam febris ardens et acuta prehendit, pervigil erat, sitibunda, lingua fuliginosa, arida. Urinas probati quidem coloris reddidit, tenues tamen. Postridie moleste habuit, non dormivit. Tertio die alvus aquosa multa transmisit, proximisque diebus talia commode prodierunt. Quarto urinam tenuem, paucam reddidit, quae suspensum quid in medio innatans sublime habebat, neque subsidebat; sub noctem deliravit. Sexto ex naribus sanguis abunde multus effluxit, atque ubi inhorruisset sudore copioso calido per totum corpus diffluente ex febre immunis iudicatione liberata est. In febribus autem, iamque peracta iudicatione, tum primum muliebria descenderunt, quod illibatae virginitatis erat. Prorsus vero stomachi fastidio laborabat, horrebat, faciei rubor aderat, oculorum dolor et capitis gravitas. Huic morbus non repetiit, sed iudicatione est absoluta. Dolores diebus paribus invadebant.

[1] πρῶτον τότε V.

ἄπυρος· ὕπνωσε· π. κ. ἐ.] Malim ista hoc legere ordine: ἄπυρος ἐκρίθη· ὕπνωσε· πάντα κατενόει.

περὶ δὲ τὴν τρίτην ἡμέρην.] δέ om. Gal. Hinc Foës. monet quaedam exemplaria iungere: ἐκρίθη περὶ τὴν γ' ἡμέρην, quod tamen minus recte fit.

Aeger 12. παρθένον.] τὴν π. Gal.

ὑδατόχολα.] Ita de meo scripsi, libris ὑδατόχροα, uno vero ὑδατόχλοα, praebentibus. Vid. quae ad aegrum 2. supra adscripsi.

διήει.] Non pauci codd. simplex ἤει.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 373 sur 880

©BIUM

Ἄρρωστος ιγ'.

Aeger decimus tertius.

Ἀπολλώνιος ἐν Ἀβδήροισι ὀρθοστάδην ὑπεφέρετο χρόνον πουλύν. Ἦν δὲ μεγαλόσπλαγχνος καὶ περὶ ἧπαρ ξυνήθης ὀδύνη χρόνον πουλὺν παρείπετο, καὶ δὴ τότε καὶ ἰκτερώδης ἐγένετο· φυσώδης· χροιῆς τῆς ὑπολεύκου. [1] Φαγὼν δὲ βόειον καὶ πιὼν ἀκαιροτέρως ἐθερμάνθη σμικρὰ τὸ πρῶτον· κατεκλίθη· γάλαξι δὲ χρησάμενος ἐφθοῖσι καὶ ὠμοῖσι, πολλοῖσι, αἰγείοισι καὶ μηλείοισι καὶ διαίτῃ κακῇ, πάντων αἱ βλάβαι μεγάλαι· οἵ τε γὰρ πυρετοὶ παρωξύνθησαν, κοιλίη τε τῶν προσενεχθέντων οὐδὲν διέδωκε ἄξιον λόγου, οὖρά τε λεπτὰ καὶ ὀλίγα διῄει, ὕπνοι τε οὐκ ἐνῆσαν· ἐμφύσημα κακόν· πουλὺ δίψος· κωματώδης· ὑποχονδρίου δεξιοῦ ἔπαρμα ξὺν ὀδύνῃ· ἄκρα πάντοθεν ὑπόψυχρα· σμικρὰ παρέλεγε· λήθη πάντων, ὅ τι λέγοι· παρεφέρετο. Περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἀφ' ἧς ῥιγώσας [2] ἐπεθερμάνθη καὶ κατεκλίθη, ἐξεμάνη· βοή, ταραχή, λόγοι πολλοὶ καὶ πάλιν ἵδρυσις καὶ τὸ κῶμα τηνικαῦτα προσῆλθε· μετὰ δὲ ταῦτα κοιλίη ταραχώδης πολλοῖσι, χολώδεσι, ἀκρήτοισι, ὠμοῖσι· οὖρα μέλανα, σμικρὰ, λεπτά· πολλὴ δυσφορίη· τὰ τῶν διαχωρημάτων ποικίλως· ἢ γὰρ μέλανα καὶ σμικρὰ καὶ ἰώδεα, ἢ λιπαρὰ, καὶ ὠμὰ καὶ δακνώδεα· κατὰ δὲ χρόνους ἐδόκεε καὶ γαλακτώδεα διαδιδόναι. Περὶ δὲ εἰκοστὴν τετάρτην διὰ παρηγορίης· τὰ μὲν ἄλλα ἐπὶ τῶν αὐτῶν· σμικρὰ [3] δὲ κατενόησε· ἐξ οὗ δὲ κατεκλίθη οὐδενὸς ἐμνήσθη· πάλιν δὲ ταχὺ παρενόει· ὥρμητο [4] πάντα ἐπὶ τὸ

Abderae Apollonius diu rectus et obambulans morbum sustinuit. In tumorem autem ei elata erant viscera, et consuetus hepatis dolor longo tempore perseveravit, ac tunc sane etiam auriginosus factus est, flatibus abundabat et colore erat subalbido. Ex intempestiviore vero potu et bubulae esu aliquantulum primum incaluit, decubuit. Deinde cum lacte usus esset copioso crudo et cocto, caprillo et ovillo, vitiosaque victus ratione, insignes omnium offensiones factae sunt. Nam et febres exasperatae sunt, neque memorabile aliquid ex ingestis alvus reddidit, urinae tenues et paucae, neque somnum capiebat, mala inflatio aderat, sitis multa, sopore detinebatur, praecordia dextra cum dolore intumuerant, extrema undiquaque frigescebant, aliquantulum delirabat, omnium quae dixisset capiebat oblivio, mente emovebatur, Ad decimum quartum diem, ex quo suborto rigore incaluit, decubuit, vehementer insanivit, clamor, perturbatio, sermo multus, mox contra repressus est, atque tum sopor invasit. Deinde vero alvus perturbata, copiosa, biliosa, sincera et cruda demisit, urinae nigrae, paucae, tenues erant, magna corporis implaciditas, alvi recrementa varia. Nempe vel nigra, pauca et virulenta, vel pinguia, cruda et mordacia deiecit, ac tandem etiam lacti similia reddere visus est. Sub vigesimum quartum diem allevatio fuit, in reliquo quidem eadem perseveravere, verum aliquantulum ad intelligentiam rediit, ex quo namque decubuerat, nihil meminit, statimque

[1] φαγὼν δὲ καὶ πιὼν ἀκαιρότερον βόειον V. — [2] τε om V. — [3] ἀπεθερμάνθη, κατεκλίθη καὶ ἐξεμάνη V. — [4] δέ om. V. — [5] πάντα om. V.

Aeger 13. φαγὼν δὲ βόειον καὶ πιὼν ἀκαιροτέρως.] Vulgo φαγὼν δὲ καὶ πιὼν ἀκαιρότερον βόειον, in qua lect. Gal. ἀκαιροτέρως. Itaque cum Freindio haec, sicuti iam dedi, describo. Calvus, notante Littréo: „cum autem non opportune carnem bubulam devorasset, meraciusque potasset." Unde editor in adnn. haec Graeca elicit: φαγὼν δὲ βόειον ἀκαιροτέρως καὶ πιὼν ἀκρητότερον. At huiusmodi quid libri hucusque cogniti non praebent.

αἱ βλάβαι μεγάλαι.] Unus liber βλάβη μεγάλη, non male.

ἀφ' ἧς ῥιγώσας ἐπεθερμάνθη.] Ita ex unico libro scripsi pro vulg. apud cett. ἀπεθερμάνθη, quod ferri nequit.

καὶ κατεκλίθη, ἐξεμάνη.] Vulgo κατεκλίθη καὶ ἐξεμάνη. Verum verborum ordinem restituit Freind., quem Littréus etiam sequitur. Calvi interpretatio Latina eundem, quem Freindius indicavit, habet verborum ordinem.

οὖρα μέλανα.] οὖρα μὲν μέλανα liber unus Littréi.

ἐδόκεε καὶ γαλακτώδεα διαδιδόναι.] διαδιδόναι de meo exhibeo: cett. διδόναι, quod sensu cassum: praecedente autem vocabulo in δεα exeunte, facile praepositio omitti potuit. Iam olim monui verba ad alvi excretionem pertinentia fere cum διά esse composita: addo διαδιδόναι non semel in his libris obvium esse: paulo superius οὐδὲν διέδωκε ἄξιον λόγου: aegro 2. post statum pest. ἡ κοιλίη δὲ χολώδεα σμικρὰ διέδωκε: status pest. § 12. τῶν περὶ πνεύμονα πάντων διάδοσις κάτω.

©BIUM

χεῖρον. Περὶ δὲ τριηκοστὴν πυρετὸς ὀξύς· διαχωρήματα πολλὰ, λεπτά· παράληρος· ἄκρα ψυχρά· ἄφωνος. Τριηκοστῇ τετάρτῃ ἀπέθανε. Τούτῳ διὰ τέλεος, ἐξ οὗ καὶ ἐγὼ οἶδα, κοιλίη [1]ταραχώδης· οὖρα λεπτὰ, μέλανα· κωματώδης· ἄγρυπνος· ἄκρα ψυχρά· παράληρος [2]διὰ τέλεος.

rursus desipiebat, atque in deterius omnia tendebant. Circa trigesimum vero diem febris acuta invasit, alvi recrementa copiosa et tenuia, delirus fuit, extrema perfrixerunt, vox defecit. Quarto et trigesimo vita defunctus est. Ex quo eum vidi huic perpetuo alvus turbulenta fuit, urinae tenues, nigrae, sopore detentus et insomnis, extremitates frigidae, per totum morbum deliravit.

Ἄρρωστος ιδ'.

Ἐν Κυζίκῳ γυναικὶ δυσγατέρας τεκούσῃ διδύμους καὶ δυστοκησάσῃ καὶ οὐ πάνυ καθαρθείσῃ τὸ μὲν πρῶτον πυρετὸς φρικώδης, ὀξύς· κεφαλῆς καὶ τραχήλου βάρος μετ' ὀδύνης· ἄγρυπνος ἐξ ἀρχῆς· σιγῶσα δὲ καὶ σκυθρωπὴ καὶ οὐ πειθομένη· οὖρα λεπτὰ καὶ ἄχροα· διψώδης, ἀσώδης τὸ πουλύ· κοιλίη πεπλανημένως ταραχώδης καὶ πάλιν ξυνισταμένη. Ἕκτῃ ἐς νύκτα πολλὰ παρέλεγε· οὐδὲν ἐκοιμήθη. Περὶ δὲ ἑνδεκάτην [3]ἐοῦσα ἐξεμάνη καὶ πάλιν κατενόει· οὖρα μέλανα, λεπτὰ καὶ πάλιν διαλείποντα ἐλαιώδεα· [4]κοιλίη πολλοῖσι λεπτοῖσι, ταραχώδεσι. [5]Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ σπασμοὶ πολλοί· ἄκρα ψυχρά· οὐδὲν ἔτι κατενόει· οὖρα ἐπέστη· ἐξκαιδεκάτῃ ἄφωνος· ἑπτακαιδεκάτῃ ἀπέθανε.

Aeger decimus quartus.

Cyzici mulierem laboriose gemellas enixam, cum non admodum partus purgamenta processissent, primum quidem febris corripuit horroris sensu insignis et acuta, capitis et cervicis gravitas non sine dolore tenuit. Inter exordia insomnia vexata est, taciturna autem erat, tetrico et supercilioso vultu et quae nullis persuasionibus flecti poterat. Urinas tenues et decolores reddidit, siti premebatur, ac ut plurimum stomachi fastidio laborabat, alvus inordinate quidem et inconstanter perturbabatur, rursusque consistebat. Sexto die sub noctem multum deliravit, somnum non cepit, circaque undecimum vehementer insaniit, ac rursus ad intelligentiam rediit. Urinas nigras, tenues, moxque, ubi aliquantulum intermisissent, oleosas reddidit et ab alvo multa, tenuia et turbulenta prodiere. Decimo quarto convulsionibus multis appetita est, extrema erant frigida, neque amplius ad mentem rediit. Urinae restiterunt. Decimo sexto voce defecta est. Decimo septimo periit.

Ἄρρωστος ιε'.

Ἐν Θάσῳ Δελεάρκεος γυναῖκα, ἣ κατέκειτο

Aeger decimus quintus.

Delearcis uxorem in Thaso, quae in plano de-

[1] ταραχώδης ἄγρυπνος V. — [2] διὰ τέλεος, Φρενιτικὸς V. — [3] ἐοῦσα om. V. — [4] καὶ κοιλίη V. — [5] τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἀπέθανε Φρενίτις.

τριηκοστῇ τετάρτῃ.] Gal. περὶ δὲ τριακοστὴν τετάρτην.

διὰ τέλεος.] Cum Freindio Φρενιτικὸς, quod his subiungitur plerumque, omisi.

Aeger 14. πυρετός.] Vulgo ἐπῆλθε πυρετός, sed ἐπῆλθε om. Gal., libri duo.

καὶ ἄχροα.] haec om. Gal.

κοιλίη πεπλανημένως ταραχώδης καὶ πάλιν ξυνισταμένη.] — Non consentio cum Littréo pone πεπλανημένως distinguente. Vid. eius nota ad h. l.

ἐξκαιδεκάτῃ .... ἑπτακαιδεκάτῃ.] Hi numeri omittuntur in codd. nonnullis secundum Foës., ita ut decimo quarto die aegrotans obiisse dicatur. Gal. lib. II. de diebus decret. p. 438. vs. 12. illam decimo septimo decessisse tradit.

ἀπέθανε.] Quod huic verbo subiungi solet, Φρενῖτις, id cum Freindio omitto.

Aeger 15. Δελεάρκεος.] Vulgo Δεάλκους, sed Δελεάρκους citat Gal. de dieb. critt. II. p. 438. vs. 9. Ed. Bas.; vide aegr. 3. initio libri.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 375 sur 880

©BIUM

ἐπὶ τοῦ λείου, πυρετὸς Φρικώδης, [1]ὀξὺς ἐκ λύπης ἔλαβε. Ἐξ ἀρχῆς δὲ περιεστέλλετο καὶ διὰ τέλεος αἰεί· σιγῶσα ἐψηλάφα, ἔτιλλε, ἔγλυφε, ἐτριχολόγει· δάκρυα καὶ πάλιν γέλως· οὐκ ἐκοιμᾶτο· ἀπὸ κοιλίης [2]ἐρεθισμῷ οὐδὲν διήει· σμικρὰ ὑπομιμνησκόντων ἔπινε· οὖρα λεπτὰ, σμικρὰ, ὑπόστασιν οὐκ ἔχοντα πυρετοὶ πρὸς χεῖρα λεπτοί· ἄκρων ψύξις. Ἐνάτῃ πολλὰ παρέλεγε καὶ πάλιν ἱδρύνθη σιγῶσα. Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα καὶ πάλιν βραχύπνοος. Ἑπτακαιδεκάτῃ ἀπὸ κοιλίης [3]ἐρεθισμῷ ταραχώδεα· ἔπειτα αὐτὰ τὰ ποτὰ διήει· οὐδὲν ξυνίστατο· ἀναισθήτως εἶχε πάντων· δέρματος περίτασις καρφαλέου. Εἰκοστῇ λόγοι πολλοὶ καὶ πάλιν ἱδρύνθη· ἄφωνος· βραχύπνοος. Εἰκοστῇ πρώτῃ ἀπέθανε. Ἦν ταύτῃ διὰ τέλεος πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα· ἀναισθήτως πάντων εἶχε· αἰεὶ περιεστέλλετο· ἢ λόγοι πολλοὶ, ἢ σιγῶσα [4]διὰ τέλεος.

cumbebat, febris horroris sensu insignis et acuta ex moerore prehendit. Ab initio autem pannis contegebatur et ad finem usque: semper taciturna fuit, manibus palpabat, evellebat, scalpebat, floccos legebat, lacrimas fundebat, moxque ridebat, somnum non capiebat, alvus irritata nihil demittebat, parum nec nisi commonefacta bibebat. Urinae tenues et paucae erant, in quibus nihil subsidebat, febres ad manus contactum leves apparebant, summa corporis frigescebant. Nono die multum deliravit, ac mox composita fuit et taciturna. Decimo quarto spiratio rara, magna, rursusque brevis. Decimo septimo irritatione turbulenta commota est alvus, deinde potus ipsi pertransibant, neque fluxus consistebat, omnium sensum perdiderat, cutis erat distenta et arida. Vigesimo multum obloquebatur, ac mox composita fuit, vox defecit et brevem spiritum trahebat. Primo et vigesimo defuncta est. Huic perpetuo ad finem usque spiratio rara et magna aderat, nihil omnino sentiebat, semper pannis contegebatur, aut sermones multos fundebat aut fere usque taciturna erat.

Ἄρρωστος ις'.

Ἐν Μελιβοίῃ νεηνίσκος ἐκ ποτῶν καὶ ἀφροδισίων πολλῶν πουλὺν χρόνον θερμανθεὶς κατεκλίθη· Φρικώδης δὲ καὶ ἀσώδης ἦν [5]καὶ

Aeger decimus sextus.

Meliboeae adolescens quidam ex comessationibus, liberaliore potu ac venere longo tempore incaluit et decubuit. Horrorem autem sentiebat

[1] ὀξὺς om. V. — [2] ἐρεθισμὸς V. — [3] ἐρεθισμὸς ταραχώδης V. — [4] διὰ τέλεος φρενῖτις V. — [5] καὶ om. V.

Φρικώδης, ὀξύς.] ὀξύς om. liber unus Littréi et cod. Voss.

καὶ διὰ τέλεος αἰεί· σιγῶσα ἐψηλάφα.] Puto recte Littreum pone αἰεί distinxisse: etenim non semper eam tacuisse patet e noni diei signis, tum vero, quod recte vidit nuperrimus editor, infra rursum αἰεὶ περιεστέλλετο.

ἀπὸ κοιλίης ἐρεθισμῷ οὐδὲν διήει.] Libri multi ἐρεθισμός, vulgo ἐρεθισμοί, unde dativum effeci ἐρεθισμῷ. Nempe paulo post egregie ex uno cod. Littréus ἐρεθισμῷ ταραχώδεα, quod omnino cum nostri usu congruum. Epid. I. aegro 2. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ σμικρῷ κόπρανα λεπτά, quo loco itidem liber aliquis dat ἐρεθισμοί. Aegro 12. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ ὑγρὰ ταραχώδεα.

οὖρα λεπτὰ, σμικρὰ, ὑπόστασιν οὐκ ἔχοντα.] Verba ὑπόστασιν οὐκ ἔχοντα e Gal. de Dyspn. adscivi lib. II. Lectio cod. C. Littréi ὀ. λ. σμικρὰ, οὐχ ἑκοῦσα corrupta quidem, sed nostrae vestigium refert, me iudice: itidem Calvi „non sponte minxit."

ἐρεθισμῷ ταραχώδεα.] Ita optime Littréus ex uno libro: ἐρεθισμὸς ταραχώδης vulgo; permulti libri ἐρεθισμὸς ταραχώδεα.

πνεῦμα ἀραιὸν μέγα καὶ πάλιν βραχύπνοος.] Vulgo pone μέγα additur διὰ χρόνου, sicuti aegro 16° πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, διὰ χρόνου legebatur. Mihi illud διὰ χρόνου apertum glossema est, quo utroque loco ἀραιὸν exposuerunt. Itaque delevi. Quodsi nolis credere, quia in verbis ἦν ταύτῃ διὰ τέλεος πνεῦμα ἀραιὸν μέγα sit repugnantia cum nostris καὶ πάλιν βραχύπνοος, mihi haec repugnantia non nimis ad amussim exigenda videtur, nam praevalere potuit per morbi decursum omnem respiratio rara et magna, ut haec in fine historiae per totum morbi tempus adfuisse dicatur.

ἔπειτα αὐτὰ τὰ ποτὰ διήει· οὐδὲν ξυνίστατο.] Gal. l. l. οὐδὲ ξυνίστατο, quod recepit Littréus: mihi minus placet, quia οὐδέ si scribas, ξυνίστατο ad τὰ ποτά refertur: malim κοιλίη ex initio ις' ἀπὸ κοιλίης ἐρεθισμῷ ταραχώδεα repetere: οὐδέν perfrequens in his libris adverbialiter sumtum et huic loco valde accommodatum.

διὰ τέλεος.] Vulgo διὰ τέλεος φρενῖτις. Cum Freindio postremum vocabulum delevi.

©BIUM

ἄγρυπνος καὶ ἄδιψος. Ἀπὸ δὲ κοιλίης τῇ πρώτῃ πολλὰ κόπρανα διῆλθε ξὺν περιῤῥόῳ πολλῷ καὶ τὰς ἐπομένας ὑδατόχολα πολλὰ διῄει· οὖρα λεπτὰ, ὀλίγα, ἄχροα· πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα· ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος παραμήκης ἐξ ἀμφοτέρων· καρδίης παλμὸς διὰ τέλεος ξυνεχής· οὔρησε ἐλαιώδες. Δεκάτῃ παρέκρουσε ἀτρεμέως· [1] ἦν δὲ κόσμιός τε καὶ ἥσυχος· δέρμα καρφαλέον καὶ περιτεταμένον· διαχωρήματα πολλὰ καὶ λεπτὰ, ἢ χολώδεα, λιπαρά. Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πάντα παρωξύνθη· [2] παρέκρουσε· πολλὰ παρέλεγε. Εἰκοστῇ ἐξεμάνη· βλητρισμός· οὐδὲν οὖρει· σμικρὰ ποτὰ κατείχετο. Εἰκοστῇ τετάρτῃ [3] ἀπέθανε.

et aestuabundus erat, pervigil, neque siti premebatur. Alvus primo die stercora multa demisit cum magno humorum affluxu, proximisque diebus aquae cum bile mistae similia plurima prodiere. Urinas reddidit tenues, paucas, decolores. Spiratio erat rara, magna. Praecordiorum contensio submollis aderat, utrimque promissa, perpetua et continens cordis palpitatio, urinam minxit oleosam, paulatim mente motus est. Erat autem compositus et taciturnus, cutis resiccata et distenta, alvi recrementa vel multa et tenuia, vel biliosa et pinguia. Decimo quarto exasperata sunt omnia, mente motus est, valde deliravit. Vigesimo vehementer insanivit, corporis incontinentia et iactatio aderat, nihil minxit, potionem vix continebat. Quarto et vigesimo periit.

[1] ἦν δέ om. V. — [2] παρεκρούσθη cett. — [3] ἀπέθανε φρενίτης V. — Plurimis locis librarii oscitantia in hoc codice insignes ortae sunt lacunae, quas silentio transii, quum ms. perpaucum auctoritatis habeat. Est etiam in Epid. libris hisce vix aliquid boni, uti facile varr. lectt. perlustranti patebit.

Aeger 16. καὶ ἄγρυπνος.] Ita cum Littréo ex unico libro: cett. καί omittunt h. l.

ὑδατόχολα.] Hoc praebet liber unus: quaedam mss. ὑδατόχλωρα, vulgo ὑδατόχλοα.

πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα.] Addi solet pone μέγα, uti in superiore historia, διὰ χρόνου, quod pro glossemate ad ἀραιόν adscripto delevi.

καρδίης παλμός.] Non obsequor nuperrimo editori interpretanti: „battement continuel dans l'epigastre." licet concedam Galenum id subindicare cum in comm. scribit: καὶ περὶ τῶν καθ' ὑποχόνδρια παλμῶν ἐν ἄλλοις τε κἀν τῷ προγνωστικῷ διῆλθον. Cum Corn., Foës. *cor* h. l. spectari certissimum esse mihi videtur.

δεκάτῃ.] Vulgo abest: addunt libri duo Foësii, Lind., Freind., Littréus.

ἦν δὲ κόσμιός τε καὶ ἥσ.] ἦν δέ recepi cum Littréo e Gal. p. 182. vs. 48. lib. III. de Dyspn. Pro ἥσυχος Gal. l. l. σιγῶν: cod. unus Littréi σιγών.

διαχωρήματα πολλὰ καὶ λεπτὰ, ἢ χολώδεα, λιπαρά.] ἢ πολλά Littr. ex uno libro: plures alii καὶ πολλά: καί ante λεπτά cum Gal. omisit Littréus.

παρέκρουσε.] Cett. παρεκρούσθη, excepto unico libro, qui hoc verbum omittit. De meo παρέκρουσε dedi, quippe hic locus unicus est, ubi passivum παρεκρούσθη in his Epid. libb. obvium: iam vero puto e praegresso παρωξύνθη passivam aoristi formam ad nostrum, de quo agimus, librariorum errore translatam esse. In talibus saepius peccarunt. Cf. aegrum 1. post st. pestil.

εἰκοστῇ τετάρτῃ.] Vulgo τῇ κδ': unius libri fide, sed bonae notae codicis, articulum omisi. Post ἀπέθανε omisi φρενῖτις, uti facere soleo.

©BIUM

©BIUM

ΠΕΡΙ ΑΕΡΩΝ, ΥΔΑΤΩΝ, ΤΟΠΩΝ.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΜΕΝ ΥΠ' ΑΥΤΟΥ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΣΥΝΤΕΘΕΝ ΑΛΛ' ΕΝ ΜΕΣΩ ΛΕΙΠΕΙ ΜΕΓΑ ΤΙ ΜΕΡΟΣ.

DE AËRE, AQUIS, LOCIS.

LIBER AB IPSO HIPPOCRATE COMPOSITUS EST, SED IN MEDIO MAGNA PARS DEFICIT.

©BIUM

©BIUM

ΠΕΡΙ ΑΕΡΩΝ, ΤΔΑΤΩΝ, ΤΟΠΩΝ.

α'. Ἰητρικὴν ὅστις βούλεται ὀρθῶς ζητεῖν, τάδε χρὴ ποιέειν· πρῶτον μὲν ἐνθυμέεσθαι τὰς ὥρας τοῦ ἔτεος, ὅ τι δύναται ἀπεργάζεσθαι ἑκάστη· οὐ γὰρ ἐοίκασι οὐδὲν, ἀλλὰ πουλὺ διαφέρουσι αὐταί τε ἑωυτῶν καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσι· ἔπειτα δὲ τὰ πνεύματα τὰ θερμά τε καὶ τὰ ψυχρά· μάλιστα μὲν τὰ κοινὰ πᾶσι ἀνθρώποισι, ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἐν ἑκάστῃ χώρῃ ἐπιχώρια ἐόντα. Δεῖ δὲ καὶ τῶν ὑδάτων ἐνθυμέεσθαι τὰς δυνάμιας· ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ στόματι διαφέρουσι καὶ ἐν τῷ σταθμῷ, οὕτω καὶ ἡ δύναμις διαφέρει πουλὺ ἑκάστου. Ὥστε ἐς πόλιν ἐπειδὰν ἀφίκηταί τις, ἧς ἄπειρός ἐστι, διαφροντίσαι χρὴ τὴν θέσιν αὐτῆς, ὅκως κέεται καὶ πρὸς τὰ πνεύ-

DE AËRE, AQUIS ET LOCIS.

1. Qui artem medicam recta investigatione consequi volet, is primum quidem anni tempora in considerationem adhibere debet, quid horum quodque possit. Neque enim quidquam habent simile, sed cum inter se plurimum differunt, tum etiam propter varias, quae in eis contingunt, mutationes. Deinde vero ventos tum calidos, tum frigidos, praecipue quidem eos, qui omnibus sunt communes, ac deinceps eos, qui cuique regioni sunt familiares. Quin etiam aquarum facultates animo reputare oportet. Quemadmodum enim gustu et pondere, ita et facultate singulae plurimum differunt. Quare si quis ad urbem sibi ignotam pervenerit, is eius situs curam habere debet, ut cognoscat quo modo

1. *περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων.*] Hoc quidem modo hicce liber ut plurimum inscribitur. De variis titulis in primis videndus Coraës in Introd. p. CXXXVI. seqq. Alter cod. Parisiensis *περὶ ἀέρων ὑδάτων τε καὶ τόπων*. Fevr. e ms. *περὶ ἀέρων τε καὶ ὑδάτων τόπων*. Praeterea in altero cod. Par. ea libri pars, quae olim in scripto de capitis vulneribus circumferebatur, insignis est titulo: *Ἱπποκράτους περὶ προγνώσεως ἐτῶν· οἱ δὲ τινὸς ἄλλου παλαιοῦ*. In Galeni operibus variae leguntur inscriptiones: *περὶ ἀέρων καὶ τόπων καὶ ὑδάτων*, comm. in Aph. III. 11. 13. item in Exegesi in voce *στρέφεται*, — *περὶ ἀέρων καὶ ὑδάτων καὶ τόπων* comm. in lib. de Humorr. p. 100. 350., — *περὶ ὑδάτων, ἀέρων καὶ τόπων*, ibid. p. 374. 387., — *περὶ ὑδάτων καὶ ἀέρων καὶ τόπων*, in lib. Quod animi mores. Gal., Kühnii IV. 798., quo loco vitiose *ποτῶν* in Ed. Bas. p. 348. vs. 82., — *περὶ ἀέρων ὑδάτων καὶ τόπων*, comm. in lib. de Humorr. p. 292. 317. 361. 364. 395. 409. 435., — *περὶ τόπων ἀέρων καὶ ὑδάτων*, ibid. p. 393., — *περὶ ἀέρων καὶ τόπων καὶ χωρῶν* p. 353.; — *περὶ ὑδάτων καὶ ὡρῶν κράσεως* lib. Quod animi mores. p. 805., — *περὶ ἀέρων καὶ ὑδάτων καὶ τόπων καὶ χωρῶν καὶ οἰκήσεων*, comm. in lib. de Humorr. p. 358., — *περὶ ὑδάτων, ἀέρων, οἰκήσεων καὶ τόπων καὶ χωρῶν*, in eodem comm., secundum Coraën, nec tamen locum reperi. — Respicit forsitan p. 118., ubi: *περὶ ὑδάτων ἀέρων καὶ τόπων, οἰκήσεων καὶ χωρῶν*; nempe vid. adn. Kühnii, qui voces se transposuisse tradit. Attamen mirum non esset si quid eiusmodi in Kühnii huius commentarii editione non inveniretur, si quidem Kühnius et Coraës diversis usi esse videntur codicibus, cf. Kühn. in Praef. p. IX. Gal. de propriis libris refert inscriptionem: *περὶ τόπων καὶ ἀέρων καὶ ὑδάτων*: addit autem sibi videri inscribendum esse: *περὶ οἰκήσεων καὶ ὑδάτων καὶ ὡρῶν καὶ χωρῶν*. Mackius et Coraës e Gadald. cod. titulum exhibent: *περὶ ἀέρων, τόπων, ὑδάτων, καιρῶν, ἀνέμων, ἀστέρων*. — Foësius e mss. *περὶ ὡρέων, ἀέρων, ὑδάτων, τόπων*. Erotianus: *περὶ τόπων καὶ ὡρῶν*, idemque in voce *ὁμιλίη*: *περὶ ὡρῶν καὶ τόπων*. Athen. lib. II. p. 106. Ed. Dind. *περὶ τόπων*. De Inscriptione *περὶ ὑδάτων* Athenaeo tributa a Foës. vid. Coraës l. l. p. CXLII. — Schol. Aristoph. ad Nubes vs. 332. *σύνταγμα δέ*, inquit, *ἐστὶν Ἱπποκράτους περὶ ἀέρων, τόπων καὶ ὑδάτων*.

οὐ γὰρ ἐοίκασι οὐδὲν, κ. τ. λ.] Exemplaria edita et mss. *οὐδέν*; cum Coraë scripsi *οὐδέν*, idemque velle se Littréus in addendis significat. — Dubitavi aliquando quid recipiendum esset. Est enim: „Aeolicum *ε* in *ο* mutare et contra." (Lobeck. ad Phryn. p. 181.) Hippocrates vero tum Ionicas, tum Doricas, tum Aeolicas formas usurpavit. At primo quidem in hoc libro solo eiusmodi formas observavi, idque perpaucis locis: tum vero Herodotum formam per *ο* habere non video; denique maxime me moverunt quae Lobeckius l. l. et Buttm. p. 276. de *οὐδείς* et *μηδείς* a recentioribus librariis verosimiliter invectis monuerunt.

πουλὺ διαφέρουσι αὐταί τε ἑωυτῶν.] In his Ionicum *πουλύ* praebuit alter liber ms. Paris. — *Αὐταί* pro vulgato *αὗται* Coraïs est emendatio.

τὰ ἐν ἑκάστῃ χώρῃ.] *τά* de Coraïs coniectura adpositum in mss. deficit.

πουλὺ ἑκάστου.] *πουλύ* dat cod. alter Par.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 381 sur 880

©BIUM

ματα καὶ πρὸς τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου· οὐ γὰρ τὼυτὸ δύναται ἥτις πρὸς βορέην κέεται, καὶ ἥτις πρὸς νότον, οὐδ' ἥτις πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, οὐδ' ἥτις πρὸς δύνοντα. Ταῦτα δὲ ἐνθυμέεσθαι ὡς κάλλιστα· καὶ τῶν ὑδάτων πέρι ὡς ἔχουσι, καὶ πότερον ἑλώδεσι χρέονται καὶ μαλακοῖσι, ἢ σκληροῖσί τε καὶ ἐκ μετεώρων καὶ ἐκ πετρωδέων, εἴτε ἁλυκοῖσι καὶ ἀτεράμνοισι· καὶ τὴν γῆν, πότερον ψιλή τε καὶ ἄνυδρος, ἢ δασεῖα καὶ ἔφυδρος, καὶ εἴτε ἐν κοίλῳ ἐστὶ καὶ πνιγηρὴ, εἴτε μετέωρος καὶ ψυχρή· καὶ τὴν δίαιταν τῶν ἀνθρώπων, ὁκοίη ἥδονται, πότερον φιλοπόται καὶ ἀριστηταὶ καὶ ἀταλαίπωροι, ἢ φιλογυμνασταί τε καὶ φιλόπονοι καὶ οὐκ ἐδωδοὶ καὶ ἄποτοι.

β'. Καὶ ἀπὸ τούτων χρὴ ἐνθυμέεσθαι ἕκαστα. Εἰ γὰρ ταῦτα εἰδείη τις καλῶς, μάλιστα μὲν πάντα, εἰ δὲ μὴ τά γε πλεῖστα, οὐκ ἂν αὐτὸν λανθάνοι ἐς πόλιν ἀφικνεόμενον, ἧς ἂν ἄπειρος ᾖ, οὔτε νοσήματα ἐπιχώρια, οὔτε τῶν κοινῶν ἡ φύσις ὁκοίη τίς ἐστι· ὥστε μὴ ἀπορέεσθαι ἐν τῇ θεραπείῃ τῶν νούσων, μηδὲ διαμαρτάνειν, ἃ εἰκός ἐστι γίγνεσθαι, ἢν μή τις ταῦτα πρότερον εἰδὼς προφροντίσῃ. Περὶ ἑκάστου δὲ χρόνου προϊ-

ad ventos aut solis exortum sit exposita. Neque enim easdem vires habet quae ad septentrionem et quae ad austrum sita est, ut neque ea, quae ad exorientem solem aut occidentem spectat. Et haec quidem optime animo concipienda sunt et quomodo ad aquas habeant, num palustribus et mollibus utantur, an duris et ex sublimi ac saxosis locis scaturientibus, sive salsis ac coctu difficilibus. Terra etiam ipsa inspicienda, nudane sit et aquis careat, an densa et irrigua, et an cavo loco sita sit et aestuoso, an vero sublimi et frigido. Hominum quoque victus ratio, quanam maxime delectentur, inspicienda, an potui et cibis et otio dediti, an exercitationibus et laboribus gaudeant et an non edaces sint et a potu sibi temperent.

2. Et ex his singula reputare oportet. Haec enim praecipue quidem omnia, aut certe plurima probe qui agnoverit, cum ad urbem sibi ignotam pervenerit, eum neque morbi regioni familiares, neque communium quae sit natura latere poterit, ut neque in eorum curatione haesitare, aut aberrare possit. Quae certe contingere solent, si quis istorum cognitionem non ante animo perceptam habuerit. Qui vero ista recte cognoverit, is cuiusque temporis impen-

καὶ πρὸς τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλιόυ.] Calvus, notante Coraë, legisse videtur πρὸς τὰς ἀνατολὰς, ἢ δύσιας.

καὶ τῶν ὑδάτων πέρι ὡς ἔχουσι.... ἀτεράμνοισι.] Coraës in hisce εὐώδεσι dedit pro ἑλώδεσι: Littréus, quum liber, quo usus est, Latinus cum codd. lectione consentiat, nihil mutandum sibi videri dixit. — At vere puto illum monuisse totum hunc locum esse corruptum et ordine perturbatum. In antecedentibus de ventis antithesin habemus πρὸς βορέην — πρὸς νότον, in iis quibus de locorum situ agit, πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα — πρὸς δύνοντα: in continuo subsequente loco de terra ψιλή τε καὶ ἄνυδρος — δασεῖα καὶ ἔφυδρος. — In nostris autem fuit omnino antithesis; sed est haec turbata et praeterea verba corrupta sunt. Itaque laudabilis omnino Coraïs correctio: καὶ πότερον εὐώδεσι χρέονται καὶ μαλακοῖσι καὶ ἐκ μετεώρων, ἢ ἐκ πετρωδέων καὶ σκληροῖσί τε καὶ ἁλυκοῖσι καὶ ἀτεράμνοισι. Laudabilis, inquam, coniectura, non certa tamen, quum antithesis haud ita ad amussim quadret. Itaque quia aut tota emendatio proposita recipienda videbatur, aut locus intactus relinquendus, tutius iudicavi, in adnn. solum rei mentionem facere.

καὶ ἐκ πετρωδέων.] Ad ista describo Schaeferi verba ad Greg. Cor.: p. 413.: „In proximo versu Vir doctissimus (Coraës) ad verba καὶ ἐκ πετρωδέων haec notavit: „Calvus lit mieux ἢ ἐκ π. Peut-être faudroit-il aussi changer ce dernier mot en πετρέων." Nisi fallor, recte habet πετρωδέων, ut quod, maxime in Ionico scriptore, pro πετρέων dici posse videatur."

καὶ οὐκ ἐδωδοὶ καὶ ἄποτοι.] Ita Calvus et Mackius et Coraës; cett. omittunt negationem ante ἐδωδοί. Ego antequam illorum emendationem videram, conieceram καὶ ἀνεδωδοί, quum saepius eiusmodi privativum ἀν vocabulorum initio tum perperam additum, tum perperam omissum videram, hoc autem loco pone καί facile excidere potuisse putabam. Littréus: „la correction, inquit, ne me semble pas necessaire. En effet un peu plus loin p. 20. l. 9. Hippocrate en parlant des hommes vivant dans un lieu exposé aux vents du nord, dit qu'ils sont d'un grand appétit et qu'ils boivent peu, ἐδωδοὺς ἀνάγκη τὰς τοιαύτας Φύσιας εἶναι καὶ οὐ πολυπότας." Non consentio, sed ad § 4. ad locum hunc redeo.

2. τά γε πλεῖστα.] τά τε πλεῖστα Ald. Rem minutam noto, ut pateat quam saepe apud nostrum etiam hae particulae permutentur, adeo ut subinde tum in hoc libro, tum in aliis de meo τέ in γέ mutaverim.

νοσήματα ἐπιχώρια.] νουσήματα h. l. Lind., Mack., Coraës. Hi igitur illum secuti sunt, quem de coniectura illam formam intulisse opinor.

προφροντίσῃ.] Haec Heringae emendatio est lectionis πρόφρων τις ᾖ, quam a Coraë inde receperunt. Recte, ut opinor, etiamsi cum correctionis auctore ignorem an alibi προπροντίζειν legatur. Vide Her. Obss. critt. p. 44.

περὶ ἑκάστου δὲ χρόνου προϊόντος καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ λέγω ἂν κ. τ. λ.] — In his προσιόντος membranae et Edd. usque

©BIUM

ὄντος καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ λέγοι ἂν ὁκόσα τε νοσήματα μέλλει πάγκοινα τὴν πόλιν κατασχήσειν ἢ θέρεος, ἢ χειμῶνος, ὁκόσα τε ἴδια ἑκάστῳ κίνδυνος γίγνεσθαι ἐκ μεταβολῆς τῆς διαίτης. Εἰδὼς γὰρ τῶν ὡρέων τὰς μεταβολὰς καὶ τῶν ἄστρων ἐπιτολάς τε καὶ δύσιας, καθότι ἕκαστον τούτων γίγνεται, προειδείη ἂν τὸ ἔτος, ὁκοῖόν τι μέλλει γίγνεσθαι. Οὕτως ἄν τις ἐρευνώμενος καὶ προγιγνώσκων τοὺς καιροὺς, μάλιστ' ἂν εἰδείη περὶ ἑκάστου, καὶ τὰ πλεῖστα τυγχάνοι τῆς ὑγιείης, καὶ κατ' ὀρθὸν φέροιτο οὐκ ἐλάχιστα ἐν τῇ τέχνῃ. Εἰ δὲ δοκέοι τις ταῦτα μετεωρολόγα εἶναι, εἰ μετασταίη τῆς γνώμης, μάθοι ἂν ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος ξυμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰητρικὴν, ἀλλὰ πάνυ πλεῖστον· ἅμα γὰρ τῇσι ὥρῃσι καὶ αἱ κοιλίαι καὶ αἱ νόσοι μεταβάλλουσι τοῖσι ἀνθρώποισι. Ὅκως δὲ χρὴ ἕκαστα τῶν προειρημένων σκοπεῖν καὶ βασανίζειν ἐγὼ φράσω σαφέως.

γ'. Ἡ τις μὲν πόλις πρὸς τὰ πνεύματα κεῖται τὰ θερμά· ταῦτα δ' ἐστὶ μεταξὺ τῆς τε χειμερινῆς ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν δυσμέων τῶν χειμερινῶν· καὶ αὐτῇ ταῦτα τὰ πνεύματά ἐστι ξύννομα, τῶν δὲ ἀπὸ τῶν ἄρκτων πνευμάτων σκέπη· ἐν ταύτῃ τῇ πόλι ἐστὶ τά τε ὕδατα πολλὰ καὶ ὕφαλα καὶ

dentis et anni statum praedicere poterit et quinam morbi tam aestate, quam hieme in urbe communiter sint grassaturi, tum etiam quinam cuique privatim ex victus mutatione impendere debeant. Qui enim temporum mutationes astrorumque ortus et obitus, ut horum quaeque eveniant, tenuerit, is utique futurum anni statum praevidere poterit. Hac ratione investigando, qui temporum occasiones praesenserit, is maxime cuiusque naturam cognoverit et plerumque sanitas illi succedet, minimumque in arte a recta via aberraverit. Quod si cui ista ad rerum sublimium speculationem pertinere videantur, is si sententia destiterit, facile intelliget ad artem medicam astronomiam ipsam non minimum, sed plurimum potius conferre, quippe quod una cum anni temporibus hominum ventriculi et morbi mutationem accipiant. Quonam autem pacto quae diximus singula consideranda et exploranda sint, deinceps aperiam.

3. Civitas, quae ventis calidis est exposita, iis videlicet, qui inter brumalem solem exorientem et occidentem perflant, eique sunt peculiares, a septentrionalibus autem ventis tecta est, ea aquarum subsalsarum copia abundat, quae cum e sublimi scaturiant, est necesse et aestate sint calidae, hieme vero frigidae. Hominesque

ad Coraën. Προϊόντος e Gal. comm. in Epid. I. Ed. Bas. p. 346. receptum: idem autem habet Pergamenus comm. in lib. de Humorr. p. 352. vol. XVI. Ed. Kühn. Pro δέ Lind. et Coraës τέ: minus recte, me iudice: nam proprie haec referuntur ad antecedens οὐκ ἂν αὐτὸν λανθάνοι κ. τ. λ., ita ut in antithesi δέ prorsus requiratur. Tandem Coraës τοῦ ante χρόνου invexit: „Je lis, inquit, avec L. περὶ ἑκάστου τε, au lieu de περὶ ἑκάστου δέ. Le τοῦ que j'ajoute ensuite enfermé entre deux crochets me paroit une addition d'autant plus necessaire, que je separe le mot ἑκάστου du mot χρόνου, avec lequel il n'a pas plus de rapport ici que plus bas (l. 12.)." Recte Littréus τοῦ omisit: sed quare a Coraë dissentiendum declarandum est. Non vidit vir eruditissimus χρόνου h. l. non de tempore in universum usurpari, sicuti in locutione vulgatissima τοῦ χρόνου προϊόντος, quae infra § 21 obvia, quamque h. l. deprehendere sibi visus est. Nempe χρόνος h. l. est anni tempestas, sicuti Epid. III. initio status pest.: αὐχμῶν δὲ γενομένων τοὺς ὑπόπροσθεν χρόνους; eodemque sensu infra in hac §. τοὺς καιρούς usurpat. Hinc factum est, ut non videret iungenda esse h. l. περὶ ἑκάστου χρόνου προϊόντος et infra περὶ ἑκάστου καιροῦ, quod e superiore καιρούς est repetendum. Foësius haec recte est interpretatus.

ὁκόσα τε ἴδια ἑκάστῳ κίνδυνος γίγνεσθαι κ. τ. λ.] Non sine veri specie ἰδίᾳ (potius ἰδίῃ Ionice) h. l. forte legendum esse dixit Coraës. Ferri tamen potest vulgata, adeo ut nihil mutem: morbis παγκοίνοις recte opponuntur οἱ ἑκάστῳ ἴδιοι.

τυγχάνοι.] Ita vulgatum τυγχάνει emendavit Lind., quem sequuntur Coraës, Littréus.

εἰ δὲ δοκέοι τις ταῦτα μετεωρολόγα εἶναι, εἰ μετασταίη τῆς γνώμης.] Operae pretium est Coraïs horum verborum interpretationem in adnn. p. 10. seqq. contulisse.

ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος ξυμβάλλεται κ. τ. λ.] Hunc locum respicit Gal. initio libri. Quod optimus medicus sit quoque philosophus: ἐπαινοῦσι μὲν γάρ, inquit, (οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν) Ἱπποκράτην καὶ πρῶτον ἁπάντων ἡγοῦνται, γενέσθαι δὲ αὐτοὺς ἐν ὁμοίοις ἐκείνῳ, πάντα μᾶλλον ἢ τοῦτο πράττουσι. ὁ μὲν γὰρ οὐ μικρὰν μοῖραν εἰς ἰατρικὴν φησι συμβάλλεσθαι τὴν ἀστρονομίαν καὶ δηλονότι τὴν ταύτης ἡγουμένην ἐξ ἀνάγκης γεωμετρίαν κ. τ. λ.

καὶ αἱ κοιλίαι καὶ αἱ νόσοι μεταβάλλουσι.] Vulgo abest καὶ αἱ νόσοι, at Coraës: „Après les mots, inquit, καὶ αἱ κοιλίαι Gadald. ajoute καὶ αἱ νόσοι, leçon qui n'est pas à mépriser." Facile omnino haec recipias imprimis collata § mihi 17., quo facto apud ceteros verba omissa videbuntur.

3. ταῦτα δ' ἐστὶ μεταξὺ κ. τ. λ.] Vulgo ταῦτα δ' ἔσται: praesens dedi cum Coraë e ms. Gadald.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 383 sur 880

©BIUM

ἀνάγκη μετέωρα ἐόντα εἶναι τοῦ μὲν θέρεος θερμὰ, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρά· τούς τε ἀνθρώπους τὰς κεφαλὰς ὑγρὰς ἔχειν καὶ φλεγματώδεας, τάς τε κοιλίας αὐτῶν πυκνὰ ἐκταράσσεσθαι, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ φλέγματος ἐπικαταρρέοντος. τά τε εἴδεα ἐπὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν ἀτονώτερα εἶναι· ἐσθίειν δ' οὐκ ἀγαθοὺς εἶναι, οὐδὲ πίνειν· ὁκόσοι μὲν γὰρ κεφαλὰς ἀσθενέας ἔχουσι οὐκ ἂν εἴησαν ἀγαθοὶ πίνειν· ἡ γὰρ κραιπάλη μᾶλλον πιέζει. νοσήματά τε τάδε ἐπιχώρια εἶναι· πρῶτον μὲν τὰς γυναῖκας νοσερὰς καὶ ῥοώδεας εἶναι· ἔπειτα πολλὰς ἀτόκους ὑπὸ νόσου καὶ οὐ φύσι, ἐκτιτρώσκεσθαί τε πυκνά· τοῖσι δὲ παιδίοισι ἐπιπίπτειν σπασμοὺς καὶ ἄσθματα, ἃ νομίζουσι τό τε θεῖον ποιέειν καὶ ἱρὴν νοῦσον εἶναι· τοῖσι δὲ ἀνδράσι δυσ-

capita humida et pituita redundantia habere aequum est et pituita ex capite defluente eorum alvos crebro exturbari eosque ut plurimum habitu corporis esse debiliore ac neque probe edere nec bibere posse. Quibus enim capita debilia fuerint, ii numquam egregii potores fuerint, quod eos crapula magis vexet. Morbi autem hi sunt patrii. Primum quidem mulieres morbis et fluxionibus sunt obnoxiae, deinde multae ex morbo, non natura steriles crebrisque abortionibus conflictantur. Pueris vero convulsiones impendent et crebri anhelitus, quae mala a Divino numine repetunt et sacrum morbum esse existimant. Viris autem intestinorum difficultates et alvi profluvia, febres algidae et hibernae diuturnae, pustulae multae nocturnae epinyctides dictae et sanguinis profluvia per ora venarum,

καὶ ἀνάγκη μετέωρα ἐόντα εἶναι τοῦ μὲν θέρεος θερμὰ, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρά.] Vulgata fert: καὶ ἀνάγκη εἶναι μὴ μετέωρα τοῦ μὲν θέρεος θερμὰ, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρά. Ante omnia, ut locum diligentius exploremus, opus est ut quid sint ὕδατα μετέωρα cognoscamus. §. ult. haec leguntur: ὅκου μὲν γὰρ ἡ γῆ πίειρα καὶ μαλθακὴ καὶ ἔνυδρος καὶ τὰ ὕδατα κάρτα μετέωρα ἔχουσα, ὥστε θερμὰ εἶναι τοῦ θέρεος καὶ τοῦ χειμῶνος ψυχρὰ κ. τ. λ. Conveniunt haec apposite cum loco nostro, verum cum utroque confero § 8. verba: Ἄριστα δὲ ὁκόσα ἐκ μετεώρων χωρίων ῥέει καὶ λόφων γεημῶν· αὐτά τε γάρ ἐστι γλυκέα καὶ τὸν οἶνον φέρειν ὀλίγον οἷά τε ἐστι· τοῦ τε χειμῶνος θερμὰ γίνεται, τοῦ δὲ θέρους ψυχρά· οὕτω γὰρ ἂν εἴη ἐκ βαθυτάτων πηγέων. — Ex his collatis patet, ὕδατα μετέωρα opponi τοῖσι ἐκ βαθυτάτων πηγέων, adeo ut iam probe intelligamus dictionem. — Iam vero mentem attendamus ad varias loci nostri lectt. et utrum bene habeat textus nec ne videamus. — Coraës: „On dirait, inquit, qu'Avicenne a lu: τά τε ὕδατα τὰ πολλὰ ὕπαλα καὶ θειώδη: aux quels mots il ajoute immediatement ce qui est dans le §. τούς τε ἀνθρώπους τὰς κεφαλὰς κ. τ. λ. en supprimant tout le reste." Haec teneamus: indicant enim forte haud adeo fide dignam esse loci scripturam. Ceterum vulgo μὴ μετέωρα: sed negationem omm. cod. alter Par. Mack., Coraës, Sprengel in Apol., Lilienhain in nova versionis Grimmianae Ed., Littréus, et vero omittendam esse re vera docent loci supra collati. Iamque quae ratio sit, quare de civitate calidis ventis exposita dicat ὕδατα ibi esse ὕφαλα satis intelligitur e § 8. initio, ubi ἢ ἐκ γῆς, ὅκου . . . ἢ ἄσφαλτον, ἢ νίτρον· ταῦτα γὰρ πάντα ὑπὸ βίης γίνονται τοῦ θερμοῦ. Verum minime capio quae sit eo loco ἀνάγκη, — εἶναι μετέωρα ὕδατα. — Cliftonius, ut habet Coraës, ἐόντα subintelligendum esse pone μετέωρα existimabat. Ipse Coraës lacunae signum ibi loci posuit et scriptum cupit in adnn.: καὶ ἀνάγκη εἶναι μετέωρα ἐόντα, τοῦ μὲν θέρεος κ. τ. λ. Equidem Cliftoni et Coraïs emendationem adeo necessariam iudico, ut textus sine ea intelligi non posse mihi videatur. Itaque ordine verborum paululum mutato coniecturam recepi. Ordo, quo voces dedi, forte melius ostendet quo modo vitium oriri potuerit.

τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρά· τούς τε ἀνθρώπους.] De iis, quae inter ψυχρά· et τούς τε olim interposita fuerunt, videatur Littréi nota p. 16. cum quo de istis eo loco, quo iam inserta sunt, collocandis plane consentio. — Miror tamen ista verba h. l. recte, ut opinor, tum aliis, tum illi omittenda visa: ἄσσα πολέμια ἀνθρώποισι ἐόντα νούσους ποικίλας ἐπιφορέει et τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχροῦ. Nimirum mihi non nisi ab auctoris manu profecta esse videntur, neque enim glossas, aut aliorum verborum pravam scripturam referunt; itaque lacunas ista indicare suspicor, quas hodie ignoramus.

ὁκόσοι μὲν γὰρ κεφαλὰς ἀσθενέας ἔχουσι.] Coraës μὲν e textu eiecit, particulam abundare ratus, licet omnes ferant libri editi et scripti. Cum Littréo servandum iudico; me quidem minime offendit.

τοῖσι δὲ παιδίοισι.] Ita recte Coraës in editione altera. Vulgo τοῖσί τε παιδίοισι, sed partitio est: πρῶτον μὲν τὰς γυναῖκας — τοῖσι δὲ παιδίοισι — τοῖσι δὲ ἀνδράσι. Itaque δέ praefero, licet si τε mordicus tenere velis, dicere possis esse partitionem inter πρῶτον μὲν γ. et τοῖσι δὲ ἀνδράσι, arctius vero cum mulieribus coniungi τὰ παιδία particula coniunctiva.

ἃ νομίζουσι τό τε θεῖον ποιέειν καὶ ἱρὴν νοῦσον εἶναι.] Vulgo pro τό τε θεῖον legitur τὸ παιδίον. Septalius τό τε θεῖον e Camusii, ut ipse refert, emendatione, quam tamen etiam in marg. apud Zuingerum, Merc. adscriptam legimus. Coraës: „peu importe d'ailleurs, inquit, que ce soit une correction ou une ancienne leçon des mss., elle est d'une telle évidence, que je l'avois devinée long temps avant d'avoir connu l'édition de Zuinger. L'auteur du traité de morbo sacro dit en parlant d'epilepsie φύσιν δὲ αὐτῇ καὶ πρόφασιν οἱ ἄνθρωποι ἐνόμισαν θεῖον (fort. θείην) εἶναι." Ab hac verissima viri doctissimi animadversione quomodo quis dissentire possit non satis capio. At dissentiunt Dietzius in adnn. ad Hipp. περὶ ἱερῆς νούσου p. 100. seq. — Littréus in adnn. p. 18. Provocant ad Galenum: at hic ipse corruptam vidit loci scripturam, cuiusmodi quid ubicumque videat nusquam corrigit sed semper absurdissima quaevis arripit et lectoribus venditat. Quae vero Dietzius ex Alex. Trall. et Coel. Aurel. adtulit ea nisi forte eidem loci nostri corruptelae debeantur, nihil huc faciunt. Quae malum ista ἀκρισίη? Nonne vident arctissimum nexum inter ἃ νομίζουσι τὸ θεῖον ποιέειν, quam cau-

©BIUM

ἐντερίας καὶ διαρροίας καὶ ἠπιάλους καὶ πυρετοὺς πολυχρονίους χειμερινοὺς καὶ ἐπινυκτίδας πολλὰς καὶ αἱμορροΐδας ἐν τῇ ἕδρῃ. Πλευρίτιδες δὲ καὶ περιπνευμονίαι καὶ καῦσοι καὶ ὁκόσα ὀξέα νοσήματα νομίζονται οὐκ ἐγγίγνονται πολλά· οὐ γὰρ οἷόν τε ὅκου ἂν κοιλίαι ὑγραὶ ἔωσι τὰς νούσους ταύτας ἰσχύειν. Ὀφθαλμίαι τε ἐγγίγνονται ὑγραὶ καὶ οὐ χαλεπαὶ, ὀλιγοχρόνιοι, ἢν μή τι κατάσχῃ νόσημα πάγκοινον ἐκ μεταβολῆς. Καὶ ὁκόταν τὰ πεντήκοντα ἔτεα ὑπερβάλωσι κατάρροοι ἐπιγενόμενοι ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου παραπληκτικοὺς ποιέουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὁκόταν ἐξαίφνης ἡλιωθέωσι τὴν κεφαλὴν, ἢ ῥιγώσωσι. Ταῦτα μὲν τὰ νοσήματα αὐτοῖσι ἐπιχώριά ἐστι· χωρὶς δὲ, ἤν τι πάγκοινον κατάσχῃ νόσημα ἐκ μεταβολῆς τῶν ὡρέων, καὶ τούτου μετέχουσι.

δ'. Ὁκόσαι δ' ἀντικέαται τούτων πρὸς τὰ πνεύματα τὰ ψυχρὰ, μεταξὺ τῶν δυσμῶν

quae in ano sunt, haemorrhoïdes vocantur. Morbi autem laterales pleuritides dictae et pulmonum inflammationes et febres ardentes et quicumque acuti morbi censentur, raro contingunt. Neque enim eiusmodi morbi, ubi alvi liquidae fuerint, invalescere possunt. Lippitudines vero humidae oboriuntur, neque molestae, neque longae, nisi ex temporum immutatione morbus aliquis omnibus communis invadat. Atque ubi quinquagesimum annum excesserint, destillationes ex cerebro superveniunt, quae homines aliqua corporis parte resolutos reddunt, ubi caput derepente soli expositum, aut rigore ipsi correpti fuerint. Atque ii quidem morbi his sunt patrii, praeterquam quod si morbus aliquis omnino communis ex anni temporum mutatione occupaverit, huius etiam participes exsistunt.

4. At quae civitates his contrarium situm habent et ventis frigidis inter ortum et occa-

sam morbi esse statuunt, et nomen *ἰρὴ νοῦσος*. Nonne palaeographice rem si spectes palam fit corruptelae ratio. Quid enim? *τεθεῖον, ταιθεῖον, παιδίον*! Sunt haec ita in luce posita ut quomodo quis dubitare de veritate possit non intelligam. Erotiani *παιδικὸν πάθος* item nihil probat.

ἠπιάλους.] De hac voce multa multi tum antiqui, tum recentiores annotarunt. Profero quae maxime me adverterunt. Schol. ad Aristoph. Vespas: *τοῖς ἠπιάλοις*] *ἠπίαλος τὸ τοῦ πυρετοῦ κύος. Ἀριστοφανὴς Νεφέλαις καὶ Θεσμοφοριαζούσαις· ἅμα δὲ ἠπίαλος πυρετοῦ πρόδρομος. Δίδυμος δέ φησι δαίμων, ὃν Ἠπιάλην καὶ Τίφην καὶ Εὐόπαν καλοῦσι. τὸ δὲ πυρετοῖσιν ἐπήνεγκεν ἀπὸ τοῦ πάθους.* Nempe versus ita habent: (1037.)

Φησίν τε μετ' αὐτὸν
τοῖς ἠπιάλοις ἐπιχειρῆσαι πέρυσιν, καὶ τοῖς πυρετοῖσιν,
οἳ τοὺς πατέρας τ' ἤγχον νύκτωρ καὶ τοὺς πάππους ἀπέπνιγον.

Cum scholiastae verbis cf. Hesych. in voce *ἠπίαλος*, Suid. in voce *ἐπιάλτην* cum interprett. Timaei Lex. cum Ruhnk. notula. Etym. m. in voce *ἠπίαλος*, cett. Non adsentior Coraï h. l. de *incubo*, quem vocant, vocem accipienti: obstat enim seq. *καὶ πυρετοὺς πολυχρονίους*. Apud Aristoph. vero l. l. quin ita accipere oporteat nullus dubito. In Lennepii Etym. linguae Gr. lego: „*ἠπίαλος* genus febris levioris. Non dubito quin ortum sit ex *ἤπιος* clemens, placidus." Hinc Cornarii interpretatio *febres lenes*. Conf. Oecon. Foës. in *ἤπια*. — *τὰ τῶν πυρετῶν ἤπια* cett. — Alii ortum censent ex *ἰάλλω* et *ἐπί*, quorsum maxime pertinet significatio a Didymo tradita, quae cum *ἐπιαλτής* maxime coniungit vocem nostram, tum etiam illud *μιγοπύρετος* et *τὸ τοῦ πυρετοῦ κρύος* de febrili frigore et rigore subito invadente. Nihili facio explicationes *παρὰ τὸ ἠπίως ἀλεαίνειν* et *ἀπὸ τοῦ ἠπίου καὶ ἁλός* a Foësio e Gal. in Oeconomiam receptas. — Maxime arridet mihi ea ratio, qua ab *ἤπιος* vocabulum *ἠπίαλος* ducitur, quod tum de *incubo*, tum de *febre cum horrore invadente* accipitur: illo modo, quod supra significavi, apud Aristoph. accipio; hoc vero apud nostrum, quemadmodum fecit Foësius.

καὶ πυρετοὺς πολυχρονίους χειμερινοὺς καὶ ἐπινυκτίδας πολλάς.] *καί* initio ante *πυρετούς* omittit Lind., ita ut coniungat *ἠπιάλους πυρετοὺς πολυχρονίους χειμερινούς*; quae ratio valde displicet. De voce *ἐπινυκτίς* abunde Foës. egit in Oecon. Chart. dedit: *χειμερινοὺς, νυκτερινοὺς καὶ ἐπινυκτίδας*. „Avicenne, inquit Coraës, et l'auteur du comm. attribué a Galien semblent avoir lu *ἐπινυκτίους*, puisqu'ils rapportent ce mot aux fièvres en traduisant *febres nocturnae*." *νυκτερινούς* Chartierii forte glossema in male intellectum *ἐπινυκτίδας*. Avicenna autem et comm. illius auctor forte *ἐπινυκτίδας* legerunt et tamen ad febres retulerunt.

ὅκου ἂν κοιλίαι.] Desiderat *αἱ* ante *κοιλίαι* Coraës in notis. Est hoc eiusmodi ut si modo dent libri, ultro recipias, abesse tamen quoque possit. Locum hunc respicit Gal. comm. ad Aph. VI. 33. p. 308. Ed. Bas.

καὶ οὐ χαλεπαὶ, ὀλιγοχρόνιοι.] Coraës de suo *καὶ ὀλιγ.* Addita copula non opus est, licet reciperem si libri praeberent.

ὑπερβάλωσι.] Vulgo *ὑπερβάλλωσι*, sed Coraës *ὑπερβάλωσι* de suo; puto aoristo hic opus esse.

παραπληκτικούς.] Frustra Portum *παραπληκτούς* desiderare docet Coraës conferens *ἀποπληκτικός* et *ἀπόπληκτος*. Vid. Epid. I. aegr. 13. *παραπληκτικὸν τρόπον*.

ἡλιωθέωσι.] Ionismus a Coraïs Editione inde ex altero cod. Par. receptus: *ἡλιωθῶσι* cett. — Coraës: „il ne faut point écrire avec cet. *ἡλιωθεῶσι*." Recte quidem. Sed quare addat „encore moins avec F. *ἡλιωθῶσι*," non intelligo: nam *ἡλιωθέωσι* Ionicum est, *ἡλιωθῶσι* vero communis dialecti, nec tamen vitiosum.

4. *ὁκόσαι δ' ἀντικέαται.*] Cett. *ἀντικέονται*, quae forma saepius in hoc libello in vulgato textu occurrit; ego vero eam ubicumque offenderim legitimae locum cedere iussi.

©BIUM

τῶν θερινῶν τοῦ ἡλίου καὶ τῆς ἀνατολῆς τῆς θερινῆς, καὶ αὐτῇσι ταῦτα τὰ πνεύματα ἐπιχώριά ἐστι, τοῦ δὲ νότου καὶ τῶν θερμῶν πνευμάτων σκέπη, ὧδε ἔχει περὶ τῶν πολίων τούτων. Πρῶτον μὲν τὰ ὕδατα σκληρά τε καὶ ψυχρὰ ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος ἐγγίγνεται. Τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἐντόνους τε καὶ σκελιφροὺς ἀνάγκη εἶναι, τούς τε πλείους τὰς κοιλίας ἀτεράμνους ἔχειν καὶ σκληρὰς τὰς κάτω, τὰς δὲ ἄνω εὐροωτέρας· χολώδεάς τε μᾶλλον ἢ φλεγματίας εἶναι. Τὰς δὲ κεφαλὰς ὑγιηρὰς ἔχουσι καὶ σκληράς· ῥηγματίαι τε εἰσὶ ἐπὶ τὸ πλῆθος. Νοσεύματα δὲ αὐτοῖσι ἐπιδημεῖ τάδε, πλευρίτιδές τε πολλαὶ, αἵ τε ὀξεῖαι νομιζόμεναι νοῦσοι· ἀνάγκη δὲ ὧδε ἔχειν, ὁκόταν κοιλίαι σκληραὶ ἔωσι· ἔμπυοι τε πολλοὶ γίγνονται ἀπὸ πάσης προφάσιος· τούτου δὲ αἴτιόν ἐστι τοῦ σώματος ἡ ἔντασις καὶ ἡ σκληρότης τῆς κοιλίης· ἡ γὰρ ξηρότης ῥηγματίας ποιέει εἶναι καὶ τοῦ ὕδατος ἡ ψυχρότης. Ἐδωδοὺς δὲ ἀνάγκη τὰς τοιαύτας φύσιας εἶναι καὶ οὐ πολυπότας· ὀφθαλμίας τε γίγνεσθαι μὲν διὰ χρόνου, γίγνεσθαι δὲ σκληρὰς καὶ ἰσχυρὰς καὶ εὐθέως ῥήγνυσθαι τὰ ὄμματα· αἱμορροίας δὲ ἐκ τῶν ῥινῶν τοῖσι νεωτέροισι τριήκοντα ἐτέων γίγνεσθαι ἰσχυ-

sum solis aestivum sunt expositae, iisque hi venti sunt patrii ab austro autem et calidis obtectae sunt, de his sic se res habet. Primum quidem aquae fere durae sunt ac frigidae. Homines autem robustos et exsuccos esse necesse est et plerosque ventres inferiores indomitos et duros habere, superiores vero fluxiores bileque magis quam pituita redundare. Capita sana et dura habent et plerisque vasa intro rumpuntur. Morbi autem apud eos passim vagantur laterales multi et qui acuti esse censentur. Quod sic se habere necesse est, cum alvi durae exsistant. Multi quoque quavis ex occasione pus intro colligunt. Cuius rei causa est corporis distensio et ventris durities. Siccitas enim et aquae frigiditas in causa sunt, ut vasa intro rumpantur. Eiusmodi autem naturas cibos appetere multos necesse est, non potum multum. Lippitudines autem iis quidem per intervalla contingunt, ita tamen asperae ac vehementes, ut confertim oculi rumpantur. Aestate vero iis, qui nondum trigesimum annum attigerunt vehementes fiunt sanguinis e naribus eruptiones. Morbi etiam qui sacri appellantur, pauci ii quidem, sed vehementes. Hos longioris esse vitae quam ceteros aequum est, iisque ulcera citra

καὶ τῶν θερμῶν πνευμάτων σκέπη.] θερμῶν legendum esse pro vulgato θερινῶν coniecit Coraës, idemque ms. Latini fide recepit Littréus. Corn. interpretatur *calidis ventis*. Θερινῶν facili lapsu e θερμῶν ortum, in primis quia paulo ante τῶν δυσμῶν τῶν θερινῶν legitur.

τὰ ὕδατα σκληρά τε καὶ ψυχρὰ ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος ἐγγίγνεται.] Vulgo τὰ ὕδατα τὰ σκληρά τε καὶ ψυχρὰ, ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος γλυκαίνεται. — Coraës corrigendum censuit οὐ γλυκαίνεται. Littréi ms. Latinum: „Primum quidem aquas duras et frigidas habent plerumque." Hinc loci emendatio, quam ex eius editione recepi.

σκελιφρούς.] Videantur ad hanc vocem Ruhnk. ad Tim. in σκληφρός. Oecon. Foësii, et Coraës ad h. l. De Erotianeo σκελεφρούς notandum tum in Eust. et Juntae Edd. σκελιφρούς (sic) legi, tum etiam in Cod. Regio Par. 3158, cuius cum Franzii Editione collationem debeo amicissimo Cobeto.

νοσεύματα δὲ αὐτοῖσι ἐπιδημεῖ τάδε· πλευρ.] Vulgo ἐπιδημεῖ τά. vel ἐπιδημεῖται. — Merc., Zuing., Chart. ἐπιδημεῖται πλευρ. — Lind., Mack. ἐπιδημεῖ· αἱ πλευρ. e Foesii sententia in adnn. — Flor. et cod. alter Par. καὶ πλευρίτιδες. Alii apud Foës. in adnn. νοσεύματα δὲ αὐτοῖσι ἐπιδήμια πλευρίτιδες κ. τ. λ. — Coraës v. δ. ἀ. ἐπιδημέει ταῦτα· πλευρ. κ. τ. λ. — Littréus eodem modo scripsit, quum liber ipsius Latinus ferret: „aegritudines autem eis obveniunt istae." — Equidem prae ταῦτα praetuli τάδε, quippe facilius hinc τά oriri potuisse videbatur, quam ex illo.

ἐδωδοὺς δὲ ἀνάγκη τὰς τοιαύτας φύσιας εἶναι καὶ οὐ πολυπότας.] — ἐδωδοὺς δή cod. alter Paris. Sed res maioris momenti hic agitur: nimirum pone πολυπότας vulgatus textus fert οὐ γὰρ οἷόν τε ἅμα πολυβόρους τε εἶναι καὶ πολυπότας. Haec verba in Calvi interpretatione p. 456. desunt; item desunt in ms. Gadaldini. — Coraës: „Tout ce morceau, inquit, qui n'existe ni dans le ms. de Gadaldinus, ni dans la version de Calvus a l'air d'une explication marginale, que l'ignorance des copistes aura fait passer dans le texte. Cela me parait d'autant plus probable que l'auteur reconnait lui-même (§ v. et § xxix., mihi § 1. et § 7.) la possibilité d'être grand mangeur et grand buveur à la fois." — Cum viro eximio consentio et verba expello e contextu.

ῥήγνυσθαι τὰ ὄμματα.] Illud ῥήγνυσθαι per *rumpi* exponunt Corn., Foës. — Coraës: „elles ne tardent pas à les priver de la vue." Sprengel in Apol. Hipp.: „Sie müssen von Zeit zu Zeit trockene und heftige Augen-Entzündungen bekommen; (die Geschwüre) brechen oft schnell auf." — Grimm. Ed. Lilienh.: „Sie bekommen von Zeit zu Zeit bedenkliche (ipse Grimmius trockene) Augenentzündungen, so dass ihre Augen schnell bersten." Littréus: „et produisent rapidement la fonte de l'oeuil." — Mihi item oculi ruptio hoc loco spectari videtur. — Cf. Prorrh. II. p. 213. Ed. Kühn.

ἐκ τῶν ῥινῶν.] Vulgo ἐκ τῶν ῥινέων, Ionismum falsum non tuli. Χηνέων ex Herod. expulit Dindorf.

©BIUM

ρὰς τοῦ θέρεος· τά τε ἱερὰ νοσεύματα καλεύμενα, ὀλίγα μὲν ταῦτα, ἰσχυρὰ δέ. Μακροβίους δὲ τοὺς ἀνθρώπους τούτους μᾶλλον εἰκὸς εἶναι ἑτέρων· τά τε ἕλκεα οὐ φλεγματώδεα ἐγγίγνεσθαι, οὐδὲ ἀγριοῦσθαι· τά τε ἤθεα ἀγριώτερα ἢ ἡμερώτερα. Τοῖσι μὲν ἀνδράσι ταῦτα τὰ νοσήματα ἐπιχώριά ἐστι· καὶ χωρὶς, ἤν τι πάγκοινον κατάσχῃ ἐκ μεταβολῆς τῶν ὡρέων. Τῇσι δὲ γυναιξί· πρῶτον μὲν στιφραὶ πολλαὶ γίγνονται διὰ τὰ ὕδατα ὄντα σκληρά τε καὶ ἀτέραμνα καὶ ψυχρά· αἱ γὰρ καθάρσιες οὐκ ἐπιγίγνονται τῶν ἐπιμηνίων ἐπιτήδειαι, ἀλλὰ ὀλίγαι καὶ πονηραί· ἔπειτα τίκτουσι χαλεπῶς· ἐκτιτρώσκουσι δὲ οὐ σφόδρα. Ὁκόταν δὲ τέκωσι, τὰ παιδία ἀδύνατοι τρέφειν εἰσί· τὸ γὰρ γάλα ἀποσβέννυται ἀπὸ τῶν ὑδάτων τῆς σκληρότητος καὶ ἀτεραμνίης· φθίσιές τε γίγνονται συχναὶ ἀπὸ τῶν τοκετῶν· ὑπὸ γὰρ βίης ῥήγματα ἴσχουσι καὶ σπάσματα. Τοῖς δὲ παιδίοισι ὕδρωπες ἐγγίγνονται ἐν τοῖσι ὄρχισι, ἕως σμικρὰ ἦ· ἔπειτα, προϊούσης τῆς ἡλικίης, ἀφανίζονται· ἡβῶσί τε ὀψὲ ἐν ταύτῃ τῇ πόλι. Περὶ μὲν οὖν τῶν θερμῶν πνευμάτων καὶ τῶν ψυχρῶν καὶ τῶν πολίων τούτων ὧδε ἔχει, ὡς προείρηται.

ε'. Ὁκόσαι δὲ κέαται πρὸς τὰ πνεύματα τὰ μεταξὺ τῶν θερινῶν ἀνατολέων τοῦ ἡλίου καὶ τῶν χειμερινῶν, καὶ ὁκόσαι τὸ ἐναντίον τούτων, ὧδε ἔχει περὶ αὐτέων.

inflammationem contingere, neque admodum exasperari, moresque agrestes potius esse quam mansuetos. Ac viris quidem hi morbi sunt familiares, praeterquam si quis omnes communiter ex temporum anni mutatione invadat. Quod autem ad mulieres attinet, multae ob aquas duras, coctu difficiles et frigidas durae sunt. Neque enim commodae contingunt purgationes menstruae, sed paucae et pravae. Deinde difficulter partum edunt, sed raro abortionibus tentantur. Cum vero pepererunt pueros enutrire non possunt. Lac si quidem aquarum duritate et cruditate exstinguitur. Tabes etiam frequentes a partu contingunt. Prae violentia enim ruptis ac vulsionibus prehenduntur. Pueris vero dum parvi sunt testium tumores aquosi suboriuntur, qui procedente aetate disparent, seroque hac in civitate pubescunt. Ac de ventis quidem calidis et frigidis et iis expositis civitatibus, quemadmodum ante dictum est, ita se res habet.

5. At vero civitates quae ad ventos inter aestivum solis ortum et hibernum sunt expositae et quae iis contrario modo se habent, de his sic se res habet.

ἕλκεα οὐ φλεγματώδεα ἐγγίγνεσθαι, οὐδὲ ἀγριοῦσθαι.] Puto optime haec intelligi, si conferas § 3. initium Status pest. libri Epid. III. Opportune cum ἀγριοῦσθαι composuit ἠμιοῦσθαι Coraës. Nolim φλεγματώδεα interpretari *sordides* cum Coraë et Littréo, nec *pituitosa* cum Corn. — Placet multo magis Foësii accipiendi ratio, quem conf. in Oecon.: quin hanc unice veram esse contendo.

τά τε ἤθεα.] Laudat haec Gal. Quod animi mores. vol. IV. p. 798. Ed. Kühn.

ταῦτα τὰ νοσήματα.] ταῦτα om. Calvus., Foës., Lind., habent tamen cett. Merc. et Zuing. in marg. τάδε τὰ νοσήματα; fortasse haec verior lectio, unde τάδε evanuerit, ita ut postea ταῦτα adscripserint.

στιφραὶ πολλαὶ γίγνονται.] Cod. Par. alter στεριφναί, alter liber Par. et Edd. Bas. Merc., Zuing., Foës. in textu στινφναί. Ald. στριφναί. Gal. gloss. p. 566. ed. Franz. στίφραι (sic.). — Coraës in verss. Avicennae et Calvi *steriles* legit, adeo ut στέριφαι dederit, non sine causa idonea profecto, quippe vocabulum huic loco egregie adaptatum. At potuerunt illi ita στρυφναί etiam Latine reddere. Quidquid est, codd. lectt. στριφναὶ, στεριφναὶ, στρυφναί eodem redeunt, neque e στέριφαι ortae videntur, sed e στρυφναί; quapropter nullus dubitavi, quin Galeni στιφραὶ, quod cum στρυφναί subinde permutatur, recipiendum esset, monente hac de re Rühnk. ad Tim. Lex. p. 169. Vide ceterum ad h. l. Foës. in adnn. et in Oecon.

ἐκτιτρώσκουσι δὲ οὐ σφόδρα.] Vulgo ἐκτιτρώσκουσί τε οὐ σφόδρα. Calvus δὲ legisse videtur, quod Coraï in adnn. prae τε praestare videtur. Equidem de meo iam mutaveram; nam res aperta omnino.

ἀποσβέννυται ἀπὸ τῶν ὑδάτων κ. τ. λ.] Coraës: „j'aimerois mieux ὑπὸ τῶν ὑδάτων." Vereor ut recte. Herm. ad Soph. Electr. vs. 65.: „ὑπό de ipsa causa, per quam quid fiat, dicitur, ἀπό autem de eo, quod occasionem vel opportunitatem praebet, ut aliquid fieri possit."

σπάσματα.] Heringam Obs. critt. p. 44. requirentem σχάσματα merito redarguit Coraës.

5. τὰ πνεύματα τὰ μεταξύ· κ. τ. λ.] τά ante μεταξύ a Coraë de coniectura additum: recte, itaque cum Littréo recepi.

©BIUM

Ὁκόσαι μὲν πρὸς τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου κέαται, ταύτας εἰκὸς εἶναι ὑγιεινοτέρας τῶν πρὸς τὰς ἄρκτους ἐστραμμένων καὶ τῶν πρὸς τὰ θερμὰ, ἢν καὶ στάδιον τὸ μεταξὺ ᾖ. Πρῶτον μὲν γὰρ μετριώτερον ἔχει τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν. Ἔπειτα τὰ ὕδατα ὁκόσα πρὸς τὰς τοῦ ἡλίου ἀνατολάς ἐστι, ταῦτα λαμπρά τε εἶναι ἀνάγκη καὶ εὐώδεα καὶ μαλακὰ καὶ ἐρατεινὰ ἐγγίγνεσθαι ἐν ταύτῃ τῇ πόλι· ὁ γὰρ ἥλιος κωλύει ἀνίσχων καὶ καταλάμπων. Τά τε εἴδεα τῶν ἀνθρώπων εὔχροά τε καὶ ἀνθηρά ἐστι μᾶλλον, ἢν μή τις νοῦσος ἄλλη κωλύῃ. Λαμπρόφωνοί τε οἱ ἄνθρωποι καὶ ὀργήν τε καὶ ξύνεσιν βελτίους εἰσὶ τῶν πρὸς βορέην, εἴπερ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐμφυόμενα ἀμείνω ἐστί. Ἔοικέ τε μάλιστα ἡ οὕτω κειμένη πόλις ἦρι κατὰ

Quae quidem soli orienti sunt expositae, eas salubriores esse par est his, quae ad septentriones et ventos calidos obversae sunt, etsi stadium unum modo intersit. Primum si quidem calor et frigus temperate se habent, deinde aquas, quae solis ortum spectant, omnes limpidas esse et odoratas ac molles et amoenas in hac civitate suboriri necesse est: nam sol quominus tales non fiant prohibet emergens et eas collustrans. Hominum habitus coloratiores et vividiores sunt, nisi alius quis morbus prohibeat. Homines clara voce sunt praediti et melius morati ac prudentiores sunt quam septentrionales, si quidem et reliqua illic nascentia praestantiora sunt. Ac fere sic sita civitas, quod ad calidi et frigidi temperationem attinet, veri similis est, tum etiam morbi

ἢν καὶ στάδιον τὸ μεταξὺ ᾖ.] i. e. ἢν καὶ στάδιον μοῦνον τὸ μεταξὺ ᾖ: nempe καί intensivum h. l. in significatione rei minutae, vulgo vero in rei insignis notatione usurpatur in eiusmodi formulis.

πρῶτον μὲν γὰρ κ. τ. λ.] Ita scripsi e Coraïs coniectura. Vulgo πρότερον, qui comparativus quin e seq. μετριώτερον ortus sit, nullus ego dubito, ita ut eruditissimi viri emendationem lubens amplectar.

ταῦτα λαμπρά τε εἶναι.] Pro ταῦτα ferunt πάντα Ald., Bas., Merc., Zuing., cod. Par. uterque notante Coraë, alter tantum notante Littréo.

καὶ ἐρατεινὰ ἐγγίγνεσθαι ἐν ταύτῃ τῇ πόλι.] ἢ ἐρατεινά Ald. — Coraën ἐγγίγνεσθαι post εἶναι illatum offendebat, itaque ἐμπίνεσθαι coniecit, quam coniecturam in altera Editione recepit. Recte eam repudiavit Littréus. Infinitivi εἶναι et ἐγγίγνεσθαι tanto a se intervallo distant, ut posterior, pleonastice si velis, facile inferri possit.

ὁ γὰρ ἥλιος κωλύει ἀνίσχων καὶ καταλάμπων. [τὸ γὰρ ἐωθινὸν ἑκάστοτε αὐτὸς ὁ ἠὴρ ἐπίσχει ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.] Describo hic uncinis intercepta quae e contextu eieci, ut commodius aliorum et meam de iis sententiam in hac adnotatione exponam. — Aem. Portus pro κωλύει legendum censuit κορέει. — Coraï fere praeplacet καλλύνει, si quid eiusmodi sit moliendum, sed tamen maxime vero simile illi videtur legendum esse: ὁ γὰρ ἥλιος κωλύει (vel potius κολούει) τὸν ἠέρα ἀνίσχων καὶ καταλάμπων. — In iis, quae uncinis inclusi, pro αὐτὸς ὁ ἠήρ, quod profecto sensu cassum, αὐτόσε ἠήρ coniecit Coraës: tum vero ἐπίσχει Mack. et Coraës habent, vulgo ἐπιχεῖ, Sept. Merc. ἐπιλεῖ (sic), sed tum hic tum Zuing. in marg. ἐπέχει et κατέχει, quorum hoc dedit Lind., illud Littréus. Huius autem ms. Latinum habet: „sol enim prohibet emergens et comprehendens matutinum ros plerumque," itaque verosimiliter, quod recte animadvertit Littréus, legit καταλαμβάνων huius versionis auctor. — Sunt haec fere quae superiores interpretes ad h. l. animadverterunt; mihi longe diversa ratio ineunda videtur. — Offendunt me verba τὸ γὰρ ἐωθινὸν ἑκάστοτε αὐτὸς ὁ ἠὴρ ἐπίσχει, s. ἐπέχει ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. — Nempe § 6. verbis αἴτιον δὲ ὅτι ὁ ἠὴρ τὸ ἐωθινὸν κατέχει ὡς ἐπιτοπολύ κ. τ. λ. idem hoc in causa esse dicit, quare aquae in civitatibus contrarium situm habentibus limpidae esse non possint, ita ut cum loco nostro minime congruat et a recentiore lectore ad illum in margine olim adscriptum fuisse arbitrer, et e § 6. translatum, qua ratione postea in textum invectum fuerit. Hinc explicandam censeo verborum scripturam admodum vitiosam, nam neque ἑκάστοτε quare ponatur satis intelligo, praecedente τὸ ἐωθινόν, neque αὐτὸς ὁ ἠήρ quid significet scias. Itaque verba ista resecanda mihi visa sunt. Sed ὁ γὰρ ἥλιος κωλύει ἀνίσχων καὶ καταλάμπων nihil habet, me iudice, quod offendat, modo rite interpreteris. Nimirum intelligendum est ex ellipsi: si quidem plene dixisset: ὁ γὰρ ἥλιος κωλύει αὐτὰ μὴ οὐκ εὐώδεα καὶ μαλακὰ καὶ ἐρατεινὰ γίγνεσθαι ἀνίσχων καὶ καταλάμπων. Video iam Calvum eodem modo accepisse, qui Latine dedit: „Sol enim cum oritur, perlustrat, purgat, *prohibetque contraria gigni.*" Nempe verbum κωλύει vix *castigat* significat, quo modo accipit Corn.: quod autem Foës. habet *eas reprimit*, id nemo intelligit. Nec tamen locus corruptelae indicia ulla habet. Ellipsin vero eiusmodi cum linguae Gr. indole non pugnare facile quivis videt, qui libros hoc sermone conscriptos triverit. Conf. Platonis locos v. c. a Stallb. in indicibus ad hunc auctorem indicatos. Inprimis loco nostro mens attendenda ad ἀνάγκη et κωλύει, quae sibi respondent.

ἀνθηρά ἐστι μᾶλλον, ἢν μή τις νοῦσος ἄλλη κωλύῃ.] Gadald., Sept. Mack., mss. nonnulla Foësii: μᾶλλον ἢ ἄλλα, ἢν μή τις νοῦσος κωλύῃ. — Aldus ἄλλῃ asterisco notavit, neque difficultate carere videtur Coraï. Calvus *morbus peculiaris* Latine dedit. Mihi ἄλλῃ recte habere videtur et νοῦσος ἄλλη h. l. intelligendum de morbo alio quocumque, non ab aquarum regionisque vitio repetundo. Littréus ἄλλῃ omisit.

λαμπρόφωνοί τε.] Cf. Gal. Kühn. IV. p. 798.

καὶ ὀργήν τε κ. τ. λ.] Pessime Foësius ὀργήν per *iracundiam* exposuit. Cf. § 32. sub fin. τὰ ἤθεα καὶ τὰς ὀργάς. Hesych. ὀργή· τρόπος. ubi vid. interpretes.

εἴπερ καὶ τὰ ἄλλα.] Illud εἴπερ in ἥπερ mutavit Coraës in altera Edit., quum iam in priore ἥπερ vel ὥσπερ desiderare se significasset. Coraën secutus est Littréus. Verum frustra uterque locum tentat; nam εἴπερ *quandoquidem* h. l. egregie quadrat. Cf. Lex. Herod. in εἰ.

©BIUM

τὴν μετριότητα τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ· τά τε νοσεύματα ἐλάσσω μὲν γίγνεται καὶ ἀσθενέστερα, ἔοικε δὲ τοῖσι ἐν τῇσι πόλισι γενομένοισι νοσεύμασι τῇσι πρὸς τὰ πνεύματα τὰ θερμὰ ἐστραμμένῃσι. Αἵ τε γυναῖκες αὐτόθι ἀρικύμονές εἰσι σφόδρα καὶ τίκτουσι ῥᾳδίως. Περὶ μὲν τούτων ὧδε ἔχει.

ς'. Ὁκόσαι δὲ πρὸς τὰς δύσιας κέαται καὶ αὐτῇσί ἐστι σκέπη τῶν πνευμάτων τῶν ἀπὸ τῆς ἠοῦς πνεόντων, τά τε θερμὰ πνεύματα παραρρεῖ καὶ τὰ ψυχρὰ τὰ ἀπὸ τῶν ἄρκτων, ἀνάγκη ταύτας τὰς πόλιας θέσιν κέεσθαι νοσερωτάτην. Πρῶτον μὲν γὰρ τὰ ὕδατα οὐ λαμπρά· αἴτιον δὲ ὅτι ὁ ἠὴρ τὸ ἐωθινὸν κατέχει ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ὅστις τῷ ὕδατι ἐγκαταμιγνύμενος τὸ λαμπρὸν ἀφανίζει· ὁ γὰρ ἥλιος πρὶν ἄνω ἀρθῆναι οὐκ ἐπιλάμπει. Τοῦ δὲ θέρεος ἕωθεν μὲν αὖραι ψυχραὶ πνέουσι καὶ δρόσοι πίπτουσι· τὸ δὲ λοιπὸν ὁ ἥλιος ἐγκαταδύνων ὥστε μάλιστα διέψει τοὺς ἀνθρώπους, διὸ καὶ ἀχρόους τε εἰκὸς εἶναι καὶ ἀρρώστους, τῶν τε νοσευμάτων πάντων μετέχειν μέρος τῶν προειρημένων, ὧν οὐδὲν αὐτοῖσι ἀποκέκριται. Βαρυφώνους τε εἰκὸς εἶναι καὶ βραγχώδεας διὰ τὸν ἠέρα, ὅτι ἀκάθαρτος ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ αὐτόθι γίγνεται καὶ νοσώδης· οὔτε γὰρ ὑπὸ τῶν βορείων ἐκκρίνεται σφόδρα· οὐ γὰρ προσέχουσι τὰ πνεύματα· ἅ τε προσέχουσι αὐτοῖσι καὶ προσκεῖνται, ὑδατεινότατά ἐστι· ἐπεὶ τοιαῦτα τὰ ἀπὸ τῆς ἑσπέρης πνεύματα· ἔοικέ τε μετοπώρῳ μάλιστα ἡ θέσις ἡ τοιαύτη τῆς πόλιος κατὰ τὰς τῆς ἡμέρης

quidem pauciores et debiliores gignuntur, eorumque morborum sunt similes qui in civitatibus, quae ad calidos ventos spectant, oriuntur. Et mulieres illic valde foecundae evadunt facileque pariunt. Ac de his hoc quidem habet modo.

6. At vero quae ad occasus sunt expositae et a ventis, qui ab oriente spirant obtectae, tum a calidis ventis, tum etiam frigidis a septentrione leviter perflantur, harum urbium situm maxime morbo esse obnoxium necesse est. Primum siquidem aquae minime sunt limpidae. Cuius rei causa est, quod nebula plurimum matutinum tempus occupat, quae aquae admixta illius splendorem obscurat. Neque enim nisi in altum evectus sol eas illustrat. Per aestatem vero mane quidem aurae frigidae spirant et ros decidit: de reliquo vero ad ipsas sol se demittens quam maxime homines percoquit. Quare et decolores eos esse par est et infirmos, praedictorumque omnium morborum participes esse, cum nulla ex parte ab eis separentur. Gravem etiam et raucam vocem eos habere est consentaneum, ob aërem, qui isthic ut plurimum impurus et morbosus exsistit. Neque enim ab aquilonibus multum perpurgatur, cum non assidue perflent isti venti; qui vero assidue perflant iisque incumbunt, aquosissimi sunt, quippe venti ab occasu spirantes ita fere habent. Situs autem eiusmodi civitatis auctumno maxime est similis, quoad diei mutationem, quod multum inter matutinum et vespertinum tempus intercedit. Ac

τὰ πνεύματα τὰ θερμά.] Voces transposui: legebatur olim τὰ θερμὰ τὰ πνεύματα, in qua lect. Coraës alterum τά delevit. — Facilius fero quod paulo superius legitur τὰ ἄλλα τὰ ἐμφυόμενα, licet praetulerim τὰ ἐμφυόμενα τὰ ἄλλα, si quidem codd. praeberent.

αἵ τε γυναῖκες αὐτόθι ἀρικύμονές εἰσι σφόδρα.] Vulgo ἐναρικύμονες. Coraës in prima Ed. αὐτόθεν ἀρικύμονες, — in altera αὐτόθι ἀρικύμονες. Nempe ἀρικύμων frequentius legi, ἐναρικύμων ex h. l. solo in Lexica translatum dicit; tum vero ἐν, quod maiorem vim vocis significationi addere debere videatur, supervacaneum illi est, quum ἀρικύμων iam intensam significationem habeat, sine ἐν praefixo. — Neque ego isti ἐναρικύμονες habeo fidem, minime sane quum ἐναρίμβροτος cogitem; itaque aut ab aliquo, cui hoc compositum ob mentem versabatur, invectum puto, aut ortum debere ἐν dittographiae αυτόθι.

6. καὶ τὰ ψυχρὰ τὰ ἀπὸ τῶν ἄρκτων.] τά ante ἀπό de meo adscripsi. Cett. non habent.

τὸ δὲ λοιπὸν ὁ ἥλιος ἐγκαταδύνων.] De meo ὁ adscripsi.

τῶν τε νοσευμάτων πάντων μετέχειν μέρος τῶν προειρημένων, ὧν οὐδὲν αὐτοῖσι ἀποκέκριται.] In hisce ὧν Coraë duce adscripsi. Parum placet Littréi coniectura καὶ οὐδὲν αὐτέοισι ἀποκέκριται. Notemus μετέχειν μέρος. Saepius μετέχειν cum nominibus μέρος et μοῖραν coniunctum legitur.

ἐπεὶ τοιαῦτα τὰ ἀπὸ τῆς ἑσπέρης πνεύματα· ἔοικέ τε μετοπώρῳ μάλιστα ἡ θέσις ἡ τοιαύτη τῆς πόλιος κατὰ τὰς τῆς ἡμέρης μεταβολάς.] Cod. alter Paris., Ald., Bas.: ἐπεὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἑσπέρης πνεύματα ἔοικεν εἴτε μεθοπώρῳ

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 389 sur 880

©BIUM

μεταβολὰς, ὅτι πολὺ τὸ μέσον γίγνεται τοῦ τε ἐωθινοῦ καὶ τοῦ πρὸς τὴν δείλην. Περὶ μὲν πνευμάτων, ἅ τέ ἐστι ἐπιτήδεια καὶ ἀνεπιτήδεια, ὧδε ἔχει.

ζ'. Περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ὑδάτων βούλομαι διηγήσασθαι, ἅ τέ ἐστι νοσώδεα, καὶ ἃ ὑγιεινότατα, καὶ ὁκόσα ἀφ' ὕδατος κακὰ εἰκὸς γίγνεσθαι, καὶ ὅσα ἀγαθά· πλεῖστον γὰρ μέρος ξυμβάλλεται ἐς τὴν ὑγίειαν. Ὁκόσα μὲν οὖν ἐστι ἑλώδεα καὶ στάσιμα καὶ λιμναῖα, ταῦτα ἀνάγκη τοῦ μὲν θέρεος εἶναι θερμὰ καὶ παχέα καὶ ὀδμὴν ἔχοντα, ἅτε οὐκ ἀπόρρυτα ἐόντα· ἀλλὰ τοῦ τε ὀμβρίου ὕδατος ἐπιτρεφομένου αἰεὶ νέου, τοῦ τε ἡλίου καίοντος, ἀνάγκη ἄχροά τε εἶναι καὶ πονηρὰ καὶ χολώδεα· τοῦ δὲ χειμῶνος παγετώδεά τε καὶ ψυχρὰ καὶ τεθολωμένα ὑπό τε χιόνος καὶ παγετῶν, ὥστε φλεγματωδέστατα εἶναι καὶ βραγχωδέστατα· τοῖσι δὲ πίνουσι σπλῆνας μὲν αἰεὶ μεγάλους εἶναι καὶ μεμυωμένους καὶ τὰς γαστέρας σκληράς τε καὶ λεπτὰς καὶ θερμὰς, τοὺς δὲ ὤμους καὶ τὰς κληῖδας καὶ τὸ πρόσωπον καταλελεπτύσθαι· ἐς γὰρ τὸν σπλῆνα αἱ σάρκες ξυντήκονται,

de ventis quidem convenientesne sint nec ne, sic se res habet.

7. Deinceps vero de aquis nobis commemorandum est et quae morbosae et quae saluberrimae exsistant, et quae ab aqua tum mala tum bona provenire aequum est. Plurimum enim momenti ad sanitatem confert. Quae igitur sunt palustres et stabiles et lacustres, eas per aestatem quidem calidas crassas et olidas esse necesse est. Cum enim non perfluant sed semper novo imbre accedente augeantur et a sole exurantur, eas decolores esse et pravas et biliosas necesse est. Per hiemem vero glaciatas et frigidas, et tum a nive, tum a glacie returbidas, adeoque maxime pituitam gignere et raucedinem excitare. Bibentibus autem lienes semper magnos esse et compressos, ventres vero duros et tenues ac calidos. Humeros vero et iugula et faciem extenuari. In lienem enim carnes colliquescunt, ideoque graciles sunt. Tales vero edaces et siticulosos esse necesse est, ventresque tum superiores, tum inferiores siccissimos ha-

μάλιστα ἡ θέσις. Similiter alter cod. Par. et Foës., id unum si excipias, quod μετοπώρῳ scribunt. — Merc. et Zuing. ἐπεὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἑσπέρης πνεύματα. ἔοικε τῷ μετοπώρῳ μάλιστα ἡ θέσις: — in marg. εἴτε ad ἐπεί et ἥ τε θέσις pro ἡ θέσις. Lind. illud ἥ τε θ. recepit, ceterum lect. Merc. et Zuing. secutus. Similiter Corn. in Latinis suis. Calvus ἀπὸ τῆς ἑσπ. legisse videtur. — Mack. ἐπεὶ τοιαῦτα τὰ ἐπὶ τῆς ἑσπέρης πνεύματα ἔοικε τῷ μετοπώρῳ μάλιστα ἡ θέσις, quam lect. Foës. in adnn. ad h. l. e mss. expromsit, sed ita ut ἔοικέ τε μ. scripserit; denique vir praestantissimus hanc insuper retulit loci scripturam: εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς ἑσπέρης πνεύματα ἔοικε· τῷ μετοπώρῳ μάλιστα εἴτε ἡ θέσις. — Calvus ἡ θέσις ταύτης τῆς π. legisse videtur. Lind., Mack., Coraës τὰς τῆς ἡμ. cett. τάς τε ἡμ. — Equidem, quidquid dicat Littréus, ἀπὸ τῆς ἑσπ. cum Coraë dedi. Sed opinor in varr. lectt. illis apud Zuing. et Merc., εἴ τε et ἥ τε, latere εἴ γε et ἥ γε. Quid? quod probabiliter hoc modo quoque locum scripseris: ἐπεὶ τοιαῦτα τὰ ἀπὸ τῆς ἑσπέρης πνεύματα· ἔοικε τε μετοπώρῳ μάλιστα ἥ γε θέσις τῆς πόλιος κατὰ τὰς τῆς ἡμέρης μεταβολάς. In qua scriptura, quam fere praetulerim, τῆς rursus δεικτικῶς sumendum, quod itidem facere oportet in Coraïs loci lectione.

περὶ μὲν πνευμάτων.] Coraës voluit: περὶ μὲν οὖν πνευμάτων. Non male quidem ille, nec tamen ita scribere debuit Hippocrates.

7. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ὑδάτων.] Mercurialis hîc amplum inseruit locum e lib. de Natura pueri, cuius rei mentionem factam non esse a Foësio, Coraë, Littréo miror.

ὁκόσα μὲν οὖν.] Locum adferunt Gal. comm. in lib. de Humorr. p. 364. 535. Athen. lib. II.

τοῦ μὲν θέρεος.] Ita Merc., Zuing., Coraës, Littr., θέρους cett.

ἀπόρρυτα ἐόντα.] ἀπορρέοντα Gal. l. l. ad lib. de Hum.

ἐπιτρεφομένου αἰεὶ νέου.] — ἐπιφερομένου Lind., Mack., quippe Foës. suspicabatur Corn. id legisse, quum Latine habeat: „aqua pluvia semper nova inferatur." Apposite ad hoc ἐπιτρέφεσθαι pro ἐπιφέρεσθαι Coraës confert Herodot. II. 121. ἐπιτραφέντων βασιλέων et 102. τοῦ ἐπὶ τούτοισι γενομένου βασιλέος. Conf. Lex. Herod., ubi idem locus exponitur. Αἰεί Ald., Bas., Merc., Zuing., Cor., Littr., ἀεί cett.

εἶναι καὶ βραγχωδέστατα.] Haec verba deficiunt in Ald. et apud Gal. l. l. p. 364. — Pag. 436. lego ὑπό τε χιόνος καὶ παγετῶν, ὥστε φλεγματωδέστατα εἶναι: itaque verba duo postrema ibi loci in Ed. Kuhnii habentur, quae in libro, quo Coraës usus est, deficiebant, (vid. Vol. I. p. 134. Ed. Cor.) — Supra iam significavi Kühnium et Coraën diversis huius commentarii exemplaribus usos esse.

μεμυωμένους.] Conferendi ad hoc vocabulum Foës. in adnn. p. 329. Coraës p. 95. Vol. II. Neque mihi placet Heringae ratio, qua μεμυλωμένους tentat: nihil mutandum.

καταλελεπτύσθαι.] καταλεπτοῦσθαι Merc., Zuing., codd. nonnulli Foësii. Coraës ad λεπτύνω — λεπτόω adscribit: ἀμβλύνω· — ἀμβλόω, ἀνδρύνω — ἀνδρόω, κακύνω — κακόω, ὁμαλύνω — ὁμαλόω, τραχύνω — τραχόω, saepiusque Iones formam per οω praetulisse refert.

αἱ σάρκες ξυντήκονται.] αἱ σάρκες πρὸς διεφθαρμένον αἷμα ξυντήκονται Chart. — Explicatio recentiorum Graeco-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 390 sur 880

©BIUM

διότι ἰσχνοὶ εἰσι· ἐδωδούς τε εἶναι τοὺς τοιούτους καὶ διψηρούς· τάς τε κοιλίας ξηροτάτας τε καὶ θερμοτάτας καὶ τὰς ἄνω καὶ τὰς κάτω ἔχειν, ὥστε τῶν φαρμάκων ἰσχυροτέρων δεῖσθαι. Τοῦτο μὲν τὸ νόσημα αὐτοῖσι ξύντροφόν ἐστι καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος. Πρὸς δὲ τούτοισι ὕδρωπες καὶ πλεῖστοι γίγνονται καὶ θανατωδέστατοι· τοῦ γὰρ θέρεος δυσεντερίαι τε πολλαὶ ἐμπίπτουσι καὶ διάρροιαι καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι πολυχρόνιοι· ταῦτα δὲ τὰ νοσεύματα μηκυνθέντα τὰς τοιαύτας φύσιας ἐς ὕδρωπας καθίστησι καὶ ἀποκτείνει. Ταῦτα μὲν αὐτοῖσι τοῦ θέρεος γίγνεται· τοῦ δὲ χειμῶνος τοῖσι νεωτέροισι μὲν περιπνευμονίαι τε καὶ μανιώδη νοσεύματα, τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι καῦσοι διὰ τὴν τῆς κοιλίης σκληρότητα. Τῇσι δὲ γυναιξὶ οἰδήματα ἐγγίγνεται καὶ φλέγμα λευκόν· καὶ ἐν γαστρὶ ἴσχουσι μόλις, καὶ τίκτουσι χαλεπῶς· μεγάλα τε τὰ ἔμβρυα καὶ οἰδέοντα· ἔπειτα ἐν τῇσι τροφῇσι φθινώδεά τε καὶ πονηρὰ γίγνεται· ἥ τε κάθαρσις τῇσι γυναιξὶ οὐκ ἐπιγίγνεται χρηστὴ μετὰ τὸν τόκον. Τοῖσι δὲ παιδίοισι κῆλαι ἐπιγίγνονται· μάλιστα δὲ τοῖσι ἀνδράσι κιρσοὶ καὶ ἕλκεα ἐν τῇσι κνήμῃσι, ὥστε τὰς τοιαύτας φύσιας οὐχ οἷόν τε μακροβίους εἶναι, ἀλλὰ προγηράσκειν τοῦ χρόνου τοῦ ἰκνευμένου. Ἔτι δὲ αἱ γυναῖκες δοκέουσι ἔχειν ἐν γαστρὶ καὶ, ὁκόταν ὁ τόκος ᾖ, ἀφανίζεται τὸ πλήρωμα τῆς γαστρός.

bere et calidissimos proindeque medicamentis valentioribus indigere. Hic quidem morbus ipsis et per aestatem et per hiemem est consuetus. Ad haec etiam aquae inter cutem tum frequentes tum maxime lethales contingunt. Multae enim intestinorum difficultates et alvi profluvia per aestatem incidunt et febres etiam quartanae diuturnae. Hi autem morbi cum longius producuntur, huiusmodi naturas ad aquam inter cutem deducunt et perimunt. Et hi quidem morbi ipsis per aestatem contingunt. Per hiemem vero iunioribus pulmonum inflammationes et insaniae, senioribus autem febres ardentes, ob ventris duritiem. Mulieribus vero tumores proveniunt et pituita alba, vixque concipiunt et cum difficultate foetus magnos et tumidos pariunt, quique postea dum educantur contabescunt et deteriores evadunt. Neque bona post partum mulieribus purgatio contingit. Pueris vero herniae potissimum superveniunt et varices viris tibiarumque ulcera, ut proinde eiusmodi naturae longae esse vitae nequeant, sed ante tempus senescant. Praeterea mulieres sibi praegnantes videntur et cum pariendi tempus instat, ventris moles evanescit.

rum doctrinas medicas sapit, lienem sanguinis repurgamenta accipere tradentium.

τάς τε κοιλίας.] Coraës e Gal. τὰς δὲ κ. citat. Equidem p. 436. Comm. in lib. de Hum. τε lego. ut fert vulgata lectio.

ξηροτάτας τε καὶ θερμοτάτας.] Vulgo ξηροτάτας τε καὶ τὰς ἄνω. Merc. ξηροτάτας asterico notat et in marg. θερμοτάτας habet, aeque ac Zuing. — Corn. „ventres calidissimos." — Coraës, Littréus τε deleverunt, ille tamen suspicatur locum olim scriptum fuisse, quemadmodum ego iam exhibeo. Vere quidem; τε omnino indicat aliquid deësse.

τοῦτο μὲν τὸ νόσημα.] Vid. Gal. l. l. p. 352.

ὕδρωπες καὶ πλεῖστοι γίγνονται καὶ θανατωδέστατοι.] Vulgo οἱ ὕδρωπες, ego articulum abundantem omnino delevi. Vulgo τε καὶ πλ. Cor. primus τε delevit, coll. Gal. l. l. p. 436.

καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι πολυχρ.] Vulgo καὶ πυρετοί τε τεταρτ. π. — Lind. καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοί τε καὶ π. Mack. καὶ πυρετοί τε τεταρταῖοί τε καὶ π. — Cum Coraë et Littréo e vulgata τε eieci codicis Par. auctoritate.

τοῖσι δὲ π. κῆλαι ἐπιγίγνονται· μάλιστα δὲ τοῖσι ἀνδράσι κιρσοί.] Vulgo ἐπιγίγνονται μάλιστα καὶ τοῖσι ἀνδράσι κιρσοί. Cod. alter Par. pro καί fert δέ, quod recepi, simulque ante μάλιστα distinxi. Alia denique lectio est μάλιστα μὲν κ. τ. λ.

ἀφανίζεται..] Ita Cor. Littr. e cod. altero Paris. — ἀφανίζηται cett. manifesto librariorum errore.

τὸ πλήρωμα τῆς γαστρός.] Sequebantur h. l. in vulgato textu: τοῦτο δὲ γίγνεται ὑπὸ ὕδρωπος, ὁκόταν ὑδρωπιήσωσι αἱ ὑστέραι. Verum ex his ὑπὸ ὕδρωπος abest e cod Gadald., e mss. quibusdam Foësii et Latino libro Littréi. Omiserunt vero ὑπὸ ὕδρωπος Calv., Sept., Cor., Littr. — Me iudice haec verba sive addito, sive demto ὑπὸ ὕδρωπος legamus, referunt adnotationem recentiorem marginalem, similem illi quam ad ἱππάκην delevimus § 25. — Cum glossa quam deleo cf. lib. de mm. mull. § 59. initio Ed. Littréi.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 391 sur 880

©BIUM

η'. Τὰ μὲν τοιαῦτα ὕδατα νομίζω μοχθηρὰ εἶναι πρὸς ἅπαν χρῆμα· δεύτερα δὲ ὅσων ἂν εἶεν αἱ πηγαὶ ἐκ πετρέων· σκληρὰ γὰρ ἀνάγκη εἶναι· ἢ ἐκ γῆς, ὅκου θερμὰ ὕδατά ἐστι, ἢ σίδηρος γίγνεται, ἢ χαλκὸς, ἢ ἄργυρος, ἢ χρυσὸς, ἢ θεῖον, ἢ στυπτηρία, ἢ ἄσφαλτον, ἢ νίτρον· ταῦτα γὰρ πάντα ὑπὸ βίης γίγνονται τοῦ θερμοῦ. Οὐ τοίνυν οἷόν τε ἐκ τοιαύτης γῆς ὕδατα ἀγαθὰ γίγνεσθαι, ἀλλὰ σκληρά τε καὶ καυσώδεα, διουρέεσθαί τε χαλεπὰ καὶ πρὸς τὴν διαχώρησιν ἐναντία εἶναι. Ἄριστα δὲ ὁκόσα ἐκ μετεώρων χωρίων ῥέει καὶ λόφων γεηρῶν· αὐτά τε γάρ ἐστι γλυκέα καὶ λεπτὰ καὶ τὸν οἶνον φέρειν ὀλίγον οἷά τέ ἐστι· τοῦ τε χειμῶνος θερμὰ γίγνεται, τοῦ δὲ θέρους ψυχρά· οὕτω γὰρ ἂν εἴη ἐκ βαθυτάτων πηγέων. Μάλιστα δὲ ἐπαινέειν ὧν τὰ ῥεύματα πρὸς τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου ἐρρώγασι καὶ μᾶλλον πρὸς τὰς θερινάς· ἀνάγκη γὰρ λαμπρότερα εἶναι καὶ εὐώδεα καὶ κοῦφα. Ὁκόσα δέ ἐστι ἁλυκὰ καὶ ἀτέραμνα καὶ σκληρὰ, ταῦτα μὲν πάντα πίνειν οὐκ ἀγαθά. Εἰσὶ δ' ἔνιαι φύσιες καὶ νοσεύματα, εἰς ἃ ἐπιτήδειά ἐστι τὰ τοιαῦτα ὕδατα πινόμενα, περὶ ὧν φράσω αὐτίκα. Ἔχει δὲ καὶ περὶ τούτων ὧδε· ὁκόσων μὲν αἱ πηγαὶ πρὸς τὰς ἀνατολὰς ἔχουσι, ταῦτα μὲν ἄριστα αὐτὰ ἑωυτῶν ἐστί· δεύτερα δὲ τὰ μεταξὺ τῶν θε-

8. Ac huiusmodi quidem aquas quovis nomine pravas esse censeo. Secundo loco eas, quarum fontes in saxosis locis sunt, quas duras esse necesse est, aut e terra ubi calidae aquae exsistunt, aut ferrum nascitur, aut aes, aut argentum, aut aurum, aut sulphur, aut alumen, aut bitumen, aut nitrum. Haec enim omnia caloris vi proveniunt. Neque enim fieri potest ut ex huiusmodi terra bonae aquae nascantur, sed durae et aestuosae, quaeque per urinas non facile feruntur et alvi egestioni adversantur. At vero optimae sunt, quae ex sublimibus locis et terrae tumulis profluunt. Hae enim et ipsae per se dulces sunt et tenues, et vinum ferre modicum queunt, per hiememque calidae sunt, per aestatem frigidae. Tales enim ex profundissimis fontibus proveniunt. Maxime vero commendantur, quarum fontes ad solis exortus, praesertimque aestivos decurrunt. Limpidiores enim et boni odoris et leves esse necesse est. Salsae vero et indomitae et durae in totum quidem ut bibantur improbandae. Sunt tamen naturae quaedam et morbi, quibus tales aquae potu sunt commodae, de quibus mox dicam. Ac de his res ita se habet. Quarum quidem fontes ad orientem spectant, eae inter omnes optimae, secundum has, quae sunt inter aestivos solis exortus et occasus, sed praecipue ad exortus. Tertio loco, quae sunt inter occasus

8. *νομίζω μοχθηρὰ εἶναι πρὸς ἅπαν χρῆμα.*] Verba *πρὸς ἅπαν χρῆμα* in altero cod. Par. deficiunt. Calvus habet: „deinde aquas pessimas esse duco, quae calidae sunt, quaeque scaturiunt, ubi ferrum." Ita ut tum insignem illum h. l. lacunam vidisse constet, tum verba confusa fuisse in eius mss., quod iam animadvertit Coraës.

ὅσων ἂν εἶεν.] — *ἄν*, quod ob superioris voculae literas postremas facile interierit, de meo revocavi.

ἢ ἐκ γῆς ὅκου.] Ita Coraës, Littr. e ms. Gadald. vulgo *ἢ εἴτε ὅκου.*

οὐ τοίνυν οἷον τε — διουρέεσθαί τε χαλεπά.] Ita locum restituit Littréus e ms. suo Latino. Viri eruditissimi adnotationem describam: „le texte vulgaire, inquit, omet *οἷον τε* et donne *γίγνεται* et *διουρέεται* sans *τε*. La marge de Zuing. donne *ἐστιν* comme variante de *εἶναι*, variante qui serait indispensable, si on laissait subsister les autres indicatifs. (Scilicet hac quidem de re mox dicam ad § 9.) Baccius a *ἡ* avant *ἐναντία*. Coray a corrigé cette phrase en mettant *τε* après *διουρέεσθαι* et *ἀναγκαίη* avant *εἶναι*. La correction que j'ai imprimée est donnée par le ms. Latin 7027: non ergo putant (*οἴονται*, c'est à dire *οἷόν τε*, faute que le traducteur latin a faite plusieurs fois) de tali terra aquas optimas nasci, sed magis duras et insuaviores et ad mictionem pessimas et de ventris exitu contrarias esse. A la réstauration ingenieuse mais conjecturale de Coray j'ai préféré une leçon antique."

καυσώδεα.] Calvus insuper *νοσώδεα* legisse videtur.

αὐτά τε γάρ ἐστι γλυκέα καὶ λεπτά.] *λεπτά* conieceram pro *λευκά*, quia in Epid. libris haec nomina frequenter permutata videram. Postea vidi etiam Coraën in altera Edit. *λεπτά* exhibuisse. Locum hunc laudat Athen. II. p. 46. c.

τοῦ τε χειμῶνος.] *τε χειμ.* h. l. legendum esse conieci dudum antequam alteram Coraïs Edit. videram, in qua eodem modo scripsit. Vulgo *τοῦ δὲ χειμῶνος.*

ταῦτα μὲν πάντα πίνειν οὐκ ἀγαθά.] Pro *ταῦτα*, quae Coraïs correctio est, quam recepit Littréus, vulgo *τῷ*. Lind. *τὰ μὲν πάντα.* Merc., Zuing. in marg. *τῷ μὲν παντί*, quod receperunt Chart., Mack. —

δεύτερα δὲ τὰ μεταξύ.] Vulgo *δεύτερα δὲ τῶν τὰ μεταξύ.* — Coraës: „Je lis avec Z. *τῶν, τὰ μεταξύ*: pour que le *τῶν* soit pris dans le sens Ionique de *τούτων*. cet. sans virgule *τῶν τὰ μ.*" — Rectius Littréus contulit quod

©BIUM

ρινῶν ἀνατολέων ἐστὶ τοῦ ἡλίου καὶ δυσίων, καὶ μᾶλλον τὰ πρὸς τὰς ἀνατολάς· τρίτα δὲ τὰ μεταξὺ τῶν δυσμέων τῶν θερινῶν καὶ τῶν χειμερινῶν· φαυλότατα δὲ τὰ πρὸς τὸν νότον καὶ τὰ μεταξὺ χειμερινῆς ἀνατολῆς καὶ δύσιος, καὶ ταῦτα τοῖσι μὲν νοτίοισι πάνυ πονηρὰ, τοῖσι δὲ βορείοισι ἀμείνω.

θ'. Τούτοισι δὲ πρέπει ὧδε χρέεσθαι· ὅστις μὲν ὑγιαίνει τε καὶ ἔρρωται, μηδὲν διακρίνειν, ἀλλὰ πίνειν αἰεὶ τὸ παρεόν· ὅστις δὲ νούσου εἵνεκα βούλεται τὸ ἐπιτηδειότατον πίνειν, ὧδε ἂν ποιέων μάλιστα τυγχάνοι τῆς ὑγιείης. Ὁκόσων μὲν αἱ κοιλίαι σκληραί εἰσι καὶ ξυγκαίειν ἀγαθαὶ εἶναι, τούτοισι μὲν τὰ γλυκύτατα ξυμφέρει καὶ κουφότατα καὶ λαμπρότατα· ὁκόσων δὲ μαλθακαὶ αἱ νηδύες καὶ ὑγραί εἰσι καὶ φλεγματώδεες, τούτοισι δὲ τὰ σκληρότατα καὶ ἀτεραμνότατα καὶ τὰ ὑφαλυκά· οὕτω γὰρ ἂν ξηραίνοιντο μάλιστα· ὁκόσα γὰρ ὕδατά ἐστι ἕψειν ἄριστα καὶ τακερώτατα, ταῦτα καὶ τὴν κοιλίην διαλύειν εἰκὸς μάλιστα καὶ διατήκειν· ὁκόσα δέ

aestivos et hibernos. Deterrimae vero quae ad austrum spectant, quaeque sunt inter hiemalem ortum et occasum. Et hae quidem ventis austrinis flantibus valde pravae, borealibus vero praestantiores.

9. His hoc modo uti convenit. Qui sanus est ac valet, is nullo habito discrimine semper eam, quae adest, bibat. Qui vero morbi causa eam, quae maxime conveniat, bibere volet, is hoc modo praecipue sanitatem consequatur. Quorum quidem ventres duri sunt et prompte succenduntur, iis certe dulcissimae et levissimae et limpidissimae conferunt. Quibus vero ventres inferiores molles sunt, humidi et maxime pituitosi, iis durissimae et maxime coctu difficiles et aliquantulum salsae accommodatae sunt. Hoc enim modo maxime resiccari poterunt. Quae namque aquae coquendo sunt optimae et facile liquescunt, eas ventrem dissolvere ac liquefacere maxime aequum est. Indomitae vero ac durae

infra obvium, τρίτα δὲ τὰ μεταξὺ κ. τ. λ., ideoque τῶν delevit.

φαυλότατα δὲ τὰ πρὸς τὸν νότον καὶ τὰ μεταξὺ χειμερινῆς ἀνατολῆς κ. τ. λ.] χειμ. h. l. Gadald., Baccius, Sept., Lind., Mack., Cor., Littr., θερινῆς cett., quod ferri salvo sano sensu nequit.

καὶ ταῦτα μὲν τοῖσι νοτίοισι πάνυ πονηρά· τοῖσι δὲ βορείοισι ἀμείνω.] — Operae pretium est vidisse quam varie haec accipiant interpretes, Corn. eumque secutus Zuing.: „Et hae quidem ad australes partes valde pravae sunt, ad boreales vero meliores." Foës.: „et hae iis quidem, qui sunt ad austrum valde pravae, iis vero, qui sunt ad septentrionem praestantiores." Grimmius: „und zwar ist solches Wasser für die Südlichen Gegenden äusserst slecht, besser aber für die Nördlichen." Sprengelii in Apol. versio vix interpretatio dici meretur: „die Südlichen Quellen sind also die slechtesten, die Nördlichen aber schon besser." Coraës: „elles sont surtout mauvaises durant les vents du midi et ne se corrigent au peu que par les vents septentrionaux." Eodem redit Littréi interpretatio: „les vents du midi en augmentent les mauvaises qualités, les vents du nord les atténuent." Et cum his quidem omnino consentio: τοῖσι νοτίοισι et τοῖσι βορείοισι omnino de ventis accipiendum, quemadmodum Ep. I. ὕδατα... μαλθακὰ, ὡς ἐν νοτίοισι et § 4. χειμῶνες οὐ κατὰ καιρὸν, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισι πολλοῖσι ὑγροῖ καὶ προεκρηγνύμενοι. — Omnis dubitatio praeciditur collatis § 12. verbis: οὐ γὰρ οἷόν τε ἕτερον ἑτέρῳ ἐοικέναι ὕδωρ ..... ἰσχύει δὲ οὐκ ἀεὶ τὠυτὸ, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλο κατὰ τὰ πνεύματα· τῷ μὲν γὰρ βορέης τὴν ἰσχὺν παρέχεται, τῷ δ' ὁ νότος, καὶ τῶν λοιπῶν πέρι ἐυτὸς λόγος.

9. ὁκόσων μὲν αἱ κοιλίαι σκληραί εἰσι καὶ ξυγκαίειν ἀγαθαὶ εἶναι.] Foës. in libris suis omnibus istum infinitivum εἶναι reperit. Mackius εἰσὶ dedit. Deleverunt illud εἶναι Lind., Coraës, Littr. — Ab his prorsus dissentiendum: nam procul dubio servandum est. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 1070. seq. Quid? quod haud diversa sed similis plane ratio est eorum, quae supra § 8. obvia, καὶ πρὸς τὴν διαχώρησιν ἐναντία εἶναι: neque enim infinitivus iste a praegresso οἷόν τε pendet, quorsum in superioribus referendum γίγνεσθαι, verum εἶναι in fine perinde ac hoc loco absolute ponitur. Describo duos e Sorano locos, ubi alio modo de εἶναι sentio: p. 56. infra, περιληπτέον δὲ καὶ κηρωτῇ τὸν ὄγκον .... μετὰ δὲ τὸν ὀγδόον μῆνα τὸν μὲν τελαμῶνα λυτέον εἶναι, συνεγγιζούσης ἤδη τῆς ἀποτέξεως· συνεργήσει δὲ τὸ βάρος εἰς ὀξυτέραν ἀποκύησιν. — Vides εἶναι in istis omnino miro modo poni, quod fit etiam p. 64. Αἱρεῖσθαι δὲ τούτων τοὺς μὴ ἄγαν δριμεῖς εἶναι μὴ πλείονα συμπαθείαν καὶ θερμασίαν ἐπάγωσι. — Puto legendum esse illo loco λυτέον, ἵνα συνεγγιζούσης ἤδη τῆς ἀποτέξεως συνεργήσῃ δὴ τὸ βάρος κ. τ. λ. — Hoc vero: δριμεῖς, ἵνα μὴ πλείονα συμπαθείαν ... ἐπάγωσι.

τούτοισι δὲ τὰ σκληρότατα.] Notanda in his partitio duplex altera in protasi, altera in apodosi: ὁκόσων μὲν αἱ κοιλίαι σκληραί — τούτοισι μὲν τὰ γλυκύτατα — ὁκόσων δὲ μαλθακαὶ αἱ νηδύες — τούτοισι δὲ τὰ σκληρότατα.

ὑφαλυκά.] Ita Zuing. Vulgo ὑφαλικά. Chart. ὕφαλμα.

οὕτω γὰρ ἂν ξηραίνοιντο.] E Coraïs sententia emendavi vulgatum in Edd. et mss. ξηραίνοιτο. Praefert tamen ἀναξηραίνοιντο, sin sing. num. servatum velis, scribi posse dicit οὕτω γὰρ ἂν ξηραίνοι τὰ μάλιστα. Mihi neutrum placet, posterius prorsus displicet.

καὶ τακερώτατα.] Ita Lind., Mack., Cor., Littr., et ante hos Foës. in adnn. — Cod. Par. alter τὰ καιριώτατα, alter

©BIUM

ἐστι ἀτέραμνα καὶ σκληρὰ καὶ ἥκιστα ἕψειν ἀγαθὰ, ταῦτα δὲ ξυνίστησι μᾶλλον τὰς κοιλίας καὶ ξηραίνει. Ἀλλὰ γὰρ ψευσάμενοί εἰσι οἱ ἄνθρωποι τῶν ἁλμυρῶν ὑδάτων πέρι δι' ἀπειρίην γε ὅτι νομίζεται διαχωρητικὰ εἶναι τὰ ἁλυκά· τὰ δὲ ἐναντιώτατά ἐστι πρὸς τὴν διαχώρησιν· ἀτέραμνα γὰρ καὶ ἀνέψανα, ὥστε καὶ τὴν κοιλίην ὑπ' αὐτῶν στύφεσθαι μᾶλλον ἢ τήκεσθαι. Καὶ περὶ μὲν τῶν πηγαίων ὑδάτων ὧδε ἔχει.

ι'. Περὶ δὲ τῶν ὀμβρίων καὶ ὁκόσα ἀπὸ χιόνος, Φράσω ὅκως ἔχει. Τὰ μὲν οὖν ὄμβρια κουφότατα καὶ γλυκύτατά ἐστι καὶ λεπτότατα καὶ λαμπρότατα· τήν τε γὰρ ἀρχὴν ὁ ἥλιος ἀνάγει καὶ ἀναρπάζει τοῦ ὕδατος τό τε λεπτότατον καὶ κουφότατον· δῆλον δὲ οἱ ἅλες ποιέουσι· τὸ μὲν γὰρ ἁλμυρὸν λείπεται αὐτοῦ ὑπὸ πάχεος καὶ βάρεος καὶ γίγνεται ἅλες· τὸ δὲ λεπτότατον ὁ ἥλιος ἀναρπάζει ὑπὸ κουφότητος. Ἀνάγει δὲ τὸ τοιοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν ὑδάτων μόνον τῶν λιμναίων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐξ ἁπάντων ἐν ὁκόσοισι ὑγρόν τι ἐστι· ἔνεστι δὲ ἐν παντὶ χρήματι· καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων ἀνάγει τὸ λεπτότατον τῆς ἰκμάδος καὶ κουφότατον. Τεκμήριον δὲ μέγιστον· ὅταν ἄνθρωπος ἐν ἡλίῳ βαδίζῃ, ἢ καθίζῃ ἱμάτιον ἔχων, ὁκόσα μὲν τοῦ χρωτὸς ὁ ἥλιος ἐφορᾷ οὐχ ἱδρῴη ἄν· ὁ γὰρ ἥλιος ἀναρπάζει τὸ προφαινόμενον τοῦ ἱδρῶτος, ὁκόσα δὲ ὑπὸ τοῦ ἱματίου ἐσκέπασται, ἢ ὑπ' ἄλλου του, ἱδροῖ· ἐξάγεται μὲν γὰρ ὑπὸ

et quae coquendo minime idoneae, eae ventres magis cogunt et resiccant. At vero de aquis salsis propter imperitiam falluntur quidam, quod alvum solvere existimentur, cum maxime alvi deiectioni repugnent. Indomitae enim sunt et coqui nequeunt, proindeque ab eis venter potius adstringitur quam eliquetur. Ac de fontium quidem aquis hoc modo se res habet.

10. Quae autem ex imbribus colliguntur et ex nive fiunt, quomodo se habeant enarrabo. Aquae igitur ex imbribus collectae levissimae et dulcissimae sunt, tenuissimae et limpidissimae. Nam ante omnia quod in aqua est tenuissimum et levissimum sol sursum educit et attrahit. Id autem sal ipsum ostendit: quod enim in aqua salsum est propter crassitudinem et gravitatem remanet et sal evadit, quod vero tenuissimum est, id propter levitatem sol ad se rapit. Neque vero tale quid ex aquis solum lacustribus sursum educit, verum etiam ex ipso mari et ex omnibus in quibus aliquid humoris inest, quod quavis in re inest. Quin etiam ex ipsis hominibus tenuissimum ac levissimum humorem educit. Cuius rei maximum est indicium, cum homo vestibus indutus in sole ambulaverit aut sederit. Quascumque enim corporis partes sol adspicit, hae nullum sudorem emittunt. Sol enim quidquid sudoris comparet, ad se rapit. Quae vero veste aut alia quavis re conteguntur, hae exsudant. Per vim enim a sole sudor elicitur,

et Ald., Bas., Sept., Foës. τὰ καιρεώτατα, Calvus τὰ καιριώτατα: Zuing., Merc. τηκτότατα, quod hic asterisco notat: uterque in marg. τηκτικότατα.

ἕψειν ἀγαθά.] ἕψανα Baccius Bald. e mss.; arridet hoc Coraïi ob seq. ἀνέψανα sub finem §.

ψευσάμενοί εἰσι οἱ ἄνθρωποι τῶν ἁλμυρῶν ὑδάτων πέρι δι' ἀπειρίην γε ὅτι νομίζεται διαχωρητικὰ εἶναι τὰ ἁλυκά.] In his γε de meo scripsi pro vulgato καί, quippe ita facere malui quam κατότι substituere cum Coraë. Vulgata lectio utique corrupta est, καὶ ὅτι sensu idoneo caret. Verba εἶναι τὰ ἁλυκά vulgo deficiunt; habentur in altero cod. Par. et apud Zuing. et Merc. in marg. Lind. solum εἶναι recepit. Noster ad νομίζεσθαι, similia alia, vulgo εἶναι adponere solet v. c. § 17. καὶ αἱ ἰσημερίαι νομιζόμεναι εἶναι ἀμφότεραι: idem Herodoto, Graecis omnino frequens. Neque sane in nostri oratione offendit ἁλυκά brevi post ἁλμυρῶν illatum.

πηγαίων.] Ita cod. alter Par.: πηγέων vulgo frequenti librariorum errore.

10. δῆλον δὲ οἱ ἅλες ποιέουσι.] Ita Coraës emendavit vulgatum αἱ ἅλες, quia ἡ ἅλς plur. num. non usurpetur.

οὐκ ἀπὸ τῶν ὑδάτων μόνον.] Coraës ad haec verba: „la version de Calvus, inquit, presente un ordre beaucoup plus naturel: οὐκ ἀπὸ τῶν ὑδάτων μοῦνον τῶν λιμναίων καὶ ἀπὸ τῆς θαλάσσης, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἁπάντων." Me quidem vulgaris horum verborum ordo non offendit. — Ad hunc locum adpono seqq. e lib. de Nat. pueri p. 405. Ed. Kühn.: ὁ δὲ ἥλιος πέσσει καὶ στερεοῖ τὸν καρπὸν, τὸ ὑδαρέστερον πρὸς ἑωυτὸν ἕλκων ἀπ' αὐτοῦ. Ibid. p. 409.: ἡ γῆ τοῦ θέρεος ἀραιή ἐστι καὶ κούφη, ἅτε τοῦ ἡλίου σφοδρότερον προσβάλλοντος καὶ ἕλκοντος ἀπ' αὐτῆς πρὸς ἑωυτὸν τὰς ἰκμάδας.

τῶν ἀνθρώπων ἀνάγει.] Vulgo ἄγει. Secutus sum Coraïs in Ed. altera emendationem.

©BIUM

τοῦ ἡλίου καὶ βιάζεται, σώζεται δὲ ὑπὸ τῆς σκέπης, ὥστε μὴ ἀφανίζεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου· ὁκόταν δὲ εἰς σκιὴν ἀφίκηται, ἅπαν τὸ σῶμα ὁμοίως ἰδίει· οὐ γὰρ ἔτι ὁ ἥλιος ἐπιλάμπει. Διὰ ταῦτα δὲ καὶ σήπεται τῶν ὑδάτων τάχιστα ταῦτα καὶ ὀδμὴν ἴσχει πονηρὴν τὸ ὄμβριον, ὅτι ἀπὸ πλείστων ξυνῆκται καὶ ξυμμέμικται, ὥστε σήπεσθαι τάχιστα. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοισι ἐπειδὰν ἁναρπασθῇ καὶ μετεωρισθῇ περιφερόμενον καὶ καταμεμιγμένον ἐς τὸν ἠέρα, τὸ μὲν θολερὸν αὐτοῦ καὶ νυκτοειδὲς ἐκκρίνεται καὶ ἐξίσταται καὶ γίγνεται ἠὴρ καὶ ὁμίχλη· τὸ δὲ λαμπρότατον καὶ κουφότατον αὐτοῦ λείπεται καὶ γλυκαίνεται ὑπὸ τοῦ ἡλίου καιόμενόν τε καὶ ἑψόμενον· γίγνεται δὲ καὶ τἆλλα πάντα τὰ ἑψόμενα αἰεὶ γλυκέα. Ἕως μὲν οὖν διεσκεδασμένον ᾖ καὶ μή πω ξυνεστήκῃ, φέρεται μετέωρον. Ὁκόταν δέ κου ἀθροισθῇ καὶ ξυστραφῇ ἐς τὸ αὐτὸ ὑπὸ ἀνέμων ἀλλήλοισι ἐναντιωθέντων ἐξαίφνης, τότε καταρρήγνυται ᾗ ἂν τύχῃ πλεῖστον ξυστραφέν. Τότε γὰρ ἐοικὸς τοῦτο μᾶλλον γίγνεσθαι, ὁκόταν τὰ νέφεα ὑπὸ ἀνέμου στάσιν μὴ ἔχοντος ὡρμημένα, ἰόντα καὶ χωρέοντα ἐξαίφνης ἀντικόψῃ

servatur autem a tegumento, ne a sole deleatur. Cum vero ad umbram pervenerit, tum corpus aequaliter sudore diffluit. Neque enim amplius sol affulget. Atque eam ob causam inter aquas etiam hae citissime putrescunt, odoremque pravum habet aqua pluvia et quod ex pluribus collecta est et permixta, proindeque celerrime putrescat. Ad haec quoque cum rapta est et in sublime evecta circumfertur et aëri permiscetur et quod quidem in ea est turbidum et noctem referens excernitur et secedit et vapor et nebula evadit. Limpidissimum vero et levissimum relinquitur et a sole ustum et coctum dulcescit. Quin et cetera omnia quae coquuntur semper dulcia evadunt. Dum igitur dispersa necdum collecta fuerit, sublimis fertur. At ubi coacervata et a ventis inter se adversariis derepente in se coacta fuerit, tum deorsum prorumpit, qua parte copiosa collecta fuerit. Tunc enim istud magis contingere par est cum nubes vento stabilitatem minime habente agitatae ac delatae derepente contrario vento et aliis nubibus occursarint. Hic quidem prima ipsius pars cogitur. Posterior vero insuper accedit eaque ratione crassior et nigrior evadit, ac pondere

ὁμοίως ἰδίει.] Vulgo διίει, unde Coraës illumque secutus Littréus διιεῖ, quo ne opus quidem est. Sed reiiciunt hi Heringae emendationem (Observ. critt. p. 45.) ἰδίει, quam ego unice veram huius loci lectionem esse contendo, adeo ut διίει ne ferri quidem posse censeam. Nempe locum si accuratius perpendamus, videmus Hippocratem supposuisse corpus semper emittere sudorem sive in umbra sive in solis luce sedeat homo; sed in luce solem attrahere sudorem ita ut non conspiciatur, quum simul ac prodit ex corporis superficie a sole abripiatur. Itaque non potuit dicere in umbra totum corpus ὁμοίως διίέναι; nam antea etiam transmisit: sed recte dixerit ὁμοίως ἰδίειν, quia sol neque a nudis, neque a tectis corporis partibus sudorem attrahit, ita ut hic iam ubivis appareat. Attende quaeso mentem ad verba ὁκόσα μὲν τοῦ χιωτὸς ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, οὐχ ἱδρῶτα ἔνι: his enim respondent nostra ὁκόταν δὲ εἰς σκιὴν ἀφίκηται, ἅπαν τὸ σῶμα ὁμοίως ἰδίει. Tum vero cum his compara intermedia, ἐξάγεται μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καὶ βιάζεται (nempe ὁ ἱδρὼς,) σώζεται δὲ ὑπὸ τῆς σκέπης. His collatis me iudice ultro patet διίει s. διιεῖ, quod illi volunt, ne sanum quidem sensum praebere. Heringa verbi ἰδίειν apud veteres usum pluribus locis adlatis ostendit; cf. potest Aristoph. Aves. vs. 791. Ranae vs. 237. Coaca 173., μὴ ἰδίουσιν. Noto, quia in libris Hipp. raro obvium hoc verbum.

οὐ γὰρ ἔτι ὁ ἥλιος ἐπιλάμπει.] Pro ἐπιλάμπει Coraës in adnn. ad priorem Ed. suam ἀπολάπτει requirit, quod in altera exhibuit. Recte Littréus pristinam lectionem servavit: vellem nihil tentasset Coraës. Verum est ex Hipp. sententia

τὸν ἥλιον ἐπιλάμποντα ἀπολάπτειν τὴν ἰκμάδα; nec tamen propterea Coraïs emendationem probo, quum vulgata lectio longe magis cum simplici Hippocratis ratiocinatione sit congrua.

διὰ ταῦτα δὲ καὶ σήπεται τῶν ὑδάτων τάχιστα ταῦτα καὶ ὀδμὴν ἴσχει πονηρὴν τὸ ὄμβριον, ὅτι ἀπὸ πλείστων συνῆκται κ. τ. λ.] Coraës in altera Editione ταῦτα pone τάχιστα delevit. — Licet fatear facile salvo sensu loci abesse posse, nolim tamen affirmare non adscriptum esse ab Hippocrate. Mentem attendere oportet ad pluralia initio § nostrae, quibus collatis puto facile fieri potuisse, ut hic ταῦτα primum poneretur, dein fieret transitus ad numerum singularem.

ἐπειδὰν ἁναρπασθῇ.] Cor. in altera Editione ἐπεὰν ἁναρπασθῇ. Vulgo ἐπειδὰν ἁρπασθῇ: facile omnino praepositio pone ἐπειδάν interire potuit, ita ut lubens ἁναρπασθῇ sim amplexus, sed quare ἐπεὰν intulerit non satis perspicio.

τὸ δὲ λαμπρότατον καὶ κουφότατον.] Vulgo λεπτότατον, sed cod. alter Par. et Gadaldini liber λαμπρότατον, quod cum Coraë (in altera Ed.) recepi, praeferens prae vulgari lectione in oppositione cum praegressis θολερὸν καὶ νυκτοειδές.

γλυκαίνεται ὑπὸ τοῦ ἡλίου καιόμενόν τε καὶ ἑψόμενον.] Cf. librum de Nat. pueri p. 413.: καὶ τὴν μὲν λεπτὴν ἰκμάδα ἀπὸ τοῦ καρποῦ ἀποφέρει, τὴν δὲ παχεῖαν πέσσων ὁ ἥλιος καὶ θερμαίνων γλυκαίνει.

ὁκόταν τὰ νέφεα ὑπὸ ἀνέμου στάσιν μὴ ἔχοντος ὡρμημένα ἰόντα καὶ χωρέοντα ἐξαίφνης ἀντικόψῃ πνεῦμα ἕτερον καὶ ἕτερα νέφεα.] In libris scriptis negatio μή a sede

©BIUM

πνεῦμα ἐναντίον καὶ ἕτερα νέφεα. Ἐνταῦθα τὸ μὲν πρῶτον αὐτοῦ ξυστρέφεται· τὰ δὲ ὄπισθεν ἐπιφέρεταί τε καὶ οὕτω παχύνεται καὶ μελαίνεται καὶ ξυστρέφεται ἐς τὸ αὐτό, καὶ ὑπὸ βάρεος καταρρήγνυται καὶ ὄμβροι γίγνονται. Ταῦτα μὲν οὖν ἐστι ἄριστα κατὰ τὸ εἰκός· δέεται δὲ ἀφέψεσθαι καὶ ἀποσήθεσθαι· εἰ δὲ μή, ὀδμὴν ἴσχει πονηρὴν καὶ βράγχος καὶ βαρυφωνίη τοῖς πίνουσι προσίσταται.

ια'. Τὰ δὲ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων πονηρὰ πάντα· ὁκόταν γὰρ ἅπαξ παγῇ οὐκ ἔτι ἐς τὴν ἀρχαίην Φύσιν καθίσταται, ἀλλὰ τὸ μὲν αὐτοῦ λαμπρὸν καὶ κοῦφον καὶ γλυκὺ ἐκκρίνεται καὶ ἀφανίζεται, τὸ δὲ θολωδέστατον καὶ σταθμωδέστατον λείπεται. Γνοίης δ' ἂν ὧδε· εἰ γὰρ βούλει, ὅταν ᾖ χειμὼν, ἐς ἀγγεῖον μέτρῳ ἐγχέας ὕδωρ, θεῖναι ἐς τὴν αἰθρίην, ἵνα πήξεται μάλιστα, ἔπειτα τῇ ὑστεραίῃ εἰσενεγκὼν εἰς ἀλέαν, ὅπου χαλάσει μάλιστα ὁ παγετὸς, ὁκόταν δὲ λυθῇ, ἀναμετρεῖν τὸ ὕδωρ, εὑρήσεις ἔλασσον συχνῷ.

deorsum prorumpit imbresque oriuntur. Atque has quidem aquas optimas esse rationi est consentaneum, ut tamen excoquantur et excolentur opus habent. Sin minus, odorem pravum obtinent et bibentibus raucitatem et vocis gravitatem adesse aequum est.

11. Pravae vero omnes, quae ex nive et glacie fiunt. Ubi enim semel concreverint, non amplius ad pristinam naturam redeunt. Sed quod in his quidem est splendidum et leve et dulce, excernitur et evanescit, remanet vero quod turbidissimum et ponderosissimum. Quod hac ratione deprehendas. Si enim hiemis tempore vasculum certa aquae mensura affusa, sub dio exponere voles, uti maxime congeletur, deinde postridie in locum calidum delato, ubi glacies maxime liquescat, cumque soluta fuerit, iterum aquam metiaris, aquam multo pauciorem repe-

sua aberraverat et ante ὑπό illata erat. Locum tamen quemadmodum iam cum Lind., Coraë descripsi, acceperunt in interpretatione Latina Corn. et Foës. — Nomen στάσις h. l. me iudice stabilitatem solam significare potest: nam quos Aeschyli versus adfert Coraës.

σκιρτᾷ δ' ἀνέμων
πνεύματα πάντων, εἰς ἄλληλα,
στάσιν ἀντίπνουν ἀποδεικνύμενα,

quibusque probare studet στάσις ἀνέμων Graecis esse *le choc de differens vents;* illi a nostro loco longe diversi sunt. Neque enim in lyrico carmine πνεύματα στάσιν ἀντίπνουν πρὸς ἄλληλα ἀποδεικνύμενα (quippe hoc dilacerare non licet) apte comparatur cum ἄνεμος στάσιν μὴ ἔχων in simplici nostri libelli oratione. Itaque locum iam recte constitutum omnemque de illo controversiam praecisam esse opinor. Ad στάσιν cf. locum e libro de morbo sacro p. 607. Kühnio: ἐν δὲ τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων διὰ τάδε φημὶ ἐπιλήπτους γίνεσθαι καὶ μάλιστα τοῖσι νοτίοισι, ἔπειτα καὶ τοῖσι βορείοισι, ἔπειτα καὶ τοῖσι λοιποῖσι πνεύμασι. ταῦτα δέ ἐστιν ὅσα τῶν πνευμάτων ἰσχυρότατά ἐστι καὶ ἀλλήλοισιν ἐναντιώτατα κατὰ τὴν στάσιν καὶ κατὰ τὴν δύναμιν. ὁ μὲν γὰρ βορέης ξυνίστησι τὸν ἠέρα .... ὁ δὲ νότος τἀναντία τούτῳ ἐργάζεται κ. τ. λ. — Στάσις h. l. omnino, quod nos *de windstreek* vernacula dicimus. Sed dicendum de ὡρμημένα ἐόντα καὶ χωρέοντα, uti vulgata habet; — nimirum cum ὡρμημένα ἐόντα contuli quidem μέλαν ἐόν e loco Progn. de facie § 2., sed hic participium habemus ὡρμημένα, cum quo ἐόντα parum apte construitur, itaque dedi ἰόντα, ut ἰόντα καὶ χωρέοντα coniungerentur. Non opus est ut cum Coraë articulum ante νέφεα deleamus; facile fero.

ἐνταῦθα τὸ μὲν πρῶτον αὐτοῦ ξυστρέφεται.] Vulgo τό abest. — Lind. ἐνταῦθα μὲν [τὸ] πρῶτον. Coraës voluit τὰ μὲν πρῶτα, propter sequens τὰ δὲ ὄπισθεν, idque in alteram Ed. intulit: ego malui sing. num. τὸ — πρῶτον scribere. Quare τε pone ἐπιφέρεται suppresserit Coraës haud equidem capio.

ταῦτα μὲν οὖν ἐστι ἄριστα.] Vulgo οὖν abest: sed Merc. et Zuing. in margine ταῦτα μὲν οὐκ ἔστιν ἄριστα: eandem negationem in libris nonnullis vidit Foësius. Itaque ex οὐκ effeci οὖν, quod etiam in adnn. desiderare video Coraën.

δέεται δὲ ἀφέψεσθαι καὶ ἀποσήθεσθαι.] Vulgo ἀποσήπεσθαι, quod interpretes offendit. Corn. *ut excolentur* Latine: itaque ἀποσήθεσθαι vel legit, vel correxit: ἀποσήθεσθαι emendavit Aem. Portus, idemque Latine Foësius e Corn. dedit, in textum vero intulere Lind., Chart., Mack., Coraës in altera Edit. — His ego obsequendum censeo.

βράγχος καὶ βαρυφωνίη.] Ita Cor., Littréus. Vulgo βαρυφωνίην. Gadald: καὶ βράγχος καὶ βῆχες καὶ βαρυφωνίη. Receperunt haec accusativo casu Chart., Mack. — Vulgo προΐστασθαι. Merc. προΐσταται. Lind., Cor., Littr. προσίσταται recte.

11. ὁκόταν γὰρ ἅπαξ παγῇ.] Ad locum de aquis cf. Paul. Aegin. I. 50. Plin. XXXI. 21.

τὸ μὲν αὐτοῦ λαμπρὸν — ἐκκρίνεται.] § superiore τὸ μὲν θολερὸν αὐτοῦ καὶ νυκτοειδὲς ἐκκρίνεται.

ὅταν ᾖ χειμὼν ἐς ἀγγεῖον κ. τ. λ.] Ita Coraës emendavit vulgatum ὅταν οἱ χειμῶνες ἀγγεῖον. — Recepit emendationem Littréus, cuius ms. Lat. *cum fuerit hiemps.*

αἰθρίην.] Cod. alter Par. αἰθρήν, notante Coraë, cui haec lectio placet admodum.

ἔπειτα τῇ ὑστεραίῃ εἰσενεγκὼν — εὑρήσεις κ. τ. λ.] Coraës ἐσενεγκών. Verum aut ἐσενεγκεῖν scribendum censet, aut δέ ante λυθῇ delendum. Nil mutavit Littréus. Recte! Nempe Coraës falsus est: δέ h. l. omnino pro δή ponitur, nec linguae rationi repugnat.

©BIUM

Τοῦτο τεκμήριον ὅτι ὑπὸ τῆς πήξιος ἀφανίζεται καὶ ἀναξηραίνεται τὸ κουφότατον καὶ λεπτότατον, οὐ τὸ βαρύτατον καὶ παχύτατον· οὐ γὰρ ἂν δύναιτο. Ταύτῃ οὖν νομίζω πονηρότατα ταῦτα τὰ ὕδατα εἶναι τὰ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλου καὶ τὰ τούτοισι ἑπόμενα πρὸς ἅπαντα χρήματα. Περὶ μὲν οὖν ὀμβρίων ὑδάτων καὶ τῶν ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων οὕτως ἔχει.

ιβ'. Λιθιῶσι δὲ μάλιστα ὧνθρωποι καὶ ὑπὸ νεφριτίδων καὶ στραγγουρίης ἁλίσκονται καὶ ἰσχιάδων, καὶ κῆλαι γίγνονται, ὅκου ὕδατα πίνουσι παντοδαπώτατα καὶ ἀπὸ ποταμῶν μεγάλων, εἰς οὓς ποταμοὶ ἕτεροι ἐμβάλλουσι καὶ ἀπὸ λίμνης, εἰς ἣν ῥεύματα πολλὰ καὶ παντοδαπὰ ἀφικνεῦνται, καὶ ὁκόσοι ὕδασι ἐπακτοῖσι χρέονται διὰ μακροῦ ἀγομένοισι καὶ μὴ ἐκ βραχέος. Οὐ γὰρ οἷόν τε ἕτερον ἑτέρῳ ἐοικέναι ὕδωρ, ἀλλὰ τὰ μὲν γλυκέα εἶναι τὰ δὲ ἁλυκά τε καὶ στυπτηριώδεα, τὰ δὲ ἀπὸ θερμῶν ῥέειν· ξυμμισγόμενα δὲ ταῦτα ἐς ταὐτὸν ἀλλήλοισι στασιάζει καὶ κρατέει αἰεὶ τὸ ἰσχυρότατον· ἰσχύει δὲ οὐκ ἀεὶ τωὐτὸ, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλο κατὰ τὰ πνεύματα· τῷ μὲν γὰρ βορέης τὴν ἰσχὺν παρέχεται, τῷ δὲ ὁ νότος, καὶ τῶν λοιπῶν πέρι ὡυτὸς λόγος. Ὑφίστασθαι οὖν τοῖσι τοιούτοισι ἀνάγκη ἐν τοῖσι ἀγγείοισι ἰλὺν καὶ ψάμμον· καὶ ἀπὸ τούτων πινομένων τὰ νοσήματα γίγνεται τὰ προειρημένα· ὅτι δὲ οὐχ ἅπασι, ἐξῆς φράσω.

rias. Hoc certe indicio cognosces quod congelatione id quod est levissimum et tenuissimum evanescit et exspirat, non quod gravissimum et crassissimum, cum huic id contingere nequeat. Hanc igitur ob causam aquas de nive et glacie liquatas earumque similes ad quidvis pessimas esse existimo. Atque de aquis quidem, quae ex imbribus, nivibus et glacie colliguntur, ad hunc se res habet modum.

12. At vero calculo maxime tentantur et renum morbis ac urinae stillicidio et coxendicum affectionibus corripiuntur, herniaeque iis suboriuntur, qui cuiusque modi aquas bibunt, aut de magnis fluminibus, in quae alia decurrunt, et de stagno, in quod multarum et cuiusvis generis aquarum rivuli deveniunt, quique advectitiis aquis utuntur, quae ex longo et minime brevi intervallo deducuntur. Neque enim fieri potest, ut aquae inter se similes sint, verum aliae dulces sunt, aliae salsae et aluminosae, aliae de calidis effluunt. Atque hae simul permixtae inter se dissident et semper superat quae valentissima est. Neque semper eadem viribus pollet, sed alias alia pro ventis diversis; nam huic quidem boreas vires praebet, illi vero auster, et de reliquis eadem est ratio. Ex his igitur limum et arenam in vasis subsidere necesse est, et ex earum potu praedicti morbi gignuntur. Quod vero non omnibus, deinceps dicam.

καὶ ἀναξηραίνεται.] Hoc omm. Calvus, Ald., Corn.

οὐ τὸ βαρύτατον.] Littréus ex altero cod. Par. adnotat οὐ γὰρ τὸ βαρύτατον, quae lectio haud spernenda. Nimirum in eiusmodi sermonis alacritate, qualem h. l. habemus, οὐ γὰρ τὸ βαρύτατον· οὐ γὰρ ἂν δύναιτο facile ferri posse videtur.

καὶ κρυστάλλου.] Coraës κρυστάλλων de suo in Editione altera. Non video cur non sing. num. servari possit. Exempla certe apud Homerum obvia et Herodot. 4. 28.

12. ὕνθρωποι.] Coraës ʽὩνθρωποιʼ (sic) cett. ἄνθρωποι.

κῆλαι γίγνονται.] Coraës de suo κηλῆται γίγνονται: sin contra κῆλαι servatum cupias, scribendum censet κῆλαι αὐτοῖσι γίγνονται. Mihi cum Littréo nihil tentandum videtur: nam αὐτοῖσι cogitatione facile suppletur.

ἐς οὓς ποταμοὶ ἕτεροι ἐμβάλλουσι.] In his vulgo ποταμούς, quod emendavit Coraës. Sequitur hunc Littréus, cuius ms. Latinum: „in quibus flumina immittuntur." Coraës lectionis emendatae vestigia reperire sibi visus est in Galeni comm. in lib. de Humorr., ubi ἀπὸ τῶν μεγάλων ποταμῶν, εἰς οὓς ποταμοὺς οἱ ἕτεροι κ. τ. λ. Spectare videtur locum, qui est p. 438. Kühnio, ubi non οἱ ἕτεροι, sed ἕτεροι sine articulo legitur.

οὐ γὰρ οἷόν τε ἕτερον ἑτέρῳ ἐοικέναι ὕδωρ, ἀλλὰ τὰ μὲν γλυκέα εἶναι κ. τ. λ.] In his ellipsis est: nam plene dicendum esset, ἀλλὰ ἀνάγκη τὰ μὲν γλυκέα εἶναι κ. τ. λ. Est ellipsis nominis contrariae notionis, cuiusmodi quid de verbo notavit Stallb. ad Plat. Gorg. p. 245.

κατὰ τὰ πνεύματα.] Coraïs emendatio est a Littréo recepta vulgatae lect. καὶ τὰ πνεύματα. Firmatur ms. Latino ferente: „sed aliud aliquando secundum flatus." Gal. l. l. p. 438. καὶ τὰ πνεύματα ἀλλοιοῖ μάλιστα τὰ ὕδατα.

τῷ μὲν γὰρ βορέης.] Cf. Gal. p. 365. l. l.

τούτων πινομένων.] Τουτέων πινευμένων Merc., Zuing., Mack., Cor., Littr., τούτων cett. — πινομένων habet Gal. et ita corrigendum censet Aem. Port., neque vero ipse fidem adhibeo formae πινευμένων, minime vero, quum πίνω in hoc ipso libro sit perfamiliare.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 397 sur 880

©BIUM

ιγ'. Ὁκόσων μὲν ἥ τε κοιλίη εὐροός τε καὶ ὑγιηρή ἐστι καὶ ἡ κύστις μὴ πυρετώδης, μηδὲ ὁ στόμαχος τῆς κύστιος ξυμπίπραται λίην, οὗτοι μὲν διουρεῦσι ῥηϊδίως καὶ ἐν τῇ κύστι οὐδὲν ξυστρέφεται· ὁκόσων δ' ἂν ἡ κοιλίη πυρετώδης ᾖ, ἀνάγκη καὶ τὴν κύστιν τὠυτὸ τοῦτο πάσχειν· ὁκόταν γὰρ θερμανθῇ μᾶλλον τῆς φύσιος, ἐφλέγμηνε αὐτῆς ὁ στόμαχος· ὁκόταν δὲ ταῦτα πάθῃ, τὸ οὖρον οὐκ ἀφίησι, ἀλλ' ἐν ἑωυτῷ ξυνέψει καὶ ξυγκάει. Καὶ τὸ μὲν λεπτότατον αὐτοῦ ἀποκρίνεται καὶ τὸ καθαρώτατον διΐει καὶ ἐξουρέεται, τὸ δὲ παχύτατον καὶ θολωδέστατον ξυστρέφεται καὶ ξυμπήγνυται, τὸ μὲν πρῶτον μικρὸν, ἔπειτα μεῖζον γίγνεται· κυλινδεύμενον γὰρ ὑπὸ τοῦ οὔρου, ὅ τι ἂν ξυνίστηται παχὺ, ξυναρμόζει πρὸς ἑωυτὸ, καὶ οὕτως αὔξεταί τε καὶ πωροῦται. Καὶ ὁκόταν οὐρέῃ πρὸς τὸν στόμαχον τῆς κύστιος προσπίπτει ὑπὸ τοῦ οὔρου βιαζόμενον καὶ κωλύει οὐρέειν καὶ ὀδύνην παρέχει ἰσχυρήν· ὥστε τὰ αἰδοῖα τρίβουσι καὶ ἕλκουσι τὰ παιδία τὰ λιθιῶντα· δοκέει γὰρ αὐτοῖσι τὸ αἴτιον ἐνταῦθα εἶναι τῆς οὐρήσιος. Τεκμήριον δὲ ὅτι οὕτως ἔχει· τὸ γὰρ οὖρον λαμπρότατον οὐρέουσι οἱ λιθιῶντες, ὅτι τὸ παχύτατον καὶ θολωδέστατον

13. Quibus quidem alvus tum fluida tum sana est et vesica minime ignea neque vesicae os cum ea valde conspirat, ii quidem facile urinam emittunt, neque quidquam in vesica colligitur. Quibus vero alvus ignea fuerit, vesicam etiam eadem affectione teneri necesse est. Cum enim magis quam natura postulet calefacta fuerit, os ipsius inflammatione tentatur. Sic autem affectum urinam non emittit sed in sese concoquit et adurit, et quod quidem in ea est tenuissimum secernitur, quodque purissimum transit et cum urina educitur, quod vero crassissimum ac turbidissimum colligitur et concrescit, primum quidem minore copia, dein maiore. Cum enim per urinam volutatur quidquid crassum constitit ad sese applicat, eoque modo augetur et in totum durescit. Dumque urinam emittit ab urina vi propulsum ad vesicae os collabitur et urinam impedit doloremque vehementem exhibet. Proindeque pueri calculo laborantes pudenda confricant et vellicant, putant enim causam quare hoc modo urinam mittant ibi sedem habere. Hoc autem ita se habere indicio est, quod qui calculo laborant urinam admodum limpidam reddunt, cum quod in ea est crassissimum ac maxime returbidum isthic maneat ac versetur.

13. ὑγιηρή ἐστι.] ὑγιηρής ἐστι mss., Aem. Portus desiderat ὑγιηρή vel ὑγιηρός. In prima Ed. Coraes formam ὑγιηρής propterea vel magis Ionicam esse credidit, quod Herodotus ὑγιηρέστατος usurpat; in altera Ed. vero ὑγιηρή dedit. Et de superlativo ὑγιηρέστατος quin magis Ionicae orationi respondeat quam ὑγιηρότατος, licet hanc quoque apud Herod. inveniamus, nullus dubito. (Vid. Buttm. I. p. 259.) De positivo vero ὑγιηρής dicam velle me exemplo adlato eam formam probasset Schweighaeus. in Lex. Herod. — Noster paulo inferius ἢν μὴ ὑγιηρὸν ᾖ· § 14. initio: ὑγιηρόν· § 21. ὑγιηρός. — Itaque cum Coraë ὑγιηρή scripsi.

ξυμπίπραται λίην.] Attendendum ad varr. lectt. — ξυμπίμπραται Zuing., Merc. in marg. Mart., Lind., Cor. ξυμπέπρακται cod. Par. uterque, Bas., Lal., Zuing., Merc., Foës. ξυμπέφρακται Gadald., Sept., Mack., Littr., ξυμπέπραται Gal. l. l. p. 438. et Ald. qui asterisco vocem notat. Coraës ξυμπίμπραται maxime probavit ob sequens ἐφλέγμηνε αὐτῆς ὁ στόμαχος. Mihi eadem de causa verbum hoc praeplacet, sed ξυμπίπραται scribendum est, quod ad Galeni et Aldi lectionem quam proxime accedit. — Quoniam sensus eodem redit, Foësii interpretationem Latinam retinui, sed ξυμπίπρασθαι h. l. omnino valet *una cum κύστι incendi*.

τὠυτὸ τοῦτο πάσχειν.] Vulgo τοῦτο abest: adscripsi e Gal. l. l. p. 439., ubi ταὐτὸ τοῦτο.

ξυνέψει καὶ ξυγκάει.] Pro ξυνέψει Gal. l. l. ξυνέχει, quod recepit Coraës, mihi vero prae altero non praeferendum visum est. Vulgo συγκαίει, alteram formam e cod. Par. 2255. recepi.

διΐει.] Ita vulgo, sed διιεῖ cod. alter Par., Bas., Foës. διεῖ Gal. l. l. — Istud διΐεῖ praetulit Coraës in prima Edit., eumque secutus est Littréus. Verum in altera Edit. [καὶ] διΐει scripsit. — Videndus de his formis Schweigh. in varr. lectt. ad Herodot. I. 180. vs. 5. et Buttm. vol. I. p. 523. anm. 4. — Nempe διΐει bene Ionicum est; vide Dindorfium in comm. de Dialecto Herodoti in voce *ἰέναι*.

τὸ μὲν πρῶτον.] Coraës καὶ τὸ μὲν πρῶτον malle se significat in adnn. ad priorem Edit. In altera tum [καὶ] διΐει, tum [καὶ] τὸ μὲν πρῶτον scripsit. Mihi nihil tentandum videtur.

ἔπειτα μεῖζον γίγνεται.] ἔπειτα [δὲ] μεῖζον γίγνεται Lind., Mack. — Quo δέ addito opus non esse iam monuit Coraës.

δοκέει γὰρ αὐτοῖσι τὸ αἴτιον ἐνταῦθα εἶναι τῆς οὐρήσιος.] Coraës locum vitio laborare opinatus scripsit τῆς εὐκοὐρήσιος. Vulgatam servavit Littréus, nec tamen verba nostra intellexit, quod ex interpretatione patet: „croyant que c'est là, ce qui opère l'émission de l'urine." Omnia recte habent, modo τῆς Ionum more et Hippocratis δεικτικῶς sumamus: vernacula *van dat wateren*, i. e.: Putant enim ibi causam esse istius urinam emittendi rationis.

οὐρέουσι οἱ λιθιῶντες.] Ad Coraën usque Edd. pone λιθιῶντες ferebant πρὸς τὸν (τὸ Cod. alter Par.) γινόμενον

©BIUM

αὐτοῦ μένει καὶ ξυστρέφεται· καὶ τὰ μὲν πλεῖστα οὕτω λιθιᾷ. Γίγνεται δὲ παισὶ καὶ ἀπὸ τοῦ γάλακτος, ἢν μὴ ὑγιηρὸν ᾖ, ἀλλὰ θερμόν τε λίην καὶ χολῶδες· τὴν γὰρ κοιλίην διαθερμαίνει καὶ τὴν κύστιν, ὥστε τὸ οὖρον ξυγκαιόμενον ταῦτα πάσχειν. Καὶ ἐμοὶ ἄμεινον εἶναι τοῖσι παιδίοισι τὸν οἶνον ὡς ὑδαρέστατον διδόναι· ἧσσον γὰρ τὰς φλέβας ξυγκαίει καὶ ξυναυαίνει. Τοῖσι δὲ θήλεσι λίθοι οὐ γίγνονται ὁμοίως· ὁ γὰρ οὐρητὴρ βραχύς ἐστι ὁ τῆς κύστιος καὶ εὐρὺς, ὥστε βιάζεσθαι τὸ οὖρον ῥηϊδίως· οὔτε γὰρ τῇ χειρὶ τρίβει τὸ αἰδοῖον ὥσπερ τὸ ἄρσεν, οὔτε ἅπτεται τοῦ οὐρητῆρος· καὶ πίνουσι πλεῖον ἢ οἱ παῖδες. Περὶ μὲν οὖν τούτων ὧδε ἔχει, ἢ ὅτι τούτων ἐγγύτατα.

ιδ'. Περὶ δὲ τῶν ὡρέων ὧδε ἄν τις ἐνθυμεύμενος διαγιγνώσκοι ὁκοῖόν τι μέλλει ἔσεσθαι τὸ ἔτος, εἴτε νοσερὸν, εἴτε ὑγιηρόν. Ἢν μὲν γὰρ κατὰ λόγον γένηται τὰ σημεῖα ἐπὶ τοῖσι ἄστροισι δύνουσί τε καὶ ἐπιτέλλου-

Ac plerique quidem hoc modo calculum gignunt. Gignitur autem et pueris ex lacte, si non salubre fuerit, sed valde calidum et biliosum. Ventrem enim concalefacit et vesicam ac proinde dum urina simul aduritur, ista ratione afficitur. Et mea quidem sententia praestat pueris vinum quam maxime dilutum exhibere, cum nimirum venas minus adurat et resiccet. At mulieribus calculi non eodem modo contingunt. Vesicae enim fistula urinaria brevis est et ampla, ut facile urinam propellat. Neque enim manu pudendum velut masculus confricat, neque fistulam urinariam contingit: tum vero plus bibunt puellae quam pueri. Ac de his quidem hoc modo se res habet, aut ad haec quam proxime accedit.

14. De anni autem temporibus hoc modo consideratione adhibita quis statuat, qualisnam annus futurus sit, numne salubris an morbosus. Si quidem secundum rationem in siderum ortu et occasu signa appareant, si per auctumnum

ὀρτῶν: feruntque eadem libri scripti, excepto Littréi Latino. Docuit Coraës modum, quo in textum irrepserint: cuius adnotationem, quam Littréus repetiit, iterum describere supersedeo.

καὶ ὁλωδέστατον.] χολωδέστατον vulgo: ὁλωδέστατον ms. Serv. apud Foës., quam lect. probarunt Lind., Heringa, Coraës, Littréus; alii Latine expresserunt. Ad συστρέφεται vid. Heringa Obs. critt. p. 46.

καὶ τὰ μὲν πλεῖστα οὕτω λιθιᾷ.] Vulgo καί omittitur: exhibent Calvus et Corn. et Foës. Latine, Lind., Mack., Cor. —

γίγνεται δὲ παισί.] Pro παισί cod. alter. Par., notante Coraë, πρός.

ξυγκαίει καὶ ξυναυαίνει.] καί e Foësiana excidit, unde perperam Heringa συναυαίνει deletum cupiit; qua de re monuit Coraës.

τοῖσι δὲ θήλεσι λίθοι οὐ γίγνονται ὁμοίως.] Ita cod. Gadald., cuius lect. Coraës et Littr. quoque exhibuerunt. Vulgo: τοῖσι δὲ θήλεσι αἰδοίοις γίγνεται οὐχ ὁμοίως. — Ald.: τοῖσι δὲ θήλεσι αἰδοίω γίγνονται ὁμοίως, similiterque cod. alter Par., id unum notatuque dignum si excipias, quod αἰδοίου legit, ita ut corruptionis ratio iam ultro pateat. Nempe facillimus lapsus est a ΛΙΘΟΙΟΥ ad ΑΙΔΟΙΟΥ. — Lindanus, Mackius: τοῖσι δὲ θήλεσι λίθοι γίγνονται οὐχ ὁμοίως.

βιάζεσθαι.] Ita Lind., Mack., Coraës, Littr. — Vulgo βιάζεται.

οὔτε ἅπτεται τοῦ οὐρητῆρος· καὶ πίνουσι.] Inter οὐρητῆρος et καί in Edd. habemus verba ἐς γὰρ τὰ αἰδοῖα ξυντέτρηται· οἱ δὲ ἄνδρες οὐκ εὐθὺ τέτρηνται· διότι οἱ οὐρητῆρές εἰσι οὐκ εὐρέες. — In his ipsis verba οἱ δὲ ἄνδρες — οὐκ εὐρέες partim e cod. Gadald. recepta sunt, quippe in antiquioribus Edd. οἱ δὲ ἄνδρες οὐκ εὐθὺ τέτρηνται deest; tum καί, quod ante διότι legi solet, delevi. In ceteris vulgo ξυντέτρηνται, sed cod. Gadald. et Lind. ξυντέτρηται, quod praetuli, quum ad τὸν οὐρητῆρα referrem. Pro καὶ πίνουσι Lallem., Lind., Mack., καὶ οὐρέουσι sine causa idonea, ut alii recte animadverterunt. Negatio οὐκ ante εὐρέες itidem cod. Gadaldini debetur; habetur etiam in ms. Lat. Littréi, in cett. deficit. Coraës credidit scholion referre verba οἱ δὲ ἄνδρες — οὐκ εὐρέες. Consentio, sed me iudice ad idem scholion pertinent quoque antecedentia ἐς γὰρ τὰ αἰδοῖα ξυντέτρηται. — Nimirum ad verba ὁ γὰρ οὐρητὴρ βραχύς ἐστι ὁ τῆς κύστιος καὶ εὐρύς, — nescio quis in margine adscripsit ἐς γὰρ τὰ αἰδοῖα ξυντέτρηται· οἱ δὲ ἄνδρες οὐκ εὐθὺ τέτρηνται, διότι οἱ οὐρητῆρές εἰσι οὐκ εὐρέες.

14. περὶ δὲ τῶν ὡρέων.] Vulgo περὶ δὲ (Zuing. δ') ἐτῶν. Cod. Gadald. περὶ δ' ὡρέων. Bac. περὶ δ' ὡραίων. Cod. alter Coraïs περὶ δὲ τῶν. Coraës περὶ δὲ τῶν ὡρέων. Littr. περὶ δὲ ἐτέων. — Res in aprico esse mihi videtur: ὡρέων excidit et e superstite δὲ τῶν ortum est δ'ἐτῶν, δὲ ἐτῶν. Itaque cum Coraë plene ista scripsi. Ceterum haec in altero cod. Par. integrum tractatum per se faciunt, qua de re vidd. Coraës, Littréus.

ὧδε ἄν τις ἐνθυμεύμενος διαγιγνώσκοι.] Merc., Zuing. in marg. οὕτω δ' ἄν τις ἐνθυμεύμενος διαγινώσκῃ, quod recepit Lind. et in mss. nonnullis vidit Foës., qui in uno libro Regio legit: οὕτω δ' ἄν τις ἐνθυμ. διαγινώσκει. Coraës διαγιγνώσκοι, de coniectura, nî fallor, pro vulgato διαγινώσκῃ. Cum Littréo lubens emendationem modi huius verbi sum amplexus. Cod. alter Par. οὕτω δ'ἄν τις ἐνθυμεύμενος διαγινώσκῃ περὶ ἐτῶν, ὁκοῖον τὸ ἐσόμενον ἔσεσθαι εἴτε νοσερὸν, εἴτε ὑγιηρὸν ἔτος.

ὁκοῖόν τι μέλλει ἔσεσθαι.] μέλλοι Ald., quod Coraën in altera Ed. scripsisse miror: nam indicativus omnino requiritur.

ἢν μὲν γὰρ κατὰ λόγον γένηται.] Vulgo γίνηται. Serv. et Gal. γένηται: hos sequor cum Coraë, Littréo. Vid. Gal. ad Aph. 8. III. et Comm. ad lib. de Humorr. p. 439.

τὰ σημεῖα ἐπὶ τοῖσι.] τὰ σημεῖα ταῦτα Lind.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 399 sur 880

©BIUM

σι, ἔν τε τῷ μετοπώρῳ ὕδατα γένηται καὶ ὁ χειμὼν μέτριος καὶ μήτε λίην εὔδιος, μήτε ὑπερβάλλων τὸν καιρὸν τῷ ψύχει, ἔν τε τῷ ἦρι ὕδατα γένηται ὡραῖα καὶ ἐν τῷ θέρει, οὕτω τὸ ἔτος ὑγιεινότατον εἰκὸς εἶναι. Ἢν δὲ ὁ μὲν χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τὸ θέρος πυρετώδες γίγνεσθαι καὶ ὀφθαλμίας καὶ δυσεντερίας ἐμποιεῖν. Ὁκόταν γὰρ τὸ πνῖγος ἐπιγένηται ἐξαίφνης, τῆς τε γῆς ὑγρῆς ἐούσης ὑπὸ τῶν ὄμβρων τῶν ἐαρινῶν καὶ ὑπὸ τοῦ νότου, ἀνάγκη διπλόον τὸ καῦμα εἶναι ἀπό τε τῆς γῆς διαβρόχου ἐούσης καὶ θερμῆς καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καίοντος, τῶν τε κοιλιῶν μὴ ξυνεστηκυιῶν τοῖσι ἀνθρώποισι, μήτε τοῦ ἐγκεφάλου ἀνεξηρασμένου· οὐ γὰρ οἷόν τε τοῦ ἦρος τοιούτου ἐόντος μὴ οὐ πλαδᾶν τὸ σῶμα καὶ τὴν σάρκα· ὥστε τοὺς πυρετοὺς ἐπιπίπτειν ὀξυτάτους ἅπασι, μάλιστα δὲ τοῖσι φλεγματίῃσι. Καὶ δυσεντερίας εἰκός ἐστι γίγνεσθαι τῇσι γυναιξὶ καὶ τοῖσι εἴδεσι τοῖσι ὑγροτάτοισι. Καὶ ἢν μὲν ἐπὶ κυνὸς ἐπιτολῇ ὕδωρ ἐπιγένηται καὶ χειμὼν, καὶ οἱ ἐτησίαι πνεύσωσι, ἐλπὶς παύσασθαι καὶ τὸ μετόπωρον ὑγιηρὸν γενέσθαι· ἢν

pluat et hiems sit moderata, neque admodum blanda, neque praeter modum frigida et vere atque aestate aquae tempestivae eveniant, sic annum saluberrimum esse consentaneum est. Quod si hiems quidem sicca et aquilonia, ver vero pluvium et austrinum fuerit, aestatem febribus abundare et lippitidines inducere et intestinorum difficultates necesse est. Ubi enim ab imbribus vernis et ab austro terra humectata fuerit et plenior aestus derepente supervenerit, tum a terra madida et calida existente, tum a sole adurente ardorem conduplicari necesse est, hominum ventribus minime consistentibus neque resiccato cerebro. Neque enim ubi ver tale exstiterit fieri potest quin corpus et caro nimio humore diffluant, ita ut omnibus ac maxime pituitosis acutissimae febres immineant. Mulieribus vero et naturis maxime humidis intestinorum difficultates contingere par est. Ac siquidem sub caniculae exortum aqua et hiberna tempestas supervenerit etesiaeque spiraverint, quietis spes est auctumnumque salubrem fore. Alioqui periculum est ne pueri et mulieres moriantur, minime vero senes, aut ne qui evaserint in quartanas tandem incidant et ex quar-

ἔν τε τῷ ἦρι.] Pro τε Coraës δέ citat e Galeno: equidem et in comm. ad Aph. l. et comm. in lib. de Humorr. p. 439. τε reperi.

ὑγιεινότατον.] Coraës in altera Ed. ὑγιηρότατον de suo. Infra omnino ὑγιηρόν, ubi Gal. ὑγιεινόν, itaque fluctuationis exemplum habemus. Nil muto tamen hac in re praeter codd. auctoritatem.

ἢν δὲ ὁ μὲν χειμὼν αὐχμηρός.] Cf. Gal. ad Aph. 11. III. αὐχμηρός Merc. asterisco notat et in marg. cum Zuing. ξηρός habet: cum Coraë hoc alterius glossam esse opinor.

ἔαρ.] Hanc formam e Gal. adscivi, ἦρ cett. Miror in hoc tractatu vix ἔαρ legi: in Epidd. libb. saepius praebent varr. lectt., itaque h. l. etiam recepi.

ἀνάγκη — ἐμποιεῖν.] ἀνάγκη asterisco notat Merc., deinde tum hic, tum Zuing. in marg. κατὰ τὸ θέρος ὀφθαλμίαι γίνονται ἰσχυραί τε παισὶ καὶ γυναιξὶ πυρετοί. Gal., Lind., Cor.: ἀνάγκη (Cor. ἀναγκαίη) τὸ θέρος πυρετώδες εἶναι καὶ ὀφθαλμίας καὶ δυσεντερίας ἐγγίγνεσθαι (Cor. ἐγγίνεσθαι.) Mack. ἀ. τ. θ. πυρετώδες εἶναι καὶ ὀφθ. ἐμποιεῖν. Cf. ipsum Aph. 11. III. et Arist. Probl. I. 8. — Avicenna pro καὶ δυσεντερίας legisse videtur καὶ διαρροίας καὶ αἱμορροΐδας.

ὁκόταν γὰρ τὸ πνῖγος.] ὁκόταν δὲ τὸ πνῖγος Gal. comm. in lib. de Humm. p. 440.

διπλόον τὸ καῦμα εἶναι ἀπό τε τῆς γῆς ... καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καίοντος.] Vulgo διπλόον τε: at τό Zuing., Mart., Lind., Mack., Coraës, Littr., Gal. ad Aph. l. — Coraës in altera Ed. ἀπό τε in ὑπό τε mutavit, quod etiam Littréum fecisse video: mihi nil de sede movendum videtur. Vide quae supra ad h. l. de ἀπό et ὑπό usu diversis adscripsi.

τῶν τε κοιλιῶν μὴ ξυνεστηκυιῶν τοῖσι ἀνθρώποισι, μήτε τοῦ ἐγκεφάλου ἀνεξηρασμένου.] Haec Merc. in textu non habet, sed in margine, ubi ξυνεστικουσῶν (sic) et ἀνεξυρασμένου. Similiter Zuing. Vulgo ξυνεστηκουσῶν; nostram lect. e Gal. dant Chart., Coraës, Littr. Forte in altera lect. latet Ionicum συνεστεωσῶν. Cf. Lex. Herod. in συνίστημι et Buttm. Gr. Gr. II. p. 30.

τοιούτου ἐόντος.] ἐόντος e Gal. ad Aph. 11. III., ὄντος cett.

πλαδᾶν.] Foës. ex aliis libris adnotat φλυδᾶν et μυδᾶν. Mart. φλοιδᾶν e Brassavolae exemplari.

καὶ δυσεντερίας.] καὶ τὰς δυσεντ. Bas., Mack., τὰς δὲ δ. Merc., Zuing.

τῇσι γυν.] Vulgo καὶ τῇσι γυν. — Cum Coraë καί h. l. omisi.

καὶ τοῖσι εἴδεσι τοῖσι ὑγροτάτοισι.] Vulgo καὶ τοῖς εἴδεσι τοῖς ὑγροτάτοισι. Merc., Zuing. τοῖσι εἴδεσι et in marg. ἀνδράσι. Hinc τοῖσι ἀνδράσι τοῖσι ὑγροτάτοισι Lind., Mack., Coraës, et e Gal. ad Aph. l., licet ibi ὑγροτέροισι legatur, sed τοῖς εἴδεσι τοῖς ὑγροτάτοις ad libr. de Humorr. p. 440. Equidem εἴδεσι prae ἀνδράσι in primis praefero propter ipsum Aph. ferentem: μάλιστα δὲ τῇσι γυναιξὶ καὶ τοῖσι ὑγρὰς ἔχουσι τὰς φύσιας. — Ms. Latinum: speciebus. Coraës huc transtulerat verba: κἢν μὲν τὸ θέρος ἐπόμβριον — πυλυχρόνιοι γίνονται, quae iam §. sequenti leguntur.

καὶ ἢν μὲν ἐπὶ κυνὸς ἐπιτολῇ.] Cf. Gal. ad Aph. 11. III.

ὑγιηρόν.] ὑγιεινόν. Gal.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 400 sur 880

©BIUM

δὲ μὴ, κίνδυνος θανάτους τε γενέσθαι τοῖσι παιδίοισι καὶ τῇσι γυναιξὶ, τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι ἥκιστα· τούς τε περιγενομένους εἰς τεταρταίους ἀποτελευτᾶν καὶ ἐκ τῶν τεταρταίων ἐς ὕδρωπας.

ιε'. Ἢν δ' ὁ μὲν χειμὼν νότιος γένηται καὶ ἔπομβρος καὶ εὔδιος, τὸ δὲ ἦρ βόρειόν τε καὶ αὐχμηρὸν καὶ χειμέριον, πρῶτον μὲν τὰς γυναῖκας, ὁκόσαι ἂν τύχωσι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι, καὶ ὁ τόκος αὐτῇσι ᾖ πρὸς τὸ ἦρ, ἐκτιτρώσκεσθαι· ὁκόσαι δ' ἂν καὶ τέκωσι, ἀκρατέα τὰ παιδία τίκτειν, ὥστε ἢ αὐτίκα ἀπόλλυσθαι, ἢ ζώειν λεπτά τε ἐόντα καὶ ἀσθενέα καὶ νοσώδεα. Ταῦτα μὲν τῇσι γυναιξί. Τοῖσι δὲ λοιποῖσι δυσεντερίας καὶ ὀφθαλμίας ξηράς· καὶ ἐνίοισι κατάρρους ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὸν πνεύμονα. Τοῖσι μὲν οὖν φλεγματίῃσι τὰς δυσεντερίας εἰκὸς γίγνεσθαι, καὶ τῇσι γυναιξὶ, φλέγματος ἐπικαταρρυέντος ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς Φύσιος· τοῖσι δὲ χολώδεσι ὀφθαλμίας ξηρὰς, διὰ τὴν θερμότητα καὶ ξηρότητα τῆς σαρκός· τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι κατάρρους διὰ τὴν ἀραιότητα καὶ τὴν ἔκτηξιν τῶν φλεβῶν, ὥστε ἐξαίφνης τοὺς μὲν ἀπόλλυσθαι, τοὺς δὲ παραπλήκτους γίγνεσθαι τὰ δεξιὰ ἢ τὰ ἀριστερά. Ὁκόταν γὰρ τοῦ χειμῶνος ἐόντος νοτίου καὶ ἐπόμβρου καὶ θερμοῦ τὸ σῶμα μὴ ξυνίστηται μηδὲ αἱ φλέβες, τοῦ ἦρος ἐπιγενομένου βορείου καὶ αὐ-

tanis in aquam inter cutem.

15. At si hiems quidem austrina, pluviosa et placida fuerit, ver vero aquilonium siccum et tempestuosum, primum quidem mulieres, quae praegnantes exstiterint et quibus partus in ver imminet, abortionem facturas est veri simile, quae vero etiam pepererint adeo imbecillos foetus parituras, ut aut statim pereant, aut tenues, debiles et valetudinarii vivant. Atque haec quidem mulieribus, reliquis vero intestinorum difficultates et lippitudines siccas, nonnullisque fluxiones a capite in pulmonem. Pituitosis itaque intestinorum difficultates fieri par est, ac mulieribus pituita a cerebro defluente propter naturae humiditatem. Biliosis vero lippitudines siccas ob carnis caliditatem et siccitatem. Senibus autem defluxiones ob venarum raritatem et extenuationem, ut ex his nonnulli repente intereant, alii dextra sinistrave parte resoluti iaceant. Cum enim hieme existente austrina et humida et calida corpus non constringatur neque venae, vere aquilonio et sicco ac frigido superveniente cerebrum, quod una cum vere dissolvi et purgari per gravedinem et raucedinem oportebat, tunc densatur et cogitur, proindeque accedente derepente aestate, aestuque ac mutatione contin-

15. ἢν δ' ὁ μὲν χειμών.] Cum his cf. Aph. 12. III. Lect. nostram habent Ald., Bas., Merc., Zuing., Mack., Coraës; μέν omm. Foës., Lind., Littr.

πρὸς τὸ ἦρ.] Ita Coraës ex Aph. l., πρὸς τῷ ἦρι cett.: recte ille, ut opinor; nimirum dubito num πρός cum dativo casu in temporis significatione eiusmodi legatur.

ἀκρατέα τὰ παιδία τίκτειν.] Subiungitur vulgo καὶ νοσώδη, quod quum infra in eadem sententia aptiori loco iterum obvium sit, delevi. Hac de re iam monuit Coraës, qui tamen e posteriore loco eiecit. In Aph. 12. III. item bis legitur; sed aphorismorum collectori item forte iam textus corruptus est obversatus.

ἢ ζώειν.] Vulgo ζῶσι, pro quo ζῶσαι vel ζῆσαι voluit Aem. Port. Hoc dederunt Lind., Mack. Ζώειν dedit Coraës ex Aph. 12. III., ubi ζῆν. Vulgata lectio ζῶσι, quidquid dicit Littréus, ferri nequit.

ὀφθαλμίας ξηράς.] In h. l. γίγνεσθαι εἰκός, quod paulo inferius habetur, transtulit Lind.

τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι.] Aph. 12. III. πρεσβυτέροισι, quam lect. praefert Coraës in adnn. p. 164. Cf. Arist. Probl. I. 9. Mackius ἄγαν πρεσβυτέροισι e Gal. ad Aph. l., idem Corn. legit, vel πρεσβυτάτοισι Latine expressit.

ἔκτηξιν.] Ita Gal., Corn., Bac., Lind., Mack., Clifton., Cor., Littr. ἔκτασιν cett.

ὥστε ἐξαίφνης τοὺς μὲν ἀπόλλυσθαι, τοὺς δὲ παραπλήκτους γίγνεσθαι τὰ δεξιὰ, ἢ τὰ ἀριστερά.] Merc. et Zuing. in marg. pone ἀπόλλυσθαι adscribunt ὑπὸ Φρενίτιδος. Hoc autem in textum inferendum non est, neque enim hoc voluit Hipp. — Vulgo τὰ δεξιά tantum, idque ipsum modo in margine Merc. et Zuing., ubi ἢ ἀριστερά additur, quod receperunt Lind., Chart., Mack.: Galeni lectionem cum Coraë, Littréo exhibui.

ὁκόταν γὰρ τοῦ χειμῶνος ἐόντος νοτίου καὶ ἐπόμβρου καὶ θερμοῦ.] καὶ ἐπόμβρου cum Corn., Sept., Mackio, Coraë adscripsi. Zuing. in marg. καὶ διαβρόχου. Cett. neutrum habent.

τὸ σῶμα μὴ ξυνίστηται, μηδὲ αἱ φλέβες.] Vulgo τοῦ σώματος: errore manifesto librariorum hoc substantivum cum continuo superiore θερμοῦ coniungentium; τὸ σῶμα Zuing. et Merc. in marg.: Coraës, Calvus et Corn. legunt τό τε σῶμα: Mart. τὰ σώματα: Littréi ms. Latinum: „et calido

©BIUM

χμηροῦ καὶ ψυχροῦ, ὁ ἐγκέφαλος, ὁπηνίκα αὐτὸν ἔδει ἅμα τῷ ἤρι διαλύεσθαι καὶ καθαίρεσθαι ὑπό τε κορύζης καὶ βράγχων, τηνικαῦτα πήγνυταί τε καὶ ξυνίσταται, ὥστε ἐξαίφνης τοῦ θέρεος ἐπιγενομένου καὶ τοῦ καύματος καὶ τῆς μεταβολῆς ἐπιγενομένης, ταῦτα τὰ νοσεύματα ἐπιπίπτειν. Καὶ ὁκόσαι μὲν τῶν πολίων κέαταί γε καλῶς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν πνευμάτων, ὑδασί τε χρῶνται ἀγαθοῖσι, αὗται μὲν ἧσσον αἰσθάνονται τῶν τοιούτων μεταβολέων· ὁκόσαι δὲ ὕδασί τε ἑλείοισι χρέονται καὶ λιμνώδεσι, κέαταί τε μὴ καλῶς τῶν πνευμάτων καὶ τοῦ ἡλίου, αὗται δὲ μᾶλλον. Κἢν μὲν τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται, θᾶσσον παύονται αἱ νοῦσοι· ἢν δὲ ἔπομβρον, πολυχρόνιοι γίγνονται· καὶ Φαγεδαίνας κίνδυνος ἐγγίγνεσθαι ἀπὸ πάσης προφάσιος, ἢν ἕλκος ἐγγένηται· καὶ λειεντερίαι καὶ ὕδρωπες τελευτῶσι τοῖσι νοσεύμασι ἐπιγίγνονται· οὐ γὰρ ἀποξηραίνονται αἱ κοιλίαι ῥηϊδίως.

ις'. Ἢν δὲ τὸ θέρος ἔπομβρον γένηται καὶ νότιον καὶ τὸ μετόπωρον, χειμῶνα ἀνάγκη νοσερὸν εἶναι καὶ τοῖσι φλεγματίῃσι καὶ τοῖσι γεραιτέροισι τεσσαράκοντα ἐτέων καύσους γίγνεσθαι εἰκὸς, τοῖσι δὲ χολώδεσι πλευρίτιδας καὶ περιπνευμονίας. Ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται καὶ βόρειον, τὸ δὲ μετόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίας ἐς τὸν χειμῶνα καὶ σφακέλους τοῦ ἐγκεφάλου εἰκὸς γίγνεσθαι καὶ προσέτι βράγχους

gente morbi isti invadunt. Et urbes quidem quae soli et ventis probe sunt expositae et aquis probis utuntur, eae quidem huiusmodi mutationes minus sentiunt. Quae vero aquis palustribus ac lacustribus utuntur, neque probe ventis ac soli sunt expositae, eae magis sunt obnoxiae. Ac si quidem aestas sicca fuerit, morbi celerius desinunt, sin vero imbribus scateat, diuturni fiunt ulceraque exedentia, phagedaenas vocant, ex quavis occasione in vulneribus suboriri est consentaneum. Tandemque morborum exitui, cum ventres facile resiccari nequeant, intestinorum laevitates et aquae inter cutem succedunt.

16. Si vero aestas pluviosa fuerit et austrina et auctumnus similiter, morbosam esse hiemem necesse est, iisque qui pituita abundant et quadragesimum annum excesserunt febres ardentes contingere aequum est, biliosis vero morbos laterales et pulmonum inflammationes. At si aestas sicca et aquilonia fuerit, auctumnus vero pluvius et austrinus, sub hiemem capitis dolores et cerebri siderationes fieri par est, ac praeterea raucedines, gravedines et tusses, et non-

corpore non consistente sanguine neque venis." Unde dedit: καὶ θερμοῦ τοῦ σώματος μὴ ξυνίστηται αἷμα μηδὲ φλέβες. Hoc autem admodum displicet; quodque dicit: „Mais un texte, même celui du ms. Latin, me semble préferable à une conjecture," id eiusmodi est ut omnem artem criticam tollat, sed haec hactenus. Redeo ad lectionem ms. Latini: puto eam ortum suum debere dittographiae, ita ut in libro

αἵματος

aliquo scriptum fuerit τοῦ σώματος μὴ ξυνίστηται, μηδὲ φλ. loco iam corrupto scilicet: neque enim rara est nominum αἷμα et σῶμα in medicorum Graecorum codd. permutatio. — Equidem in nostra loci lectione articulum αἱ de Coraïs coniectura recepi.

ὁπηνίκα αὐτὸν ἔδει ἅμα τῷ ἤρι διαλύεσθαι καὶ καθαίρεσθαι ὑπό τε κορύζης.] Foës., Lind., Chart., Littr. ἅμα καὶ τῷ ἤρι, cett. h. l. non habent καί: servatum si velis, certe melius pone τῷ ἤρι collocaveris, nec tamen illo opus est. Pro ἔδει vulgo ἔλῃ, facili librariorum lapsu: illud tamen

Merc., Zuing. in marg. et Cod. Gadald. — Pro ὑπό Coraës temere de suo ἀπό, quod recte vidit Littréus.

καὶ ὁκόσαι — ἕλκος ἐγγένηται.] Haec verba e libri principio, ubi olim legebantur, huc translata sunt a Petersenio, Littréo, quos cf. — vide adnn. ad § 3.

καὶ Φαγεδαίνας κίνδυνος ἐγγίγνεσθαι.] εἰκὸς ἐγγίνεσθαι Mackius.

16. καὶ τὸ μετόπωρον.] Coraës e Gal. ad Aph. 13. III. ὡσαύτως his subiungit. Lind. et Mack. pro μετόπωρον e Gal. καὶ Φθινόπωρον (Mack. τὸ Φθ.) ὡσαύτως.

τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται καὶ βόρειον, τὸ δὲ μετόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον.] Verba βόρειον et νότιον in Ald. et Basil. sedem permutarunt.

καὶ σφακελοὺς τοῦ ἐγκεφάλου.] Haec deleta cupiit Pasienus: nec vero leguntur Aph. 14. III. — Incertus sum, licet argumentum ex absentia horum verborum in Aphorismo non leve sit, quum harum sententiarum collector pedetentim librum nostrum sequatur.

©BIUM

καὶ κορύζας καὶ βῆχας, ἐνίοισι δὲ καὶ φθίσιας. Ἢν δὲ βόρειόν τε ᾖ καὶ ἄνυδρον, καὶ μήτε ὑπὸ κύνα ἔπομβρον, μήτε ἐπὶ τῷ ἀρκτούρῳ, τοῖσι μὲν φλεγματίῃσι φύσι ξυμφέρει μάλιστα, καὶ τοῖς ὑγροῖς τὰς φύσιας καὶ τῇσι γυναιξί· τοῖσι δὲ χολώδεσι τοῦτο πολεμιώτατον γίγνεται· λίην γὰρ ἀναξηραίνονται, καὶ ὀφθαλμίαι αὐτοῖσι ἐπιγίγνονται ξηραὶ καὶ πυρετοὶ ὀξέες καὶ πολυχρόνιοι, ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι. Τῆς γὰρ χολῆς τὸ μὲν ὑγρότατον καὶ ὑδαρέστατον ἀναλοῦται, τὸ δὲ παχύτατον καὶ δριμύτατον λείπεται, καὶ τοῦ αἵματος κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἀφ' ὧν ταῦτα τὰ νοσεύματα αὐτοῖσι γίγνεται. Τοῖσι δὲ φλεγματίῃσι πάντα ταῦτα ἀρωγά ἐστι· ἀναξηραίνονται γὰρ καὶ ἐς τὸν χειμῶνα ἀφικνέονται οὐ πλαδῶντες, ἀλλὰ ἀνεξηρασμένοι.

nullis quoque tabes. Quodsi aquilonius et siccus fuerit auctumnus, ac neque sub canem, neque sub arcturum pluviosus, pituitosis quidem praecipue, et natura humidis et mulieribus confert, biliosis vero hoc est maxime adversum. Admodum enim resiccantur, iisque lippitudines aridae contingunt et febres acutae ac diuturnae, quibusdam etiam melancholiae. In bile namque quidquid est humidissimum et aquosissimum consumitur, quod vero crassissimum et acerrimum remanet, quod in sanguine eadem quoque ratione accidit, unde ii morbi illis contingunt. Pituitosis vero haec omnia auxilio sunt. Resiccantur enim et ad hiemem perveniunt non redundantes humoribus sed resiccati.

ιζ'. Κατὰ ταῦτά τις ἐννοεύμενος καὶ σκοπούμενος προειδείη ἂν τὰ πλεῖστα τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἀπὸ τῶν μεταβολέων. Φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ μάλιστα τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρέων τὰς μεγίστας καὶ μήτε φάρμακον διδόναι ἔκοντα, μήτε κινέειν ὅ τι ἐς κοιλίην,

17. Qui igitur haec mente complexus et contemplatus fuerit, is ex mutationibus plurima fere quae proventura sint praevidebit. Praecipue vero maximae anni temporum mutationes observandae sunt, ut neque medicamentum purgans lubenter exhibeamus, neque quidquam quod

καὶ φθίσιας.] Aldus καὶ φύσας, quod Calvus etiam legit, cod. Par. alter καὶ φύσηας. Coraës: „à la fin, inquit, de cette constitution Av. place une autre savoir un été austral et sec suivi d'une automne boréale et pluvieuse."

καὶ μήτε ὑπὸ κύνα ἔπομβρον.] Haec verba non habet cod. alter Paris., neque Calvus, neque Ald. Mss. nonnulla secundum Septalium μήτε ἐπὶ τῷ κυνί et ἔπομβρον pone Ἀρκτούρῳ.

ξυμφέρει μάλιστα.] Haec coniungunt Calvus et Coraës et Littréus: cett. fere ad seqq. referunt μάλιστα, quorum ratio minus placet.

ὀφθαλμίαι — ξηραί.] Ἰσχυραί Merc. et Zuing. in marg. Gal. ad Aph. III. 14. bis ξηραί.

καὶ πολυχρόνιοι.] Av. et mss. nonnulla et Aph. l. κορύζαι, quod Septalius dedit, licet in comm. legat χρονικαί.

ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι.] Est haec Aphorismi l. et Galeni ad illum lectio a Coraë, Littréo recepta. Cett. ἐνίοισι, καὶ μελ.

ἀναλοῦται.] ἀποξηραίνεται καὶ ἀναλίσκεται Merc. et Zuing. in marg., Lind., Gal. ad Aph. 14. III.

ἀφ' ὧν.] Vulgo ἄφνω. Merc. et Zuing. in marg. ἐφ' ᾧ. Lind., Mack., Cor., Littréus, Galeni lectionem secuti sunt. Plerumque mox τά pone ταῦτα deficit: praebet Gal. l. l., receperunt Mack., Cor., Littr.

ἀναξηραίνονται.] Vulg. ἀποξηραίνονται. ἀναξηραίνονται Gal. l. l., unde recepit Coraës.

οὐ πλαδῶντες, ἀλλὰ ἀνεξηρασμένοι.] Vulgo ὑπ' ἄλλων τ' ἐς ἄλλα ἀναξηραινόμενοι. Galeni lectio est, quam cum Bac., Mack., Cor., Littr. adscivi: participium ἀνεξηραμμένοι (sic apud Gal.) correctum est. Ceterum hisce in libris scriptis subiunguntur verba: ἢν δὲ ὁ χειμὼν βόρειος γένηται καὶ ξηρὸς, τὸ δὲ ἦρ νότιον καὶ ἔπομβρον, κατὰ τὸ θέρος ὀφθαλμίαι· γίνονται ἰσχυραί· τοῖσι δὲ παισὶ καὶ γυναιξὶν πυρετοί, quae quidem omiserunt Merc., Zuing., Lind., Cor., Littr., uncis inclusit Mack. Eiicienda videbantur etiam Foësio; nam referunt brevem repetitionem eorum, quae supra iam leguntur.

17. ἐννοεύμενος.] Ita Merc. et Zuing. in marg.: receperunt Mack., Cor., Littréus.

μήτε κινέειν.] Vulgo: φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ μάλιστα τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρέων τὰς μεγίστας, καὶ μήτε φάρμακον διδόναι ἔκοντα, μήτε καίειν ὅ τι ἐς κοιλίην, μήτε τάμνειν, πρὶν παρέλθωσιν ἡμέραι δέκα ἢ καὶ πλείονες. — In hisce de meo pro καίειν scripsi κινέειν ad similitudinem loci e § 17. additamentorum spuriorum ad librum de Victu acutorum, ubi: ἢν γάρ τι κινήσῃς κατὰ κοιλίην. — Nimirum vulgata lectio gravi difficultate premi mihi videtur: neque enim intelligo qui dicat Hippocrates μήτε καίειν ὅ τι ἐς κοιλίην, μήτε τάμνειν. Id enim in abscessu fit, adeoque faciendum cum hic sit maturus, quod ita ut nullo modo differre possis subinde continget ipso illo tempore, quo abs hac re abstinendum esse docet. Tum vero dicit ὅ τι ἐς κοιλίην, quasi sexcentae res diversae ibi urendae sint, quod aeque minus intelligitur. Itaque locum, quemadmodum descripsi, refeci: τάμνειν est φλέβα τάμνειν, sicuti § 22. partis germanae libri de Victu acut., τομή est φλεβοτομίη. — Ad illud μήτε κινέειν ὅ τι ἐς κοιλίην confero Aph. 5. IV. Ὑπὸ κύνα καὶ πρὸ κυνὸς ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι.

©BIUM

μήτε τέμνειν, πρὶν παρέλθωσι ἡμέραι δέκα ἢ καὶ πλείονες· μέγισται δέ εἰσι αἵδε καὶ ἐπικινδυνόταται, ἡλίου τροπαὶ ἀμφότεραι καὶ μᾶλλον αἱ θεριναί· καὶ αἱ ἰσημερίαι νομιζόμεναι εἶναι ἀμφότεραι, μᾶλλον δὲ αἱ μετοπωριναί. Δεῖ δὲ καὶ τῶν ἄστρων τὰς ἐπιτολὰς φυλάσσεσθαι καὶ μάλιστα τοῦ κυνὸς, ἔπειτα ἀρκτούρου καὶ ἔτι πληϊάδων δύσιν· τά τε γὰρ νοσεύματα μάλιστα ἐν ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι κρίνεται· καὶ τὰ μὲν ἀποφθίνει, τὰ δὲ λήγει, τὰ δὲ ἄλλα πάντα μεθίσταται εἰς ἕτερον εἶδος καὶ ἑτέρην κατάστασιν. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως ἔχει.

ιη'. Βούλομαι δὲ περὶ τῆς Ἀσίης καὶ τῆς Εὐρώπης δεῖξαι ὁκόσον διαφέρουσι ἀλλήλων ἐς τὰ πάντα καὶ περὶ τῶν ἐθνέων τῆς μορφῆς, ὅτι διαλλάσσει καὶ μηδὲν ἔοικε ἀλλήλοισι. Περὶ μὲν οὖν ἁπάντων πολὺς ἂν εἴη λόγος, περὶ δὲ τῶν μέγιστον καὶ πλεῖστον διαφερόντων ἐρέω ὡς μοι δοκέει ἔχειν.

ιθ'. Τὴν Ἀσίην πλεῖστον δὴ διαφέρειν φημὶ τῆς Εὐρώπης ἐς τὰς φύσιας τῶν ξυμπάντων, τῶν τε ἐκ τῆς γῆς φυομένων καὶ τῶν ἀνθρώπων· πολὺ γὰρ καλλίονα καὶ μείζονα

ad ventrem attineat moveamus, neque venam secemus, priusquam decem dies praeterierint vel plures etiam. Maximae vero et periculosissimae hae sunt: solstitia ambo, maxime vero aestivum, et quae aequinoctia habentur ambo, maxime vero auctumnale. Siderum quoque ortus observandi, praecipueque caniculae, deinde arcturi et vergiliarum occasus. His enim diebus potissimum morbi iudicationem subeunt et alii quidem minuuntur, alii desinunt, ceterique omnes in aliam formam et statum transeunt. Ac de his quidem ad hunc res se habet modum.

18. Ac de Asia et Europa indicare volo quantum inter se per omnia distent, et de gentium formis, diversas a se esse nihilque inter se simile illas habere. De omnibus certe longa foret oratio, verum de praecipuis et plurimum inter se differentibus dicam ut se res habere mihi videatur.

19. Mea quidem sententia Asia plurimum Europae praestat, tum eorum omnium natura, quae e terra producuntur, tum hominum. Longe enim pulchriora et maiora omnia in Asia gi-

πρὶν παρέλθωσι ἡμέραι.] Αἱ ἡμέραι vulgo. Articulum omittunt Lind., Cor., Littr.

μέγισται δέ εἰσι αἵδε καὶ ἐπικινδυνόταται.] Ita Coraës refecit vulgatam lect.: μέγιστα δέ εἰσιν αἱ δέκα καὶ ἐπικ. Cod. Par. alter μέγισται. Calvus αἱ γὰρ δέκα ἐπικ. legisse videtur. Coraïs emendationem firmavit ms. Lat. Littréi, ita ut hic etiam illam receperit.

αἱ θεριναί.] Articulum de suo addidit Coraës, quem sequitur editor nuperrimus.

καὶ αἱ ἰσημερίαι.] Ita vulgatum ἰσημεριναί emendavit Heringa, cuius rationem sequuntur Cor., Littr. De meo vero αἱ, quod ceteri non habent, adposui.

ἔπειτα ἀρκτούρου.] τοῦ ἀρκτ. Cor. Mihi quidem articulus non requiri videtur. Cf. constitutionum Epidemicarum descriptiones, ubi saepius πρὸ ἀρκτούρου, similia. — In universum autem quod ad res attinet ipsas cum hac §. conferendi sunt libri Epidd. Nempe hos si conferas, ultro patet eos cum hoc libro uni eidemque auctori esse tribuendos.

καὶ ἔτι πληϊάδων δύσιν.] E vulgato καὶ ἐπὶ πληϊάδων δύσιν Coraës illud effecit, quod cum Littréo sum amplexus.

τά τε γάρ.] Istud τε displicuit Coraï, adeo ut in altera Ed. non adscripserit. Cur delendum esset, non satis video: recte retinuisse puto Littréum.

ἀποφθίνει.] Hoc quidem transitive acceperunt Corn., Foës., Cor., Littr. Vide Coraën p. 200. Mihi intransitive sumendum videtur. Comparo locum ex Epid. III. st. pest. § 14. τὰς γὰρ θερινὰς νούσους χειμὼν ἐπιγενόμενος λύει καὶ τὰς χειμερινὰς θέρος ἐπιγενόμενον μεθίστησι. Nimirum sermo est loco nostro non de morborum in homines effectu sive mortem adferentium, sive in sanitatem exeuntium; sed de ipso morborum genio epidemico, ut nostrae aetatis medicorum sermone utar, ipsis illis anni temporibus mutato, ita ut morbi nonnulli prorsus evanescant, alii omnino aliam formam et rationem ineant.

λήγει.] λύει Merc., Zuing. in marg. Itidem mss. quaedam Foësii.

τὰ δὲ ἄλλα πάντα.] In Calvi versione et Cornarii ἄλλα πάντα deficit. Suspecta fuere haec verba Coraï quia loco e lib. de affect., quem (p. 200, adn.) citat, et in Arist. Probl. non leguntur. Itaque coniicit τὰ δὲ ἀντιμετίσταται. Et μεθίσταται certe non est tentandum, cf. locum ex Epid. III. paulo ante descriptum. Quod autem ad ἄλλα πάντα attinet, ego si abesset non magnopere requirerem, nec tamen reticio praebentibus libris.

18. ὅτι διαλλάσσει καὶ μηδὲν ἔοικε.] Vulgo τί, quod in ὅτι recte mutare visus est Coraës; idem recepit Littr. Vulgo μηδέν. Cum Coraë, Littréo μηδέν dedi. Cf. § 1.

περὶ τῶν μέγιστον καὶ πλεῖστον διαφερόντων.] Ita eleganter Coraës pro περὶ τῶν μεγίστων κ. τ. λ. Littréus: „cette correction, inquit, ne me paraît pas necessaire." Equidem Hippocratem μεγίστων scripsisse mihi persuadere non possum.

19. τὴν Ἀσίην πλεῖστον δὴ διαφέρειν φημί.] Vulgo δέ abest. τὴν Ἀσίην [δὲ] πλ. Lind. τὴν Ἀσίην δὴ πλεῖστον Cor. in altera Ed. — Gal. lib. Quod animi mores. p. 348. vs. 35. Ed. Bas. τὴν οὐσίαν. (Kühn. IV. 798. Ἀσίαν.) πλεῖστον δὲ διαφέρει φημὶ τῆς Εὐρώπης κ. τ. λ. — Patet ex hisce quo loco particula sit collocanda; e δέ effeci δή, quod

©BIUM

πάντα γίγνεται ἐν τῇ Ἀσίῃ· ἥ τε χώρη τῆς χώρης ἡμερωτέρη, καὶ τὰ ἤθεα τῶν ἀνθρώπων ἠπιώτερα καὶ εὐοργότερα. Τὸ δὲ αἴτιον τούτων ἡ κρᾶσις τῶν ὡρέων, ὅτι τοῦ ἡλίου ἐν μέσῳ τῶν ἀνατολέων κεῖται πρὸς τὴν ἠῶ, τοῦ τε ψυχροῦ πορρωτέρω καὶ τοῦ θερμοῦ· τὴν δὲ αὔξησιν καὶ ἡμερότητα παρέχει πλεῖστον ἁπάντων, ὁκόταν μηδὲν ᾖ ἐπικρατοῦν βιαίως, ἀλλὰ παντὸς ἰσομοιρίη δυναστεύῃ. Ἔχει δὲ κατὰ τὴν Ἀσίην οὐ πανταχῇ ὁμοίως, ἀλλ' ὅση μὲν τῆς χώρης ἐν μέσῳ κεῖται τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, αὕτη μὲν εὐκαρποτάτη ἐστὶ καὶ εὐδενδροτάτη καὶ εὐδιεστάτη καὶ ὕδασι καλλίστοισι κέχρηται τοῖσί τε οὐρανίοισι καὶ τοῖσι ἐκ τῆς γῆς. Οὔτε γὰρ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἐκκέκαυται λίην, οὔτε ὑπὸ αὐχμῶν καὶ ἀνυδρίης ἀναξηραίνεται, οὔτε ὑπὸ ψύχεος βεβιασμένη, οὔτε νοτία τε καὶ διάβροχός ἐστι ὑπό τε ὄμβρων πολλῶν καὶ χιόνος, τά τε ὡραῖα αὐτόθι πολλὰ ἐοικὸς γίγνεσθαι, ὁκόσα τε ἀπὸ σπερμάτων καὶ ὁκόσα αὐτὴ ἡ γῆ ἀναδιδοῖ φυτά· ὧν τοῖσι καρποῖσι χρέονται ὤνθρωποι, ἡμεροῦντες ἐξ ἀγρίων καὶ εἰς ἐπιτήδειον μετα-

gnuntur, regioque ipsa alia mitior et hominum mores humaniores et benigniores. Quorum quidem causa est tempestatum anni temperatio, cum in medio solis exortu ad auroram sit exposita, a frigore longe procul remota et a calore. Incrementum autem et moderationem omnium maxime praebet, cum nihil sit quod per vim superet, sed omnium sit aequabilis potestas. Neque tamen ubique per totam Asiam ad eundem modum se habent omnia. Sed quae quidem regio in medio calidi et frigidi sita est, ea certe feracissima est et arboribus maxime consita et blandissima, aquisque optimis fruitur coelestibus et ex terra provenientibus. Neque enim calore admodum exuritur neque squaloribus et aquarum penuria resiccatur, neque frigore violatur, neque austro obiecta imbribus multis et nive perfunditur; multaque illic sua tempestivitate nasci par est, quae ex seminibus quaeque ex terrae plantis proveniunt, quorum fructibus homines fruuntur ex agrestibus domesticos faciendo et in suum usum transferendo. Pecoraque illic enutrita vigere maxime aequum est, crebriusque parere et optime educare, ho-

cum Corae requirebam: facile autem intelligitur δὴ ante διαφέρειν interiisse.

καὶ τὰ ἤθεα τῶν ἀνθρώπων.] Codd. ἔθνεα: verum Lind., Mack., Cor., Littr. e Gal. l. l. et ex comm. in lib. de Humorr. p. 318. ἤθεα receperunt.

ἠπιώτερα.] Mack. e Gal. l. l. utroque ἡμερώτερα.

εὐοργότερα.] Hoc vocabulum apud Gal. non legitur, sed in exegesi εὐοργητότερα habet; quam glossam cum Littréo ad hunc locum pertinere censeo. Vulgo h. l. ἐνεργότερα. Zuing. in marg. εὐεργότερα, quod recepit Mack., ἀεργότερα Lind., εὐεργετικότερα cod. Gadald., εὐεργετικώτερα Bacc., Bald., εὐοργητότερα Heringa et Littréus, εὐοργότερα Coraës. Et alterutrum postremorum dandum esse certissimum est, quid vero praestet, εὐοργότερα an εὐοργητότερα, vix discerno: dedi quod ad vulgatam proxime accedit.

ἡ κρᾶσις τῶν ὡρέων.] ἡ κρᾶσις τῶν ὡρέων ἐστί. Cor. in edit. altera.

τοῦ τε ψυχροῦ πορρωτέρω καὶ τοῦ θερμοῦ.] καὶ τοῦ θερμοῦ cum Corn. addidi: seq. παντὸς ἰσομοιρίη, pro quo πάντων ἰσομοιρίη exspectaveris, fecit, ut omitti minime posse censerem. Vid. Coraës adn. p. 203.

τὴν δὲ αὔξησιν.] Exspectaveris fere τὴν γὰρ αὔξησιν: nihil tamen muto. Cf. Herm. ad Vig. p. 845. (343[b]).

Ἔχει δὲ κατὰ τὴν Ἀσίην.] Cor. καὶ κατὰ τὴν Ἀσίην, collatis, ut ipse dicit, § mihi 23. sub fin. εὑρήσεις δὲ καὶ τοὺς Ἀσιηνούς: et § 32. initio: ἔνεισι δὲ καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ. Non sine magna veri similitudine ille, nec tamen quidquam mutare audeo, quum h. l. re vera de ipsa Asia dicere aggressus sit verbis: τὴν Ἀσίην πλεῖστον δὴ διαφέρειν φημί κ. τ. λ.

καλλίστοισι.] Sic Gad., Bacc.; καλλίστοισι inde Cor., Littr. Vulgo μάλιστα: cod. Par. alter κάλλιστα.

ἐκκέκαυται.] ἐκκαίεται Gad., Lind.

ἀναξηραίνεται.] ἀνεξήρανται Mack., Coraës e Gal. lib. Quod animi mores. Kühn. p. 799. IV. Vulgo ἀναξηραίνεται, quod cum Littréo servandum iudicavi.

βεβιασμένη.] Calvus βιάζεται Latine expressit. Gal. l. l., Zuing., Merc. in marg. πέττεται. Bac. πέπτεται. Lind. πήγνυται. Coraës in altera Ed. πεπίεσται, quod in adnn. ad primam latere dixit in Galeni lectione. Cum Littréo nil muto. Infra enim, quod ipse adnotat Coraës: οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ εἰσι βεβιασμένοι, οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ.

οὔτε νοτία τε καὶ διάβροχός ἐστι ὑπό τε ὄμβρων πολλῶν καὶ χιόνος.] οὔτε e Coraïs coniectura adposui. Calvus νοτία γάρ. Lind. νοτία δέ. cett. νοτία τε. Littréus e ms. suo Latino ferente: „quum quidem et humida est ex imbribus multis et nubibus (sic)," dedit ἐπεὶ δὲ διάβροχος. Mihi quidem Coraïs emendatio certa esse videtur, cett. lectt. omnes cum loci sensu pugnare puto. Quid enim? οὔτε νοτία τε καὶ διάβροχος κ. τ. λ. opponitur superiori οὔτε ὑπὸ αὐχμῶν καὶ ἀνυδρίης ἀναξηραίνεται: nec vero ad istam παντὸς ἰσομοιρίην pertinent ὄμβροι πολλοὶ καὶ χιών. Quid quod de Scythia dicit § 26.: ἀπὸ τῶν ἄρκτων ἀεὶ πνέουσι πνεύματα ψυχρὰ ἀπό τε χιόνος καὶ κρυστάλλων καὶ ὑδάτων πολλῶν.

αὐτὴ ἡ γῆ.] Ita Cor., Littr. αὕτη ἡ γῆ vulgo.

ὤνθρωποι.] ἄνθρωποι vulgo. Coraës ἄνθρωποι.

μεταφυτεύοντες.] Quidquid dicit Coraës (p. 269. vol. II.)

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 405 sur 880

©BIUM

φυτεύοντες· τά τε ἐντρεφόμενα κτήνεα εὐθηνέειν εἰκὸς καὶ μάλιστα τίκτειν τε πυκνότατα καὶ ἐκτρέφειν κάλλιστα· τούς τε ἀνθρώπους εὐτραφεῖς εἶναι καὶ τὰ εἴδεα καλλίστους καὶ μεγέθη μεγίστους καὶ ἥκιστα διαφόρους ἐς τά τε εἴδεα αὐτῶν καὶ τὰ μεγέθεα· εἰκός τε τὴν χώρην ταύτην τοῦ ἦρος ἐγγύτατα εἶναι κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν μετριότητα τῶν ὡρέων. Τὸ δὲ ἀνδρεῖον καὶ τὸ ταλαίπωρον καὶ τὸ ἔμπονον καὶ τὸ θυμοειδὲς οὐκ ἂν δύναιτο ἐν τοιαύτῃ φύσι ἐγγίγνεσθαι . . . . . μήτε ὁμοφύλου, μήτε ἀλλοφύλου, ἀλλὰ τὴν ἡδόνην ἀνάγκη κρατέειν· διότι πολύμορφα γίγνεται τὰ ἐν τοῖς θηρίοις. Περὶ μὲν οὖν Αἰγυπτίων καὶ Λιβύων οὕτως ἔχειν μοι δοκεῖ.

κ'. Περὶ δὲ τῶν ἐν δεξιῇ τοῦ ἡλίου τῶν ἀνατολέων τῶν θερινῶν μέχρι Μαιώτιδος λίμνης, ὧδε ἔχει περὶ αὐτῶν. Τάδε τὰ ἔθνεα

minesque habitiores esse formaque praestantes et magnitudinis eximiae formaque et corporum proceritate non admodum inter se dissimiles. Hanc regionem veri proxime accedere consentaneum est secundum anni temporum naturam et moderationem. Virilis autem animus, aerumnarum et laborum tolerantia atque audacia in huiusmodi natura innasci nequit . . . . . neque eiusdem generis neque diversi, verum libidinem dominari necesse est; ideoque multiformes in feris partus gignuntur. Atque de Aegyptiis ac Libycis ad hunc quidem modum se res habere videtur.

20. De his vero qui sunt ad aestivi solis ortus dexteram ad Maeotidem usque paludem, habet se res ad hunc modum. Hae quidem

malui cum Zuingero ita scribere quam insolitum μεταφυτέοντες servare. Ipse Herodotus simplex φυτεύειν usurpavit. Vid. adn. ad lib. de Victu Acut. p. 121: nempe librariis his in rebus non nimium fidei adhibendum censeo.

εὐθηνέειν.] Ita Coraës emendavit vulgatum εὐθύνειν.

εὐθηνέειν εἰκὸς καὶ μάλιστα τίκτειν τε πυκνότατα καὶ ἐκτρέφειν κάλλιστα.] Non sine veri specie Coraës καί ante μάλιστα delevit. Possis etiam εὐθηνέειν εἰκὸς μάλιστα καὶ τίκτειν τε πυκνότατα καὶ ἐ. κ. scribere, si quid moliri lubeat. Sed praestat vulgatam tueri, me iudice.

καὶ τὰ μεγέθεα.] καὶ τὰ μεγέθη καὶ τὰς φωνάς. Lalem., Mart.

τοῦ ἦρος ἐγγύτατα εἶναι.] Ita ms. Gadald. Idem latet in vulg. τοῦ προσεγγύτατα εἶναι, uti apposite animadvertit Coraës.

τὸ ταλαίπωρον.] Ita Gal. Quod animi mores p. 799., unde receperunt Lind., Mack., Cor., Littr., τὸ ἀταλαίπωρον vulgo.

τὸ δὲ ἀνδρεῖον καὶ τὸ ταλαίπωρον καὶ τὸ ἔμπονον καὶ τὸ θυμοειδὲς οὐκ ἂν δύναιτο ἐν τοιαύτῃ φύσι ἐγγίγνεσθαι . . . . . μήτε ὁμοφύλου, μήτε ἀλλοφύλου, ἀλλὰ τὴν ἡδόνην ἀνάγκη κρατέειν· διότι πολύμορφα γίνεται τὰ ἐν τοῖς θηρίοις. περὶ μὲν οὖν Αἰγυπτίων καὶ Λιβύων οὕτως ἔχειν μοι δοκέει.] In vulg. lectione lacunae signum nullum: tum vero ὁμόφυλον et ἀλλόφυλον accusativo, uti videtur. Coraës genitivo dedit utrumque ex altero cod. Par. et Galeno, qui οὔτε ὁμοφύλου, οὔτε ἀλλοφύλου. Notemus Galenum lacunam esse ne suspicari quidem: nam citat haec quasi nihil deficeret. Itaque puto illum μήτε de suo in οὔτε mutasse ob antecedens οὐκ ἂν δύναιτο: fortasse locum memoriter citat. Teneamus longe verosimillimum esse Hippocratem μήτε scripsisse, eumque voluisse tantopere in libidinem prona esse animantia in regionibus calidis ὥστε μὴ ἀπέχεσθαι μήτε ὁμοφύλου, μήτε ἀλλοφύλου· ἀλλὰ τὴν ἡδόνην ἀνάγκη κρατέειν. Scilicet verba nostra post lacunam apodosin efficere videntur sententiae iam truncatae. Sed haec, licet magnam ferant veritatis speciem, non certa sunt, quamquam

Aristotelis loci (Hist. anim. VIII. 28. et de Gener. Anim. II. 7. Λέγεται δὲ καὶ τὸ περὶ τῆς Λιβύης παροιμιαζόμενον κ. τ. λ.,) quos citavit Coraës p. 215. multum haec illustrant. Neque video cur in altera Editione pone θηρίοις alterius lacunae signa posuerit: nam me iudice certum huius rei indicium habetur nullum. Certissimum contra insignem esse lacunam pone ἐγγίγνεσθαι. Nempe integra libri pars, qua de Aegyptiis et Lybicis egit Hipp., deficit. Scilicet hi populi ad sinistram solis hieme orientis siti sunt, transit autem § seq. ad eos qui sunt ἐν δεξιῇ τοῦ ἡλίου τῶν ἀνατολέων τῶν θερινῶν. Tum vero initio § 25. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν Σκυθέων τῆς μορφῆς, inquit, ... οὗτος λόγος, ὃς καὶ περὶ τῶν Αἰγυπτίων κ. τ. λ. — Itaque respicit ad ea, quae antea de Aegyptiis monuerat. Itemque § 26. ὅτι πολὺ ἀπήλλακται τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὸ Σκυθικὸν γένος καὶ ἔοικε αὐτὸ ἑωυτῷ, ὥσπερ τὸ Αἰγύπτων κ. τ. λ. Tandem § 27. πρῶτον μὲν ὅτι οὐ σπαργανοῦνται, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ κ. τ. λ. Quae Littréus de hisce monuit mihi prorsus displicent et erronea esse arbitror: Galeni locum in primis minus recte cepisse mihi visus est. Nec quidquam mirabile hac in re inest, quod Galeni tempore iam defecit libri pars, cuius interitum hodie dolemus. Est autem haec iactura maxime deploranda: quis non avide cum iis, quae Herodotus de Aegyptiis, Lybicisque habet, egregias, si ex earum quae supersunt pretio deperditas aestimare liceat, Hippocratis observationes contulerit?

20. ἐν δεξιῇ τῶν ἀνατολέων τῶν θερινῶν.] Vulgo χειμερινῶν: alterum illud habent Gadald., Sept., Lind., Mack., Coraës, Littr.

μέχρι Μαιώτιδος λίμνης· ὧδε ἔχει περὶ αὐτῶν.] Inter λίμνης et ὧδε intermedia legi solent verba: οὗτος γὰρ ὅρος τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίης. — Me iudice scholion est ex eodem genere, e quo quae e §§ 4. 5. 13. eiecimus; γάρ in his solenne est.

τάδε τὰ ἔθνεα ταύτῃ διάφορα κ. τ. λ.] Vulgo τὰ δὲ ἔθνεα ταῦτα ταύτῃ διάφορα, quod displicuit Coraï, ita ut in prima Ed. δὲ deletum vel in δή mutatum cuperet, ταύτῃ

©BIUM

ταύτῃ διάφορα αὐτὰ ἑωυτῶν μᾶλλόν ἐστι τῶν προδιηγημένων, διὰ τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρέων καὶ τῆς χώρης τὴν φύσιν. Ἔχει δὲ καὶ κατὰ τὴν γῆν ὁμοίως ἅπερ καὶ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους. Ὅκου γὰρ αἱ ὧραι μεγίστας μεταβολὰς ποιέονται καὶ πυκνοτάτας, ἐκεῖ καὶ ἡ χώρη ἀγριωτάτη καὶ ἀνωμαλωτάτη ἐστί· καὶ εὑρήσεις ὄρη τε πλεῖστα καὶ δασέα καὶ πεδία καὶ λειμῶνας ὄντας· ὅκου δὲ αἱ ὧραι μὴ μέγα διαλλάσσουσι, ἐκεῖ ἡ χώρη ὁμαλωτάτη ἐστί. Οὕτω δὲ ἔχει καὶ περὶ τῶν ἀνθρώπων, εἴ τις βούλεται ἐνθυμέεσθαι. Εἰσὶ γὰρ φύσιες αἱ μὲν ὄρεσι ἐοικυῖαι δενδρώδεσί τε καὶ ἐφύδροισι, αἱ δὲ λεπτοῖσί τε καὶ ἀνύδροισι, αἱ δὲ λειμακεστέροις τε καὶ ἑλώδεσι, αἱ δὲ πεδίῳ τε καὶ ψιλῇ καὶ ξηρῇ γῇ. Αἱ γὰρ ὧραι αἱ μεταλλάσσουσαι τῆς μορφῆς τὴν φύσιν εἰσὶ διάφοροι· ἢν δὲ διάφοροι ἔωσι μέγα σφῶν αὐτέων, διαφοραὶ καὶ πλείονες γίγνονται τοῖσι εἴδεσι.

κα'. Καὶ ὁκόσα μὲν ὀλίγον διαφέρει τῶν ἐθνέων παραλείψω· ὁκόσα δὲ μέγα ἢ φύσι, ἢ νόμῳ, ἐρέω περὶ αὐτῶν ὡς ἔχει· καὶ πρῶτον περὶ τῶν Μακροκεφάλων. Τούτῳ γὰρ οὐκ ἔστι ἄλλο ἔθνος ὁμοίας τὰς κεφαλὰς ἔχον οὐδέν. Τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν ὁ νόμος

gentes hac de causa magis inter se differunt quam quae ante sunt enarratae cum propter anni tempestatum mutationes, tum ob regionem. Habet autem solum eodem plane modo, quo etiam homines. Ubi namque anni tempora maximas et creberrimas mutationes faciunt, illic efferatissima et maxime inaequalis regio exsistit, montesque plurimos et densos, campos item et prata in ea invenias. At ubi anni tempora non admodum variant, illic ea regio maxime aequalis est. Ad eundem vero modum se in hominibus habet, si quis animum advertat. Sunt enim quaedam naturae montosis locis, silvosis et aquosis similes, quaedam tenuibus et aqua carentibus, quaedam etiam pratorum et paludum naturam referunt, quaedam etiam ad planitiei nudorumque et siccorum naturam accedunt. Anni enim tempora, quae formarum naturam variant, inter se differunt, quodsi multum inter se diversa exsistant, varias et multiplices formas producunt.

21. Atque eas quidem gentes, quae parum inter se differunt, praetermittam, quae vero plurimum aut natura aut institutis inter se discrepant, de his quemadmodum se habeant mihi dicendum est, in primisque de macrocephalis. Huic enim genti similia capita nulla alia habet.

etiam reiiceret, vel in *πάντα*, vel *πάντῃ*, mutandum censeret: in altera vero ed. *τὰ ἔθνεα ταῦτα πάντῃ διάφορα* scriberet. — Mihi quoque *ταῦτα ταύτῃ* continuo sibi subsequentia non admodum arridet, nec tamen *ταύτῃ* vitiosum esse credo, quum mox per epexegesin huius voculae inferatur *διὰ τὰς μεταβολάς κ. τ. λ.* Ergo *τὰ δέ* in *τάδε τά* mutavi, qua ratione pristinam scripturam restituere mihi visus sum: nempe primum *τά* excidisse opinor, atque ita *τάδε* in *τὰ δέ* abiisse, dein recentiores *ταῦτα* adposuisse.

ὁμοίως, ἅπερ.] Coraës *ἅπερ* in *ὥσπερ* mutavit, tum vel hoc, vel *ἤπερ, κατάπερ* desiderare se significat. Vel id ipsum quod *κατάπερ* probat, docet nihil esse tentandum: nempe ad *ἅπερ* subintelligendum *κατά*, quo facto acc. plur. pronominis adverbii vice fungitur.

ἅπερ καὶ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους.] Vulgo *κατὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους.* Cum Coraë *ἄλλους* eieci, quod, quidquid dicit Littréus, sensum sanum non refert: conferas modo quae infra obvia: *οὕτω δὲ ἔχει καὶ περὶ τῶν ἀνθρώπων.*

μὴ μέγα διαλλάσσουσι.] Vulgo *μεγάλαι ἀλλάσσουσι*, Lind., Mack., Cor. in prima Ed. *μεγάλα*; in altera hic *μέγα*, quod cum Littréo sum amplexus. Sed simul *διαλλάσσουσι* scripsi, quia in vulgato ΜΕΓΑΛΑΙΑΛΛΑΣΣΟΥΣΙ latere arbitror ΜΕΓΑΔΙΑΛΛΑΣΣΟΥΣΙ.

ἐκεῖ ἡ χώρη.] Vulgo *ἐκείνοις ἡ χ.* — Cor. in prima Ed. *ἐκείνῃ*, in altera *ἐκεῖ*, quod Corn. Latine expresserat. Idem eum Littréo exhibeo.

ἐφύδροισι.] Ita codd. Coraïs, Calvus, Gadald., Zuing., Mack., Cor., Littr., *ἀφύδροισι* Ald., Bas., Foës., *asperis* Corn., *ἀνύδροισι* Lind.

ἀνύδροισι.] Sic cod. alter Coraïs, Calvus, Gadald., Zuing., Mack., *ἐνύδροις* alter cod. Coraïs, Ald., Bas., Corn., Foësius.

λειμακεστέροις.] Cor. *λειμακαδεστέροισι* malle se in prima Ed. significat, idque in altera scripsit. Nolim fecisset. Cf. Suidam in *λείμαξ*. Erotianum in voce nostra. Wesseling. ad Herodotum IV. 47. 3.

ἢν δὲ διάφοροι ἔωσι μέγα.] *μετά* vulgo. Facilem et veram Coraïs emendationem *μέγα* non recepit Littr. — Cornar. *μέγα* Latine expressit.

διαφοραὶ καὶ πλείονες γίγνονται.] Coraës vel *καί* deletum cupit, vel scriptum *μέγιστοι καὶ πλείονες*. Mihi nil tentandum videtur: *καί* intensivum h. l. bene habet.

21. *ὁκόσα δὲ μέγα.*] Vulg. *μεγάλα* reiecit Cor. et in altera Ed. *μέγα* illi substituit de suo; rectissime, docet vel antecedens *ὀλίγον*.

τούτῳ.] Ita cum Coraë in Ed. altera scripsi: vulgatum *τουτέων*, me iudice, ferri nequit.

ὁμοίας.] Vulgo *ὁμοίως*. Illud cum Cor. in altera Ed. e cod. Par. recepi.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 407 sur 880

©BIUM

αἰτιώτατος ἐγένετο τοῦ μήκους τῆς κεφαλῆς, νῦν δὲ καὶ ἡ φύσις ξυμβάλλεται τῷ νόμῳ· τοὺς γὰρ μακροτάτην ἔχοντας τὴν κεφαλὴν γενναιοτάτους ἡγέονται. Ἔχει δὲ περὶ νόμου ὧδε· τὸ παιδίον ὁκόταν γένηται τάχιστα, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἔτι ἁπαλὴν ἐοῦσαν μαλακοῦ ἐόντος ἀναπλάσσουσι τῇσι χερσὶ καὶ ἀναγκάζουσι ἐς τὸ μῆκος αὔξεσθαι δέσμα τε προσφέροντες καὶ τεχνήματα ἐπιτήδεια, ὑφ' ὧν τὸ μὲν σφαιροειδὲς τῆς κεφαλῆς κακοῦται, τὸ δὲ μῆκος αὔξεται. Οὗτος τὴν ἀρχὴν ὁ νόμος κατειργάσατο, ὥστε ὑπὸ βίης τοιαύτην τὴν φύσιν γενέσθαι· τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος ἐν φύσι ἐγένετο, ὥστε τὸν νόμον μηκέτι ἀναγκάζειν. Ὁ γὰρ γόνος πανταχόθεν ἔρχεται τοῦ σώματος, ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς, ἀπό τε τῶν νοσερῶν νοσερός. Εἰ οὖν γίγνονται ἔκ τε τῶν φαλακρῶν φαλακροὶ, καὶ ἐκ γλαυκῶν γλαυκοὶ, καὶ ἐκ διεστραμμένων στρεβλοὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος, καὶ περὶ τῆς ἄλλης μορφῆς ὁ αὐτὸς λόγος, τί κωλύει καὶ ἐκ μακροκεφάλου μακροκέφαλον γίγνεσθαι; Νῦν δὲ ὁμοίως οὐκέτι γίγνονται, ὡς πρότερον· ὁ γὰρ νόμος οὐκέτι ἰσχύει διὰ τὴν ἀμέλειαν τῶν ἀνθρώπων. Περὶ μὲν οὖν τούτων, οὕτω μοι δοκεῖ.

κβ'. Περὶ δὲ τῶν ἐν Φάσι· ἡ χώρη ἐκείνη ἑλώδης ἐστὶ καὶ θερμὴ καὶ ὑδατεινὴ καὶ δασεῖα, ὄμβροι τε αὐτόθι γίγνονται πᾶσαν ὥρην πολλοί τε καὶ ἰσχυροί· ᾗ τε δίαιτα τοῖσι ἀνθρώποισι ἐν τοῖσι ἕλεσί ἐστι· τά τε οἰκήματα ξύλινα καὶ καλάμινα ἐν τοῖσι ὕδασι μεμηχανημένα· ὀλίγῃ τε χρέονται τῇ βαδίσι κα-

Et initio quidem hominum institutum longitudinis capitis causa fuisse videtur. Nunc vero natura etiam ad institutum accedit. Longissima enim habentes capita generosissimos existimant. Huiusmodi autem est institutum. Cum primum editus est infans, caput eius adhuc tenellum, cum ipse mollis sit, manibus effingunt et in longitudinem adolescere cogunt vinculo et idoneis artibus adhibitis, quibus capitis rotunditas vitietur et longitudo augeatur. Hoc institutum primum huiusmodi naturae dedit initium. Successu vero temporis in naturam abiit, ut proinde instituto nil amplius opus esset. Semen enim genitale ex omnibus corporis partibus provenit, ex sanis quidem sanum et ex morbosis morbosum. Si igitur ex calvis calvi gignuntur, ex caesiis caesii et ex distortis ut plurimum distorti, eademque in ceteris formis valet ratio, quid prohibet cur non etiam ex macrocephalo macrocephalus gignatur? Etsi nunc quoque perinde ut antea non nascuntur, obsolescente per hominum incuriam instituto. Ac de his quidem sic sentio.

22. Iam vero de his qui Phasim accolunt; regio est palustris, calida, aquosa et densa, imbribusque copiosis et vehementibus fere semper perfunditur. Homines in paludibus vitam degunt et domos ligneas et arundineas in aquis fabrefactas habent, raro urbes et emporia adeunt, verum navigiis ex ligno uno cavatis sursum ac

μαλακοῦ ἐόντος.] Coraës: „Je soupçonne fort qu'on lisait anciennement σμικροῦ." Nec tamen aliquid mutat, quod nec mihi faciendum videtur, neque enim aliud quid scriptum fuisse puto.

ἀναπλάσσουσι.] Cod. alter Coraïs, Ald., Bas., ἀναπλήσσουσι, qua falsa Ionismi specie in errorem duci se passi sunt Cor., Littr.

δέσμα τε προσφέρουσι.] δέσματα Lind., Mack., Cor., forte e Foësii Latinis; ego cum Littréo nihil muto.

οὗτος τὴν ἀρχὴν ὁ νόμος.] Vulgo αὐτός. At cod. Gad. Bacc., ms. Lat. Littréi οὕτως, quod recepere Cor. in prima Ed., Littr. — Etiam οὗτος legi posse monet Cor.: in altera vero edit. αὐτός reposuit. Mihi οὕτως omnino ex οὗτος ortum esse videtur: sexcenties hae voculae permutantur. Itaque dedi quod nostrum scripsisse credidi.

ὑπὸ βίης.] Omittuntur haec in vulg., adscribunt Gad., Bacc., unde receperunt Cor. et Littréus; recte: nam licet facile his omissis sententia intelligatur, faciunt tamen ad accuratiorem eius, quod auctor voluit, significationem.

μακροκέφαλον γίγνεσθαι.] Vulgo γίνεσθαι: illud recepi ex altero Cod. Par.

ὡς πρότερον.] Pro ὡς cod. alter Par. et Ald. ᾗ, unde Cor. ᾗ.

ἀμέλειαν.] Cod. Gadald. ὁμιλίαν, quae lectionis diversitas forte antiquitus iam h. l. adfuit; quippe Erot. p. 272. ὁμιλίη) σημαίνει τρία ..... ἔστι δὲ ἐν τῇ περὶ ὠρέων καὶ τόπων. Utrumque quidem intelligitur, sed longe tamen praefero ἀμέλειαν. Littréus Erotiano est obsecutus: ὁμιλίη esse debebit gentis μακροκεφάλων cum aliis gentibus commercium.

22. ὀλίγῃ τε χρέονται τῇ βαδίσι.] τῇ βαδίσει de suo

©BIUM

τὰ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἐμπόριον, ἀλλὰ μονοξύλοις διαπλέουσι ἄνω καὶ κάτω· διώρυχες γὰρ πολλαί εἰσι. Τὰ δὲ ὕδατα θερμὰ καὶ στάσιμα πίνουσι, ὑπό τε τοῦ ἡλίου σηπόμενα καὶ ὑπὸ τῶν ὄμβρων ἐπαυξόμενα. Αὐτός τε ὁ Φάσις στασιμώτατος πάντων τῶν ποταμῶν καὶ ῥέων ἠπιώτατα· οἵ τε καρποὶ οἱ γιγνόμενοι αὐτόθι πάντες ἀναλδέες εἰσὶ καὶ τεθηλυσμένοι, καὶ ἀτελέες ὑπὸ πολυπληθείης τοῦ ὕδατος· διὸ καὶ οὐ πεπαίνονται· ἠήρ τε πουλὺς κατέχει τὴν χώρην ἀπὸ τῶν ὑδάτων. Διὰ ταύτας δὴ τὰς προφάσιας τὰ εἴδεα ἀπηλλαγμένα τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἔχουσι οἱ Φασιηνοί· τά τε γὰρ μεγέθη μεγάλοι, τὰ πάχεα δ' ὑπερπάχεες· ἄρθρον τε κατάδηλον οὐδὲν, οὐδὲ φλέψ· τήν τε χροιὴν ὠχρὴν ἔχουσι, ὥσπερ ὑπὸ ἰκτέρου ἐχόμενοι· φθέγγονταί τε βαρύτατον ἀνθρώπων, τῷ ἠέρι χρώμενοι οὐ λαμπρῷ, ἀλλὰ χνοώδεϊ τε καὶ διερῷ· πρός τε τὸ ταλαιπωρέειν τὸ σῶμα ἀργότεροι πεφύκασι· αἵ τε ὧραι οὐ πολὺ μεταλλάσσουσι, οὔτε πρὸς τὸ πνῖγος, οὔτε πρὸς τὸ ψύχος· τά τε πνεύματα τὰ πολλὰ νότια, πλὴν αὔρης μίης ἐπιχωρίης· αὕτη δὲ πνέει ἐνίοτε βίαιος καὶ χαλεπὴ, καὶ θερμὴ καὶ κέγχρονα ὀνομάζουσι τοῦτο τὸ

deorsum traiiciunt, cum fossas habeant plurimas. Aquas bibunt calidas, statarias, sole putrefactas et imbribus auctas. Ipseque Phasis prae ceteris fluminibus maxime stagnans est et lenissime defluit, fructusque qui illic nascuntur, nullum incrementum accipiunt, effeminati sunt et prae aquarum copia imperfecti, ideoque ad maturitatem minime perveniunt. Aër quoque caliginosus ab aquis sublatus regionem occupat. His sane de causis Phasiani corporis formam a ceteris hominibus longe diversam habent. Proceritate enim corporis et crassitudine valde excedunt, neque articulus ullus neque venae comparent, pallidoque sunt colore velut morbo regio detenti, cumque aëre utantur minime puro, sed caliginoso et maxime humido, gravissimam prae aliis vocem edunt. Sunt etiam ad corporis exercitationem natura pigriores, annique tempestates quoad aestum aut frigus non multum variant. Venti iis plurimi sunt austrini, potissimum unus regioni peculiaris, qui interdum violentior, molestior et calidior spirat, quem Cenchrona nominant. Boreas vero non admodum huc pervenit, quodsi aliquando spiret, debilis tamen et valde lenis exsistit. Atque ad hunc quidem modum qui Asiam et Europam incolunt

Coraës, Littréus vulgatam βαδίσει sine τῇ retinuit. Infra § 27. καὶ βραχὺ τῇ βαδίσι χρέονται, quapropter mutatum cupivisse locum nostrum videtur Coraës.

διαπλέουσι.] διαπλείουσι codd. Coraïs, Ald., Bas., Merc., Zuing., Mart. — Foësius in Oecon. voce μονόξυλα illud διαπλείουσι reiicit. Cor.: „il a sans doute oublié, inquit, que les Ioniens et notamment Homère, prononcent πλείειν pour πλέειν, πνείειν pour πνέειν." Equidem vereor ne πλείειν sit potius Epicae quam Ionicae dialecti. Herodotus certe potius πλώειν, rarius πλέειν, non πλείειν.

διώρυχες.] διώρυγες Coraës in Ed. altera pro vulgato διώρυγες; et solet omnino ita scribere Herodotus, adeo ut Coraën sequendum putem. Cf. Hemsterh. ad Thom. Mag. p. 245. Lobeck ad Phryn. p. 231.

ἐπαυξόμενα.] Littr. ἐπαυξανόμενα, nescio unde, nec quare.

αὐτός τε ὁ Φάσις στασιμώτατος πάντων τῶν ποταμῶν.] αὐτὸς γὰρ ὁ Φ. Calvus. Φάσιος Ald., τῶν delevit Cor. in altera Ed.

αὐτόθι.] Vulgo αὐτέοι. Chart. αὐτέου. Cor. αὐτέοισι, uterque de suo. Zuing. in marg. αὐτέῃ et αὐτόθι, quorum hoc recepere Mack., Littr., hic fretus cod. suo Latino.

ἀναλδέες.] Ita Lind., Mack., Cor., Littr. Cf. Foës. Oecon. v. ἀναλδές. Cod. Par. alter ἀνελθέες, vulgo ἀναλθέες. Zuing. in marg. ἀναλκέες, Foës. etiam in adnn. e Gal. et Erot. ἀναλδέες praefert.

καὶ τεθηλυσμένοι.] Ita cod. alter Par., unde recepere Cor., Littr. vulgo κατατεθηλυσμένοι. Calvus etiam illud legisse videtur.

τὰ πάχεα δ' ὑπερπάχεες.] Coraës τε pro δ', quo tamen non opus est. Cod. Par. alter ὑπερπάχητες. Et πάχητες sane Hesych., sed ceterum δορατοπαχὴς, ἡμιπαχὴς cett. inveniuntur cum nominibus composita.

ὠχρήν.] ὕπωχρον Bacc., Bald.

χνοώδεϊ τε καὶ διερῷ.] Lind., Mack., γνοφώδει e Calvo et Corn., quorum alter *tenebricoso*, alter *obscuro*. Gad., Bac. νοτώδει. Heringa vult ἀχλυώδει. Cum Coraë et Littréo nil tentandum censeo: potest, puto, uti ille animadvertit χνοώδει explicari ἀχλυώδει; quam maxime consonat cum hoc epitheto, quod in Prorrh. I. legitur ὄμμα ἐπίχνουν. Pro διερῷ Gad., Bac. ὁλερῷ. — Erotiani λιβρῷ secundum Foës. ad h. l. referendum est.

πρός τε τὸ ταλαιπωρέειν τὸ σῶμα.] Ita de suo Cor., quem cum Littréo sequor: vulgo πρὸς ταλαιπωρέειν τε τὸ σῶμα.

τά τε πνεύματα τὰ πολλά.] τά ante πολλά de suo adscripsit Cor.

πλὴν αὔρης μιῆς ἐπιχωρίης.] Ita Serv., Lind., Mack., Littr., cuius ms. Lat. *aura* fert. Vulgo: αὐτῆς, unde Coraës ἀϋτμῆς effinxit, quod minime praestare videtur, utpote magis poëticum, ni fallor. § 6. αὖραι ψυχραί.

αὕτη δὲ πνέει.] Calvus; „quandoque violenter frigideque spirat, quandoque calide et moleste."

©BIUM

πνεῦμα. Ὁ δὲ βορέης οὐ σφόδρα ἀφικνεῖται· ὁκόταν δὲ πνέῃ, ἀσθενὴς καὶ βλιχρός. Καὶ περὶ μὲν τῆς φύσιος τῆς διαφορῆς καὶ τῆς μορφῆς τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ καὶ τῇ Εὐρώπῃ οὕτως ἔχει.

κγ'. Περὶ δὲ τῆς ἀθυμίης τῶν ἀνθρώπων καὶ τῆς ἀνανδρείης, ὅτι ἀπολεμώτεροί εἰσι τῶν Εὐρωπαίων οἱ Ἀσιηνοὶ καὶ ἡμερώτεροι τὰ ἤθεα, αἱ ὧραι αἰτίαι μάλιστα, οὐ μεγάλας τὰς μεταβολὰς ποιεύμεναι, οὔτε ἐπὶ τὸ θερμὸν, οὔτε ἐπὶ τὸ ψυχρὸν, ἀλλὰ παραπλήσιαι αἰεὶ ἐοῦσαι. Οὐ γὰρ γίγνονται ἐκπλήξιες τῆς γνώμης, οὔτε μετάστασις ἰσχυρὴ τοῦ σώματος, ἀφ' ὅτων εἰκὸς τὴν ὀργὴν ἀγριοῦσθαί τε καὶ τοῦ ἀγνώμονος καὶ θυμοειδέος μετέχειν μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ αὐτῷ αἰεὶ ὄντα. Αἱ γὰρ μεταβολαί εἰσι τῶν πάντων, αἳ αἰεί τε ἐγείρουσι τὴν γνώμην τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἐῶσι ἀτρεμίζειν. Διὰ ταύτας ἐμοὶ δοκέει τὰς προφάσιας ἄναλκες εἶναι τὸ γένος τὸ Ἀσιηνὸν, καὶ προσέτι διὰ τοὺς νόμους. Τῆς γὰρ Ἀσίης τὰ πολλὰ βασιλεύεται. Ὅκου δὲ μὴ αὐτοὶ ἑωυτῶν εἰσὶ καρ-

tum natura tum forma inter se differunt.

23. Quod autem ad animi ignaviam et mollitiem attinet, cur Asiatici Europaeis minus bellicosi exsistant et moribus sint lenioribus, anni tempestates in causa sunt, quae non magnas tum ad calorem tum ad frigus permutationes faciunt, verum similes permanent, unde neque mens stupore percellitur, neque corpus vehementer a suo statu dimovetur. Ex quibus mores exasperari et imprudentiae et fortitudinis magis participes fieri aequum est, quam si in eodem statu semper maneant. Mutationes enim inter omnia hominis mentem semper excitant, neque sinunt quiescere. Quas ob causas mihi Asiaticorum genus omni ope destitutum videtur, quibus praeterea eorum instituta accedere debent. Multo enim maxima Asiae pars regum imperio regitur. Qui vero sui potestatem non habent, neque sui iuris sunt, sed dominis subditi, ii

καὶ περὶ μὲν τῆς φύσιος τῆς διαφορῆς καὶ τῆς μορφῆς.] Vulgo καὶ τῆς διαφορῆς, quo loco καί delevit Coraës. Cum his nostris comparo verba e fine § 20. αἱ μεταλλάσσουσαι τῆς μορφῆς τὴν φύσιν. Nimirum non significat hoc loco τὴν διαφορὴν τῆς φύσιος καὶ τῆς μορφῆς, quemadmodum primo intuitu facile accipias, sed id quod fert ordo verborum: τὴν φύσιν τῆς διαφορῆς καὶ τῆς μορφῆς. Nempe φύσις h. l. τὴν γένεσιν fere significat. — Possis fortasse etiam legere: καὶ περὶ μὲν τῆς φύσιος καὶ τῆς διαφορῆς τῆς μορφῆς .... οὕτως ἔχει.

καὶ τῇ Εὐρώπῃ.] Haec non habentur in ms. Lat. Littréi: Septalius illa deleta cupiit, quum Hipp. de Europaeis nondum sit locutus. Consentio cum Coraë et Littréo statuentibus haec servari debere, quia subinde Asiaticos cum Europaeis contulit. Eo autem minus delere ausim, quia in parte libri, quam haec verba respiciunt, insignis illa lacuna adest, de qua supra monuimus: quo fit ut de illis quae eo referuntur longe minus certo statuere possis.

23. ἀλλὰ παραπλήσιαι αἰεὶ ἐοῦσαι.] Legitur vulgo ἀλλὰ παραπλήσιαι. Gal. Quod animi mores. Kühnio IV. p. 799.: ἀλλὰ παραπλησίως, unde Coraës coniecit olim forte παραπλησίους scriptum fuisse, quod ad μεταβολάς relatum per se consistere possit. Qua de re equidem dubito, quum παραπλήσιαι μεταβολαί, tali certe sensu quo parvas mutationes indicet, ne Graecum quidem sit, sive potius in nulla lingua sensum eiusmodi habere possit. In utraque Editione παραπλήσιαι ἐοῦσαι scripsit, quam rationem cum viro eruditissimo una inivi, simul tamen αἰεί e Calvo et Corn. adscivi. Infra habemus ἢ ἐν τῷ αὐτῷ αἰεὶ ὄντα, alioque loco ἐν τῷ αἰεὶ παραπλησίῳ.

ἀφ' ὅτων.] Bacc. ἀφ' ὧν: Cor.: „je corrige ἀπὸ τῶν... l'ἀφ' ὧν de la marge de Bac. n'est qu'une glosse de ma leçon.

cet. ἀφ' ὅτων." In altera Ed. ἀπ' ὅτων dedit. Et sane ὅτων minime est reiiciendum.

καὶ τοῦ ἀγνώμονος καὶ θυμοείδεος μετέχειν μᾶλλον.] Vulgo τοῦ γνώμονος καὶ θερμοῦ. Lind., Mack. [τοῦ] θερμοῦ. Bac. γνώμονος καὶ θυμιάσεως. Coraës, Littréus e Gadald. nostram lectionem dederunt. Dubius haesi aliquamdiu utrum γνώμονος an ἀγνώμονος reciperem: nempe sequens αἳ τε ἐγείρουσι τὴν γνώμην καὶ οὐκ ἐῶσι ἀτρεμίζειν fere ut τοῦ γνώμονος scribendum censeas faciunt. Attamen rem accuratius perpendenti patet γνώμην μηδέποτε ἀτρεμίζουσαν non facile prudentiae esse participem: tum vero ἀγνώμονος cum superiore τὴν ὀργὴν ἀγριοῦσθαι et seq. θυμοείδεος magis convenit quam γνώμονος.

αἱ γὰρ μεταβολαί εἰσι τῶν πάντων αἳ αἰεί τε ἐγείρουσι τὴν γνώμην τῶν ἀνθρώπων καὶ οὐκ ἐῶσι ἀτρεμίζειν.] Vulgo αἱ γὰρ μ. ἐ. τῶν π. ἀεί τε ἀγείρουσι τὴν γ. τοῦ ἀνθρώπου κ. τ. λ. — Ald., Bas., Merc., Zuing., Lind., Mack., Cor., mss. quaedam Foësii ἐγείρουσι. Cod. Par. alter ἐγείρουσαι: codd. quidam secundum Sept. αἱ ἀπεγείρουσαι, Bac. αἱ ἐπεγείρουσαι. Calvus τῶν πάντων omittit, tum cum Bac. τῶν ἀνθρώπων pro sing. num. τοῦ ἀνθρώπου. Sed videndum de ἀεί τε: Zuing. in marg. αἵ τε, quod recepere Lind., Coraës, Littr.; mihi ἀεί servandum videtur, ut αἰεὶ ἐγείρουσι respondeat sequenti οὐκ ἐῶσι ἀτρεμίζειν, quapropter αἳ αἰεί τε ἐγ. scripsi: quippe nemo non videt, quam facile αἳ ante αἰεί intereat; idque hoc loco eo facilius factum fuerit, quum inter participia ἐγείρουσαι, ἐῶσαι et indicativos ἐγείρουσι, ἐῶσι in mss. confusio orta esset. Illis si utaris, αἳ abesse poterit, quod tamen parum placet. — Bac. καί ante ἐῶσι omittit: Littréus αἵ τε ἐγείρουσαι τ. γ. τ. ἀ. καὶ οὐκ ἐῶσαι ἀτρ., — quod displicet.

©BIUM

τεροι ὦνθρωποι μηδὲ αὐτόνομοι, ἀλλὰ δεσπόζονται, οὐ περὶ τούτου αὐτοῖσι ὁ λόγος ἐστὶ ὅπως τὰ πολέμια ἀσκήσουσι, ἀλλ' ὅκως μὴ δόξουσι μάχιμοι εἶναι. Οἱ γὰρ κίνδυνοι οὐχ ὁμοῖοί εἰσι· τοὺς μὲν γὰρ στρατεύεσθαι εἰκὸς καὶ ταλαιπωρέειν καὶ ἀποθνήσκειν ἐξ ἀνάγκης ὑπὲρ τῶν δεσποτῶν, ἄπο τε παιδίων καὶ γυναικὸς ἐόντας καὶ τῶν λοιπῶν φίλων· καὶ ὁκόσα μὲν ἂν χρηστὰ καὶ ἀνδρεῖα ἐργάσωνται, οἱ δεσπόται ἀπ' αὐτῶν αὔξονταί τε καὶ ἐκφύονται, τοὺς δὲ κινδύνους καὶ θανάτους αὐτοὶ καρποῦνται· ἔτι δὲ πρὸς τούτοισι τῶν τοιούτων ἀνθρώπων ἀνάγκη ἐρημοῦσθαι τὴν γῆν ὑπό τε πολεμίων καὶ ἀργίης· ὥστε καὶ εἴ τις φύσι πέφυκε ἀνδρεῖος καὶ εὔψυχος ἀποτρέπεσθαι τὴν γνώμην ὑπὸ τῶν νόμων. Μέγα δὲ τεκμήριον τούτων· ὁκόσοι γὰρ ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἕλληνες ἢ βάρβαροι μὴ δεσπόζονται, ἀλλ' αὐτόνομοί εἰσι καὶ ἑωυτοῖσι ταλαιπωρεῦσι, οὗτοι μαχιμώτατοί εἰσι πάντων· τοὺς γὰρ κινδύνους ἑωυτῶν πέρι κινδυνεύουσι καὶ τῆς ἀνδρείης αὐτοὶ τὰ ἆθλα φέρονται καὶ τῆς δειλίης τὴν ζημίην ὡσαύτως. Εὑρήσεις δὲ καὶ τοὺς Ἀσιηνοὺς διαφέροντας αὐτοὺς ἑωυτῶν, τοὺς μὲν βελτίονας, τοὺς δὲ φαυλοτέρους ἐόντας. Τούτων δὲ αἱ μεταβολαὶ αἴτιαι τῶν ὡρέων, ὥσπερ μοι εἴρηται ἐν τοῖσι προτέροισι. Καὶ περὶ μὲν τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ οὕτως ἔχει.

κδ'. Ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ ἐστὶ ἔθνος Σκυθικόν, ὃ περὶ τὴν λίμνην οἰκεῖ τὴν Μαιῶτιν, διαφέρον τῶν ἐθνέων τῶν ἄλλων· Σαυρομάται καλεῦνται. Τούτων αἱ γυναῖκες ἱππάζονταί τε καὶ τοξεύουσι, καὶ ἀκοντίζουσι ἀπὸ τῶν ἵππων καὶ μάχονται τοῖς πολεμίοις, ἕως ἂν παρθένοι ἔωσι. Οὐκ ἀποπαρθε-

rerum bellicarum nullam curam habent, sed ut ne bellicosi videantur. Neque enim aequalia pericula impendent. Hos si quidem pro dominis in militiam proficisci et labores tolerare mortemque oppetere necesse est, relictis domi liberis, uxore ac reliquis amicis. Quod si probe ac viriliter se gesserint, inde dominis opes augentur et crescunt, ipsi praeter pericula et caedes nullum fructum percipiunt. Ad haec huiusmodi hominum terram incultam relinqui necesse est, cum propter hostes invadentes, tum propter ipsorum socordiam: adeo ut, etiamsi quis natura fortis sit et alacri animo, inde avertatur a legibus. Cuius rei hoc magnum est indicium, quod quicumque in Asia Graeci ac barbari dominis minime sunt subditi, sed liberi et sui laboris quaestum faciunt, ii omnium bellicosissimi exsistunt. Sibi enim ipsis pericula subeunt et ut fortitudinis praemia reportant, ita ignaviae poenas luunt. Asiaticos autem plurimum inter se differre, et hos quidem nobiliores, illos vero ignobiliores esse comperio. Cuius rei quidem causa ad anni tempestatum mutationes, quemadmodum antea diximus, referenda est. Atque sic quidem res se habet de his, qui Asiam incolunt.

24. In Europa autem gens est Scythica, quae regionem circa Maeotim paludem incolit et a reliquis plurimum differt: Sauromatae appellantur. Eorum feminae equitant, arcu utuntur et ex equo iaculantur et cum hostibus bellum gerunt, quoad virgines exsistunt, neque ante virginitatem deponunt, quam tres hostes interfe-

ὦνθρωποι.] Cor. ὥνθρ., vulgo ἄνθρ.

ἀσκήσουσι — δόξουσι.] ἀσκήσωσι — δόξωσι cett.; de meo futurum dedi.

ἄπο τε παιδῶν.] Ita cum codd. Par. Ald., Bas., Lind., Coraë in prima Ed. scripsi. Vulgo ἀπό τε. —

ἐρημοῦσθαι τὴν γῆν ὑπό τε πολεμίων καὶ ἀργίης.] ἀπολεμίων Ald. — ἠμεροῦσθαι τὴν ὀργὴν ὑπό τε ἀπολεμίης Zuing. in marg.: receperunt Sept. M.; Zuing. in tabula anal. ἠμεροῦσθαι τὴν γνώμην. — Ὑπό τε πολέμου legisse videtur auctor versionis Latinae, quam adhibuit Littréus.

ὑπὸ τῶν νόμων.] Vulgo ἀπὸ τ. ν., Coraës emendavit.

μέγα δὲ τεκμ. τούτων.] τούτου sing. num. Calvus.

εὑρήσεις κ. τ. λ.] Gal. Quod animi mores. Kuhn. IV. p. 800: εὑρήσεις δὲ καὶ τῶν Ἀσιηνῶν διαφέροντας αὐτοὺς ἑωυτέων καὶ τοὺς μὲν κ. τ. λ. ms. Lat. *Asianorum*. Nolim tamen affirmare cum Littréo hanc esse veram loci lectionem.

τούτων.] τουτέου mavult Coraës.

24. Σαυρομάται καλεῦνται.] Ald., Bas., Merc., Zuing., Cod. Par. alter Σαυρομᾶται. Cor. in prima Ed. Σαυρομάται[τε]; in altera Σαυρομάται δέ. Eiusmodi particula addita non opus esse videtur.

©BIUM

νεύονται δὲ μέχρις ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι, καὶ οὐ πρότερον ξυνοικέουσι ἤπερ τὰ ἱερὰ θῦσαι τὰ ἐν νόμῳ. Ἢ δ' ἂν ἄνδρα ἑωυτῇ ἄρηται, παύεται ἱππαζομένη ἕως ἂν μὴ ἀνάγκη καταλάβῃ παγκοίνου στρατείης. Τὸν δεξιὸν δὲ μάζον οὐκ ἔχουσι. Παιδίοις γὰρ ἐοῦσι ἔτι νηπίοις αἱ μητέρες χαλκίον τετεχνημένον ἐπ' αὐτῷ τούτῳ διάπυρον ποιέουσαι πρὸς τὸν μάζον τιθέασι τὸν δεξιὸν καὶ ἐπικαίεται ὥστε τὴν αὔξησιν φθείρεσθαι, ἐς δὲ τὸν δεξιὸν ὦμον καὶ βραχίονα πᾶσαν τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ πλῆθος ἐπιδιδόναι.

κε'. Περὶ δὲ τῶν λοιπῶν Σκυθέων τῆς μορφῆς, ὅτι αὐτοὶ ἑωυτοῖσι ἐοίκασι καὶ οὐδαμῶς ἄλλοις, ὡυτὸς λόγος, ὃς καὶ περὶ τῶν Αἰγυπτίων, πλὴν ὅτι οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ εἰσι βεβιασμένοι, οἱ δ' ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ. Ἡ δὲ Σκυθέων ἐρημίη καλευμένη πεδιάς ἐστι καὶ λειμακώδης καὶ ὑψηλὴ καὶ ἔνυδρος μετρίως· ποταμοὶ γάρ εἰσι μεγάλοι, οἳ ἐξοχετεύουσι τὸ ὕδωρ ἐκ τῶν πεδίων. Ἐνταῦθα καὶ οἱ Σκύθαι διαιτεῦνται, Νομάδες δὲ καλεῦνται, ὅτι οὐκ ἔστι οἰκήματα, ἀλλ' ἐν ἁμάξῃσι οἰκεῦσι. Αἱ δὲ ἅμαξαί εἰσι αἱ μὲν ἐλάχισται τετράκυκλοι, αἱ δὲ ἑξάκυκλοι· αὗται δὲ πιλοῖς περιπεφραγμέναι· εἰσὶ δὲ καὶ τετεχνασμέναι ὥσπερ οἰκήματα, τὰ μὲν δίπλα, τὰ δὲ τρίπλα· ταῦτα δὲ καὶ στεγνὰ

cerint, neque prius cum viris congrediuntur quam sacra deo patrio more peregerint. Quod si qua sibi virum delegerit, equitatu soluta est, quamdiu communis expeditionis necessitas non ingruit. Dextram autem mammam non habent. Puellis enim adhuc infantibus ferro ad id fabricato et candente dextrae mammae admoto eam matres exurunt, ut ne incrementum accipiat, sed ad dextrum humerum et brachium omne robur et copia transmittatur.

25. De reliquis autem Scythis, quod forma inter se sunt similes, et aliis dissimiles, hac de re idem dicendum est quod de Aegyptiis, nisi quod hi calore, illi frigore urgentur. At vero solitudo Scythica appellata in planitie sita est et pratis abundat, alta et modice aquosa est. Magni enim fluvii aquam ex campis per rivos deducunt. In hac Scythae degunt, dicuntur autem Nomades, quod domos nullas habent, sed in curribus habitant, quorum vel minimi quatuor, reliqui sex rotis aguntur. Hi autem insuper coactilibus ex lana crassa compactis sunt obducti et ad instar domorum fabricati, alii quidem duplices alii etiam triplices; sunt isti tuti ab aquis, nivibus, ventis. Currus trahunt alios quidem duo boum paria, alios tria, atque hi prae frigore cornua

οὐ πρότερον — ἤπερ τὰ ἱερὰ θῦσαι τὰ ἐν νόμῳ.] Vulgo: ἤπερ τὰ ἱερὰ θύουσαι τῷ ἐν νόμῳ: mss. Regia Foësii θύωσι, quod dedere Lind., Ch., Mack., τὰ ἐν νόμῳ Lind., Mack., τῷ ἐννόμῳ Ch., τῷ Νομίῳ Calvus legit. Coraës θῦσαι ex Aem. Porti sententia; tum vero scripsit τὰ ἱερὰ τὰ ἐν τῷ νόμῳ. Cum Littréo θῦσαι scripsi: τῷ ante νόμῳ neque mihi aptum videbatur. Pro θῦσαι, quod praetuli, quia ad vulgatam propius accedit, possis etiam θύσωσι legere, quod similius alteri lectioni θύωσι, quam propterea aegre fero, quod aoristo h. l. opus esse censeo.

ἕως ἂν μὴ ἀνάγκη.] Cor. μή in μιν mutavit, sine causa iusta, ut opinor: nimirum ἕως ἄν non solum *donec* significat, sed etiam *quamdiu*.

χαλκίον.] Vulgo χάλκεον, quod in prima Ed. retinuit Coraës χάλκεον μάζον supplens cogitatione: postea tamen χαλκίον scripsit, quod latere videtur in Erotiani χαλκεῖον, quod exhibet Littréus. Quod Coraës primo voluit χάλκεον, subintellecto μάζον, id quemadmodum illi postea reiiciendum visum est, mihi quoque displicet.

ἐπ' αὐτῷ τούτῳ.] Lectt. ἢ ἐπ' αὐτῷ τουτέῳ, aut καὶ ἐπ' ἀ. τ. omnino reiiciendae.

ἐπικαίεται.] ἐπικέεται nullo modo defendi potest et iotacismo, quem vocant, debetur, quidquid dicit Littréus: ἐπικαίεται unice verum.

ἐπιδιδόναι.] Ita de meo scripsi pro vulgato ἐκδιδόναι; notum est quam saepe ἐπί et ἐκ confundantur. Scio quidem fore qui ἐκδιδόναι, utpote quod libri ferunt, defendant, sed mihi ἐπιδιδόναι auctorem scripsisse certum videtur.

25. αὐτοὶ ἑωυτοῖσι.] ἑωυτοῖσι Zuing. praebet et a Coraë, Littréo receptum est.

ὡυτὸς λόγος, ὃς καὶ περὶ τῶν Αἰγυπτίων.] Pronomen ὃς pone λόγος de meo adscripsi: nempe facile isto loco excidere potuit et Hippocratem addidisse certum iudico, quum ceteroquin loci sensus sibi non constet.

ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ.] Libri ἀπό: emendavit Heringa.

ὑψηλή.] Ita Ald., libri nonnulli Foësii, Corn., Calvus, Ms. Lat. Littréi et hic ipse. Vulgo ψιλή. Quae lectio praestet vix discerno; nam utraque convenit cum iis, quae de planitie Scytharum habet § 26. Μετέωρα γὰρ τὰ πέδια καὶ ψιλά —

οὐκ ἔστι οἰκήματα.] οὐκ ἔστι σφι οἰκήματα Coraës de suo.

τετεχνασμέναι.] Nolui mutare: Coraës τετεχνημέναι dedit.

τὰ μὲν δίπλα, τὰ δὲ τριπλᾶ.] διπλᾶ pro ἁπλᾶ Coraës e Calvo. Hanc lect. lubens sum amplexus. Nempe egregie respondent διπλᾶ, τριπλᾶ rotarum, curruum et boum parium numero.

©BIUM

πρὸς ὕδωρ καὶ πρὸς χιόνα καὶ πρὸς τὰ πνεύματα. Τὰς δὲ ἁμάξας ἕλκουσι ζεύγεα, τὰς μὲν δύο, τὰς δὲ τρία βοῶν, κερέων ἄτερ· οὐ γὰρ ἔχουσι κέρατα ὑπὸ τοῦ ψύχεος. Ἐν ταύταις μὲν οὖν ταῖς ἁμάξαις αἱ γυναῖκες διαιτεῦνται ξὺν τοῖσι παιδίοισι· αὐτοὶ δ' ἐφ' ἵππων οἰχεῦνται οἱ ἄνδρες· ἕπονται δὲ αὐτοῖσι καὶ τὰ πρόβατα τὰ ἑόντα καὶ αἱ βόες καὶ οἱ ἵπποι· μένουσι δ' ἐν τῷ αὐτῷ τοσοῦτον χρόνον, ὅσον ἂν ἀπόχρῃ αὐτοῖσι τοῖσι κτήνεσι ὁ χόρτος· ὁκόταν δὲ μηκέτι, ἐς ἑτέρην χώρην μετέρχονται. Αὐτοὶ δ' ἐσθίουσι κρέα ἑφθά, καὶ πίνουσι γάλα ἵππων καὶ ἱππάκην τρώγουσι. Τὰ μὲν εἰς τὴν δίαιταν αὐτῶν οὕτως ἔχει καὶ τοὺς νόμους.

κς'. Περὶ δὲ τῶν ὡρέων καὶ τῆς μορφῆς, ὅτι πολὺ ἀπήλλακται τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὸ Σκυθικὸν γένος, καὶ ἔοικε αὐτὸ ἑωυτῷ ὥσπερ τὸ Αἰγύπτιον, καὶ ἥκιστα πολύγονόν ἐστι· καὶ ἡ χώρη ἐλάχιστα θηρία τρέφει κατὰ μέγεθος καὶ πλῆθος. Κεῖται γὰρ ὑπ' αὐταῖς ταῖς ἄρκτοις, καὶ τοῖς ὄρεσι τοῖς Ῥιπαίοισι, ὅθεν ὁ βορέης πνέει· ὅ τε ἥλιος τελευτῶν ἐγγύτατα γίγνεται, ὁκόταν ἐπὶ τὰς θερινὰς ἕλθῃ περιόδους, καὶ τότε ὀλίγον χρόνον θερμαίνει καὶ οὐ σφόδρα· τὰ δὲ πνεύματα τὰ ἀπὸ τῶν θερμῶν πνέοντα οὐκ ἀφικνεῖται, ἢν μὴ ὀλιγάκις καὶ ἀσθενέα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἄρκτων ἀεὶ πνέουσι πνεύματα ψυχρὰ ἀπὸ

non habent. His igitur in curribus mulieres cum pueris degunt, ipsi vero viri equis vehuntur. Sequuntur autem eos pecorum, quas habent, greges et boves et equi. Tam diuque uno in loco subsistunt, quoad ipsis pecoribus pabulum sufficit, quo deficiente ad aliam regionem commigrant. Ipsi carnibus vescuntur coctis et lacte equino tanquam potu utuntur et hippace (s. caseo equino) victitant. Ac de eorum victus ratione et institutis ita se res habet.

26. Quod autem attinet ad anni tempora et hominum formam, Scythica gens multum a reliquis hominibus diversa est et sibi ipsa similis, non secus atque Aegyptii: et minime foecundum est hoc hominum genus, ipsaque regio paucissimas feras alit neque magnitudine, neque multitudine insignes. Sub ipsis enim ursis Ripaeisque montibus, unde boreas spirat, est posita, solque cum ad extremam conversionem aestivam venerit, proxime accedit et tunc quidem exiguo tempore calefacit neque id magnopere. Neque venti e calidis locis spirantes, nisi rari ac debiles huc admodum perveniunt, sed venti frigidi ab ursis, a nive, glacie et multis

στεγνά.] Haec certa est Hemsterhusii ad Plutum p. 369. emendatio corrupti in libris στενά, quam alii iam dudum receperunt.

ὑπὸ τοῦ ψύχεος.] τοῦ e libro Par. apud Littréum adscripsi.

κερέων — κέρατα.] Cett. κέρως. Cor.: „la forme Ionique seroit κέρεος, ou κέρεος et κέρεα, ou κέρεα. Calv. lit mieux au pluriel pour le premier mot κερέων, *cornibus*, car le *carnibus*, qu'on y trouve, est une faute d'impression."

αἱ γυναῖκες διαιτεῦνται ξὺν τοῖσι παιδίοισι.] αἱ ante γυναῖκες Lind., Mack., Cor., Littr. de suo, uti videtur. Verba ξὺν τοῖσι παιδίοισι e Calvo adiecit Coraës, eandem lect. adscriptam vidit in marg. exemplaris Ed. Basil. Bibliothecae Regiae.

καὶ τὰ πρόβατα τὰ ἑόντα.] τά ante ἑόντα e Coraïs coniectura recepi.

ἀπόχρῃ.] Recte ita Cor. in Ed. altera; ἀπόχρη cett.

μετέρχονται.] Ita cod. alter Par., Zuing. in marg., Coraës, Littréus. Cett. simplex ἔρχονται.

τρώγουσι.] Foedum, quod h. l. sequebatur glossema, τοῦτο δ' ἐστὶ τυρὸς ἵππων, e contextu delevi.

26. περὶ δὲ τῶν ὡρέων καὶ τῆς μορφῆς, ὅτι πολὺ ἀπήλλακται κ. τ. λ.] δέ cod. alter Par., Ald., Lind., Cor., Littr., τε cett. — Calvus in fine huius sententiae, teste Coraë, pone καὶ πλῆθος infert *diximus*. Coraës: „Ainsi il me paraît certain, qu'il faut lire περὶ δὲ, quoique je ne disconvienne point qu'il n'y ait une lacune dans l'endroit du texte, où Calvus à placé le mot *diximus*. C'est pour remplir cette lacune que j'ai mis dans ma version ces mots enfermés entre deux crochets, *on doit les attribuer aux causes suivantes*." Littréus: „δέ paraît ici nécessaire; mais il n'en est pas moins vrai qu'il manque quelque chose à la phrase, pour que la construction en soit regulière, ainsi que Coray l'a fait observer." Et hac quidem in re fallitur uterque, nihil deficit, structura loci bene procedit et Graecae orationis legibus adstricta est. Nimirum „ante ὅτι ellipsis interdum est statuenda," ut habet Zeun. ad Vig. p. 551. Idem autem h. l. obtinet: nam plene dixisset: περὶ δὲ τῶν ὡρέων καὶ τῆς μορφῆς λέγω ὅτι κ. τ. λ., vel τάδε λέγω ὅτι κ. τ. λ.

τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων.] Alter liber Par. τῶν λοιπῶν omittit.

τὰ δὲ πνεύματα.] Vulgo τὰ διαπνεύματα: alia lectio est in cod. Par. τὰ δειπνεύματα, Zuing. in marg. simplex πνεύ-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 413 sur 880

©BIUM

τε χιόνος καὶ κρυστάλλων, καὶ ὑδάτων πολλῶν, — οὐδέποτε δὲ τὰ ὄρεα ἐκλείπει, — ὑπὸ τούτων δὲ δυσοίκητά ἐστι· ἠήρ τε κατέχει πουλὺς τῆς ἡμέρης τὰ πεδία, καὶ ἐν αὐτοῖσι διαιτεῦνται, ὥστε τὸν μὲν χειμῶνα ἀεὶ εἶναι, τὸ δὲ θέρος ὀλίγας ἡμέρας καὶ ταύτας μὴ λίην. Μετέωρα γὰρ τὰ πεδία καὶ ψιλὰ καὶ οὐκ ἐστεφάνωνται ὄρεσι, ἀλλ' ἀνάντεα ὑπὸ τῶν ἄρκτων. Αὐτόθι καὶ τὰ θηρία οὐ γίγνεται μεγάλα, ἀλλ' οἷά τε ἐστι ὑπὸ γῆν σκεπάζεσθαι· ὁ γὰρ χειμὼν κωλύει καὶ τῆς γῆς ἡ ψιλότης, καί τοι οὐκ ἔστι ἀλεὴ, οὐδὲ σκέπη. Αἱ γὰρ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων οὐκ εἰσὶ μεγάλαι, οὐδὲ ἰσχυραὶ, ἀλλ' ὁμοῖαι καὶ ὀλίγον μεταλλάσσουσαι· διότι καὶ τὰ εἴδεα ὁμοῖα αὐτὰ ἑωυτοῖσί εἰσι· σίτῳ τε χρεόμενοι ἀεὶ ὁμοίῳ, ἐσθῆτι τε τῇ αὐτῇ καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος, τόν τε ἠέρα ὑδατεινὸν ἕλκοντες καὶ παχὺν, τά τε ὕδατα πίνοντες ἀπὸ χιόνος καὶ παγετῶν, τοῦ τε ταλαιπώρου ἀπεόντος· οὐ γὰρ οἷόντε τὸ σῶμα ταλαιπωρέεσθαι, οὐδὲ τὴν ψυχὴν, ὅκου μεταβολαὶ μὴ γίγνονται ἰσχυραί. Διὰ ταύτας τὰς ἀνάγκας τὰ εἴδεα αὐτῶν παχέα ἐστὶ καὶ σαρκώδεα καὶ ἄναρθρα καὶ ὑγρὰ καὶ ἄτονα· αἵ

aquis, quae montes numquam deserunt, continuo spirant, unde non nisi aegre habitari possunt. Et nebula multa tota die campos occupat, in quibus ipsi degunt, adeo ut perpetua fere illis sit hiems, aestas vero paucissimis diebus, neque his admodum magna. Planities enim ipsis sublimis est et nuda, neque montibus cincta, sed sub ursis acclivis. Neque ferae illic magnae, sed quae sub terra abscondi possint nascuntur. Hiems enim et terrae nuditas prohibet, et sane refugium nullum habet neque tegumentum. Nam neque magnae, neque vehementes sunt anni temporum mutationes, sed similes et parum differentes, unde et formas inter se similes habent. Eodem etiam victu semper et amictu utuntur hieme et aestate, aëremque aquosum et crassum attrahunt et aquas ex nivibus et glacie bibunt, nullaque corporis exercitatione utuntur, cum vel corpus, vel animus exerceri nequeat, ubi mutationes non sunt vehementes. Has ob causas eos habitu esse crasso et carnoso necesse est sine articulis extus fortiter conspicuis et humido et laxo. Venter autem inferior illis omnium maxime humidus: neque enim in eiusmodi regione et natura et tempestatum anni

ματα. — Coraës τὰ εὔδια πνεύματα. Veram scripturam reposuit Littréus ope ms. sui Latini, οὐκ repetens ante ἀφικνεῖται.

οὐδέποτε δὲ τὰ ὄρεα ἐκλείπει.] Possis forte οὐδέποτε γὰρ τὰ ὄρεα ἐκλείπει malle, quod si darent codd., sane non esset cur repudiaremus, sed vulgatam tamen servari posse puto, maxime in descriptionis alacritate, quae in δέ magis quam in γάρ expressa est.

ὑπὸ τούτων.] Ita cum Coraë scripsi pro vulg. ἀπὸ τ. — Praepositioni ἀπό hic locus suus non est.

ἠήρ.] Zuing. in marg. ὀμίχλη, quod glossema est.

καὶ ἐν αὐτοῖσι.] Ita Littr. pro vulgato νότοισι, quod in νοτίοισι mutavit Coraës e Zuing., qui in marg. ὑγιοῖς νοτίοισι. Littréi ms. Lat. *et in illis commorantur;* hinc vera loci emendatio.

ἀλλ' ἀναντέα ὑπὸ τῶν ἄρκτων.] Ald. ἀλλ' ἡ ἀντῇ asterisco notatum: ἀλλ' ἡ αὐτή libri Foësii et cod. alter Par., Zuing. in marg. Idem ibid. ἀνάνθη. Coraës, Littr. ἀναντέα, quod iam Foës. et Corn. Latine expresserunt. Recte monuit Littréus, Coraën temere ὑπό in ἀπό mutasse. Nil eiusmodi inferendum, licet praebeat cod. alter Par.

ὁ γὰρ χειμὼν κωλύει.] Frustra Coraës κολούει corrigit.

καί τοι οὐκ ἔστι ἀλεὴ, οὐδὲ σκέπη.] καίτοι h. l. vulgata in libris lectio est. — Cod. Par. unus ὅτι, unde Coraës καὶ ὅτι, quod etiam Littréus recepit. Equidem quin καί τοι vera scriptura sit, ὅτι recentioribus debeatur et καὶ ὅτι quin fere ineptum sit, nullus dubito. Significat autem καί τοι h. l. *et sane*, non *quamquam*. — Similiter in Prorrh. II. p. 188. Kühn.: ὧν δὴ ἕνεκα κελεύω σωΦρόνως τὰ προρρήματα ποιέεσθαι καὶ τἆλλα πάντα καὶ ταῦτα. καί τοι γε ἀκούω καὶ ὁρῶ οὔτε κρίνοντας ὀρθῶς τοὺς ἀνθρώπους τὰ λεγόμενά τε καὶ ποιεύμενα ἐν τῇ τέχνῃ οὔτ' ἀπαγγέλλοντας. — Neque μέντοι semper significat *tamen:* v. c. lib. de Artic. p. 270. Littréo: ὅσοισι δ' ἂν κνήμης ὀστέα ἐξαρθρήσαντα καὶ ἕλκεις ποιήσαντα τελείως ἐξίσχῃ κατὰ τὰ παρὰ τὸν πόδα ἄρθμα, εἴτε εἴσω ῥέψαντα, εἴτε μέντοι καὶ ἔξω, τὰ τοιαῦτα μὴ ἐμβάλλειν. Nimirum μέντοι h. l. fere μὲν δή denotat. — Cf. Aretaeum Ed. Kühn. p. 168. vs. 17. τάδε μέν τοι πυθεὶς ἅμα πάντα πρήσσει. Et p. 105. vs. 2.: εὐσιτίη μὲν γὰρ, — καί τοι καὶ προσΦέρονται πολλά. — De ἐμοί τοι vide Valck. ad Eurip. Hippol. vs. 433. — Verum omnes errasse video in nomine ἀλεή scribendo: nempe ἀλέα pingunt, quod *calor* significat, hinc Foësius recte quidem Graeca reddit quod *apricis et opacis locis careat*, sed simul perabsurdam sententiam Hippocrati obtrudit, neque enim ulla regio utrisque simul caret. Scribendum ἀλεή *refugium*, quomodo plurimi interpretes ἀλέα acceperunt.

μεταλλάσσουσαι.] μεταλλάσσουσαι cod. Par. alter et Coraës, vulgo μεταβάλλουσαι.

σίτῳ τε χρεόμενοι ἀεὶ ὁμοίῳ.] Cum Coraë ὁμοίῳ pro vulgato ὁμοίως recepi. Pro lectione vulgari χρέονται Ald. et Cod. Par. alter χρεόμεναι, unde Coraës χρεόμενοι, quod mihi quoque praeplacet ob participia seqq. ἕλκοντες et πίνοντες.

ἄναρθρα καὶ ὑγρά.] Vulgo ἄρθρα. Ad ὑγρά Merc. in marg.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 414 sur 880

©BIUM

τε κοιλίαι ὑγρόταται πασέων κοιλιῶν αἱ κάτω· οὐ γὰρ οἷόν τε νηδὺν ἀναξηραίνεσθαι ἐν τοιαύτῃ χώρῃ καὶ φύσι καὶ ὥρης καταστάσι· ἀλλὰ διὰ πιμελήν τε καὶ ψιλὴν τὴν σάρκα τά τε εἴδεα ἔοικε ἀλλήλοισι, τά τε ἄρσενα τοῖσι ἄρσεσι καὶ τὰ θήλεα τοῖς θήλεσι. Τῶν γὰρ ὠρέων παραπλησίων ἐουσέων φθοραὶ οὐκ ἐγγίγνονται οὐδὲ κακώσιες ἐν τῇ τοῦ γόνου ξυμπήξι, ἢν μή τινος ἀνάγκης βιαίου τύχῃ, ἢ νούσου.

κζ'. Μέγα δὲ τεκμήριον ἐς τὴν ὑγρότητα παρέξομαι. Σκυθέων γὰρ τοὺς πολλοὺς ἅπαντας, ὅσοι Νομάδες, εὑρήσεις κεκαυμένους τούς τε ὤμους καὶ τοὺς βραχίονας καὶ τοὺς καρποὺς τῶν χειρῶν, καὶ τὰ στήθεα, καὶ τὰ ἰσχία καὶ τὴν ὀσφὺν, δι' ἀλλ' οὐδὲν ἢ διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς φύσιος καὶ τὴν μαλακίην· οὐ γὰρ δύνανται οὔτε τοῖς τόξοις ξυντείνειν, οὔτε τῷ ἀκοντίῳ ἐμπίπτειν τῷ ὤμῳ ὑπὸ ὑγρότητος καὶ ἀτονίης· ὁκόταν δὲ καυθῶσι, ἀναξηραίνεται ἐκ τῶν ἄρθρων τὸ πολὺ τοῦ ὑγροῦ, καὶ ἐντονώτερα μᾶλλον γίγνεται καὶ τροφιμώτερα, καὶ διηρθρωμένα τὰ σώματα μᾶλλον. Ῥοϊκὰ δὲ γίγνεται καὶ βλαδέα· πρῶτον μὲν ὅτι οὐ σπαργανοῦνται ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, οὐδὲ νομίζουσι διὰ τὴν ἱππασίην,

constitutione resiccari potest. Sed propter pinguedinem et carnis glabritiem forma inter se sunt similes tum mares maribus, tum feminae feminis. Cum enim anni tempora similiter se habeant, nullae corruptiones neque vitia in prima seminis conformatione contingunt, nisi violento aliquo casu aut morbo id accidat.

27. Eorum autem humiditatis magnum hoc est indicium, quod Scythas plerosque omnes, qui sunt Nomades, humeris, brachiis, primisque manuum iuncturis, pectoribus, coxendicibus et lumbis exustis esse comperias, nullam sane aliam ob causam, quam naturae humiditatem et mollitiem. Nam neque arcus intendere neque humero iaculum contorquere ob humiditatem atque impotentiam possunt. Cum vero uruntur, ex articulis humoris copia resiccatur, eorumque corpora validiora, habitiora et firmioribus articulis redduntur. Fluidi vero fiunt et infirmi primum quidem quod fasciis non involvantur, quemadmodum fieri solet in Aegypto, neque id pro more habent ob equitationem, quo firmius equis insideant, deinde vero ob vitam se-

ἴσως νωθρά. Zuing. in marg. ἄναρθρα, νωθρά. Illud Foësius etiam praetulit, receperunt Cor. et Littr., hic fide quoque libri sui Latini. Lind., Mack. [τὰ] ἄρθρα ὑγρά.

ὑγρόταται πασέων κοιλιῶν αἱ κάτω.] καὶ πασέων Zuing. in marg.; πασέων [δὲ] Lind., Mack., πᾶσαι πασέων δέ Corn., πᾶσι καὶ μᾶλλον αἱ κάτω Calvus.

πιμελήν.] Coraës πιμελέα, qua innovatione non opus esse videtur.

ἐν τῇ τοῦ γόνου ξυμπήξι.] Ald. τοῦ τόμου. Calvus notante Foësio τοῦ σώματος. Zuing. in marg. ξυμμίξει.

ἢν μή τινος ἀνάγκης βιαίου τύχῃ.] In his τύχης Bas., Merc., βιαίου τύχῃ ἄν. Zuing. in marg., Foes. in adnn. coniecit βίη.

27. τοὺς πολλοὺς ἅπαντας, ὅσοι Νομάδες.] Me in vulgata lect. hac nihil offendit. Ald. asterisco notat ἅπαντας. Lind., Mack. ἅπαντας [δὲ] ὅσοι. Coraës certe longe melius ἅπαντας τ' ὅσοι.

καὶ τὰ ἰσχία.] Sic Lind., Ch., M., Cor., Littr., καί omm. cett.

τῷ ὤμῳ.] In prima Ed. Cor. τῶν ὤμων: in altera ad vulg. lect. rediit.

καὶ ἐντονώτερα μᾶλλον γίγνεται.] μᾶλλον h. l. eiectum cupivit Cor.: rectius retinuit Littr.: nil mutandum.

καὶ διηρθρωμένα τὰ σώματα μᾶλλον.] Vulgo ἠρθρωμένα, sed lubens amplexus sum elegantem Coraïs emendationem provocantis ad καὶ διηρθρωμένους καὶ ἐντόνους §. ult. Equus alter ille apud Platonem τὸ .... εἶδος ὀρθὸς καὶ διηρθρωμένος. (Phaedro p. 110. Ed. Stallb.). Quam facile ΔΙ pone ΚΑΙ interire potuerit, quivis videt.

ῥοϊκὰ δὲ γίγνεται καὶ βλαδέα.] Vulgo πλατέα. Sed infra in verbis τὰ δὲ ἡηλέα θαυμαστὸν οἷον ῥοϊκά ἐστι τὰ εἴδεα Gad. cod. habet ῥοϊκὰ καὶ βραδέα, unde Coraës βλαδέα dedit, Littréus vero in ms. suo Lat. *tarda* legens καὶ βραδέα retinuit. Iam vero certum iudico utroque loco eadem epitheta danda esse: nec vero dubito quin βλαδέα sit vera scriptura. Hesych. βλαδεῖς· ἀδύνατοι ἐξ ἀδυνάτων, quod cum locis hisce pulchre congruit. Neque enim facile quis πλατέα defenderit collatis § 31. verbis: μεγάλοι μὲν οὐκ ἂν εἶησαν, οὐδὲ καυσοῦνται· ἐς εὖρος δὲ πεφυκότες καὶ σαρκώδεες κ. τ. λ. Scilicet illud ἐς εὖρος πεφυκός cum σαρκώδες iunctum longe aliud quid, quam quod loco nostro spectatur, quo aptissime ῥοϊκά et βλαδέα componi videntur.

οὐ σπαργανοῦνται ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ.] Coraës in altera Ed. adnotat: ἴσ. γρ. ὥσπερ οὐδ' ἐν Αἰγύπτῳ. Qua de re vide adn. in prima Ed. p. 306. Res aleae plena in hisce aliquid mutare, quum deperditus sit totus de Aegyptiis huius libelli locus. Diodori locus haud magnopere firmat Coraïs coniecturam, quum non certum sit illum de primo vitae tempore loqui. Verum est Hippocratem aliis locis similitudinem quamdam inter Scythas et Aegyptios indicare, idque quodammodo Coraïs opinioni favere: sed certi quidquam affirmare non licet, me iudice.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 415 sur 880

©BIUM

ὅκως ἂν εὔεδροι ἔωσι· ἔπειτα δὲ διὰ τὴν ἕδρην· τά τε γὰρ ἄρσενα, ἕως ἂν οὐκ οἷά τε ἐφ' ἵππου ὀχέεσθαι, τὸ πολὺ τοῦ χρόνου κάθηνται ἐν τῇ ἀμάξῃ, καὶ βραχὺ τῇ βαδίσι χρέονται, διὰ τὰς μεταναστάσιας καὶ περιελάσιας, τά τε θήλεα θαυμαστὸν οἷον ῥοϊκὰ καὶ βλαδέα ἐστὶ τὰ εἴδεα.

κη'. Πυρρὸν δὲ τὸ γένος ἐστὶ τὸ Σκυθικὸν διὰ τὸ ψύχος, οὐκ ἐπιγενομένου ὀξέως τοῦ ἡλίου· ὑπὸ δὲ τοῦ ψύχεος ἡ λευκότης ἐπικαίεται καὶ γίγνεται πυρρή. Πολύγονον δὲ οὐκ οἷόν τε εἶναι φύσιν τοιαύτην· οὔτε γὰρ τῷ ἀνδρὶ ἡ ἐπιθυμίη τῆς μίξιος γίγνεται πολλὴ διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς φύσιος καὶ τῆς κοιλίης τὴν μαλθακότητά τε καὶ τὴν ψυχρότητα, ἀπ' ὅτων ἥκιστα εἰκὸς εἶναι ἄνδρα οἷόντε λαγνεύειν· καὶ ἔτι ὑπὸ τῶν ἵππων ἀεὶ κοπτόμενοι ἀσθενεῖς γίγνονται εἰς τὴν μίξιν. Τοῖσι μὲν ἀνδράσι αὗται αἱ προφάσιες γίγνονται· τῇσι δὲ γυναιξὶ ἥ τε πιότης τῆς σαρκὸς καὶ ὑγρότης· οὐ γὰρ δύνανται ἔτι ξυναρπάζειν αἱ μῆτραι τὸν γόνον· οὔτε γὰρ ἐπιμήνιος κάθαρσις αὐτῇσι γίγνεται ὡς χρεών ἐστι, ἀλλ' ὀλίγον καὶ διὰ χρόνου· τό τε στόμα τῶν μητρέων ὑπὸ πιμελῆς ξυγκλείεται, καὶ οὐχ ὑποδέχεται τὸν γόνον· αὐταί τε ἀταλαίπωροι καὶ πίεραι καὶ αἱ κοιλίαι ψυχραὶ καὶ μαλακαί. Καὶ ὑπὸ τούτων τῶν ἀναγκέων οὐ πολύγονόν ἐστι τὸ γένος τὸ Σκυθικόν. Μέγα δὲ τεκμήριον αἱ οἰκετίδες παρέχουσι· οὐ γὰρ φθάνουσι παρὰ ἄνδρα ἀφικνεύμεναι καὶ ἐν γαστρὶ ἴσχουσι διὰ τὴν ταλαιπωρίην καὶ ἰσχνότητα τῆς σαρκός.

dentariam. Ex his namque mares quamdiu equis vehi nequeunt, longo tempore in curribus sedent parumque propter locorum transmutationes et peragrationes inambulant. At mulieres stupendum in modum habitu sunt corporis fluxo et debili.

28. Gens autem Scythica propter frigus fulvo est colore, cum ad eos sol vehemens non accedat. A frigore autem albedo exuritur fitque fulva. Foecunda vero eiusmodi natura esse non potest. Neque enim viri multa coeundi cupiditate tenentur, ob corporis humiditatem ventrisque mollitiem et frigiditatem. Ex quibus viros minime venerem exercere posse par est. Eo accedit, quod perpetua equitatione fracti ad coitum imbecilles redduntur. Atque eae quidem in viris causae sunt. In mulieribus vero carnis pinguedo et humiditas. Neque enim uteri genitale semen ad se rapere queunt. Neque eis, ut decet, menstrua purgatio, sed parcior et per longa temporis intervalla contingit, ipsumque uteri os prae pinguedine concluditur, semenque genitale minime suscipit. Ipsaeque nulla corporis exercitatione utuntur et praepingues sunt, earumque ventres frigidi et molles. Ex quibus necessario consequitur non admodum foecundam esse Scytharum gentem. Cuius rei magnam coniecturam praebent famulae, quae, simul atque cum viris congrediuntur, concipiunt propter exercitationem et carnis gracilitatem.

εὔεδροι.] Ita cod. alter Par., Merc. et Zuing. in marg. Receperunt Mack., Cor., Littr. — Foës. in mss. nonnullis idem invenit. Vulgo ἔνεδροι.

ἕως ἂν οὐκ οἷά τε.] οὐκ Merc., Corn., οὐχ cett.

βραχύ.] βραχέῃ in prima Ed. desideravit, in altera dedit Cor. Equidem nihil muto.

τὰ δὲ θηλέα.] τά τε θηλέα vult Cor.

θαυμαστὸν οἷον ῥοϊκὰ καὶ βλαδέα ἐστὶ τὰ εἴδεα.] Pro ἐστί vulgo εἶναι, quod cum consistere nequeat, de meo mutavi. Coraës aut ἐστί, aut ἐοικὸς εἶναι desideravit. Mihi illud unice verum visum est. De verbis καὶ βλαδέα paulo superius monui.

28. ἐπιγενομένου ὀξέως.] ἐπιγιγνομένου Cor., Littr. ex altero cod. Par., qui ἐπιγινομένου. Vulgata bene habet. ὀξέος Zuing., Lind., Mack., Cor., ex Aem. Porti sententia. Cod. Par. alter ὀξέως (sic). —

ἀπ' ὅτων.] Vulgo ἀπὸ τῶν, ἀφ' ὧν Zuing. in m., quod glossema est; vid. § 23. qua collata malui cum Coraë ἀπὸ τῶν in ἀπ' ὅτων mutare.

αὐταί τε ἀταλαίπωροι.] Vulgo αὗται: emendavit Cor. — Lind. αὐταὶ δέ. —

καὶ ὑπὸ τούτων τῶν ἀναγκέων.] Cor. desiderat ὑπὸ τουτέων ὧν τῶν ἀν. Nimirum καί e repetitione postremae syllabae vocabuli superioris illi ortum videbatur. Nil tamen tentandum. Vulgo ἀναγκαίων, quod Cor. in ἀναγκαιῶν mutavit: Zuing. habet ἀναγκέων, rectius, uti animadvertit Littr.; nam ἀναγκαίων paroxytonum ex ἀναγκέων ortum esse longe verosimillimum.

ἴσχουσι.] ἴσχουσαι Ald., Cod. Par. alter, frequenti librariorum errore.

©BIUM

κθ'. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοισι εὐνουχίαι γίγνονται πλεῖστοι ἐν Σκύθῃσι, καὶ γυναικεῖα ἐργάζονται, καὶ ὡς αἱ γυναῖκες διαλέγονταί τε ὁμοίως καλεῦνταί τε οἱ τοιοῦτοι ἀναρίες. Οἱ μὲν οὖν ἐπιχώριοι τὴν αἰτίην προστιθέασι θεῷ, καὶ σέβονται τούτους τοὺς ἀνθρώπους καὶ προσκυνέουσι, δεδοικότες περί γε ἑωυτῶν ἕκαστοι. Ἐμοὶ δὲ καὶ αὐτῷ δοκεῖ ταῦτα τὰ πάθεα θεῖα εἶναι καὶ τἆλλα πάντα, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου θειότερον, οὐδὲ ἀνθρωπινώτερον, ἀλλὰ πάντα ὁμοῖα καὶ πάντα θεῖα· ἕκαστον δὲ ἔχει φύσιν τῶν τοιούτων καὶ οὐδὲν ἄνευ φύσιος γίγνεται. Καὶ τοῦτο τὸ πάθος ὥς μοι δοκέει γίγνεσθαι φράσω. Ὑπὸ τῆς ἱππασίης αὐτοὺς κέδματα λαμβάνει, ἅτε ἀεὶ κρεμαμένων ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖς ποσί· ἔπειτα ἀποχωλοῦνται καὶ ἑλκοῦνται τὰ ἰσχία οἳ ἂν σφόδρα νοσήσωσι. Ἰῶνται δὲ σφᾶς αὐτοὺς τρόπῳ τοιῷδε· ὁκόταν ἄρχηται ἡ νοῦσος, ὄπισθεν τοῦ ὠτὸς ἑκατέραν φλέβα τάμνουσι· ὅταν δὲ ἀπορρυῇ τὸ αἷμα, ὕπνος ἐπιλαμβάνει ὑπὸ ἀσθενείας καὶ καθεύδουσι· ἔπειτα ἀνεγείρονται, οἱ μέν τινες ὑγιεῖς ἐόν-

29. Ad haec quoque plerique Scythae eunuchi fiunt et munera muliebria obeunt ac velut mulieres factitant et loquuntur vocanturque hi *Anaries*. Ac regionis quidem incolae causam deo acceptam referunt et huiusmodi homines reverentur et colunt, sibi quisque timentes ne quid tale contingat. At mea quidem sententia hi omnes affectus divini sunt, ut et reliqui omnes, nullusque altero divinior aut humanior exsistit, sed omnes similes, omnesque divini, verumtamen horum unusquisque suam sibi naturam habet neque quidquam citra naturam fit. Atqui quomodo hic affectus mihi contingere videatur enarrabo. Ex equitatione eos prehendunt diuturnae ex defluxione affectiones, quae κέδματα dicuntur, nimirum semper pendentibus ex equis eorum pedibus. Deinde qui vehementer aegrotant, claudicant, iisque coxendices exulcerantur. Hac autem ratione sibi medentur. Cum aegrotare coeperint, utramque venam post aures incidunt, cumque sanguis effluxerit prae imbecillitate somno corripiuntur et obdormiscunt, deinde alii quidem sani exci-

29. ἔτι δὲ πρὸς τούτοισι.] Vulgo ἔτι τε. Malui cum Zuing., Corn. δέ scribere.

γίγνονται πλεῖστοι.] Vulgo οἱ πλ. — Cum Coraë articulum delevi. — Cod. Lat. Littréi *in Scythia* habet.

Σκύθῃσι.] Sic Mack., Cor., Littr., Σκύθαισι Cod. Par. alter. Σκύθεσι cett.

καὶ γυναικεῖα ἐργάζονται καὶ ὡς αἱ γυναῖκες διαλέγονταί τε ὁμοίως καλεῦνταί τε κ. τ. λ.] Coraës καί ante ὡς delevit, Littr. τε eiecit pone διαλέγονται. Et haec quidem est altera Coraïs coniectura. Mihi locus sanus esse videtur, nullo modo tentandus.

ἀναρίες.] Vulgo ἀνανδριεῖς. Cod. Par. alter et Aldina Ed. ἀνδριεῖς. Lind. e coniectura Mercurialis ἐνάριες. Cf. Herodotum I. 105. IV. 67. Quare de librorum lectione decedam declarandum: Primo quidem ἀνανδριεῖς forma Graeca proba non est: neque vero h. l. vocabulum Graecum exspectas sed Scythicum, in primis collatis locis Herodoteis. Quid quod supra de Phasianis: καὶ κέγχρονα, inquit, ὀνομάζουσι τοῦτο τὸ πνεῦμα, voce scilicet barbara. Optimo suo iure igitur ἐναρίες coniecit Merc., quod fortasse noster scripsit. Malui tamen ἀνΑρίες scribere, quod ad Ald. lect. ἀνΔριεῖς propius accedit. Nempe licet certissimum iudicem Herodotum et Hippocratem eandem vocem Scythicam voluisse, facile fieri potuit, ut alter ἐναρίες, alter ἀναρίες audire sibi visus sit. Cf. Wessel. et Schweigh. ad Herod. I. 105.

οἱ μὲν οὖν ἐπιχώριοι.] οὖν cum Coraë ex altero cod. Par. adscivi, cett. omittunt.

περί γε ἑωυτῶν ἕκ.] Vulgo περί τε ὠυτέων. Cod. Par. alter περὶ ὠυτέων, unde Cor. eumque secutus Littr. περὶ ἑωυτέων. Et pronomen quidem idem retinui, sed simul e vulg. τε effinxi γε, quod huic loco egregie adaptatum videbatur.

ἀλλὰ πάντα ὁμοῖα καὶ πάντα θεῖα.] Sic cod. Gadald. et ms. Latinum Littréi et Cor. et Littr. in Edd. suis. Cett. ἀλλὰ πάντα θεῖα.

ἕκαστον δὲ ἔχει φύσιν τῶν τοιούτων.] Cor. e Cornarii versione dedit φύσιν ἰδίην: at vero Corn. facile vulgatam Latine interpretari potuit per *suam propriam habet naturam*. Mihi cum Littr. nihil mutandum videtur. Loci a Coraë collati e libris spuriis sunt desumti.

κέδματα λαμβάνει.] Coraës ἐπιλαμβάνει vel καταλαμβάνει desiderat.

κρεμαμένων ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖς ποσί.] Hunc locum Ald. asterisco notat. Foës. κρεμάμενον se legere dicit, quod dedit Mack. — Coraës rectius suspicatur errorem typ. esse in Foësiana, virumque praestantissimum κρεμαμένοιν voluisse. Τοῖν ποδοῖν Lind., Coraës, quibus non obsequor: nam in Prognostico, ubi saepius duali numero locus esse videtur, nusquam hunc legere me memini.

ἑλκοῦνται.] Ita Mack. e Porti emend. vulgati ἕλκονται. Forte ΕΛΚΟΤΤΑΙ in ΕΛΚΟΝΤΑΙ abiit. Plur. num. tamen praefero.

οἳ ἂν σφόδρα νοσήσωσι.] Lind. οἵ δ' ἂν σφόδρα νοσήσωσι, ita ut ad seqq. retulerit, quorsum refert etiam Calvus, quod probat Foës., quem hac in re verum non vidisse recte monuit Coraës.

ὕπνος ἐπιλαμβάνει ὑπὸ ἀσθενείας.] Recte quidem vulgatum ὑπολαμβάνει in ἐπιλ. mutavit Coraës. Corruptelae ratio sequente ὑπό in aprico est.

καθεύδουσι.] Mart. κατεύδουσι reciperem, si modo scirem libri alicuius scripti lectionem re vera esse.

ἀνεγείρονται.] Ita legendum esse pro vulgato ἀναγείρονται mihi, perinde ac Littréo, certum videtur.

©BIUM

τες, οἱ δ' οὔ. Ἐμοὶ μὲν οὖν δοκέει ἐν ταύτῃ τῇ ἰήσι διαφθείρεσθαι ὁ γόνος· εἰσὶ γὰρ παρὰ τὰ ὦτα φλέβες, ἃς ἐάν τις ἐπιτάμῃ, ἄγονοι γίγνονται οἱ ἐπιτμηθέντες· ταύτας τοίνυν μοι δοκέουσι τὰς φλέβας ἐπιτάμνειν. Οἱ δὲ μετὰ ταῦτα, ἐπειδὰν ἀφίκωνται παρὰ γυναῖκας καὶ μὴ οἷοί τε ὦσι χρῆσθαί σφισι, τὸ πρῶτον οὐκ ἐνθυμεῦνται, ἀλλ' ἡσυχίην ἔχουσι· ὁκόταν δὲ δὶς καὶ τρὶς καὶ πλεονάκις αὐτοῖσι πειρωμένοισι μηδὲν ἀλλοιότερον ἀποβαίνῃ, νομίσαντές τι ἡμαρτηκέναι τῷ θεῷ, ὃν ἐπαιτιῶνται, ἐνδύονται στολὴν γυναικείην, καταγνόντες τὴν ἑωυτῶν ἀνανδρείην· γυναικίζουσί τε καὶ ἐργάζονται μετὰ τῶν γυναικῶν ἃ καὶ ἐκεῖναι.

λ. Τοῦτο δὲ πάσχουσι Σκυθέων οἱ πλούσιοι, οὐχ οἱ κάκιστοι, ἀλλ' οἱ εὐγενέστατοι καὶ ἰσχὺν πλείστην κεκτημένοι, διὰ τὴν ἱππασίην· οἱ δὲ πένητες ἧσσον· οὐ γὰρ ἱππάζονται. Καίτοι ἐχρῆν, ἐπεὶ θειότερον τοῦτο τὸ νόσευμα τῶν λοιπῶν ἐστι, οὐ τοῖς γενναιοτάτοις τῶν Σκυθέων καὶ τοῖς πλουσιωτάτοις προσπίπτειν μούνοις, ἀλλὰ τοῖς ἅπασι ὁμοίως καὶ μᾶλλον τοῖσι ὀλίγα κεκτημένοισι· εἰ δὴ τιμώμενοι χαίρουσι οἱ θεοὶ καὶ θαυμαζόμενοι ὑπ' ἀνθρώπων καὶ ἀντὶ τούτων χάριτας ἀποδιδοῦσι. Εἰκὸς γὰρ τοὺς μὲν πλουσίους θύειν πολλὰ τοῖς θεοῖς, καὶ ἀνατιθέναι ἀναθήματα, ὄντων χρημάτων, καὶ τιμᾶν· τοὺς δὲ πένητας ἧσσον, διὰ τὸ μὴ ἔχειν, ἔπειτα καὶ ἐπιμεμφομένους, ὅτι οὐ διδόασι χρήματα

tantur, alii minime. Ac mihi quidem videtur hac curatione generandi facultas pessumdari. Iuxta aures enim venae sunt, quas si quis incidat, sectione sterilitatem inducunt. Has igitur venas mihi secare videntur. Postea vero ubi ad uxores accedunt, neque cum iis rem habere possunt, primum nil animo reputantes quiescunt, cum autem bis, ter, aut saepius id tentantes nihil profecerint, Deum, in quem culpam conferunt, se offendisse existimantes, muliebri stola amicti, suae ignaviae culpam profitentur et cum mulieribus victitantes earum opera tractant.

30. Hac autem affectione tentantur Scytharum opulentissimi, minime vero infimi, sed generosissimi et qui ad maximas opes adscenderunt, propter equitationem; pauperes contra, qui non equitant, minus. Quamquam oportebat, si haec affectio ceteris divinior esset, ut non generosissimos et opulentissimos Scythas solos, sed omnes ex aequo invaderet, idque potius eos, qui paucas opes possident, si quidem dii hominum cultu et veneratione gaudent et pro eo his beneficia conferunt. Divites enim cum pecunias quidem possideant, diis saepe sacra facere et donaria offerre, eosque honoribus afficere aequum est, pauperes vero minus, cum nihil habeant, et vero eos incusant, quod eis opes non suppeditent, ac proinde qui pauca

διαφθείρεσθαι ὁ γόνος.] ὁ γόνος unus liber ille Gad. Cum Coraë, Littr. adscivi. Ad rem ipsam demitto lectorem ad locum e libro de locis in homine p. 106: ἄλλαι δύο φλέβες παρὰ τὰ ὦτα ..... αὗται καὶ ἄκαρπον ποιέουσι τὸν ἄνθρωπον ὅταν ἀποτμηθῶσι, αἳ καὶ ἐς τοὺς μεγάλους δακτύλους τελευτῶσιν.

γυναῖκας.] Plur. num. dant Calvus, Ms. Lat. Littréi. Recepere Cor., Littr. — Cett. γυναῖκα.

χρῆσθαί σφισι.] σφησιν αὐταῖς Ald., Bas., Merc., Zuing., σφισιν αὐταῖς Mart., Foës., σφισιν αὐτοῖς Lind. — Bonum factum quod glossam αὐταῖς delevit Cor., quem cum nuperrimo editore sequor.

καταγνόντες τὴν ἑωυτῶν ἀνανδρείην..] τήν de meo adposui.

30. καὶ μᾶλλον τοῖσι ὀλίγα κεκτημένοισι, εἰ δὴ τιμώμενοι χαίρουσι οἱ θεοὶ καὶ θαυμαζόμενοι ὑπ' ἀνθρώπων καὶ ἀντὶ τούτων χάριτας ἀποδιδοῦσι.] Est haec elegans Coraïs restitutio corruptorum καὶ μᾶλλον τοῖσι ὀλίγα κεκτημένοισι, οὐ τιμωμένοισι ἤδη, εἰ χαίρουσιν οἱ θεοὶ καὶ θαυμαζόμενοι ὑπ' ἀνθρώπων κ. τ. λ. — Littréus: „le sens, inquit, étant clair, j'ai cru pouvoir laisser subsister le texte prenant seulement τιμωμένοισι dans le sens actif. Si j'avais tenté une correction, j'aurais mis οὐ τιμῶσιν, εἰ δὴ τιμώμενοι χαίρουσι, κ. τ. λ." At mihi quidem numquam in verbis corruptis sensus planus obvius factus est. Quod vero attinet ad Littréi emendationem, illam aeque ac ceteras a Coraë propositas prorsus reiicio: eam, quam recepi, unice veram habeo. Quid enim? τιμᾶσθαι transitive sumi probe scio: at h. l. τιμωμένοισι active sumendum erit, cum mox τιμᾶν scribit? Credat Iudaeus Apella. Vid. ad h. l. verba Euripidis ex Hippol. (vs. 7.)

ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε,
τιμῶμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο. —

ὄντων χρημάτων καὶ τιμᾶν.] ὄντων χρημάτων πολλῶν καὶ τιμῶν Bacc., unde Cor. τιμᾶν servans recepit πολλῶν. At mihi infinitivus τιμᾶν satis longe a ceteris removeri videtur, si πολλῶν adsciscamus et vero suspicor totum illud πολ-

©BIUM

αὐτοῖσι· ὥστε τῶν τοιούτων ἁμαρτιῶν τὰς ζημίας τοὺς ὀλίγα κεκτημένους φέρειν μᾶλλον ἢ τοὺς πλουσίους. Ἀλλὰ γὰρ, ὥσπερ καὶ πρότερον ἔλεξα, θεῖα μὲν καὶ ταῦτά ἐστι ὁμοίως τοῖς ἄλλοις· γίγνεται δὲ κατὰ φύσιν ἕκαστα· καὶ ἡ τοιαύτη νοῦσος ἀπὸ τοιαύτης προφάσιος τοῖς Σκύθαις γίγνεται, οἵην εἴρηκα. Ἔχει δὲ καὶ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ὁμοίως. Ὅκου γὰρ ἱππάζονται μάλιστα καὶ πυκνότατα, ἐκεῖ πλεῖστοι ὑπὸ κεδμάτων καὶ ἰσχιάδων καὶ ποδαγριῶν ἁλίσκονται καὶ λαγνεύειν κάκιστοί εἰσι. Ταῦτα δὲ τοῖσί γε Σκύθῃσι πρόσεστι καὶ εὐνουχοειδέστατοί εἰσι ἀνθρώπων διὰ τὰς προφάσιας καὶ ὅτι ἀναξυρίδας ἔχουσι ἀεὶ, καὶ εἰσὶ ἐπὶ τῶν ἵππων τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου, ὥστε μήτε τῇ χειρὶ ἅπτεσθαι τοῦ αἰδοίου, ὑπό τε τοῦ ψύχεος καὶ τοῦ κόπου ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἱμέρου καὶ τῆς μίξιος καὶ μηδὲν παρακινεῖν πρότερον ἢ ἀνανδρωθῆναι. Περὶ μὲν οὖν τῶν Σκυθέων οὕτως ἔχει τοῦ γένεος.

λα. Τὸ δὲ λοιπὸν γένος τὸ ἐν τῇ Εὐρώπῃ διάφορον αὐτὸ ἑωυτῷ ἐστὶ, καὶ κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κατὰ τὰς μορφὰς, διὰ τὰς μεταλλαγὰς τῶν ὡρέων, ὅτι μεγάλαι γίγνονται καὶ πυκναὶ, καὶ θάλπη τε ἰσχυρὰ καὶ χειμῶνες καρτεροὶ, καὶ ὄμβροι πολλοὶ, καὶ αὖθις αὐχμοὶ πολυχρόνιοι καὶ πνεύματα, ἐξ ὧν μεταβολὰς πολλὰς καὶ παντοδαπὰς εἰκός ἐστι γίγνεσθαι καὶ τὴν γένεσιν ἐν τῇ ξυμπήξι τοῦ γόνου ἄλλην καὶ ἄλλην καὶ μὴ τῷ αὐτῷ τὴν αὐτὴν γίγνεσθαι ἔν τε τῷ

possident, eiusmodi peccatorum poenas potius quam divites luunt. Verum, quemadmodum iam ante dixi, haec quidem divina sunt, perinde ut reliqua, at secundum naturam quaeque accidunt. Et hic quidem morbus ob eam quam dixi causam Scythis contingit. Quin et in reliquis hominibus ad eundem se habet modum. Ubi enim plurimum et creberrime homines equitant, ibi plurimi diuturnis ex defluxione affectionibus, coxendicum morbis pedumque doloribus corripiuntur et ad venerem exercendam pessime se habent. Haec autem Scythis adsunt et ob eam causam omnium ineptissimi sunt ad coitum, tum etiam quod feminalia semper gestant et in equis magnam temporis partem degunt, ut neque pudenda manu attrectare illis liceat, neque prae frigore et lassitudine coeundi appetentiam sentiant neque quidquam praeter rationem agant, ante quam virilitate privati sint. Atque hactenus quidem de Scytharum gente.

31. At reliquum in Europa hominum genus tum magnitudine, tum forma inter se est dissimile propter magnas et crebras anni temporum mutationes. Habent enim calores vehementes et hiemes acres atque imbres multos rursusque squalores diuturnos et ventos multos, ex quibus multae et omnis generis mutationes contingunt. Neque est a ratione alienum ex his variam percipi generationem in seminis conformatione, neque ex eodem eandem esse vel aestate, vel hieme, vel pluvioso, vel sicco tempore.

λῶν καὶ τιμῶν recentiorum esse: in primis etiam propter seq. διὰ τὸ μὴ ἔχειν: i. e. διὰ τὸ μὴ ἔχειν χρήματα, non διὰ τὸ μὴ ἔχειν χρήματα πολλά.

τοῖσί γε Σκύθῃσι πρόσεστι.] τοῖσι δὲ Σκ. vulgo: τοῖσί τε Σκ. Zuing. et Cor. in prima Ed.: in altera τε omisit, quod fecit etiam Littréus. Ego τοῖσί γε effinxi e Zuingeri lect.: nimirum γε huic loco, quo redit ad Scythas post intermedia illa de hominibus in universum, omnino apte convenit.

διὰ τὰς προφάσιας.] Coraës διὰ ταύτας τὰς προφάσιας scribens et Littréus τὰς προειρημένας προφ., ille de suo supplens, hic ms. Latini ope, ferentis *propter praedictas causas*, non viderunt τάς h. l. δεικτικῶς sumi, adeo ut nihil deficiat.

μήτε τῇ χειρὶ ἅπτ.] Cum Cor. τῇ de coniectura adscivi, pone μήτε facile interire potuit.

ὥστε ... ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἱμέρου καὶ τῆς μίξιος καὶ μηδὲν παρακινεῖν πρότερον ἢ ἀνανδρωθῆναι.] In hisce ea est lectionis varietas, ut Cod. Par. alter et Aldus et Calvus et ms. Lat. Littréi ἀνδρωθῆναι habeant, quod Coraës recepit, cett. omnes libri et mss. et editi habeant ἀνανδρωθῆναι Nolo ceterorum huius loci interpretationes, quas collegit Coraës p. 365. seqq. vol. II. iterum describere. Nempe res nihil difficultatis habet: παρακινεῖν significat *perperam* s. *indecore moveri*, *indecore aliquid agere*. h. l. reddi possit *aliquid praeter rationem agere* et respicit noster omnino illud ἐνδύονται στολὴν γυναικείην κ. τ. λ. in fine § 29. Est enim nostrum παρακινέειν ista virilium morum in foemininos mutatio.

31. αὖθις.] Ionismum αὖτις pro vulgato αὖθις alter cod. Par. praebet; forte recipiendus est.

ἐξ ὧν μεταβολὰς πολλὰς καὶ παντοδαπὰς εἰκός ἐστι γίγνεσθαι καὶ τὴν γένεσιν ἐν τῇ ξυμπήξι τοῦ γόνου ἄλλην καὶ ἄλλην καὶ μὴ τῷ αὐτῷ τὴν αὐτὴν γίγνεσθαι ἔν τε τῷ

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 419 sur 880

©BIUM

θέρεϊ καὶ ἐν τῷ χειμῶνι, μηδὲ ἐν ἐπομβρίῃ καὶ αὐχμῷ. Διότι τὰ εἴδεα διηλλάχθαι νομίζω τῶν Εὐρωπαίων μᾶλλον ἢ τῶν Ἀσιηνῶν καὶ τὰ μεγέθη διαφορώτατα αὐτὰ ἑωυτοῖσι εἶναι κατὰ πόλιν ἑκάστην· αἱ γὰρ φθοραὶ πλείονες ἐγγίγνονται τοῦ γόνου ἐν τῇ ξυμπήξι ἐν ταῖς μεταλλαγαῖς τῶν ὡρέων πυκναῖς ἐούσαις, ἢ ἐν τῇσι παραπλησίῃσι καὶ ὁμοίῃσι. Περί τε τῶν ἠθέων ὁ αὐτὸς λόγος· τό τε ἄγριον καὶ τὸ ἄμικτον καὶ τὸ θυμοειδὲς ἐν τῇ τοιαύτῃ Φύσι ἐγγίγνεται· αἱ γὰρ ἐκπλήξιες πυκναὶ γιγνόμεναι τῆς γνώμης τὴν ἀγριότητα ἐντιθέασι, τὸ δὲ ἥμερόν τε καὶ ἤπιον ἀμαυροῦσι. Διότι εὐψυχοτέρους νομίζω τοὺς τὴν Εὐρώπην οἰκοῦντας εἶναι ἢ τοὺς τὴν Ἀσίην· ἐν μὲν γὰρ τῷ αἰεὶ παραπλησίῳ αἱ ῥαθυμίαι ἔνεισι, ἐν δὲ τῷ μεταβαλλομένῳ αἱ ταλαιπωρίαι τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ. Καὶ ἀπὸ μὲν ἡσυχίης καὶ ῥαθυμίης ἡ δειλίη αὔξεται, ἀπὸ δὲ τῆς ταλαιπωρίης καὶ τῶν πόνων αἱ ἀνδρεῖαι. Διὰ τοῦτό εἰσι μαχιμώτεροι οἱ τὴν Εὐρώπην οἰκοῦντες, καὶ διὰ τοὺς νόμους, ὅτι οὐ βασιλεύονται, ὥσπερ οἱ Ἀσιηνοί· ὅκου γὰρ βασιλεύονται, ἐκεῖ ἀνάγκη καὶ δειλοτάτους εἶναι· εἴρηται δέ μοι καὶ πρότερον. Αἱ γὰρ ψυχαὶ δεδούλωνται καὶ οὐ βούλονται παρακινδυνεύειν ἑκόντες εἰκῇ ὑπὲρ ἀλλοτρίης δυνάμιος.

Eaque de causa, ut existimo, Europaei magis quam Asiatici forma inter se variant et per singulas urbes magnitudines maxime inter se sunt differentes. Plures enim corruptiones circa seminis concretionem contingunt, ubi crebrae fiunt anni temporum mutationes, quam si eaedem sint et similes. Eadem autem est de moribus ratio. Agrestes, hominum societate minime gaudentes et animosi in eiusmodi naturae regione oriuntur: frequentes enim mentis emotiones morum ferociam inducunt, lenitatem autem et comitatem retundunt. Quocirca eos, qui Europam incolunt plus animi, quam Asiaticos habere censeo. Rerum si quidem uno se habentium modo aequabilitas socordiam ingenerat, varietas vero corpus et animum ad laborem excitat. Quin etiam socordia et quiete ignavia crescit, exercitatione vero et laboribus animi fortitudo. Hanc ob causam bellicosiores sunt, qui Europam incolunt, tum etiam propter leges, quoniam regum imperio non parent, quemadmodum Asiatici. Qui enim regibus subiiciuntur, eos timidissimos esse necesse est, et velut antea a nobis dictum est, servitute pressi animi neque lubenter sine fructu aliquo suo sese pro alieno imperio periculis obiiciunt. Qui vero suis legibus vivunt, hi sibi non aliis pericula subeunt et magna animi alacritate volentes ad gravia

θέρεϊ καὶ ἐν τῷ χειμῶνι, μηδὲ ἐν ἐπομβρίῃ καὶ αὐχμῷ.] Vulgo ἐξ ὧν μεταβολαὶ πολλαὶ καὶ παντοδαπαί. Ἀπὸ τουτέων εἰκὸς αἰσθάνεσθαι καὶ τὴν γένεσιν κ. τ. λ. — Zuing. in m. εἰκὸς γίνεσθαι, quod recepit Lind.; ms. Lat. Littréi *ex his convenit fieri*. Coraës delevit ἀπό. Si quid video αἰσθάνεσθαι verum non est, sed originem duxit vel e γίγνεσθαι, quod var. lect. habet, vel forte ex ἔσεσθαι. Iamque puto dittographiam fuisse: καὶ μεταβολὰς πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἀπὸ τουτέων εἰκὸς γίγνεσθαι, vel ἔσεσθαι, et: ἐξ ὧν μεταβολὰς πολλὰς καὶ παντοδαπὰς εἰκὸς ἐστι γίγνεσθαι κ. τ. λ. Hinc intelligitur, quomodo ἀπὸ τουτέων in textum illatum fuerit. Ceterum pro vulgato ἄλλην καὶ μὴ ... τὴν αὐτέην Coraës ἄλλοτε ἄλλην καὶ μὴ ... τὴν αὐτέην: ego concieci ἄλλην καὶ ἄλλην καὶ μὴ ... τὴν αὐτήν. Nimirum cum Littr. non consentio in vulgata tuenda. Nempe ἄλλην ἐν τῷ θέρει καὶ ἄλλην ἐν τῷ χειμῶνι significare voluit auctor, quod solo ἄλλην significari non credo.

διηλλάχθαι.] Ita Zuing. in marg. Lind., Cor. — Vulgo: διηλλάχθη.

διαφορώτατα αὐτὰ ἑωυτοῖσι.] Aem. Portum ἑωυτῶν desiderantem redarguit Cor. adlatis aliis e libro nostro exemplis eiusdem dictionis. v. c. initio huius §. διάφορον αὐτὸ ἑωυτῷ.

αἱ γὰρ φθοραὶ πλείονες ἐγγίγνονται τοῦ γόνου ἐν τῇ ξυμπήξι.] Gadald., Bac. μορφαί. Coraës etiam διαφοραί coniici posse dicit. Littréus: „Il vaudrait peut-être mieux lire διαφοραί, comme plus haut p. 72. l. 19. où le ms. Latin donnait *differentiae* pour φθοραί. Mais ici ce manuscrit présente une lacune de quelques lignes." Quem respicit locum legimus in fine § 26.: τῶν γὰρ ὡρέων παραπλησίων ἐουσέων κ. τ. λ.: eum autem si cum nostro conferas, ultro patet φθοραί unice verum, μορφαί contra et διαφοραί ab auctoris mente longe alienissima esse.

περί τε τῶν ἠθέων ὁ αὐτὸς λόγος.] περὶ δέ Lind., Calvus.

τό τε ἄγριον.] τό τε γὰρ ἄγριον Lind., Cor. in altera Ed.

ἄμικτον.] Vulgo ἀμίαντον. Merc. in m. ἄμιλκτος. Zuing. in m. ἀμίλικτον. ἄμικτον. Lind. et Mack. ἀμείλικτον. Cum Cor., Littréo, Galeni et Zuingeri in m. lectionem recepi.

τοὺς τὴν Εὐρώπην κ. τ. λ.] Vulgo τήν abest: legitur apud Zuing. in marg. et cod. altero Par., unde recepere Cor., Littr.

τῷ αἰεὶ παραπλησίῳ.] Ita Cor., et Littréus illum secutus, de coniectura. Vulgo παραπλησίως.

ἀνάγκη καὶ δειλοτάτους εἶναι.] καί cod. alter Par. et Coraës.

©BIUM

Ὁκόσοι δὲ αὐτόνομοι, — ὑπὲρ αὐτῶν γὰρ τοὺς κινδύνους αἱρεῦνται καὶ οὐκ ἄλλων, — προθυμεῦνται καὶ ἑκόντες ἐς τὸ δεινὸν ἔρχονται· τὰ γὰρ ἀριστεῖα τῆς νίκης αὐτοὶ φέρονται. Οὕτως οἱ νόμοι οὐχ ἥκιστα τὴν εὐψυχίην ἐργάζονται. Τὸ μὲν οὖν ὅλον καὶ τὸ ἅπαν οὕτως ἔχει περί τε τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίης.

λβ'. Ἔνεισι δὲ καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ φῦλα διάφορα ἕτερα ἑτέροις καὶ τὰ μεγέθεα καὶ τὰς μορφὰς καὶ τὰς ἀνδρείας· τὰ δὲ διαλλάσσοντα ταὐτά ἐστι, ἃ καὶ ἐπὶ τῶν πρότερον εἴρηται· ἔτι δὲ σαφέστερον φράσω. Ὁκόσοι μὲν χώρην ὀρεινήν τε οἰκοῦσι καὶ τρηχεῖαν καὶ ὑψηλὴν καὶ ἄνυδρον καὶ αἱ μεταβολαὶ αὐτοῖσι γίγνονται τῶν ὡρέων μέγα διάφοροι, ἐνταῦθα εἰκὸς εἴδεα μεγάλα εἶναι καὶ πρὸς τὸ ταλαίπωρον καὶ τὸ ἀνδρεῖον εὖ πεφυκότα· καὶ τό τε ἄγριον καὶ τὸ θηριῶδες αἱ τοιαῦται φύσιες οὐχ ἥκιστα ἔχουσι. Ὁκόσοι δὲ κοῖλα χωρία καὶ λειμακώδεα καὶ πνιγηρὰ καὶ τῶν θερμῶν πνευμάτων πλέον μέρος μετέχουσι ἢ τῶν ψυχρῶν, ὕδασί τε χρέονται θερμοῖσι, οὗτοι μεγάλοι μὲν οὐκ ἂν εἶησαν, οὐδὲ κανονίαι· ἐς εὖρος δὲ πεφυκότες καὶ σαρκώδεες καὶ μελανότριχες· καὶ αὐτοὶ μέλανες μᾶλλον ἢ λευκότεροι, φλεγματίαι τε ἧσσον ἢ χολώδεες· τὸ δὲ ἀνδρεῖον καὶ τὸ ταλαίπωρον ἐν τῇ ψυχῇ φύσι μὲν οὐκ ἂν ὁμοίως ἐνείη, νόμος δὲ προσγενόμενος ἀπεργά-

quaeque feruntur, cum pro re gesta victoriae praemia sint accepturi. Ita ut constet leges ad animi magnitudinem plurimum facere. De Europa igitur et Asia in genere ac toto sic se res habet.

32. Sunt autem praeterea in Europa gentes tum magnitudine, tum forma, tum magnanimitate inter se differentes. Varietatis causae eaedem quae supra dictae sunt, quasque iam manifestius aperiam. Qui regionem quidem montanam, asperam, altam et aquis carentem incolunt et anni temporum mutationes habent admodum differentes, illic hominum formas magnas esse par est tum ad laborem, tum ad robur a natura optime esse comparatas, at agrestibus et ferinis moribus eiusmodi naturae non parum sunt praeditae. At qui loca concava, herbosa et aestuosa habitant, quique ventis calidis magis quam frigidis perflantur, et aquis utuntur calidis, hi magni quidem esse non possunt, neque recti et ventre substricto, in amplam vero corporis molem a natura producuntur, corpore sunt carnoso et capillis nigris, colore potius nigro quam candido et minus pituitosi quam biliosi. At animi robore et laborum tolerantia non aeque a natura valent, sed accedens vitae institutum id efficit. Quodsi flumina ea regio

ὁκόσοι δὲ αὐτόνομοι.] Vulgo οὗτοι δὲ ἀ. Iam Cor. suspicatus est ὅσοι δὲ ἀ. legendum esse. Littréi ms. Lat. coniecturam firmavit, adeo ut hic ὅσοι δὲ ἀ. scriberet. Equidem Ionicum ὁκόσοι reposui.

προθυμεῦνται καὶ ἑκόντες ἐς τὸ δεινὸν ἔρχονται.] Cett. προθυμεῦνται ἑκόντες καὶ ἐς τὸ δεινὸν ἔρχονται. Mihi προθυμεῦνται et ἑκόντες parum apte coniungi videntur itaque ἑκόντες καί in καὶ ἑκόντες mutavi.

32. ταὐτά ἐστι.] Ita cum Zuing., Lind., Cor. lego. ταῦτα cett.

φράσω.] Ita Zuing., Cor., Littr., φράζω cett.

οἰκοῦσι καὶ τρηχεῖαν καὶ ὑψηλὴν καὶ ἄνυδρον.] καὶ τρηχείην Lind., Cor., Littr. e Gal. Quod animi mores. Kühn. IV. p. 800. et Comm. in lib. de Humorr. p. 318. Cett. καί omm.: habetur vero etiam in ms. Latino Littréi. — Zuing. in marg. ψιλήν. Clifton vult ψυχινήν. Vulgo ἔνυδρον. Zuing. in m. ἄνυδρον, quod habent Lind. et Corn., Mart., Mack., cum Gal. l. l. Mihi etiam h. l. requiri videtur.

μέγα διάφοροι.] μεγάλοι καὶ διάφ. Corn.: Gal. μέγα δὲ τὸ διάφερον ἐνταῦθα.

καὶ τό τε ἄγριον.] Gal. καὶ τό γε ἄγριον. Sit hoc rursum indicio, quam saepe hae particulae confundantur.

λειμακώδεα καὶ πνιγηρά.] λειμώδεα Gal. Bas. I. 348. λοιμώδεα (sic) Gal. Ch. et Kühnii. πνιγηρὰ [οἰκέουσι] Lind., Mack.

ἢ τῶν ψυχρῶν.] ἢ om. cod. Par. alter et Ald.

χρέονται θερμοῖσι.] Ionismum praebet Gal.: vulgo χρῶνται θερμοῖς.

οὗτοι μεγάλοι.] Cod. Par. alter. Gal. οὗτοι δὲ μεγ.; recepit Cor. Quid praestet vix scio.

κανονίαι.] Asterisco notatur in Ald. et Merc. Edd. — Gal. legit εὐμήκεες. cf. Erot. p. 210. Gal. mox: εὐρέες δὲ πεφ. —

φλεγματίαι τε ἧσσον.] Ita Gal., Cor., Littr., δέ vulgo. Contra mox τό τε ἀνδρεῖον vulgo, ubi δέ e Gal. recipiendum fuit.

τὸ ταλαίπωρον.] Ita Gal., quem cum aliis sequor. Possit tamen facile etiam articulus abesse. Mox pro ἐνείη Gal. ἔχοιεν.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 421 sur 880

©BIUM

σοιτ' ἄν. Καὶ εἰ μὲν ποταμοὶ ἐνείησαν ἐν τῇ χώρῃ, οἵτινες ἐκ τῆς χώρης ἐξοχετεύουσι τό τε στάσιμον καὶ τὸ ὄμβριον, οὗτοι ἂν ὑγιηροί τε εἶησαν καὶ λαμπροί· εἰ μέντοι ποταμοὶ μὲν μὴ εἶησαν, τὰ δὲ ὕδατα κρηναῖά τε καὶ στάσιμα πίνοιεν καὶ ἑλώδεα, ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα εἴδεα προγαστρότερα εἶναι καὶ σπληνώδεα. Ὁκόσοι δὲ ὑψηλὴν οἰκέουσι χώρην καὶ λείην καὶ ἀνεμώδεα καὶ ἔνυδρον, εἶεν ἂν τὰ εἴδεα μεγάλοι καὶ ἑωυτοῖσι παραπλήσιοι· ἀνανδρότεραι δὲ καὶ ἡμερώτεραι τούτων αἱ γνῶμαι. Ὁκόσοι δὲ λεπτά τε καὶ ἄνυδρα καὶ ψιλὰ, τῇσι τε μεταβολῇσι τῶν ὡρέων οὐκ εὔκρητα, ἐν ταύτῃ τῇ χώρῃ τὰ εἴδεα εἰκὸς σκληρά τε εἶναι καὶ ἔντονα, καὶ ξανθότερα ἢ μελάντερα καὶ τὰ ἤθεα καὶ τὰς ὀργὰς αὐθάδεις τε καὶ ἰδιογνώμονας. Ὅκου γὰρ μεταβολαί εἰσι πυκνόταται τῶν ὡρέων καὶ πλεῖστον διάφοροι αὐταὶ ἑωυτῇσι, ἐκεῖ καὶ τὰ εἴδεα καὶ τὰ ἤθεα καὶ τὰς φύσιας εὑρήσεις πλεῖστον διαφερούσας.

λγ'. Μέγισται μὲν οὖν εἰσι αὗται τῆς φύσιος αἱ διαλλαγαί· ἔπειτα δὲ καὶ ἡ χώρη ἐν ᾗ ἄν τις τρέφηται καὶ τὰ ὕδατα· εὑρήσεις γὰρ ἐπὶ τὸ πλῆθος τῆς χώρης τῇ φύσι ἀκολουθοῦντα καὶ τὰ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς τρόπους. Ὅκου μὲν γὰρ ἡ γῆ πίειρα καὶ

habeat, quae stagnantes et pluvias aquas educant, ii incolumes degunt et colore cutis sunt splendido. Sin vero nulla sint flumina, aquasque fontanas statarias et palustres bibant, has ventri et lieni noxias esse necesse est. Qui vero regionem altam, planam, ventis perflatam et aquosam incolunt, ii corporis habitu sunt praegrandi, inter se similes, animo minus virili et tranquilliore. At qui gracilia et arida loca, aquis carentia et nuda tenent, neque temperatas habent anni temporum mutationes, hac in regione homines duro et robusto corporis habitu esse par est, et colore flavo potius quam nigro, moribus et animi appetitionibus sibi nimis placentes et superbos et in concepta opinione permanentes. Ubi enim anni temporum mutationes tum crebrae, tum plurimum inter se differunt, ibi et formas et mores et naturas plurimum diversas comperias.

33. Atque hae quidem maximae causae sunt cur naturae permutentur, deinde etiam regio in qua quis nutritur et aquae. Magna enim ex parte hominum formas et mores regionis naturam imitari reperias. Ubi enim terra pinguis est et mollis et aquosa, aquae vero valde

οὗτοι ἄν.] Cor. coniecit οὕτως ἄν. Malo cum Littr. vulg. servare, licet οὕτως ἄν, si darent codd., non repudiarem.

κρηναῖα.] Legatur Cor. adn. p. 383. vol. II.

ἑλώδεα.] Vulgo ὀδώδεα. Ald. et Cod. Par. alter ἐδώδεα. Heringa ὀλώδεα voluit e Galeni glossario. — Cor. e ms. Gadaldini ἑλώδεα, item Littr., cuius ms. Lat. *paludestri*.

ἀνάγκη τὰ τοιάδε εἴδεα προγαστρότερα εἶναι καὶ σπληνώδεα.] Lectio est ms. Gadaldini, quam firmavit ms. Lat. Littréi. Eam autem cum Coraë et Littréo exhibeo, uno illo excepto, quod hic τὰ τοιαῦτα e vulg. servavit. Nempe vulgo ἀνάγκη τοιαῦτα τῆς γαστρὸς ἀτηρέα εἶναι καὶ σπληνός. Ald., Merc. et Zuing. in marg.: ἀνάγκη τοιαῦτα πρὸς γαστρὸς ἀτεα εἶναι καὶ σπλήνεα. Corrupte profecto: Ch. καί ante σπληνός vulgatae om.

λείην.] λισσήν Merc. in m. e Gal.: Quod animi mores. p. 801.

ἔνυδρον.] Calvus: „bonas aquas habentem" i. e. εὔυδρον.

εἶεν ἂν τὰ εἴδεα μεγάλοι καὶ ἑωυτοῖσι παραπλήσιοι· ἀνανδρότεραι δὲ καὶ ἡμερώτεραι τούτων αἱ γνωμαί.] τά ante εἴδεα de meo addidi, aegre desiderabam articulum: ceterum Gal. sum secutus et ms. Lat. Littréi. Vulgo εἴη ἂν εἴδεα μεγάλα καὶ ἑωυτοῖς παραπλήσια καὶ ἀνορθότερα· καὶ ἠπιώτεραι αἱ γνωμαί. Ad quae Merc. τουτέων (Zuing. τούτων) αἱ γνωμαί in marg. adnotant. Lind.: εἶεν ἂν εἴδεα μεγάλοι καὶ ἑωυτοῖς παραπλήσιοι· ἀνανδρότεραι δὲ καὶ ἡμερώτεραι αἱ [τούτων] γνωμαί. Coraës in prima Ed. [ἐνταῦθα] εἴη ἂν εἴδεα μ. καὶ ἑ. παραπλήσια κ. τ. λ. In altera Ed. eandem, quam nos dedimus, lect. exhibuit, excepto τά ante εἴδεα. Item nuperrimus Editor.

ὁκόσοι δὲ λεπτά τε καὶ ἄνυδρα καὶ ψιλά.] δέ legunt Gal., Zuing., Lind.. omm. cett.

οὐκ εὔκρητα.] Ita Cor., Littr.: vulgo οὐ κέκρηνται. Merc. et Zuing. in marg. et Mack. οὐκ εὔκριτα ἔχει. Mss. nonnulla Foësii: οὐ κέχρηνται. Gal. ὅσοι δὲ λεπτὰ .... τῇσι μεταβολῇσι τῶν ὡρέων οὐκ εὔκριτα ἔχει τῇ χώρῃ τὰ εἴδεα, ἀλλὰ σκληρά κ. τ. λ. — Cum Coraë in altera Ed. τῇσί τε μεταβολῇσι scripsi, quia δέ h. l. minus congruum videbatur: neque enim in his sive antithesis est, sive partitio; sed omnia arctissime copulantur.

σκληρά.] Cor. de coniectura σκληφρά: nihil mutandum videtur.

33. αἱ διαλλαγαί.] αἱ abesse solet: adscripsit ex altero cod. Par. Littréus.

ἐν ᾗ ἄν τις τρέφηται.] Ita Cor., Littr.: vulgo τρέφεται. Cod. alter Cor. ἐν ᾗ ἀντιστρέφεται.

ἀκολουθοῦντα.] ἀκόλουθα ἐόντα Cor. in Ed. altera.

πίειρα.] Vulgo πιθηρά. Merc. in marg. πικρά e Gal. Quod animi mores p. 802. — In comm. in lib. de Hum. p. 92.

©BIUM

μαλθακὴ καὶ ἔνυδρος καὶ τὰ ὕδατα κάρτα μετέωρα ἔχουσα, ὥστε θερμὰ εἶναι τοῦ θέρεος καὶ τοῦ χειμῶνος ψυχρὰ, καὶ τῶν ὡρέων καλῶς κέεται, ἐνταῦθα καὶ οἱ ἄνθρωποι σαρκώδεές εἰσι καὶ ἄναρθροι, καὶ ὑγροὶ, καὶ ἀταλαίπωροι, καὶ τὴν ψυχὴν κάκιστοι ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ· τό τε ῥάθυμον καὶ τὸ ὑπνηρὸν ἔνεστι ἐν αὐτοῖσι ἰδεῖν· ἔς τε τὰς τέχνας παχέες καὶ οὐ λεπτοὶ οὐδ' ὀξέες. Ὅκου δ' ἐστὶ ἡ χώρη ψιλή τε καὶ ἄνυδρος καὶ τρηχεῖα καὶ ὑπὸ τοῦ χειμῶνος πιεζομένη καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου κεκαυμένη, ἐνταῦθα δὲ σκληρούς τε καὶ ἰσχνοὺς καὶ διηρθρωμένους καὶ ἐντόνους καὶ δασέας ἂν ἴδοις· τό τε ἐργατικὸν ὀξὺ ἐνεὸν ἐν τῇ φύσι τῇ τοιαύτῃ καὶ τὸ ἄγρυπνον, τά τε ἤθεα καὶ τὰς ὀργὰς αὐθάδεας καὶ ἰδιογνώμονας, τοῦ τε ἀγρίου μᾶλλον μετέχοντας ἢ τοῦ ἡμέρου, ἔς τε τὰς τέχνας ὀξυτέρους τε καὶ ξυνετωτέρους καὶ τὰ πολέμια ἀμείνους εὑρήσεις· καὶ τἆλλα τὰ ἐν τῇ γῇ φυόμενα πάντα ἀκόλουθα ὄντα τῇ γῇ. Αἱ μὲν οὖν ἐναντιώταται φύσιές τε καὶ ἰδέαι ἔχουσι οὕτως· ἀπὸ δὲ τούτων τεκμαιρόμενος τὰ λοιπὰ ἐνθυμέεσθαι, καὶ οὐχ ἁμαρτήσῃ.

sublimes, ita ut aestate sint calidae et hieme frigidae, quaeque ad anni tempora probe habet, ibi homines carnosi sunt, articulis non discreti, humidi, labores non ferentes, ac ut plurimum pravi animi. Quin etiam segnes cernas et somnolentos, et ad artes crassi sunt neque subtiles, neque acuti. Ast ubi regio nuda est, aquis carens, aspera, quaeque hieme prematur et sole exuratur, ibi duros, graciles, articulis discretos, robustos et hirsutos homines cernas et qui ad aliquid agendum natura sunt industrii et vigilantes. Mores autem habent superbos, in iram proclives et pertinaces, magisque feritatis quam lenitatis participes, eosque ad artes acutiores et solertiores et ad res bellicas gerendas meliores deprehendas. Quin et reliqua omnia, quae e terra producuntur, terrae ipsius naturam sequuntur. Atque maxime quidem contrariae naturae et formae sic se habent, ex quibus coniectura ducta, si reliqua consideres, minime aberrabis.

totum vocabulum omittitur et totus locus memoriter citatus videtur. Zuing. in m. *πίειρα*, quod Mack. et Cor. receperunt, et *πνιγηρά*. Mss. nonnulla Foësii *τηκρά*, quod Ionice pro *τακερά* dictum illi videtur, mihi corruptum. *Pinguis* liber Lat. Littréi.

κάρτα μετέωρα ἔχουσα.] Vulgo ἔχουσα abest. Zuing. habet in marg. e Gal., ut opinor; recepi cum Cor., Littréo.

ἔνεστι ἐν αὐτοῖσι ἰδεῖν·] *ἰδεῖν* Zuing. in marg. e Gal.: receperunt Lind., Mack., Cor., Littr.

καὶ οὐ λεπτοί.] *καί* Gal. l. l.: abesse solet; recepere Cor., Littr.

ψιλή τε καὶ ἄνυδρος καὶ τρηχεῖα.] Vulgo pro ἄνυδρος legunt ἀνώχυρος. Sed Calvus *non aquosa* interpretatur, et ms. Lat. Littréi habet *inaquosa*: unde patet, lect. istam in codd. re vera fuisse, quod Cor. iam sensit. Iam vero tria epitheta nostra opponuntur verbis superioribus, ὅκου μὲν γὰρ ἡ γῆ πίειρα καὶ μαλθακὴ καὶ ἔνυδρος: itaque vide quam apte hoc loco quadret ἄνυδρος. Malis forte hoc ordine legere: *ψιλή τε καὶ τρηχεῖα καὶ ἄνυδρος*: sed hoc tamen incertum est. Contra certissimum iudico ἀνώχυρος h. l. parum apte poni: nempe in strategetica descriptione potius exspectarim, quam in medica topographia.

καὶ δασέας ἂν ἴδοις.] ἴδοις e Gal. recepere Cor., Littr., ἄν de coniectura adposuit ille.

ἐργατικόν.] *ἐργαστικόν* Gal. — utrumque probum. Sed Cor. *τό τε ἐργατικὸν καὶ ὀξὺ* scripsit e Calvo, quod nescio an praeferendum sit, quum mox *ἔς τε τὰς τέχνας ὀξυτέρους* de iisdem.

ἀμείνους εὑρήσεις· καὶ τἆλλα κ. τ. λ.] Cor. *ἀμείνους εὑρήσεις δὲ καὶ τἆλλα.*

αἱ μὲν οὖν ἐναντιώταται.] *οὖν* addunt Lind., Mack., Cor.— Fortasse de coniectura, quum in cett. *οὖν* deficiat, quod tamen abesse h. l. aegre fero.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 423 sur 880

©BIUM

©BIUM

ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ.

ΣΥΓΚΕΙΤΑΙ ΕΚ ΔΥΟ ΜΕΡΩΝ, ὧΝ ΤΟ ΜΕΝ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑ ΕΣΤΙ ΒΙΒΛΙΟΥ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ, ΤΟ Δ' ΕΤΕΡΟΝ ΝΟΘΟΝ.

DE VICTU ACUTORUM.

CONSTAT E DUABUS PARTIBUS, QUARUM PRIOR FRAGMENTUM EST LIBRI HIPPOCRATIS, ALTERA SPURIA.

©BIUM

ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ.

ΣΥΚΕΙΤΑΙ ΕΚ ΔΥΟ ΜΕΡΩΝ, ὧΝ ΤΟ ΜΕΝ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΑΠΟΞΗΡΑΣΜΑ ΕΣΤΙ ΒΙΒΛΙΟΥ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ, ΤΟ Δ' ΕΤΕΡΟΝ ΝΟΘΟΝ.

DE VICTU ACUTORUM.

CONSTAT E DUABUS PARTIBUS, QUARUM PRIOR FRAGMENTUM EST LIBRI HIPPOCRATIS, ALTERA SPURIA.

©BIUM

ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ.

α'. Οἱ ξυγγράψαντες τὰς Κνιδίας καλεομένας γνώμας ὁκοῖα μὲν πάσχουσι οἱ κάμνοντες ἐν ἑκάστοισι τῶν νοσημάτων ὀρθῶς ἔγραψαν καὶ ὁκοίως ἔνια ἀπέβαινε αὐτῶν· καὶ ἄχρι μὲν τούτου καὶ μὴ [1] ἰητρὸς δύναιτό τις ἂν ὀρθῶς ξυγγράψαι, εἰ εὖ παρὰ τῶν καμνόντων ἕκαστον [2] πύθοιτο ὁκοῖα πάσχουσι· ὁκόσα δὲ προκαταμαθεῖν χρὴ τὸν ἰητρὸν, μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, τούτων τὰ πολλὰ παρεῖται, [3] ἄλλα ἐν ἄλλοισι, καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα ἐς τέκμαρσιν.

[1] ἰητρὸς ἂν δύναιτο ὀρθῶς. — [2] πυθοίατο. — [3] ἄλλοις ἐν ἄλλοισι.

DE RATIONE VICTUS IN MORBIS ACUTIS LIBER.

1. Qui Cnidias appellatas sententias scriptis tradiderunt, ii sane quae in singulis morbis aegri patiantur et quo modo eorum nonnulla ipsis evenire soleant recte conscripserunt, et huc usque quidem quae quivis etiam medicinae ignarus recte scribere potuerit, si probe ex aegris singula quae patiantur intellexerit. At quaecumque medicum, non referente aegro, praenovisse oportet, ea magna ex parte praetermissa sunt, quaedam in quibusdam, nonnullaque ad coniecturalem cognitionem valde accommodata.

1. Ἱππ. περὶ διαίτης ὀξέων.] Verbulo monendum de variis huius libri inscriptionibus. Audit liber noster περὶ διαίτης apud Gal. in comm. in lib. Hipp. de Humoribus, vol. XVI. p. 169. Ed. Kühn. et apud Athen. II. 45. e. f. conf. inscriptiones, quas editor Paris., vol. II. p. 224., e mss. bibl. Regiae hausit. Huc spectant Coel. Aurel. verba e lib. II. de morbis acutis, cap. 29.: „Hippocrates vero libro regulari, quem *diaeteticum* vocavit." Perperam enim Grünerus et Sprengelius hunc librum diaeteticum interiisse crediderunt, qua de re monuit Littréus vol. I. p. 183.: erroris tamen origo repetenda ex Ammani notula ad Coel. Aur. l. l. Vulgata in huius libri Edd. inscriptio est περὶ διαίτης ὀξέων, quam habet Gal. lib. III. de Alim. fac. vol. VI. p. 743., ubi hic titulus a Pergameno prae aliis duobus praefertur, quod itidem fit in comm. p. 452. adpositis rationibus. Conf. Comm. Gal. ad lib. de fracturis p. 467. XVIII[b]. Ed. Kühn., in lib. de Humorr. p. 195. Steph. Ath. ad Aph. 3. I. Nomen περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων habetur comm. Gal. in lib. de Humorr. p. 460. et initio comm. in hunc librum ipsum. Apud Athen. l. l. lib. II. περὶ ὀξέων νοσημάτων ab aliis appellatum esse legimus. Frequens est inscriptio πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας: cf. Gal. lib. III. de diff. respir. vol. VII. p. 891. Athen. l. l. Coel. Aur. m. acut. III. 4. 8., m. chron. III. 8. IV. 3. Πρὸς τὰς Κνιδίας δόξας audit apud Pollucem X. 23. Coel. Aurel. *librum sententiarum* vocat II. 10. m. acut.; quippe paulo inferius verba citat ex additamentis spuriis. Περὶ πτισάνης nomine nuncupatur ab Erotiano, tum in recensione librorum Hippocrateorum, ubi hunc nostrum ad τὰ διαιτητικά refert, tum in voce ξυνιέναι, quam ex h. l. citat. Vid. Coel. Aur. m. acut. I. 12. II. 19. Eandem inscriptionem spectant Plin. hist. nat. XVIII. 15. Gal. lib. III. de alim. facult. vol. VI. p. 742. Athen. l. l. — Foësius Rufo Ephesio tribuit inscriptionem πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας, in huius scripto περὶ ἀνθρ. μορίων; verum festinando lapsus videtur vir praestantissimus, respicit enim locum, qui habetur p. 40. Ed. Clinchio, ubi: τοῦτο ἄρα ἦν τὸ ἐν ταῖς Κνιδίαις γνώμαις γεγραμμένον κ. τ. λ. Probabile est, quod Galenus voluit, alios ad aliam libri partem attendentes varia libro nomina indidisse, quorum nullum forte ab ipso Hipp. profectum esse puto.

οἱ ξυγγράψαντες τὰς Κνιδίας καλεομένας γνώμας.]. — Cnidiae istae sententiae a Gal. comm. ad Epid. VI. p. 886. vol. XVII[a] Ed. Kühn., ad Euryphontem auctorem referuntur. Animadversione tamen dignum censeo, Hipp. tum h. l., tum inferius, verbis οἱ μέντοι ὕστερον ἐπιδιασκευάσαντες, de pluribus uno loqui auctoribus. Quod ita accipiendum videtur, ut hoc libro Asclepiadarum Cnidiorum praecepta medica tradita sint ab Euryphonte, adeo ut hic sententiarum illarum auctor habitus sit, licet re ipsa plures Cnidii ad materiem colligendam et amplificandam symbolam contulerint. Ceterum Euryphonta unum fuisse existimo τῶν ὕστερον ἐπιδιασκευασάντων, quorum placita magis ἰητρικά videbantur Hippocrati, ita ut maxime antiquorum rerum quarumdam ignorantiam reprehendat. Eurypho autem Hippocratis fuit aequalis, vide Cobetum in Obss. critt. in Plat. com. p. 196. quique ibi laudantur.

καὶ ὁκοίως ἔνια ἀπέβαινε αὐτῶν.] Imperfectum ἀπέβαινε h. l. eo sensu ponitur, quo rem saepius fieri solitam significat: simili modo in Progn. καὶ τὴν ὥρην ἥνπερ καὶ ὑγιαίνουσι ὑπεχώρει. Et paulo inferius § 2: ἀλλ' ὅτι καὶ ὀλίγοισι τοῖσι ἀκέεσι ἐχρέοντο.

εἰ εὖ παρὰ τῶν καμνόντων ἕκαστον πύθοιτο, ὁκοῖα πάσχουσι.] Antea fere edebatur ἑκάστου: recte tamen Littréus ἕκαστον praeferre visus est; nempe magis congruit cum iis, quae ab auctore in fine § 3. de Cnidiis traduntur et cum omnibus ceteris, quae de horum artis ratione scribit.

©BIUM

β'. Ὁκόταν δὲ ἐς τέκμαρσιν λέγηται, [1] ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, ἐν τούτοισι πολλὰ ἑτεροίως γιγνώσκω ἢ ὡς ἐκεῖνοι ἐπεξήϊσαν· καὶ οὐ μόνον διὰ τοῦτο οὐκ ἐπαινέω, ἀλλ' ὅτι καὶ ὀλίγοισι τὸν ἀριθμὸν τοῖσι ἀκέεσι ἐχρέοντο· τὰ γὰρ πλεῖστα αὐτοῖσι εἴρηται, πλὴν τῶν ὀξεῶν νούσων, φάρμακα ἐλατήρια διδόναι καὶ ὀρρὸν καὶ γάλα τὴν ὥρην πιπίσκειν.

γ'. [2] Εἰ μὲν οὖν ταῦτα ἀγαθὰ ἦν καὶ ἁρμόζοντα τοῖσι νοσήμασι, ἐφ' οἷσι παρῆνεον διδόναι, [3] πολὺ ἂν ἀξιώτερα ἐπαίνου ἦν, ὅτι ὀλίγα ἐόντα αὐτάρκεά ἐστι· νῦν δὲ οὐχ οὕ-

2. Cum vero, quod attinet ad coniecturalem cognitionem, exponatur, quomodo singula curare oporteat, in iis multo aliter quam illi disseruerint sentio. Ac neque solum ob id non laudo, sed quod paucis etiam numero remediis usi sunt. Ut plurimum enim, praeterquam in morbis acutis: *exhibere*, inquiunt, *oportet medicamenta deorsum purgantia*, et: *serum et lac, dum per anni tempestatem licet, propinandum.*

3. Haec igitur si bona essent et morbis, quibus exhibenda monent, convenientia, potius laude digna essent, quod pauca sufficerent. Nunc vero res aliter se habet. Qui tamen postea recogno-

[1] ἢ ὡς χρή. — [2] ἦν. — [3] ὅτι ἀναξιώτερα ἐπαίνου ἂν ἦν.

2. ὁκόταν δὲ ἐς τέκμαρσιν λέγηται, ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, ἐν τούτοισι κ. τ. λ.] Alia est huius loci lectio a Gal. in comm. tradita et in pluribus codd. etiam hodie obvia ἢ ὡς χρὴ κ. τ. λ. Quam quidem in multis iisque fide dignis mss. suae aetatis reperisse se testatur Gal., additque: οἱ δ' οὕτω γράφοντες τέκμαρσιν μὲν τὴν διάγνωσίν τε καὶ πρόγνωσιν ἀκούουσι· τὸ δ' ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν τὴν θεραπείαν, οὐ βουλόμενοι ταύτην περιέχεσθαι ἐν τῷ τῆς τεκμάρσεως ὀνόματι. Ni fallor in hisce iterum exemplum habemus, quam parum accurate veteres illi in horum scriptorum interpretatione sint versati; nam si lectio illa, qua ἤ additur, id indicaret, quod Gal. innuit, Hipp., ut puto, scripsisset: ὁκόταν δὲ περὶ τεκμάρσιος λέγηται, ἢ ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν κ. τ. λ. Certe me iudice praepositionem ἐς non ita posuisset. Itaque sola vera lectio mihi ea esse videtur, quam cum plurimis Edd. exhibeo, et in qua ἐς significat *quod attinet ad*, cf. Vig. p. 592. Matth. Gr. Gr. p. 144. Parum apte Gunzius, eumque secutus Mackius corrigunt ὁκόσα δὲ ἂν ἐς κ. τ. λ. Nulla innovatione opus est.

ἢ ὡς ἐκεῖνοι ἐπεξήϊσαν.] κεῖνοι, quod in priore Ed. receperam, dat codex unus ille pervetustus Littréi, non Marc. 269: Ἐπεξήϊσαν scripsi pro vulg. ἐπεξέσαν, quod vitiosum esse docet Cobetus varr. lectt. p. 105. Mnemosynes, vol. III.; ἐσήϊσαν legis § 12. libelli de capitis vulnn., sed item de coniectura. Ad res ipsas quod attinet, non miror Hippocratem in multis ἑτεροίως γιγνώσκειν quam Cnidios in morbis curandis. Mirum quid certe narrat Gal. de optima secta cap. 10.: κατὰ τοιοῦτον δή τινα λόγον οἱ Κνιδιακοὶ ἰατροὶ τοὺς ἐν πνεύμονι πῦον ἔχοντας θεραπεύειν ἐπειρῶντο τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει χρώμενοι. ἐπεὶ γὰρ πᾶν τὸ ἐν πνεύμονι ὕπαρχον διὰ βηχὸς ἀναφέρεται, ἐξέλκοντες τὴν γλῶτταν ἐνίεσάν τι εἰς τὴν ἀρτηρίαν ὑγρὸν σφοδρὰν βῆχα κινῆσαι δυνάμενον, ἵνα διὰ τῆς ὁμοιότητος τοῦ συμπτώματος ἀνενεχθείη τὸ πῦον. Rudem sane videmus curationem falso nitentem analogismo. Curandi methodus eorum ceterum etiamnum cognoscitur e serie historiarum morborum in libris Epidd. spuriis nobis servatarum, de quibus suo loco videbimus.

φάρμακα ἐλατήρια διδόναι καὶ ὀρρὸν καὶ γάλα τὴν ὥρην πιπίσκειν.] Locus hiece perdignus est, qui accuratius tractetur, neque enim scio, num quis alius plus faciat ad libros germanos auctoris nostri a spuriis quibusdam discernendis. Itaque primum notemus haec, quae subnotavi, verba in libris quibusdam Hippocraticis, si Dis placet, saepius esse obvia. — Lib. de locis in homine p. 130. φάρμακον δὲ πῖσαι ἐλατήριον (seqq. omnia ex Ed. Kühnii vol. II. cito) Lib. de int. aff. p. 495. πῖσαι ἐλατήριον. Lib. de nat. mul. p. 575. φάρμακον χρὴ πῖσαι κάτω ἐλατήριον, ibid. p. 577. 582. φάρμακον χρὴ πῖσαι ἐλατήριον. Lib. II. de morbis mul. p. 791. φάρμακον χρὴ πῖσαι κάτω ἐλατήριον p. 817. φάρμακον χρὴ πῖσαι ἐλατήριον. — In his notatu digni sunt loci duo: ubi legimus: φάρμακον ἐλατήριον κάτω, quippe sunt innumeri alii, ubi obvia formula: φάρμακον πιπίσκειν κάτω et φάρμακον πῖσαι κάτω et φάρμακον διδόναι κάτω, aliique ubi κάτω non adponitur. Sunt autem hae formulae recentiore aetate fortasse priscae illi substitutae. — Ad alteram formulae partem de seri et lactis potione cf. lib. II. de morbis p. 282. καὶ τὴν ὥρην ὄνου γάλα, ἢ ὀρρὸν πιπίσκων φάρμακον προσπῖσαι. p. 290.: τοῦτον φάρμακον πιπίσκειν θαμὰ καὶ ὀρρὸν καὶ γάλα τὴν ὥρην. Lib. de int. aff. p. 435.: πινέτω δὲ καὶ γάλα βοὸς καὶ αἰγὸς τὴν ὥρην. p. 439. eadem formula. p. 453. καὶ τὴν ὥρην γαλακτοποτείτω. p. 456. καὶ τὴν ὥρην ὀρροποτείτω καὶ γαλακτοποτείτω. Cf. p. 502. 506. 510. — Vel ex his solis effeceris, Hippocratem loco nostro ironice Cnidios suis ipsorum verbis perstringere, qua in re tenendum divinum senem formulam citare e priore illa sententiarum Cnidiarum Editione. Id autem re vera illum fecisse extra omnem ponitur dubitationem, ubi attendimus mentem ad fragmentum e sententiis Cnidiis apud Gal. obvium comm. ad Epid. VI. Ed. Kühn. XVII[a] p. 888. Occurrit nempe hoc fragmentum in lib. II. de morbis p. 485. Ed. Foës., ibique in morbi illius πελίου, de quo utroque loco sermo est, curatione legimus: τοῦτον φάρμακον πιπίσκειν καὶ ἔνω καὶ κάτω . . . . . καὶ ὀρρὸν τὴν ὥραν καὶ γάλα ὄνου πιπίσκειν.— Itaque simul patet, longe verosimillimum esse libros, in quibus formulae istae tam saepe leguntur, multa continere, quae medicis Cnidiis debentur, qua de re alio loco plura dicam. — Credo Galeni et cod. vetustissimi loci nostri lectionem τὴν ὥρην prae altera vulgata ἐς τὴν ὥρην praeferendam esse, ob locos e Cnidiorum libris supra indicatos; etiam in cod. Marciano 269. ἐς omittitur.

3. πολὺ ἂν ἀξιώτερα ἐπαίνου ἦν, ὅτι ὀλίγα ἐόντα αὐταρκέα ἐστί.] Quae nonnullorum codd. est lectio, ὅτι ἂν ἀξιώτερα ἐπαίνου ἦν, probata illa et recepta a Lind. et Littréo, ferri nullo modo potest. Recte enim haberet, si antea laude digni quid ab Hipp. de Cnidiis traditum esset; nunc vero idoneo sensu prorsus caret. Plene dixisset Hipp. πολὺ ἂν ἀξιώτερα ἐπαίνου ἦν ἢ ψόγου. Ortum autem illius ἔτι e cod. Voss. lectione optime intelligimus, in quo ἀναξιώτερα habemus, librario rem non capiente. Cum verbis ὅτι — ἐστί comparo locum e lib. de Affectt. p. 417.: ἐς ὑγίειαν ἄριστα,

©BIUM

τως ἔχει. Οἱ μέντοι ὕστερον ἐπιδιασκευάσαντες ἰητρικώτερον δή τι ἐπῆλθον περὶ τῶν προσοιστέων ἑκάστοισι. Ἀτὰρ οὐδὲ περὶ διαίτης οἱ ἀρχαῖοι ξυνέγραψαν [1] οὐδὲν ἄξιον λόγου, καί τοι μέγα τοῦτο παρῆκαν. Τὰς μέντοι πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστῃσι τῶν νούσων καὶ τὴν πολυσχιδίην αὐτέων οὐκ ἠγνόουν ἔνιοι· τοὺς δὲ ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νοσημάτων σάφα φράζειν ἐθέλοντες οὐκ ὀρθῶς ἐγραψαν· [2] μὴ γὰρ οὐκ εὐαρίθμητον ᾖ, εἰ τούτῳ τις σημανεῖται τὴν τῶν καμνόντων νοῦσον, τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι, μὴ τὠυτὸ δὲ νόσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τὠυτὸ οὔνομα ἔχῃ.

δ'. Ἐμοὶ δὲ ἀνδάνει μὲν ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ προσέχειν τὸν νόον· καὶ γὰρ ὁκόσα ἔργα καλῶς δὴ ἧκει καὶ ὀρθῶς, καλῶς ἕκαστα χρὴ

verunt, ii medice magis, quae singulis exhibenda sunt, percurrerunt. Sed neque de victus ratione quidquam effatu dignum veteres scriptis tradiderunt, eamque, quamvis magna res sit, omiserunt. Varias tamen morborum singulorum formas multiplicemque illorum divisionem non ignorarunt quidam. At numeros morborum singulorum plane declarare studentes non recte scripserunt. Neque enim quis facile numeret, si quis ex eo aegrotantium morbum aestimet, quod ab altero re quadam differat, neque eundem esse morbum reputet, nisi eodem nomine nuncupetur.

4. Mihi vero placet ut ad omnem artem animum attendamus. Nam quae recte procedunt opera et pulchre, ea recte et pulchre singula

[1] οὐδὲ ἀ. — [2] μὴ γὰρ καὶ οὐκ.

ὅσα ὀλίγιστα ἐόντα αὐτάρκεά ἐστι καὶ λιμοῦ καὶ δίψης ἄκος εἶναι.

νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει.] Aldina nostri editio οὐκ, cett. οὐχ.

καί τοι μέγα τοῦτο παρῆκαν.] Accipiendum καὶ τοῦτο καί τοι μέγα τι ὂν παρῆκαν. —

τὰς μέντοι πολυτροπίας — οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν.] — Alia est Galeni lectio: οὐκ ἠγνόουν ἔνιοι. ἔνιοι δὲ τοὺς κ. τ. λ. Alia codd. nonnullorum οὐκ ἠγνόουν. ἔνιοι δὲ τοὺς κ. τ. λ. Vulgata, quam cod. vetustiss. etiam habet, mihi praeferenda videtur et plus auctoritatis habere.

μὴ γὰρ οὐκ εὐαρίθμητον ᾖ, εἰ τούτῳ τις σημανεῖται τὴν τῶν καμνόντων νοῦσον, τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι, μὴ τὠυτὸ δὲ νόσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τὠυτὸ οὔνομα ἔχῃ.] Operae pretium esse videtur de grammatica huius loci ratione monere. Et primum quidem notandum μὴ γὰρ οὐκ εὐαρίθμητον ᾖ, in quo libri plurimi εἴη exhibent, ἢν Gal. in textu, idem vero ᾖ lib. de placitis Hipp. et Platonis. Subiunctivum sibi requirit haec formula, adeo ut facile εἴη in ἔῃ mutassem, si modo huius formae exempla alia apud Hipp. invenissem. Admonuit aliquando me de subiunctivo h. l. inferendo Cobetus meus. Infinitivus τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι, μὴ τὠυτὸ δὲ νόσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τὠυτὸ οὔνομα ἔχῃ per epexegesin praegresso τούτῳ additur: plene dixisset τῷ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι κ. τ. λ., verum eiusmodi articuli repetitionem vitasse videtur auctor, nec vero illa opus est, etiamsi ferri possit, si modo darent codd. Quod autem pauci libri habent τῷ ἕτερον, id omnino librariis debetur. Quod attinet ad μὴ τὠυτὸ δὲ νόσημα δοκέειν εἶναι, ita antea etiam scripsi, quum hunc libellum ederem, — de coniectura, quia sentiebam antithesin esse inter τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι et τὠυτὸ νόσημα δοκέειν εἶναι, quapropter malui μὴ τὠυτὸ δὲ νόσημα δ. ἐ. quam καὶ μὴ τὠυτὸ νόσημα δ. ἐ. scribere, quippe quod languidius videbatur. Coniecturam firmavit excerptum e Marciano 269. a Cobeto mihi datum, in quo lego διαφέρειν τι μὴ τὠυτὸν δὲ νόσημα (sic). — Moneo, ne negligere videar quae Thierfelderus in censura editionis meae monuit Neue Jenaische allg. Lit. Z. 1845. n° 101. seq. — Videbunt

lectores me nullam observationem viri eruditi utriusque, qui priorem Ed. recensuit, neglexisse, licet non omnibus obsecutus sim. Optime intelliguntur postrema μὴ τὠυτὸ δὲ νόσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τὠυτὸ οὔνομα ἔχῃ, ex iis, quae de Cnidiis hucusque dixit. Nimis enim multiplicem fecere morborum divisionem, unde nomina nimis multa, adeo ut eundem morbum parum recte duobus v. c. nominibus appellarent, quum exiguum quid alter casus ab altero differret: recte igitur monet Hipp. eum errare, qui non eundem esse morbum putet, nisi Cnidii eodem significent nomine.

4. ἐμοὶ δὲ ἀνδάνει μὲν ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ προσέχειν τὸν νόον.] Sunt qui τῇ omittunt, cod. unus Littréi et Vassaeus. Forte etiam Gal. omisit: nempe integra §. nostra citatur a Pergameno initio libri περὶ τῶν ἐπιδεσμῶν XVIII. a. p. 768. Ed. K. ubi: ἐμοὶ δὲ ἀνδάνει μὲν πάσῃ τῇ τέχνῃ, quod non congruit cum Galeni verbis: οὐκ ἀσκόπως μοι δοκεῖ ὁ παλαιὸς Ἱπποκράτης ἐπιβλέψας τὰς ἄλλας τέχνας, ἀρχόμενος τῆς ἐν τῷ πράττειν καθαριότητος ἐκπεφωνηκέναι· ἐμοὶ δὲ ἀνδάνει μὲν πάσῃ τῇ τέχνῃ προσέχειν τὸν νόον. Medicis dicere liceat ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ esse h. l. *in universa medendi arte*, ἐν πάσῃ τέχνῃ vero *in omni arte quacumque*: unde patet apud Gal. initio libri περὶ ἐπιδεσμῶν articulum delendum esse. Omittitur etiam in textu Galenico libri de victu acut. — Illic autem locum memoriter citare mihi videtur.

καὶ γὰρ ὁκόσα ἔργα καλῶς δὴ ἧκει καὶ ὀρθῶς, καλῶς ἕκαστα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς.] Vulgata in plurimis Edd. huius loci lectio est καὶ γὰρ ὁκόσα ἔργα διήκει καλῶς, ἕκαστα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς. Cod. antiquiss. una cum aliis nonnullis nuperrimo editori praebuit καὶ γὰρ ὁπόσα ἔργα καλῶς ἔχει ἢ ὀρθῶς, καλῶς ἕκαστα κ. τ. λ, quod recepit, servato tamen Ionismo ὁκόσα. Primum advertit in hisce ἔχει, quod glossema est Ionici ἧκει. Cf. Greg. Cor. p. 497. et Schaeferum ad h. l. de Isocrateo τῶν γὰρ οὕτω διηκόντων διανοίας, quo loco Coraës διηκόντων pro simplici ἡκόντων poni existimavit, Schaeferus vero δὴ ἡκόντων emendavit, appositis aliis exemplis correctionis ex eodem genere. Hoc ego duce δὴ ἧκει scripsi. Vidi Bekkerum in Isocrate dedisse τῶν γὰρ οὕτω διοικούντων τὰς ἑαυτῶν διανοίας: fortasse oratoris lectoribus acceptum erit novisse eandem lectionis varietatem

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 429 sur 880

©BIUM

ποιέειν καὶ ὀρθῶς, καὶ ὁκόσα ταχέως ἔργα, ταχέως, καὶ ὁκόσα καθαρείως, καθαρείως, καὶ ὁκόσα ἀνωδύνως [1] διαχειρίζεται, ὡς ἀνωδυνώτατα ποιέειν· καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ τοιουτότροπα διαφερόντως τῶν πέλας ἐπὶ τὸ βέλτιον ποιέειν χρή.

ε'. Μάλιστα δ' ἂν ἐπαινέσαιμι ἰητρὸν, ὅστις ἐν τοῖσι ὀξέσι νοσήμασι, ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, ἐν τούτοισι διαφέρων τι τῶν ἄλλων εἴη ἐπὶ τὸ βέλτιον. Ἔστι δὲ ταῦτα ὀξέα, ὁκοῖα ὠνόμασαν οἱ ἀρχαῖοι πλευρῖτιν καὶ περιπνευμονίην, καὶ φρενῖτιν, καὶ λήθαργον, καὶ καῦσον, καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα, ὁκόσα τούτων ἐχόμενά ἐστι, ὧν οἱ πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες κτείνουσι. Ὁκόταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσι αἱ νοῦσοι καὶ [2] μὴ παραπλήσιοι, ὑπὸ τούτων τῶν νοσημάτων ἀποθνήσκουσι μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν ξυμπάντων.

facere oportet: quae item celeritate opus habent, celeriter, quae etiam munditiem desiderant, munde, et quae citra dolorem tractari possunt, ea quam maxime fieri possit sine dolore facere: ceteraque omnia id genus multo aliter quam reliqui meliorem in formam commutare convenit.

5. Sed maxime eum medicum probaverim, qui in morbis acutis, quorum vi plerumque homines intereunt, longe melius ceteris se gerat. Sunt autem hi quantum nominibus veteres complexi sunt, pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, febris ardens et quicumque alii morbi ad hos consequuntur, quorum febres omnino continuae interficiunt. Cum enim nullum pestilentis morbi commune genus populariter grassatum fuerit, sed dispersi morbi et non similes fuerint, ab his plures quam a ceteris omnibus moriuntur.

[1] διαχειρίζεσθαι, ut cett. omnes. — [2] Ita etiam V.

haberi l. nostro: nempe Gal. l. l. habet: καὶ γὰρ ὁκόσα ἔργα καλῶς ἢ ὀρθῶς διοικεῖ κ. τ. λ. Sed haec minus curo, pergo ad reliqua: Codicis lectio καλῶς . . . ἢ ὀρθῶς propterea parum placet, quod haec arcte coniungenda videntur, ita ut καλῶς ad ἔργου elegantiam referatur, ὀρθῶς eo spectet, ut ne in operando erret medicus. Quo factum est, ut ἤ in καί mutarem, quam emendationem suadet etiam sequens καλῶς ἕκαστα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς.

καὶ ὁκόσα ταχέως ἔργα, ταχέως.] Vid. locus e lib. περὶ ἰητροῦ p. 60. Ed. Kühn. ἐπὶ δὲ τῶν χειρουργιῶν, ὅσαι διὰ τομῆς εἰσιν ἢ καύσιος τὸ ταχέως ἢ βραδέως ὁμοίως ἐπαινεῖται. χρῆσις γάρ ἐστιν ἀμφοτέρων. ἐν οἷς μὲν γάρ ἐστι διὰ μιᾶς τομῆς ἡ χειρουργία, χρὴ ποιέεσθαι ταχεῖαν τὴν διαίρεσιν κ. τ. λ. — In seqq. καθαρίως cett., reposui καθαρείως, sicuti in codd. bmis Parr. a recentiore manu corrigitur, cf. Cobetum in varr. lectt. Mnemosyne vol. IV. p. 261.

καὶ ὁκόσα ἀνωδύνως διαχειρίζεται, ὡς ἀνωδυνώτατα ποιέειν· καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ τοιουτότροπα διαφερόντως τῶν πέλας ἐπὶ τὸ βέλτιον ποιέειν χρή.] Codd. διαχειρίζεσθαι praebent et Gal. δεῖ διαχειρίζεσθαι: neutrum ferendum. Infinitivus sine addito δεῖ a praegresso ἥκει pendere non potest, nec tamen est, quorsum ceterum referas. Nec vero Hipp. scripsit ὁκόσα ἀνωδύνως δεῖ διαχειρίζεσθαι, ὡς ἀνωδυνώτατα ποιέειν: supra enim ubi ab ὁκόσα καλῶς δὴ ἥκει orditur, nulla huius δεῖν fit mentio, tum vero languidum hoc et ineptum. Verum, nî vehementer fallor, est διαχειρίζεται, quod cum praesente ἥκει apposite congruit; δεῖ apud Gal. e praepos. διά ortum videtur. In iis, quae sequuntur, proxime cohaerent verba διαφερόντως ἐπὶ τὸ βέλτιον, sicuti §. seq. διαφέρων τι ἐπὶ τὸ βέλτιον. Iidemque igitur οἱ πέλας, qui mox οἱ ἄλλοι. Apud Herodot. VII. 152. habemus τὰ τῶν πέλας, quibus opponuntur τὰ οἰκήια κακά. Apud Thucyd. II. 37. IV. 92. et Polyb. I. 84. οἱ πέλας de hostibus. Haec propterea adpono, quod Foës. *proximi* interpretatur.

5. μάλιστα δ' ἂν ἐπαινέσαιμι ἰητρὸν, ὅστις ἐν τοῖσι ὀξέσι νοσήμασι, ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, ἐν τούτοισι διαφέρων τι τῶν ἄλλων εἴη ἐπὶ τὸ βέλτιον.]— Ad verba ἃ τοὺς πλείστους κ. τ. λ. adpono locum e lib. de Affectt. p. 390. Kühn. τῶν νούσων σχεδόν τι μάλιστα αἱ ὀξεῖαι καὶ ἀποκτείνουσι καὶ ἐπιπονώτατάί εἰσι. Respicit locum nostrum auctor defin. med. p. 388.: ἡ ἐκ τοῦ Ἱπποκράτους ὀξὺ νόσημά ἐστιν, ὃ μέγα καὶ ὀλέθριον τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει. — Verba ἐν τούτοισι per epexegesin inferuntur, quum oratio intermediis ἃ — κτείνει quodammodo abrupta sit.

καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα, ὁκόσα τούτων ἐχόμενά ἐστι, ὧν οἱ πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες κτείνουσι.] Verba ἐόντες κτείνουσι suppressit editor nuperrimus, quia in antiquissimo cod. deficiunt et omittuntur a Gal. lib. III. de Dysps. p. 195. Ed. Bas. Tum etiam fecisse se dicit propterea quod haec nostra inutilem referant repetitionem praegressorum ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει. Quod iudicium probare non licet: supra τὰ ὀξέα νοσήματα τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνειν dixit Hipp.: h. l. vero quid in iis insit, quod mortem adferat, docet, nempe horum verborum πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες: itaque ταυτολογίας accusare Hipp. non licet. Sed videmus divinum senem febrem a morbo acuto quodammodo cogitatione seiungere, quod itidem fit ab interpolatore Lib. Epid. I. p. 672. Ed. Littr.: εἰσὶ δὲ ὀξύταται μὲν καὶ μέγισται καὶ χαλεπώταται νοῦσοι καὶ θανατωδέσταται ἐν τῷ ξυνεχεῖ πυρετῷ.

ὁκόταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσι αἱ νοῦσοι καὶ μὴ παραπλήσιοι κ. τ. λ.] Τρόπος, vocabulum nostro frequens, h. l. fere morbi formam indicat, unde intelligitur vis vocabuli πολυτροπίας, quod § 3. legimus. Communi morborum epidemio-

©BIUM

ς'. Οἱ μὲν οὖν ἰδιῶται οὐ κάρτα γιγνώσκουσι τοὺς ἐς ταῦτα διαφέροντας τῶν πέλας, ἑτεροίων τε μᾶλλον ἰημάτων ἐπαινέται ἢ ψέκται εἰσί. Ἐπεί τοι μέγα σημεῖον τόδε, ὅτι οἱ μὲν δημόται ἀξυνετώτατοι αὐτοὶ ἑωυτῶν περὶ τούτων τῶν νοσημάτων εἰσί, ὥστε μελετητέα εἶναι· οἱ γὰρ μὴ ἰητροὶ ἰητροὶ δοκέουσι εἶναι μάλιστα διὰ ταύτας τὰς νούσους· ῥηΐδιον γὰρ τὰ ὀνόματα ἐκμανθάνειν, ὁκοῖα νενόμισται προσφέρεσθαι πρὸς τοὺς τὰ τοιαῦτα κάμνοντας. Ἢν γὰρ ὀνομάσῃ τις πτισάνης τε χυλὸν καὶ οἶνον τοῖον ἢ τοῖον ἢ καὶ μελίκρητον, ἅπαντα τοῖσι δημότῃσι δοκέουσι οἱ ἰητροὶ τὰ αὐτὰ λέγειν, οἵ τε βελτίους καὶ οἱ χείρους. Τὰ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· ἀλλ' ἐν τούτοισι δὴ καὶ πάνυ μέγα διαφέρουσι ἕτεροι ἑτέρων.

ζ'. Δοκέει δέ μοι ἄξια γραφῆς εἶναι ταῦτα μάλιστα, ὁκόσα τε ἀκαταμάθητά ἐστι τοῖσι ἰητροῖσι, ἐπίκαιρα γ' ἐόντα εἰδέναι, καὶ ὁκόσα μεγάλας ὠφελείας φέρει, ἢ μεγάλας βλάβας. Ἀκαταμάθητα μὲν οὖν [1] καὶ τάδε ἐστί· διὰ τί ἄρα ἐν τῇσι ὀξείῃσι νούσοισι οἱ μὲν τῶν ἰητρῶν ἅπαντα τὸν αἰῶνα διατελέουσι πτισάνας διδόντες ἀδιηθήτους καὶ νομίζουσι

6. Populares igitur non satis discernunt eos, qui in his aliis longe antecellunt, aliarumque curationum potius aut laudatores, aut vituperatores exsistunt. Profecto enim id magno est argumento, quod populares huiusmodi morborum nullam prorsus habeant intelligentiam, ita ut ad eam non nisi studio perveniri possit: nempe qui medicinae non profitentur scientiam, medici maxime in eiusmodi morbis esse videntur. Facile est enim nomina eorum, quae huiusmodi morbis laborantibus exhiberi solent, ediscere. Nam si quis ptisanae cremorem nominaverit, hocque vel illud vinum vel etiam mulsam, eadem omnia videntur plebeiis dicere medici tum meliores, tum deteriores. At non ita se res habet, verum in his sane vel maxime alii aliis praestant.

7. Videntur autem mihi dignissima esse quae scribantur quaecumque medicis ignorantur, quamvis scitu commoda exsistant, quaeque magnas utilitates aut magnas noxas inferunt. Quae igitur ignorantur etiam haec sunt. Quanam de causa in morbis acutis quidam medici toto vitae tempore in ptisana non colata exhibenda perseverent, et recte se curare existiment. Quidam

[1] καί om. V.

rum formae opponuntur αἱ σποράδες νοῦσοι μὴ παραπλήσιοι, itaque negatione μή carere haec nostra plane nequeunt. Errat eam omittens editor Parisiensis, nam licet Gal. non legisse videatur negationem in ms., quo usus sit, minime inde patet Hippocratem non dedisse, quod abesse non potest salvo sano sensu, quodque vel sine codd. auctoritate restitueris, ipseque adeo requirit Galenus. Forma σποράδεες, de qua dubitare video Schneid. in Lex., librariis debetur non semel vocabulorum terminationes in ες et εες confundentibus. Erot. σποράδες legit, idem exponit Gal. in Exeg. et legit in comm. ad Epid. I. p. 346. Ed. Bas.

6. τοὺς ἐς ταῦτα διαφέροντας.] — Ita de Aëre, aq., locis: p. 264. ὁκόσον διαφέρουσι ἀλλήλων ἐς τὰ πάντα, et ibid. paulo inferius: τὴν Ἀσίην πλεῖστον δὴ διαφέρειν φημὶ τῆς Εὐρώπης ἐς τὰς φύσιας τῶν ξυμπάντων. Exempla ex aliis vide apud Matth. § 578. c.

ἰημάτων ἐπαινέται ἢ ψέκται εἰσί.] cod. vetustiss. ἐπαινέται ἰημάτων καὶ ψέκται εἰσί. Item Merc. 269. vulg. ἢ ψ. Vix scio quid praestet.

ἐπεί τοι μέγα σημεῖον.] Vulgata in Edd. lectio ἔπειτα ferri nequit, et ex hac nostra, quam plurimi praebent libri, orta est. Nempe non est quorsum ἔπειτα apte referas, quandoquidem aliud σημεῖον nullum antea tradidit. Ἐπεί τοι, quod cum alacritate quadam dictum, huic loco valde accommodatum est. Recte Lind. dedit et Corn. Latine expressit interpretando *et profecto*.

μέγα σημεῖον τόδε, ὅτι οἱ μὲν δημόται ἀξυνετώτατοι αὐτοὶ ἑωυτῶν — εἰσὶ — οἱ γὰρ μὴ ἰητροὶ κ. τ. λ.] Ad ἀξυνετώτατοι αὐτοὶ ἑωυτῶν cf. § 62. infra, ubi: κάκιστον ἑωυτοῦ et lib. de Aëre aq. et l.: ἄριστα αὐτὰ ἑωυτῶν. Animadvertendum ad usum particulae γάρ in formula: μέγα σημεῖον τόδε ... οἱ γὰρ μὴ ἰητροὶ δοκέουσι εἶναι: nempe de hocce γάρ in adpositione vid. Matth. § 432. p. 806. Exempla si velis e nostro: infra § 58. καιροὺς μέντοι τοιούσδε ἔχει· τὸ μὲν γὰρ κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ὂν μέζον ποιήσειε. De Aëre aq. l. τεκμήριον δὲ ὅτι οὕτως ἔχει· τὸ γὰρ οὖρον κ. τ. λ.

ῥηΐδιον γὰρ τὰ ὀνόματα ἐκμανθάνειν, ὁκοῖα νενόμισται προσφέρεσθαι.] Videmus ellipticam dictionem τὰ ὀνόματα, ὁκοῖα pro τὰ ὀνόματα τούτων, ὁκοῖα. Res certe frequenter obvia, sed qua decipi se passi sunt plures interpretes: recte Littr.: „les noms des substances, qu'il est d'usage d'administrer."

Τὰ αὐτὰ λέγειν.] Dedi e cod. Marc. 269. pro ταὐτά; illud etiam in multis codd. Parr. habetur et a Vassaeo receptum est.

7. ὁκόσα μεγάλας ὠφελείας φέρει, ἢ μεγάλας βλάβας.] Similiter § 39. οὕτω μὲν γὰρ θάνατον φέρει § 40. μεγάλην τὴν βλάβην φέρει. § 43. σωτηρίην ἢ θάνατον φέρει.

ἀκαταμάθητα μὲν οὖν καὶ τάδε ἐστί.] Non negligendum in hisce καί, quod plurimae Edd. praetermittunt; additur in vetustissimo cod. et a Gal.: facit nempe haec particula, ut Hipp. significet exempli loco se ἀκαταμάθητα quaedam enu-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 431 sur 880

©BIUM

ὀρθῶς ἰητρεύειν, οἱ δέ τινες περὶ παντὸς ποιέονται, ὅκως κριθὴν μηδεμίαν καταπίῃ ὁ κάμνων· μεγάλην γὰρ βλάβην ἡγεῦνται εἶναι· ἀλλὰ δι' ὀθονίου διηθέοντες τὸν χυλὸν διδόασι· οἱ δ' αὖ τινες αὐτῶν οὔτ' ἂν πτισάνην παχεῖαν δοῖεν, οὔτε χυλόν· οἱ μὲν μέχρι ἂν ἑβδομαῖος γένηται ὁ κάμνων, οἱ δὲ καὶ διὰ τέλεος [1] ἄχρι ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος.

η'. Μάλα μὲν οὖν οὐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα [2] εἴθισται τοῖσι ἰητροῖσι· ἴσως δὲ οὐδὲ προβαλλόμενα εὑρίσκεται· καί τοι διαβολήν γε ἔχει ὅλη ἡ τέχνη πρὸς τῶν δημοτέων μεγάλην, ὡς μηδὲ δοκέειν ὅλως ἰητρικὴν εἶναι· [3] ὥστ' ἔν γε τοῖσι ὀξέσι τῶν νοσημάτων τοσόνδε διοίσουσι ἀλλήλων οἱ χειρωνάκται, ὥστε ἃ ὁ ἕτερος προσφέρει, ἡγεύμενος ἄριστα εἶναι, ταῦτα νομίζειν ἤδη τὸν ἕτερον κακὰ εἶναι· καὶ σχεδὸν ἂν κατά γε [4] τὸ τοιόνδε τὴν τέχνην φαῖεν ὡμοιῶσθαι μαντικῇ, ὅτι καὶ οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν ὄρνιθα, εἰ μὲν ἀριστερὸς εἴη, ἀγαθὸν νομίζουσι εἶναι, εἰ δὲ δεξιὸς, κακόν· ἔνιοι δὲ τῶν μαντίων τἀναντία τούτων· καὶ ἐν ἱεροσκοπίῃ τὰ τοιάδε εὕροι τις ἂν [5] ἄλλα ἐπ' ἄλλοισι.

etiam ante omnia id agant, ne ullo modo hordeum aeger devoret, quod inde magnum secuturum detrimentum existiment. Verum per linteum excolantes eius succum porrigunt. Horum etiam nonnulli neque ptisanam crassam neque succum exhibeant. Et hi quidem dum septimum diem aeger attigerit, alii vero dum in totum morbus iudicatus fuerit.

8. Huiusmodi itaque quaestiones non admodum sibi proponere medici consueverunt, ac neque forte si proponant inveniuntur. At vero ars tota magnam quidem apud vulgum calumniam sustinet, adeo ut nullam omnino medicinam esse existiment. Si quidem in acutis morbis in tantum inter se dissentiunt artifices, ut quae alter exhibet veluti optima reputans, ea vel mala alter existimet, fereque ob id ars ipsa divinationi similis esse videatur; quoniam augures quoque eunde malitem, si quidem sinister appareat, bonum esse existimant, si vero dexter, malum: alii vero augures contraria his sentiunt. Et in haruspicina quoque huiusmodi alia cernuntur in aliis.

[1] μέχρις ἄν. — [2] εἰθισμένοι εἰσὶν ἰητροί. — [3] ὥστε ἔν γε. — [4] τὸν τοιόνδε λόγον. — [5] ἄλλα ἐπ' ἄλλοισι om. V.

merare, sed non de omnibus, quaecumque ignorent, exponere; quod quidem mihi voluisse videtur.

μέχρι ἂν — ἄχρι ἄν.] Ita scripsi e Mc. 269. vulg. μέχρις ἂν — ἄχρις ἄν. Cf. etiam varr. lectt. apud Littr.

8. μάλα μὲν οὖν οὐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἴθισται τοῖσι ἰητροῖσι.] — Vulgo legitur εἰθισμένοι εἰσὶ οἱ ἰητροί. Nuperrimus Editor Parisiensis: „εἴθισται τοῖς ἰητροῖς 2253., inquit, ex emendatione. Je suis très porté à croire que cette leçon est celle, qui était dans l'exemplaire suivi par Galien. En effet, bien que son texte porte εἰθισμένοι εἰσὶ, il dit dans son commentaire: οὐδὲν γὰρ εἴθισται, φησὶ, τὰ τοιαῦτα προβάλλεσθαι παρὰ τοῖς ἰατροῖς." Mihi res haud adeo certa videtur: nam primo quidem Gal. in comm. verba nostra ita excitat, ut si ad seqq.: εἰ δὲ καὶ προβάλλοι τις αὐτοῖς, ἴσως οὐδὲ τὴν λύσιν εὑρήσει attendas, dixeris fere illum Hippocratis orationem μεταφράζειν, tum vero lib. de placitis Hipp. et Plat. vol. V. p. 765. vulgarem lect. adfert. — Nec tamen haec dubitatio effecit, ut lect. codicis antiquissimi, cum seq. εὑρίσκεται pulchre convenientem, repudiarem, quod quominus facerem prohibuit etiam εἰθισμένοι εἰσί aliis locis in εἰθίδαται optimi cod. auctoritate mutatum. De meo τοῖς ἰητροῖς in τοῖσι ἰητροῖσι mutavi, quia vocabulis seqq. a ι incipientibus, facile haec litera in antecedentium fine omitti potuit.

ἴσως δὲ οὐδὲ προβαλλόμενα εὑρίσκεται.] — De nostro ἴσως cum irrisione dicto vide Stallb. ad Plat. Gorg. p. 473. B. et ad Polit. I. 339.: eodem modo infra § 26. καὶ ἴσως τι καὶ εἰκὸς δοκέει αὐτοῖσι εἶναι. Gal. de usu part. III. cap. 4. τῶν προβαλλομένων εὕρεσις.

ὥστ' ἔν γε τοῖσι κ. τ. λ.] Pessime ὥστε, vel ὥστ' in plurimis Edd. negligitur, largientibus Gal. et mss. plurimis. Ponitur pro ἅτε, qui usus Herodoto non insolitus, cf. Lex. Schweighaeuseri.

χειρωνάκται.] Hanc nominis scripturam recte firmavit Littr. Erotianeo χειρωνάκται, χειροτέχναι, et iis quae habet Lobeck. paralip. p. 181. —, apud Hesych. bis χειρωνάκτας (sic) χειροτέχνας, ubi priore loco frustra Heinsius χειρώνακτας. χειροτεχνίτας scriptum cupit.

ταῦτα νομίζειν ἤδη τὸν ἕτερον κακὰ εἶναι.] Illud ἤδη h. l. eodem sensu ponitur, quo δή, qui usus etiam Herodoto notus. Simili modo infra μεταβλητέον γὰρ ὡς ἐγὼ κελεύω ἤδη, § 48. i. e. ὡς ἐγὼ δὴ κελεύω.

καὶ σχεδὸν — ἄλλα ἐπ' ἄλλοισι.] — In hisce verba ἔνιοι δὲ τῶν μαντίων (ita de meo dedi pro vulg. μάντεων) τἀναντία τούτων pone ἄλλα ἐπ' ἄλλοισι ponuntur in Edd. et mss. In horum tamen nonnullis omittuntur verba εὕροι τις ἄν: in aliis ἄλλα ἐπ' ἄλλοισι. — Equidem haec dedi eo ordine, quo ab auctore profecta esse mihi videbantur. Nimirum non video qui, quum prius μαντικῆς et μαντίων mentionem faciat, ab his ad haruspicinam transeat et ad illos iterum redeat. Tum vero ut eam vim, quam voluit auctor, habeat postremum illud καὶ ἐν ἱεροσκοπίῃ τὰ τοιάδε εὕροι τις ἂν ἄλλα ἐπ' ἄλλοισι, necesse est ut in fine ponatur; nam τὰ τοιάδε referri debet ad dissensionem inter τοὺς μάντιας, de qua nondum locutus est, nisi locum ad illum modum refingamus. Ceterum malim fere καὶ ἐν ἱερο-

©BIUM

θ'. Φημὶ δὴ πάγκαλον εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα καὶ ἠδελφισμένον τοῖσι πλείστοισι τῶν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ ἐπικαιροτάτοισι· καὶ γὰρ τοῖσι νοσέουσι πᾶσι ἐς ὑγίειαν μέγα τι δύνασθαι καὶ τοῖσι ὑγιαίνουσι ἐς ἀσφάλειαν, καὶ τοῖσι ἀσκέουσι ἐς εὐεξίην, καὶ ἐς ὅ τι ἂν ἕκαστος ἐθέλοι.

ι'. Πτισάνη μὲν οὖν [1] μοι δοκέει ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν σιτηρῶν γευμάτων ἐν τούτοισι τοῖσι νοσήμασι, καὶ ἐπαινέω γε τοὺς προκρίναντας. Τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτῆς λεῖον καὶ ξυνεχὲς καὶ προσηνές ἐστι, καὶ ὀλισθηρὸν, καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ ἄδιψον, καὶ εὐέκπλυτον, εἴ τι καὶ τούτου προσδέοι, καὶ οὔτε στύψιν ἔχον, οὔτε [2] ἄραδον κακὸν, οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ· ἀνῴδηκε γὰρ ἐν τῇ ἐψήσι, ὁκόσον ἂν πλεῖστον ἐπεφύκει διογκοῦσθαι.

[1] μοι om. V. — [2] ἀράδιον.

9. Hanc autem speculationem tum pulcherrimam, tum quam plurimis in arte maxime commodis cognatam esse censeo; etenim omnibus aegris ad sanitatem magnum quippiam facere, sanisque ad sanitatem tuendam et iis, qui sese exercent ad bonum habitum comparandum, tum etiam ad id, quod quisque voluerit, obtinendum.

10. Ptisana igitur recte mihi videtur omnibus frumentaceis eduliis praeferri in his morbis acutis, eosque, qui eam praetulerunt, laudo. Nam et lentorem habet laevem, continuum et suavem ac lubricum, mediocriter humescentem, sitim minime inferentem, et si quid elui indiget, probe abluentem, neque adstringit nec malam turbationem adfert, neque in ventre intumescit. Nempe inter coquendum, quoad maxime fieri potuit, intumuit.

σκοπὴν δὲ τὰ τοιάδε κ. τ. λ. Ὅτι καὶ οἱ μάντιες scripsi e cod. vet. Par. et Marciano 269. Gal. aliis libri tribus Parr. Vassaeus etiam recepit καί, quod alii om.

9. Φημὶ δὴ πάγκαλον εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα κ. τ. λ.] Cum his confero locum e lib. de fractis p. 772. G. Foësio: καὶ μάλα πολλοῦ ἄξιον τοῦτο τὸ μάθημα, εἴπερ τι καὶ ἄλλο. τίνι γὰρ οὐκ ἐπικοινωνέει τῶν ἐπικαιροτάτων ἐν ἰητρικῇ, οὐ κατὰ τὰ ἕλκεα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἄλλα πολλὰ νοσήματα; εἰ μή τις φήσειε καὶ τἄλλα νοσήματα ἕλκεα εἶναι. ἔχει γὰρ καὶ οὗτος ὁ λόγος ἐπιείκειαν· πολλαχῇ δὲ ἠδέλφισται τὰ ἕτερα τοῖσι ἑτέροισι. Istius libri auctori haec scribenti locum nostrum menti obversatum esse videmus.

μέγα τι δύνασθαι.] Pro vulg. δύναται multi libri δύνασθαι, quod praetulit Littréus, et Cats Bussemaker in diario de Gids anni 1842. p. 377. Tandem consentio: cod. Marcianus 269. item infinitivum fert; — item Voss., itaque libri e diversis codd. gentibus.

τοῖσι ἀσκέουσι.] Erot. ἀσκητέον· ἀθλητέον. τοὺς γὰρ ἀθλητὰς ἀσκητὰς οἱ Ἀττικοὶ καλέουσιν. Hesych. ἀσκητής. ἀθλητής. In fine ἐς ὅ τι ἂν ἕκ. ἐθέλοι dedi e Marciano 269. et multis Parr.; vulgo ἐθέλῃ subiunctivo.

10. πτισάνη μὲν οὖν μοι δοκέει.] Pronomen μοι recte in novissima editione Paris. additur: supra h. l. legimus δοκέει δέ μοι ἄξια γραφῆς εἶναι; initio Prognostici τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι. — Foësius ad h. l. excitat Plin. Hist. nat. XVIII. 15.: „ptisanae inde usus validissimus saluberrimusque tantopere probatur. Unum laudibus eius volumen dicavit Hippocrates e clarissimis medicinae scientia." De ptisana haec accipe: Parabatur hoc s. cibi s. medicaminis genus, utroque enim nomine celebratur, ut plurimum ex hordeo; quod e nostro patet et Plinio (XVIII. 13.) et Athenaeo (X. p. 455. E.) Integer de illa illamque parandi ratione liber inter Galeni scripta exstat, in quo Hipp. fere sequitur ille. Hordeum ibi sumendum esse monet nec nimis recens, nec vetustum, quod crudum in aqua macerandum et maceratum manibus conterendum, donec quidquid paleacei ei adhaeserit, fuerit remotum: a quo liberatum cum aqua primo fortiter, dein leniter ebulliendo, in cremorem vertitur. Post coctionem subinde colabatur, unde πτισάνη διήθητος s. χυλός et πτισάνη ἀδιήθητος, quam et ὅλην πτισάνην et κριθώδεα et παχεῖαν noster appellat. Omnes antiqui hac in re consentiunt, quod diu coquatur sit necesse; vide nostrum paulo inferius, Aret. p. 120. Alex. Trall. VI. 1. Hic quidem nisi id factum sit, hypochondria illam inflare dicit, aeque ac legumina. Inter integram ptisanam et cremorem hanc maxime interesse differentiam docet Gal. in fine lib. de ptis., quod hic facilius digeratur, altera vero, modo recte a ventriculo concoquatur, plus valeat ad corpus nutriendum eiusque robur augendum. Aretaeo anisum, sal, oleum tenue sunt πτισάνης τὰ ὄψα p. 91. A. idem p. 120. D.: Φάρμακα δὲ τὰ ἐς ἡδύνην τῆς πτισάνης, πέπερι, γλήχων, κρομμύων ἢ πράσου σμικρόν. Cf. Gal. de alim. fac. I. cap. 9. — Praeter hordeaceam antiqui habebant πτισάνην πυρίνην, cf. libros de morbis, Arist. Probl. I. 27; ἐκ χόνδρου σητανίου, (Gal. de alim. fac. I. 6.) κυάμων, gladiatorum cibum (ibid. c. 19.) ex oryza, (Celsus III. 7. 2. Plin. XVIII. 13.) φακοπτισάνην, e lente cocta et ptisana (Gal. de alim. fac. I. 18.), quam lenticulae cremorem appellat Celsus (VI. 3.) Avenae cremorem et citrii laudat Alex. Trall. I. 13. ἐλαιοπτισάνην habet Coel. Aur. IV. 8. p. 539. Fuisse credo ptisanam, cui olei aliquantum adfusum fuerit, cf. Arist. Probl. XXI. 1. Διὰ τί ἡ πτισάνη καὶ τὸ ἄλευρον ἐλαίου ἐπιχεομένου λευκότερον γίνεται; — videantur ceterum quae collecta sunt in adn. ad Oribasium vol. I. p. 554. a viris eruditissimis Cats Bussemaker et Daremberg.

εὐέκπλυτον.] Gal.: τὸ δ' εὐέκπλυτον, inquit, ἐφ' ὧν ὑφιέναι βουλόμεθα τὴν γαστέρα, βραδυνόντων κατὰ τὴν διέξοδον τῶν σιτίων ἐπιτήδειόν ἐστι.

οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ.] Videntur antiqui repletionis sensum, quem cibi male digesti ventriculo praebent, ab horum mole intumescente repetivisse, et ex ipsa mole adaucta noxas e prava digestione oriundas. Cf. lib. περὶ παθῶν p. 420. Kühnio: τὰ ἀσθενέα τῶν σιτίων καὶ τὰ κοῦφα τὴν μὲν κοιλίην οὐ λυπέει, οὐδὲ τὸ σῶμα, διότι οὐκ ἀνοιδέει θερ-

©BIUM

ια'. Ὁκόσοι μὲν οὖν [1] ὅλῃσι πτισάνῃσι χρέονται ἐν τούτοισι τοῖσι νοσήμασι, οὐδεμιῇ ἡμέρῃ κενεαγγητέον, ὡς ἔπος εἰρῆσθαι, ἀλλὰ χρηστέον καὶ οὐ διαλειπτέον, ἢν μή τι δέῃ ἢ διὰ φαρμακείην, ἢ κλύσιν, [2] διαλείπειν. Καὶ τοῖσι μέν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, δὶς δοτέον· τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισι, ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην· ἐκ προσαγωγῆς δὲ, ἢν ἐνδέχηται, καὶ τούτοισι δὶς διδόναι, ἤν τι δοκέῃ προσδεῖν. Πλῆθος δὲ ἀρκέει κατ' ἀρχὰς διδόναι μὴ πουλὺ, μηδὲ ὑπέρπαχυ, ἀλλ' ὁκόσον ἕνεκεν τοῦ ἔθεος ἐσιέναι τι καὶ κενεαγγείην μὴ [3] γίγνεσθαι πολλήν.

ιβ' Περὶ δὲ τῆς ἐπιδόσιος ἐς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ἢν μὲν [4] ξηρότερον ᾖ τὸ νόσημα, ἢ ὡς ἄν τις οἴοιτο, οὐ χρὴ ἐπὶ πλέον διδόναι, ἀλλὰ προπίνειν πρὸ τοῦ ῥοφήματος ἢ μελίκρητον, ἢ οἶνον, [5] ὁκότερον ἂν ἁρμόζῃ· τὸ δ' [6] ἁρμόζον ἐφ' ἑκάστοισι τῶν τρόπων εἰρήσεται. Ἢν δὲ ὑγραίνηται τὸ στόμα καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πνεύμονος [7] ἴῃ ὁκοῖα δεῖ, ἐπιδιδόναι χρὴ ἐς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι· τὰ μὲν γὰρ θᾶσσον καὶ μᾶλλον πλαδῶντα ταχυτῆτα κρίσιος σημαίνει, τὰ δὲ βραδύτερον καὶ ἧσσον, βραδυτέ-

11. Qui ergo integra ptisana in huiusmodi morbis utuntur, ne una quidem die vasorum inanitionem, ut verbo dicam, fieri permittant, sed citra intermissionem ea utantur, nisi vel propter medicamentum, vel clysterem intermittere expediat. Et his quidem, qui bis die cibum sumere consueverunt, bis danda est, his vero, qui semel cibum capere consueverunt, primo die semel danda, paulatim autem progrediendo, si fieri possit, iis etiam bis danda, si quid adiiciendum videatur. Verum inter initia neque multa copia, neque valde crassa exhibenda, sed ut consuetudinis causa aliquid ingeratur, et ne multa vasorum inanitio fiat.

12. Quod autem ad sorbitionis adiiciendae quantitatem attinet, si quidem siccior quam quis existimet morbus fuerit, non maiore copia exhibenda, sed ante sorbitionem vel mulsa, vel vinum, vel quodcumque magis conveniet propinandum. In singulis vero generibus quodnam sit accommodatissimum dicetur. Quod si os humescat et quae ex pulmone efferuntur qualia oportet prodeant, in summa sorbitionis quantitatem adaugere convenit. Quae namque celerius magisque madescunt, iudicationis celeritatem denuntiant, quae vero tardius et minus, tardio-

[1] ὅλῃσι om. V. — [2] διαλιπεῖν V. — [3] γενέσθαι. — [4] ξηρότατον. — [5] ᾗ ὁκότερον. — [6] ἁρμόττον. — [7] εἴῃ etiam V.

μαινόμενα, οὐδὲ πληροῖ, ἀλλὰ λαπάσσεται ταχὺ καὶ πεσσόμενα διαχωρέει. ἡ δὲ ἰκμὰς ἀπ' αὐτῶν τῷ σώματι ἀσθενὴς γίνεται καὶ οὔτε αὐξάνει, οὔτε ἰσχὺν ἀξίην λόγου παρέχει. τὰ δὲ ἰσχυρὰ τῶν σιτίων ἀνοιδέει τε ὅταν ἐς τὴν κοιλίην ἐσέλθῃ καὶ πλήρωσιν παρέχει καὶ πέσσεται μὲν σχολαίτερον καὶ οὐ διαχωρέει. ἡ δὲ ἰκμὰς ἀπ' αὐτῶν ἰσχυροτέρη καὶ ἀκήρατος προσγινομένη ἰσχύν τε παρέχει τῷ σώματι πολλὴν καὶ αὔξην.

11. ὁκόσοι μὲν οὖν ὅλῃσι πτισάνῃσι χρέονται.] In his ὅλῃσι adscivi e mss. apud Chart. memoratis et cod. Med. Foësii. — Abesse nequit.

καὶ τοῖσι μέν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι κ. τ. λ.] Cf. Aph. 17. Sect. I., ubi additur: δοτέον δέ τι καὶ τῇ ὥρῃ. καὶ τῇ χώρῃ καὶ τῇ ἡλικίῃ. —

τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισι κ. τ. λ.] Haec olim in Edd. ad hunc modum scripta ferebantur: τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισι ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην, ἐκ προσαγωγῆς δὲ, ἢν δὲ ἐνδέχηται τουτέοισι καὶ δὶς δοτέον, ἤν τι δοκέῃ προσδεῖν. — Locum, Galeno in comm. hac de re monente, restituit Littréus.

πλῆθος δὲ ἀρκέει κατ' ἀρχὰς διδόναι μὴ πουλύ.] Gal. in comm. νῦν δὲ ἐξηγήσομαι τὸ κατ' ἀρχάς· οὐ τοῦτο γάρ φησιν, ὅτι κατ' ἀρχὴν τοῦ νοσήματος, ἀλλ' ὅτι γενικώτερον ἄκουε σημαινόμενον ἐκ τοῦ κατ' ἀρχάς· ὁπόταν γὰρ ἄν σοι δόξῃ πρῶτον ὁ κάμνων δεῖσθαι τῆς πτισάνης, τηνικαῦτα μὴ πολὺ, μηδὲ ὑπέρπαχυ δίδου παραχρῆμα. Φυλάττεται γὰρ ὁ Ἱπποκράτης τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης πληροῦν, ἢ κενοῦν.

12. οὐ χρὴ ἐπὶ πλέον διδόναι.] § seq. πλέον ἐπιδιδόναι. De loci nostri Ionismo vid. Greg. Cor. p. 449.

τὸ δ' ἁρμόζον ἐφ' ἑκάστοισι τῶν τρόπων εἰρήσεται.] Gal. in comm. ἐπεὶ δὲ ἐπαγγέλλεται περὶ τῆς δυνάμεως αὐτῶν (i. e. μελικρήτου, ἢ οἴνου) ἐρεῖν, ἀναβεβλήσθω καὶ ἡμῖν ἡ πρὸς ὕδωρ αὐτῶν παρεβολὴ, γενησομένη κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τοῦ συγγράμματος, ἐν ᾧ διδάσκει τὰς δυνάμεις αὐτῶν. — Itaque verba haec referre videtur ad postremas §§ huius libri, ubi de vino, aceto mulso, aqua mulsa, ect. agitur: qua in re illi non adsentior. Nempe mihi verbis ἐφ' ἑκάστοισι τῶν τρόπων εἰρήσεται ad eam libri partem nos demittere videtur Hippocrates, ubi de potuum istorum usu in morbis singulis expositurus sit, eamque hodie deperditam.

ἢν δὲ ὑγραίνηται τὸ στόμα καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πνεύμονος ἴῃ ὁκοῖα δεῖ, ἐπιδιδόναι χρὴ κ. τ. λ.] Codd. et Edd. ectt. ἢν δὲ ὑγραίνηται .... καὶ ... εἴῃ, in quibus et olim offendebat et nunc offendit optativus ille εἴῃ. Quo factum est, ut cum antea hunc librum ederem εἴῃ in ᾖ mutarem. Postea verior, ut puto, sese obtulit correctio ἴῃ: est nempe facili-

©BIUM

ρην σημαίνει τὴν κρίσιν. Καὶ ταῦτα αὐτὰ μὲν καθ' ἑωυτὰ τοιάδε τὸ ἐπίπαν ἐστί.

ιγ'. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα παρεῖται, οἷσι προσημαίνεσθαι δεῖ, ἃ εἰρήσεται ὕστερον. Καὶ [1] ὁκόσῳ ἂν πλείων ἡ κάθαρσις γίγνηται, τοσῷδε χρὴ πλέον ἐπιδιδόναι ἄχρι κρίσιος· μάλιστα δὲ κρίσιος [2] ὑπερβολῆς δύο ἡμερέων, οἷσί γε ἢ πεμπταίοισι, ἢ ἑβδομαίοισι, ἢ ἐναταίοισι δοκέει κρίνεσθαι, ὡς καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὸ περισσὸν προμηθὲς ᾖ· μετὰ δὲ τοῦτο τῷ μὲν ῥυφήματι τὸ πρωΐ χρηστέον, ἐς ὀψὲ δὲ ἐς σιτία μεταβάλλειν.

ιδ'. Ξυμφέρει δὲ τὰ τοιάδε ὡς ἐπιτοπολὺ τοῖσι ὅλῃσι πτισάνῃσι [3] αὐτίκα χρεομένοισι. Αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσι αὐτίκα παύονται αὐτόματοι, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι, αἵ τε καθάρσιες πολλὸν τελεώτεραί εἰσι καὶ ἔμπυοι ἧσσον γίγνονται, ἢ εἰ ἀλλοίως τις διαιτῴη, καὶ αἱ κρίσιες ἁπλούστεραι καὶ εὐκριτώτεραι καὶ ἧσσον ὑποστροφώδεες.

ιε'. Τὰς δὲ πτισάνας χρὴ ἐκ κριθέων τε

[1] ἐκέσον. — [2] ὑπερβολή (sic.) — [3] αὐτίκα χρεομένοισιν.

rem iudicationem significant. Atque haec quidem in universum hoc modo se habent.

13. Sed et multa quoque alia peropportuna praetermittuntur, ex quibus significationem capere convenit, quae deinceps referentur. Et quo copiosior purgatio fuerit, eo maior quantitas ad iudicationem usque adiicienda, praecipue vero duobus ab iudicatione diebus, quibus quidem aut quinto, aut septimo, aut nono iudicatio fieri videatur, ut etiam dierum paritatis et imparitatis ratio habeatur. Post hoc autem mane quidem sorbitione utendum, vespere vero ad cibos transeundum.

14. Magna autem ex parte haec iis conferunt, qui a principio ptisana integra utuntur. Nam et pleuriticorum dolores statim sponte desinunt, ubi quid effatu dignum spuere et expurgari coeperint, purgationesque longe perfectiores sunt et minus purulenti evadunt, quam si aliam quis victus rationem instituat, praeterea iudicationes simpliciores fiunt, meliusque iudicantur et minus revertuntur.

15. At ptisanam ex hordeo quam optimo

mus ab ἴῃ ad εἴη lapsus, tum vero de excretis verba ἰέναι, κατιέναι nostro non insueta sunt.

13. μάλιστα δὲ κρίσιος ὑπερβολῆς δύο ἡμερέων.] Operae pretium est dictionem illustrare: ὑπερβάλλει Hesychio est ὑπερνικᾷ, ὑπερτίθεται, quorum posterius teneamus. In Etym. M. legis: ὑπερβολήν. τὴν ἀναβολὴν καὶ ὑπέρθεσιν. Cf. Herodot. VIII. 112. Καρυστίοις οὐδὲν τούτου εἵνεκα τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένετο, ad quem locum Valck.: „hoc etiam ut Herodoteum referri debuerat in Aem. Porti Lex., quum ἡ ἀναβολή, vel ὑπέρθεσις vix alibi dicatur ὑπερβολή." Schweigh. ibi citat Polyb. XIV. 9. 8.: ἐπί τε τὸν Ἀννίβαν πέμπειν ἠξίουν, καὶ μηδεμίαν ὑπερβολὴν ποιησαμένους ἐξελέγχειν καὶ ταύτην τὴν ἐλπίδα. Cum hisce redeamus ad nostra. Genitivus ὑπερβολῆς tempus *quando* significat. Possis igitur nostra interpretari: maxime vero tum cum iudicium in tertium diem differtur: quod elegantius expressere Corn et Foës: „maxime s. praecipue duobus ab iudicatione diebus." Operae pretium legisse quae doctiss. Cats Bussem. obiecit in diario de Gids l. l. p. 378. Olim ab eo dissentire me significavi in Epist. ad cl. J. Geel p. 27. — nondum vidi causam cur sententiam mutarem. Cum vera interpretatio nominis ὑπερβολή, tum rerum nexus ut ab eo dissentiam faciunt; in Aph. vero, quem adfert, agitur de morbi acme, non de crisi.

ὡς καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὸ περισσὸν προμηθὲς ᾖ.] Offendit in hisce Littréum προμηθές passive sumtum, adeo ut προμηθέσῃ scripserit. Non adsentior; Heringae correctio, quam confert, longe diversa et verissima est; at eiusmodi adiectiva tum transitive tum passive sumuntur, sicuti v. c. ἐπιμελής,

quod cum hoc nostro aptissime contuleris. Itaque nihil innovandum videtur.

τῷ μὲν ῥυφήματι τὸ πρωΐ χρηστέον, ἐς ὀψὲ δὲ ἐς σιτία μεταβάλλειν] In his codd. ita variant, ut sint qui ἐς τὸ πρωΐ et ἐς ὀψέ habeant, alii utroque loco ἐς omittant, alii ante ὀψέ tantum praepositionem habeant. Hos sequendos iudico, nam ἐς ὀψὲ, ἐς ὕστερον apte dicitur; ἐς τὸ πρωΐ h. l. certe minus placet. Notemus transitum a verbali χρηστέον ad inf. pro imper. μεταβάλλειν, cuius contrarium habemus § 11.: ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην· ἐκ προσαγωγῆς δὲ ... καὶ τουτέοισι δὶς διδόναι.

14. τοῖσι ὅλῃσι πτισάνῃσι αὐτίκα χρεομένοισι.] In priore Ed. mea οὔλῃσι pro ὅλῃσι hic et alibi recepi; item ῥύφημα; abstineo iam ab illo, de hoc incertus sum prorsus. Ad οὔλῃσι quod attinet, in Epidd. libris Hippocratis formulam ἰδίωσε δι' ὅλου frequens, semperque ita scripta. Neque in Marciano οὔλῃσι occurrit, neque h. l. neque aliis in hoc libello. In ῥόφημα et ῥύφημα in cod. Marciano ista varietas non habetur, sed ῥόφημα legitur ita ut solus cod. ant. Par. hanc formam praebeat. Sed dicendum de αὐτίκα, quod in priore Ed. me reiicere non debuisse monuerunt Cats Bussem. et Thierfelder, qui mihi obiiciunt omnium codd. consensum et Galeni auctoritatem. Provocaveram olim ad § 11. et 17.; puto me respicere debuisse partem postremam § 7., qua melius quam codicum consensu αὐτίκα defendi posse nunc opinor; iterum tamen affirmo me particulam, si abesset, non magnopere desideraturum fuisse.

15. ἐκ κριθέων τε ὡς βελτίστων εἶναι καὶ ὡς κάλλιστα ἠψῆσθαι.] In his e codd. scriptura τέως Littréus rectis-

©BIUM

ὡς βελτίστων εἶναι καὶ [1] ὡς κάλλιστα ἡψῆσθαι, καὶ ἄλλως ἢν μὴ τῷ χυλῷ μούνῳ μέλλῃς χρέεσθαι· μετὰ γὰρ τῆς ἄλλης ἀρετῆς τῆς πτισάνης τὸ ὀλισθηρὸν τὴν κριθὴν καταπινομένην ποιέει μὴ βλάπτειν· [2] οὐδαμῇ γὰρ [3] προσίσχει, οὐδὲ μένει κατὰ τὴν τοῦ θώρηκος ἴξιν· ὀλισθροτάτη δὲ καὶ ἀδιψοτάτη καὶ εὐπεπτοτάτη καὶ ἀσθενεστάτη ἐστὶ ἡ κάλλιστα ἐφθὴ, ὧν πάντων δεῖ.

ις'. [4] Ἢν μὲν οὖν μὴ προστιμωρήσῃ τις ὁκόσον δέεται αὐτάρκης εἶναι ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης πτισανορροφίης, πολλαχῇ βεβλάψεται. [5] Ὁκόσοισί τε γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακέκλειται, [6] εἰ μή τις ὑποκενώσας τὸ ῥόφημα δοίη, τὴν ὀδύνην ἐνεοῦσαν προσπαροξύνειε ἄν, καὶ μὴ ἐνεοῦσαν εὐθὺς [7] ἐμποιήσειε ἄν, καὶ πνεῦμα πυκνότερον γένοιτ' ἄν· κακὸν δὲ [8] τοῦτο· ξηραντικὸν γὰρ πνεύμονος, καὶ κοπῶδες ὑποχονδρίων, καὶ ἥτρου, καὶ φρενῶν· τοῦτο δὲ, ἢν ἔτι τῆς ὀδύνης τοῦ πλευροῦ ξυνεχέος ἐούσης καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλώσῃς, καὶ τοῦ πτυάλου μὴ ἀνιόντος, ἀλλὰ καταγλισχραινομένου [9] ἀσαπέως, ἢν μὴ λύσῃ τις τὴν ὀδύνην, ἢ

confici et optime coctam esse oportet, idque praesertim si non solo cremore uti debeas. Ad reliquas enim virtutes istud etiam accedit, quod ptisanae lubricitas efficit ut hordeum devoratum minime laedat, cum nusquam adhaerescat, neque secundum thoracis rectitudinem immoretur. Est autem maxime lubrica sitimque minime infert et facillime coquitur, estque infirmissima, si optime cocta fuerit, quibus omnibus opus habet.

16. Nisi quis igitur quantum deest contulerit, ut idoneus eiusmodi ptisanae sorbendae modus efficiatur, saepius laedetur. Iam primum enim quibus cibi recrementum interclusum est, si quis eo non vacuato sorbitionem dederit, dolorem, si adest, graviorem reddet, si non adest, statim induxerit et spiratio crebrior evadet. Quod certe pravum est, cum pulmonem exsiccet et praecordia, tum imum ventrem, tum septum transversum, dolore fatiget. Quin etiam lateris dolore adhuc continuo, neque ad calida fomenta remittente sputoque minime prodeunte, verum citra concoctionem extreme glutinoso reddito, nisi quis dolorem vel ventre emollito vel secta vena solverit, utrum horum

[1] ὡς om. — [2] οὐδαμοῦ. — [3] προσίσχεται. — [4] ἢν μὴ οὖν πρὸς τιμωρίαν τις. — [5] ὁκόσοισι γάρ. — [6] ἢν — δώῃ. — [7] ποιήσειε καὶ πνεῦμα πυκνίστειεν. [8] τοῦτο ἐστί· — ξηραντικώτερον. — [9] ἀπέπτως.

sime τε ὡς effecit: e lect. καὶ ὡς βέλτιστα servavi ὡς ante κάλλιστα cum Lind.

τὸ ὀλισθηρὸν τὴν κριθὴν καταπινομένην ποιέει μὴ βλάπτειν.] Quid sibi velit illud ὀλισθηρόν patet e seqq. οὐδαμῇ γὰρ προσίσχει, οὐδὲ μένει κατὰ τὴν τοῦ θώρηκος ἴξιν. § 58: εἰ γὰρ ἀνάγοι μὲν τὰ ἐγκέρχνοντα καὶ ὀλισθον ἐμποιήσειε, cum quibus cf. § 17. huius libelli.

καὶ εὐπεπτοτάτη καὶ ἀσθενεστάτη.] Gal. in comm. τὴν ἀσθένειαν αὐτῆς, ἤτοι διότι βραχεῖαν τροφὴν τῷ σώματι δίδωσιν ἀκουστέον ἐστὶν, ἢ ὅτι ποιότητα μηδεμίαν ἔχει σφοδρὰν, ὡς ἤτοι τῶν νεύρων, ἢ τῆς γνώμης ἅπτεσθαι, καθάπερ ὄξος τε καὶ ὁ οἶνος. Cf. idem de ptis. p. 821. VI. K. ubi de ptisana: ὅτι καὶ εὐπεπτότατόν ἐστι καὶ ἀσθενέστατον κατὰ πᾶσαν ποιότητα καὶ εὐανάδοτον. Celsus II. 18.: „Scire igitur oportet, inquit, omnia legumina quaeque ex frumentis panificia sunt generis valentissimi esse (valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est)." Videmus Celsum priorem tantum significatum, quem notavit Galenus, voci ἀσθενής de cibis sumtae tribuere, quod e contrarii ἰσχυροῦ explicatione patet. Τὸ ἀσθενές Celso est infirmum et imbecille: l. l. enim: „cumque panificia, inquit, omnia firmissima sunt, elota tamen quaedam genera frumenti, ut alica, oryza, ptisana vel ex iisdem facta sorbitio vel pulticula imbecillissimis annumerari potest." Idem III. 12. „Is(cibus) debet esse ex infirmissima materia et stomacho aptus." Itaque εὐπεπτοτάτην intelligo ptisanam, quae facile a ventriculo subigatur: ἀσθενεστάτην, quae non multum alimenti habeat. Galeni interpretationes ὅτι ποιότητα μηδεμίαν ἔχει σφοδρὰν, et ἀσθενέστατον κατὰ πᾶσαν ποιότητα minus arridet.

16. ἢν μὲν οὖν μὴ προστιμωρήσῃ τις ὁκόσον δέεται αὐταρκὴς εἶναι ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης πτισανορροφίης.] Video nuperrimum editorem ὁκόσων prae Galeni, cet. lectione ὁκόσον praetulisse: mihi haec sola vera esse videtur. Plene dixeris ἢν οὖν μὴ προστιμωρήσῃ τις ὁκόσον προστιμωρέειν s. προστιμωρεῖσθαι δέεται κ. τ. λ. ita ut minus placeat genit. Ad ὁκόσον δέεται αὐταρκὴς εἶναι cf. § 11. ἀλλ' ὁκόσον εἶνεκα τοῦ ἔθεος ἐσιέναι τι.

τοῦτο δέ.] Notemus sibi respondere αὐτίκα — τοῦτο δέ.— Ceterum paulo intricatior in seqq. structura exponenda. Auctor in mente habens ἢν, ἔτι τῆς ὀδύνης ξυνεχέος ἐούσης, μὴ λύσῃ τις αὐτὴν, ἀλλὰ τὰς πτισάνας διδῷ, ταχέως ἀποθνήσκουσι, vel simile quid, ἢν scripsit initio sententiae; iam vero longius ducta periodo intermediis καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλάσῃς, καὶ τοῦ πτυάλου μὴ ἀνιόντος, ἀλλὰ καταγλισχραινομένου ἀσαπέως, denuo ἢν infert; intermediisque iterum rationibus, quibus dolorem tollere oportet, in apodosin tertium ἢν intulit et a tertia persona ad secundam διδῷς transiit.

ἐγκατακέκλειται.] Vulg. ἐγκατακέκλεισται, quae forma recentior habetur; h. l. unus cod. Chartierii veram formam integram praebet; latet autem in ἐγκατακέκλιται cod. Marciani 269. et unius Par. apud Littréum.

καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλάσῃς.] Cf. § 21. et quae in prolegomenis ad libb. Epidd. ad Anaxionis hist. monuimus.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 436 sur 880

©BIUM

κοιλίην μαλθάξας, ἢ φλέβα ταμὼν, ὁκότερον ἂν τούτων ξυμφέρῃ, τὰς δὲ πτισάνας ἢν οὕτως ἔχουσι διδῷς, ταχέες οἱ θάνατοι τῶν τοιούτων γίγνονται.

ιζ'. Διὰ ταύτας οὖν τὰς προφάσιας καὶ ἑτέρας τοιαύτας ἔτι μᾶλλον οἱ ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεόμενοι ἑβδομαῖοι καὶ ὀλιγημερώτεροι θνήσκουσι, οἱ μέν 'τοι καὶ τὴν γνώμην βλαβέντες, οἱ δὲ ὑπὸ τῆς ὀρθοπνοίης τε καὶ τοῦ ῥέγχους ἀποπνιγέντες. Μάλα 'δὲ τοὺς τοιούτους οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι διὰ τόδε μάλιστα· οὐχ ἥκιστα δὲ 'καὶ ὅτι ἀποθανόντων αὐτῶν ἡ πλευρὴ πελίη εὑρίσκεται ἴκελόν τι πληγῇ. Αἴτιον δὲ τούτου τόδε ἐστὶ, ὅτι, πρὶν λυθῆναι τὴν ὀδύνην, θνήσκουσι· ταχέως γὰρ πνευματίαι γίγνονται· ὑπὸ δὲ τοῦ πολλοῦ καὶ πυκνοῦ πνεύματος, ὡς ἤδη εἴρηται, καταγλισχραινόμενον τὸ πτύελον ἀπέπτως κωλύει τὴν 'ἐπάνοδον γίγνεσθαι, ἀλλὰ τὴν ῥέγξιν ποιέει ἐνισχόμενον ἐν τοῖσι βρογχίοισι τοῦ πνεύμονος. Καὶ ὁκόταν ἐς τοῦτο ἔλθῃ, θανατῶδες ἤδη ὡς ἐπιτοπουλύ ἐστι. Καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πτύαλον ἐνισχόμενον κωλύει μὲν τὸ πνεῦμα ἔσω φέρεσθαι, ἀναγκάζει δὲ ταχέως ἔξω φέρεσθαι, καὶ οὕτως ἐς τὸ κακὸν ἀλλήλοισι 'ξυντιμωρέει· τό τε γὰρ πτύαλον ἐνισχόμενον πυκνὸν τὸ πνεῦμα ποιέει, τό τε πνεῦμα πυκνὸν ἐὸν ἐπιγλισχραίνει τὸ πτύελον καὶ κωλύει ἀπολισθαίνειν. Καταλαμβάνει δὲ ταῦτα οὐ μόνον ἢν πτισάνῃσι ἀκαίρως χρέ-

conducere videbitur exhibens, ptisanam autem ita affectis dederit, praecipites eos in mortem adducet.

17. Has igitur ob causas aliasque etiam huiusmodi, qui tota utuntur ptisana septimo die ac citius moriuntur, partim quidem mente laesi, partim vero erectae cervicis spiratione, orthopnoeam dicimus, et stertore suffocati. Quos sane veteres sideratos vel ob id maxime existimarunt, neque etiam minus quod ipsis mortuis latus lividum plagae non absimile deprehenditur. Cuius rei haec causa est, quod prius quam dolor solvatur moriuntur. Brevi si quidem anhelatores evadunt. Ex multa autem et crebra respiratione, ut iam dictum est, sputum summe glutinosum citra coctionem redditum egressum fieri prohibet. Quin etiam pulmonis bronchiis adhaerescens stertorem inducit, cumque ad hoc devenerit, tum plerumque mortem infert. Etenim ipsum sputum intro retentum spiritum quidem intro ferri prohibet, celeriter autem extra ferri cogit, adeo ut ad perniciem mutuas inter se operas conferant. Sputum namque adhaerescens crebrum spiritum facit, hicque creber effectus sputum magis glutinosum reddit et lubricum fieri prohibet. Neque vero solum ista prehendunt, si ptisana intempestive utantur, verum et multo magis, si quid quod ptisana minus conveniat aut ederint aut biberint.

[1] τι — [2] δή. — [3] ὅτι καὶ δ. — [4] ὄνοδον. — [5] τιμωρέουσι.

17. τοὺς τοιούτους οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι .... οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὅτι ἀποθανόντων αὐτῶν ἡ πλευρὴ πελίη εὑρίσκεται ἴκελόν τι πληγῇ.] Ad haec verba operae pretium est contulisse locum e libro de M. Mul. I. e Cnidia Schola orto, ubi p. 730. Kühnio: ἕτερον ἐκβόλιον, ὃ τὸ παιδίον βλητὸν γενόμενον ἐκβάλλει: his mox subiunguntur seqq.: ἕτερον ποτὸν ἐκβολῆς, ὃ τὸ παιδίον ἐκβάλλει πελιδνόν. Hippocrates nempe veteres Cnidios intelligere videtur etiam h. l., cum οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι scribit. — Conf. cum hisce quae leguntur Coaca 400. et ibi adnotata.

καὶ ὁκόταν ἐς τοῦτο ἔλθῃ.] Ita recte Littréus in adn. ad vol. II. p. LV. Dant τοῦτο cod. vetustiss. et Gal. lib. III. de dyspn. — Olim ταὐτό perperam edebatur. Lib. I. de Morbis p. 180.: οὗτος, ὅταν ἐς τοῦτο ἀφίκηται, ἀπόλλυται.

καὶ οὕτως ἐς τὸ κακὸν ἀλλήλοισι ξυντιμωρέει.] — Aut ξυντιμωρέουσι, aut συντιμωρέει, quod liber antiquiss. habet, noster scripsit; simplex τιμωρέει longe deterius. — Aret. p. 109. in nostra Ed. hunc locum imitatur: οὔτε ἀλλήλοισι ἄμφω ἐς τὸ κακὸν ξυντιμωρέει. p. 44: ἀναπνοὴ κακή· οὐ γὰρ ξυντιμωρέει τῷ πνεύμονι τὸ διάφραγμα. p. 116. συντιμωρέει γὰρ ἀλλήλοισι δίψος καὶ ποτόν. His quidem locis compositum omnino requiritur. Simplex τιμωρέειν habes apud Aret. p. 96.: ἐπὶ τῷ ὕδρωπι, ἢν μὲν οὖρα πολλὰ, παχέα, ἐπίδοσιν ἔχοντα πολλὴν, ἰλυώδεα καταρραγῇ, ἐλπὶς ἐκρεῦσαι τὸν ὕδερον· ἢν δὲ λεπτὰ καὶ ἀνυπόστατα καὶ ὀλίγα, τῷ ὕδρωπι τιμωρέει. — His collatis quid inter τιμωρέειν et ξυντιμωρέειν intersit, facile patet. Interpretatur τιμωρέειν et quod infra obvium τιμωρίαι Foës. in Oecon. — Valck. ad Herodot. III. 148. „Idem erat in usu loquendi τιμωρεῖν ac βοηθεῖν: τιμωρία ac βοήθεια."

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 437 sur 880

©BIUM

ωνται, ἀλλὰ πουλὺ μᾶλλον, ἢν τι ἄλλο φάγωσι, ἢ πίωσι πτισάνης ἀνεπιτηδειότερον.

ιη'. [1]Μάλα μὲν οὖν τὰ πλεῖστα παραπλήσιαί εἰσι αἱ τιμωρίαι τοῖσί τε ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεομένοισι, τοῖσί τε τῷ χυλῷ [2]αὐτέων· τοῖσι [3]δὲ μηδετέρῳ τούτων, ἀλλὰ ποτῷ μοῦνον, ἔστι [4]ὅπῃ καὶ διαφερόντως τιμωρητέον. Χρὴ δὲ τό γε πάμπαν οὕτω ποιέειν.

ιθ'. Ἢν [5]μὲν νεοβρῶτι ἐόντι αὐτῷ καὶ κοιλίης μήπω ὑποκεχωρηκυίης ἄρξηται ὁ πυρετὸς, ἤν τε ξὺν ὀδύνῃ, ἤν τε ἄνευ ὀδύνης, [6]ἐπίσχειν τὴν δόσιν τοῦ ῥοφήματος, ἔστ' ἂν [7]οἴῃ γε ὑποκεχωρηκέναι ἐς τὸ κάτω μέρος τοῦ ἐντέρου τὸ σιτίον. Χρέεσθαι δὲ ποτῷ, ἢν μὲν ἄλγημά τι ἔχῃ, ὀξυμέλιτι, χειμῶνος μὲν θερμῷ, θέρεος δὲ ψυχρῷ· ἢν δὲ [8]πολλὴ δίψα ᾖ, μελικράτῳ καὶ ὕδατι. Ἔπειτα μέντοι, ἢν μὲν ἄλγημά τι ἐνῇ, ἢ τῶν ἐπικινδύνων τι ἐμφαίνηται, διδόναι τὸ ῥόφημα μήτε πουλὺ, μήτε παχὺ, μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην, ἢ ἐνάτην, ἢν ἰσχύῃ. Ἢν δὲ μὴ ὑπελελύθῃ ὁ παλαιότερος σῖτος νεοβρῶτι ἐόντι, ἢν μὲν ἰσχύῃ τε καὶ ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ, κλύσαι· ἢν δὲ ἀσθενέστερος ᾖ, βαλάνῳ προσχρήσασθαι, ἢν μὴ αὐτόματα διεξίῃ καλῶς.

κ'. Καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τοῦ ῥοφήματος τόνδε μάλιστα φυλάσσεσθαι κατ' ἀρχὰς καὶ διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος· ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσι, [9]ἐπίσχειν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ καὶ τοῦ ποτοῦ

18. Magna igitur ex parte fere similia sunt auxilia tum iis qui tota utuntur ptisana, tum his qui ipsius cremore. At his qui neutro horum, sed solo potu utuntur, interdum aliter auxiliari oportet. Hunc autem in modum in universum facere oportet.

19. Si quem a recenti cibo, alvo necdum subducta, febris sive cum dolore sive sine dolore prehenderit, a sorbitione exhibenda tantisper temperandum, dum cibum ad infernam intestini partem secessisse conieceris. Quodsi dolor affuerit, aceto mulso in potu utendum, hieme quidem calido, aestate vero frigido. Et si multa sitis aderit, mulsa et aqua exhibenda. Ac deinceps quidem si dolor aliquis adsit, aut periculum aliquod impendeat, sorbitio neque multa neque crassa exhibenda, verum post septimum aut nonum diem, si validus aeger fuerit. At si recenter sumto cibo vetustus non subierit, si quidem validus fuerit et aetate viguerit, infusum per clysterem exhibendum, sin debilior exstiterit, glande utendum, nisi sponte probe prodierit.

20. Exhibendae autem sorbitionis tempus per initia et per totum morbum istud praecipue observari debet, ut cum frigidi pedes fuerint tum a sorbitione exhibenda, tum vel maxime a potu abstineamus. Cum vero calor ad pedes

[1] μᾶλλον. — [2] αὐτέῳ. — [3] τε μηδέτερον. — [4] δ' ὅπῃ. — [5] μέν om. — [6] ἐπισχεῖν. — [7] εἴῃται etiam V. — [8] πολὺ δίψα εἴῃ. — [9] ἐπισχεῖν.

18. τοῖσι δὲ μηδετέρῳ τούτων, ἀλλὰ ποτῷ μοῦνον, ἔστι ὅπῃ καὶ διαφερόντως τιμωρητέον.] Legebatur olim τοῖσί τε μ. τ., ἀλλὰ π. μ., ἔστι δ' ὅπῃ κ. τ. λ. — Recte Galeni et codd. auctoritate locum emendavit Littr. et ante illum Corn. in versione.

19. ἐπίσχειν τὴν δόσιν τοῦ ῥοφήματος, ἔστ' ἂν οἴῃ γε ὑποκεχωρηκέναι ἐς τὸ κάτω μέρος τοῦ ἐντέρου τὸ σιτίον· χρέεσθαι δὲ κ. τ. λ.] — De meo ἐπίσχειν effeci e codd. lect. ἐπισχεῖν: infra enim iterum praesens χρέεσθαι. De coniectura etiam vulgatum οἴηται in οἴῃ γε mutavi: nempe tertia persona h. l. ferri nequit, quum ad medicum ut hoc verbum referatur sit necesse. In priore huius libri editione οἴηαι scripseram, quod propterea minus placet, quod haec forma aut huic similis alia in nostro non obvia facta est mihi: tum vero frequens est particulae γε usus in hoc libro, denique facillimus lapsus ab οἴῃ γε ad οἴηται et hinc ad οἴηται.

μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην, ἢ ἐνάτην ἢν ἰσχύῃ.] Editur fere μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην, ἢ ἐνάτην, ἢν ἰσχύῃ. Cum Editore Paris. olim ἢ ἐνάτην reieceram: neque enim fert Galeni Commentarius, neque cod. vetustiss., at Marc. 269. numerum item habet, ita ut non omittere praestet.

ἢν μὴ αὐτόματα διεξίῃ καλῶς.] Intellige τὰ κόπρανα. Similis ellipsis in formula illa in Epid. libb. frequenti ἀπὸ κλυσματίου καλῶς διῆλθε.

20. ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσι, ἐπίσχειν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ καὶ τοῦ ποτοῦ ἀπέχεσθαι.] Hoc etiam loco ἐπίσχειν pro ἐπισχεῖν exhibui eadem de causa, qua supra. — quod ad monitum μάλιστα δὲ καὶ τοῦ ποτοῦ ἀπέχεσθαι attinet, spectat acetum mulsum, melicratum et aquam, quorum mentionem fecit §. superiore. De aceto autem mulso § 59. ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γυιοῖ καὶ τὰ ἀκρωτήρια ψύχει, itaque non miror eum huius usum pedibus frigentibus interdicere. De aquae noxis eo tempore exhibitae vid. § 62. sub finem. Ratio igitur quare tunc a potus haustu largiore (ita enim Senis verba accipio) abstinendum censeat,

©BIUM

ἀπέχεσθαι· ὁκόταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ ἐς τοὺς πόδας, τότε διδόναι καὶ νομίζειν [1] μέγα δύνασθαι τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν [2] πάσῃσι τῇσι νούσοισι, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τῇσι ὀξείῃσι, μάλιστα δὲ ἐν τῇσι μᾶλλον πυρετώδεσι καὶ ἐπικινδυνοτάτῃσι. Χρῆσθαι δὲ πρῶτον μάλιστα μὲν χυλῷ, ἔπειτα δὲ πτισάνῃ κατὰ [3] τὰ τεκμήρια τὰ προγεγραμμένα ἀκριβῶς ἀναθεωρῶν.

κα'. Ὀδύνη δὲ πλευροῦ ἤν τε κατ' ἀρχὰς γένηται, ἤν τε ἐς ὕστερον, [4] θερμάσμασι μὲν πρῶτον οὐκ ἄπο τρόπου ἐστὶ χρησάμενον πειρηθῆναι διαλῦσαι τὴν ὀδύνην. Θερμασμάτων δὲ κράτιστον μὲν ὕδωρ θερμὸν ἐν ἀσκῷ, ἢ ἐν κύστι, ἢ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ, ἢ ἐν ὀστρακίνῳ· προϋποτιθέναι δὲ χρὴ μαλθακόν τι πρὸς τὴν πλευρὴν, προσηνείης εἵνεκεν. Ἀγαθὸν δὲ καὶ σπόγγος μαλθακὸς, μέγας, ἐξ ὕδατος θερμοῦ ἐκπεπιεσμένος προστίθεσθαι· περιστέγειν [5] δὲ ἄνω ἱματίῳ τὴν θάλψιν χρή· πλείω τε γὰρ χρόνον [6] διαρκέσει καὶ παραμενεῖ, καὶ ἅμα [7] ὡς μὴ ἡ ἀτμὶς πρὸς τὸ πνεῦμα τοῦ κάμνοντος

descenderit, tunc dare convenit, reputareque, cum in omnibus morbis, tum praecipue in acutis, potissimumque in quibus vehementior febris ac maximum periculum subest, tempus hoc magnam habere facultatem. Ac primum succo maxime utendum, deinde ptisana ad praescripta signa diligenti adhibita attentione.

21. Lateris autem dolorem sive per exordia, sive postea incidat fomentis calidis tentare dissolvere absurdum quidem non est. Quorum quidem optimum est aqua calida in utre, vel vesica vel vase aeneo aut testaceo adhibita; verum molle quippiam lateri, quo lenior fotus fiat, supponere oportet. Aptum quid quod adponatur est etiam spongia mollis et magna ex aqua calida expressa: fomentumque superne linteo contegere oportet, ut longiore tempore sufficiat et perduret, simulque ne vapor ad laborantis spiritum efferatur, nisi forte et id ad aliquid convenire videatur, quod et interdum

[1] μάλα. — [2] ἁπάσῃσι. — [3] τά h. l. om. — [4] χλιάσμασι. — [5] τε ἰμ. — [6] ἀρκέσει. — [7] ἵνα.

posita est in metu ne βαρύνηται ἡ κοιλίη, ne ἄραδος κακὸς γένηται.

ὁκόταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ ἐς τοὺς πόδας, τότε διδόναι.] Notatu digna sunt Galeni verba ad h. l.: παρακμὴ (τῶν παροξυσμῶν) δ' ἔμπαλιν τῇ ἀρχῇ διαπνεομένης γε τῆς θερμασίας γίγνεται καὶ τὰ μέσα τοῦ σώματος ἀπολειπούσης, ὅπερ ἐδήλωσε δι' ἑνὸς ῥήματος εἰπών· ὅταν ἡ θέρμη καταβῇ εἰς τοὺς πόδας. οὐ γὰρ ταὐτόν ἐστι τὸ θερμοὺς ἐκ ψυχρῶν γενέσθαι τοὺς πόδας, καὶ καταβῆναι τὴν θερμασίαν εἰς αὐτούς. τὸ μὲν γὰρ καταβῆναι τὴν μετάστασιν δηλοῖ τῆς θερμασίας ἐξ ἑτέρου μέρους εἰς ἄλλο μέρος· τὸ δὲ θερμανθῆναι τοὺς πόδας ἐγχωρεῖ γενέσθαι καὶ μενούσης ἐν τοῖς μέσοις τῆς θερμασίας, ὅπερ ἐπὶ τῆς ἀκμῆς συμβαίνει.

μάλιστα δὲ ἐν τῇσι μᾶλλον πυρετώδεσι.] Cum antea hunc locum edebam, scripsi ἐν τῇσι πυρετώδεσι, cum cod. Med. et paucis aliis μᾶλλον omittens. Iam secus sentio: auctor ipse in hoc libro nostro § 5.: ἔστι δὲ ταῦτα ὀξέα, οἷσιν ὠνόμασαν οἱ ἀρχαῖοι πλευρῖτιν καὶ περιπνευμονίην, καὶ φρενῖτιν, καὶ λήθαργον, καὶ καῦσον, καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα, ὁκόσα τούτων ἐχόμενά ἐστι, ὧν οἱ πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες κτείνουσι. — Itaque febrim fere omnibus morbis acutis tribuit: nostra vero verba accipio: μάλιστα δὲ ἐν τῇσι μᾶλλον πυρετώδεσι τῶν ὀξέων νοσημάτων. — Librariorum ergo errore vocem omissam esse censeo in mss. ea carentibus.

21. ὀδύνη δὲ πλευροῦ, ἤν τε κατ' ἀρχὰς γένηται κ. τ. λ.] Vetustissima membr. haec ad hunc modum scripta refert; ὀδύνην δὲ πλευροῦ, ἤν τε κατ' ἀρχὰς γένηται, ἤν τε ἐς ὕστερον, θερμάσμασι μὲν πρῶτον οὐκ ἄπο τρόπου χρησάμενον πειρηθῆναι διαλῦσαι. Vulgatam loci scripturam praefero collatis seqq. e § 22. τομῇ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἢν μὴ πρὸς τὴν κλισίδα σημαίνῃ ἡ ὀδύνη: in quibus itidem brevi intervallo intermedio repetitur nomen ὀδύνη. In veteris cod. lectione recentioris innovatoris manum h. l. agnoscere mihi videor. De ἄπο (editiones enim ἀπό ferunt) scribendo vid. Bast ad Greg. Cor. p. 210. seq. — Distinctionem illam reiicit Matth. § 572. Locum nostrum citat Coel. Aurel. II. 19. Cf. ad h. l. adnotata a viris doctiss. Cats Bussemaker et Daremberg ad Oribasium vol. II. p. 862 ad vocem πυριάσεων.

ἢ ἐν ὀστρακίνῳ] Lib. de nat. mul. p. 571. Ed. Kühn.: πυρία δὲ καὶ ὀστρύκοις εἰς ῥάκος ἐνειλίσσων καὶ αὐτοῖς τοῖς ῥάκεσι θερμαίνων, καὶ τοῖς φακοῖς τοῖς ὀστρακίνοις, τὸ ὕδωρ ἐγχέων ζεστόν. Celsus II. 17. de fomentis agens: „Quin etiam, inquit, calido oleo replentur utriculi; et in vasa fictilia, a similitudine quas *lenticulas* vocant, aqua coniicitur." Cf. Soranum p. 221.: τοῦτο μὲν ἔρια οἰσυπηρὰ οἴνῳ καὶ ἐοδίνῳ θερμῷ βεβρεγμένα ἐπιτιθέναι τῷ ὑπογαστρίῳ καὶ ἐφηβαίῳ, τοῦτο δὲ καὶ τοῖς λεγομένοις φακωτοῖς πυριατηρίοις κεχρημένον.

ἀγαθὸν δὲ καὶ σπόγγος... μέγας ἐξ ὕδατος ἐκπεπιεσμένος προστίθεσθαι.] Grammaticam huius loci rationem minus recte ceperunt interpretes: Corn.: „commode etiam spongia apponitur." Similiter fere cett. At significant verba nostra: *aptum quid, quod adponatur, est etiam spongia.* Quod illi Latine exprimunt Graece dixeris ἀγαθὸν δὲ καὶ σπόγγον προστιθέναι.

περιστέγειν δὲ ἄνω ἱματίῳ τὴν θάλψιν χρή.] Vulgo περιστέγειν τε ἱματίῳ. Gal. cod. vetustiss. δέ habent. Hicce

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 439 sur 880

©BIUM

προσφέρηται, ἢν ἄρα μὴ δοκέῃ καὶ τοῦτο χρήσιμον πρός τι εἶναι· ἔστι γὰρ ὅτε δεῖ πρός τι. Ἔπι δὲ καὶ κριθαὶ, ἢ καὶ ὄροβοι ἐν ὄξεϊ κεκρημένῳ σμικρῶς ὀξύτερον, ἢ ὡς ἄν τις [1]πίοι, διέντα καὶ ἀναζέσαντα ἐς μαρσίππιά τε [2]καταρράψαντα προστιθέναι· καὶ πίτυρα τὸν αὐτὸν τρόπον. Πυρίη δὲ ξηρὴ, ἄλες, κέγχροι πεφρυγμένοι ἐν εἰρινέοισι μαρσιππίοισι ἐπιτηδειότατοι· καὶ γὰρ κοῦφον καὶ προσηνὲς ὁ κέγχρος.

κβ'. Λύει δὲ [3]μάλθαξις ἡ τοιήδε καὶ τὰς πρὸς [4]κληῖδα περαινούσας ἀλγηδόνας· [5]τομῇ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἢν [6]μὲν πρὸς τὴν κληῖδα περαίνῃ ἡ ὀδύνη. Ἢν δὲ μὴ λύηται πρὸς τὰ θερμάσματα ὁ πόνος, οὐ χρὴ πουλὺν χρόνον θερμαίνειν· καὶ γὰρ ξηραντικὸν τοῦ πνεύμονος [7]τοῦτο καὶ ἐμπυητικόν· ἀλλ' ἢν μὲν σημαίνῃ ἡ ὀδύνη ἐς τὴν κληῖδα, ἢ ἐς τὸν βραχίονα βάρος, ἢ περὶ μαζὸν, ἢ ὑπὲρ τῶν φρενῶν, τάμνειν ἀρήγει

usu venit. Ad haec autem et hordeum et ervum in aceto ita temperato, ut paulo acidius sit quam quis bibere queat, macerata et colata et fervefacta sacculis consuta apponere oportet, furfuresque eodem modo. Ad siccum autem fomentum sales et milium torrefactum in sacculis laneis maxime accommodantur, Lene enim et blandum est milium.

22. Sed mollia huiusmodi fomenta dolores etiam ad iugulum pertingentes solvunt. At venae sectione minus bene dolorem solvunt, si quidem ad iugulum is pertingat. Quod si ad calida fomenta dolor non remittat, non multo tempore calefacere convenit, quod id pulmonem exsiccet et pus intra thoracem colligat. Sed si quidem dolor ad iugulum de se significationem praebeat, ad brachium vero vel circa mammam vel supra septum transversum gravitatis sensus

[1] πίῃ. — [2] ἀπορράψαντα. — [3] μάλθαξις. — [4] κληῖδας. — [5] τὸ μὴ μέντοι. — [6] μή. — [7] τοῦτό ἐστι.

liber vero περιστέγειν δὲ ἄνω. Itaque utrumque et ἄνω et ἱματίῳ recepi. De ratione nempe quae intercedit inter textum, quem fert liber vetustissimus et quem vulgata lectio, in prolegomenis exposui.

ἔτι δὲ καὶ κριθαὶ, ἢ καὶ ὄροβοι ἐν ὄξεϊ κεκρημένῳ σμικρῶς ὀξύτερον, ἢ ὡς ἄν τις πίοι, διέντα καὶ ἀναζέσαντα ἐς μαρσίππιά τε καταρράψαντα προστιθέναι· καὶ πίτυρα τὸν αὐτὸν τρόπον.] Coel. Aurel. l. l.: „utendum, inquit, etiam hordeo vel orobo in aceto miti, macerato et calefacto, et celeriter sacello incluso, tunc apposito: sive cantabro eodem genere fervefacto." Gal. in comm.: καὶ κριθὰς καὶ ὀρόβους οὐχ ὁλόκληρα τὰ σπέρματα κελεύει δι' ὄξους καὶ ὕδατος ἕψειν, ἀλλὰ κόψαντας πρότερον· δῆλον δὲ κἀκ τοῦ λέγειν διέντα, καὶ ἄλλως δ' ἄν τις ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος διδαχθείη τοῦτο βούλεσθαι τὸν Ἱπποκράτην· καὶ γὰρ οὖν προσηνέστερον οὕτως ἔσται τὸ πυρίαμα καὶ δραστικώτερον· ἀμέλει καὶ πίτυρα κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον σκευάζειν κελεύει. δραστικωτέρα δὲ τῆς πρόσθεν ἡ τοιαύτη πυρία τῇ τοῦ ὄξους γίνεται δυνάμει· εἰ δὲ δι' ὀρόβων σκευάζοιτο, καὶ οὗτοι συντελοῦσιν οὐ σμικρὸν, ἱκανὴ γὰρ ἡ δύναμις αὐτῶν τέμνειν καὶ κατεργάζεσθαι καὶ διαφορῆσαι πάχος χυμῶν. — De paucis quibusdam ceterum monendum videtur: Ὄροβος, recentioribus Graecis φόβιν. *Ervum Ervilia* L., auctore Dierbachio. De huius viribus Diosc. II. 131. αἷμα δὲ δι' οὔρων ἄγει ἐφθὸς παρατιθέμενος ὁ ὄροβος — Coniungenda sunt ἐν ὄξεϊ .... διέντα. Hesych. διείς· ἀνεὶς καὶ διηθήσας. — Conf. § 63. additam. spur.: μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὀκόσον λεκίσκιον, ὕδατι διεὶς, κ. τ. λ. Haec, inquam, confer cum §. postremae verbis. Μηκωνίου λεκίσκιον ἀττικὸν στρογγύλον τρίβων, ὕδωρ ἐπιχέων καὶ διηθέων, κ. τ. λ. Videmus postrema verba alterum illud ὕδατι διείς interpretari: itaque verbi διΐέναι significatio iam aperta est, ni fallor. Hinc formula ἡ δίεσις σὺν οἴνῳ et ἡ δὲ δίεσις κεδρίνῳ ἐλαίῳ. lib. περὶ ἑλκῶν p. 319. 320.

Ceterum ad locum nostrum vide Paulum. III. 33. Theoph. Nonnum. p. 406. Alex. Trall. VI. 1.

πυρίη δὲ ξηρή —]. Hunc locum respicit Gal. de comp. med. sec. locos. Ed. Kühn. vol. XII. p. 568.

22. τομῇ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἢν μὲν πρὸς τὴν κληῖδα περαίνῃ ἡ ὀδύνη.] — Vulgo edunt: τομὴ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἢν μὴ πρὸς τὴν κληῖδα περαίνῃ ἡ ὀδύνη. Perperam. Τομῇ conieceram dudum antequam e Cod. Med. apud Foës. notatum videram: postea vidi idem ferre ms. Regium unum. Nempe illud μέντοι γε satis indicabat verba οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην non ad τομή, sed ad antecedens μάλθαξις ἡ τοιήδε esse referenda. Itaque libris dativum praebentibus dubium remansit nullum, et confidenter ἢν μέν pro ἢν μή de meo dedi, quippe reiicienda iam erat negatio, nec lenior adhiberi potuit medela. — Omnia iam bene procedunt et locus inde interpretandus, quod Hipp. praecipuum pleuritidis signum habuisse videtur dolorem illum lateris ad claviculam pertingentem: quae sententia ad seros Graecorum nepotes translata est. Coel. Aur. II. 14.: „prosequitur in passione (pleuritica) constitutos acuta febricula, cum tussicula, dolor lateris vehemens atque usque ad iugulum et palam (scapulam) eiusdem partis perveniens." Aret. p. 18. ξύνεστι δὲ πόνος ὀξὺς κληῖδων, πῦρ δριμὺ, κατάκλισις ἐπὶ μὲν τὴν φλεγμαίνουσαν πλευρὴν εὔφορος κ. τ. λ. — Auctor Defin. med. p. 420. Πλευρῖτίς ἐστιν ὀδύνη πλευροῦ καὶ ὑπεζωκότος διατείνουσα μέχρι κλειδὸς καὶ ἀκρωμίου καὶ ὠμοπλάτης κ. τ. λ. Gal. ad Aph. 12. I. inter symptomata pleuritidis pathognomonica et τὰ συνεδρεύοντα distinguit: ad postrema vero refert τὸ ἤτοι πρὸς ὑποχόνδριον, ἢ πρὸς τὴν κλεῖν ἐξήκειν τὴν ὀδύνην, unde Aretaei ξύνεστι intelligitur. Hinc Paulus III. 33.: ἡ κυρίως πλευρῖτις, φλεγμονὴ τοῦ τὰς πλευρὰς ὑπεζωκότος ὑμένος ἐστίν, ᾗ συνεδρεύει δύσπνοιά τε καὶ βὴξ, καὶ συνεχὴς πυρετὸς καὶ πόνος διήκων ἄχρι κλειδὸς καὶ (malim ἢ) ὑποχονδρίου.

©BIUM

τὴν ἐν τῷ ἀγκῶνι φλέβα τὴν ἔσω, καὶ μὴ ὀκνεῖν συχνὸν ἀφαιρέειν τὸ αἷμα, [1]ἔστ' ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ ῥυῇ, ἢ ἀντὶ καθαροῦ τε καὶ ἐρυθροῦ πέλιον· [2]ἀμφοτεροῖα γὰρ γίγνεται.

κγ'. Ἢν δὲ ὑπὸ τὰς φρένας ᾖ τὸ ἄλγημα, ἐς δὲ τὴν κληῖδα μὴ σημαίνῃ, μαλθάσσειν [3]χρὴ τὴν κοιλίην, [4]ἢ μέλανι ἐλλεβόρῳ, ἢ πεπλίῳ· μέλανι μὲν δαῦκον, ἢ σέσελι, ἢ κύμινον, ἢ [5]ἄνησον, ἢ ἄλλο τι τῶν εὐωδέων μίσγοντα, πεπλίῳ δὲ ὀπὸν σιλφίου· ἀτὰρ καὶ μισγόμενα ἀλλήλοισι ὁμοιότροπα ταῦτά ἐστι. Ἄγει δὲ μέλας μὲν καλλίω καὶ κρισιμώτερα πεπλίου· πέπλιον δὲ μέλανος μᾶλλον φυσέων καταρρηκτικόν ἐστι· ἄμφω δὲ ταῦτα ὀδύνην παύει. Παύει δὲ καὶ

insit, internam in cubiti flexu venam secare et quam citissime copiosum sanguinem detrahere convenit, eo usque dum multo rubicundior aut pro puro et rubro lividus effluat, alterutrum enim usu venit.

23. Si vero eas, quae sunt sub septo transverso partes dolor affligat, nullamque ad iugulum de se significationem praebeat, alvum veratro nigro aut peplio emollire oportet, ea ratione ut veratro quidem daucum aut seseli aut cuminum aut anisum aut aliud quippiam bene olens admisceas, peplio vero laseris succum. Quamquam, etiamsi inter se misceantur, unius sunt generis, neque dissimiliter agunt. Sed veratrum nigrum tum melius quam peplium ventrem solvit, tum etiam ad iudicationem magis

[1] Ἕως ἄν. — [2] ἀμφοτερία. — [3] δεῖ. — [4] ἢ ἴν. — [5] ἄννησον.

καὶ μὴ ὀκνεῖν συχνὸν ἀφαιρέειν τὸ αἷμα, ἔστ' ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ ῥυῇ, ἢ ἀντὶ καθαροῦ τε καὶ ἐρυθροῦ πέλιον.] Hunc locum respicit Gal. in comm. ad lib. de Humorr. p. 140. XVI. Ed. Kühn.: τῆς δὲ κενώσεως, inquit, τοῦ αἵματος τίθησιν ὅρον Ἱπποκράτης τὴν μεταβολὴν τῆς χροιᾶς. Cf. eius liber de V. S. p. 23. vs. 53. in Bas. Ed. Celsus II. 10: „Incidenda, inquit, ad medium vena est, ex qua cum sanguis erumpit, colorem eius habitumque oportet attendere. Nam si is crassus et niger est, vitiosus est, ideoque utiliter effunditur: si rubet et pellucet, integer est; eaque missio sanguinis adeo non prodest, ut etiam noceat; protinusque is supprimendus est." Loco nostro Hipp. duos ponit casus, quibus quo usque tuto larga sanguinis copia detrahatur, definire studet. Ponit principio nigrum effluere, et cupit eo usque hunc detrahi, donec aut rubicundior effluat quam initio, aut donec lividus sanguis appareat.

ἀμφοτεροῖα γὰρ γίγνεται.] Haec quidem mihi vera videtur esse lectio, non ἀμφότερα. Nempe postremum hoc magis probaverim, si utrumque simul fiat, quod cum consistere non possit, ἀμφοτεροῖα praestare arbitror. Quod ab ἀμφότερος ductum, sicuti ἑτεροῖος et ἀλλοῖος ab ἕτερος et ἄλλος, rem significabit ad utrumque illud, quod enumeravit, pertinentem i. e. *alterutrum*.

23. ἢν δὲ ὑπὸ τὰς φρένας ᾖ τὸ ἄλγημα, ἐς δὲ τὴν κληῖδα μὴ σημαίνῃ, μαλθάσσειν χρὴ τὴν κοιλίην, ἢ μέλανι ἐλλεβόρῳ, ἢ πεπλίῳ.] — Hunc locum una cum superioribus quibusdam respicit Gal. Comm. ad lib. de Hum., cum p. 69. scribit: καὶ αὐτὸς μὲν ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων τοὺς πλευριτικοὺς θεραπεύων κατὰ τὴν ῥοπὴν τῶν χυμῶν κενοῖ. Ipsa verba citat lib. VIII. de Comp. Med. sec. locos Ed. Bas. II. 278. Eadem respicit Alex. Trall. VI. 1. Εἰ δὲ μηδὲν τούτων εἴη, ἀλλὰ καὶ ὀδύνη περὶ τὰ κάτω τοῦ διαφράγματος, καθαίρειν δεῖ τὴν κοιλίαν, ὡς ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ θειότατος Ἱπποκράτης. Et paulo inferius: εἰ δὲ μὴ ὑπάρχει χολῶδες (τὸ σῶμα), ἀλλὰ μᾶλλον φλεγματικὸν, τότε δεῖ κεχρῆσθαι ἐκείνοις, οἷς ἐκέλευεν ὁ θειότατος Ἱπποκράτης, ἢ πεπλίῳ, ἢ τῷ μέλανι ἐλλεβόρῳ Cum priore illo Alexandri loco congrua tradunt Aët. VIII. 76. Paulus III. 33. Nonnus cap. 127. De veratro nigro Dioscor. IV. 129: utebantur fructu et radice. Est *Helleborus Officin.* Salisburgii, Sprengel. comm. in Dioscor. p. 635. cf. Gal. de Rem. Simpl. VI. p. 874. Kühnio. — Alex. Trall. I. 15.: εἰδέναι δὲ δεῖ ὅτι ἐπὶ τῶν τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἐχόντων ἀσθενὲς καὶ εὐαίσθητον, οὐ δεῖ τοῦ λευκοῦ ἐλλεβόρου ἐμβαλεῖν τῷ καθαρσίῳ, ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ μέλανος. ἔσται γὰρ αὐτῷ ἄλυπον καὶ ὠφέλιμον μετὰ τοῦ μηδὲ τοὺς βιαίους ἐπιφέρειν σπαραγμούς.. Veratro albo per superiora aegros purgarunt veteres, nigro deorsum. — Πέπλιον Dioscoridi πεπλίς, qui (IV. 166.) πέπλιον hanc plantam ab Hipp. vocari docet, ab aliis ἀνδράχνην ἀγρίαν· cf. Gal. Exeg. in πέπλιον et πέπλος, et in hac voce Erot. — *Euphorbia peplus* Spreng. l. l. p. 639. Gal. de Rem. Simpl. VIII. 17. 10. ὀπὸν δὲ ἰσχυρὸν (ἔχει) οὐ πάνυ τι χρήσιμον, οὐδ' αὐτὸν, ἀλλὰ τό γε σπέρμα χρήσιμον καὶ φυσῶδες, ὁμοίως τῷ τοῦ πέπλου σπέρματι καθαιρον. Hic etiam πεπλίον hanc herbam appellat.

μέλανι μὲν δαῦκον, ἢ σέσελι, ἢ κύμινον, ἢ ἄνησον, ἢ ἄλλο τι τῶν εὐωδέων μίσγοντα, πεπλίῳ δὲ ὀπὸν σιλφίου.] Δαῦκος exponit Erot. in gloss.: vide de hac planta Gal. de Med. Simpl. V. 13. de Dauci semine ibidem VII. 4. Diosc. III. 76. *Athamanta Cretensis* Sprengelio l. l. p. 525. De seseli Diosc. III. 53. seqq., ubi plures species enumerantur, Massiliense, Aethiopicum, Peloponnesiacum. Aethiopico (*Bupleuro fruticoso* Spreng. l. l. p. 520.) maiores tribuit vires: quaenam planta h. l. spectetur, haud ita certum iudico: Gal. de Rem. Simpl. VIII. 18. mentionem facit radicis et fructus, speciem non distinguens. Ad Cyminum videsis Diosc. III. 61. ubi de ἡμέρῳ sermo est et in primis τὸ Αἰθιοπικὸν laudatur, quod Hipp. βασιλικὸν vocasse dicitur: locos e libris spuriis adnotavit Spreng. p. 521. *Cuminum Cyminum* L., vid. Gal. de Rem. simpl. cap. 10. 61. lib. VII. Ἄνισον scribit Gal. vulgo ἄννησον h. l.: ἀνήσου legis apud Herodot. V. 71., ubi vid. Valck. et Schweigh.; in varr. lectt. e ms. ἀννήσου adnotatur. Duplicem ν habet Nic. Ther. 6509. ubi Schol.: διὰ δύο ν Ἀττικῶς, ἤγουν ἀνήσου: metri causa littera duplex ponitur. Diosc. etiam ἄνισον III. 58., Spreng. in comm. ad h. l.: „a Linnaeo ad Pimpinellae, a me ad Sisonis genus relata est." De Silphio infra videbimus.

πέπλιον δὲ μέλανος μᾶλλον φυσέων καταρρηκτικόν.] Hunc locum respicit Aët. lib. I. cap. de peplio: τούτου τὸ

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 441 sur 880

©BIUM

ἄλλα [1]συχνὰ τῶν ὑπηλάτων· κράτιστα δὲ ταῦτα, ὧν ἐγὼ οἶδα, ἐστί· ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τοῖσι ῥοφήμασι διδόμενα ὑπήλατα ἀρήγει, ὁκόσα [2]μή ἐστι ἀηδέα λίην ἢ διὰ πικρότητα, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἀηδίην, ἢ διὰ πλῆθος, ἢ χροιὴν, ἢ ὑποψίην τινά.

valet. Peplium vero flatus magis erumpere facit. Dolorem autem haec duo sedant. Sedant etiam alia multa quae alvum subducunt medicamenta. Sed ex his quae novi, haec sunt optima. Quandoquidem et quae in sorbitionibus exhibentur alvum subducentia medicamenta iuvant, quaecumque vel propter amaritudinem vel aliam quandam insuavitatem aut copiam aut colorem aut aliam quampiam suspicionem non admodum ingrata exsistunt.

κδ'. [3]Τῆς μέντοι πτισάνης, ὁκόταν πίῃ τὸ φάρμακον, ἐπιρροφέειν αὐτίκα χρὴ διδόναι, μηδὲν ἔλασσον ἀξίως λόγου, ἢ ὁκόσον [4]εἴθιστο· ἐπειδὴ κατὰ λόγον ἐστὶ μεσηγὺ τῆς καθάρσιος μὴ διδόναι ῥοφέειν· ὁκόταν δὲ λήξῃ ἡ κάθαρσις, τότε ἔλασσον ῥοφεέτω ἢ ὁκόσον εἴθιστο. Μετὰ δὲ τοῦτο ἀναγέτω αἰεὶ ἐπὶ τὸ πλεῖον, ἢν ἥ τε ὀδύνη πεπαυμένη ᾖ, καὶ μηδὲν ἄλλο ἐναντιῶται.

24. Ptisanam quidem, ubi epotum est medicamentum, insuper sorbendam statim dare oportet, neque admodum minore quam consuetum est quantitate. Quandoquidem rationi consentaneum est, media in purgatione sorbitionem non exhibere. At ubi desierit purgatio, tunc minore quam consueverit quantitate absumatur, deinde vero paulo maiore semper adducatur copia, si et dolor sedatus fuerit, nihilque aliud adversetur.

κε'. Ὡυτὸς δέ μοι λόγος ἐστὶ, καὶ ἢν χυλῷ πτισάνης δέῃ χρέεσθαι. Φημὶ γὰρ ἄμεινον εἶναι αὐτίκα ἄρξασθαι ῥοφέειν τὸ ἐπίπαν μᾶλλον ἢ προκενεαγγήσαντα ἄρξασθαι τοῦ ῥοφήματος, ἢ τριταῖον, ἢ τεταρταῖον, ἢ πεμπταῖον, ἢ ἑκταῖον, ἢ ἑβδομαῖον, ἢν γε μὴ προκριθῇ ἡ νοῦσος ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ. Αἱ δὲ προπαρασκευαὶ καὶ ἐπὶ τούτοισι παραπλήσιοι ποιητέαι, ὁκοῖαί περ εἴρηνται.

25. Idem etiam mihi dicendum, ubi ptisanae cremore uti opus fuerit. Si quidem melius esse assero statim omnino sorbere incipere potius, quam antea exinanitis vasis aut tertio, aut quarto, aut quinto, aut sexto, aut septimo die a sorbitione inchoare, nisi quidem intra hoc tempus morbus prius iudicatus fuerit. In hisque consimiles praeparationes, quales dictae sunt, faciendae.

κς'. Περὶ μὲν [5]οὖν ῥοφήματος προσάρσιος

26. De sorbitione igitur exhibenda sic sentio,

[1] πολλά. — [2] μὴ ἄγαν εἰσὶν ἀηδέα ἢ διὰ π. — [3] τὴν ... πτισάνην. — [4] εἴθισται, ἐπεὶ καὶ κ. τ. λ. — [5] οὖν om.

σπέρμα, inquit, χρήσιμον· σὺν γὰρ τῷ Φλέγματι καὶ χολὴν ἄγει. καὶ Φυσῶν ἐστι καταρρηκτικὸν, ὡς καὶ Ἱπποκράτης γράφει. Cf. ibid. III. c. 26.

ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τοῖσι ῥοφήμασι διδόμενα ὑπήλατα ἀρήγει, ὁκόσα μή ἐστι ἀηδέα λίην κ. τ. λ.] — Ita Rufus Eph. p. 14. de polypodio: καθαίρει δὲ καὶ ἐν πτισάνῃ καὶ ἐν ζωμῷ ὄρνιθος ἡ ῥίζα ἐψηθεῖσα οὐ λυπηρῶς. — Vulgo seqq. ita scribuntur: ὁκόσα μὴ ἄγαν ἐστὶ ἀηδέα: tum vero libri nonnulli pone ἀηδέα subiungunt λύειν, alii λίην. Itaque arbitror ἄγαν a recentiore manu invectum esse et λίην infinitivo λύειν ortum praebuisse, adeo ut restituerim quod Hipp. scripsisse videbatur. Ad verba διὰ πικρότητα cogitemus aloën v. c. Ruf. Eph. p. 15. de σικυωνίᾳ: ἔστι δὲ πικρότατον μὲν, ἀλλ' εἰς ὕστερον εὐσιτοτέρους παρασκευάζει.

24. ἐπειδὴ κατὰ λόγον ἐστὶ μεσηγὺ τῆς καθάρσιος μὴ διδόναι ῥοφέειν.] — Plurimi libri καὶ κατὰ λόγον. Non video quid sibi velit καί illo loco, abundat et omittendum visum est. Cf. ad haec Gal. comm.: quae vero ibi monet, ea repetuntur fere lib. Quos purgare oporteat, cet. p. 354. — Ex h. l. Erotianus μεσεγγύ exponit ἐν μέσῳ, nî fallor. In hac § ἐπιρροφέειν et ῥοφέειν dedi e multorum librorum lect. ἐπιρροφεῖν et ῥοφεῖν, quae in cod. vet. Par. et in Marc. 269. item habetur, nempe quum in aliis verbi temporibus forma ῥοφέω usurpetur, putavi hic idem factum fuisse. Cf. § 40., ubi ipsum inf. ῥοφέειν legimus.

ὁκόταν δὲ λήξῃ ἡ κάθαρσις, τότε ἔλασσον ῥοφεέτω ἢ ὁκόσον εἴθιστο.] — Vid. Gal. in comm. ad lib. de Humorr. p. 127. ubi hunc locum respicit.

25. αἱ δὲ προπαρασκευαὶ καὶ ἐπὶ τούτοισι παραπλήσιοι ποιητέαι, ὁκοῖαί περ εἴρηνται.] — Tenenda sunt Gal. verba in comm.: καὶ οἷς ἀπ' ἀρχῆς μέλλεις διδόναι τὸ ῥόφημα, τὴν προπαρασκευὴν ὁμοίως ἀξιοῖ γενέσθαι, τουτέστιν εἴτε

©BIUM

οὕτω γιγνώσκω. Ἀτὰρ καὶ περὶ ποτοῦ, ὁκοῖον ἄν τις μέλλῃ πίνειν τῶν γραφησομένων, ὠυτός μοι λόγος ὡς ἐπίπαν ἐστί. Οἶδα δὲ τοὺς ἰητροὺς τὰ ἐναντιώτατα, ἢ ὡς δεῖ, ποιέοντας· βούλονται γὰρ ἅπαντες, ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους ἢ δύο, ἢ τρεῖς, ἢ καὶ πλείους ἡμέρας, οὕτω προσφέρειν τὰ ῥοφήματα καὶ τὰ ποτά· καὶ ἴσως τι καὶ εἰκὸς δοκέει αὐτοῖσι εἶναι, μεγάλης τῆς μεταβολῆς γενομένης τῷ σώματι, μέγα τι κάρτα καὶ ἀντιμεταβάλλειν.

Quin et de potu, qualemcumque tandem ex his qui describentur quis sumpturus sit, eadem omnino est ratio. At vero novi medicos qui contra omnino quam oporteat faciunt. Etenim volunt omnes, ubi sub initia morborum homines inedia praemacerarint, aut duos, aut tres, aut plures etiam dies, ita sorbitiones et potiones exhibere, idque fortassis quod magnae corporis mutationi magnam etiam quamdam mutationem contra obiicere aequum ipsis videatur.

κζ'. Τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν εὖ ἔχει [1] μὴ ὀλίγον· ὀρθῶς μέντοι γε μεταβιβαστέη καὶ βεβαίως ἡ μεταβολὴ, καὶ ἔκ γε τῆς μεταβολῆς ἡ πρόσαρσις τῶν γευμάτων ἔτι μᾶλλον. Μάλιστα μὲν οὖν βλάπτοιντο ἄν, εἰ μὴ ὀρθῶς μεταβάλλοιεν, οἱ ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεόμενοι· βλάπτοιντο δ' ἂν καὶ οἱ μούνῳ τῷ χυλῷ χρεόμενοι, βλάπτοιντο δ' ἂν καὶ οἱ μούνῳ τῷ ποτῷ χρεόμενοι, ἥκιστα δ' ἂν οὗτοι.

27. Atqui mutatio non parva bene sane habet, recte tamen ipsa et tuto transferenda venit. Quin et ciborum exhibitio mutationis congruam rationem etiam magis requirit. Plurimum igitur laedentur, nisi recte mutatio fiat, qui tota ptisana utentur. Laedentur etiam qui solo succo utentur et qui solo potu, quamquam hi minime.

κη'. Χρὴ δὲ καὶ τὰ μαθήματα ποιέεσθαι ἐν τῇ διαίτῃ τῶν ἀνθρώπων ἔτι ὑγιαινόντων, οἷα ξυμφέρει· εἰ γὰρ δὴ τοῖσί γε ὑγιαίνουσι φαίνεται [2] διαφέροντα μέγα τὰ τοῖα, ἢ τοῖα διαιτήματα, καὶ ἐν ἄλλῳ τινί που, καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσι, πῶς οὐχὶ καὶ ἔν γε

28. Oportet autem et ex hominum adhuc sanorum victus ratione quaenam conferant addiscere. Etenim si sane in bene valentibus cibi inter se plurimum differre videntur, cum in aliis quibusdam, tum in mutationibus, an non in morbis multum maximeque in acutissimis

[1] δὲ καὶ τοὺς l. — [2] ἢν μὴ δ. — [3] διαφέροντα μεγάλα et paulo post διαφέρει μεγάλα et μέγιστα codd.

φλεβοτομίας ἐστὶν, εἴτε κλύσματος, ἢ βαλάνου χρῆσις, ἐκεῖνο πράττειν κελεύει πρότερον.

26. βούλονται γὰρ ἅπαντες ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους κ. τ. λ.] — Ad προταριχεύειν cf. Oecon. Foësii in hac voce et in τάριχος. Ad rem ipsam quod attinet, vid. Celsus III. 4., ubi de febrium curatione: „Optimum vero, inquit, medicamentum est opportune cibus datus, qui quando primum dari debeat, quaeritur. Plerique ex antiquis tarde dabant, saepe quinto die, saepe sexto: et id fortasse vel in Asia, vel in Aegypto coeli ratio patitur. Asclepiades, ubi aegrum triduo fatigaverat, quarto die cibo destinabat. (Cf. quae de Thessalo tradit Gal. Meth. med. IV. p. 76. Ed. Bas.) At Themison nuper non quando coepisset febris, sed quando desisset, aut certe levata esset considerabat: et ab illo tempore exspectato die tertio, si non accesserat febris, statim: si accesserat, ubi ea vel desierat, vel, si assidue inhaerebat, certe si se inclinaverat, cibum dabat. Nihil autem horum utique perpetuum est." cet. Cf. Gal. Meth. med. VIII. p. 122. seqq.

27. τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν εὖ ἔχει μὴ ὀλίγον.] Structura haec est τὸ δὲ μὴ ὀλίγον μεταβάλλειν εὖ μὲν ἔχει. Foës. et Littr. interpretando iungunt μὴ ὀλίγον εὖ ἔχει, secus ac fieri debet: nam primo illud μὴ ὀλίγον μεταβάλλειν respondet superiori μέγα τι κάρτα καὶ ἀντιμεταβάλλειν, tum vero si, quemadmodum illi velint, iungendum esset, scribere oporteret οὐκ ὀλίγον εὖ ἔχει. — Recte Corn.: „verum quidem mutare non parum bene habet."

ὀρθῶς μέντοι γε μεταβιβαστέη καὶ βεβαίως ἡ μεταβολή.] Vulgo ὀρθῶς μέντοι γε μεταβιβαστέη καὶ ἡ μεταβολή. Membr. vetustiss. ὀρθῶς μέντοι ποιητέα καὶ βεβαίως ἡ μεταβολή. Quibus lectt. inter se collatis patet e vulgata βεβαίως excidisse: optime enim iunguntur βεβαίως μεταβιβάζειν, sicuti εὐφόρως φέρειν, cet. Ad μέντοι γε cf. supra verba τομῇ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως κ. τ. λ. § 57. ἀσθενέστερον μέντοι γε τοῦ ὠμοῦ. § 29. καί τοί γε πολλοί εἰσι, οἵ. κ. τ. λ.

εἰ μὴ ὀρθῶς μεταβάλλοιεν.] Doctiss. Cats Bussemaker in censnra superioris Editionis meae voluit μεταβάλλοιεν h. l. e libris duobus Parr. Nihil muto, quum in seq. §. ἢ εἴ τις ἐξαπίνης μέγα μεταβάλλοι legatur, ubi eodem iure aor. requisiveris, sed omnes tamen libri praesens servant.

28. χρὴ δὲ καὶ τὰ μαθήματα ποιέεσθαι ἐν τῇ διαίτῃ τῶν ἀνθρώπων ἔτι ὑγιαινόντων οἷα ξυμφέρει.] — Iungenda sunt τὰ μαθήματα ποιέεσθαι οἷα ξυμφέρει, i. e. μανθάνειν οἷα ξυμφέρει: de quo usu Matth. Gr. Gr. § 421. Similiter infra loco de balneo: τὰς ἐπαντλήσιας ταχείας ποιέεσθαι: lib.

©BIUM

τῇσι νούσοισι διαφέρει μέγα, καὶ τούτων ἐν τῇσι ὀξυτάτῃσι [1] μέγιστον; Ἀλλὰ μὴν εὐκαταμάθητόν γε ἐστὶ, ὅτι φαύλη δίαιτα βρώσιος καὶ πόσιος αὐτὴ ἑωυτῇ ἐμφερὴς αἰεὶ, ἀσφαλεστέρη ἐστὶ τὸ ἐπίπαν ἐς ὑγίειαν, ἢ εἴ τις ἐξαπίνης μέγα μεταβάλλοι ἐς ἄλλο κρέσσον. Ἐπεὶ καὶ τοῖσι δὶς σιτεομένοισι τῆς ἡμέρης καὶ τοῖσι μονοσιτέουσι αἱ ἐξαπιναῖοι μεταβολαὶ βλάβας καὶ ἀρρωστίην παρέχουσι. Καὶ τοὺς μέν γε μὴ μεμαθηκότας [2] ἂν ἀριστᾶν, ἢν ἀριστήσωσι, εὐθέως ἀρρώστους [3] ποιέει καὶ βαρέας ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ἀσθενέας καὶ ὀκνηρούς· ἢν δὲ καὶ ἐπιδειπνήσωσι, [4] ὀξυρεγμιώδεας. Ἐνίοισι δὲ καὶ σπατίλη γένοιτο ἄν, ὁκόταν παρὰ τὸ ἔθος ἀχθοφορήσῃ ἡ κοιλίη εἰθισμένη ἐπιξηραίνεσθαι, καὶ [5] μὴ δὶς διογκοῦσθαι, μηδὲ δὶς ἕψειν τὰ σιτία.

κθ'. Ἀρήγει οὖν τούτοισι ἀνασηκῶσαι τὴν μεταβολήν· ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ, ὥσπερ νύκτα [6] ἂν ἀγαγόντα μετὰ τὸ δεῖπνον, τοῦ μὲν χειμῶνος ἀρριγέως, τοῦ δὲ θέρεος ἀθαλπέως· ἢν δὲ καθεύδειν μὴ δύνηται, βραδεῖαν, συχνὴν περίοδον πλανηθέντα, μὴ στασίμως, δειπνῆσαι μηδὲν, ἢ ὀλίγα καὶ μὴ βλαβερά· ἔτι δὲ ἔλασσον πιεῖν ἄκρητον καὶ μὴ ὑδαρές.

different? Atqui quod vitiosa victus ratio tum in potu, tum in cibo sui semper similis ad sanitatem omnino sit tutior, quam si quis subito ad aliam meliorem magnam mutationem faciat, cognitu sane est facile. Quandoquidem tum eos, qui bis die, tum eos qui semel cibum sumere consueverunt, repentinae mutationes laedunt et imbecillos reddunt et qui quidem prandere non consueti prandeant, confestim aegre habent et toto corpore graves, debiles et pigri efficiuntur; quod si praeterea coenaverint, acidum eructant; quibusdam etiam alvus liquida contingit, quando praeter consuetudinem pondere gravatur ventriculus, resiccari assuetus, non bis intumescere, neque bis cibos coquere.

29. His igitur convenit mutationem rependere. Dormire si quidem oportet tanquam noctem a coena agentes, hieme certe sine frigore, aestate vero citra calorem. Quod si dormire nequeant, ubi multos lenta deambulatione circuitus confecerint, neque stent, nihilque aut pauca et innoxia coenent, praetereaque meri minus, neque aquosum bibant. Is praeterea magis

[1] μάλιστα. — [2] ἂν abest. — [3] ποιέειν. — [4] ὀξυρεγμέας. — [5] μὴ διογκοῦσθαι ἐκ δευτέρου. — [6] ἂν abest.

de cap. vuln. vs. ult. τὴν διάγνωσιν ποιέεσθαι: p. 902. vs. 3. τὴν ἐρώτησιν ποιέεσθαι. In iure iurando μαθήσιος μετάδοσιν ποιέεσθαι.

ἢ εἴ τις ἐξαπίνης μέγα μεταβάλλοι.] Cum antea hunc librum ederem, μέγα cum Cod. Med. et Lind. omisi, post ἐξαπίνης redundare ratus et e praepositione μετά ortum esse credens. Parum recte: cf. § 26. sub finem et § 27. τὸ δὲ μεταβάλλειν .., μὴ ὀλίγον. cett. — Parum recte, puto etiam, Littréus κρέσσον omisit vetustissimi libri auctoritate: omnis enim sententiae vis in antithesi vocum φαύλη δίαιτα et ἄλλο κρέσσον est posita. Qua de re aliter sentire Thierfelderum l. l. miror. Etiam in Marciano 269. ἐς ἄλλο κρέσσον.

ὁκόταν παρὰ τὸ ἔθος ἀχθοφορήσῃ ἡ κοιλίη.] Cod. vetustiss. ὅτι παρὰ τὸ ἔθος (mutatum in ἑωθός et εἰωθός) ἠχθοφόρηκεν ἡ κοιλίη. — Itaque hac lect. ratio redditur, quare fiat σπατίλη. Rem tamen accuratius perpendentes, hoc minus congruum iudicavimus, quin etiam dubii haesimus, num forte ὅτι ex ὅτε originem duxisset; nempe facile ferrem, ὅτε παρὰ τὸ ἔθος ἠχθοφόρηκε ἡ κοιλίη. In ἕψειν pro vulg. ἑψεῖν scribendo secutus sum Dindorfium in comm. de Dial. Herodoti. Monuit de eadem re Thierf. l. l.

29. Ἀρήγει οὖν τούτοισι κ. τ. λ.] — Verum est quod de hac §. monet Gal.: οὐκ ἦν ἀναγκαῖον εἰρῆσθαι νῦν ταῦτα, προὔκειτο γὰρ αὐτῷ διδάξαι τὰς ἐξαπιναίας μεταβολὰς τῶν ἐδῶν βλάπτειν ἡμᾶς, οὐχ ὅπως χρὴ τὰς τοιαύτας βλάβας ἐκθεραπεύειν. Aegre tamen talia in hoc auctore desiderarem, faciunt mirum quantum ad orationis simplicitatem et ingenii abundantiam significandam: ex his enim eiusmodi digressio explicanda, quae non ita protrahitur, ut caput rei negligatur.

ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ, ὥσπερ νύκτα ἂν ἀγαγόντα μετὰ τὸ δεῖπνον.] Galeni comm. ad h. l. omnino legendus: describo pauca haec, quibus quomodo locus intelligendus sit, recte docere mihi visus est: ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ, ὥσπερ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐκοιμᾶτο πρόσθεν, οὕτω νῦν μετὰ τὸ ἄριστον, ὥσπερ νύκτα ἀγαγόντα.

βραδεῖαν συχνὴν περίοδον πλανηθέντα μὴ στασίμως δειπνῆσαι μηδὲν, ἢ κ. τ. λ.] Illud μὴ στασίμους, quod antea edebatur, Aem. Portus interpretatur: „vel στασίμους, subaudi τόπους vel περιόδους." Frustra. Recte reiecit Littréus. Erotianus: συχνόν. Βακχεῖος ἐν γ' Φησὶ πολὺ, οὐκ ὀλίγας, ἔστι γὰρ τὸ συνεχές. cf. Hesych. in συχνά. et συχνῆς. Itaque πλανᾶσθαι συχνὴν περίοδον μὴ στασίμως est *continuo deambulari, neque inter eundum gressum sistere.*

ἄκρητον καὶ μὴ ὑδαρές.] Libri dant ἀκρατὲς καὶ μὴ ὑδαιὲς: nempe ἀκρατές ex ἄκρατον ortum est confusis terminationibus utriusque adiectivi: requiro tamen Ionicum ἄκρητον, quod exhibeo. Simile vitium iam aliis in libris sustuli; fugerat me in priore Editione. — Ἄκρητον ceterum profecto retinendum, nam etiamsi Gal. non legerit, quae causa est, cur tanquam glossema reiiciat Littréus, refert pleonasmum haec dictio nostro familiarem, quo primum res ipsa significatur,

©BIUM

Ἔτι [1] δὲ μᾶλλον ἂν πονήσειε ὁ τοιοῦτος, εἰ τρὶς σιτέοιτο τῆς ἡμέρης ἐς κόρον· ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ πλεονάκις, καίτοί γε πολλοί εἰσι, οἳ εὐφόρως φέρουσι τρὶς σιτεόμενοι τῆς ἡμέρης ἐς πλῆθος, οἳ ἂν οὕτως ἐθισθῶσι.

λ'. Ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ μεμαθηκότες δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, ἢν μὴ ἀριστήσωσι, ἀσθενέες καὶ ἄρρωστοί εἰσι, καὶ δειλοὶ ἐς πᾶν ἔργον, καὶ καρδιαλγέες· [2] κρέμασθαι γὰρ δοκέει τὰ σπλάγχνα αὐτοῖσι, καὶ οὐρέουσι θερμὸν καὶ χλωρὸν, καὶ ἡ ἄφοδος ξυγκαίεται· ἔστι δὲ οἷσι καὶ τὸ στόμα πικραίνεται καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται, καὶ οἱ κρόταφοι πάλλονται καὶ τὰ ἄκρα διαψύχονται, καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν ἀνηριστηκότων οὐ δύνανται κατεσθίειν τὸ δεῖπνον, δειπνήσαντες δὲ βαρύνουσι τὴν κοιλίην καὶ δυσκοιτέουσι πουλὺ μᾶλλον ἢ εἰ [3] καὶ προηριστήκεσαν.

λα'. [4] Ὁκόταν οὖν ταῦτα τοιαῦτα γίγνηται τοῖσι ὑγιαίνουσι [5] εἵνεκεν ἡμίσεος ἡμέρης διαίτης μεταβολῆς παρὰ τὸ ἔθος, οὔτε προσθεῖναι λυσιτελέειν φαίνεται, οὔτε ἀφελέειν.

λβ'. Εἰ τοίνυν οὗτος ὁ παρὰ τὸ ἔθος μονοσιτήσας, ὅλην τὴν ἡμέρην κενεαγγήσας

etiam afficietur, si ter die ad satietatem cibum capiat, ac multo magis si saepius. Quamquam multi sunt, qui ter die copiosum cibum facile ferunt, quod ita assueti sint.

30. Quin etiam qui bis die cibum sumere consueverunt, nisi pransi fuerint, debiles et infirmi sunt et ad quodvis opus timidi et oris ventriculi dolore vexantur. Iis enim suspensa esse viscera videntur, calidam et cum virore pallidam urinam reddunt et stercus exuritur, nonnullis quoque os amarescit, oculi cavantur, tempora pulsant et extrema perfrigerantur. Ac plurimi quidem non pransi coenare nequeunt, qui, si coenaverint, ventriculum gravant et difficilius multo decumbunt quam si etiam pransi fuissent.

31. Cum igitur talia sanis contingant ob dimidiatae diei victus a consuetudine mutationem, neque apponere quicquam neque detrahere utile esse videtur.

32. Qui ergo praeter consuetudinem semel cibum capiens, ubi tota die illa exinanitis vasis

[1] δ' ἂν μ. π. — [2] κρεμάσθαι. — [3] καί abest. — [4] ὁκόταν γοῦν — γίνηται. — [5] ἕνεκεν.

dein superadditur vocabulum contrarium indicans cum negatione. § 5. σποράδες νοῦσοι καὶ μὴ παραπλήσιοι. § 55. πολλὰ ἂν εὐτυχοίης καὶ οὐκ ἂν πολλὰ ἀτυχοίης. Lib. de Aëre aq. l. p. 264. ὅτι διαλλάσσει καὶ μηδὲν ἔοικε ἀλλήλοισι. § 12. διὰ μακροῦ ἀγομένοισι καὶ μὴ ἐκ βραχέος. Alia ratio est dictionis, in qua praecedente negatione per antithesin ἀλλά infertur, ita ut maior vis sit in altero membro: v. c. de Aëre aq. l. initio: οὐ γὰρ ἐοίκασι οὐδὲν, ἀλλὰ πουλὺ διαφέρουσι. p. 14. οὐκ ἐλάχιστον μέρος συμβάλλεται .... ἀλλὰ πάνυ πλεῖστον.

30. ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ μεμαθηκότες.] Abunde hoc μανθάνειν s. potius μεμαθηκέναι exponit Foës. in Oecon. Citantur haec verba a Gal. de Meth. med. VIII. p. 120. Ed. Bas. Cf. Steph. Athen. ad Aph. 3. I. p. 255. Ed. Dietz.

κρέμασθαι γὰρ δοκέει τὰ σπλάγχνα αὐτοῖσι.] Hunc locum adfert Gal. in comm. ad lib. de Hum. p. 314. — κρέμασθαι scribendum cum cod. Par. 2146, non κρεμᾶσθαι, quod edi solet. — Cf. Buttm. II. p. 224.

ἡ ἄφοδος ξυγκαίεται.] — Ἄφοδος, τουτέστι τὸ ἀποπάτημα Gal. in comm.; ἀπόπατοι exponit. Erot.: cf. Oecon. Hipp., Hesych. in voce cum interprett., Etym. m. ἄφοδος ὁ ἀπόπατος οἱονεὶ ἔξω τῆς ὁδου γενόμενος· πάτος γὰρ ἡ ὁδος. Ad ξυγκαίεται cf. aegr. 4. Epid. I. κοιλίη ξυνεκαύθη. De Aëre aq. locis p. 536. Kühn. ὁκόσων μὲν αἱ κοιλίαι σκληραί εἰσι καὶ ξυγκαίειν ἀγαθαὶ εἶναι. — Ibid. p. 541. de vesicae ostio: τὸ οὖρον οὐκ ἀφίησι, ἀλλ' ἐν ἑωυτῷ ξυνέψει καὶ ξυγκαίει.

ἔστι δ' οἷσι καὶ τὸ στόμα πικραίνεται.] Similiter στόμα ἐκπικρούμενον Aph. 17. IV. Conf. Gal. de V. S. adv. Erasistrateos. vol. XI. p. 157. Kühnio: ἵνα τἄλλα, ὅσα ταῖς μακραῖς ἀσιτίαις ἐξ ἀνάγκης ἕπεται, κακὰ παραλείπω, τήν τε δύναμιν κάμνουσαν καὶ τοὺς χυμοὺς ἐπὶ τὸ χολῶδες καὶ πικρὸν τρεπομένους, καὶ καρδιωγμοὺς πολλοὺς, καὶ ἄσην, καὶ διαχώρημα ἰσχόμενον, καὶ πανθ' ἁπλῶς τὰ περιττώματα ἀριμύτερα γιγνόμενα.

31. ταῦτα τοιαῦτα.] — τά pro ταῦτα praebent cod. unus et Gal. περὶ ἐθῶν Ed. Dietz. p. 111. et idem comm. ad lib. de Humorr. p. 314. Contulisse iuvabit lib. de fractis p. 436. Littréo: καὶ ἢν ᾖ ταῦτα τοιαῦτα. lib. de Articulis p. 224. ταῦτα δὲ τοιαῦτα γίνεται. — Lib. de Medico p. 64. Ed. Kühn. αὗται μὲν οὖν ξυμφοραὶ τοιαῦται σαρκὸς εἰσιν. — In Attico τοιαῦτα ἄττα pro τοιαῦτά τινα itidem cum pronomine coniungitur τοιοῦτος.

32. εἰ τοίνυν κ. τ. λ.] In his τήν ante ἡμέρην ex optimo cod. et Gal. recepi: intelligo enim ταύτην τὴν ἡμέρην, diem illum quo non pransus sit. Ad eundem diem referendum εἰ τότε ἀνάριστος ἐὼν, et δειπνήσας δὲ τότε βαρὺς ἦν: cod. antiquissimus ὅτε priore illo loco pro τότε, quod non praefero, ubi τήν infertur ante ἡμέρην. Quod si abesset, ferrem hanc loci scripturam: εἰ τοίνυν οὗτος ὁ παρὰ τὸ ἔθος μονοσιτήσας ὅλην ἡμέρην κενεαγγήσας δειπνήσειε ὁκόσον εἴθιστο, εἰκὸς αὐτὸν εἰ ὅτε ἀνάριστος ἐὼν ἐπόνεε καὶ ἠρρώ-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 445 sur 880

©BIUM

δειπνήσειε ὁκόσον εἴθιστο, εἰκὸς αὐτὸν, εἰ [1] ὅτε ἀνάριστος ἐὼν ἐπόνεε καὶ ἠρρώστει, δειπνήσας δὲ τότε βαρὺς ἦν, πουλὺ μᾶλλον βαρύνεσθαι. Εἰ δέ γε ἔτι πλείω χρόνον κενεαγγήσας ἐξαπίνης μεταδειπνήσειε, ἔτι μᾶλλον ἂν βαρύνοιτο.

λγ'. Τὸν [2] μὲν οὖν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγήσαντα ξυμφέρει ταύτην τὴν ἡμέρην ἀντισηκῶσαι ὧδε· ἀρριγέως καὶ ἀθαλπέως καὶ ἀταλαιπώρως· ταῦτα γὰρ πάντα βαρέως ἂν ἐνέγκοι· [3] τὸ δὲ δεῖπνον συχνῷ ἔλασσον ποιήσασθαι ἢ ὅσον εἴθιστο, καὶ μὴ ξηρὸν, ἀλλὰ τοῦ πλαδαρωτέρου τρόπου· [4] καὶ πιεῖν μὴ ὑδαρὲς, μήδ' ἔλασσον ἢ κατὰ λόγον τοῦ βρώματος· καὶ τῇ ὑστεραίῃ ὀλίγα ἀριστῆσαι, ὡς ἐκ προσαγωγῆς ἀφίκηται ἐς τὸ ἔθος.

λδ'. Αὐτοὶ μέντοι σφῶν αὐτῶν δυσφορώτερον δὴ τὰ τοιαῦτα φέρουσι οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω· τὴν δέ γε ἀσιτίην τὴν παρὰ τὸ ἔθος οἱ φλεγματίαι τὰ ἄνω εὐφορώτερον φέρουσι τὸ ἐπίπαν, ὥστε καὶ τὴν μονοσιτίην τὴν παρὰ τὸ ἔθος εὐφορώτερον ἂν οὗτοι ἐνέγκοιεν.

λε'. Ἱκανὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο σημήϊον, ὅτι αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας ξυμβαινόντων

pro consuetudine coenaverit, hunc par est, si cum impransus fuit doluit et debilis fuit, et cum coenavit gravis fuit, multo magis gravari. Quodsi longiore etiam tempore exinanitis vasis repente coenaverit, adhuc utique magis gravabitur.

33. Qui igitur praeter consuetudinem exinanitus fuerit, eum hunc diem sic rependere convenit, ut in primis vitet frigus, calorem et laborem, cum haec omnia graviter ferat et coenam longe solito minorem capiat, eamque non siccam, sed quodammodo humentiorem. Tum minime aquosum bibat, neque minus quam pro cibi ratione, posteroque die parum prandeat, quo sensim accessione facta ad consuetudinem redeat.

34. Ista tamen eorum quidam molestius ferunt, nempe qui supernis partibus copiosam amaram bilem coacervant. Non consuetam autem cibi abstinentiam facilius in totum ferunt qui partibus superioribus pituitosi sunt. Quo fit ut, si semel tantum cibum praeter consuetudinem capiant, facilius ferre possint.

35. Istud igitur evidenti est argumento, quod eorum quae circa naturam atque habitum nostrum contingunt, maximae mutationes morbos

[1] ὅτε. — [2] γοῦν. — [3] καὶ τὸ δ. — [4] καὶ μετὰ ταῦτα π.

στει, δειπνήσας δὲ τότε βαρὺς ἦν, πουλὺ μᾶλλον βαρύνεσθαι. Nec tamen causam video, cur alterutram scripturam praeferam: sensus eodem fere redit et oratio bene procedit, adeo ut certe frustra hic multa innovaverit Littréus. — Supra § 30 in fine de hisce praeter consuetudinem non pransis dixit: καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν ἀνηριστηκότων οὐ δύνανται κατεσθίειν τὸ δεῖπνον· δειπνήσαντες δὲ βαρύνουσι τὴν κοιλίην. Itaque ponit hos solito minus copiose coenare, qua quidem coena, parciore licet, tamen ventriculum gravant. Iam vero hac § duos proponit casus, alterum quo integrum diem abstinuerit quis a cibo, quo facto quantitatem ciborum coenae tempore sumat solita non minorem, sed huic parem, qua sumta εἰκός esse dicit αὐτὸν πουλὺ μᾶλλον βαρύνεσθαι, — alterum, quo non diem unum sed plures quis a cibis abstinuerit et dein coenaverit; quo facto affirmat, hunc magis etiam quam superiorem utrumque cibis gravatum iri. — Itaque iam accipio locum consentienter cum doctiss. Cats Bussem. in diario de Gids l. l. p. 380. Moneo, quia primum ei non obsequendum putavi. Neque vero nunc etiam fidem adhibeo iis, quae de diei computatione in censura l. disputavit. Sub finem §. iam εἰ δέ γε ἔτι πλείω χρόνον recepi pro ἐπί e Gal., libris paucioribus Parr., et Marc. 269. cum Vassaeo.

23. τὸν μὲν οὖν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγήσαντα.] Vulg. τὸν γοῦν, Littr. τὸν οὖν e libb. 4. quam lect. etiam Marc. 269. praebet.. Quod ego exhibeo apud Gal. legitur et in uno cod. Par. et a Vassaeo receptum est. Nisi hoc velis, vulgatum γοῦν servare possis, quod tamen prae μὲν οὖν non praestat me iudice. Thierfelder de μέν in censura „es könnte semen Gegensatz blos in τὸ δὲ δεῖπνον finden." Imo vero id neutiquam potest, sed per se hic ponitur μέν, nec habet quod sibi respondeat, neque vero opus est.

ταῦτα γὰρ πάντα βαρέως ἂν ἐνέγκοι.] Nimirum ex adverbiis praegressis ἀρριγέως καὶ ἀθαλπέως καὶ ἀταλαιπώρως intelligi debent nomina ῥῖγος, θάλψις, ταλαιπωρίη, ac de his quidem dicit ταῦτα γὰρ πάντα βαρέως ἂν ἐνέγκοι.

34. οἱ πικρόχολοι.] Vid. Erot. p. 282., cuius locum emendatum describo: οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω·] ἀντὶ τοῦ οἱ κεχόλωται· οἱ γὰρ τὸ χολῶδες ἔχοντες παρακείμενον, διὰ τοῦτο ὀξεῖς καὶ εὐκίνητοι βλάπτονται ὑπὸ τῆς ἀσιτίας τὸν στόμαχον.

τὴν δέ γε ἀσιτίην — οὗτοι ἂν ἐνέγκοιεν.] Notatu digna sunt Galeni verba in comm., quibus de varr. huius loci lectt. monet; quem vero describere supersedeo. Ad res ipsas quod attinet, tum ad hunc locum, tum ad monitum de πικροχόλοις conferendus Aph. 59. VII. τοῖσι σώμασι, τοῖσι ὑγιέσι τὰς σάρκας ἔχουσι δεῖ λιμὸν ἐμποιέειν· λιμὸς γὰρ ξηραίνει τὰ σώματα.

©BIUM

μάλιστα νοσοποιέουσι. [1]Οὐδὲ δὴ οἷόν τε παρὰ καιρὸν οὔτε [2]σφοδρὰς τὰς κενεαγγείας ποιέειν, οὔτε ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων καὶ ἐν φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν· οὔτε ἐξαπίνης οἷόν τε ὅλῳ τῷ πρήγματι μεταβάλλειν οὔτε ἐπὶ τὰ, οὔτε ἐπὶ τά.

λς'. Πολλὰ δ' ἄν τις ἡδελφισμένα τούτοισι τῶν ἐς κοιλίην καὶ ἄλλα εἴποι, ὡς εὐφόρως μὲν φέρουσι τὰ βρώματα, ἃ [3]εἰθίδαται, ἢν καὶ μὴ ἀγαθὰ ᾖ φύσι· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ποτά· δυσφόρως δὲ φέρουσι τὰ βρώματα, ἃ μὴ [3]εἰθίδαται, [4]κἢν μὴ κακὰ ᾖ, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ποτά.

λζ'. Καὶ ὁκόσα μὲν κρεηφαγίη πολλὴ παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα ποιέει, ἢ σκόροδα, ἢ σίλφιον, ἢ ὀπὸς ἢ καυλὸς, ἢ ἄλλα ὁκόσα τοιουτότροπα μεγάλας δυνάμιας ἰδίας ἔχοντα, ἧσσον ἄν τις θαυμάσειε, εἰ τὰ τοιαῦτα πόνους ἐμποιέει τῇσι κοιλίῃσι μᾶλλον τῶν ἄλλων· ἀλλ' εἰ καταμάθοις, ὁκόσον [5]μᾶζα ὄχλον καὶ ὄγκον καὶ φῦσαν καὶ στρόφον τῇ potissimum pariunt. Neque intempestivas neque vehementissimas vasorum inanitiones moliri fas est, neque cum morbi vigent et in inflammatione consistunt, cibum offerre neque repente quicquam in hanc vel illam partem, in toto negotio commutare.

36. Multa vero alia etiam eorum, quae circa ventrem contingunt, his cognata referre quis possit, veluti quod cibos quidem leviter ferunt, quibus assueverunt, etiamsi natura boni non sint, similiter et potus. Moleste autem ferunt cibos, quibus minime sunt assueti, quamvis boni sint, eodemque modo potiones.

37. Et quaecumque quidem multus praeterconsuetudinem carnis esus facit, vel allium, vel laser, sive succus eius sive caulis, aliaque id genus peculiaribus quibusdam insignibus viribus praedita, minus utique quis miretur, si quae sunt huiusmodi dolores ventriculis magis quam alia adducant. Verum magis fortasse miraberis, si noveris quantam maza turbationem et

[1] οὐ δὴ οἷόν τε. — [2] σφοδροτάτας κ. — [3] εἰθισμένοι εἰσι. — [4] ἢν καὶ καλὰ ᾖ. — [5] μάζα τε ὄχλον.

35. οὐδὲ δὴ οἷόν τε παρὰ καιρὸν οὔτε σφοδρὰς τὰς κενεαγγείας ποιέειν.] — Mss. ferunt: οὐ δή et οὐδέ, cett. lectt. corruptae sunt. In lib. Galeni spurio de victus rat. in morbis acutis sec. Hipp., Kühn. XIX. p. 193. et 195. citatur οὐδὲ δὴ οἷόν τε κ. τ. λ., quam veram esse puto lectionem, adeo ut cum Mackio illam recipiam. Galenus haec verba transposita et ante ἱκανὸν μὲν οὖν — νοσοποιέουσι inserta cupiens errat: nam eo, quo nunc leguntur, loco scripta recte ἀνακεφαλαίωσιν exhibent eorum, quae singulatim tradidit a § inde 28., quaeque his verbis indicat signo esse, quam nocivae sint in sanis magnae subitoque factae victus rationis mutationes. Iam vero statim ad aegros transiens subiungit οὐδὲ δὴ οἷόν τε — οὔτε ἐπὶ τά, quod veluti corollarium est e superioribus deductum.

36. πολλὰ δ' ἄν τις ἡδελφισμένα.] Cf. § 25. mihi Epid. I. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα σημεῖα τούτοισί ἐστι ἡδελφισμένα κ. τ. λ.

εἰθίδαται.] Vulgo εἰθισμένοι εἰσί. Ionismum dat liber vetustissimus. Lege quae de his habet Dindorf. de Dial. Herodoti comm. p. 26. seq. — ἀγωνίδαται, quod ibi adfertur cum εἰθίδαται satis convenit.

37. κρεηφαγίη.] κρεηφαγίη Ionicum est pro κρεωφαγία. Advertit pleonasmus κρεηφαγίη — βρωθεῖσα.

ἢ σκόροδα, ἢ σίλφιον, ἢ ὀπὸς ἢ καυλός.] De allio vid. Diosc. II. 181., Spreng. in comm. p. 474. — Gal. (de Alim. fac. II. 43.) porrum et allium potius opsonium quam cibum hominibus esse monet; cf. ibid. 71. in fine libri. Celsus II. 8. valentiores vocat bulbos omnes, ad quos cepam quoque refert et allium. Cf. Plin. Hist. nat. XIX. 34. Ad seqq. videndus Gal. in exegesi: ὀπός, inquit, ὁ τοῦ σιλφίου κατ' ἐξοχὴν, ὥσπερ καὶ καυλός. καλεῖ δὲ σίλφιον καὶ τὴν ῥίζαν μόνην. Idem ibid.: καυλός· ἡ μὲν ῥίζα τῆς πόας σίλφιον ἰδίως ὀνομάζεται, καυλὸς δὲ καὶ ὁ ὀπὸς, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων· γράφει γοῦν αὐτὸς ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, ἢ σίλφιον, ἢ ὁ ὀπὸς, ἢ καυλός. Cf. Salm. ad Solin. p. 249. — In comm. Galenus alio modo accepit cum scribit: μέμνηται .... καὶ σιλφίου καὶ ὀποῦ καὶ καυλοῦ, δηλονότι τοῦ σιλφίου. καὶ γὰρ ὅλον τὸ σίλφιον ἰσχυρὰν ἔχει δύναμιν καὶ κατὰ μέρος ὁ ὀπὸς αὐτοῦ καὶ ὁ καυλός. — Mihi h. l. verba ἢ ὀπὸς ἢ καυλὸς per appositionem cum praegresso ἢ σίλφιον componi videntur, ita ut ἢ σίλφιον, — ἢ ὀπὸς ἢ καυλός, fere significet ἢ σιλφίου ὀπὸς. ἢ καυλός. — De silphio ceterum docte disserentem et copiose adi Sprengelium comm. ad Diosc. p. 527. vid. etiam Oecon. Hipp. in voce.

ἀλλ' εἰ καταμάθοις, ὁκόσον μᾶζα ὄχλον.] Ante omnia opus est, ut de loci nostri structura moneamus, quam plures non recte perspexisse animadverti. Incipiendum a § principio usque ad μᾶλλον τῶν ἄλλων: in quibus duae sententiae veluti concreverunt, altera: καὶ ὁκόσα μὲν κρεηφαγίη πολλὴ παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα ποιέει, ἢ σκόροδα, ἢ σίλφιον, ἢ ὀπὸς ἢ καυλὸς, ἢ ἄλλα, ὁκόσα τοιουτότροπα μεγάλας δυνάμιας ἔχοντα ἰδίας, ἧσσον ἄν τις θαυμάσειε, de qua tenendum est principium ita inferri, quasi ad praecedens πολλὰ δ' ἄν τις .... ἄλλα εἴποι (§ 36.) referatur: altera vero sententia est: ἧσσον ἄν τις θαυμάσειεν, εἰ τὰ τοιαῦτα πόνους ἐμποιέει τῇσι κοιλίῃσι μᾶλλον τῶν ἄλλων. — Iam vero nostris his: ἀλλ' εἰ καταμάθοις .... καὶ καρηβαρίην καὶ δίψαν, nova incipit periodus, cuius apodosis, πουλὺ μᾶλλον ἂν θαυμάσειας, deficit, cum reticetur. Recte eam supplevit Corn.: „at iusta fuerit admiratio si diceris, cet." Parum apte Foës.: „minus fortasse miraberis." Vide de eiusmodi aposiopesi Homero frequenti Iliad. I. 135. 140. ibique Clarckium. — Tandem prorsus novam orditur structuram verbis καὶ λευκός τε καὶ μέλας κ. τ. λ., quae ut magis cum superioribus co-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 447 sur 880

©BIUM

κοιλίῃ παρέχει παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα τῷ [1] ἀρτοφαγέειν εἰθισμένῳ, ἢ ὁκοῖον ἄρτος βάρος καὶ τάσιν κοιλίης τῷ μαζοφαγέειν εἰθισμένῳ· ἢ αὐτός [2] γε ὁ ἄρτος θερμὸς βρωθεὶς οἴην [3] δίψαν παρέχει καὶ ἐξαπιναίην πληθώρην διὰ τὸ ξηραντικόν τε καὶ [4] βραδύπορον· καὶ οἱ ἄγαν καθαροί [5] τε καὶ ξυγκομιστοὶ παρὰ τὸ ἔθος βρωθέντες οἷα διαφέροντα ἀλλήλων ποιεῦσι· καὶ μᾶζά [6] γε ξηρὴ παρὰ τὸ ἔθος, ἢ ὑγρὴ, ἢ γλίσχρη· καὶ τὰ ἄλφιτα οἷόν τι ποιέει [7] τὰ ποταίνια τοῖσι μὴ εἰωθόσι, καὶ

tumorem et flatum et tormina, praeter consuetudinem ingesta ventriculo exhibeat in eo qui pane vesci consuevit, vel qualem panis ipse calidus ingestus sitim inducat et repentinam repletionem, tum quod exsiccet, tum etiam quod tarde descendat. Et quam varia inter se efficiant panes purissimi et confusanei in cibo praeter consuetudinem assumpti. Itemque maza praeter morem sicca aut humida aut lenta, et quale quid efficiant polentae recentes in non assuetis, aliaeque iis, qui recentibus sunt assueti. Item-

[1] μὴ μαζοφαγέειν. — [2] τὲ ὁ ἄ. — [3] δίψην. — [4] βραδύτερον. — [5] τέ. — [6] τέ. — [7] ἤγουν τὰ πρόσφατα τὰ ποταίνια.

pularet, addidit ὡς δὴ γλυκύν τε καὶ οἰνώδεα οἶνον ἧσσον ἄν τις φαίη θαυμαστὸν εἶναι μὴ τὠυτὸ δύνασθαι: nam prorsus deflexerat ab illo ἧσσον ἄν τις θαυμάσειε, quod initio posuerat, et quorsum totus rerum nexus est referendus. Iam vero Thierfelder ad hanc § in censura: „ἢ ὁκοῖον ἄρτος — μαζοφαγέειν εἰθισμένῳ hat der Herausgeber mit Littré zwar aus Handschriften aufgenommen, aber eben so wenig wie dieser, die Aufnahme dieses Satzes durch Gründe gerechtfertigt." Imo vero de hac re monuit Littréus p. 300. —; ipse autem nexus rerum docet excidisse haec e membranis, in quibus non habentur; quare vero perierint, Littr. exposuit. Leguntur etiam in Marciano 269.

μᾶζα.] De maza pauca haec accipe: Erotianus: μᾶζα· φύραμα ἐξ ἀλφίτων γινόμενον ποτὲ μὲν μετ' ὀξυμέλιτος, ποτὲ δὲ μετ' ὀξυκράτου, ἢ ὑδρομέλιτος, ἢ μεθ' ὕδατος. ἔστι δὲ τρόφιμον. Sunt haec fere ad verbum in Etym. M. traducta et in Gudianum, sed vitiose: ex hoc autem loco facile emendabis. — Hesych. μάζα· ἄλφιτα πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ. Suidas: μᾶζα. ἄρτος, φύραμα, ἢ ὁ στριφνὸς ἄρτος. Hic igitur alia refert, modo ne res confundat: hausit sua e Schol. ad Aristoph. Pacem. 564. Schneid. in Lex.: „μάζα, oder μᾶζα, ἡ, bedeutet Gerstenbrod von verschiedener Gestalt und Zubereitung." Sprengel. Apol. Hipp. II. p. 360: „die Maza wurde aus Gerstenmehl gebacken." At vero antiqui ἄρτος κριθινός dicunt et μᾶζα, et inter utrumque distinguunt. Ipsos locos huc pertinentes describamus: Herod. I. 200., ὃς μὲν ἂν βούληται αὐτῶν ἄτε μᾶζαν μαξάμενος ἔχει· ὁ δὲ ἄρτου τρόπον ὀπτήσας. Itaque haec ita sibi opponuntur, ut de maza solummodo trita sermo sit, de pane vero tanquam tosto. Arist. Probl. XXI. 8.: Διὰ τί ἡ μὲν μάζα, ὅσῳ ἂν μᾶλλον τριφθῇ, δυσδιαχωρητοτέρα γίγνεται· ὁ δὲ ἄρτος, εὐδιαχωρητότερος; ἢ διὰ τὸ τριφθῆναι σφόδρα τὸ σταῖς μικρότερον γίνεται· τὸ δὲ γλίσχρον τοιοῦτόν ἐστιν; ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς πάντοθεν ἐξῄρηται τὸ ὑγρὸν τοῦ ἄρτου· ὥστε ψαθυρώτερον γίνεται τοῦ ὑγροῦ ἐξαιρεθέντος ὅλως, ὅσῳ ἂν μᾶλλον τριφθῇ, διὰ τὸ ἐν τῇ τρίψει μικρομερέστερον γεγονέναι· τὸ δὲ ψαθυρὸν εὐπεπτότερόν ἐστιν· ἡ δὲ μᾶζα ὅσῳ ἂν μᾶλλον τριφθῇ γλισχροτέρα γίνεται τοῦ ὑγροῦ μεμιγμένου· τὸ δὲ γλίσχρον οὐκ εὐδιαίρετον. Locus num integer sit dubito, sed panis et maza eodem omnino nomine sibi opponuntur, quo apud Herodotum factum vidimus. Verum e Xenoph. loco a Suida laudato Cyrop. VI. 2. 28. idem patet: καὶ γὰρ ὅς τις ἀλφιτοσιτεῖ ὕδατι μεμιγμένην ἀεὶ τὴν μᾶζαν ἐσθίει, καὶ ὅστις ἀρτοσιτεῖ, ὕδατι δεδευμένον τὸν ἄρτον. Itaque maza diluta idem quod ἄλφιτα, maza idem quod ἄλφιτα, quibus minus liquidi adfusum est. Gal. de alim. fac. I. 11. γίγνονται δὲ ἐξ αὐτῶν (τῶν ἀλφίτων) ὑγρῶν φυραθέντων αἱ μᾶζαι. Interpres: „ex iis humidis frixis fiunt mazae." Quasi φρυχθέντων legisset: perperam. Verum mazam non esse panem hordeaceum, ultro patet e cap. 12. ubi Gal.: εὔδηλον οὖν, inquit, ἐστὶ τῷ ταῦτ' ἐννοήσαντι, τοσοῦτον ἀπολείπεσθαι μᾶζαν εἰς τροφὴν σώματος ἄρτων κριθίνων, ὅσον οὗτοι πυρίνων; tum vero: μᾶλλον δὲ διαχωρεῖ κάτω φυραθεῖσα καὶ τριφθεῖσα μέχρι πλέονος. εἰ δὲ καὶ μέλι προσλάβοι, θᾶττον ἔτι καὶ διὰ τοῦτο παρορμήσει τὴν γαστέρα πρὸς ἔκκρισιν. Secundum Athen. antiquitus μάζα e polenta cum lacte, vel alio liquore subacta parabatur; τὴν ἐκ τῶν ἀλφίτων μάζαν vocat XIV. 663. B, — deinceps in magis πολυτελὲς ἔδεσμα abiisse monet ibid. Vid. Cats Bussem. et Daremb. ad Orib. Vol. I. p. 565.

καὶ οἱ ἄγαν καθαροί τε καὶ ξυγκομιστοί.] In hisce antea de meo γε pro τε scripsi, quum res sibi oppositas τε καί nimis arcte coniungere videretur. Omnino istae voculae h. l. saepius confunduntur: paulo ante αὐτός γε ὁ ἄρτος recte dat Gal., mox μᾶζά γε ξηρή recte cod. vetustiss.: ὑδαρής γε οἶνος habet Gal. Tandem codd. καὶ λευκός τε καὶ μέλας, ubi item de coniectura γε dederam. Non placet haec innovatio Thierfeldero in censura, cui in τε καί l. l. retinendo sum obsecutus. Gal. in gl. συγκομιστοί· ἄρτοι ὑπαρσὶ, διὰ τὸ πάντα ἅμα τὰ ἄλευρα συγκομίζεσθαι καὶ μὴ διακρίνεσθαι. In Etym. M. eadem fere leguntur, forte e Galeni glossis desumta. Vid. in voce συγκομιστοί.

ἄλφιτα .... ποταίνια]. Gal. in comm. τὰ δὲ πρόσφατα ποταίνια κέκληκε τῇ τῶν Ἰώνων φωνῇ καὶ τῇ τῶν παλαιοτέρων. Erot. e Bacchio eodem modo exponit, (p. 310.), Gal. etiam in Gl. (p. 548.), cf. Hesych., Greg. Cor. de dial. Ion. § 170. — Quid vero ἄλφιτα ista ποταίνια re ipsa sunt? — Plin. XVIII. 14.: „pluribus, inquit, fit haec (polenta) modis. Graeci perfusum aqua hordeum siccant nocte una, ac postridie frigunt, deinde molis frangunt. Sunt qui vehementius tostum rursus exigua aqua aspergant et siccent prius, quam molant. Alii vero virentibus spicis decussum hordeum recens purgant, madidumque in pila tundunt et purgatum molunt." Postrema ergo referenda videntur ad τὰ ἄλφιτα τὰ προκώνια, quae quid sint, duplici modo explicatur. Gal. in voce προκώνια: — τὰ ἐκ τῶν νέων, inquit, κριθῶν ἄλφιτα. τινὲς δὲ τὰ ἐκ τῶν ἀφρύκτων μόνα. Cf. eundem in voce ἄλφιτα προκώνια, quod exponit: τὰ πρὸ τῆς κώνου στάσεως, τουτέστι τὰ ἐκ τῶν νέων ἔτι καὶ ἁπαλῶν κριθῶν. κῶνος γάρ τις ἐν ταῖς ἄλωσιν ἔτι καὶ νῦν ἵσταται καὶ μάλιστα ἐν ταῖς ἐπόμβροις χώραις, ξύλον ὀρθὸν, ἐφ' ᾧ ξυντίθενται οἱ καρποὶ κονοειδῶς. Altera Galeni interpretatio Erotiano restituenda, lego nempe: ἄλφιτα προκώνια· τὰ γινόμενα ἐκ τῶν ἀφρύκτων κριθῶν· οὕτως Ἀττικοὶ καλοῦσι. Cf. Foës. in Oecon. in προκώνια ἄλφιτα

©BIUM

τὰ ἑτεροῖα τοῖσι τὰ ποταίνια εἰωθόσι· καὶ οἰνοποσίη καὶ ὑδροποσίη παρὰ τὸ ἔθος ἐς θάτερα μεταβληθέντα ἐξαπίνης· καὶ ὑδαρής τε οἶνος καὶ ἄκρητος παρὰ τὸ ἔθος ἐξαπίνης ποθείς· ὁ μὲν γὰρ πλάδον τε ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ [1]ἐμποιήσει καὶ φῦσαν [2]ἐν τῇ κάτω· ὁ δὲ παλμόν τε φλεβῶν καὶ καρηβαρίην καὶ [3]δίψαν· καὶ λευκός τε καὶ μέλας οἶνος παρὰ τὸ ἔθος μεταβαλόντι, εἰ καὶ ἄμφω οἰνώδεες εἶεν, ὅμως πολλὰ ἂν ἑτεροιώσειαν κατὰ τὸ σῶμα, ὡς δὴ γλυκύν τε καὶ οἰνώδεα οἶνον ἧσσον ἄν τις φαίη θαυμαστὸν εἶναι μὴ τὠυτὸ δύνασθαι ἐξαπίνης μεταβληθέντα.

λη'. [4]Τιμωρητέον μὲν δὴ τοιόνδε τι μέρος τῷ ἐναντίῳ λόγῳ· ὅτι ἡ μεταβολὴ τῆς διαίτης τούτοισι ἐγένετο, οὐ μεταβαλόντος τοῦ σώματος, οὔτε ἐπὶ τὴν ῥώμην, ὥστε προσθέσθαι δεῖν σιτία, οὔτε ἐπὶ τὴν ἀρρωστίην, ὥστε ἀφαιρεθῆναι. Προστεκμαρτέα δὴ καὶ ἡ ἰσχὺς καὶ ὁ τρόπος τοῦ νοσήματος ἑκάστου καὶ τῆς φύσιος [5]τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ ἔθεος [6]τῆς διαίτης τοῦ κάμνοντος οὐ μόνον σιτίων ἀλλὰ καὶ ποτῶν. Πολλῷ δὲ ἧσσον ἐπὶ τὴν πρόσθεσιν ἰτέον· ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελέει, ὅκου διαρκέειν μέλλει ὁ κάμνων, [7]μέχρι ἂν τῆς νούσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ· ἐν οἱοίσι

que vini et aquae potus praeter consuetudinem invicem derepente permutatus et aquosum vinum et merum praeter morem subito epotum. Illud namque in superiore ventre redundantem humiditatem et in inferiore flatum inducet, hoc vero venarum palpitationem, capitis gravitatem et sitim. Tum etiam vinum album et nigrum si quis praeter consuetudinem immutet, etiamsi ambo vinosa fuerint, multa tamen in corpore alterarint, nempe minus quis mirum esse dixerit dulce et vinosum vinum, ubi repente permutata fuerint, non idem valere.

38. At contrario sermoni quadam ex parte favendum est, nempe his victus rationem mutatam esse non mutato corpore, neque ad robur, ut cibos adiicere, neque ad debilitatem, ut cibos demere oporteat. Omnino vero in singulis et robur et morbi genus coniectandum est, tum etiam hominis natura, tum aegri victus consuetudo, non in cibis solum, verum etiam in potionibus. Ad ciborum autem adiectionem multo minus attendendum est. Nam et subtrahere omnino saepenumero expedit, dum aeger sufficere posse videatur, donec morbi vigor ad maturitatem perducatur. Quod in quibus faciendum sit, paulo post scribetur.

[1] ποιήσει. — [2] ἐς τὴν κ. — [3] δίψην. — [4] τιμωρητέον δὲ τ. — [5] τοῦ τε. — [6] καὶ τῆς δ. — [7] μέχρις ἂν τ. ν.

et Hesych. cum interprr. in voce πρόκωνα; sed Schneid. Lex. in voce προκώνια non omni dubio caret ἄλφιτα τὰ ποταίνια eadem esse quae προκώνια. E Plinii loco eadem esse effeceris, huiusque loco cum Erotianeo collato dixeris hoc Atticum esse, illud Ionicum s. potius Doricum. Ἄλφιτα licet plerumque ex hordeo fierent (Plato Polit. II. 372. *B.* Diosc. II. 108. Archistr. apud Athen. p. 256. vol. III. Ed. Dind.), parabantur tamen ex aliis etiam frumenti generibus. Gal. de alim. fac. I. 11. Foës. Oecon. in voce ἄλφιτα.

Καὶ ὑδαρής τε οἶνος καὶ ἄκρητος.] — Οἶνος ὑδαρής opponitur τῷ ἀκράτῳ, indicat vinum, cui multum aquae adfusum est; hinc quod de aquoso vino dicitur, convenit cum iis, quae infra de aqua tradidit: ὕδωρ enim vocat ἐγκλυδαστικὸν, ἐπιπολαστικὸν et βραδύπορον.

καὶ λευκός τε καὶ μέλας οἶνος κ. τ. λ.] — Diosc. V. 8. de vinorum secundum colorem diversitate agens: ἔστι, inquit, ὁ μὲν λευκὸς λεπτός τε καὶ εὐανάδοτος καὶ εὔστομαχος ὑπάρχει· ὁ δὲ μέλας παχὺς καὶ δύσπεπτος, μέθης καὶ σαρκῶν γεννητικός. Cf. Gal. de bonis et pravis alim. succis. vol. VI. p. 800., seq. Ed. Kühn.

38. Τιμωρητέον μὲν δὴ τοιόνδε τι μέρος τῷ ἐναντίῳ λόγῳ, ὅτι ἡ κ. τ. λ.] Pro δέ vulgatae lect. cod. vetustiss. μὲν δή, alii μέντοι, quorum illud recepi tum h. l. tum infra § 66., ubi: μέγα μὲν δὴ μέρος χρὴ νέμειν τῷ κάμνοντι κ. τ. λ.; utroque vero loco μέν pro μήν ponitur, me iudice. Cf. Greg. Cor. p. 471. — Codicis illius auctoritate ὅτι ἡ suppressit editor Paris., quod haud facile quis ferat, nam etiamsi sententia integra maneat, ad orationis facilem progressum ὅτι ἡ μ. proficit; iunges τοιόνδε τι μέρος, ὅτι ἡ μ. — Locum recte explicuit Gal. in comm.: fuere qui magnas in victus ratione mutationes in morbis fieri debere crederent: Hipp. contrarium docuit e noxis, quas vel sani e rebus a consuetis diversis percipiant, unde deduxit neque in morborum ἀκμῇ multum esse innovandum. Iam vero h. l. affirmat concedendum esse illis, qui ab ipso dissentirent, mutationes victus rationis in sanis fieri sine mutatione facta in horum corpore, in aegris vero re ipsa corpus mutationem passum esse, qua fiat ut in cibo, potu, ceteris, itidem requiratur mutatio, qua illa compensetur. Paulo inferius οὐ μεταβαλόντος pro praesente scripsi e Marc. 269. et duobus codd. Parr.

καὶ τοῦ ἔθεος τῆς διαίτης.] Vulgo καὶ τῆς διαίτης, sed καί omitt. Gal., libri non pauci, Foës. in Latinis, non Corn., — Lind. καί retinuit, Littréus reiecit, quod item feceram in prima Ed. huius libri, nolente Cats Bussem. in censura l. Sententiam non muto de hac re; confirmat scripturam nostram etiam cod. Marc. 269.

©BIUM

οισι δὲ τὸ τοιόνδε ποιητέον γεγράψεται.

λθ'. Πολλὰ δ' ἄν τις καὶ ἄλλα ἡδελφισμένα τοῖσι εἰρημένοισι γράφοι· τόδε γε μὴν κρέσσον μαρτύριον· οὐ γὰρ ἡδελφισμένον μοῦνόν ἐστι τῷ πρήγματι, περὶ οὗ μοι ὁ πλεῖστος λόγος εἴρηται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρῆγμα ἐπικαιρότατόν ἐστι διδακτήριον· οἱ γὰρ ἀρχόμενοι τῶν ὀξέων νοσημάτων ἔστι ὅτε οἱ μὲν σιτία ἔφαγον αὐθημερὸν ἠργμένοι ἤδη, οἱ δὲ καὶ τῇ ὑστεραίῃ, οἱ δὲ καὶ ἐρρόφεον τὸ προστυχὸν, οἱ δὲ καὶ κυκεῶνα ἔπιον. Ἅπαντα δὲ ταῦτα κακίω μέν ἐστι ἢ εἰ ἑτεροίως τις διαιτηθείη· πολλῷ μέντοι ἐλάσσω βλάβην φέρει ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἁμαρτηθέντα, ἢ εἴ τις τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς κενεαγγήσειε τελείως, τεταρταῖος δ' ἐὼν τοιάδε διαιτηθείη, ἢ καὶ πεμπταῖος· ἔτι μέντοι κάκιον, εἰ ταύτας πάσας τὰς ἡμέρας προκενεαγγήσας, ἐν τῇσι ὕστερον ἡμέρῃσι οὕτω διαιτηθείη, πρὶν ἢ πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον. Οὕτω μὲν γὰρ θάνατον φέρει φανερῶς τοῖσι πλείστοισι, εἰ μὴ παντάπασί τις εὐήθης ἢ νοῦσος εἴη. Αἱ δὲ κατ' ἀρχὰς ἁμαρτάδες οὐχ ὁμοίως ταύτῃσι ἀνήκεστοί εἰσι, ἀλλὰ πολλῷ εὐακεστότεραι. Τοῦτο οὖν ἡγεῦμαι μέγιστον διδακτήριον, ὅτι οὐχὶ στερητέαι αἱ πρῶται ἡμέραι τοῦ ῥοφήματος ἢ τοίου, ἢ τοίου τοῖσι μέλλουσι ὀλίγον ὕστερον ῥοφήμασι ἢ τοίοισι, ἢ τοίοισι χρέεσθαι.

39. Multa vero etiam alia, his quae dicta sunt similia, quis scribere possit. Istud certe efficacius est testimonium. Neque enim rei, quae plurimum in quaestione versatur, tantum cognatum exsistit, sed res ipsa valde idoneum praebet documentum. Nam et per acutorum morborum exordia, quandoque quidem eodem, quo laborare coeperunt, die cibos comederunt, quidam etiam postridie, nonnulli quoque quidvis, alii etiam cyceona biberunt. Haec autem omnia deteriora quidem sunt, quam si quis aliam victus rationem instituat. Multo tamen minus laedunt quae hoc tempore peccata committuntur, quam si primis duobus vel tribus diebus vasa quis omnino exinanierit, mox quarto vel quinto die talem cibum exhibeat. Quin etiam multo deterius est, si quis totis his diebus vasis antea exinanitis, posterioribus deinceps diebus ita victum instituat, prius quam morbus maturus evadat. Hac enim ratione plurimis liquido mortem inferet, nisi mitis omnino morbus exstiterit. Quae vero per initia errata committuntur, his non similiter incurabilia exsistunt, sed multo facilius sanantur. Hoc sane maximo argumento esse arbitror, minime sorbitione abstinendum primis diebus in quibus paulo post futurum est, ut his aut illis sorbitionibus uti debeant.

[1] τό γε. — [2] μοῦνον abest. — [3] ἢν μὴ παντάπασί τις ε. ἢ. γ. εἴη. — [4] οὐ.

ἐν ὀκόσοισι δὲ τὸ τοιόνδε ποιητέον γεγράψεται.] — Gal. in comm.: Δῆλός ἐστι προειρημένος μετὰ τὸ διδάξαι τὴν καθόλου δίαιταν ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ, μεταβῆναι πρὸς τὰ ἄλλα σύμπαντα τὰ ὀξέα· οὐ μὴν εὑρίσκεταί γε τοιοῦτον τοῦτο σύγγραμμα· τὰ δὲ προσκείμενα τούτῳ τῷ βιβλίῳ μετὰ τὸ λουτρὸν, εἰ μὲν ὡς ἐν τύπῳ τις ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένα ταῦτα παρασκευάσαντος εἰς ἀνάμνησιν ἑαυτῷ εὑρὼν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐξέδωκε μετὰ τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρὸς, ἴσως ἄν τινα λόγον ἔχοι· ὡς σύγγραμμα δ' οὐκ ἔστιν ἄξιον τῆς Ἱπποκράτους δυνάμεως.

39. οὐ γὰρ ἡδελφισμένον μοῦνόν ἐστι τῷ πρήγματι, περὶ οὗ μοι ὁ πλεῖστος λόγος εἴρηται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρῆγμα ἐπικαιρότατόν ἐστι διδακτήριον.] Opportune μοῦνον praebent codd. 3. et adscivit recte Lind. Formula οὐ μοῦνον... ἀλλὰ sine καί omnino huius loci est, quod propterea noto, quod editor Par. demonstrare studet e Gal. comm. μοῦνον non esse recipiendum. — Advertit h. l. nomen πρῆγμα. — Res, de quibus hucusque in primis copiose exposuit, sunt noxae, quae profluunt e mutatione subitanea victus in aegrotantibus, praesertim in morbi vigore. Talem vero mutationem revera nocere demonstravit ἡδελφισμένῳ τινί: i. e. noxis, quae ex eiusmodi transitu ad insueta in sanos eduntur. Iam vero dicit, se id expositurum esse, quod optimum praebeat argumentum, quo thesin suam, nullam eiusmodi mutationem faciendam esse, nobis probet: neque enim modo rem esse huic affinem, sed rem ipsam i. e. experientiam. Graece illud αὐτὸ τὸ πρῆγμα facile interpreteris scribendo αὐτὸ τὸ ἀεὶ γιγνόμενον.

οἱ δὲ καὶ κυκεῶνα ἔπιον.] Vulgo pro ἔπιον legitur ἐρρόφεον, quod facile verae lectionis speciem refert, quum κυκεών sit fere qui sorbeatur aptior, quam qui bibatur: sed solet Homerus πίνειν de κυκεῶνος usu dicere, itaque cod. vetustissimi et alterius cuiusdam scriptura inferenda erat. Feci monente doctissimo Cats Bussemaker in Censura prioris editionis meae. l. l.

ὅτι οὐχὶ στερητέαι] — οὐχὶ στερητέαι effeci e codd. quorumdam lectione οὐχ ὑστερηταῖαι et οὐχ ὑστερητέαι. Nimirum οὐχί h. l. prae οὐ longe praestat, quum omnis sententiae vis in negatione sit posita. Similiter § 28. πᾶς οὐχὶ

©BIUM

μ'. Πυθμενόθεν μὲν οὖν οὐκ ἴσασι οὔθ' οἱ τῇσι κριθώδεσι πτισάνῃσι χρεόμενοι, ὅτι αὐτῇσι κακοῦνται, ὁκόταν ῥοφέειν ἄρξωνται, [1]ἢν προκενεαγγήσωσι δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἢ καὶ πλείους· οὔτ' αὖ οἱ τῷ χυλῷ χρεόμενοι γιγνώσκουσι, ὅτι [2]αὐτοῖσι βλάπτονται ῥοφέοντες, ὁκόταν μὴ ὀρθῶς ἄρξωνται τοῦ ῥοφήματος. [3]Τόδε γε μὴν καὶ φυλάσσουσι καὶ γιγνώσκουσι, ὅτι μεγάλην τὴν βλάβην φέρει, ἢν πρὶν πέπειρον τὴν νοῦσον γενέσθαι, κριθώδεα πτισάνην ῥοφήσῃ ὁ κάμνων εἰθισμένος χυλῷ χρέεσθαι.

μα'. Πάντα οὖν ταῦτα μεγάλα μαρτύρια, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἄγουσι ἐς τὰ διαιτήματα οἱ ἰητροὶ τοὺς κάμνοντας· ἀλλ' ἐν ᾗσί τε νούσοισι οὐ χρὴ κενεαγγέειν τοὺς μέλλοντας ῥοφήμασι διαιτᾶσθαι, κενεαγγέουσι· ἐν ᾗσί [4]τε οὐ χρὴ μεταβάλλειν ἐκ κενεαγγείης ἐς ῥοφήματα, ἐν ταύτῃσι μεταβάλλουσι. Καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ [5]ἀπαρτὶ ἐν τοῖσι καιροῖσι μεταβάλλουσι [6]ἐς τὰ ῥοφήματα ἐκ τῆς κενεαγγείης, ἐν οἷσι πολλάκις ἀρήγει ἐκ τῶν ῥοφημάτων πλησιάζειν τῇ κενεαγγείῃ, ἢν οὕτω τύχῃ παροξυνομένη ἡ νοῦσος.

μβ'. Ἐνίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ἐπισπῶνται [7]ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ περὶ τὸν θώρηκα τόπου χολώδεα· ἀγρυπνίαι τε [8]ξυμπίπτουσι αὐτοῖσι, δι' ἃς οὐ πέσσεται ἡ νοῦσος, περίλυποί τε καὶ πικροὶ γίγνονται καὶ παραφρονέουσι καὶ μαρμαρυγώδεα [9]σφέων τὰ ὄμματα, καὶ

40. Prorsus igitur ignorant qui hordeacea utuntur ptisana, quod ab ea male habent, ubi duobus vel tribus vel pluribus diebus antea exinanitis vasis sorbere coeperint. Neque rursus qui cremore utuntur, quod sorbentes laedantur intelligunt, ubi non recte sorbitionem inchoaverint. Hoc tamen cavent et agnoscunt magnam adferre laesionem, si antequam morbus ad maturitatem pervenerit, aeger hordeaceam ptisanam sorbeat cremore uti assuetus.

41. Haec igitur omnia magno sunt indicio quod medici aegrotantes non recte ad cibos adducunt, sed in quibus morbis vasa exinaniri non expedit et in quibus sorbitione utendum sit, in iis vasa exinaniant et in quibus ex vasorum inanitione ad sorbitiones transeundum non sit, in his transeant. Et plerumque omnino eo tempore ex vasorum inanitione ad sorbitiones accedunt, quo saepe e sorbitionibus ad vasorum inanitionem transire expedit, si ita morbus ingravescens tulerit.

42. Interdum etiam cruda a capite attrahuntur et a thoracis regione biliosa, vigiliaeque iis accedunt, ob quas non coquitur morbus, valdeque tristes et morosi evadunt, delirio tentantur et iis oculi vibranti splendore coruscant, aures sono implentur, extrema perfrigescunt,

[1] εἰ πρ. — [2] αὐτέῃσι. — [3] τότε μήν. — [4] τέ. — [5] ἀπαρτὶ ἁμαρτάνουσι· ἐνίοτε δὲ ἐν τοῖσι. — [6] ἐς ῥοφήματα ἐκ τῆς κενεαγγείης. — [7] ἀπό τε κ. — [8] ξυνεμπίπτουσι. — [9] τούτων ἐρῶνται τὰ ὄ.

καὶ ἔν γε τῇσι νούσοισι διαφέρει μεγάλα; — Forte οὐκί utroque loco Ionice noster scripsit.

40. οὔτ' αὖ οἱ τῷ χυλῷ χρεόμενοι γιγνώσκουσι, ὅτι αὐτοῖσι βλάπτονται ῥοφέοντες.] — Habemus transitum a sing. num. χυλῷ ad pluralem αὐτοῖσι, cuiusmodi quid Graecis non insuetum, nec mirum h. l., quum ὅτι αὐτῇσι κακοῦνται praecedat. Moneo, ne quem in errorem ducat quod Editor Par. ὅτι αὐτέῃσι βλάπτονται e mss. nonnullis scripsit.

41. ἐν ᾗσί τε νούσοισι — ἐν ᾗσί τε οὐ.] In priore Ed. ἐν ᾗσί γε νούσοισι — ἐν ᾗσι δὲ οὐ — scripseram. Admonuit me de ea re Thierf. in censura l. —, cui obsequor; cf. § 43. αἵ τε διὰ — αἵ τε δι' ἄλλον ἐρ.

καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ ἀπαρτὶ ἐν τοῖσι καιροῖσι μεταβάλλουσι.] — Recte Littréus hunc locum refecit ad Dioscoridis verba apud Gal. in exegesi: καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀπαρτίως ἐν τοῖσι τοιούτοισι καιροῖσι μεταβάλλουσιν εἰς τὰ ῥοφήματα. Nolui tamen τοιούτοισι inferre: τοῖσι h. l. Ionice δεικτικῶς: mihi vero est simile ἀπαρτίως pro ἀπαρτί et τοῖσι τοιούτοισι pro τοῖσι Dioscoridis esse τοῦ πολλὰ καινοτομήσαντος in textu Hippocratis. Nolim tamen affirmare Dioscoridem illum. πολλά licet καινοτομήσαντα, non fuisse multo meliorem criticum quam Galenum. Ad ἀπαρτί vid. Hemsterh. ad Aristoph. Plutum vs. 388. Lobeck ad Phryn. p. 21.

42. ἐνίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ἐπισπῶνται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ περὶ τὸν θώρηκα τόπου χολώδεα.] Gal. in comm. ἄπεπτον οὖν χολὴν φησιν εἰς γαστέρα συρρεῖν ἀναγκάζεσθαι διὰ τὴν κακήν γε δίαιταν ἔκ τε τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ θώρακος ἑλκομένην. Teneamus omnino veteres doctrinas, e quibus sanguis, pituita, bilis utraque corporis elementa esse credebantur et ubivis adesse; quippe ceterum haud intelligitur, qui bilem e capite et thorace descendere dicat.

περίλυποί τε καὶ πικροὶ γ.] Illud πικροί ad animum re-

©BIUM

αἱ ἀκοαὶ ἤχου μεσταὶ, καὶ τὰ ἀκρωτήρια κατεψυγμένα, καὶ οὖρα ἄπεπτα, καὶ πτύσματα λεπτὰ καὶ ἀλυκὰ καὶ κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι, σμικρὰ, καὶ ἱδρῶτες περὶ τὸν τράχηλον καὶ διαπορήματα καὶ πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω Φορῇ πυκνὸν, ἢ μέγα λίην, ὀφρύες δεινώσιος μετέχουσαι, λειποψυχώδεα πονηρὰ, καὶ τῶν ἱματίων ἀπορρίψιες ἀπὸ τοῦ στήθεος, καὶ χεῖρες τρομώδεες, ἐνίοτε δὲ καὶ χεῖλος τὸ κάτω σείεται. Ταῦτα δὲ ἐν ἀρχῇσι ἐπιφαινόμενα παραφροσύνης δηλωτικά [1] ἐστι σφοδρῆς, καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ ἀποθνήσκουσι· [2] οἱ δὲ διαφεύγοντες ἢ μετὰ ἀποστήματος, ἢ αἵματος ῥύσιος ἐκ τῆς ῥινὸς, [3] ἢ πῦον παχὺ πτύσαντες διαφεύγουσι, ἄλλως δὲ οὔ.

μγ'. Οὐδὲ γὰρ τῶν τοιούτων ὁρέω ἐμπείρους τοὺς ἰητροὺς, ὡς χρὴ διαγιγνώσκειν τὰς ἀσθενείας ἐν τῇσι νούσοισι, αἵ τε διὰ κενεαγγείην ἀσθενεῦνται, αἵ τε δι' ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν, αἵ τε διὰ πόνον καὶ ὑπὸ ὀξύτητος τῆς νούσου, ὁκόσα τε ἡμέων ἡ Φύσις καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισι ἐκτεκνοῖ πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα· καίτοι σωτηρίην ἢ θάνατον Φέρει γιγνωσκόμενα ἢ ἀγνοούμενα τὰ τοιαῦτα.

μδ'. Μέζον μὲν γὰρ κακόν ἐστι, ἢν διὰ τὸν πόνον καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς νούσου ἀσθενέοντι προσαίρῃ τις ποτὸν [4] ἢ ῥόφημα πλέον, ἢ σιτίον, οἰόμενος διὰ κενεαγγείην ἀσθενέειν. Ἀεικὲς δὲ καὶ διὰ κενεαγγείην ἀσθενέοντα μὴ γνῶναι καὶ πιέζειν τῇ διαίτῃ· Φέρει μὲν γάρ τινα κίνδυνον καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτὰς,

urinae incoctae, sputa tenuia fiunt, salsa et colore sincero tincta et pauca, sudores circa cervicem contingunt et anxietates, spiritus in ea quae sursum fit latione offensans, creber et magnus valde, supercilia torvum adspectum habent, pravae fiunt animi defectiones, vestium a pectore reiectiones et manus tremulae, atque interdum labii inferioris concussio. Quae si initiis compareant, gravis delirii significationem exhibent et plerumque moriuntur. Qui vero evadunt, ii cum abscessu vel sanguinis ex naribus profluvio vel puris crassi exscreatione, neque aliter evadunt.

43. Neque certe horum ita peritos medicos video ut virium infirmitates in morbis dignoscant, quae vel ex vasorum inanitione perficiuntur et quae vel ob aliud quoddam irritamentum, quaeque ob dolorem et morbi vehementiam, quasque omnis generis affectuum species natura nostra et habitus in singulis pariat, quamvis haec cognita aut ignorata salutem aut mortem afferant.

44. Maius si quidem malum est, si ob dolorem aut morbi vehementiam debilitato quis potum aut sorbitionem copiosiorem aut cibum exhibeat, ob vasorum inanitionem debilem esse ratus. Indecorum autem est probroque vertitur, si quis ex vasorum inanitione aegre habentem non agnoscat et victus ratione opprimat. Peri-

[1] εἰσὶ πολλῆς καὶ σφ. — [2] ὅσοι δὲ διαφεύγουσι, φθάνουσι μετὰ ἀ. — [3] καὶ πτύον. — [4] ἢ ῥοφήματα, ἢ.

ferendum est. Quid sit, disces ex Arist. Eth. IV. 5.: οἱ δὲ πικροὶ δυσδιάλυτοι καὶ πολὺν χρόνον ὀργίζονται· κατέχουσι γὰρ τὸν θυμόν· κ. τ. λ.

καὶ διαπορήματα.] Hesych. διαπόρησις. ἀμφιβολία, ἀπορία. Cum isto διαπορήματα pro διαπορήσεις comparo quod supra habuimus, μαθήματα pro μαθήσεις. § 28.

πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω Φορῇ.] Gal. in comm.: ἤ γε μὴν δύσπνοια, καθ' ἣν τὸ πνεῦμα προσπταίει, διὰ τροφὴν ἄκαιρον γίνεται μᾶλλον ἢ δι' ἐνδειαν· ἔστι γὰρ στενοχωρίας τε καὶ σπασμοῦ γνώρισμα προσκόπτειν τε καὶ οἷον ἵστασθαι τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἐκπνοήν. ἡ γὰρ ἄνω Φορὰ τὴν ἐκπνοὴν ποιεῖται. τῷ τοιούτῳ δὲ πνεύματι τὸ ἐναντίον ἐν τῷ β' καὶ ς' τῶν ἐπιδημιῶν αὐτὸς δηλῆσαι εἰπών· διπλῆν εἶσω ἐπανάκλησιν, οἷον ἐπεισπνέουσι. Quae citat verba occurrunt etiam Coaca 260. sub finem. Cf. Aph. 67. IV. ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα πρόσκοπτον, κακόν· σπασμὸν γὰρ σημαίνει. Cf. ceterum Oecon. Hipp. in πνεῦμα προσπταῖον et πνεῦμα, ὥσπερ ἀνακαλουμένῳ. Mihi Hipp. istud genus respirationis spectare videtur, quo gemitus quidam editur: nostrates *het stenen* vocant s. *het steunen*. Germani *das Stöhnen*.

ἐνίοτε δὲ χεῖλος τὸ κάτω σείεται.] Sic aegro 5. Epid. III. Sect. 1. κεφαλῆς τρόμος· μάλιστα δὲ χείλεος τοῦ κάτω. — Gal. in comm. ad lib de Humorr. p. 229. citat verba: τὸ κάτω χεῖλος σειόμενον ἔμετον ἔπεσθαι προδηλοῖ.

43. τὰς ἀσθενείας .. αἱ .. ἀσθενεῦνται.] Haec profecto sola vera loci lectio: ἀποτελοῦνται glossa est verbi ἀσθενεῦνται. § 38. huius libri τὴν ἀφαίρεσιν ἀφελεῖν. Coaca 591. ἀρρωστίην ἀρρωστεῖν. Lib. de vulnn. cap. p. 902. D. ῥήγνυται τὸ ὀστέον .., ῥωγμὰς καὶ φλᾶται .. φλάσιας. Sunt talia in Graecorum libris vulgatissima.

©BIUM

πολλῷ δὲ [1]ἧσσονα τῆς ἑτέρης· καταγελαστοτέρη δὲ πολλῷ αὕτη μᾶλλον ἡ ἁμαρτὰς τῆς ἑτέρης· εἰ γὰρ ἄλλος ἰητρὸς ἢ καὶ [2]δημότης ἐσελθὼν καὶ γνοὺς τὰ ξυμβεβηκότα, δῴη καὶ φαγεῖν καὶ πιεῖν, ἃ ὁ ἕτερος ἐκώλυε, ἐπιδήλως ἂν δοκοίη ὠφεληκέναι. Τὰ δὲ [3]τοιάδε μάλιστα καθυβρίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· δοκέει γὰρ αὐτοῖσι [4]ὁ ἐπεισελθὼν ἰητρὸς, ἢ ἰδιώτης ὥσπερεὶ τεθνεῶτα ἀναστῆσαι. Γεγράφεται οὖν καὶ περὶ τούτου σημήϊα, οἷσι [5]χρὴ ἕκαστα τούτων διαγιγνώσκειν.

με'. Παραπλήσια μέντοι τοῖσι κατὰ κοιλίην ἐστὶ καὶ ταῦτα· καὶ γὰρ ἦν ὅλον τὸ σῶμα ἀναπαύσηται πουλὺ παρὰ τὸ ἔθος, οὐκ αὐτίκα ἔρρωται μᾶλλον· ἢν δὲ δὴ καὶ πλείω χρόνον διελινύσαν ἐξαπίνης ἐς τοὺς πόνους ἔλθῃ, φλαῦρόν τι [6]πρήξει ἐπιδήλως. Οὕτω δὲ καὶ ἓν ἕκαστον τοῦ σώματος· [7]καὶ γὰρ ἂν οἱ πόδες τοιόνδε τι πρήξειαν, καὶ τὰ ἄλλα ἄρθρα μὴ εἰθισμένα πονέειν, εἰ διὰ χρόνου ἐξαπίνης πρὸς τὸ πονέειν ἔλθοι· ταὐτὰ δ' ἂν καὶ οἱ ὀδόντες καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ πάθοιεν καὶ [8]οὐδὲν ὅ τι οὔ.

μς'. Ἀτὰρ καὶ τὰ τῶν τοιῶνδε πάντων ἀρκέει παραδείγματα γράψαι. Εἰ γάρ τις ἕλκος λαβὼν ἐν κνήμῃ μήτε λίην ἐπίκαιρον, μήτε λίην εὐηβες, μήτε ἄγαν εὐελκὴς ἐὼν, μήτε ἄγαν δυσελκὴς, αὐτίκα ἀρξάμενος ἐκ πρώτης κατακείμενος ἰητρεύοιτο καὶ μηδαμῇ μετεωρίζοι τὸ σκέλος, [9]ἀφλέγμαντον μὲν ἂν οὕτω εἴη μᾶλλον καὶ ὑγιὴς πολλῷ θᾶσ-

culum si quidem quoddam offert hoc erratum, multo tamen minus quam alterum, illoque longe maiore risu dignius est. Nam si quis alius medicus aut plebeius accesserit et quae contigerunt cognoverit, cibumque et potum, quem alter prohibuerit, exhibuerit, is procul dubio auxilium attulisse videatur. Atque ista praecipue artifices apud homines infamant. His enim superveniens medicus vel plebeius tanquam mortuum suscitasse videtur. Horum igitur etiam signa, ex quibus singula dignoscere oporteat, scribentur.

45. Sed tamen et haec sunt his quae circa ventrem contingunt consimilia. Nempe si totum corpus praeter solitum multum quieverit, non confestim robustius evadit. Si vero ex diutino otio repente se ad labores contulerit, profecto malum aliquod patietur. Eodem etiam modo de singulis corporis partibus existimandum. Nam et pedes tale quid patientur et reliqui articuli laborare non assueti, ubi longo post intervallo derepente ad laborem se converterint. Eodemque modo et dentes et oculi et quaevis alia corporis pars afficietur.

46. Sed et horum omnium exempla scribere confert. Si quis enim accepto in crure vulnere neque admodum insigni, neque valde contemnendo, isque ad vulnera neque admodum difficulter, neque etiam admodum facile se habeat, statim ab initio primo die decumbens curetur et nequaquam crus attollat, hoc quidem sine inflammatione erit, multoque citius hoc modo

[1] ἧσσον. — [2] ἰδιώτης. — [3] τοιαῦτα. — [4] ὁ ἐσελθών. — [5] δεῖ. — [6] πρήξειν. — [7] καὶ γὰρ ἄν dat Cod. Voss. — [8] οὐδὲν ὅτι οὖν. — [9] ἀφλέγμαντος.

44. τὰ δὲ τοιάδε μάλιστα καθυβρίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων.] Forte nonnemini profuerit monuisse horum verborum structuram esse: τὰ δὲ τοιάδε (subintellige ἁμαρτήματα) τῶν χειρωνακτέων μάλιστα καθυβρίζεται ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. — Huius generis structurae exemplorum vim videsis apud Matth. § 317. p. 623. seq. Ceterum in hac §., monente de hac re doctissimo Cats Bussemaker in censura l. l., scripsi ex cod. illo antiquo προσείρῃ pro προσφέρῃ vulgatae et ἐπεισελθών pro ἐσελθών; προσφέρῃ omnino recentiorum est et ἐσελθών deterius est, quam alterum. — Quod ad δημότης, quod pro vulg. ἰδιώτης e cod. vet. recepi, non video adnotatum e Marciano; quod si quis hoc servare malit, per me licebit. — Cf. Thierf. l. l.

45. φλαῦρόν τι πρήξει ἐπιδήλως.] In hisce plurimos interpretes lapsos esse video: nempe non satis animadverterunt πρήσσειν h. l. valere πάσχειν, sicuti noster mox infert ταὐτὰ πάθοιεν. Confer Herodotea εὖ, κακῶς, οὐδὲν ἄμεινον πρήσσειν in Lex. Herod. voce πρήσσειν.

καὶ γὰρ ἂν οἱ πόδες τοιόνδε τι πρήξειαν.] ἄν h. l. iam dudum legeram ex ἦν, quod, vetustissimo cod. excepto, omnes membranae ferunt, in illo vero prorsus deficit. Cod. Voss. postea firmavit emendationem.

46. καὶ οὐδὲν ὅ τι οὔ.] Vulgo καὶ πᾶν ὁτιοῦν. — Sed multi libri apud Littr. et optimus ille antiquus pro πᾶν legunt οὐθέν, quam lect. καὶ οὐδὲν ὁτιοῦν quum e Marc. 269., enotaret Cobetus, simul adscripsit: leg. καὶ οὐδὲν ὅ τι οὔ. Et haec lectio quin vera sit, πᾶν ὁτιοῦν contra recentioris correctoris, nemo facile dubitaverit.

ἀφλέγμαντον μὲν ἂν εἴη οὕτω μᾶλλον καὶ ὑγιὴς πολλῷ θᾶσσον ἂν γένοιτο.] In his lect. cod. vetustissimi fere

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 453 sur 880

©BIUM

σον ἂν γένοιτο, ἢ [1] εἰ περιπλανώμενος ἰητρεύοιτο· εἰ μέντοι πεμπταῖος, ἢ ἑκταῖος [2] ἐὼν, ἢ καὶ ἔτι ἀνωτέρω ἀναστὰς ἐθέλοι προβαίνειν, μᾶλλον ἂν πονέοι τότε ἢ εἰ αὐτίκα ἐξ ἀρχῆς πλανώμενος ἰητρεύοιτο. Εἰ δὲ καὶ πολλὰ ταλαιπωρήσειε ἐξαπίνης, πολλῷ ἂν μᾶλλον πονήσειε ἢ εἰ ἐκείνως ἰητρευόμενος τὰ αὐτὰ ταῦτα ταλαιπωρήσειε ἐν ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι. Διὰ τέλεος οὖν μαρτυρέει ταῦτα πάντα ἀλλήλοισι, ὅτι πάντα ἐξαπίνης μέζον πολλῷ τοῦ μετρίου μεταβαλλόμενα [3] ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τὰ βλάπτει.

μζ'. Πολλαπλασίη μὲν οὖν κατὰ κοιλίην ἡ βλάβη ἐστὶ, ἣν ἐκ πολλῆς κενεαγγείης ἐξαπίνης πλέον τοῦ μετρίου προσαίρηται, ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ἐδωδῆς ἐς κενεαγγείην μεταβάλλοι· δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τούτοισι ἐλινύειν. Ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθῃ, πουλὺ πλείω βλάψει, ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίης ἐξαπίνης ἐς σχολήν τε καὶ ῥᾳθυμίην ἐκπέσοι· δεῖ δὲ καὶ τούτοισι τὴν κοιλίην ἐλινύειν πλήθεος βρώμης· εἰ δὲ μὴ, πόνον ἐν τῷ σώματι ἐμποιήσει καὶ βάρος ὅλου τοῦ σώματος.

μη'. Ἀγρυπνίη ἰσχυρὴ πόμα καὶ σιτίον

[1] εἰ πλ. — [2] ἕ. — [3] καὶ ὕπειτα βλ.

sanus evadet, quam si obambulans curaretur. Si tamen quinto vel sexto vel superiore adhuc aliquo die surgens progredi voluerit, magis utique tunc affligetur, quam si statim ab initio sensim oberrans curatus fuisset. Quodsi etiam multum derepente laboraverit, multo magis affligetur, quam si illo modo curatus illis diebus ita laborasset. Haec igitur omnia inter se semper attestantur, quod omnis subita supra modum in haec vel illa magna mutatio laedit.

47. Multo maior igitur in ventre est laesio, ubi ex multa vasorum inanitione plus iusto derepente cibus ingeritur, quam si ex multo cibo ad vasorum inanitionem commutetur: hos tamen etiam toto corpore quiescere, convenit. Quin et reliquum corpus si ex longa quiete subito ad maiorem laborem se verterit, multo magis laedetur, quam si ex multa defatigatione derepente ad otium et ignaviam decidat: at his quoque ventrem a ciborum copia quiescere oportet. Alioqui corpori dolorem afferet et totum corpus gravitate afficiet.

48. Vehemens vigilia potus cibosque tum

sum secutus; ubi tamen quum ἀφλέγμαντος legatur, idque aegre ad ipsum vulneratum referri posse videatur, apte vero ad solum vulnus vel crus, ἀφλέγμαντον scribere malui. Οὕτως, quod in cod. illo a prima manu profectum est et in vulg. lect. in altero membro habetur, verum esse puto, οὗτος ineptum esse: istud οὕτως in apodosi frequens.

εἰ περιπλανώμενος.] Ita Gal. textus: nec tamen certo constat e comm., illum ita legisse: at idem profecto latet in antiquissimi cod. lectione εἴπερ πλανώμενος, uti vere monuit Littréus.

μέζον πολλῷ τοῦ μετρίου μεταβαλλόμενα.] Vulgo μέζω, sed cod. vetust. Par., Marc. 269., alii μεῖζον, unde μέζον exhibui, quod unice verum hic, sive Ionice, sive communiter scribere velis.

47. πόλλαπλασίη — ὅλου τοῦ σώματος.] Quae in Edd. antea circumferebatur lectio haec erat: πολλαπλασίη μὲν οὖν κατὰ κοιλίην ἡ βλάβη ἐστὶν, ἣν ἐκ πολλῆς κενεαγγείης ἐξαπίνης πλέον τοῦ μετρίου προσαίρηται. ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα, ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθοι (ἔλθῃ cod. vet.), πουλὺ πλείω βλαβείη (βλάψει cod. vetust.), ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ἐδωδῆς, ἐς κενεαγγείην μεταβάλλοι· δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τουτέοισι ἐλινύειν· καὶ ἢν (varr. lectt. κἢν, ἢν) ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίης ἐξαπίνης ἐς σχολήν τε καὶ ῥᾳθυμίην ἐμπέσῃ (ἐκ πέσῃ Gal. ἐκ πέσει cod. vetustiss.) δεῖ δὲ καὶ τουτέοισι τὴν κοιλίην ἐλιννύειν (ἐκ cod. vet.) πλήθεος βρώμης. ἢν δὲ μὴ, πόνον ἐν τῷ σώματι ἐμποιήσει καὶ βάρος ὅλου τοῦ σώματος. — Locum ita descriptum turbatum esse, nemo non videt: itaque membrum periodi transposui et id mihi sumsi, ut pro ἢ καὶ ἢν .... ἐκπέσῃ scriberem ἢ εἰ ... ἐκπέσοι, quo facto haec respondent superioribus ἢ εἰ ... μεταβάλλοι.

48. Ἀγρυπνίη — τὸ σῶμα.] Verba haec in libris scriptis et editis aliam sedem occupant. Prior pars, ἀγρυπνίη — ἐμποιέει, vulgo legitur in fine §. mihi 49., post σημεῖα. — Pars vero posterior ἐπεὶ — τὸ σῶμα scripta haberi solet in fine §. mihi 45. pone ὅτι οὔ. — Ultro patet, tum inepte verba nostra ita utroque loco inseri, tum etiam necessario coniungendam esse utramque § nostrae partem eo, quo iam descripsi, ordine. — Nimirum § 46. initium cum fine § 45. tam arcte cohaeret, ut intermediis verbis ἐπεὶ — τὸ σῶμα inepte disiungantur in pristino verborum ordine. Verum ad verba ἀγρυπνίη — ἐμποιέει eo loco, quo olim ferebantur, ipse Gal. iam seqq. adnotavit: πολλάκις ἐνενόησα τοῦτο τὸ βίβλιον ἐν τύποις εὑρεθὲν ἐκδεδόσθαι μετὰ τὸν Ἱπποκράτους θάνατον. ἡ γὰρ ἀταξία τῶν λόγων οὐκ ἄλλως ἔοικεν ἢ οὕτως γεγονέναι, προσεγεγραμμένων μὲν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν εὑρισκομένων αὐτῷ παραδειγμάτων εἰς τὴν τοῦ καθόλου πίστιν, ἐνίων μὲν ἐπὶ τοῦ μετώπου.

©BIUM

ὠμὰ, καὶ ἀπεπτότερα ποιέει· καὶ ἡ ἐπὶ τὰ ἕτερα αὖ μεταβολὴ διαλύει τὸ σῶμα καὶ ἐφθότητα καὶ καρηβαρίην ἐμποιέει· ἐπεὶ καὶ [1]κοίτη παρὰ τὸ ἔθος μαλθακὴ πόνον ἐμποιέει, καὶ σκληρὴ παρὰ τὸ ἔθος· καὶ ὑπαίθριος εὐνὴ παρὰ τὸ ἔθος σκληρύνει τὸ σῶμα.

μθ'. Ὁ δὴ οὖν πλεῖστός μοι λόγος γέγονε περὶ τῆς μεταβολῆς [2]τῆς διαίτης ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τά. Ἐς πάντα μὲν οὖν εὔχρηστον ταῦτα εἰδέναι· ἀτὰρ καὶ περὶ οὗ ὁ λόγος ἦν, ὅτι ἐν τῇσι ὀξείῃσι νούσοισι ἐς τὰ ῥοφήματα μεταβάλλουσι ἐκ τῆς κενεαγγείης· μεταβλητέον γὰρ ὡς ἐγὼ κελεύω ἤδη· [3]ἐπεί τοι οὐ χρηστέον ῥοφήμασι πρὶν ἡ νοῦσος πεπανθῇ, ἢ ἄλλο τι σημεῖον φανῇ, ἢ κατ' ἔντερον κενεαγγικὸν, ἢ ἐρεθιστικὸν, ἢ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ὁκοῖα γεγράψεται σημεῖα.

ν'. Γλυκὺν δὲ οἶνον καὶ οἰνώδεα, καὶ λευκὸν καὶ μέλανα καὶ μελίκρητον καὶ ὕδωρ καὶ ὀξύμελι τοισίδε σημαινόμενον χρὴ διορίζειν

crudos tum incoctiores reddit. Ac rursus quae in contraria fit mutatio corpus dissolvit et excoctionem ac capitis gravitatem inducit. Quandoquidem et lectus praeter consuetudinem mollis laborem facit, itemque durus praeter solitum. Quin et sub dio praeter morem stratus corpus indurat.

49. Itaque plurimus mihi sermo habitus est de victus rationis in hanc vel illam partem immutatione, nempe quod ista novisse valde sit utile cum ad omnia tum etiam ad id de quo instituta erat oratio, quod in morbis acutis ex vasorum inanitione ad sorbitiones mutationem faciunt. Mutatio namque velut ego iam iubeo facienda est. Nam profecto sorbitionibus minime est utendum, prius quam morbus ad maturitatem pervenerit, aut signum aliquod aliud circa intestina vacuatorium aut pruritatorium appareat, vel circa praecordia, qualia paulo post scribentur.

50. At vinum dulce et vinosum et album et nigrum et aquam mulsam et aquam et acetum mulsum his notis in morbis acutis distinguere

[1] κοίτη ἡ π. — [2] τῆς διαίτης abest. — [3] ἔπειτα.

ἐνίων δὲ κατὰ τοῦ νώτου, μὴ ἐννηβέντος δὲ τοῦ ἐγγραφομένου τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ τάξιν ἀποδοῦναι. τὸ γοῦν ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ, φανερωτάτην ἔχει ἀταξίαν. οὐ γὰρ νῦν ἀλλὰ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἦν ὁ καιρὸς αὐτοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν λόγον, ἐν ᾧ περὶ τῆς παρὰ τὸ ἔθος εἰς τοὐναντίον μεταβολῆς ἔγραψε παραδείγματα. — Cum eo hac quidem in re consentio, quod verba alienum locum occupasse dicit, verum non credo Hippocrati, sed librariis rem esse tribuendam. Iam vero e Galeni sententia, si recte eius mentem ceperim, ad eum locum retuli, quorsum ille relata cupiit et quo aptiorem, ad quem nostra referrem, alium inveni nullum.

ὠμὰ καὶ ἀπεπτότερα ποιέει.] Littréus ὠμὰ καί veteris illius libri auctoritate eiecit, ὠμά glossam esse ratus. Secus sentio: ὠμὰ καὶ ἀπεπτότερα coniuncta ad solitam orationis Ionicae redundantiam pertinent, neque facile ad vocabulum apud recentiores etiam usitatissimum glossema adscriptum fuerit.

ἐφθότητα.] Epid. IV p. 1125. E. ἀπόσιτοι καὶ ἐφθοὶ καὶ ἀσώδεες. — Vernacula etiam frequens *gekookt zijn* de defatigatione.

ὑπαίθριος.] Vulgo ὕπαιθρος, quam lect. notavit Lobeck. ad Phryn. p. 251., quum tamen vetustissimus liber ὑπαίθριος ferat, et noster Epid. I. p. 614. Ed. Littr. μιξαίθρια scribat, malui usitatissimam formam exhibere.

49. ἐς ἅπαντα μὲν οὖν εὔχρηστον ταῦτα εἰδέναι.] Quod in priore Ed. εὔχρηστα scripsi, qua de re me admonet Thierf. in censura, vereor ne imprudenti acciderit; certe neque olim habui causam cur εὔχρηστον reiicerem, neque nunc habeo.

ἐπεί τοι οὐ χρηστέον.] Vulgata lectio est ἔπειτα οὐ χρηστέον, quae quidem et olim me offendebat, cum hunc librum ederem et nunc offendit; nempe languida admodum visa est, nec satis perspicio, quorsum ἔπειτα apte referatur. Itaque quum supra § 6. ἔπειτα ex ἐπεί τοι ortum vidissem, et hoc loco nostro maxime adaptatum videretur, non recipere nolui. Quo facto oratio bene procedit.

σημεῖον ... ἢ κατὰ τὸ ἔντερον κενεαγγικὸν, ἢ ἐρεθιστικὸν, ἢ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ὁκοῖα γεγράψεται σημεῖα.] Gal. in comm. κοινῷ δὲ ὀνόματι, inquit, τῷ τοῦ ἐρεθισμοῦ περιέλαβε πάντα τὰ καθ' ὁντινοῦν τρόπον εἰς ἀρρωστίαν ἄγοντα τὴν δύναμιν, ἐν οἷς ἐστι καὶ ἡ δῆξις ὑπὸ δριμέων χυμῶν, ἤτοι κατ' ἔντερον, ἢ κατὰ γαστέρα γενομένη καὶ μάλιστ' αὐτῆς κατὰ τὸ στόμα, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ὀργὴ καὶ λύπη καί τινες ἕλμινθες ἐκ τῶν ἐντέρων ἀναβᾶσαι πρὸς τὴν γαστέρα καὶ κνῆσις τοῦ δέρματος ἅπαντος, ἢ καὶ μορίων τινῶν ἐπιθεμένη διὰ νυκτὸς, ὡς μὴ μόνον αὐτῷ τῷ ἐρεθίζειν ἀλλὰ καὶ σὺν ἀγρυπνίᾳ καταλῦσαι τὴν δύναμιν. — Vereor ut locum recte ceperit Galenus: nimirum latius apud illum patet vocis ἐρεθιστικόν significatio, quam nostrum voluisse credo, quippe tum κενεαγγικόν, tum ἐρεθιστικόν ad τὸ ἔντερον referendum puto. Epid. I aegr 12. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ ὑγρὰ, παραχώδεα διῆλθε μετὰ ἑλμίνθων. — Epid. III. aegr. penult. ἑπτακαιδεκάτῃ ἀπὸ κοιλίης ἐρεθισμὸς παραχώδης, ἔπειτα αὐτὰ τὰ ποτὰ διῄει. Itaque κενεαγγικόν intelligo de molesto famis sensu, fortasse etiam de diarrhoea accipiendum: — ἔρεθιστικόν de crebra alvi excretione cum tenesmo.

50 οἰνώδεα.] Ad hanc vocem iuvabit contulisse Oecon. Hipp. Gal. in comm.: ὀνομάζεται δὲ ὁ μὲν ἰσχυρὸς οἰνώδης,

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 455 sur 880

©BIUM

ἐν τῇσι ὀξείῃσι νούσοισι. Ὁ μὲν γλυκὺς ἧσσόν ἐστι [1] καρηβαρικὸς τοῦ οἰνώδεος καὶ ἧσσον φρενῶν ἀπτόμενος καὶ διαχωρητικώτερος δή τι τοῦ ἑτέρου [2] κατὰ τὸ ἔντερον, μεγαλόσπλαγχνος δὲ σπληνὸς καὶ ἥπατος· οὐκ ἐπιτήδειος [3] δὲ οὐδὲ τοῖσι πικροχόλοισι· καὶ γὰρ οὖν καὶ διψώδης τοῖσί γε τοιούτοισί ἐστι. Ἀτὰρ καὶ φυσώδης [4] τοῦ ἐντέρου τοῦ ἄνω· οὐ μὴν πολέμιός γε αὖ τῷ ἐντέρῳ τῷ κάτω, ὡς κατὰ λόγον τῆς φύσης· καίτοι γε οὐ πάνυ πορίμη ἐστὶ ἡ ἀπὸ τοῦ γλυκέος οἴνου φῦσα, ἀλλ' ἐγχρονίζει περὶ [5] ὑποχόνδριον. Καὶ γὰρ οὖν ἧσσον οὗτος διουρητικὸς γίγνεται τὸ ἐπίπαν τοῦ οἰνώδεος λευκοῦ· πτυάλου δὲ μᾶλλον ἀναγωγός ἐστι τοῦ ἑτέρου ὁ γλυκύς. Καὶ οἷσι μὲν διψώδης ἐστὶ πινόμενος, ἧσσον ἂν τούτοισι ἀνάγοι ἢ ὁ ἕτερος οἶνος, οἷσι δὲ μὴ διψώδης, μᾶλλον ἀνάγοι ἂν τοῦ ἑτέρου.

ναʹ. Ὁ δὲ λευκὸς οἰνώδης οἶνος ἐπῄνηται μὲν καὶ ἔψεκται τὰ πλεῖστα καὶ τὰ μέγιστα ἤδη ἐν τῇ τοῦ γλυκέος οἴνου διηγήσι· ἐς δὲ κύστιν μᾶλλον πόριμος ἐὼν τοῦ ἑτέρου καὶ διουρητικὸς [6] δ' ἐὼν καὶ καταρρηκτικὸς αἰεὶ πολλὰ προσωφελέει ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι· καὶ γὰρ εἰ πρὸς ἄλλα ἀνεπιτηδειότερος τοῦ ἑτέρου πέφυκε, ἀλλ' ὅμως ἡ κατὰ κύστιν κάθαρσις ὑπ' αὐτοῦ γιγνομένη ῥύεται, ἢν προτρέπηται [7] ὁκοῖα δεῖ. Καλὰ δὲ ταῦτα τεκμήρια ἐστι [8] τὰ περὶ οἴνου ὠφελείης καὶ βλάβης, ὁκόσα ἀκαταμάθητα ἦν τοῖσι ἐμεῦ γεραιτέροισι.

νβʹ. Κιρρῷ δὲ οἴνῳ καὶ μέλανι αὐστηρῷ

oportet. Dulce quidem vinoso minus caput gravat et minus caput ferit, magisque sane, quam alterum, intestinorum deiectiones movet, viscerum tamen tumores, hepatis nempe et lienis, auget. Neque igitur his, qui amaram colligunt bilem, convenit, nempe quod his insuper sitim facit. Quin etiam in superiore intestino flatum excitat, neque tamen inferiori intestino pro flatus ratione est adversum, etsi sane non valde penetrat a dulci vino flatus, sed circa praecordia immoratur. Et certe hoc minus urinas in universum movet, quam vinosum album. Sputum tamen potentius altero educit quod dulce est. Et quibus quidem epotum sitim facit, iis minus quam aliud vinum educit. Quibus vero minime siticulosum est, alio magis educit.

51. At vero vinum album vinosum plurimum et maxima ex parte laudatum quidem et vituperatum est in vini dulcis enarratione. Ad vesicam autem altero magis penetrat et cum urinam provocet et perrumpat, semper multum in his morbis confert. Quamvis enim ad alia altero sit minus idoneum, quae tamen ab ipso fit per vesicam purgatio liberat, si qualia debet, propellat. Bonae hae sunt notae de vini utilitate et noxa, quae senioribus incognitae fuerunt.

52. Fulvo vino vero et nigro austero in his

[1] καρηβαρικώτερος. — [2] κατ' ἔντερον. — [3] οὖν οὐδέ. — [4] τοῦ abest. — [5] ὑποχόνδρια. — [6] δ' ἐὼν abest. — [7] ὁκοῖον. — [8] τέ.

ὁ δ' ἀσθενὴς ὑδατώδης Ceterum de ratione, qua his locis de vino in universum exponit Hipp. vid. Gal. de alim. fac. III. 40. Kühnio vol. VI. p. 743.

ὁ μὲν γλυκὺς ἧσσόν ἐστι καρηβαρικός.] Olim legebatur καρηβαρικώτερος: — positivum dant Gal. lib. de plac. Hipp. et Plat., Erot. in voce οἶνον οἰνώδη, Athen. II. 45. e. f. vetustiss. liber Littréi.

μεγαλόσπλαγχνος δὲ σπληνὸς καὶ ἥπατος.] Gal. in comm. exponit μεγαλόσπλαγχνος per αὐξάνων τῶν σπλάγχνων τοὺς ὄγκους. Recte vidit transitive sumi.

καὶ γὰρ οὖν καὶ διψώδης.] Alterum καί e cod. vetusto recipio, monente hac de re Thierf. in censura; nempe non solum πικροχόλοισι ista vini species μεγαλόσπλαγχνος est, sed καὶ διψώδης. Itaque omnino καί apte hic ponitur et in reliquis libris omissum videtur.

51. ἐς δὲ κύστιν μᾶλλον πόριμος ἐὼν τοῦ ἑτέρου καὶ διουρητικὸς δ' ἐὼν καὶ καταρρηκτικὸς αἰεὶ προσωφελέει ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι.] Istud δ' ἐών e Gal. adscivi, qui tum h. l. in textu, tum lib. de plac. Hipp. et Plat. δὲ ἄν habet, licet posteriore loco in δὲ ἄν abierit. Non perinde est utrum adponas nec ne, nam δ' ἐών adpositum facit, ut μᾶλλον non amplius ad διουρητικός et καταρρηκτικός referatur. Est ceterum illud καὶ — δέ interposito nomine nostro frequentissimum. § 53. καὶ διαχωρητικὸν δὲ κάτω χολωδέων vid. Prorrh. I. 42. 113. 139. 152.

ὁκόσα ἀκαταμάθητα ἦν.] Variat lectio in cod. vetustiss., ita ut ἅσσα habeat; quid praeferendum sit, vix scio.

52. κιρρῷ δὲ οἴνῳ καὶ μέλανι αὐστηρῷ.] Gal. in comm.

©BIUM

ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι ἐς τάδε ἂν χρήσαιο· εἰ καρηβαρίη μὲν μὴ ἐνείη, μηδὲ Φρενῶν ἅψις, μηδὲ τὸ πτύαλον κωλύοιτο τῆς ἀνόδου, μηδὲ τὸ οὖρον ἴσχοιτο, τὰ διαχωρήματα δὲ πλαδαρώτερα καὶ ξυσματωδέστερα εἴη· ἐν δὴ τοῖσι τοιούτοισι πρέποι ἂν μάλιστα μεταβάλλειν ἐκ τοῦ λευκοῦ καὶ ὁκόσα τούτοισι ἐμφερέα. Προσξυνιέναι δὲ δεῖ, ὅτι τὰ μὲν ἄνω πάντα καὶ τὰ κατὰ κύστιν ἧσσον βλάψει, ἢν ὑδαρέστερος ᾖ· τὰ δὲ κατ' ἔντερον καὶ μᾶλλον ὀνήσει, ἢν ἀκρητέστερος ᾖ.

νγ'. Μελίκρητον δὲ πινόμενον διὰ πάσης τῆς νούσου ἐν τῇσι ὀξείῃσι νούσοισι τὸ ἐπίπαν μὲν τοῖσι πικροχόλοισι καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι ἧσσον ἐπιτήδειον, ἢ τοῖσι μὴ τοιούτοισί ἐστι· διψῶδές γε μὴν ἧσσον τοῦ γλυκέος οἴνου· πνεύμονός τε γὰρ μαλθακτικόν ἐστι καὶ πτυάλου ἀναγωγὸν μετρίως καὶ βηχὸς παρηγορικόν· ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι, ὃ μᾶλλον τοῦ καιροῦ καταγλισχραίνει τὸ πτύαλον. Ἔστι δὲ καὶ διουρητικὸν τὸ μελίκρητον ἱκανῶς, ἢν μή τι τῶν ἀπὸ σπλάγχνων κωλύῃ· καὶ διαχωρητικὸν δὲ κάτω χολωδέων, ἔστι μὲν ὅτε καλῶν, ἔστι δ' ὅτε κατακορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ ἀφρωδεστέρων. Μᾶλλον δὲ τὸ τοιοῦτο τοῖσι χολώδεσί τε καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι γίγνεται.

νδ'. Πτυάλου μὲν οὖν ἀναγωγὴν καὶ πνεύ-

morbis ad haec uti possis, si utique capitis gravitas non insit, neque mentis perculsio, neque sputum sursum ferri prohibeatur, neque etiam urina inhibeatur, sed alvi egestiones humentiores et ramentosiores fuerint. In his sane vel maxime ex albo mutationem facere convenit et quaecumque iis similia exsistunt. Illud autem insuper nosse oportet, si dilutius fuerit vinum, superiores omnes partes et quae circa vesicam sunt minus laedere, meracius vero iis quae circa intestina magis etiam prodesse.

53. At aqua mulsa per totum morbum in acutis epota, iis prorsus, qui bilem amaram coacervant et quibus viscera intumescunt, minus quam non talibus est idonea. Sitim tamen minus quam dulce vinum infert. Pulmonem enim emollit et sputum mediocriter educit tussimque sedat. Habet namque detergens quiddam, quod plus quam par est viscidum sputum reddit. Mulsa quoque urinas abunde provocat, nisi quid ex visceribus prohibeat. Quin et biliosa magis per alvum deiicit, interdum laudabilia quidem, interdum etiam bile sincera plus quam par est colorata et magis spumantia, idque biliosis et visceris alicuius inflammatione laborantibus potius contingit.

54. Mulsa igitur dilutior sputum magis edu-

[1] δέ.

διττὸς .. ὁ κιρρὸς .. ὁ μὲν γλυκὺς, ὁ δὲ αὐστηρός. Itaque αὐστηρῷ loco nostro tum ad τὸν κιρρόν, tum ad τὸν μέλανα refert. Recte, ut opinor. Sed operae pretium est ad hoc vinum conferre librum de int. aff., ubi p. 474. καὶ πινέτω οἶνον αὐστηρὸν Κῷον ὡς μελάνταtον et ibid. p. 485. πινέτω δὲ οἶνον Κῷον ὑπόστρυφνον ὡς μελάνταtον. Nimirum liber iste origine Cnidius esse videtur: adeoque facile fieri posse puto ut Hipp. vinum insulae suae hic innuat et nude μέλανα αὐστηρόν vocet, dum Cnidii eandem vini speciem innuentes Κῷον vocant, ne cum aliis αὐστηροῖς confundatur.

μηδὲ Φρενῶν ἅψις.] Cf. Oecon. Foësii in ἅπτεσθαι. Paulo superius legimus ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος. Aretaeus nostrum imitatus p. 162. et 214. ὡς μὴ ἅψιν φρενῶν ὁ οἶνος ποιέηται.

τὰ δὲ κατ' ἔντερον καὶ μᾶλλον ὀνήσει.] καί desideratur in cod. vetustiss.: attamen minime omittendum videtur: nimirum sibi opponuntur ἧσσον βλάψει in superioribus et καὶ μᾶλλον ὀνήσει h. l., ita ut καί intensivum h. l. pulchre quadret.

53. τοῖσι πικροχόλοισι καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι ἧσσον ἐπιτήδειον.] Haec optime intelliguntur collatis § 59. verbis, ubi de aceto mulso: ὑποχονδρίῳ δὲ καὶ σπλάγχνοισι τοῖσι ταύτῃ εὐμενές· καὶ γὰρ τὰς ἀπὸ μέλιτος βλάβας κωλύει· τὸ γὰρ χολῶδες ἐν μέλιτι κολάζεται. Mel nempe ab antiquis bilem augere credebatur: cf. Gal. de fac. nat. lib. II. p. 123. Kühnio: ubi h. l. interpretatur. Cf. de alim. fac. III. 39. p. 741.

ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι, ὃ μᾶλλον τοῦ καιροῦ καταγλισχραίνει τὸ πτύαλον.] — καιροῦ dedi e mss. pluribus apud Littréum: μέτριον glossema esse videtur. Doct. Cats Bussem. in censura prioris Editionis nostrae p. 422. l. l. mavult κιρροῦ pro καιροῦ; mihi nunc etiam solum καιροῦ verum esse videtur et κιρροῦ corruptam lectionem referre. Cum hoc loco conf. § 58. de oxymelle: ἔστι δ' ὅτε τὸ κάρτα ὀξὺ οὐκ ἐκράτησε τῆς ἀναγωγῆς τοῦ πτυάλου, ἀλλὰ προσεγλίσχρηνέ τε καὶ ἔβλαψε.

καὶ διαχωρητικὸν δὲ κάτω χολωδέων, ἔστι μὲν ὅτε καλῶν, ἔστι δ' ὅτε κατακορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ ἀφρωδεστέρων.] Haec omnia arctissime cohaerent, ita ut χολωδέων ad seqq. omnia pertineat et intelligendum sit ἔστι δ' ὅτε χολωδέων καλῶν, ἔστι δ' ὅτε χολωδέων κατακορεστέρων κ. τ. λ. — Saepissime haec coniuncta sunt: § seq. τὰ μέντοι ἀφρώδεα διαχωρήματα καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα. Cf. Coacas 602. 606. 607., vid. Oecon. Hipp. in voce κατακορές.

©BIUM

μονος μάλθαξιν τὸ ὑδαρέστερον μελίκρητον ποιέει μᾶλλον· τὰ μέντοι ἀφρώδεα διαχωρήματα καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα, καὶ μᾶλλον θερμὰ, τὸ ἄκρητον μᾶλλον τοῦ ὑδαρέος ἄγει· τὸ δὲ τοιόνδε διαχώρημα ἔχει μὲν καὶ ἄλλα σίνεα μεγάλα· οὔτε γὰρ ἐξ ὑποχονδρίων καῦμα σβεννύει, ἀλλὰ ὁρμᾷ, δυσφορίην τε καὶ ῥιπτασμὸν τῶν μελέων ποιέει, ἑλκῶδές τε ἐστὶ καὶ ἐντέρου καὶ ἕδρης· ἀλεξητήρια δὲ τούτων γεγράψεται.

νε'. Ἄνευ μὲν οὖν ῥοφημάτων μελικρήτῳ χρεόμενος ἀντ' ἄλλου ποτοῦ ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι πολλὰ ἂν εὐτυχοίης καὶ οὐκ ἂν πολλὰ [1] ἀτυχοίης· οἷσι δὲ δοτέον καὶ οἷσι μὴ δοτέον τὰ μέγιστα εἴρηται, καὶ δι' ἃ μὴ δοτέον.

νς' Κατέγνωσται δὲ μελίκρητον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, [3] ὡς καταγυιοῖ τοὺς πίνοντας, καὶ διὰ τοῦτο ταχυθάνατον εἶναι νενόμισται. Ἐκλήθη δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ἀποκαρτερέοντας· ἔνιοι γὰρ μελικρήτῳ [4] μόνῳ χρέονται ποτῷ, [5] ὡς τοιοῦδε δῆθεν ἐόντος· τὸ δὲ οὐ παντάπασι ὧδε ἔχει· ἀλλ' ὕδατος μὲν πολλῷ ἰσχυρότερόν ἐστι πινόμενον, μοῦνον εἰ μὴ ἐκταράσσοι τὴν κοιλίην· ἀτὰρ καὶ οἴνου [6] λεπτοῦ καὶ ὀλιγοφόρου καὶ ἀνόδμου ᾗ μὲν ἰσχυρότερον, [7] ᾗ δὲ ἀσθενέστερον. Μέγα μὴν διαφέρει καὶ οἴνου καὶ μέλιτος ἀκρητότης ἐς ἰσχὺν ἀμφοῖν· ἀμφοτέρων δ' ὅμως [8] τούτων,

cit et pulmonem emollit. At spumantes alvi egestiones et plus quam convenit sincera bile saturatas calidioresque sincera magis quam aquosa demittit. Talis autem deiectio et alias graves quidem habet noxas. Neque enim praecordiorum ardorem exstinguit, sed concitat implaciditatemque et incontinentem membrorum iactationem efficit, intestinaque et sedem exulcerat, quorum medelae scribentur.

55. In huiusmodi igitur morbis, relictis sorbitionibus, si aqua mulsa alterius potionis loco utaris, ut multa feliciter consequeris, ita non multum successu frustraberis. Quibus ergo danda sit et quibus aut quas ob causas minime exhibenda, maxima ex parte dictum est.

56. Damnata est autem ab hominibus aqua mulsa, quasi epota ad extremam imbecillitatem deducat, ideoque brevi mortem afferre existimata est. Quod quidem propter eos, qui vita per inediam discedunt, dictum est. Sunt enim qui ea sola in potu utantur, quasi talis exsistat. Verum non prorsus ita se res habet, sed sola epota aqua longe valentior exsistit, nisi alvum conturbarit. Sed et vino albo, tenui, paucifero et inodoro quodammodo est valentior, quodammodo etiam debilior. Magnopere tamen inter se differunt vinum et mel, prouti mera sumantur vel aqua temperata.

[1] ἀτυχήσαις. — [2] μὴ δ. — [3] ὅτι. — [4] μόνῳ om. — [5] ὡς τοιοῦδε δ. ἐόντος. — [6] λευκοῦ καὶ λεπτοῦ. — [7] ἐνίη δὲ ἀ. — [8] τοίνυν.

54. ἀλεξητήρια δὲ τούτων γεγράψεται.] Recte nuperrimus editor Paris. ἀλεξητήρια recepit pro ἀλεξιτήρια, quod olim legebatur, vid Hemsterh. ad Plutum p. 301. Gal. in comm. ad h. l.: ὅτι προήρηται καθ' ἕκαστον εἶδος νοσήματος ἰάματα γράψαι καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐδήλωσε καὶ νῦν οὐχ ἧττον· εἰ δ' ἔστιν Ἱπποκράτους ἄξια τὰ προσκείμενα τῷδε τῷ βιβλίῳ τὰ μετὰ τὸ λουτρὸν, ὅσα τε ἐν τοῖς περὶ νόσων, ἢ περὶ παθῶν γέγραπται, κατὰ τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν ἐπισκεψόμεθα.

55. οἷσι δὲ δοτέον καὶ οἷσι μὴ δοτέον τὰ μ. εἴρηται καὶ δι' ἃ μὴ δοτέον.] In vulgata καὶ δι' ἃ οὐ δοτέον. Olim cum Littréo pro μή utroque loco οὐ legebam; praestare credo codicis Med. apud Foës. lectionem, quam exhibeo.

56. κατέγνωσται δὲ μελίκρητον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς καταγυιοῖ τοὺς πίνοντας.] ὡς h. l. significat *quasi vero* et ita cum opt. construitur de re, quam ipse auctor non veram esse indicat. Sic Xenoph. Anab. I. 1. διαβάλλει τὸν Κῦρον πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὡς ἐπιβουλεύοι αὐτῷ.

ὀλιγοφόρου.] Οἶνος ὀλιγόφορος secundum Gal. ὁ τῆς ὕδατος μίξεως ὀλιγίστης χρῄζων εἰς τὸ ποθῆναι. — Κατὰ τοὐναντίον γάρ, inquit, ὁ πολλοῦ δεόμενος ὕδατος εἰς εὐκρασίαν ὀνομάζεται πολύφορος. Notatu digna similis dictio in lib. de Aëre, aq., locis p. 30. de aqua: αὐτά τε γάρ ἐστι γλυκέα καὶ λεπτὰ καὶ τὸν οἶνον φέρειν ὀλίγον οἷά τε ἐστι.

μέγα μὴν διαφέρει κ. τ. λ.] Vulgata ad Parisiensem editorem usque in Edd. lectio ferebat: μέγα μὴν διαφέρει καὶ οἴνου καὶ μέλιτος ἀκρητότης ἐς ἰσχὺν ἀμφοῖν. ὅμως τοίνυν εἰ καὶ διπλάσιον μέτρον οἴνου καὶ ἀκρήτου πίνοι τις ἢ ὁκόσον μέλι ἐκλείχοι, πολλῷ ἂν δήπου ἰσχυρότερος εἴη ὑπὸ τοῦ μέλιτος, μοῦνον εἰ μὴ ταράσσοι τὴν κοιλίην. — In hisce Littréus e libro vet. ἀκρητότης· ἐς ἰσχὺν ἀμφοτέρων δ' ὅμως τούτων εἰ διπλ. μ. ὁ. ἀκρ. — Notandum tamen in vetusta membr. illa pone ἰσχύν distingui, ita ut ἐς ἰσχύν ad superiora referatur sicuti in vulgata. Iam vero alteram lectionem ex altera supplendam videns locum, qua-

©BIUM

εἰ καὶ διπλάσιον μέτρον οἴνου [1] ἀκρήτου πίνοι τις, ἢ ὁκόσον μέλι ἐκλείχοι, πολλὸν ἂν δήπου ἰσχυρότερος εἴη ὑπὸ τοῦ μέλιτος, μοῦνον εἰ μὴ ταράσσοι τὴν κοιλίην· πολλαπλάσιον γὰρ καὶ τὸ κόπριον διεξίοι ἂν αὐτῷ. Εἰ μέντοι ῥοφήματι χρέοιτο πτισάνῃ, ἐπιπίνοι δὲ μελίκρητον, ἄγαν πλησμονώδες ἂν εἴη καὶ φυσώδες καὶ τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια σπλάγχνοισι ἀξύμφορον· προπινόμενον μέντοι πρὸ [2] ῥοφημάτων μελίκρητον οὐ βλάπτει ὅκως μεταπινόμενον, ἀλλά τι καὶ ὠφελέει.

νζ'. Ἐφθὸν δὲ μελίκρητον ἐσιδεῖν μὲν πολλῷ κάλλιον τοῦ ὠμοῦ· λαμπρόν τε γὰρ καὶ λεπτὸν καὶ λευκὸν καὶ διαφανὲς [3] γίγνεται. Ἀρετὴν δὲ ἥν τινα αὐτῷ προσθέω διαφέρουσάν τι τοῦ ὠμοῦ οὐκ ἔχω· οὐδὲ γὰρ ἥδιόν ἐστι τοῦ ὠμοῦ, ἢν τυγχάνῃ γε τὸ μέλι καλὸν ἐόν· ἀσθενέστερον μέντοι γε τοῦ ὠμοῦ καὶ ἀκοπρωδέστερόν ἐστι, ὧν [4] οὐδετέρου ἐς τιμωρίην προσδέεται μελίκρητον. [5] Ἄγχιστα δὲ χρηστέον αὐτῷ τοιῷδε ἐόντι, εἰ τὸ μέλι τυγχάνοι πονηρὸν ἐὸν καὶ ἀκάθαρτον καὶ μέλαν καὶ μὴ εὐῶδες· ἀφέλοιτο γὰρ ἂν ἡ ἕψησις τῶν κακοτήτων [6] αὐτοῦ τὰ πλέονα τοῦ ἀΐσχεος.

νη'. Τὸ δὲ ὀξύμελι καλεύμενον ποτὸν πολλαχοῦ μὲν εὔχρηστον ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι εὑρήσεις ἐόν· καὶ γὰρ πτυάλου ἀναγωγόν ἐστι καὶ εὔπνοον. Καιροὺς μέντοι τοιούσδε ἔχει· τὸ μὲν γὰρ κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειε πρὸς τὰ πτύαλα, τὰ μὴ ῥηϊδίως ἀνιόντα· εἰ γὰρ ἀνάγοι μὲν τὰ [6] ἐγ-

Quod si quis tamen utrumque sumeret et vel duplicem vini meri quantitatem biberet, quam quantum mel delingat, longe validior a melle esset, modo ne ventrem turbet. Multis enim partibus etiam plus stercoris ipsi prodibit. Si tamen post ptisanae sorbitionem quis aquam mulsam superbibat, valde replet et inflat, praecordiorumque visceribus est inutilis. Nec tamen si ante sorbitionem bibatur, laedit ut postea epota, verum etiam quodammodo iuvat.

57. Cocta autem aqua mulsa aspectu quidem quam cruda longe est pulchrior. Splendida siquidem et tenuis, alba et pellucida exsistit. Neque vero aliquam ei virtutem, qua crudam antecellat, attribuere possum. Non enim cruda est suavior, si mel probum esse contigerit, cruda tamen est imbecillior et minus habet stercoris. Quorum neutro ut melior efficiatur aqua mulsa indiget. Praecipue vero eiusmodi cocta utendum, si mel pravum fuerit, impurum, nigrum et mali odoris. Coctura namque huius pravitatis vitium magna ex parte aufertur.

58. Acetum autem mulsum, oxymeli vocatum, epotum, multiplicem quidem in his morbis utilitatem habere comperies. Nam et sputum sursum educit et facilem reddit spirationem. Has vero habet utendi opportunitates, Quod quidem valde acre est, nihil quicquam plus effecerit ad sputa, quae non facile exeunt. Nam

[1] καὶ ἀκρ. — [2] ῥυφήματος. — [3] γίγνεται abest. — [4] οὐδέτερον. — [5] αὐτέων. — [6] in marg. gl. ἐνεχόμενα.

lem iam legis, descripsi. Διαφέρει ἐς ἰσχύν est ad vim s. robur augendum.

57. λαμπρόν τε γὰρ καὶ λεπτόν.] Cod. vetustiss. hic solus τε addit, unde recipio monente de hac re doctissimo Cats Bussem. in censura l. p. 423.

ἀρετὴν δὲ, ἥν τινα αὐτῷ προσθέω.] Cf. § 62. ὕδατι δὲ πτιτῷ ... ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχω ἔργον ὅ τι προσθέω.

ἀκοπρωδέστερόν ἐστι.] Cf. § 62. προσβλάπτει δέ τι καὶ διὰ τόδε, ὅτι ἄκοπρόν ἐστι Φύσι.] Cf. § 60. ἄκοπρον γὰρ ἦν τι μᾶλλον ἐμποιέοι ἂν ταῦτα, κενεαγγείης παρεούσης.

ὧν οὐδετέρου ἐς τιμωρίην προσδέεται μελίκρητον.] Cod. vetustiss. lectio ὧν οὐδετέρης τιμωρίης προσδέεται μελίκρητον recentiori manui deberi mihi videtur, et hanc nostram recte interpretari. Recte hanc cepit Corn., minus bene Foës., quorum Latina, si lubeat, conferantur.

ἄγχιστα.] Ex Homeri ἄγχιστα ἐῴκει notissimum ἄγχιστα pro μάλιστα: exposuit Erotianus.

τῶν κακοτήτων.] Etiam h. l. δεικτικῶς articulum sumi puto pro τούτων τῶν κακοτήτων, nempe quas paulo superius ipse indicavit.

58. καιροὺς μέντοι τοιούσδε ἔχει.] Gal. καιροὺς ἤτοι τῆς χρήσεως αὐτοῦ intelligit, καθότι σύνηθες, ἢ τοὺς τῆς ὠφελείας: accipio de momentis quibusdam in potione praeparanda observandis et de indicatione et contraindicatione huius potus, ut recentiorum medicorum oratione utar.

τὸ μὲν γὰρ κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειε πρὸς τὰ πτύαλα, τὰ μὴ ῥηϊδίως ἀνιόντα.] Gal. et optimi codd. μέσον. Audiendus Galenus: Νυνὶ δὲ βούλομαι, inquit, περὶ

©BIUM

κέρχνοντα καὶ ὄλισθον ἐμποιήσειε καὶ ὥσπερ διαπτερώσειε τὸν βρόγχον, παρηγορήσειε ἂν τὸν πνεύμονα· μαλθακτικὸν γὰρ αὐτοῦ· καὶ εἰ μὲν ταῦτα ξυγκυρήσειε, μεγάλην ἂν ὠφελείην ποιήσειε. Ἔστι δ' ὅτε τὸ κάρτα ὀξὺ οὐκ ἐκράτησε τῆς ἀναγωγῆς τοῦ πτυάλου, ἀλλὰ προσεγλίσχρηνέ τε καὶ ἔβλαψε· μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσι, οἵ περ καὶ ἄλλως ὀλέθριοί εἰσι, καὶ ἀδύνατοι βήσσειν τε καὶ ἀποχρέμπτεσθαι τὰ ἐνεχόμενα. [1] Ἐς μὲν οὖν τόδε προστεκμαίρεσθαι χρὴ τὴν ῥώμην τοῦ κάμνοντος, καὶ, ἢν ἐλπίδα ἔχῃ, διδόναι, [2] διδόναι δὲ, ἢν διδῷς, ἀκροχλίερον καὶ κατ' ὀλίγον τὸ τοιόνδε, καὶ μὴ λάβρως.

νθ'. Τὸ μέντοι ὀλίγον [3] ὀξὺ μέλι ὑγραίνει μὲν τὸ στόμα καὶ φάρυγγα, ἀναγωγόν τε πτυάλου ἐστὶ καὶ ἄδιψον, ὑποχονδρίῳ δὲ καὶ σπλάγχνοισι [4] τοῖσι ταύτῃ εὐμενές· [5] καὶ τὰς ἀπὸ μέλιτος βλάβας [6] κωλύει· τὸ γὰρ ἐν μέλιτι χολῶδες κολάζεται. Ἔστι δὲ καὶ Φυσέων καταρρηκτικὸν καὶ ἐς οὔρησιν προτρεπτικόν· ἐντέρου μέντοι τῷ κάτω μέρεϊ

si ea educeret quae stridulam in faucibus asperitatem faciunt et lubricitatem induceret, ac veluti si guttur dilataret, pulmonem utique leniret, cum ipsum emolliat. Quae si quidem contingerent, magnam utilitatem praestarent. Interdum vero quod valde acre est sputum minime educit, sed magis glutinosum reddit noxiamque facit. Maximeque ita afficientur, qui cum alioqui perniciose habent, neque tussire, neque ea quae intus continentur exscreare possunt. Ad hoc igitur aegrotantis robur coniicere oportet, et, si de eo spem conceperis, exhibere. Et cum dare volueris, perquam tepidum, paulatimque huiusmodi, neque affatim exhibebis.

59. Quod autem parum acre est mel os quidem et fauces humectat, sputum educit et sitim sedat, praecordiis vero et visceribus ibi contentis est benevolum. Nam et mellis noxas inhibet, cum quod in eo biliosum est corrigat, flatus enim perrumpere facit et urinas promovet, intestini tamen inferiorem partem plus aequo humentem reddit et ramenta inducit.

[1] ἓν μ. δ. τ. π. δὲ χρή. — [2] κἢν δίδως ἀκροχλίερον ὀδ. — [3] ὄποξυ ὑγρ. — [4] καὶ τῇσι ταύτῃσι. — [5] καὶ γάρ. — [6] ταύτας κ.

τῆς γραφῆς, τῆς ἐν πολλοῖς τῶν βιβλίων εἰπεῖν. οὐ γὰρ, διὰ τὸ σ̄ τὴν δευτέραν συλλαβὴν τοῦ μέσον ὀνόματος, ἀλλὰ διὰ τὸ ζ̄ γεγραμμένην εὑρίσκομεν, ὡς εἶναι τὴν ὅλην λέξιν τοιάνδε τὸ μὲν γὰρ κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειε. ἔστι δὲ τοῦτο ψεῦδος· αὐτὸς γὰρ ἐπιφέρων δείκνυσιν, ἐνίοτε μὲν μεγάλην ὠφελείαν ἐξ αὐτοῦ γιγνομένην, ἐνίοτε δὲ βλάβην, ὥστ' ἀεὶ μέγα τι ποιεῖ καὶ οὐδέποτε μικρόν. ἐφ' οὗ δὲ ἀληθὲς εἰπεῖν ἐστιν ἀεί τι γίγνεσθαι κακὸν μέγα, ἢ ἀγαθὸν, περὶ τούτου κάλλιον ἄν τις εἴποι καὶ μηδὲν μέσον ὑπ' αὐτοῦ γίγνεσθαι. Immo vapulet Galenus cum suo μέσον et futili λαλίᾳ, qua interpretes in errorem induxit. Quid enim? αὐτὸς (Ἱππ.), inquit Pergamenus, ἐπιφέρων δείκνυσιν ἐνίοτε μὲν μεγάλην ὠφελείαν ἐξ αὐτοῦ γιγνομένην, ἐνίοτε δὲ βλάβην: at minime de valde acido oxymelle affirmat Hippocrates boni quid illud praestare; affirmat tantum subinde nocuisse τῷ γλισχραίνειν τὸ πτύαλον. Divinus senex haec fere docet: „acerrimum oxymel minime praestat prae minus acido: quodsi enim sputa educeret, prodesset omnino: sed hoc non facit, verum interdum vel magis lenta et tenacia illa reddidit, adeo ut nocuerit." Est vero hoc cum medicorum experientia quotidiana maxime consentaneum: quivis enim continuo videt medicamina prae aliis, sive eiusdem, sive affinis generis, magis incitantia non semper prae minus incitantibus maiorem edere effectum, quin etiam in magno virium lapsu ne vel maxime ceteroquin efficax remedium ullum edit effectum omnino. Huiusmodi casum vero nostrum h. l. spectare e seqq. ultro patet. — In censura l. p. 423. Cats Bussemaker defendit Galeni lectionem μέσον: equidem nunc iterum haec omnia et Galeni commentarium et meam olim adscriptam adnotationem et obiectiones viri eruditissimi iterum iterumque diligenter perpendi, nec video causam, cur aut μέσον scribam, aut alio modo de Galeni loco sentiam, quam dudum feceram.

ἐγκέρχνοντα.] Cf. Oecon. Foës. in κέρχνω. Salmas. ad Solin. p. 240. seqq. Valck. ad Eurip. Phoen. vs. 1395: „Recentior, inquit vir illustris, et emollita fuit pronunciatio κέγχρος et κέγχρωμα, vetus atque asperior κέρχνος et κέρχνωμα ... perparum distabant a se invicem Ionica dialectus et Attica vetus qua Tragici fuerunt usi." Aret. p. 193. ἢν δ' ἄκερχνος ἔῃ. 259. A. φάρμακον δὲ ἀρτηρίῃ ἄκερχνον.

διαπτερώσειε.] Quae ratio sit inter Erotiani glossam διαπτερώσιες (p. 130.) et hunc locum, haud ego capio. — Ad ipsam vocem nostram vide Hemsterh. notam ad Hesych. in διαπτύσαι. Aret. p. 259. διαπτερῶσαι βρόγχον.

καὶ, ἢν ἐλπίδα ἔχῃ, διδόναι.] Exspectaveris fere κἢν ἐλπίδα ἔχῃς, διδόναι, ut medicus spem fovere dicatur: aliis tamen locis etiam ad aegrum ipsum spem referunt hi scriptores, v. c. in Progn. loco de auris inflammatione: ἐλπὶς τῷ νεωτέρῳ περιγενέσθαι.

59. τὸ μέν τοι ὀλίγον ὀξὺ μέλι.] Vulgata lectio est τὸ μέν τοι ὀλίγον ὄποξυ ὑγρ. Cod. vetustissimus habet τὸ μέν τοι ὀλίγον ὕποξυ ὑγρ. Gal., Cod. Med. τὸ μέντοι ὀλίγον ὀξύμελι ὑγρ. — In vulgata ὀλίγον ὄποξυ me offendit, nam ὄποξυς denotat vehementiorem quemdam acorem, quod cum ὀλίγον mirum in modum coniungi videtur, ὀλίγον ὕποξυ contra minorem acorem significat quam spectasse videtur Hipp. Itaque praetuli Galeni lect. ita ut ὀξύμελι in duas voces ὀξὺ μέλι seiungerem.

σπλάγχνοισι τοῖσι ταύτῃ.] Haec optimi libri et Galeni lectio, quam Lind. recte secutus est, plana et sola vera.

©BIUM

πλαδαρώτερον καὶ ξύσματα ἐμποιέει· ἔστι δ' ὅτε καὶ φλαῦρον τοῦτο ἐν τῇσι ὀξείῃσί νούσοισι γίγνεται, μάλιστα [1] μὲν ὅτι φῦσαν κωλύει περαιοῦσθαι, ἀλλὰ παλινδρομέειν ποιέει. Ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γυιοῖ καὶ τὰ ἀκρωτήρια ψύχει. Ταύτην καὶ οἶδα μούνην τὴν δι' ὀξυμέλιτος γιγνομένην βλάβην, ἥ τις καὶ ἀξίη γραφῆς.

ξ'. Ὀλίγον δὲ τὸ τοιόνδε ποτὸν νυκτὸς μὲν καὶ νήστι πρὸ ῥοφήματος ἐπιτήδειον προπίνεσθαι· ἀτὰρ καὶ ὁκόταν πουλὺ μετὰ ῥόφημα ᾖ, οὐδὲν κωλύει πίνειν. Τοῖσι δὲ ποτῷ μοῦνον διαιτωμένοισι ἄνευ ῥοφημάτων διὰ τόδε οὐκ ἐπιτήδειόν ἐστι αἰεὶ καὶ διὰ παντὸς χρέεσθαι τούτῳ, μάλιστα μὲν διὰ ξύσιν τοῦ ἐντέρου· ἄκοπρον γὰρ ἐόν τι μᾶλλον ἐμποιέοι ἂν [2] ταῦτα κενεαγγείης παρεούσης· ἔπειτα δὲ καὶ τὸ μελίκρητον τῆς ἰσχύος ἀφαιρέοιτο ἄν. Ἢν μέντοι ἀρήγειν φαίνηται πρὸς τὴν ξύμπασαν νοῦσον πολλῷ ποτῷ τούτῳ χρέεσθαι, ὀλίγον χρὴ τὸ ὄξος παραχέειν, ὅσον μοῦνον γιγνώσκεσθαι· οὕτω γὰρ [3] καὶ ἃ φιλέει βλάπτειν, ἥκιστα ἂν βλάπτοι, καὶ ἃ δεῖται [4] ὠφελείης, προσωφελοίη ἄν.

[1] δ' ὅτι. — [2] καὶ ταῦτα. — [3] ἂν ἥκιστα βλάπτοιτο. — [4] προσωφελέειν.

Interdum quoque et in acutis morbis hoc pravum est, maxime quidem quod flatum penetrare vetat, quin etiam sursum recurrere facit, praeter haec autem alias debilitat et extrema refrigerat. Atque haec sola est ex aceto mulso noxa, scriptione certe digna.

60. Exiguum autem eiusmodi potum nocte quidem et ieiuno ante sorbitionem propinare convenit, quamquam et longo post sorbitionem intervallo nihil vetat bibere. Qui vero solo potu circa sorbitiones in victus ratione utuntur, iis hoc uti semper et perpetuo ob id non convenit et maxime quidem propter intestini abrasionem. Nam cum stercore sit vacuum, citius haec fient ubi vasorum exinanitio adest. Tum vero etiam melicratum de viribus detraxerit. Si tamen multum huius potus usum ad totum morbum conferre posse speraveris, paulum aceti, ut tantum agnosci possit, affundere oportet. Ita enim et quae laedere solet minime laedet et proderit quibus prodesse opus est.

Non potest verum esse ὑποχονδρίῳ δὲ καὶ σπλάγχνοισι καὶ ταύτῃ εὐμενές, quod Littréus exhibet.

καὶ ξύσματα ἐμποιέει.] Haec et seqq. ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γυιοῖ respicit Alex. Trall. XII. 1. sub finem cap.: ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀσθενεστέρων ἤδη δυνάμεων οὐκ ἄν τις αὐτῷ (i. e. ὀξυμέλιτι) χρήσαιτο, καὶ τοῦτ' οἶμαι δῆλον εἶναι τοῖς μεμαθηκόσι τὰ Ἱπποκράτους, καὶ προσομιλήσασι καὶ τὴ πείρᾳ μάλιστα ὅτι ξυστικόν τι ἔχει τῶν ἐντέρων. Eundem locum nostrum respicit Aëtius in fine libri V. ubi de aceto mulso: βῆχα δὲ κινεῖν τὴν οὐκ οὖσαν τὸ ὀξύμελι καὶ τὸ ἔντερον ξύειν εἴρηκεν Ἱπποκράτης τε καὶ Γαληνός.

ταύτην καὶ οἶδα μούνην τὴν δι' ὀξυμέλιτος γιγνομένην βλάβην, ἥ τις καὶ ἀξίη γραφῆς.] Posterius καί, quod in vetustissimo illo libro omittitur, omnino servandum est. Significat γὲ δή, de quo usu vide adnn. ad Vig. p. 501. — Eadem huius particulae significatio est Ep. I. § 16. in verbis ἃς καὶ ἐγὼ οἶδα, item § 20. et aegro 4. οἷα κἀγὼ εἶδον.

60. ἀτὰρ καὶ ὁκόταν πουλὺ μετὰ ῥόφημα ᾖ κ. τ. λ.] Corn., Foës., Littr. et ipse in priore editione coniunximus πουλὺ μετὰ ῥόφημα, ut sit *longo post sorbitionem temporis intervallo*. Doctiss. Cats Buss. πουλύ ad copiam oxymellis retulit in censura laudata p. 424. — Nempe πουλύ antithesin illi facere videtur cum ὀλίγον initio sententiae. — Me iudice ita accipi non potest: docet superius νυκτὸς καὶ νήστι, — tum vero antithesis, quae ad ὀλίγον referatur, non est in πουλύ, sed in οὐδὲν κωλύει πίνειν.

μάλιστα μὲν διὰ ξύσιν τοῦ ἐντέρου· ἄκοπρον γὰρ ἐόν τι μᾶλλον ἐμποιέοι ἂν ταῦτα κενεαγγείης παρεούσης.] — ἢ τρηχυσμόν, quod pone ξύσιν delevi, glossema est, τῇ ξύσει enim τραχύνεται τὸ ἔντερον. Leviore tamen argumento de hoc vocabulo dubitare videri possim, nisi alia suspicionem adaugeant: at vide quaeso § 67. in verbis οὐδὲ δὴ τοὺς γεγυιωμένους χρὴ λούειν, οὐδὲ τοὺς ἀσώδεας [ἢ ἐμετικοὺς], οὐδὲ τοὺς ἐπανερευγομένους χολῶδες, οὐδὲ τοὺς ἐκ ῥινῶν αἱμορραγέοντας! Quid enim? quare, quum continuo pergat enumerando οὐδὲ τοὺς ἀσώδεας cett., inepte intulerit ἢ ἐμετικούς? Verum ibi ἢ ἐμετικούς glossema nominis ἀσώδεας, quemadmodum h. l. ἢ τρηχυσμόν glossema est nominis ξύσιν. — Supra § 59. καὶ ξύσματα ἐμποιέει dixit. — Offendet forte aliquem pluralis num. ἐμποιέοι ἂν ταῦτα ad ξύσιν relatum: nec tamen hoc a Graecae linguae norma abhorret, etiamsi ἢ τρηχυσμόν deleamus. Ceterum de coniectura ἄκοπρον γὰρ ἐόν τι scripsi pro ἀκόπρῳ γὰρ ἐόντι: idem Latine expresserunt Corn. et Foësius. Alio modo sentiit de his Cats Bussem. l. l., cum quo non consentio.

ἔπειτα δὲ καὶ τὸ μελίκρητον τῆς ἰσχύος ἀφαιρέοιτο ἄν.] Diverso modo haec verba ab interpretibus accepta esse vidi. Corn.: „postea, inquit, etiam aqua mulsa vires detraxerit." Foësius: „postea autem et aqua mulsa vires suas amiserit." E recentioribus alii alium sequuntur. Corn. τῆς ἰσχύος ἀφαιρέοιτο transitive sumit et ad aegrotantis vires refert. Foësius passive et ad mulsam spectare credidit. Non poterimus, quin solam illius interpretationem probemus, modo ad rerum nexum attendamus. Nostrum ἔπειτα δὲ κ. τ. λ.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 461 sur 880

©BIUM

ξα'. Ἐν κεφαλαίῳ δὲ εἰρῆσθαι αἱ ἀπὸ ὄξεος ὀξύτητες πικροχόλοισι μᾶλλον ἢ μελαγχολικοῖσι ξυμφέρουσι· τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται καὶ ἐκφλεγματοῦται· τὰ δὲ μέλανα ζυμοῦται καὶ μετεωρίζεται, καὶ πολλαπλασιοῦται μετεωριζόμενα ὑπ' αὐτοῦ· ἀναγωγὸν γὰρ μελάνων ὄξος. Γυναιξὶ δὲ τὸ ἐπίπαν [1] πολεμιώτερον ἢ ἀνδράσι ὄξος· ὑστεραλγὲς γάρ ἐστι.

61. Ut autem in summa dicatur, aceti aciditas biliosis naturis magis confert quam melancholicis. Amara enim dissolvuntur et in pituitam transeunt. Nigra vero fermentantur et in sublime attolluntur et dum in sublime attolluntur multis partibus augentur. Acetum namque nigra sursum educit. Mulieribus autem quam viris acetum longe magis est adversum, nempe cum uterum dolore afficiat.

ξβ'. Ὕδατι δὲ ποτῷ ἐν τῇσι ὀξέῃσι νούσοισι ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχω ἔργον, ὅ τι προσθέω· οὔτε γὰρ βηχὸς παρηγορικόν ἐστι ἐν τοῖσι περιπνευμονικοῖσι, οὔτε πτυάλου ἀναγωγὸν, ἀλλ' ἧσσον τῶν ἄλλων, εἴ τις διὰ παντὸς ὕδατι ποτῷ χρέοιτο. Μεσηγὺ μέντοι ὀξυμέλιτος καὶ μελικρήτου ὕδωρ ἐπιρροφέομενον [2] ὀλίγον πτυάλου ἀναγωγόν ἐστι διὰ τὴν μεταβολὴν τῆς ποιότητος τῶν ποτῶν. Ἄλλως [3] δὲ οὐδὲ δίψαν παύει, ἀλλ' ἐπιπικραίνει· χολῶδες γὰρ φύσι χολώδεϊ καὶ

62. Ad aquam autem praeterquam quod in morbis acutis bibitur, nullum quidem aliud munus habeo quod conferam. Neque enim tussim lenit in pulmonum inflammationibus, neque sputum educit, imo ceteris minus, si quis perpetuo aquae potione utatur. Verum si inter acetum mulsum et aquam mulsam exigua aqua sorbeatur, sputum educit propter potuum qualitatis transmutationem. Alioqui neque sitim sedat, sed os insuper amarum reddit, si quidem biliosae naturae biliosa est et praecor-

[1] πολεμιώτατον. — [2] οὖν ὀλ. — [3] τε.

alterum est membrum sententiae, cuius prius membrum μάλιστα μὲν διὰ ξύσιν τοῦ ἑντέρου. Itaque mirum sane esset, si prius membrum ad aegrum referretur, alterum ad μελίκρητον: — sed praeterea illud τῆς ἰσχύος ἀφαιρέοιτο ἄν prorsus congruit cum ante dicto § 59. ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γνιοῖ. — Forsitan in contrariam te abripiet sententiam, quod μελίκρητον dixit, non ὀξύμελι, quasi significare voluisset μελίκρητον addito aceto, ita ut ὀξύμελι fieret, invalidum reddi et infirmum. Me haec parum movent: nam primo quidem haud adeo firmam esse mulsam dixit, robore eius cum aqua collato: tum vero μελίκρητον h. l. vocat oxymel, quum re vera sit mel cum aceto et aqua coctione mistum: praeterea τὸ ὀξύμελι καλεύμενον ποτόν dixit § 58. et initio § 59. τὸ ὀλίγον ὀξὺ μέλι.

61. ἐν κεφαλαίῳ δὲ εἰρῆσθαι κ. τ. λ.] Locum hunc respicit Gal. de Rem. Simpl. I. 33. vol. XI. p. 438. Kühn.: ὥσπερ Ἱπποκράτης ἔλεγε πικροχόλοις μὲν φύσεσιν χρηστότατον ὑπάρχειν ὄξος, ἐναντιώτατον δ' εἶναι μελαγχολικοῖς τὴν κρᾶσιν.

τὰ μὲν γὰρ πικρὰ .... ὄξος.] Legebantur haec olim hoc ordine: τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται καὶ ἐκφλεγματοῦται μετεωριζόμενα ὑπ' αὐτέου· τὰ δὲ μέλανα ζυμοῦται καὶ μετεωρίζεται καὶ πολλαπλασιοῦται· ἀναγωγὸν γὰρ μελάνων ὄξος. — Haec vel propterea ferri nequeunt, quod μετεωρίζεσθαι sit verbum ad fermentationem spectans, ita ut διαλύεται καὶ ἐκφλεγματοῦται μετεωριζόμενα pessime coniungantur: qua de causa verba transposui. — Simili sensu quo h. l. μετεωρίζεσθαι occurrit apud Arist. Probl. XXI. 9. τὸ δὲ ἄλευρον μετεωρίζεται διὰ τὸ πυκνὸν σφόδρα εἶναι· τὰ γὰρ πυκνὰ τριβόμενα θερμαίνεται· θερμαινόμενα δὲ καὶ πνευματούμενα μετεωρίζεται κ. τ. λ.

62. ἐν τοῖσι περιπνευμονικοῖσι.] Cod. Burdel. scriptura ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσι καὶ περιπνευμονικοῖσι a recentiore manu profecta videtur: neque enim semper tam accurate utrumque morbum distinguit noster v. c. § 67. ἀμβλύζει δὲ ἐν περιπνευμονίῃσι μᾶλλον ἢ ἐν καύσοισι τὸ ἐπίπαν. καὶ γὰρ ὀδύνης τῆς κατὰ πλευρὴν καὶ στῆθος καὶ μετάφρενον παρηγορικόν. Idem patebit perpendenti, quae supra de curatione doloris lateris tradidit.

μεσηγὺ μέντοι ὀξυμέλιτος καὶ μελικρήτου ὕδωρ ἐπιρροφέομενον ὀλίγον πτυάλου ἀναγωγόν ἐστι διὰ τὴν μεταβολὴν τῆς ποιότητος τῶν ποτῶν.] Haec verba per se absolutam et finibus suis probe definitam periodum faciunt, adeo ut et olim, cum hunc librum ederem, me offenderent verba πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιέει inter hanc periodum et sequentem ἄλλως δὲ οὐδὲ κ. τ. λ. illata, et nunc offendant. Hinc factum est, ut ea retulerim ad finem sequentis sententiae, quippe aptissime cohaerent καὶ κάκιστον ἑωυτοῦ καὶ χολωδέστατον καὶ φιλαδυναμώτατον, ὅταν ἐς κενεότητα ἐσέλθῃ· πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιέει.

χολῶδες γὰρ φύσι χολώδεϊ.] Praeter Galeni locum, Comm. ad lib. περὶ ἀγμῶν p. 572. Ed. Bas., quem laudavit etiam Littréus, operae pretium est Alex. Trall. VI. I. p. 273. inspexisse: καὶ ψυχρόν, inquit, εἴ τι κατ' ἐνέργειαν ὑπάρχον, εἴ τε ὀπώραν, εἴ τε ἄλλο τι, παραιτοῦ· εὔκρατον δὲ πάρεχε καὶ μὴ, ὡς οἱ πολλοὶ νομίσῃς αὐτὸ χολῶδες εἶναι· καταγέλαστον γὰρ τοῦτο. καὶ καταμέμφονται σαφῶς Ἱπποκράτους, μὴ εἰδότες πῶς εἴρηται· τοῖς οὖν θερμὴν ἔχουσι τὴν κρᾶσιν καὶ σφόδρα καταξήροις καὶ πυρετῷ κάμνουσι τίς ἂν τούτου εὕροι κάλλιον τι χολῇ καὶ μάχεσθαι καὶ νικᾶν αὐτὴν δυνάμενον, εἰ καὶ τροφάς τις ἐπιδώσει τὰς τρέφειν δυναμένας; ἐπεὶ καὶ καθ' ἑαυτὸ τὸ εὔκρατον, ἅτε δὴ ἁπλοῦν ὂν, οὔτε θρέψαι, οὔτε ὑγρᾶναι τὸν κάμνοντα κυρίως δύναται. ἀλλὰ καὶ ξηρὸν καὶ πικρὸν ἀποτελέσει μᾶλλον αὐτὸν τῷ λόγῳ τῆς ἀτροφίας· συγκρίνων οὖν αὐτὸ πρὸς οἶνον καὶ μελίκρατον καὶ τὰς ἄλλας τροφὰς τοῦτο εἶπεν, ὥστε τὸ εὔκρατον οὐ δεῖ μέμφεσθαι· αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ καὶ τὰς ἄλλας τροφὰς καὶ πέττεσθαι καὶ ἀναδίδοσθαι

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 462 sur 880

©BIUM

[1]ὑποχονδρίῳ κακόν· καὶ κάκιστον ἑωυτοῦ καὶ χολωδέστατον καὶ φιλαδυναμώτατον, ὅταν ἐς κενεότητα ἐσέλθῃ· πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιέει· καὶ σπληνὸς δὲ αὐξητικὸν καὶ [2]ἥπατός ἐστι, ὁκόταν πεπυρωμένον ᾖ· καὶ ἐγκλυδαστικόν τε καὶ ἐπιπολαστικόν· βραδύπορόν τε γάρ ἐστι διὰ τὸ [3]ὑπόψυχρον καὶ ἄπεπτον εἶναι, καὶ οὔτε διαχωρητικὸν, οὔτε διουρητικόν· προσβλάπτει [4]δέ τι καὶ διὰ τόδε, ὅτι ἄκοπρόν ἐστι φύσι. Ἢν δὲ δὴ καὶ ποδῶν ποτε ψυχρῶν ἐόντων ποθῇ, πάντα ταῦτα πολλαπλασίως βλάπτει, ἐς ὅ τι ἂν αὐτῶν ὁρμήσῃ.

ξγ'. Τοπτεύσαντι μέντοι ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι ἢ καρηβαρίην ἰσχυρὴν, ἢ φρενῶν ἄψιν, παντάπασι οἴνου ἀποσχετέον. Ὕδατι δὲ ἐν τῷ τοιῷδε χρηστέον, ἢ ὑδαρέα καὶ [5]κιρρὸν παντελῶς δοτέον οἶνον καὶ ἄνοσμον παντάπασι, καὶ μετὰ τὴν πόσιν αὐτοῦ ὕδωρ μεταποτέον ὀλίγον· οὕτω γὰρ ἂν ἧσσον τὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος ἅπτοιτο τῆς τε κεφαλῆς καὶ τῆς γνώμης. Ἐν οἷσι δὲ μάλιστα αὐτῶν ὕδατι ποτῷ χρηστέον, καὶ [6]ὁκότε πολλῷ κάρτα καὶ ὄκου μετρίῳ, καὶ ὄκου ψυχρῷ, καὶ ὄκου θερμῷ, τὰ μέν που πρόσθεν εἴρηται, τὰ δὲ ἐν αὐτοῖσι τοῖσι καιροῖσι ῥηθήσεται.

ξδ'. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων ποτῶν, οἷον τὸ

diis mala, se ipsamque malitia superat biliosissimaque est viresque maxime labefactat, ubi in vacuitatem venerit: nam quandam inundationem facit. Lienem etiam et hepar, ubi calefacta est, auget, et intus fluctuat et innatat. Nempe quod frigida sit et aegre concoquatur, tarde permeat et neque deiectiones, neque urinas movet. Nonnihil etiam insuper ob id laedit, quod natura stercoris expers sit. Quod si pedibus etiam dum frigentibus aliquando ebibatur, multo maiores has noxas faciet, ad quamcumque tandem inclinaverit.

63. In eiusmodi tamen morbis, ubi vehementem capitis gravitatem vel mentis laesionem afferre suspicatus fueris, vino omnino est abstinendum, tuncque aqua utendum, aut vinum aquosum et album et penitus inodorum prorsus dandum et post illius potionem aquae exiguum superbibendum. Hac enim ratione vini robur caput mentemque minus feriet. In quibus autem maxime aquae potione utendum, et quando liberaliter, et quando moderate, et quando frigida, et quando calida, partim quidem antea dictum est, partim etiam suo dicetur tempore.

64. At de reliquis potionibus qualis est hor-

[1] ἐν τῷ ὑ. — [2] τοῦ ἥπ. — [3] ψυχρόν. — [4] δέ τοι. — [5] λευκόν. — [6] ὁκόταν.

ταχύτερον παρασκεύαζον. καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ λέγει, ὑγρασίη τροφῆς ὄχημα. κ. τ. λ. Verba postremo citata finem faciunt libri περὶ τροφῆς.

φιλαδυναμώτατον.] — φιλαδυναμιώτατον Gal. in textu et in comm. ad lib. de fractis l. l. Altera forma cum ἀδυναμος, μεγαλοδύναμος, παντοδύναμος convenit.

ὁκόταν πεπυρωμένον ᾖ.] Nescio qui factum sit, ut haec verba ad iecur retulerint plurimi interpretes. Unus Grimmius: „wenn es warm wird," et ne hoc quidem recte, nempe de aqua iam antequam bibatur calefacta sermo est, sicuti locum accepisse vidimus Alex. Trall. Frequens est πυρόω et πύρωσις apud Theophr., qui de Causs. pl. IV. 12. 2. τέραμον, inquit, καὶ ἀτέραμον πρὸς τὴν πύρωσιν λέγεται καὶ διάχυσιν καὶ, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, πρὸς τὴν τροφὴν τὴν ἡμετέραν. Ibi ergo πύρωσις fere idem, quod ἕψησις: ceterum dixerim de aqua aptius πυροῦν, quam ἕψειν usurpari, quum illud inprimis ad caloris gradum auctum spectare videatur, hoc ad emollitionem rerum coctarum.

63. τὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος.] Quod ad ἀπό attinet, comparo Herod. VII. 19. ἀπὸ τῆς ἐλαίης τοὺς κλάδους. Μένος per ἰσχύς exponit Gal. Conff. Homeri loci notissimi, ubi μένος ἠελίοιο, πυρός, Βορέαο καὶ ἄλλων Ζαχρηῶν ἀνέμων, cett. obvia.

τὰ μέν που πρόσθεν εἴρηται.] Vulgo εἰρέαται, sed e cod. vetustissimo alteroque εἴρηται iam exhibeo, quia cum seq. ῥηθήσεται numero congruit.

64. περὶ δὲ τῶν ἄλλων ποτῶν.] Plures libri, inter quos vetustus ille Littréi, κατὰ ταῦτα δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων π. Non male quidem habet haec lectio, modo ταὐτά legamus; vereor tamen ne recentioribus debeatur. De praepositione περί, quemadmodum in vulg. lect. ponitur, vid. adn. a Z. ad Vig. p. 652.

οἷον τὸ κριθινόν.] Quisnam hic potus sit κριθινός, hac de re altum est apud Gal. silentium. Herod. II. 77. de Aegyptiis: οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέονται. Wessel. ad istum locum citat πόμα ἀπὸ τῶν κριθέων ex Aret., ἐκ κριθῶν μέθυ ex Aeschyli Suppl. 900., e Diodoro I. 34. ἐκ κριθῶν πόμα, ὃ καλοῦσι ζύθος. Herodotus Aegyptios vinum e hordeo confecisse narrat, quum vites in hac regione non crescerent; vide Wessel. ad h. l. Schol. ad Aesch. l. l. πρὸ γὰρ τῆς εὑρέσεως, inquit, τοῦ οἴνου τοῦτο ἐξεῦρον Αἰγύπτιοι. Ζύθος et κοῦρμι ex hordeo quid sint, vide apud Diosc.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 463 sur 880

©BIUM

κρίθινον καὶ τὰ ἀπὸ χλοιῆς ποιεύμενα, καὶ τὰ ἀπὸ σταφίδος, καὶ στεμφύλων, καὶ πυρῶν, καὶ κνήκου, καὶ μύρτων, καὶ ῥοιῆς, καὶ τῶν ἄλλων, ὅτε οὖν ἄν τινος αὐτῶν καιρὸς ᾖ χρέεσθαι, γεγράψεται παρ' αὐτῷ τῷ νοσήματι, [1]ὅκωσπερ καὶ τἄλλα τῶν ξυνθέτων φαρμάκων.

ξε'. Λουτρὸν [2]δὲ ἐν συχνοῖσι τῶν νοσημάτων ἀρήγοι ἂν χρεομένοισι ἐς τὰ μὲν ξυνεχέως, ἐς τὰ δὲ οὔ. Ἔστι δὲ ὅτε ἧσσον χρηστέον διὰ τὴν ἀπαρασκευασίην τῶν ἀνθρώπων· ἐν ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι παρεσκεύασται τὰ ἄρμενα καὶ οἱ θεραπεύοντες, ὡς δεῖ. Εἰ δὲ μὴ παγκάλως λούοιτο, [3]βλάπτοι γ' ἂν οὐ σμικρά· καὶ γὰρ σκέπης ἀκάπνου δεῖ, καὶ ὕδατος δαψιλέος, καὶ τοῦ λουτροῦ συχνοῦ καὶ μὴ λίην λάβρου, ἤν γε μὴ οὕτω

[1] ὅκως τε καί. — [2] μὲν σ. — [3] βλάπτοιντο ἄν.

deaceus et qui ex virente herba, et uva passa, et vinaceis, et tritico, et cnico, et myrti baccis et malo punico atque ex aliis parantur, tum quando horum aliquo uti tempestivum fuerit, scribetur in ipso morbo, non secus ac de reliquis etiam compositis medicamentis.

65. Balneum vero in plerisque morbis ad usum contulerit partim quidem assidue, partim vero minime. Interdumque eo minus utendum, cum ad id homines sint imparati. In paucis enim domibus quae sunt ad agendum necessaria aut accommodata praeparata reperiuntur, neque ministri, quales decet. At nisi quis perbelle lavetur, non mediocrem incurret noxam. Nam et tecto fumo carente opus est et aqua liberali et frequenti balneo, sed non admodum large

II. 110. 111. τὸ καλούμενον δὲ κοῦρμι σκευαζόμενον ἐκ τῆς κριθῆς, ᾧ καὶ ἀντὶ οἴνου πόματι πολλάκις χρῶνται. Eiusmodi potus in Hispania et Brittannia e tritico parari idem refert. Vid. omnino Spreng. Comm. in Diosc. p. 455., qui etiam de aliis nominibus φοῦκας, πῖνον, βρύτον monet. Cf. Athen. X. 447. A. I. p. 34. B.

καὶ τὰ ἀπὸ χλοιῆς ποιεύμενα.] χλοιῆς Doricum est et Ionicum: cf. Greg. Cor. de dial. Dor. 32. Etym. M. in ῥοιά, Gal. de alim. fac. II. 24. sub finem. Similiter infra ῥοιῆς et in additam. spuriis χροιήν. — Minus recte alii χλοίης. Quod ad rem ipsam attinet, de horum parandi ratione quid sentiendum? Fuerintne succi expressi e virentibus herbis, an vero ἀποβρέγματα quaedam sive aqua, sive vino parata?

τὰ ἀπὸ σταφίδος.] Diosc. V. 3. de uvis: συντίθενται δὲ καὶ μετ' ὀμβρίου ὕδατος προσταφιδωθεῖσαι· γίνονται δὲ αἱ τοιαῦται ἐπ' ὀλίγον οἰνώδεις, διψώδεσι δὲ καὶ καυσώδεσι καὶ χρονίοις πυρετοῖς χρήσιμοι. Eiusmodi quid h. l. spectari videtur.

καὶ στεμφύλων.] Vid. Gal. de alim. fac. II. 9. p. 576. seqq., Schol. ad Aristoph. Nubes vs. 46. — Conf. Diosc. V. 13. περὶ δευτερίου καὶ ἀδυνάμου: quippe Dioscoridis δευτερίαν s. πότιμον h. l. spectari existimo, de quo: ἁρμόζει, inquit, ἐφ' ὧν διστάζομεν οἶνον διδόναι ἀναγκαζόμενοι δι' ἐπιθυμίαν τοῦ νοσοῦντος καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ νόσου ἀναλαμβανόντων χρονίως. Cf. lib. II. de Morbis p. 285. πινέτω δὲ ἓξ ἡμέρας ἐκ νυκτὸς στέμφυλα βρέχων γλυκέα τὸ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τούτων.

κνήκου.] Est *Carthamus tinctorius*. cf. Spreng. in comm. ad Diosc. II. 187., ubi haec: τὸ σπέρμα κοπτόμενον καὶ χυλιζόμενον σὺν ὑδρομέλιτι καὶ ζάμῳ ὄρνιθος, κοιλίαν καθαίρει κ. τ. λ. Vid. Gal. de Rem. Simpl. III. 24. 25. VII. 32. Murray Apparatus Medic. I. 144.

μύρτων.] De vino Myrtite et Myrsinite Diosc. V. 36. 37. I. 55. habet: ὁ ἐκ τῶν χλωρῶν μύρτων ἐκθλιβέντων χυλός .... καὶ ὁ ἐξ αὐτῆς δὲ γινόμενος οἶνος, ἐκθλιβέντος τοῦ κάρπου καὶ ἐπὶ ποσὸν ἀφεψηθέντος· ὀξίζει γὰρ ὁ μὴ οὕτω σκευασθείς. Vid. Spr. comm. p. 413. Aretaeus p. 132.: ξὺν ὕδατι ἐστυμμένῳ μύρτοισι ἢ κυδωνίοισι μήλοισι.

ῥοιῆς.] ῥόα, Malum Punicum. Diosc. I. 151—153. De vino ῥοΐτῃ V. 34. Vid. Spreng. p. 412. Celsus IV. 5. *acidi* mali punici et *dulcis* mentionem facit. Cf. Schneid. ad Nicandri Alexiph. p. 236. 238. ἀπυρηνῶν ῥοῶν etiam mentio fit apud Athen. XIV. 64. Cf. Gal. de alim. fac. II. 24.

ὅτε οὖν ἄν.] Notandus Ionismus pro ὅταν οὖν. In verbis ὅκως περ καὶ τἄλλα structura quodammodo inflectitur; nam proprie dicendum fuerat: ὅκως περ καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ξ. φ.

§ 65. τὰ ἄρμενα.] Vid. Foës. in Oecon. in voce. Adde Suidae locum ἁρμόδια. ἐπιτήδεια exponentis et citantis epigramma: Πανὶ τάδ' αὐθαιμοι τρισσοὶ θέσαν ἅρμενα τέχνας. Ipsum locum vid. in Anthol. VI. 14. Gal. in comm. ad Hipp. κατ' ἰητρεῖον. Vol. XVIII[b]. p. 671. Kühnio: καθάπερ ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων εἶπεν, ἔνθα περὶ λουτροῦ διῆλθεν· ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι (ἐν pone διῆλθεν interiisse videtur) παρεσκεύασται τὰ ἄρμενα καὶ οἱ θεραπεύοντες, ὡς δεῖ. σκάφας οὖν ἡγητέον λέγειν αὐτὸν καὶ τροχοὺς καὶ λεκάνας καὶ πυέλους καὶ ὅσα τἄλλα τοῖς θεραπευομένοις ἐπιτήδεια.

εἰ δὲ μὴ παγκάλως λούοιτο, βλάπτοι γ' ἂν οὐ σμικρά.] βλάπτοι γ' ἄν de meo dedi pro βλαπτοιτ' ἄν et βλάπτοιτο quorumdam codd. — Gal. βλάπτοι: cum hoc maxime consentio; nimirum λούοιτο impersonaliter sumi existimo, ita ut τὸ λούεσθαι οὐ σμικρὸν βλάπτειν dicatur. Noluit factum doctissimus Cats Bussem. l. l. p. 425.; ille nempe λούοιτο passive sumere vult et ὁ ἄνθρωπος subiectum subintelligere. Mihi in late patente oratione et ad casum peculiarem non pertinente, de iis, quae olim statui, non decedendum videtur.

καὶ τοῦ λουτροῦ συχνοῦ καὶ μὴ λίην λάβρου.] De diversitate λοῦτρον inter et λουτρόν vid. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 330.: „λουτρόν. inquit, est *lavacrum* balnei s. *lavatio*." Unde patet, cur ὕδατος δαψιλέος δέῃ, ut supra dixit: continuo sed parce aquam affundi iubet, non semel et affatim, ne aeger defatigetur, ut puto. Pro λάβρου Gal. λαυροῦ, Cf. Thiersch. § 160. 5.

©BIUM

δέη. Καὶ μᾶλλον μὲν μὴ σμήχεσθαι· ἢν δὲ σμήχηται, θερμῷ χρέεσθαι αὐτῷ καὶ πολλαπλασίῳ ἢ ὡς νομίζεται σμήγματι, καὶ προκαταχέεσθαι μὴ ὀλίγῳ καὶ ταχέως μετακαταχέεσθαι. Δεῖ δὲ καὶ τῆς ὁδοῦ βραχείης ἐς τὴν πύαλον καὶ ἐς εὐέμβατον καὶ ἐς εὐέκβατον· εἶναι δὲ καὶ τὸν λουόμενον κόσμιον καὶ σιγηλὸν καὶ μηδὲν αὐτὸν προσεξεργάζεσθαι, ἀλλ' ἄλλους καὶ καταχέειν καὶ σμήχειν· καὶ μετακέρασμα πολλὸν ἡτοιμάσθαι καὶ τὰς ἐπαντλήσιας ταχείας ποιέεσθαι· καὶ σπόγγοισι χρέεσθαι ἀντὶ στλεγγίδος, καὶ μὴ ἄγαν ξηρὸν χρίεσθαι τὸ σῶμα. Κεφαλὴν μέντοι ἀνεξηράνθαι χρὴ ὡς οἷόν τε μάλιστα ὑπὸ σπόγγου ἐκμασσομένην καὶ μὴ διαψύχεσθαι τὰ ἄκρα, μήτε τὴν κεφαλὴν, μήτε τὸ ἄλλο σῶμα· καὶ μήτε γεορρόφητον, μήτε νεόποτον λούεσθαι, μήτε ῥοφέειν, μήτε πίνειν [2] ταχὺ μετὰ τὸ λουτρόν.

ξς'. Μέγα [3] μὲν δὴ μέρος χρὴ νέμειν τῷ κάμνοντι, ἢν ὑγιαίνων ἢ φιλόλουτρος ἄγαν καὶ εἰθισμένος λούεσθαι· καὶ γὰρ ποθέουσι μᾶλλον οἱ τοιοίδε καὶ ὠφελέονται λουσάμενοι καὶ βλάπτονται [4] μὴ λουσάμενοι. Ἁρμόζει δὲ ἐν περιπνευμονίῃσι μᾶλλον ἢ ἐν καύσοισι τὸ ἐπίπαν· καὶ γὰρ ὀδύνης τῆς κατὰ πλευ-

adfuso, nisi res ita postularit. Et detersione quidem potius minime utendum. Quodsi detersione opus sit, calido ipso et multo copiosiore quam fieri soleat detersorio medicamento utendum, et larga ante detersionem aqua adfundenda et cito post. Via ad solium sit brevis et ad facilem tum ingressum, tum exitum. Qui lavatur moderate se componat et taceat nihilque ipse faciat, sed alios perfundere et detergere permittat. Multa etiam medii temperamenti mixtio paranda et celeres fieri perfusiones debent, spongiisque strigilis loco utendum, neque valde siccum corpus inungendum. Caput tamen spongia detersum, quoad eius maxime fieri potest resiccari oportet, neque extremae corporis partes, neque caput, neque reliquum corpus refrigerari debet. Et neque post recentem sorbitionem, neque post potum lavandum, neque statim a balneo sorbendum aut bibendum.

66. Magni tamen referre existimandum est, num aeger dum valebat balnei valde cupidus fuerit et lavari assuetus. Tales enim appetunt magis et loti utilitatem sentiunt et laeduntur non loti. In totum autem pulmonum inflammationibus magis quam febribus ardentibus convenit. Nam lateris pectoris et dorsi dolo-

[1] δὲ καὶ σμ. — [2] τ. μ. τ. λ. αὐτίκα. — [3] μέν τι. — [4] οἱ μὴ λ.

καὶ μᾶλλον μὲν μὴ σμήχεσθαι, ἢν δὲ σμήχηται, θερμῷ χρέεσθαι αὐτῷ καὶ πολλαπλασίῳ ἢ ὡς νομίζεται σμήγματι.] Gal.: οὐ δεῖται τοῦ σμήχεσθαι κάμνων οὐδεὶς, πλὴν εἰ ὑπῶν ἢ καὶ κνησμώδης. χρῄζουσι γὰρ οἱ κάμνοντες ἀκοπώτατα καὶ ἀοχλητότατα διαβρεχῆναι τῷ ὕδατι. — Videamus quaenam res *σμήγματος* loco veniant: Aristoph. Ran. 710:

ὁπόσοι
κρατοῦσι κυκνησιτέφρου
ψευδονίτρου κονίας
καὶ Κιμωλίας γῆς.

ad quem locum Schol.: Δέον εἰπεῖν, inquit, ὅσοι κρατοῦσι γῆς, οὐκ εἶπεν, ἀλλ' ἐπήνεγκεν ὅσα παρέχεται βαλανεὺς λουομένοις σμήγματα. Senibus apud Comicum, Lysistr. 740. administratur λουτρὸν ..... ἄνευ κονίας scilicet. Hesych. κονία. σμῆμα. σποδός., ubi vide interprett. Cf. Poll. XI. 7., qui de κονίᾳ: ἔστι δέ, inquit, τὸ ἐκ τέφρας καθιστάμενον ὑγρόν. Habemus igitur in hisce lixivium e cinere, nitro, terra Cimolia. De hac vide Diosc. V. 175. Sprengel. in comm. p. 663. Erot. et Gal. p. 352. 564. σμηκτίδα (s. σμηκτρίδα cf. Lob. ad Phryn. p. 255.) γῆν, τὴν Κιμωλίαν. — De lixivio ficus, aliis, Diosc. I. 186. περὶ τέφρας κληματίνης V. 134. De parando lixivio e cinere Gal. de Rem. Simpl. IV. 3: ἐπειδάν, inquit, ὕδατι βραχεῖσα τέφρα διὰ τινῶν σωμάτων ἀραίων συμμέτρως ἠθεῖται, συναποφέρεται μὲν ἐν τῷδε τὰ θερμὰ καὶ ἀριμέα μόρια, τὸ δ' ὑπόλοιπον οὐκέτι θερμὸν ἐστιν, ἐναποβέμενον τῷ ὕδατι τὰ πυρώδη μόρια· καλοῦσι δὲ τὸ τοιοῦτον ὕδωρ οἱ ἄνθρωποι κονίαν. Vid. ibid. X. 3. 1. 4., ubi pro vario, unde fiat, cinere magis minusve acre dicitur lixivium. Tandem notatu dignum quod habet Gal. in comm.: δεομένου μέντοι σμήχεσθαι τοῦ κάμνοντος, ἢ διὰ ῥύπον, ἢ διὰ κνησμὸν, ἐκλύειν δύναμιν τοῦ σμηκτικοῦ φαρμάκου μίξει πλείονος ὕδατος, ἐπεμβάλλοντας καὶ τοῦ ἐλαίου· καὶ διὰ τοῦτ' εἶπεν ὁ Ἱππ. πολλαπλασίῳ δεῖ χρῆσθαι, ἢ ὡς νομίζεται τῷ σμήγματι.

Δεῖ δὲ καὶ τῆς ὁδοῦ βραχείης ἐς τὴν πύαλον καὶ ἐς εὐέμβατον καὶ ἐς εὐέκβατον.] cf. adnotata a viris eruditiss. Cats Bussemaker et Daremberg ad Orib. vol. II. p. 869. et totum doctum tractatum de balneis apud antiquos ibi descriptum.

μετακέρασμα πολλὸν ἡτοιμάσθαι.] Gal. in comm. monet etiam μετὰ κέρασμα legi posse eo sensu, quo μετὰ ταῦτα κέρασμα: nec tamen hoc praefero. Ad rem ipsam cf. Foës. in Oecon. et Galeni comm.

σπόγγοισι χρέεσθαι ἀντὶ στλεγγίδος.] Etiam hoc praecipit ne nimis defatigetur aeger.

66. μέγα μὲν δὴ μέρος.] Vulgo μέντοι: cum Littréo Gal. et Cod. vetustiss. sum secutus. vid. ad § 38.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 465 sur 880

©BIUM

ρὴν καὶ στῆθος καὶ μετάφρενον παρηγορικόν ἐστι τὸ λουτρὸν, καὶ πτυάλου πεπαντικὸν καὶ ἀναγωγὸν καὶ εὔπνοον καὶ ἄκοπον· μαλθακτικὸν γὰρ καὶ ἄρθρων καὶ τοῦ ἐπιπολαίου δέρματος· καὶ οὐρητικὸν δὲ καὶ καρηβαρίην λύει καὶ ῥῖνας ὑγραίνει.

ξζ'. Ἀγαθὰ μὲν οὖν λουτρῷ τοσαῦτα πάρεστι, ὧν πάντων δεῖ. Ἢν μέντοι τῆς παρασκευῆς ἔνδειά τις ᾖ ἐνὸς, ἢ πλεόνων, κίνδυνος μὴ λυσιτελέειν τὸ λουτρὸν, ἀλλὰ μᾶλλον βλάπτειν· ἓν γὰρ ἕκαστον αὐτῶν μεγάλην φέρει τὴν βλάβην μὴ παρασκευασθὲν ὑπὸ τῶν ὑπουργῶν, ὡς δεῖ. Ἥκιστα δὲ λούειν καιρὸς [1] τούτους, οἷσι ἡ κοιλίη ὑγροτέρη τοῦ καιροῦ ἐν τῇσι νούσοισι· ἀτὰρ οὐδὲ οἷσι ἔστηκε μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ μὴ προδιελήλυθε. [2] Οὐδὲ δὴ τοὺς γεγυιωμένους χρὴ λούειν, οὐδὲ τοὺς ἀσώδεας, οὐδὲ τοὺς ἐπανερευγομένους χολῶδες, οὐδὲ τοὺς ἐκ ῥινῶν αἱμορραγέοντας, εἰ μὴ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι· τοὺς δὲ καιροὺς οἶδας· εἰ δὲ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι, λούειν, ἤν τε ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγῃ, ἤν τε τὴν κεφαλὴν μοῦνον.

ξη'. Ἢν οὖν αἵ τε παρασκευαὶ ἔωσι ἐπιτήδειοι καὶ ὁ κάμνων μέλλῃ εὖ δέξασθαι τὸ λουτρὸν, λούειν χρὴ ἑκάστης ἡμέρης· τοὺς δὲ φιλολουτρέοντας καὶ δὶς τῆς ἡμέρης εἰ λούοις, [3] οὐδὲν ἂν βλάπτοις. Χρέεσθαι δὲ λουτροῖσι τοῖσι ὅλῃσι πτισάνῃσι χρεομένοισι παραπουλὺ μᾶλλον ἐνδέχεται, ἢ τοῖσι χυλῷ μοῦνον χρεομένοισι· ἐνδέχεται δὲ καὶ τούτοισι ἐνίοτε· ἥκιστα [4] δὲ τοῖσι ποτῷ [5] μοῦνον χρεομένοισι· ἔστι δὲ καὶ οἷσι τούτων ἐνδέχεται. Τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ τοῖσι προγε-

rem balneum mitigat, sputum maturat et educit et facilem spirationem reddit et lassitudines tollit, cum articulos et extimam cutim emolliat, urinas provocat, capitis gravitatem solvit et nares humectat.

67. Atque huiusmodi bona balneo adsunt, quibus omnibus est opus. Sin vero apparatus penuria in uno vel pluribus deficiat, verendum est ne magis laedat quam conferat. Eorum namque singula non convenienter a ministris praeparata, magnam offensionem afferunt. At quibus alvus est in morbis plus aequo humida, iis balneum minime opportunum est, neque iis quibus plus iusto sistitur, neque prius soluta est. Sed neque eos qui viribus sunt exsolutis lavare oportet, neque stomachi fastidio laborantes, neque biliosum eructantes, neque quibus sanguis ex naribus profluit, nisi parcius quam occasio postulet effluat. Occasiones autem nosti. Sin vero parcius quam expediat profluxit, lavare convenit, sive corpus universum ceterorum habita ratione lavare conveniat, sive solum caput.

68. Si igitur apparatus convenientes fuerint, aegerque non gravate balneum ferre posse videatur, quotidie lavare expedit. Lavandi autem cupidos etiam si bis die laveris, nihil peccabis. Ceterum qui tota ptisana utuntur, multo tutius assumere balnea possunt, quam qui solo succo, quamquam et ii interdum uti possunt, minime vero qui solo potu, quibus tamen partim quoque licet. Ex his autem, quae antea scripta sunt, coniiciendum est, quibus in singulis victus rationis modis profuturum sit balneum, et quibus

[1] τούτους abest. — [2] ἀλλ' οὐδὲ τοὺς γ. — [3] οὐκ ἂν ἁμάρτοις. — [4] δὲ καὶ τ. — [5] μοῦνον εὖ χρ.

καὶ ἄκοπον· μαλθακτικὸν γὰρ κ. τ. λ.] Postrema illa, μαλθακτικὸν — δέρματος cum ἄκοπον arctissime cohaerent et rationem reddunt, cur τὸ λουτρὸν sit ἄκοπον.

67. μεγάλην φέρει τὴν βλάβην.] Doctiss. Cats Bussem. in censura l. h. l. τήν omissum maluisse se significat, quia in cod. vetustiss. et apud Vassaeum omittitur. — Non consentio — non abundat articulus, significat: ἓν γὰρ ἕκαστον μεγάλην φέρει τὴν βλάβην, ἣν φέρει, μὴ παρασκευασθὲν ὑπὸ τῶν ὑπουργῶν ὡς δεῖ.

τοὺς ἀσώδεας.] Pone hanc vocem legitur apud cett. ἢ ἐμετικούς, quod quum glossema sit, e contextu abire iussi. Cf. supra adn. ad § 60.

τοὺς ἐκ ῥινῶν αἱμορραγέοντας.] Hunc locum respicit Gal. comm. ad Epid. I. aegr. 7, quam historiam contulisse iuvabit.

68. τοὺς δὲ φιλολουτρέοντας.] Paulus Aeg. II. 18. τοὺς δὲ φιλολούτρους, οὐδὲ εἰ δὶς λούοις ἁμαρτάνοις ἄν. Similia habet Theoph. Nonnus cap. 158.

ἥκιστα δὲ τοῖσι ποτῷ μοῦνον χρεομένοισι.] Codd. mss. et Editiones ἥκιστα δὲ καὶ τοῖσι κ. τ. λ. — Delevi καί, quod h. l. ferri nullo modo potest: mox enim, idque recte, ἔστι δὲ

γραμμένοισι, οὕς τε μέλλει λουτρὸν ὠφελέειν ἐν ἑκάστοισι τῶν τρόπων τῆς διαίτης, οὕς τε μή. Οἷσι μὲν γὰρ προσδέεταί τινος κάρτα τούτων, ὁκόσα λουτρὸν ἀγαθὰ ποιέει, καὶ πρόσεστι αὐτοῖσι ὅσα ἂν λουτρῷ ὠφελέηται, δεῖ λούειν· οἷσι δὲ τούτων μηδενὸς προσδεῖ, καὶ πρόσεστι αὐτοῖσι τῶν σημείων, ἐφ' οἷσι λούεσθαι μὴ ξυμφέρει, οὐ δεῖ λούειν.

minime. Quibus namque eorum aliquid maxime deest, quae bona a balneo contingunt, et signa adsunt, quae balneo adiuvantur, hos lavare oportet: quibus vero eorum nihil deficit et quibus praesentia sunt signa, in quibus lavari non conducit, hos non lavare oportet.

οἷσι καὶ τούτων κ. τ. λ., unde perperam h. l. καί a librariis invectum esse opinor.

οἷσι μὲν γὰρ προσδέεται κ. τ. λ.] Hunc locum egregie nobis restituit Littréus, e cuius emendatione integrum descripsi. Vid. vir. eruditissimus vol. II. p. 373. seqq.

μὴ ξυμφέρει.] Ita de meo, cett. οὐ ξυμφέρει.

©BIUM

[1] ΝΟΘΑ.

α'. Καῦσος δὲ γίγνεται, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια ἐν θερινῇ ὥρῃ ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά· καὶ πυρετὸς πουλὺς ἴσχει, τό τε σῶμα [2] ὡς ὑπὸ ὀστεοκόπου ἐχόμενον κοπιᾷ καὶ ἀλγέει. Γίγνεται δὲ ὡς ἐπιτοπουλὺ καὶ ἐκ πορείης μακρῆς καὶ δίψεος μακροῦ, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια δριμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ἐπισπάσηται. Γίγνεται δὲ ἡ γλῶσσα τρηχεῖα καὶ ξηρὴ καὶ μέλαινα κάρτα· καὶ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δακνόμενος ἀλγέει· τά τε ὑποχωρήματα ἔξυγρα καὶ ὠχρὰ γίγνεται, καὶ δίψαι [3] σφοδραὶ ἔνεισι καὶ ἀγρυπνίη, ἐνίοτε δὲ καὶ παραλλάξιες φρενῶν. Τῷ τοιῷδε δίδου πίνειν ὕδωρ τε καὶ μελίκρητον ἐφθὸν ὑδαρὲς, ὁκόσον ἐθέλει· καὶ ἢν πικρὸν τὸ στόμα γίγνηται, ἐμέειν ξυμφέρει καὶ τὴν κοιλίην ὑποκλύσαι· ἢν δὲ μὴ πρὸς ταῦτα λύηται, γάλα ὄνου ἐψήσας κάθαιρε· ἁλμυ-

[1] Ἀρχὴ τῶν νόθων. — [2] ὑπὸ κόπου ἐχ. — [3] πολλαί.

1. καῦσος γίγνεται ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια ἐν θερινῇ ὥρῃ ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά.] Quod ad anni tempestatem cf. lib. Epid. II. p. 995. Foësio, quem locum emendatum describo: Οἱ καῦσοι ἐν τῇσι θερινῇσι μᾶλλον γίγνονται ἢ ἐν τῇσι ἄλλῃσι ὥρῃσι. ἐπιξηραίνονται γὰρ μᾶλλον θέρεος. Cum his autem confero locos duos ex aliis libris: Lib. de int. aff. p. 505. Ed. Kühn.: ἢν δὲ ἡ χροιὴ τοῦ σώματος μέλαινα ᾖ, τάδε αἰτιά ἐστι. ἐς τὰ φλέβια καὶ ἐς τὸ δέρμα, ὁκόταν χολὴ μέλαινα ὑπέλθῃ καὶ ἐπὶ τούτοισι ὁκόταν θέρμη ἐπιγένηται, ἀνάγκη ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ξυγκαίεσθαί τε καὶ ἀναξηραίνεσθαι τὰ φλέβια, ὥστε τὸ αἷμα ἐκχωρέειν κατὰ τὰ φλέβια. Tum vero lib. de Haemorrh. p. 340. Ed. Kühn.: αἱμορροΐδων τὸ μὲν νόσημα ὧδε γίγνεται. ἢν χολὴ, ἢ φλέγμα ἐς τὰς φλέβας τὰς ἐν τῷ ἀρχῷ καταστηρίξῃ. θερμαίνει τὸ αἷμα, τὸ ἐν τοῖσι φλεβίοισι, θερμαινόμενα δὲ τὰ φλέβια ἐπισπᾶται ἐκ τῶν ἐγγυτάτω φλεβίων τὸ αἷμα καὶ πληρεύμενα ἐξοιδέει τὸ ἐντὸς τοῦ ἀρχοῦ κ. τ. λ. — Ad δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας Spreng. Apol. II. 417. adponit Platonis e Timaeo verba: ἰχὼρ δὲ ὁ μὲν αἵματος πρᾳὸς, ὁ δὲ μελαίνης χολῆς ὀξείας τε ἄγριος. — Lib. de Arte p. 6.:

ADDITAMENTA SPURIA.

1. Fit autem febris ardens cum resiccatae venulae tempore aestivo acres et biliosos tenues humores ad se attraxerint, et febris multa detinet, corpusque ossaria lassitudine vexatum laborat ac dolet. Fit quoque magna ex parte ex longo itinere et longa siti, ubi arefactae venulae acres calidasque fluxiones ad se attraxerint. Fit etiam lingua aspera et sicca valdeque nigra, et ob ventris morsum dolor est, alvi egestiones tum valde liquidae tum pallidae fiunt, sitis adest vehemens et vigiliae, interdumque mentis alienationes. Huic aquae et mulsae coctae et aquosae quantum volet potui exhibeto, et si os amarum fuerit, vomere conducit et alvum subluere. Quod si ad haec non solvatur, lacte asinino cocto purgato. Salsum autem nihil neque acre exhibeto, neque enim feret aeger. Sorbitionem vero nisi iudicationis dies excesserit, non dabis. Et si ex naribus sanguis profluxerit, solvitur affectio,

πᾶν γὰρ τὸ ξύμφυτον (ita lego cum Erot. in voce νηδύν) ἢν τε δέρματι, ἢν τε σαρκὶ καλύπτηται κοῖλόν ἐστι, πληροῦταί τε ὑγιαῖνον μὲν πνεύματος, ἀσθενῆσαν δὲ ἰχῶρος. Gal. de Fac. nat. p. 190. vol. II. Kühn.: πληροῦνται περιττωμάτων. ἰχῶρες δέ τινές εἰσι ταῦτα χολώδεις τε καὶ φλεγματώδεις καὶ ὀρρώδεις.

ὡς ὑπὸ ὀστεοκόπου ἐχόμενον.] Membr. vetustissima ὑπὸ κόπου, — quam lect. Lind. et Littr. sequuntur et ipse secutus sum in priore Editione. Nunc autem mihi cod. vetusti lectio truncata esse videtur. — Theophr. περὶ κόπων p. 800. Ed. Schneid. λέγουσι δὲ καὶ τὰς σάρκας καὶ ὅλον τὸ σῶμα κοπιᾶν· ὕδεν καὶ τοὺς ὀστεοκόπους ὀστάγρας καλοῦσι. Simplex κόπου languidius est.

ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια δριμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ἐπισπάσηται.] Cum his conf. § 7. verba: δηχθεῖσαι δὲ καὶ λίην ξηραὶ γενόμεναι αἱ φλέβες ἐντείνονταί τε καὶ φλεγμαίνουσαι ἐπισπῶνται τὰ ἐπιῤῥέοντα. — Tenenda est diversitas inter ῥεύματα et κατάῤῥους: sunt hi humorum e capite defluxiones in partes inferiores, illa humorum fluxus ex alia parte quacumque in vicinam aliam. Cf. Defin. Med. p. 418. 433.

©BIUM

ρὸν [1]δὲ μηδὲν, μηδὲ δριμὺ προσφέρειν, οὐ γὰρ ὑποίσει· [2]ῥόφημα δὲ ἔστ' ἂν ἔξω τῶν κρισίμων γένηται, μὴ δίδου. Κἢν αἷμα ἐκ τῶν [3]ῥινῶν ῥυῇ, λύεται τὸ πάθος, κἢν ἱδρῶτες ἐπιγένωνται κριτικοὶ, γνήσιοι μετ' οὔρων παχέων, λευκῶν καὶ λείων ὑφισταμένων, κἢν ἀπόστημά που γένηται. Ἢν δ' ἄνευ τούτων λυθῇ, ὑποστροφὴ πάλιν ἔσται τῆς ἀρρωστίης, ἢ ἰσχίου, ἢ σκελέων ἄλγημα ξυμβήσεται, [4]ἢ πτύσεται παχέα, ἢν μέλλῃ ὑγιὴς ἔσεσθαι.

β'. Καύσου γένος ἄλλο. — Ἡ κοιλίη ὑπάγουσα δίψης ἐστὶ μεστὴ, γλῶσσα τρηχεῖα, ξηρὴ, ἀλυκώδης· οὔρων ἀπόληψις, ἀγρυπνίη, ἀκρωτήρια ἐψυγμένα. Τῷ τοιούτῳ, ἢν μὴ αἷμα ἐκ [3]ῥινῶν ῥυῇ, [5]ἢ πτύσματα παχέα πτύσῃ, ἢ ἀπόστημα περὶ τράχηλον γένηται, ἢ σκελέων ἄλγημα, ἢ ἰσχίου ὀδύνη, ἢ αἰδοίου πελίωμα, — ταῦτα δὲ ξυστάσης τῆς κοιλίης γίγνεται, — οὐ κρίνεται. Ῥοφήματα ἐπισπαστικὰ δίδου.

γ'. Τὰ δ' ὀξέα πάθεα φλεβοτομήσεις, ἢν ἰσχυρὸν φαίνηται τὸ νόσημα, καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίῃ, καὶ ῥώμῃ παρῇ αὐτοῖσι. Ἢν μὲν οὖν ξύναγχος ᾖ, καὶ ἐκλεικτοῖσι ἀνακάβαιρε, [6]ἤν τ' ἄλλο τι τῶν πλευριτικῶν·

2. Febris ardentis aliud genus est, in quo alvus subit, sitis est intensa, lingua aspera, sicca, salsa, urinae intercipiuntur, vigiliae torquent et refrigerantur extrema. Huic iudicatio minime continget, nisi sanguis ex naribus profluxerit, aut sputa crassa exspuat, aut abscessus circa collum aut crurum dolor oboriatur, aut coxae dolor aut pudendi livor obveniat; quae alvo suppressa contingunt. Sorbitiones attractorias exhibeto.

3. At in morbis acutis sanguinem detrahes, si vehemens fuerit morbus et qui aegrotant aetate florenti fuerint et virium robore valuerint. Si igitur angina aut aliquis alius lateris morbus aegrum divexarit, etiam medicamentis,

[1] δέ τι μὴ δὲ δριμύ. — [2] ῥοφήματα δὲ ἕως ἄν. — [3] καί. — [4] ῥινός. — [5] καὶ πτ. — [6] εἴ τ' ἄλλο τῷ πλευριτικῷ.

κἢν ἱδρῶτες ἐπιγένωνται κριτικοὶ, γνήσιοι μετ' οὔρων παχέων κ. τ. λ.] Verba ἱδρῶτες κριτικοὶ γνήσιοι Hippocratis usum non referunt. Non alienum est, quod Gal. monuet, haec verba ἐκ περιττοῦ προσκεῖσθαι, quum urinae, quales describit, per se iam indicent κρίσιν.

κἢν ἀπόστημά που γένηται.] Cf. Aph. 31. IV. τοῖσι κοπώδεσι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἐς ἄρθρα καὶ παρὰ τὰς γνάθους μάλιστα αἱ ἀποστάσιες γίγνονται.

ἢ πτύσεται παχέα.] ἢ pro καί, quod ferunt libri, h. l. de meo invexi: similiterque § seq. ἢ πτύσματα παχέα de coniectura scripsi: sunt nempe enumerata symptomata singula per se variae iudicii formae.

2. ἡ κοιλίη ὑπάγουσα δίψης ἐστὶ μεστὴ κ. τ. λ.] Nonnulla signa febris ardentis, quae hic memorantur, leguntur etiam in causi descriptione lib. de Morbis III. 6. p. 122. Littréo. — Cf. etiam descriptio e lib. de Morbis II. 63. p. 96. Solita in libris lectio haec est: τῷ τοιούτῳ ἢν μὴ αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυῇ, ἢ ἀπόστημα περὶ τράχηλον γένηται, ἢ σκελέων ἄλγημα, καὶ πτύσματα παχέα πτύσῃ, — ταῦτα δὲ ξυστάσης τῆς κοιλίης γίγνεται, — ἢ ἰσχίου ὀδύνη, ἢ αἰδοίου πελίωμα, οὐ κρίνεται· καὶ ὄρχις ἐνταβεὶς κριτικόν. ῥοφήματα κ. τ. λ. — Sunt haec ordine turbata: dolor crurum et coxendicum sunt signa tam affinia, ut intermediis illis aliis inepte a se invicem divellantur; itaque revocavi consecutionem verborum, quam auctor voluisse existimandus est. Sive ordinem iam restitutum, sive vulgatum in libris respiciam, καὶ ὄρχις ἐνταβεὶς κριτικόν nihil est, nisi adnotatio lectoris recentioris.

ῥοφήματα ἐπισπαστικὰ δίδου.] Gal. in comm.: οὐκ ἔχω, inquit, μαντεύεσθαι, τίνα ποτὲ λέγει τὰ ἐπισπαστικὰ ῥοφήματα, et paulo post: ἴσως οὖν ἐρεῖ τις κελεύειν αὐτὸν τὴν γαστέρα ὑπάγειν τοῖς ἐπισπαστικοῖς, τουτέστι τοῖς ἐπισπωμένοις τὸν παχὺν χυμὸν, ὁποῖός ἐστι καὶ ὁ τοῦ φλέγματος· ἀλλ' οὐκ ἂν εἴπε ῥοφήματα· φαρμάκων γὰρ τὸ τοιοῦτο ἔργον, οὐ ῥοφημάτων ἐστὶν, ὥσπερ οὐδὲ πομάτων. Recte Prosper Martianus provocat ad § 23. partis germanae, ubi: ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τοῖσι ῥοφήμασι διδόμενα ὑπήλατα ἀρήγει. Ratio vero, quare ῥοφήματα, non φάρμακα, praescribat, posita est in monitu § 1. ἀλμυρὸν δὲ μηδὲν, μηδὲ δριμὺ προσφέρειν· οὐ γὰρ ὑποίσει: evitanda censet acria quaecumque. Ad ἐπισπαστικά. Cf. § 42. partis germanae, ubi: ἐνίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ἐπισπῶνται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ περὶ τὸν θώρηκα τόπου χολώδεα: ubi scilicet ἐπισπᾶσθαι de humorum attractione ad intestina.

3. καὶ ἐκλεικτοῖσι ἀνακάβαιρε.] καί omm. Gal. cod. vetustiss. alii; mihi tamen addendum videtur, ut significetur post V. S. ἀνακαθαρτέον esse. — Gal.: ἡ συνάγχη τῶν κατὰ τὸν φάρυγγα μερῶν ἐστι φλεγμονὴ δυναμένη μετὰ τὴν φλεβοτομίαν ἐκλεικτοῖς ἀνακαθαίρεσθαι, τουτέστι αὐτὰ τὰ

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 469 sur 880

©BIUM

ἢν δὲ ἀσθενέστεροι φαίνωνται, ἢ καὶ πλέον τοῦ αἵματος ἀφέλῃς, κλυσμῷ κατὰ τὴν κοιλίην χρέεσθαι διὰ τρίτης ἡμέρης, ἕως ἂν ἐν ἀσφαλείῃ γένηται ὁ νοσέων· καὶ λιμῷ, εἰ καὶ λιμοῦ χρῄζοι.

quae delinguntur, superne repurgato. Sin vero detracto copioso sanguine aeger debilior videatur, infusum alvi per clysterem tertio quoque die exhibebis, donec in tuto aeger fuerit et cibis abstinendum, si hoc quoque facto opus fuerit.

δ'. Φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια, [1] πνευμάτων ἀπολήψι φρενῶν ἐντάσιες, [2] πνεύματος προτάσιες ὀρθοπνοίης ξηρῆς, οἷσι μὴ πῦον [3] ὕπεστι, ἀλλὰ ὑπὸ πνευμάτων [4] ἀπολήψιος τὰ παθήματα ταῦτα ἐπιγίγνεται, μάλιστα δὲ ἥπατος περιωδυνίαι καὶ σπληνὸς βάρεα καὶ ἄλλαι φλεγμασίαι τε καὶ ὑπὲρ φρενῶν περιωδυνίαι καὶ ξυστροφαὶ νοσημάτων οὐ δύνανται λύεσθαι, ἤν τις πρῶτον ἐπιχειρέῃ φαρμακεύειν· ἀλλὰ φλεβοτομίη τῶν τοιῶνδε ἡγεμονικόν ἐστι· ἔπειτα δὲ ἐπὶ κλυσμόν, ἢν μὴ μέγα καὶ ἰσχυρὸν τὸ νόσημα ᾖ· εἰ δὲ μὴ, [5] ὕστερον καὶ φαρμακείης δεῖ. Δέεται δὲ ἀσφαλείης καὶ μετριότητος μετὰ φλεβοτομίην φαρμακείη.

4. Praecordia inflammata, e spirituum interceptione septi transversi contensiones, protensa spiratio, cum erectae cervicis spiratione sicca, quibus pus minime subest, sed quibus a spirituum interceptione ista contingunt. Potissimum vero iecoris vehementissimi dolores et lienis gravitates, atque aliae inflammationes et gravissimi supra septum transversum dolores et morborum collectiones solvi nequeunt, si quis eas primum medicamento purgante aggressus fuerit. Verum in his venae sectio praeferenda est. Deinde ad infusa per alvum veniendum, nisi magnus et vehemens morbus fuerit, alioqui etiam postea medicamento purgante utendum. Quod post venae sectionem securitate et moderatione indiget.

ε'. Ὁκόσοι δὲ τὰ φλεγμαίνοντα ἐν ἀρχῇ τῶν νούσων εὐθέως ἐπιχειρέουσι λύειν φαρμακείῃ, τοῦ μὲν ξυντεταμένου καὶ φλεγμαίνοντος οὐδὲν ἀφαιρέουσι· οὐ γὰρ ἐνδιδοῖ

5. Quicumque autem statim per initia morborum inflammationes medicamento purgante solvere tentant, ii de contensione et inflammatione nihil detrahunt, cum nihil sedat quae

[1] μὴ πν. — [2] ἢ πνευμάτων προστ. — [3] ὕπεισιν. — [4] ἀπολήψιες, τὰ π. τ. ὑπογίνεται. — [5] καὶ ὁ. φαρμακείη. ὁκόσοι.

περιεχόμενα κατὰ τὰ φλεγμαίνοντα μόρια κενοῦσθαι διὰ τῶν πτυσμάτων. — Recte: nam ἀνακαθαίρεσθαι valet ἄνω καθαίρεσθαι; vid. Valck. ad Eurip. Hippol. vs. 1288. Fuere qui alio modo, sed parum recte, de purgatione per inferiora acciperent, in errorem inducti seqq.: ἢν δὲ ἀσθενέστεροι φαίνωνται ... κλυσμῷ χρέεσθαι· κ. τ. λ.

καὶ λιμῷ, εἰ καὶ λιμοῦ χρῄζοι.] E variis lectt. καὶ λειμῷ εἰ χρῄζοι cod. vet., καὶ λιμοῦ χρῄζοι vulgatae et ἢ καὶ λιμοῦ χρῄζοι Galeni, hanc scripturam effeci. Καὶ λιμῷ est καὶ λιμῷ χρέεσθαι, nam e superioribus χρέεσθαι repetendum est. Λιμός hoc sensu legitur Aph. 59. VII. λιμὸν ἐμποιέειν. Lib. de locis in homine p. 138. ἅμα τοῖσι φαρμάκοισι καὶ λιμῷ χρὴ ἴῃσθαι. Celsus VIII. 10. 7.: „magisque in primo fame utendum."

4. πνευμάτων ἀπολήψι φρενῶν ἐντάσιες.] Legebatur μὴ πνευμάτων κ. τ. λ.; absurde! nam spectatur morbus ab ipsa illa spirituum interceptione oriundus i. e. inflammatio. Cf. seqq. οἷσι μὴ πῦον ὕπεστι, ἀλλὰ ὑπὸ πνευμάτων ἀπολήψιος τὰ παθήματα ταῦτα γίγνεται. Cf. § 6. 7. et 37. — Omnia ista ex uno Platonis in Timaeo loco intelliguntur, ubi p. 339. ed. Stallb.: τρίτον δ' αὖ νοσημάτων εἶδος τριχῇ δεῖ διανοεῖσθαι γιγνόμενον, τὸ μὲν ὑπὸ πνεύματος, τὸ δὲ φλέγματος, τὸ δὲ χολῆς. ὅταν μὲν γὰρ ὁ τῶν πνευμάτων τῷ σώματι ταμίας πλεύμων μὴ καθαρὰς παρέχῃ τὰς διεξόδους ὑπὸ ῥευμάτων φραχθείς, ἔνθα μὲν οὐκ ἰὸν, ἔνθα δὲ πλέον ἢ τὸ προσῆκον πνεῦμα εἰσιὸν τὰ μὲν οὐ τυγχάνοντα ἀναψυχῆς σήπει, τὰ δὲ τῶν φλεβῶν διαβιαζόμενον καὶ ξυνεπιστρέφον αὐτὰ τῆκόν τε τὸ σῶμα εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ διάφραγμά τε ἴσχον ἐναπολαμβάνεται καὶ μύρια δὴ νοσήματα ἐκ τούτων ἀλγεινὰ μετὰ πλήθους ἱδρῶτος πολλάκις ἀπείργασται· πολλάκις δ' ἐν τῷ σώματι διακριθείσης σαρκὸς πνεῦμα ἐγγενόμενον καὶ ἀδυνατοῦν ἔξω πορευθῆναι τὰς αὐτὰς τοῖς ἐπεισελκυσθεῖσιν ὠδῖνας παρέσχε, μεγίστας δὲ, ὅταν περὶ τὰ νεῦρα καὶ τὰ ταύτῃ φλέβια περιστὰν καὶ ἀνισθῆσαν τούς τε ἐπιτόνους καὶ τὰ ξυνεχῆ νεῦρα οὕτως εἰς τὸ ἐξόπισθεν κατατείνῃ τούτοις· ἃ δὴ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τῆς ξυντονίας τοῦ παθήματα τὰ νοσήματα τέτανοί τε καὶ ὀπισθότονοι προσερρήθησαν, ὧν καὶ τὸ φάρμακον χαλεπὸν· πυρετοὶ γὰρ οὖν δὴ τὰ τοιαῦτα ἐπιγιγνόμενοι μάλιστα λύουσι. — Locum, longiorem licet, integrum adposui, quia ad rectam huius additamenti spurii intelligentiam plurimum facit.

πνεύματος προτάσιες ... ἀλλὰ ὑπὸ πνευμάτων ἀπολήψιος.] πνεύματος duorum libb. fide dedi: est sermo de respiratione, in qua significanda plur. num. πνεύματα non lego sine vitii suspicione; tum προτάσιες pro vulg. πρόστ. cum Vassaeo scripsi.

μετὰ φλεβοτομίην φαρμακείη.] Ab editore Parisiensi et Galeno in errorem sum inductus, cum antea hunc librum edebam, scribens μετὰ φλεβοτομίης φαρμακείη. Nam e re-

©BIUM

ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος· τὰ δὲ ἀντέχοντα τῷ νοσήματι καὶ ὑγιεινὰ ξυντήκουσι. Ἀσθενέος δὲ τοῦ σώματος γενομένου, τὸ νόσημα ἐπικρατέει· ὁκόταν δὲ τὸ νόσημα ἐπικρατήσῃ τοῦ σώματος, τὸ τοιόνδε ἀνιήτως ἔχει.

ς'. Τὸ δὲ ἄφωνον τινὰ ἐξαίφνης γενέσθαι φλεβῶν ἀπολήψιες λυπέουσι, ἢν ὑγιαίνοντι τόδε ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος. Φλεβοτομέειν οὖν χρὴ τὸν βραχίονα τὸν δεξιὸν τὴν ἔσω φλέβα, καὶ ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος κατὰ τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἡλικίην διαλογιζόμενον τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλασσον. Ξυμπίπτει δὲ τοῖσι πλείστοισι αὐτῶν τοιάδε· ἐρυθήματα προσώπου, ὀμμάτων στάσιες, χειρῶν διατάσιες, τρισμοὶ ὀδόντων, σφυγμοὶ ...., σιαγόνων ξυναγωγὴ καὶ κατάψυξις ἀκρωτηρίων.

ζ'. Πνευμάτων [1] ἀπολήψισι ἀνὰ τὰς φλέβας ὁκόταν ἀλγήματα προσγένηται, μελαίνης χολῆς καὶ δριμέων ῥευμάτων ἐπιρρύσιες γίγνονται· ἀλγέει δὲ τὰ ἐντὸς δακνόμενος· δηχθεῖσαι δὲ καὶ λίην ξηραὶ γενόμεναι αἱ φλέβες ἐντείνονταί τε καὶ φλεγμαίνουσαι ἐπισπῶνται τὰ ἐπιρρέοντα, ὅθεν διαφθαρέντος

[1] ἀπολήψιες.

adhuc cruda est affectio, quae vero morbo resistunt et sana sunt contabefaciunt. At debili reddito corpore morbus superior evadit, qui ubi corpus superarit, curationem non admittit.

6. Cum quis repente voce defecerit, venarum interceptiones affligunt, ubi bene valenti id citra manifestam occasionem contigerit. Venam igitur incidere oportet brachii dextri internam et sanguinem detrahere, habita secundum habitum et aetatem pluris aut minoris ratione. Horum autem quam plurimis ista accidunt: faciei rubores, oculorum immobilitates, et manuum distensiones, dentium stridores, ... pulsationes, maxillarum adductio et extremorum refrigeratio.

7. Ad spirituum in venis interceptiones cum dolores accesserint, bilis atrae acriumque humorum affluxiones fiunt. Demorsae autem partes internae dolent, demorsaeque et admodum arefactae venae tum intenduntur, tum inflammatione tentatae ea quae affluunt attrahunt. Ex quo corrupto sanguine et spiritibus vias, quas

rum nexu ultro patet h. l. sermonem esse de purgatione *post* venae sectionem. — Vulg. lect. igitur sola vera.

5. *ἀσθενέος δὲ τοῦ σώματος γενομένου, τὸ νόσημα ἐπικρατέει.*] Cum his conf. locus e lib. I. de diaeta p. 472. Ed. Littréo: *οὐ γὰρ εὐθέως αἱ νοῦσοι τοῖσι ἀνθρώποισι ἐπιγίγνονται, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν συλλεγόμεναι ἀῤῥώους ἐκφαίνονται· πρὶν οὖν κρατέεσθαι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὑγιὲς ὑπὸ τοῦ νοσεροῦ, ἃ πάσχουσιν ἐξεύρηταί μοι καὶ ὅκως χρὴ ταῦτα καθιστάναι ἐς τὴν ὑγίειαν.*

6. *ἢ ὑγιαίνοντι τόδε ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος.*] Pone *προφάσιος* edere solent *ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς*. Cum hoc loco confero § 40. infra, ubi: *ἢ δι' ἀκρισίην, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἰσχυρὴν αἰτίην.* — et § 41., ubi loco insigniter corrupto: *ὁκόσα ἀναπνέοντες ἀλγέουσι πρόφασιν ἔχοντες.* — Nempe non satis intelligo, quid differentiae noster h. l. statuisset inter *πρόφασιν* et *αἰτίην ἰσχυρήν*; quo factum est, ut iam olim, cum hunc librum ederem, verba *ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς* delerem, opinatus in margine antiqui alicuius exemplaris adscriptum fuisse *ἢ ἄλλως αἰτίης ἰσχυρῆς*, vel *ἐν ἄλλοις αἰτίης ἰσχυρῆς*, ita ut l. l. e § 40. glossa depulsisset pristinam forte scripturam *ἢ δι' ἄλλην τινὰ πρόφασιν*. Quae quidem ratio nunc etiam arridet.

χειρῶν διατάσιες.] Ita de meo scripsi pro *διαστάσιες*. Cf. ceterum ad h. l. Coel. Aurel. Acut. M. II. 10.: „Hippocrates ait repente voce captos, quos *ἀφώνους* appellavit, fieri venarum causa, quum spiritum sumpserint. Multos denique talia prosequentur, rubor vultus, atque oculorum statio sine ulla palpebratione, manuum neglecta atque distensa abiectio: dentium stridor: et membrorum saltus, ac musculorum, quibus buccae colligantur, conductio, quos appellant siagonitas: articulorum frigus, quum spiritus invaserit venas." — *σφυγμοί .... scripsi, lacuna notata, quia manifesto vocabulum, cuiusnam partis *σφυγμοί* spectenter indicans, periit. Fortasse *φλεβῶν*, fortasse *κροτάφων*, fortasse *κεφαλῆς*, uti § 17. infra. In superiore *τρισμοὶ ὀδόντων*, unus cod. *πρισμοί*, quod advertit quidem, quamquam non credo verum esse. Steph. in Thes. *τριγμὸς ὀδόντων* citat.

7. *πνευμάτων ἀπολήψισι ἀνὰ τὰς φλέβας ὁκόταν ἀλγήματα προσγένηται.*] Edd. *πνευμάτων ἀπολήψιες* ferunt et haec verba usque ad *ὁκόταν* ad superiorem § referunt. — Gal. in comm. ad § 6. verba postrema: *τὸ δὲ ἐπὶ τῇ τελευτῇ*, inquit; *τῆς ῥήσεως εἰρημένον, πνευμάτων ἀπολήψιες ἀνὰ τὰς φλέβας, εἰκὸς ἐστιν ἐπὶ τῆς ἀσφυξίας λέγεσθαι· φλέβες γὰρ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὰς ἀρτηρίας· ἀπολήψεις οὖν πνευμάτων τὰς οἷον κατακλίσεις τε καὶ ἡσυχίας δυνατὸν λέγειν. ἔνιοι δὲ δευτέρας ῥήσεως ἑτέραν ἐχούσης διάνοιαν ἀρχὴν τίθενται ταύτην τὴν λέξιν, ἣ συνάπτουσι τὴν ἐφεξῆς γεγραμμένην.* Vides, quae ansam praebuerint nostrae innovationi, quam eo confidentius recepi, quod omnes fere nostrae aetatis libri *προσγένηται*, non *προγένηται* habent: vid. Littr. ad h. l.; tum quia codd. omnes *καὶ κατάψυξις ἀκρωτηρίων* in superioribus largiuntur, adeo ut, nisi haec postrema sint periodi verba, non intelligam, quid *καί* sibi velit eo loco; tandem quia § 37. itidem sermo est de spirituum in venis interceptione a materie melancholica. Itaque leni mutatione nom. *ἀπολήψιες* in dat. *ἀπολήψισι* transformavi, quamquam vidi Coel. Aur. quoque pristinam interpunctionem sequi.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 471 sur 880

©BIUM

τοῦ αἵματος καὶ τῶν πνευμάτων [1] μὴ δυναμένων ἐν [2] αὐτῇσι τὰς κατὰ φύσιν ὁδοὺς βαδίζειν, καταψύξιές τε γίγνονται ὑπὸ τῆς [3] στάσιος καὶ σκοτώσιες, καὶ ἀφωνίη, καὶ καρηβαρίη, ἢ καὶ σπασμοὶ, ἢν ἤδη ἐπὶ τὴν καρδίην, ἢ τὸ ἧπαρ, ἢ ἐπὶ τὴν φλέβα διέλθῃ· ἔνθεν ἐπίληπτοι γίγνονται, ἢ παραπλῆγες, ἢν ἐς τοὺς περιέχοντας τόπους ἐμπέσῃ τὰ ῥεύματα καὶ ὑπὸ τῶν πνευμάτων μὴ δυναμένων διεξιέναι καταξηρανθῇ.

η'. Ἀλλὰ χρὴ τοὺς τοιούτους [4] προπυριῶντα φλεβοτομέειν ἐν ἀρχῇσι εὐθέως μετεώρων ἐόντων πάντων τῶν λυπεόντων πνευμάτων καὶ ῥευμάτων· εὐβοηθητότερα γάρ ἐστι· καὶ ἀναλαμβάνοντα καὶ τὰς κρίσιας ἐπιθεωρέοντα φαρμακεύειν, ἢν μὴ κουφίζηται, ἄνω· τὴν δὲ κάτω κοιλίην, ἢν μὴ ὑποχωρέῃ, κλυσμῷ, [5] ἢ ὄνου γάλα ἐφθὸν δίδου καὶ πινέτω μὴ ἔλασσον δώδεκα κοτυλῶν· ἢν δε [6] ῥώμῃ περιέχῃ, πλεῖον ἐξκαίδεκα.

θ'. Κύναγχος δὲ γίγνεται, ὁκόταν [7] ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα πουλὺ καὶ κολλῶδες ὥρην χειμερινὴν ἢ ἐαρινὴν ἐς τὰς σφαγίτιδας φλέβας ἐπιρρυῇ, καὶ τὸ [8] ῥεῦμα πλέον διὰ τὴν εὐρύτητα ἐπισπάσωνται. Ὁκόταν δὲ ψυχρόν τε ἐὸν καὶ κολλῶδες ἐμφράξῃ, τοῦ τε πνεύματος τὰς διεξόδους καὶ τοῦ αἵματος

in illis secundum naturam habent, pervadere nequeuntibus perfrigerationes fiunt ob stabilitatem, vertigines, vocis defectio, capitis gravitas et convulsiones, si iam ad cor, aut hepar, aut ad venam pervenerint. Hinc morbi comitiales, aut partium resolutiones fiunt, si in loca, quae eas partes ambiunt, fluxiones inciderint et spiritibus exire nequeuntibus exaruerint.

8. His sane prius adhibitis fomentis statim per initia venam secare convenit, cum adhuc sublati sunt qui affligunt tum spiritus, tum humores. Facilius enim remedia adhibentur. Et recreatis viribus et ad iudicationes adhibita consideratione, si non levetur, ventrem superiorem medicamento purgare oportet, ad inferiorem vero alvum, nisi per infusum subducatur, lac asininum coctum exhibeto, nec minus quam duodecim heminas bibat et, si virium robur adfuerit, plus quam sedecim.

9. Angina fit cum sub hiemem aut vernum tempus multa et lenta fluxio ex capite ad ingulares venas defluxerit, eaeque propter amplitudinem copiosiorem fluxionem attraxerit. Frigida autem et viscida exsistens obstruit et spiritus sanguinisque vias occludens proximum quemque condensat, eumque immobilem et sta-

[1] μὴ δ. — [2] αὐτῷ. — [3] συστάσιος. — [4] προπυριῶντας. — [5] ἢ abest. — [6] δύναμις. — [7] ἀπό. — [8] πνεῦμα.

μὴ δυναμένων ἐν αὐτῇσι τὰς κατὰ φύσιν ὁδοὺς βαδίζειν.] Legebatur ἐν αὐτῷ i. e. in sanguine. — Sed in sanguine non sunt aëris viae, — et sanguis et spiritus per φλέβας moventur. — Emendationem vehementer impugnavit doctiss. Cats Bussem. in censura laudata. Atque ea quidem in re recte me culpavit, quod in priore editione libelli de morbo sacro mentionem non feceram. — Frustra tamen locorum citatorum ope correctionem meam subvertere studet. Quin ubivis memorentur φλέβες tanquam viae aëris s. spiritus secundum naturam nemo dubitaverit, qui librum attento animo persequitur: sed p. 574. Ed. Littréi legimus: λακτίζει δὲ τοῖσι ποσὶ, ὁκόταν ὁ ἀὴρ ἀποκλεισθῇ ἐν τοῖσι μέλεσι καὶ μὴ οἷός τε ᾖ διεκδῦναι ἔξω ὑπὸ τοῦ φλέγματος· ἀΐσσων δὲ διὰ τοῦ αἵματος ἄνω καὶ κάτω σπασμὸν ἐμποιέει καὶ ὀδύνην. Hic igitur sermo quidem est de turbulento motu aëris trans sanguinem, sed non de viis in illo humore κατὰ φύσιν spiritui destinatis.

8. ἢ ὄνου γάλα ἐφθὸν δίδου.] Recte me iudice Lindanus vidit ante ὄνου voculam excidisse, adeo ut καί adscripserit etiam praeter librorum fidem: praetuli tamen particulam disiunctivam, quia leniora remedia adhibere iubet ad alvum movendam, adeoque vel clysma, vel lac asininum praescribere videtur.

ἢν δὲ ῥώμῃ περιέχῃ.] Vulgo ἢν δὲ ῥώμη αὐτὸν περιέχῃ; cod. vetustiss., aliique duo, Gal. omittunt αὐτόν. Hinc antea cum editore Par. ἢν δὲ ῥώμῃ περιέχῃ legebam. Demum vidi ῥώμῃ dativo legendum esse et περιέχω intransitive sumi eo sensu, quo *superior sum* significat.

ἐξκαίδεκα.] Codd. tres, inter quos liber vetustissimus, ἑκκαίδεκα. Altero illo, quem e vulgata retinui, modo scribitur in Epid. lib. in aegrotantium historiis. Praeterea verosimile formam usitatiorem ἑκκαίδεκα a librariis invectam esse, alteram Atticam ipsi auctori deberi.

9. κύναγχος.] multi codd., inter quos vetustiss., et Gal. σύναγχος.

ῥεῦμα πουλὺ καὶ κολλῶδες.] Gal. Ed. Bas. et cod. vetustiss. χολῶδες: vitium scripturae, nam de frigido humore sermo est. Aret. p. 193. ἢν δὲ φλέγμα κολλῶδες ᾖ καὶ γλίσχρον. Eiusmodi pituitam ὑαλώδη χυμόν appellavit Praxagoras. Vid. Kühn. Opusc. Acad. II. p. 130.

τοῦ πνεύματος — αἵματος] Frustra Spreng. Apol. Hipp. II. 436. ex his verbis demonstrare studet, additamenta haec

©BIUM

ἀποφράσσον πήγνυσι τὰ ξύνεγγυς τοῦ αἵματος καὶ ἀκίνητον καὶ στάσιμον ποιέει φύσι ψυχρὸν ἐὸν καὶ ἐμφρακτικόν. Διὰ τοῦτο πνίγονται, τῆς γλώσσης ἀποπελιουμένης καὶ στρογγυλλομένης καὶ ἀνακαμπτομένης διὰ τὰς φλέβας, τὰς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν· τῆς γὰρ ὑποταμνομένης σταφυλῆς, οἱ δὲ κιονίδα καλεῦσι, ἑκατέρωθεν φλὲψ παχεῖα. Ὁκόταν [1] οὖν πληρεῖς αὗται ἐοῦσαι ἐς τὴν γλῶσσαν ἐναποστηρίζωνται ἀραιὴν ἐοῦσαν καὶ σπογγοειδέα διά γε τὴν ξηρασίην, ἡ δ' ὑπὸ βίης τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν δεχομένη ὑγρὸν ἐκ πλατείης μὲν στρογγύλη γίγνεται, ἐξ εὐχρόου δὲ πελιδνὴ, ἐκ μαλθακῆς δὲ σκληρὴ, ἐξ εὐκάμπτου δὲ ἄκαμπτος, ὥστε ταχέως ἀποπνίγεσθαι, ἢν μή τις ὀξέως βοηθῇ φλεβοτομίην τε ποιεύμενος ἀπὸ βραχιόνων καὶ τὰς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν φλέβας ὑποτάμνων καὶ φαρμακεύων τοῖσι ἐκλεικτοῖσι καὶ ἀναγαργαρίζων θερμοῖσι, καὶ [2] κεφαλὴν ὑποξυρῶν. Καὶ κήρωμα κεφαλῇ καὶ τραχήλῳ περιτιθέναι καὶ εἰρίοισι περιελίσσειν, καὶ σπόγγοισι μαλθακοῖσι [3] ἐν ὕδατι θερμῷ ἐκπιέζοντα

[1] γεῦν. — [2] τὴν κ. — [3] καὶ ὕ.

bilem reddit, cum natura sit frigidus et obstruere natus. Ob id suffocantur, lingua livente et rotunda reddita ac reflexa propter eas venas, quae linguae subsunt. Ad utramque enim partem uvulae, quae rescindi solet, alii columellam vocant, vena est crassa. Quodsi hae igitur repletae in linguam, quippe quae rara est et spongiosa, defigantur propter siccitatem, haec quidem prae impetu humorem e venis recipit et e lata fit rotunda, e bene colorata livida, e molli dura, e flexibili inflexibilis: ita ut brevi aeger suffocetur, nisi quis cito opem ferat, venas in brachiis secando et sub lingua sitas aperiendo, et adhibitis medicaminibus, quae delinguntur, atque calidis gargarismatibus, et caput tondendo. Et ceratum tum collo tum capiti adponi debet, et obvolutis lanis mollique spongia ex aqua calida expressa fotus adhiberi. Aqua autem et mulsa, minime frigida, potui exhibeatur, et ptisanae cremorem sumat, ubi iam ex iudicatione in tuto versabitur.

spuria ex Alexandrina schola esse profecta, Erasistrati theoriam inflammationis h. l. spectari ratus, de qua vide Gal. de usu part. VI. 17., ubi: διδάσκει γοῦν, inquit, αὐτὸς ὁ Ἐρασίστρατος ἐπιμελῶς ἡμᾶς, ὡς οὐκ ἐνδέχεται γενέσθαι φλεγμονὴν ἄνευ τοῦ παρεμπεσεῖν ποτε ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς ἀρτηρίας αἷμα. Huius autem doctrinae h. l. ne vestigium quidem. Adposuit Littr. Platonis verba e Timaeo p. 365. Ed. Stallb., ubi de utero τὰς τοῦ πνεύματος διεξόδους ἀποφράττον, ἀναπνεῖν οὐκ ἐῶν κ. τ. λ. Habemus autem in his nostris ad unguem eandem theoriam, quam in libro de Morbo sacro reperimus et de qua iam ad § 7. verbo monui.

τῆς γὰρ ὑποταμνομένης σταφυλῆς, οἱ δὲ κιονίδα καλεῦσι, ἑκατέρωθεν φλὲψ παχεῖα.] Spectantur venae raninae sub lingua sitae. Videamus autem, quomodo locum interpretentur. — Corn.: „praecisa enim uva — vena crassa ab utraque est." — Foës.: „secta namque uva — utraque ex parte vena crassa apparet." Simili modo Sprengel. p. 436. Littr. p. 411. — At spectat venas raninas, quae quomodo quaeso in conspectum prodeunt resecta uvula? Quum uvula sit in media parte, ab utroque vero linguae latere sitae sint venae raninae, hae dicuntur ἑκατέρωθεν τῆς σταφυλῆς εἶναι: in conspectum veniunt non resecta uvula, sed τῆς γλώσσης ἀνακαμπτομένης, apice versus palatum sublevato. Quid igitur? τῆς ὑποταμνομένης σταφυλῆς dixit, ut, quamnam spectaret partem, accuratius significaret, *ab utraque parte uvulae quae rescindi solet*. Nimirum σταφυλή nomen est morbi, non partis corporis secundum Erot. voce γαργαρεών et Aretaeum, de affect. columellae: cf. locum insiticium in Progn.: ὁκόταν δὲ ἀποκριθῇ ἤδη πᾶν, ὃ δὴ σταφυλὴν καλέουσι .... ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἀσφαλὲς διαχειρίζειν. Eadem de causa adiecit οἱ δὲ κιονίδα καλεῦσι, — nisi forte haec verba recentiori lectori debeantur et interpolata sint.

ἀραιὴν ἐοῦσαν καὶ σπογγοειδέα.] Eodem fere modo linguae structuram sibi finxit Plato Tim. p. 267. Stallb., ubi describuntur illius φλέβια, οἷόν περ δοκίμια τῆς γλώττης τεταμένα ἐπὶ τὴν καρδίαν et ubi corpora dicuntur ἐμπίπτειν εἰς τὰ νοτερὰ τῆς σαρκὸς καὶ ἁπαλά. Cf. ceterum Homericum γλώσσηισιν ἀραιῇσιν.

ἡ δ' ὑπὸ βίης.] ἡ δ' a nuperrimo editore cod. vetust. auctoritate suppressum: reliqua mss. ἥ δ', ἤδ' et ἤδη: quae omnia Littréo a correctore profecta videntur. Foës. ἡ δ' habet, sed parum recte novae periodi principium facit: recte Corn. vidit apodosin esse. Equidem nolim abesset ἡ δ', nam ἡ infertur, quoniam protaseos subiectum est φλέβες, apodoseos γλῶσσα.

φλεβοτομίην τε ποιεύμενος ἀπὸ βραχιόνων.] Hunc locum exagitavit Coel. Aurel. III. 4.: qui quid velit verbis, *atque vaporationibus quarum materiem non indicavit*, non intelligo; nisi ad aliam quamdam loci nostri lectionem referenda sint. (vid. p. 190. Ed. Almeloveen). Noster enim infra spongiis ex aqua calida expressis πυριᾶν iubet.

κήρωμα κεφαλῇ — περιτιθέναι.] Apposite Spreng. Apol. Hipp. II. p. 438. animadvertit, e theoria fluxionum a capite devenientium repetendam esse rationem, quare huic κήρωμα imponi velit.

σπόγγοισι μαλθακοῖσι ἐν ὕδατι θερμῷ ἐκπιέζοντα πυριᾶν.] Similiter lib. II. de M. mul. p. 814. Kühn.: σπόγγοισι ἐν ὕδατι θερμῷ ἐκπιεζομένοισι πυριᾶν. — Supra in parte ger-

©BIUM

πυριᾶν. Πίνειν τε ὕδωρ καὶ μελίκρητον μὴ ψυχρά· χυλὸν δὲ προσφέρειν, ὁκόταν ἐκ κρίσιος ἐν ἀσφαλείῃ ἤδη ᾖ.

ι'. Ὁκόταν ἐν θερινῇ, ἢ μετοπωρινῇ ὥρῃ ἐκ κεφαλῆς θερμὸν τὸ ῥεῦμα καταρρυῇ καὶ νιτρῶδες, ἅτε ὑπὸ τῆς ὥρης δριμὺ καὶ θερμὸν γεγενημένον, [1] δάκνει τοιόνδε ἐὸν, καὶ ἕλκοῖ, καὶ πνεύματος ἐμπίπλησι, καὶ ὀρθόπνοια παραγίγνεται καὶ ξηρασίη πολλὴ, καὶ τὰ θεωρεύμενα ἰσχνὰ φαίνεται, καὶ τοὺς ὄπισθεν τένοντας ἐν τῷ τραχήλῳ ξυντείνεται καὶ δοκέει [2] οἷον τέτανος ἐντετάσθαι, καὶ ἡ φωνὴ ἀπέρρωγε, καὶ τὸ πνεῦμα σμικρὸν, καὶ ἡ ἀντίσπασις τοῦ πνεύματος πυκνὴ καὶ βιαίη παραγίγνεται. Οἱ τοιοίδε τὴν ἀρτηρίην ἕλκοῦνται καὶ τὸν πνεύμονα πίμπρανται, οὐ δυνάμενοι τὸ ἔξωθεν πνεῦμα ἐπάγεσθαι. Τοῖσι τοιούτοισι [3] δὲ, ἢν μὴ ἐς τὰ ἔξω μέρεα τοῦ τραχήλου ἑκουσίη ἀποφέρηται, [4] δεινότερα καὶ ἀφυκτότερά ἐστι διὰ τὴν ὥρην, ὅτι ἀπὸ [5] θερμῶν καὶ δριμέων.

10. Cum aestate vel auctumno ex capite calida et nitrosa fluxio defluxerit, ut pote tempore acris et calida reddita, cum eiusmodi fuerit, mordet, exulcerat et spiritu implet, erectae cervicis spiratio cum siccitate multa accedit, et quae in ore conspiciuntur, gracilia apparent, et cervicis tendones posteriores intenduntur, videnturque veluti nervorum distensione corripi, vox est abrupta et spiratio parva et spiritus retractio crebra est et violenta. His arteria exulceratur, pulmo incenditur, neque externum aërem admittere queunt. Quibus nisi sponte ad exteriores cervicis partes deferatur, gravior et inevitabilior fit affectio, quod ob anni tempus a calidis et acribus fit humoribus.

ια'. Ἢν πυρετὸς λάβῃ, παλαιῆς κοπροῦ ὑπεούσης, ἢ νεοβρῶτι ἐόντι, ἤν τε ξὺν ὀδύνῃ πλευροῦ, ἤν τε μὴ, ἡσυχίην ἄγειν, μέχρις οὗ καταβῇ τὰ σιτία πρῶτον ἐς τὴν κάτω κοιλίην. Πόματι δὲ χρεέσθω ὀξυμέλιτι. Ὁκόταν δὲ ἐς τὴν ὀσφὺν βάρος ἥκῃ, κάτω κλύσαι κλυσμῷ, ἢ καθᾶραι φαρμάκῳ. Ὁκόταν δὲ καθαρθῇ, διαιτᾶν ῥοφήμασι πρῶτον καὶ πόματι μελικρήτῳ· ἔπειτα σιτίοισι καὶ

11. Si febris corripuerit veteri stercore non subeunte vel recenti cibo accepto, sive cum lateris dolore, sive non, is quieti permittendus, donec primum ad inferiorem alvum cibi recrementa descenderint, potu vero aceto mulso utendum. At cum gravitas ad lumbos devenerit, inferiorem alvum infuso subluere aut medicamento purgante uti oportet. Post purgationem primum ex sorbitione victum instituere et aquae

[1] δάκνει δὲ τὸ τοιόνδε. — [2] οἱ. — [3] δέ abest. — [4] δεινότερη — ἀφυκτοτέρη. — [5] θερμοῦ.

mana § 21. : . σπόγγος ἐξ ὕδατος θερμοῦ ἐκπεπιεσμένος. Lib I. de M. mul. p. 843. σπόγγοισι θερμοῖσι ἐξ ὕδατος καὶ ἐλαίου ἐκπεπιεσμένοισι.

10. τὰ θεωρεύμενα ἰσχνὰ φαίνεται.] ὁρώμενα cod. vetust.; ad ἰσχνά cf. Foes. Oecon. in ἰσχνόν.

καὶ τὸ πνεῦμα σμικρὸν, καὶ ἡ ἀντίσπασις τοῦ πνεύματος πυκνὴ καὶ βιαίη παραγίγνεται.] Recte, puto, doctiss. Cats Bussem. in censura l. antithesin esse inter πνεῦμα et τὴν ἀντίσπασιν τοῦ πνεύματος vidit. Ille πνεῦμα ad exspirationem, τὴν ἀντίσπασιν τοῦ πνεύματος ad inspirationem retulit. Certo hoc affirmare non audeo, fieri posse, ut recte viderit, non nego. — Ceterum universe doctrina in hac §. adhuc pendet ex iisdem placitis atque in lib. de Morbo sacro legimus. — Operae pretium est etiam conferre quae de respiratione habet Plato in Timaeo p. 320. seq. Ed. Stallbaum.

ἀφυκτότερά ἐστι διὰ τὴν ὥρην, ὅτι ἀπὸ θερμῶν καὶ δριμέων.] Cohaerent ista proxime et intelligenda sunt ἀφυκτότερα ὅτι διὰ τὴν ὥρην ἀπὸ θερμῶν καὶ δριμέων: nam initio capituli: ῥεῦμα, inquit, νιτρῶδες, ἅτε ὑπὸ τῆς ὥρης δριμὺ καὶ θερμὸν γεγενημένον.

11. ἢν πυρετὸς λάβῃ, παλαιῆς κόπρου ὑπεούσης, ἢ νεοβρῶτι ἐόντι.] Vulgo legitur οὐχ ὑπεούσης, plurimi tamen libri et Gal. negationem omm., quae e literis postremis nominis κόπρου orta videtur, itaque reiecit Serv., idemque fecit Littréus, qui, perinde ac Gal., recte vidit, haec cum § 19. partis vere Hippocrateae convenire. Hinc factum est, ut olim ederem: παλαιῆς κόπρου μὴ ὑπιούσης: quum tamen eodem redeat plurimorum librorum lectio ὑπεούσης, nunc de illa decedere nolui; monuit de hac re Cats Bussem. in censura laudata. Fieri potest etiam, ut pro ἢ νεοβρῶτι auctor καὶ νεοβρῶτι e parte germana scripserit, nec tamen sat certo mihi hac de re constat. Codici antiquo illi ἤ omittenti cur in his non tantam, quantam antea, fidem adhibeam, in prolegomenis significavi. In vulgata hac loci scriptura λαβεῖν intransitivum est: nam iungendum λάβῃ .. νεοβρῶτι ἐόντι, quasi ἄρχεσθαι .... νεοβρῶτι ἐόντι: sin contra ἤ deleas,

©BIUM

ἰχθύσι ἑφθοῖσι, καὶ οἴνῳ ὑδαρεῖ ἐς νύκτα ὀλίγῳ, ἡμέρῃ δὲ ὑδαρὲς μελίκρητον. Ὁκόταν δὲ αἱ φῦσαι δυσώδεες ἔωσι, οὕτως ἢ βαλάνῳ, ἢ κλυσμῷ· εἰ δὲ μὴ, ἐπισχεῖν ὀξύμελι πίνοντα, ἕως ἂν καταβῇ ἐς τὴν κάτω κοιλίην, εἶθ' οὕτω κλυσμῷ ὑπαγαγεῖν.

ιβ'. Ἢν δὲ λαπαρῷ ἐόντι καῦσος ἐπιγένηται, ἤν σοι δοκέῃ [2] φαρμακεῦσαι ἐπιτηδείως ἔχειν, ἔσω τριῶν ἡμερέων μὴ φαρμακεύειν, ἀλλ' ἢ τεταρταῖον. Ὁκόταν δὲ φαρμακεύσῃς, τοῖσι ῥοφήμασι [3] χρῶ, διαφυλάσσων τοὺς παροξυσμοὺς τῶν πυρετῶν, ὅκως μηδέποτε προσοίσεις ἐόντων, μηδὲ μελλόντων ἔσεσθαι ἀλλὰ λωγόντων, ἢ παυσαμένων καὶ ὡς πορρωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς.

ιγ'. Ποδῶν δὲ ψυχρῶν ἐόντων, μήτε ποτὸν, μήτε ῥόφημα, μήτε ἄλλο μηδὲν δίδου τοιόνδε, ἀλλὰ μέγιστον ἡγεῖο τοῦτ' εἶναι, διαφυλάσσεσθαι, ἕως ἂν διάθερμοι σφόδρα γένωνται, εἶθ' οὕτω τὸ ξύμφερον πρόσφερε. Ὡς γὰρ ἐπιτοπουλὺ σημεῖόν ἐστι μέλλοντος παροξύνεσθαι τοῦ πυρετοῦ ψύξις ποδῶν. Εἰ δ' ἐν τοιούτῳ καιρῷ προσοίσεις, ἅπαντα τὰ μέγιστα ἐξαμαρτήσεις· τὸ γὰρ νόσημα αὐξήσεις οὐ σμικρῶς. Ὁκόταν δὲ ὁ πυρετὸς λήγῃ, τοὐναντίον οἱ πόδες θερμότεροι γίγνονται τοῦ ἄλλου σώματος· αὔξεται μὲν γὰρ ψύχων τοὺς πόδας, ἐξαπτόμενος ἐκ τοῦ θώρηκος, ἐς τὴν κεφαλὴν ἀναπέμπων τὴν φλόγα. Ξυνδεδραμηκότος δὲ ἀλέος τοῦ θερμοῦ

[1] δέ abest. — [2] φαρμακεύειν. — [3] χρεόμενος.

mulsae potum, deinde cibos et pisces coctos et vinum aquosum sub noctem exiguum, interdiu vero mulsam aquosam exhibere. Quodsi flatus graveolentes fuerint, vel glans, vel alvi infusum proderit. Alioqui in aceti mulsi potu continere oportet, donec cibi ad inferiorem alvum descenderint, tuncque per infusum alvum subducere.

12. At si liquidam alvum habenti febris ardens oboriatur, si tibi medicamentum purgans idoneum videatur, id tribus primis diebus non exhibendum, sed vel quarto. Post medicamenti purgantis exhibitionem sorbitionibus uteris, observatis febrium accessionibus, ut neque cum iam praesentes sunt, neque cum mox adfuturae sunt, unquam exhibeantur, sed cum vel cessant, vel quieverunt et quam longissime a principio recesserunt.

13. Frigentibus autem adhuc pedibus, neque potum, neque sorbitionem neque aliud quippiam eiusmodi exhibebis. Verum maximi ponderis esse existimato, si exspectes dum valde incaluerint, tumque quod utile est exhibeas. Si quidem ut plurimum accessionis febrilis signum est pedum frigiditas. Quo tempore si quid exhibueris, maxime per omnia peccaveris. Morbum namque non parum auxeris. At ubi febris desinit, pedes vice versa reliquo corpore calidiores evadunt. Ubi enim pedes rifrigerat, augetur, et ex thorace accensa flammam ad caput remittit. Toto autem calore confertim sursum concurrente et ad caput exhalante, non immerito pedes, cum natura excarnes sint et nervosi,

dativus ab ὑπέρουσης pendebit et intelliges λάβῃ τὸν ἄνθρωπον.

ἰχθῦσι ἑφθοῖσι.] Hos tanquam cibum digestu facilem praescribit: verosimiliter ἰχθῦς πετραίους spectat, de quibus lib. II. de diaeta p. 681. Kühn. cf. etiam lib. περὶ παθῶν p. 421. Notatu dignus Alex. Trall. locus lib. VI. p. 272: καὶ ἰχθύος μάλιστα κίχλης ... ἔστι δὲ ὁ ἰχθὺς καὶ ἁπαλὸς, καὶ ὑγρὸς, καὶ εὔπεπτος, καὶ ἴσως πτισάνην αὐτὸν ὀνομάζων θαλασσίαν οὐκ ἂν ἁμάρτοις. οὕτως ἐστὶ ἀπέριττος ἡ ἐξ αὐτοῦ τροφή. — Cf. Coraës ad Xenocr. p. 92. 93.

12. ἔσω τριῶν ἡμερέων μὴ φαρμακεύειν.] Exponit haec Gal. ex Aph. 22. 1.: πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν μὴ ὠμὰ, μηδ' ἐν ἀρχῇσι, ἢν μὴ ὀργᾷ, τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ. Licet meliorem interpretationem non noverim, haec tamen aliquid dubitationis habet, quum morbum quarto die coctum semper fore minime certum sit, neque auctor id ponere potuisse videatur.

ὅκως μηδέποτε προσοίσεις ἐόντων μηδὲ μελλόντων ἔσεσθαι, ἀλλὰ λωγόντων, ἢ παυσαμένων καὶ ὡς πορρωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς.] Omisit ἐόντων μηδέ Littréus, codd. nonnullorum auctoritate. Equidem servo, ut ἐόντων respondeat sequenti παυσαμένων et μελλόντων ἔσεσθαι proximo λωγόντων. Quod ceterum idem exhibet, ex antiquo illo licet cod., ἀλλὰ παυσαμένων, id ineptum est et repetitioni erroneae antecedentis ἀλλά debetur.

13. ἡγεῖο.] Liber vetustiss. ἡγοῦ: plurimi libri ἡγοῖο, quod recepit Littréus, vulgo ἡγεῖο. — Haec lectio vera videtur scriptura.

ἀλέος.] Proxime secutus sum cod. vetustiss. et Gal. —

©BIUM

ἅπαντος ἄνω καὶ ἀναθυμιωμένου ἐς τὴν κεφαλήν, εἰκότως οἱ πόδες ψυχροὶ γίγνονται, [1] ἄσαρκοι καὶ νευρώδεες φύσι [2] ἐόντες. Ἔτι δὲ [3] καὶ πουλὺ ἀπέχοντες τῶν θερμοτάτων τόπων ψύχονται, ξυναθροιζομένου τοῦ θερμοῦ ἐς τὸν θώρηκα· καὶ πάλιν, ἀνὰ λόγον λυομένου τοῦ πυρετοῦ καὶ κατακερματιζομένου, ἐς τοὺς πόδας καταβαίνει. Κατὰ τόνδε οὖν τὸν χρόνον ἡ κεφαλὴ καὶ ὁ θώρηξ κατέψυκται αὐτῶν.

refrigerantur. Praeterea etiam a calidis locis multum distantes refrigerantur, sese colligente ad thoracem calore. Rursusque eadem ratione cum febris solvitur et in minutas partes dissipatur, ad pedes calor descendit. Quo tempore caput et thorax ipsorum refrigeratur.

ιδ'. [3] Τούτου δ' εἵνεκα τότε οὐ προσαρτέον, ὅτι, ὁκόταν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσι, θερμὴν ἀνάγκη τὴν ἄνω κοιλίην εἶναι καὶ πολλῆς ἄσης μεστὴν, καὶ ὑποχόνδριον ἐντεταμένον, καὶ ῥιπτασμὸν τοῦ σώματος διὰ τὴν ἔνδον ταραχὴν, καὶ μετεωρισμὸν γνώμης, καὶ ἀλγήματα· καὶ ἕλκεται, καὶ ἢν πονηρὰ ἐμέῃ, ὀδυνᾶται. Θέρμης δὲ καταβάσης ἐς τοὺς πόδας, καὶ οὔρου διελθόντος, ἢν μὴ ἱδρώσῃ, πάντα λωφᾷ. Κατὰ τόνδε οὖν τὸν καιρὸν [4] τὸ ῥόφημα διδόναι· τότε δὲ ὄλεθρος.

14. Hac de causa vero tunc cibus non est exhibendus, quod, cum pedes frigidi sint, ventrem superiorem calore et multo fastidio redundare necesse est, praecordiaque intendi et corpus varie iactari propter internam turbationem, mentis alienationem et dolores: aeger vellicatur et cum prava vomuerit, dolet. At descendente calore ad pedes, urinaque exeunte, nisi sudor erumpat, sedantur omnia, eoque tempore sorbitionem exhibere convenit, alioqui perniciosa est.

ιε'. Ὁκόσοισι δὲ διὰ τέλεος ἡ κοιλίη ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ὑγρὴ, τούτοισι διαφερόντως τοὺς πόδας θερμαίνων καὶ περιστέλλων κη-

15. Quibus per febres alvus perpetuo est liquida, ubi pedes eximie calefeceris, ceratis contexeris, fasciisque obvolveris, attendere animum

[1] ἄσαρκες. — [2] ὑπάρχοντες. — [3] καὶ abest. — [4] ἀναλύγως. — [5] εἵνεκεν τουτέου πρ. — [6] δεῖ τὸ ῥ. δ.

ἄλες Fevrei, Lind., Littréi si servatum cupias, ἀλές certe scribendum.

ἄσαρκοι καὶ νευρώδεες φύσι ἐόντες.] ἄσαρκες vulgo, quod retinuit Littréus. Malui cum Gal., cod. vet., ἄσαρκοι scribere: nempe quum sequens epitheton in ες exeat, facile confusio locum obtinere potuit, nec vero mihi exempla succurrunt compositorum cum σάρξ, nisi quae in σαρκος exeant: ἄσαρκος, εὔσαρκος, ἁπαλόσαρκος, μαλακόσαρκος, λιπόσαρκος, cett. — Μυλόσαρξ apud Hesych. tum aliud quid, tum ne suspicione quidem vitii vacat. Ceterum ratio, quare pedes, utpote ἀσάρκους, frigidiores esse dicat, efficitur e Platonis loco in Tim. p. 303. Stallb.: τὴν δὲ σάρκα προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμάτων οἷον τὰ πιλητὰ ἕσεσθαι κτήματα (ἐμηχανήσατο), σώμασι μαλακῶς καὶ πράως ὑπείκουσαν, θερμὴν δὲ νοτίδα ἐντὸς ἑαυτῆς ἔχουσαν θέρους μὲν ἀνιδίουσαν καὶ νοτιζομένην ἔξωθεν ψύχος κατὰ πᾶν τὸ σῶμα παρέξειν οἰκεῖον, διὰ χειμῶνος δὲ πάλιν αὖ τούτῳ τῷ πυρὶ τὸν προσφερόμενον ἔξωθεν καὶ περιϊστάμενον πάγον ἀμυνεῖσθαι μετρίως.

κατακερματιζομένου.] Vocabulum τῶν ἅπαξ ῥηθέντων apud nostrum. Vid. Oecon. Foës., Plato in Tim. verbum simplex habet de subtili divisione p. 255. Stallb. διακρίνουσα ἡμῶν κατὰ σμικρά τε τὰ σώματα κερματίζουσα, τοῦτο ὃ νῦν θερμὸν λέγομεν, εἰκότως τὸ πάθημα καὶ τοὔνομα παρέσχε. Ipsum compositum nostrum de Rep. III. 7. p. 196. Φαίνεταί μοι εἰς σμικρότερα κατακεκερματίσθαι ἡ τοῦ ἀνθρώπου Φύσις.

14. τούτου δ' εἵνεκα τότε οὐ προσαρτέον.] cod. vet. Par. τοῦ δ' εἵνεκα προσαρτέον, — vulgo εἵνεκεν τουτέου πρ. Ex utraque lectione coniuncta τουτέου vulgatae in τότε οὐ mutans, olim effeceram τοῦ δ' εἵνεκα τότε οὐ προσαρτέον. — Eodem quidem sensu malui in his additamentis τούτου quam τοῦ exhibere. — Cod. unus προσεκτέον, unde Littr. τοῦ δ' εἵνεκα προσεκτέον, quod recentiori manui deberi videtur.

θερμὴν ἀνάγκη τὴν ἄνω κοιλίην εἶναι.] τὴν κάτω κοιλίην ferunt cod. vet. et Ald. — vulgo τὴν κοιλίην. — In libello Galeno adscripto de victu acut. sec. Hipp.: τὴν ἄνω κοιλίην. Haec quidem vera loci nostri lectio; nam ἡ ἄνω κοιλίη thoraci vicina, ubi caloris febrilis fons. Tum vero haec praecipue dici potest ἄσης μεστὴ εἶναι. Cum qua dictione confer quod § 2. habetur: ἡ κοιλίη ὑπάγουσα δίψης ἐστὶ μεστή, et e parte germana verba ἀκοαὶ ἦχον μεσταί.

καὶ μετεωρισμὸν γνώμης.] γνώμης omittitur in cod. vet.: praestat tamen, me iudice, ceterorum omnium lectio.

καὶ ἕλκεται [καὶ ἐμέειν ἐθέλει].] Quae uncis inclusi non sunt nisi interpretatio superioris καὶ ἕλκεται, quemadmodum Coaca 55. ἕλξις [οἷον ἀπὸ ἐμέτου]. Docet Coaca 557. reiectum a me οἱ σπαρασσόμενοι ἀνημέτως, quod ad ἀσώδεες ἀνημέτως a recentiore adscriptum fuit. — Nempe ἀσώδης εἶναι antiquorum idem valet quod ἕλκεσθαι, σπαράσσεσθαι illis locis; — hoc ipsum autem alia rursus interpretatione illustratur h. l. ἐμέειν ἐθέλειν, quam e contextu delevi.

©BIUM

ρώμασι, καὶ ταινιδίοισι περιελίσσων πρόσεχε, ὅκως μὴ ἔσονται ψυχρότεροι τοῦ [1] ἄλλου σώματος. Θερμοῖσι δ' ἐοῦσι θέρμασμα μηδὲν πρόσφερε, ἀλλὰ παρατήρει, ὅκως μὴ ψυχθήσονται. Πόματι δὲ χρέεσθαι ὡς ἐλαχίστῳ, ὕδατι ψυχρῷ, ἢ μελικρήτῳ.

ις'. Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι κοιλίη ὑγρὴ καὶ γνώμη τεταραγμένη, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν τοιούτων τὰς κροκύδας ἀφαιρέουσι, καὶ τὰς ῥῖνας σκάλλουσι, καὶ κατὰ βραχὺ μὲν ἀποκρίνονται τὸ ἐρωτώμενον, αὐτοὶ δὲ [2] ἐφ' ἑωυτῶν οὐδὲν λέγουσι κατηρτημένον· δοκέει οὖν μοι τὰ τοιάδε μελαγχολικὰ εἶναι. Ὅσων [3] δὲ τοιῶνδε ἐόντων [4] ἂν ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ καὶ ξυντήκῃ, δοκέει μοι τὰ ῥοφήματα ψυχρότερα καὶ παχύτερα προσφέρειν καὶ τὰ πόματα σταλτικώτερα ἢ οἰνωδέστερα.

ιζ'. Ὁκόσοισι δὲ τῶν πυρεσσόντων δῖνοί τε ἀπ' ἀρχῆς καὶ σφυγμοὶ κεφαλῆς εἰσι καὶ οὖρα λεπτὰ, τούτοισι [5] προσδέχεσθαι πρὸς τὰς κρίσιας [6] παροξυνθησόμενον τὸν πυρετὸν, οὐ θαυμάσαιμι δ' ἂν οὐδ' εἰ παραφρονήσειαν. Οἷσι δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα νεφελοειδέα καὶ παχέα, τοὺς τοιούσδε ὑποκαθαίρειν, ἢν καὶ τὰ ἄλλα ξυμφέρῃ· ὁκόσοισι δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα λεπτὰ, μὴ φαρμάκευε τοὺς τοιούτους, ἀλλ', ἢν δοκέῃ, κλύσαι. Τούτους ξυμφέρει οὕτω θεραπεύεσθαι· τῷ σώματι ἡσυχίην ἄγοντας ἀλείφοντά τε καὶ περιστέλλοντα ὁμαλῶς· ποτῷ δὲ χρέεσθαι μελικρήτῳ ὑδαρεῖ, καὶ ῥοφήματι χυλῷ πτισάνης ἐς ἑσπέ-

oportet, ut ne sint reliquo corpore frigidiores. Quodsi caleant nihil calidi adhibendum, sed videndum, ne refrigerentur. Potus sit quam minimus, aqua frigida aut mulsa.

16. At quibus per febres alvus est liquida et mens perturbata et ex his multi floccos vellunt, nares fodiunt et parum quidem ad interrogata respondent, per se vero nihil compositum dicunt, iis sane talia melancholica esse arbitror. His ita se habentibus si alvus liquida fuerit et colliquescens, sorbitiones frigidiores et crassiores exhibendae mihi videntur, et potiones, quae alvum sistant potius, quam, vinosiores.

17. Quibus autem per febres ab initio vertigines et capitis pulsationes adsunt, et urina tenuis, in his exspectandum ut ad iudicationes febris ingravescat, neque mirandum si delirent. Quibus per initia urinae nebulosae sunt, aut etiam crassae exsistunt, hos si alia quoque conferunt, purgare oportet. Quodsi inter initia urinae tenues fuerint, eos minime purgabis, sed, si visum fuerit, per infusum alvum sublues. Hos ita curare conducit, ut aeger corpore quiescat, tum inungatur tum aequaliter contegatur. Potu utatur mulsa aquosa et ptisanae succo in sorbitione ad vesperam. Alvum ab initio per infusa subducito, medicamenta autem purgantia

[1] λοιτοῦ. — [2] ἀφ' ἑ. — [3] δέ abest. — [4] ἤν. — [5] δεῖ πρσδ. — [6] παροξυνόμενον.

16. ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι κοιλίη ὑγρὴ καὶ γνώμη τεταραγμένη, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν τοιούτων τὰς κροκύδας ἀφαιρέουσι.] Haec vulgata lectio. Cod vetustiss. καί ante οἱ πολλοί omittit, quam loci scripturam praefert Littréus. Mihi καί non negligendum videtur: nam καὶ οἱ πολλοὶ — κατηρτημένον una cum superioribus protasin efficiunt sententiae, cuius apodosis est in verbis δοκέει οὖν μοι — εἶναι. Structura eiusmodi bene Graeca, neque rara; cf. Matth. Gr. Gr. § 472. 3. p. 881. — Propter protasin longiorem in apodosin οὖν intulit, quod itidem frequentis usus in Graeca oratione.

ὅσων δὲ τοιῶνδε ἐόντων ἂν ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ.] Vulgo pro ἄν legitur ἤν, quas particulas cum saepe confusas viderem apud nostrum, locum ita refeci. Littr. e cod. vetustiss. ἤν δὲ τοιῶνδε ἐόντων ἡ κ. ὑ. ᾖ.

ξυντήκῃ.] ξυντήκειν h. l. intransitive sumitur.

καὶ τὰ πόματα σταλτικώτερα, ἢ οἰνωδέστερα.] Libri καὶ τὰ πόματα σταλτικὰ (στατικὰ cod. A., multi alii, quos sequitur Littréus) καὶ οἰνωδέστερα, ἢ (ἢ καί codd. plures etiam A. et Gal. et Littr., non vulg.) στυπτικώτερα. — Duo hic tenenda: primum στατικά non esse nisi corrupte scriptum σταλτικά; — alterum στυπτικώτερα non nisi glossam esse ad σταλτικώτερα, quod olim hic scriptum fuit. Accedit tertium quid, secundum vulg. lect. miro modo πόματα οἰνωδέστερα ἢ στυπτικώτερα commendari in febre, eaque cum delirio. — Minime hoc voluit auctor; is dedit quod iam exhibeo, sed recentior ad σταλτικώτερα adscripsit glossam ἢ στυπτικώτερα, — dein librarii omnia miscere coeperunt. — Cf. infra § 43. ὁκόσα δὲ τῶν πομάτων ἀκρητέστερά ἐστι ἢ αὐστηρότερα κ. τ. λ.

17. ὁκόσοισι δὲ τῶν πυρεσσόντων δῖνοί τε ἀπ' ἀρχῆς κ. τ. λ.] Cett. τῶν πυρετῶν, de meo πυρεσσόντων scripsi. Erot. exponit δῖνος· σκότωσις ὡς Φέρεσθαι δοκεῖν τὰ ὁρώμενα.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 477 sur 880

©BIUM

ρην. Κοιλίην δὲ ὕπαγε κατ' ἀρχὰς κλυσμῷ· φάρμακα δὲ μὴ πρόσαγε τούτοισι· ἢν γάρ τι κινήσῃς κατὰ κοιλίην, τὸ οὖρον οὐ πεπαίνεται, ἀλλ' ἀνιδρός τε καὶ ἄκριτος ὁ πυρετὸς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔσται. Τὰ δὲ ῥοφήματα, ὁκόταν ἐγγὺς τῶν κρισίων ᾖ, μὴ δίδου, ἢν θορυβῆται, ἀλλ' ὁκόταν ἀνῇ καὶ ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον. Φυλάσσεσθαι [1] δὲ χρὴ καὶ [2] τῶν ἄλλων πυρετῶν τὰς κρίσιας, καὶ ἀφαιρέειν τὰ ῥοφήματα κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν. [3] Μεμαθήκασι δὲ μακροὶ οἱ πυρετοὶ [4] οἵδε γίγνεσθαι, καὶ ἀποσκήμματα ἴσχειν, ἢν μὲν τὰ κάτω ψυχρὰ ᾖ, περὶ ὦτα καὶ τράχηλον· ἢν δὲ μὴ ψυχρὰ ᾖ, ἄλλας [5] ἴσχειν μεταβολάς. Ῥέει δὲ καὶ αἷμα ἐκ ῥινῶν καὶ ἡ κοιλίη τοῖσι τοιούτοισι ἐκταράσσεται.

ιη'. Ὁκόσοισι δὲ πυρετοὶ ἀσώδεές εἰσι καὶ ὑποχόνδρια [6] ξυντείνονται, καὶ κεκλιμένοι οὐκ ἀνέχονται ἐν τῷ αὐτῷ καὶ τὰ ἄκρα ψύχονται πάντα, πλείστης ἐπιμελείης καὶ φυλακῆς δέονται. Διάγειν δὲ τούτοισι προσφέροντα μηδὲν ἄλλο ἢ ὀξύμελι ὑδαρές· ῥόφημα δὲ μὴ πρόσφερε, ἕως ἂν λήξῃ, καὶ τὸ οὖρον πεπανθῇ. Κατακλίνειν δὲ ἐς ζοφερὰ οἰκήματα καὶ κατακεκλίσθαι ὡς ἐπὶ μαλθακωτάτοισι στρώμασι, πλεῖστον χρόνον ἐπὶ τὰ αὐτὰ καρτερέοντα καὶ ὡς ἥκιστα ῥιπτάζειν· μάλιστα γὰρ τοῦτο τοὺς τοιούτους ὠφελέει. Ἐπὶ δὲ τὸ ὑποχόνδριον λίνου σπέρμα ἐγχρίων ἐπιτίθει, φυλασσόμενος ὅκως μὴ φρίξῃ προστιθέμενος· ἔστω δὲ ἀκροχλίερον ἐφθὸν ἐν ὕδατι καὶ ἐλαίῳ.

minime exhibeto. Si quid enim circa ventrem commoveris, urina non coquitur, sed citra sudorem et iudicationem febris diutius perseverabit. Sorbitiones autem ne dederis cum prope iudicationes fuerint, et perturbatio adfuerit, verum ubi remiserit et res in melius processerit. Ceterarum vero febrium iudicationes etiam observandae, atque eo tempore sorbitiones detrahendae. Hae vero febres protrahi solent et abscessus habere circa aures et cervicem, si quidem infernae partes frigidae fuerint, quodsi minime frigidae fuerint, alias habent mutationes. Fluit namque sanguis ex naribus et iis alvi conturbantur.

18. At quos febres detinent cum anxietudine et praecordiorum contentione, ii iacentes stare loco nesciunt et extremis omnibus perfrigerantur, magnamque tum curam tum custodiam requirunt. Hos sic transigere oportet, ut nihil praeter acetum mulsum dilutum exhibeas, neque sorbitionem offeras, donec febris desierit et urina concocta fuerit. Recumbere autem debent in cubiculo obscuro, et stratis quam mollissimis reclinati longo tempore eundem decubitum perferre, et quam minime incontinenter se iactare. Id enim eos praecipue iuvat. Ad praecordia lini semen illitum impone, ea observatione ut ne inhorrescat is, cui apponitur, sitque exacte tepidum ex aqua et oleo coctum.

[1] δέ abest. — [2] πάντων τῶν π. — [3] ὡς μεμάθηκας. εἰ δέ. — [4] οἱ τοιοῦτοι γίγνονται καὶ ἀ. ἴσχει. — [5] ἴσχει. — [6] συντείνουσι. — [7] ἴτι.

Cf. Oecon. Hipp. in voce. Duretus ad Coacam 81. hunc locum nostrum adscripsit, ubi vid. quae adnotavimus.

18. καὶ ὑποχόνδρια ξυντείνονται.] Ceteri συντείνουσι, quod a librariis profectum credidi, adeoque correxi.

διάγειν δὲ τούτοισι προσφέροντα μηδὲν κ. τ. λ.] προσφέροντα de meo dedi pro plur. num. προσφέροντας: nam διάγειν ad medicum refertur, cui mox imperat ῥόφημα δὲ μὴ πρόσφερε.

ὅκως μὴ φρίξῃ προστιθέμενος.] Recte vertit Foës. „is, cui apponitur." Cf. Oecon. Hipp. in προσθεμένῃ. Notemus locos paucos e libris Epidd., ubi haec dictio obvia: Ep. I. aegr. 4. προσθεμένῃ δὲ ταῦτα μὲν ἐκουφίσθη et paulo inferius βάλανον προσθεμένῃ πολλὰ διῆλθε. Ep. III. aegr. 3. sect. I. βάλανον προσθεμένῳ μέλανα κόπρανα διῆλθε. Operae pretium videtur haec illustrare: βάλανον προστιθέναι est *glandem apponere*, βάλανον προστιθέναι τινι, *alicui glandem apponere*, quod itidem βάλανον προστιθέναι τινά dici potuisse videtur, unde βάλανον προστίθεμαι *glans mihi apponitur*: nam προσθεμένῃ l. l. participium quidem est. Aor. II medii, sed passiva notione sumitur, adeo ut valeat προστεθειμένῃ, quod probe tenendum, ut hanc dictionem rite intelligamus. Cf. Matth. Gr. Gr. § 496. 8.

ἔστω δὲ ἀκροχλίερον.] § 58. partis vere Hippocrateae huius libri legis ἀκροχλίερον, ubi vulgo ἀκροχλίαρον, sed libri duo ἀκροχλίερον. h. l. liber unus idem fert. Cf. Hemsterh. ad Thom. Mag. p. 862. ἀκροχλίερον pessime in ἀκροχλίηρον subinde abiit in libb. Hippocratis.

©BIUM

ιθ'. Τεκμαίρεσθαι δὲ ἐκ τῶν οὔρων τὸ μέλλον ἔσεσθαι· ἢν μὲν γὰρ παχύτερα καὶ ὠχρότερα ᾖ, βελτίω· ἢν δὲ [1]λεπτότερα καὶ μελάντερα, πονηρότερα· ἢν δὲ μεταβολὰς ἔχῃ, χρόνον τε σημαίνει, καὶ ἀνάγκη τῷ νοσήματι μεταβάλλειν καὶ ἐπὶ τὰ χείρω καὶ ἐπὶ τὰ βελτίω τὴν ἀνωμαλίην.

κ'. Τοὺς δὲ ἀκαταστάτους τῶν πυρετῶν ἐᾶν, μέχρις ἂν καταστῶσι· ὁκόταν δὲ στῶσι, ἀπαντῆσαι διαίτῃ καὶ θεραπείῃ τῇ προσηκούσῃ, κατὰ φύσιν θεωρέων.

κα'. Εἰσὶ δὲ ὄψιες πολλαὶ τῶν καμνόντων· διὸ προσεκτέον τῷ ἰωμένῳ, ὅκως μὴ διαλήσει τις τῶν προφασίων, μήτε τῶν κατὰ λογισμὸν, μήτε ὁκόσα ἐς ἀριθμὸν ἄρτιον, ἢ περισσὸν δεῖ φανῆναι. Μάλιστα μὲν ὧν δεῖ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν εὐλαβέεσθαι, ὡς αὗται αἱ ἡμέραι ἑτερορρεπέας ποιέουσι τοὺς κάμνοντας.

κβ'. Φυλάσσεσθαι οὖν δεῖ τὴν πρώτην ἡμέρην, ἢ ἤρκται ἀσθενέειν ὁ κάμνων, ἰδόντα τὴν ἀρχὴν ἐξ ὅτου καὶ [2]διότι· ἡγέεται γὰρ τοῦτο πρῶτον εἰδῆσαι. Ὁκόταν δὲ ἔρῃ αὐτὸν καὶ διασκέψῃ ταῦτα πάντα, πρῶτον μὲν κεφαλὴν ὅκως ἔχει, εἰ ἀνάλγητος καὶ μὴ βάρος ἔχει ἐν ἑωυτῇ· ἔπειτα [3]τὰ ὑποχόνδρια καὶ τὰ πλευρὰ, [4]εἰ ἀνάλγητα· ὑποχόνδριον

19. Ex urinis vero quid futurum sit coniiciendum. Crassiores namque et pallidiores meliores, tenuiores et nigriores deteriores. Quodsi mutationem habeant, temporis longinquitatem indicant, morbusque necessario tum ad peius tum ad melius inaequalitatem commutat.

20. Inconstantes autem febres, donec consistant, sinere oportet, atque, ubi constiterint, victu et conveniente curatione occurrendum, adhibita eorum, quae secundum naturam sunt, ratione.

21. Aegrotantium vero facies multae sunt, ideoque medico advertendum est, ut ne eum manifesta aliqua causa lateat, tum earum, quae ratiocinatione considerantur, tum earum, quas die pari aut impari apparere necesse est. Inprimis igitur dies impares verendi sunt, nempe quod hi dies magnam aegrorum in hanc vel illam partem inclinationem efficiant.

22. Observare itaque primum diem oportet, quo aeger debilis esse et unde et quando initium morbi coeperit, quod certe praecipuum cognitu existimatur. Postquam autem ipsum interrogaveris, omniaque etiam in considerationem adhibueris, primum quidem caput, quonam se habeat modo, num dolore vacet et nullam in se gravitatem sentiat, deinde praecordia et la-

[1] λευκότερα. — [2] ὅτι. — [3] ὑποχόνδριον. — [4] εἰ τὰ μὲν ἀνάλγητα τὰ δὲ ὀπίσονα. — In quo forte latet *εἴτε μὲν ἀνάλγητα, εἴ τε ὀπίσονα.*

19. καὶ ἀνάγκη τῷ νοσήματι μεταβάλλειν καὶ ἐπὶ τὰ χείρω καὶ ἐπὶ τὰ βελτίω τὴν ἀνωμαλίην.] Solus cod. vet. τῷ νοσέοντι, quod exhibet Littréus et ipse exhibui in priore Ed. Minus recte, puto: nam ἡ ἀνωμαλίη non spectat ad aegrum, sed ad morbum. Sunt prudenter diiudicandae membranae illius vetustae lectiones.

20. τοὺς δὲ ἀκαταστάτους.] Cf. Gal. in comm. et Foës. ad Epid. III. p. 1090. Vid. Celsus III. 12.: „Horror autem eas fere febres antecedit, quae certum habent circuitum et ex toto remittuntur; ideoque tutissimae sunt, maximeque curationes admittunt. Nam ubi incerta tempora sunt, neque alvi ductio, neque balneum, neque vinum, neque medicamentum aliud recte datur. Incertum est enim, quando febris ventura sit: ita fieri potest ut, si subito venerit, summa in eo pernicies sit, quod auxilii causa sit inventum. Nihilque aliud fieri potest, quam ut primis diebus bene abstineatur aeger; deinde sub decessu febris eius, quae gravissima est, cibum sumat. At ubi certus circuitus est, facilius omnia illa tentantur; quia magis proponere nobis et accessionum et decessionum vices possumus."

21. ὅκως μὴ διαλήσει τις τῶν προφασίων.] Hunc locum respicit Gal. comm. in lib. de Humoribus p. 195. — Solus cod. vetustiss. om. τις. Mihi τις requiri videtur et simul διαλήσει dandum, ut sit: ὅκως μὴ διαλήσει αὐτόν τις τῶν προφ. — Luc. Herm. 34. εἰ μη ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε. Mort. Dial. IV. 1. εἰ μήτι ἄλλο ἡμᾶς διέλαθε. — Cf. λήσει § 38. Prognostici.

μάλιστα μὲν ὧν δεῖ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν εὐλαβέεσθαι.] Cf. § 29. κῆν μὲν ἐν ἀρτίῃσι ἐπιγένηται, βέλτιόν, ἐν κρισίμῃσι δὲ ὀλέθριον. Vides huius libelli auctorem solos dies impares criticos esse existimare. Auctor libri IV. de morbis (p. 325. Kühn.) pollicetur se demonstraturum esse, ὅτι αἱ νοῦσοι κρίνονται ἐν τῇσι περισσῇσι ἡμέρῃσι, cuius rei demonstratio inferius (p. 347.) ab illo traditur.

ἑτερορρεπέας.] Ita codd. plurimi, alii sane bonae notae libri ἑτερορροπέας. Non video, cur forma merito suspecta retinenda sit. Littréus Lobeckium citat p. 333. Paralip., et tamen ἑτερορροπέας servat. Loco a Lobeckio e Prorrh. II. citato Lind. p. 495. vol. I. edidit ξυγγενέα: — ἑτερόρροπος in ipsius Hipp. libris saepius obvium: cf. Oecon. Hipp.

22. κεφαλὴν ὅκως ἔχει, εἰ ἀνάλγητος καὶ μὴ βάρος ἔχει ἐν ἑωυτῇ.] Forte liberius, cum ante hunc librum ederem,

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 479 sur 880

©BIUM

μὲν γὰρ ἦν ἐπίπονον ἢ, ἢ ἐπηρμένον, ἢ ἔχῃ τινὰ σκολιότητα, ἢ κόρον, ἢ πλευροῦ ἀλγηδὼν ἐνῇ, καὶ ἅμα τῷ ἀλγήματι ἢ βήχιον, ἢ στρόφος, ἢ πόνος κοιλίης· ὁκόταν [1]δή τι τούτων παρῇ ἐν ὑποχονδρίῳ μὲν μάλιστα, λύειν τὴν κοιλίην κλυσμοῖσι, πινέτω δὲ μελίκρητον θερμὸν ἀφηψημένον. Καταμανθάνειν δὲ καὶ ἐν τῇσι ἐξαναστάσισι, εἰ λιποθυμέει, [2]ἢ εἰ τοῦ πνεύματος εὐφορίη αὐτὸν ἔχει. [3]Ἰδεῖν δὲ καὶ τὴν διαχώρησιν, μή τι μέλαν διεχώρησε ἰσχυρῶς πάνυ χρῶμα, [4]ἢ εἰ καθαρὸν, ὁκοῖα ὑγιαίνοντος ἂν εἴη διαχωρήματα, καὶ ὁ πυρετὸς [5]εἰ ἐς τὴν τρίτην ἐπιπαροξυνόμενος. Κατιδὼν δὲ εὖ μάλα τοὺς τοιούσδε ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι τριταίους, πρὸς ταῦτα ἤδη καὶ τὰ ἄλλα ξυνοράᾶν· καὶ ἦν ἡ τετάρτη τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ ὁμοῖον ἔχῃ τι τῶν αὐτῶν τούτων, κινδυνώδης ὁ κάμνων γίγνεται.

κγ'. Τὰ δὲ σημεῖα, ἡ μὲν μέλαινα διαχώρησις θάνατον σημαίνει, ἡ δὲ ὁμοίη τῷ ὑγιαίνοντι, [6]ὁκόταν ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας φαίνηται, ὑγίειαν· ὁκόταν δὲ μὴ ὑπακούῃ τῇ βαλάνῳ, μὴ ἐνῇ δὲ [7]καὶ τοῦ πνεύματος εὐφορίη, διαναστὰς [8]δ' ἐπὶ τὸν θρόνον, ἢ αὐτοῦ ἐν τῇ κλίνῃ, ἢν ἀψυχίη [9]ἐγγένηται, — ταῦτα ὁκόταν προσῇ τῷ κάμνοντι κατ' ἀρχὰς, παραφροσύνην οἷου ἐσομένην. Προσέ-

tera num dolore careant. Circa praecordia si quidem spectandum, num dolorem sentiant, aut in tumorem attollantur vel obliquitatem vel satietatem habeant, vel lateris dolor affuerit, simulque cum dolore aut tussicula aut tormina aut ventris dolor affligant. Ubi namque horum quicquam, maximeque in praecordiis, adfuerit, alvum per infusa solvere convenit. In potu vero aqua mulsa calida decocta utatur. Considerandum etiam, num cum exsurgit animo linquatur, an facile spiritum trahat. Inspicienda quoque alvi egestio, num vehementer colore nigro tincta fuerit, an pura, quales sunt sanorum deiectiones, et num febris tertio die ingravescat. His autem in iis morbis tertio die attento animo observatis, ad haec reliqua etiam consideranda sunt, et si quartus dies in his ipsis simile quid habet tertio diei, in periculo versatur aeger.

23. Quod vero ad signa attinet, nigra alvi deiectio mortem significat, quae vere sanae egestioni similis est, si per omnes morbi dies apparet, sanitatem. At si glande subdita alvus non cesserit, nec facilis spiratio adfuerit, verum si ubi ad desidendum exsurrexerit, aut in ipso lecto animo deficiat, haec si aegro inter initia adfuerint, delirium affore existima. Attendendum quoque ad manus, quae si tremulae fuerint,

[1] δέ τι. — [2] καὶ εἰ. — [3] καὶ εἰ. — [4] εἰ abest. — [5] ὁκόταν abest. — [6] καί abest. — [7] δ' abest. — [8] ἐνῇ. — ταῦτα δὲ ὁκ.

ἑωυτῇ in ὠυτῇ mutavi: vulgata lectio ferri potest, modo ἀνάλγητος ad praegressum κεφαλήν referamus.

ἢ ἔχῃ τινὰ σκολιότητα.] Gal. in comm. ἢ ἔχει τινὰ σκολιότητα τουτέστι ἀνωμαλίαν· ὅπερ ἐν τῷ προγνωστικῷ κατὰ τήνδε τὴν λέξιν ἔγραψεν, εἰ ἀνωμάλως διακείμενον τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερά.

ὁκόταν δή τι τούτων παρῇ ἐν ὑποχονδρίῳ μὲν μάλιστα, λύειν τὴν κοιλίην κ. τ. λ.] Vulgo ὅταν δέ τι, cod. unus ὁπόταν, unde Ionicum ὁκόταν dedi. Cod. vetustiss. δέ omittit; malui in δή voculam mutare, unde originem traxisse suspicor. Parum recte olim μάλιστα μέν scripsi: pristinus horum verborum ordo retinendus, nam proxime cohaerent ἐν ὑποχονδρίῳ μὲν μάλιστα, neque iungendum μάλιστα μὲν λύειν; quod antea feceram.

ἢ εἰ τοῦ πνεύματος εὐφορίη αὐτὸν ἔχει.] h. l. ἢ εἰ in antithesi necessarium de meo dedi, mss. καὶ εἰ praebentibus: paulo inferius eadem de causa ἢ εἰ καθαρόν pro καὶ εἰ καθαρόν e mss. nonnullis et Galeno recepi.

Ἰδεῖν δὲ καὶ τὴν διαχ.] mss. lectio ita variat, ut alia τέ ferant, alia δέ, alia καί omisso τήν: mihi hae lectt. coniungendae visae sunt.

καὶ ὁ πυρετὸς εἰ ἐς τὴν τρίτην ἐπιπαροξυνόμενος.] In his εἰ de meo adscivi, codd. inter ἐς et εἰς variant: in hoc forte pristina lectio, quam revocavi, latet.

23. τὰ δὲ σημεῖα ἡ μὲν κ. τ. λ.] Ad hunc nominativum genitivi vice in distributione solemnem cf. locum celebratissimum Od. XII. 73. Vid. Valck. ad Phoen. vs. 951. 1295.

ὁκόταν ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας φαίνηται.] ἀνά in magno librorum numero deficit, aegre tamen abesse poterit: ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας fere idem valet, quod ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην. Cf. Matth. § 579.

μὴ ἐνῇ δὲ καὶ τοῦ πνεύματος εὐφορίη, διαναστὰς δ' ἐπὶ τὸν θρόνον, ἢ αὐτοῦ ἐν τῇ κλίνῃ, ἢν ἀψυχίη ἐγγένηται.] In hisce μή ante ἐνῇ δέ de meo adieci, similiterque δ' ante ἐπί de coniectura intuli, quia antithesis est tum h. l. tum § superiore inter τοῦ πνεύματος εὐφορίην et ἀψυχίην s. τὸ λιποθυμέειν. Δὲ καί dat liber vetustiss., cett. καί omittunt: διαναστάς pro διαναστάντι, quia in mente habebat διαναστὰς δ' ἢν λιποθυμέῃ.

ταῦτα ὁκόταν προσῇ τῷ κάμνοντι.] Pone κάμνοντι in libris scriptis et editis sequitur ἢ τῇ καμνούσῃ. Quamquam haud ita magni facio auctorem horum additamentorum, non

©BIUM

χειν δὲ χρὴ καὶ τῇσι χερσί· ἢν γὰρ τρομεραὶ ἔωσι, προσδέχου τῷ τοιῷδε ἀπόσταξιν αἵματος ἐκ ῥινῶν ἐσομένην. Ὀρῆν δὲ χρὴ καὶ τοὺς μυκτῆρας· ἢν γὰρ ὁμοίως τὸ πνεῦμα δι' ἀμφοτέρων ἕλκηται, καὶ ἢν πουλὺ φέρηται ἐκ τῶν μυκτηρῶν, φιλέει γίγνεσθαι σπασμός. Ἢν δὲ σπασμὸς γένηται, τῷ τοιῷδε θάνατος προσδόκιμος, καὶ καλῶς ἔχει προλέγειν.

κδ'. Ἢν δὲ ἐν πυρετῷ χειμερινῷ ἡ γλῶσσα τρηχέα γένηται καὶ ἀψυχίαι ἐνέωσι, φιλέει τῷ τοιῷδε καὶ ἐπάνεσις εἶναι τοῦ πυρετοῦ· ἀλλ' ὅμως τὸν τοιόνδε παραφυλάσσειν τῇ λιμοκτονίῃ καὶ τῇ ὑδατοποσίῃ καὶ μελικρήτου πόσι καὶ χυλοῖσι παραφύλασσε, μηδὲν πιστεύων τῇ ἀνέσι τῶν πυρετῶν, ὡς οἱ τὰ τοιάδε ἔχοντες σημεῖα, ἐπικίνδυνοί εἰσι θνήσκειν. Ὁκόταν δὲ ταῦτα ξυνίδῃς, οὕτω προλέγειν, ἢν σοι ἀρέσκῃ, θεωρήσας εὖ μάλα.

κε'. Ὁκόταν δὲ ἐν πυρετοῖσι φοβερόν τι γένηται πεμπταίοισι ἐοῦσι, ἢν ἡ κοιλίη ἐξαίφνης ὑγρὰ διαχωρήσῃ καὶ ἀψυχίη γένηται, ἢ ἀφωνίη ἐπιλάβῃ, ἢ σπασμώδης γένηται, ἢ λυγμώδης, ἐπὶ τούτοισι ἀσώδεα φιλέει γίγνεσθαι, καὶ περὶ ὑπορρίνιον καὶ μέτωπον ἱδρῶτες καὶ κατ' αὐχένα καὶ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς· οἱ δὲ ταῦτα πάσχοντες θνήσκουσι οὐκ ἐς μακρὸν πνευματωθέντες.

κς'. Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ σκέλεα γίγνεται φυματώδεα καὶ ἐγχρονιζόμενα μὴ ἐκπεπαίνεται, ἔτι ἐόντων δ' ἐν πυρετοῖσι ἢν

huic sperandum est sanguinem e naribus profluxurum. Nares quoque inspiciendae, si enim ex utrisque aequaliter spiritus ducatur, et multus e naribus feratur, convulsio fieri assolet. Quae si contingat, mors huic exspectanda est, eamque praedicere oportet.

24. At si in febre hiberna lingua aspera fuerit, et animi deliquia incidant, huic et si febris remissio contingere consuevit, eum tamen in perfecta inedia continere et aquae et mulsae potione ptisanaeque cremore conservare oportet, neque febris remissioni fidendum est, quod eiusmodi signa aegrum de vita periclitari testentur. Quae ubi cognoveris optimeque contemplatus fueris, ita, si lubet, praedicere poteris.

25. Cum vero in febribus quinto die quid formidolosum contigerit, aut alvus liquida repente deiecerit, aut animi deliquium inciderit, vel vocis defectio prehenderit, vel convulsio vel singultus, ex quibus anxietate aeger premi consuevit, sudoresque sub naso et circa frontem ac cervicem et occiput suboriri, qui casibus conflictantur huiusmodi, suspiriosi non multo post moriuntur.

26. Quibus autem per febres tubercula in cruribus oriantur, tractuque temporis perseverante etiam febre, non maturentur et circa fauces

[1] αὐτοὺς τοὺς μ. — [2] ἕλκονται. — [3] ἐπακολουθήσει ἂν. καὶ κ. ἱ. π. — [4] ὅσοι τοιάδε. — [5] ἢν abest. — [6] καί abest.

credo tamen, ipsum ἢ τῇ καμνούσῃ adposuisse. Deberi puto sciolo recentiori, quapropter delevi.

ἢν γὰρ ὁμοίως τὸ πνεῦμα.] ἢν vulgo: ὧν γάρ cod. vet.: unde ἢν γάρ scripsi. Ceterum fateor, me hoc signum non intelligere, quid enim cum convulsione commune habet spiritus aequabiliter per utrasque nares ductus? Num forte negatio excidit, ita ut legendum sit ἢν γὰρ μὴ ὁμοίως κ. τ. λ.?

καὶ ἢν πουλὺ — σπασμός.] Suntne haec intelligenda e Coaca 260., ubi πνεῦμα μέγα καὶ διὰ πολλοῦ παραφροσύνην ἢ σπασμὸν σημαίνειν dicitur? Quod ad superiora, ubi manus tremulae haemorrhagiam narium futuram praenuntiare dicuntur, cf. Prorrh. 152. et Coacam 170. οἵσι κεφαλαλγίαι καὶ τραχήλου πόνοι καὶ ὅλου δέ τις ἀκράτεια τοῦ σώματος τρομώδης, αἱμορραγικὰ λύουσι. Ceterum non sine causa idonea locus hic in Galeni reprehensionem incurrit: nolim tamen negare vero simile esse ante verba ταῦτα ὁκόταν προσῇ τῷ κάμνοντι quaedam interiisse, quibus certior fieret delirii futuri praesensio.

24. ὁκόταν δὲ ταῦτα ξυνίδῃς.] Vulgo συνειδῇς; cod. vetustiss. συνίδῃς mutatum in συνιδῇς. Cum isto συνιδεῖν confer συνορᾶν e § 22.

25. καὶ κατ' αὐχένα καὶ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς.] Vulgo in his κατ' abest; de meo addidi, ob similitudinem literarum pone καί interiisse opinatus. Etiam καί ante ὄπισθεν adscripsi, quum non crederem αὐχένα ὄπισθεν τῆς κεφ. apte coniungi. Si quis prudentius facturum me fuisse iudicet, si in hac re nihil tetigissem, quum: ὁ αὐχήν non solum partem posteriorem significet, sed, ut Latinum *cervix*, totum collum: dicam τὸ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς non esse τὸν αὐχένα, neque certum esse partem posteriorem s. nucham tantum spectari. Itaque horum fragmentorum auctor addendo ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς locum ipsum definivit, quem spectaret.

26. ἔτι ἐόντων δ' ἐν πυρετοῖσι.] h. l. δ' de meo adscripsi, quum hac vocula sententia carere non posse videretur.

©BIUM

καὶ προσπέσῃ πνιγμὸς ἐν φάρυγγι, ἰσχνῶν ἐόντων τῶν περὶ φάρυγγα, καὶ μὴ πεπαίνηται, ἀλλὰ σβεσθῇ, φιλέει τῷ τοιῷδε αἷμα ῥέειν ἐκ τῶν ῥινῶν· κἢν μὲν πουλὺ ῥυῇ, λύσιν σημαίνει τῆς νούσου· ἢν δὲ μὴ, μακρήν· ὁκόσῳ δ' ἂν ἔλασσον ῥυῇ, τοσῷδε χεῖρον καὶ [1]μῆκος. Ἢν δὲ τἆλλα ῥῇστα γένηται, προσδέχεσθαι τῷ τοιῷδε ἐς πόδας ἀλγήματα. Ἢν δὲ ἅψηται τοῦ ποδὸς, καὶ ἐπώδυνος γενόμενος παραμένῃ [2]πυριφλεγὴς καὶ μὴ λυθῇ, κατὰ σμικρὸν ἥξει καὶ ἐς αὐχένα ἀλγήματα, καὶ ἐς κληῖδα, καὶ ἐς ὦμον, καὶ ἐς στῆθος, καὶ ἐς ἄρθρον, καὶ τοῦτο δεήσει φυματῶδες γενέσθαι· σβεννυμένων δὲ τούτων ἢν αἱ χεῖρες ἐφέλκωνται, ἢ τρομεραὶ γένωνται, σπασμὸς τὸν τοιόνδε ἐπιλαμβάνει καὶ παραφροσύνη· ἀτὰρ καὶ φλυζάκια ἐπὶ τὴν ὀφρὺν καὶ ἐρυθήματα ἴσχει καὶ βλέφαρον [3]ἕτερον παρὰ τὸ ἕτερον παραβλαστάνει, καὶ σκληρὴ φλεγμονὴ κατέχει καὶ οἰδέει ἰσχυρῶς ὁ ὀφθαλμὸς, καὶ ἡ παραφροσύνη μέγα ἐπιδιδοῖ. Αἱ δὲ νύκτες μᾶλλον σημαίνουσι ἢ αἱ ἡμέραι τὰ περὶ τὴν παραφροσύνην. Τὰ δὲ σημεῖα μᾶλλον γίγνεται πολλὰ ἐπὶ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν, ἢ ἐπὶ τὸν ἄρτιον· ὁκοτέρῳ δ' ἂν τούτων τῶν ἀριθμῶν γένηται, [4]ὄλεθροι ἐπιγίγνονται.

κζ'. Τοὺς τοιούτους δὲ ἢν μὲν ἐξ ἀρχῆς φαρμακεύειν προαιρῇ, πρὸ τῆς πέμπτης, ἢν βορβορύζῃ ἡ κοιλίη· εἰ δὲ μὴ, ἐᾶν [5]ἀφαρμακεύτους εἶναι· ἢν δὲ διαβορβορύζῃ καὶ τὰ ὑποχωρήματα χολώδεα ᾖ, σκαμμωνίῳ ὑποκάθαιρε μετρίως· τῇ δὲ ἄλλῃ θεραπείῃ ὡς ἐλάχιστα προσφέρειν πόματα καὶ ῥοφήματα,

suffocatio incidat, nullo tumore in faucibus existente, neque tubercula concoquantur, sed extincta fuerint, iis sanguis ex naribus effluere consuevit. Qui si multus quidem fluxerit, morbi solutionem portendit, sin minus, longitudinem, quoque minus fluxerit, eo deteriorem et longiorem. Quod si reliqua facillima fuerint, huic dolores ad pedes exspectandi sunt, qui si pedem attigerint, diuturnoque dolore affecerint, et inflammatio circum oborta non levetur, paulatim ad cervicem dolores pervenient et ad iugulum, humerum, pectus, et articulos, quos tuberculosos fieri est necesse. His vero exstinctis si manus contrahantur vel tremulae evadant, eum convulsio et desipientia prehendit. Quin etiam in superciliis pustulas et rubores habet et altera palbebra iuxta alteram repullulat, dura inflammatio detinet, oculus vehementer intumescit et delirium valde increscit. At noctes magis quam dies delirii significationem praebent. Multa autem signa maxime contingunt ad numerum imparem potius quam parem. Utrovis tamen numero contingant, mors incidit.

27. Hos si quidem ab initio medicamentis purgare volueris, id ante quintum diem faciendum, si venter murmuraverit, alioqui a medicamentis abstinendi. Quodsi murmuraverit alvique egestiones biliosae fuerint, scammonio exhibito moderate purgandum. Quod autem ad reliquam curationem attinet, quam parcissimi potus et

[1] ἐπίμηκες. — [2] πυριφλεγὴς γενόμενος. — [3] τὸ ἕτερον. — [4] ὀλέθριοι. — [5] ἀφαρμάκευτον.

τοσῷδε χεῖρον καὶ μῆκος.] ἐπιμηκές codd. plurimi, non omnium optimi tamen, nec vero placet, quum non sit, quorsum epitheta neutra apte referas: verbis χεῖρον καὶ μῆκος simul morbi longinquitas et mala indoles significari videntur.

καὶ ἐπώδυνος — λυθῇ.] Codd. lectio est: καὶ ἐπώδυνος γενόμενος παραμένῃ πυριφλεγὴς γενόμενος, καὶ μὴ λυθῇ. In qua γενόμενος, quod ultro patet, postremo loco abundat, ita ut deleverim.

καὶ ἐς ἄρθρον.] Nempe τὸ ἄρθρον τοῦ ποδός, de quo initio huius periodi loquitur. Exspectaveram ἐς τὸ ἄρθρον.

καὶ βλέφαρον ἕτερον παρὰ τὸ ἕτερον παραβλαστάνει.] καὶ τὸ βλέφαρον cod vetustiss., quod recepit Littréus, mihi vero displicet. Conf. ceterum verba ex Epid. III. St. pest.: ἐπιφύσιες βλεφάρων ἔξωθεν, ἔσωθεν, πολλῶν φθείροντες τὰς ὄψιας, ἃς σῦκα ἐπονομάζουσι.

τὰ δὲ σημεῖα μᾶλλον γίγνεται πολλὰ ἐπὶ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν, ἢ ἐπὶ τὸν ἄρτιον.] Pro μᾶλλον ceteri omnes μάλιστα, quod ipse retinueram in priore Ed. — Sed consistere nequit, librariorum error est; fragmentorum horum auctor μᾶλλον dedit. — Cf. § 21.

27. σκαμμωνίῳ ὑποκάθαιρε μετρίως.] Ratio, quare biliosis alvi recrementis prodeuntibus scammonia purgare praecipiat, posita in iis, quae de hoc medicamento habet Dioscor. IV. 168. δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπὸς ... καθαίρειν κάτω χολὴν καὶ φλέγμα. Gal. de Theriaca ad Pisonem p. 223. vol. XIV, Kühnio: ἡ σκαμμωνία ξανθὴν χολὴν ἕλκουσα φαίνεται.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 482 sur 880

©BIUM

ἵνα βελτιόνως ἔχῃ, ἢν μὴ ὑπερβῶσι τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐπανέντες.

κη'. Ὀκόταν πυρέσσοντι τεσσαρεσκαιδεκαταίῳ ἐόντι ἀφωνίη προσγένηται, οὐ φιλέει ἥκειν λύσις ταχείη, οὐδ' ἀπαλλαγὴ τοῦ νοσήματος γίγνεσθαι, ἀλλὰ χρόνον τῷ τοιῷδε σημαίνει. Ὀκόταν δὲ πυρέσσοντι τεταρταίῳ ἡ γλῶσσα ἐκτεταραγμένα διαλέγηται καὶ ἡ κοιλίη χολώδεα ὑποχωρέῃ ὑγρὰ, φιλέει παραληρεῖν ὁ τοιόσδε· ἀλλὰ χρὴ παραφυλάσσειν παρεπόμενον τοῖσι ἀποβαίνουσι.

κθ'. Θερινῆς καὶ μετοπωρινῆς ὥρης ἐπὶ τῶν ὀξέων αἵματος ἀπόσταξις ἐξαπίνης, ξυντονίην καὶ πολλὴν φλεγμασίην κατὰ τὰς φλέβας δηλοῖ καὶ ἐς τὴν ὑστεραίην λεπτῶν οὔρων ἐπιφάσιας· καὶ ἢν ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ καὶ τὸ σῶμα ἐκ γυμνασίων [1] καὶ εὐσαρκώσιος ἔχῃ, ἢ μελαγχολικὸς ᾖ, ἢ ἐκ πόσιος χεῖρες τρομεραὶ, καλῶς ἔχει παραφροσύνην προειπεῖν ἢ σπασμόν. Κἢν μὲν ἐν ἀρτίῃσι ἐπιγένηται, βέλτιον· ἐν κρισίμῃσι δὲ ὀλέθριον, ἢν μὴ πουλὺ [2] ἁλὲς ἐπεσσυβὲν αἷμα ἐξόδους ποιήσηται τῆς πλεονεξίης κατὰ ῥῖνας, ἢ κατὰ ἕδρην ἐμποιήσῃ ἀπόστασιν, ἢ πόνους ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, ἢ ἐς ὄρχιας, ἢ ἐς σκέλεα· πεφθέντων δὲ τούτων ἔξοδοι γίγνονται [3] πτυσμῶν, ἢ παχέων οὔρων, λείων, λευκῶν.

[1] ἢ εὐσ. — [2] ἅλις. — [3] πτυσμοὶ π.

28. Febricitanti sub decimum quartum diem si vox defecerit, huic neque cita morbi solutio neque liberatio venire assolet, sed temporis longinquitas indicatur. Febricitanti ubi quarto die lingua perturbate loquitur et alvus biliosa liquida deiicit, is delirare assuevit. Sed ex eventis quid consequatur observandum.

29. In acutis morbis aestiva et auctumnali tempestate repentina sanguinis stillatio contentionem et multum circa venas fervorem significat, et postero die urinas tenues futuras. Ac si aetate viguerit aeger fueritque corpore exercitato, bene carnoso, vel si melancholicus fuerit, aut ex potatione manus tremulae fuerint, delirium aut convulsionem recte praedixeris. Et si quidem paribus diebus accesserint, melius, iudicatoriis vero diebus perniciosum, nisi multus irruens sanguis viam redundantiae per nares aperuerit, aut ad sedem abscessum fecerit, aut dolores in praecordiis, aut ad testes, aut crura. Quibus coctis excernuntur sputa, vel urinae crassae, laeves, albae.

28. ἀλλὰ χρόνον τῷ τοιῷδε σημαίνει.] Hic in libris scriptis et editis sequuntur verba ὁκόταν δὲ φανῇ ἐπὶ τῇ ἡμέρῃ ταύτῃ, μακρότερον ξυμπίπτει, quae delevi, quum διττογραφίᾳ ortum debeant. Nimirum pone γίγνεσθαι alterutrum tantum apodosios partem posteriorem facere potest, aut ἀλλὰ χρόνον τῷ τοιῷδε σημαίνει aut ea, quae delevi.

29. ξυντονίην καὶ πολλὴν φλεγμασίην.] Cod. vetustiss. et Ald. pro φλεγμασίην habent θερμασίην, quod admittit Littréus, quum Galenum idem legisse pateat e comm., licet alteram lect. magis congruam esse fateatur. Mihi non certo liquet, Gal. ita legisse: citat φλεγμασίην in comm. et ex eius verbis desumtam esse lectionem θερμασίην fere certum dixerim, nec tamen recipi potest, quum sensu idoneo omnino destituatur.

καὶ τὸ σῶμα ἐκ γυμνασίων καὶ εὐσαρκώσιος ἔχῃ.] De meo καὶ εὐσ. pro ἢ εὐσ. scripsi: nam arcte cohaerent γυμνάσια καὶ εὐσάρκωσις cf. Aph. 3. I. cum Gal. comm. Lib. de vet. Med. p. 28. Kühn.: ἔτι γοῦν καὶ νῦν οἱ τῶν γυμνασίων τε καὶ ἀνακτησίων ἐπιμελούμενοι κ. τ. λ. Simili sensu atque hoc loco praep. ἐκ legitur in Progn.: μὴ ἐκ διαρροίης, ἢ φαρμακοποσίης ἐόντι; in his additamentis spuriis infra τοῖσι ἐκ τῶν νοσημάτων et ὁμοίως τοῖσι ἐκ κραιπάλης διαιτάσθω.

ἢν μὴ πουλὺ ἁλὲς ἐπεσσυβὲν αἷμα ἐξόδους ποιήσηται κατὰ ῥῖνας.] ἢ μέν, quod unius libri fide recepit Littréus, h. l. ineptissimum. Symptomata congesti ad caput sanguinis perniciem significant, nisi per nares copiose effluat. Lect. ἐπεσσυβέν prae ἀποσυβέν praefero: ἀποσυβὲν αἷμα enim iam exiit, sed ad nares ἐπεσσυβέν, per has ἐξόδους ποιεῖται.

ἢ κατὰ ἕδρην ἐμποιήσῃ ἀπόστασιν.] Gal. ἐμποιήσειε, pro quo subiunctivum dedi, quum ab ἢν modus verbi pendeat. Recte Littréus e vulgatae verbis ἢ μεταστάσεις ἢ ἀποστάσεις reiecit ἢ μεταστάσεις et libri vetustissimi ἀπόστασιν solum recepit. Sed sensu idoneo prorsus caret quod h. l. e duobus, laudandis ceterum, codd. intulit ἐμπλησθείσης pro ἐμποιήσῃ. Quod ad lectt. ἐμπυήσεις et ἐμπυήσειεν, sunt hae manifesto, confusis οι et υ, e nostro ἐμποιήσῃ s. ἐμποιήσειεν ortae.

ἔξοδοι γίγνονται πτυσμῶν, ἢ παχέων οὔρων, λείων, λευκῶν.] Hanc lect. praefero prae ἐ. γ. π. παχέων, οὔρων λ. λ., quod dedit Littréus. Nimirum παχέων ad οὔρων, non ad πτυσμῶν referendum esse patet collata § 35. infra. — Puto tamen pone πτυσμῶν epitheton interiisse, quo horum coctio

©BIUM

λ'. Ἐν πυρετῷ λυγγώδει ὀπὸν σιλφίου, ὀξύμελι, δαῦκον τρίψας πιεῖν δίδου, καὶ χαλβάνην ἐν μέλιτι καὶ κύμινον ἐκλεικτὸν, καὶ χυλὸν πτισάνης ἐπὶ τούτοισι ῥοφέειν. Ἄφυκτος δὲ ὁ τοιοῦτος, ἢν μὴ ἱδρῶτες κριτικοὶ καὶ ὕπνοι ὁμαλοὶ ἐπιγένωνται, καὶ οὖρα παχέα καὶ δριμέα καταδράμῃ, ἢ ἐς ἀπόστασιν στηρίξῃ· κόκκαλος καὶ σμύρνα ἐκλεικτόν· πίνειν δὲ τοῖσι τοιούτοισι διδόναι ὀξύμελι ὡς ἐλάχιστον· ἢν δὲ διψώδεες ἔωσι σφόδρα, τοῦ κριθίνου ὕδατος.

30. In febre singultuosa laseris succum, acetum mulsum, daucum tritum potui exhibeto et galbanum ex melle cum cumino delingendum, posteaque ptisanae cremorem sorbendum dato. Neque is evadere potest, nisi iudicatorii sudores et somni aequales accesserint, urinaeque crassae et acres percurrerint, aut ad abscessum morbus se converterit. Nux pinea cum myrrha in eclegmate detur. His vero acetum mulsum quam minimum potui exhibeatur, sed si admodum siticulosi fuerint, aqua hordei.

λα'. Τὰ δὲ περιπνευμονικὰ καὶ πλευριτικὰ ὧδε χρὴ σκέπτεσθαι· ἢν ὀξύς τε ὁ πυρετὸς ᾖ, καὶ τὰ ὀδυνήματα τοῦ ἑτέρου πλευροῦ [1] ἢ καὶ ἀμφοῖν, καὶ τοῦ πνεύματος δὲ ἀναφερομένου ἢν πονέῃ, καὶ βῆχες ἐνέωσι, καὶ πτύσματα πτύῃ πυρρὰ, ἢ πέλια, ἢ καὶ λεπτὰ καὶ ἀφρώδεα καὶ ἀνθηρὰ, καὶ εἴ τι ἄλλο διάφορον ἔχοι παρὰ τὰ μεμαθηκότα. Τούτους οὕτω χρὴ διάγειν· ἢν μὲν ἡ ὀδύνη ἄνω περαίνῃ πρὸς κληῖδα, ἢ περὶ μαζὸν, ἢ περὶ βραχίονα, τάμνειν χρὴ τὴν ἐν τῷ βραχίονι φλέβα τὴν ἔσω, ἐφ' ὁκότερον ἂν ᾖ τῶν μερέων, κατὰ τόδε. Ἀφαιρέειν δὲ κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ

31. Circa pulmonum et laterum inflammationes istud considerandum, num febris adsit acuta et dolores alterius lateris aut utriusque affligant, et num laboret dum spiritus sursum fertur, tusses adsint et sputa educantur rufa aut livida, vel etiam tenuia et spumosa et florida, atque num quid discrepet ab iis, quae illis contingere consueverunt. His haec instituenda curatio. Si quidem dolor sursum ad iugulum tendat, vel ad mammam et brachium, internam brachii venam secare oportet, ea parte, qua dolor affligit, et sanguinem detrahere pro corporis habitu, anni tempore, aetate et colore, plusque et cum maiore fiducia, si dolor acutus

[1] ἀμφοτέρων.

significaretur; forte πτυσμῶν πεπόνων scriptum fuit. Cf. § 33.

30. ὀπὸν σιλφίου, ὀξύμελι, δαῦκον τρίψας,] Haec ita coniunguntur, ut ὀπός sit basis, quam vocant, medicamenti, ὀξύμελι excipiens s. constituens, δαῦκος corrigens; eadem inter χαλβάνην et μέλι et κύμινον est ratio. Ἐν principio de meo adposui.

ἄφυκτος δὲ ὁ τοιοῦτος.] Non certo scio, utrum ὁ τοιοῦτος ad τὸν πυρετόν, an ad aegrum referri oporteat. Ad hunc si referas, quod forte voluit auctor, ἄφυκτος accipiendum *qui effugere non potest*, sin contra ad illum, passive *quem nemo effugere potest*.

κόκκαλος καὶ σμύρνα ἐκλεικτόν.] De voce κόκκαλος Foës. in Oecon. Salmas. ad Solinum p. 160. Lobeck ad Phryn. p. 396. Schneid. in Ind. ad Theophr. voce στρόβιλος. Sprengel comm. in Diosc. p. 380. — Mihi h. l. non πυρῆνες, sed fructus integer spectari videtur. Gal. in comm.: εἴωθε δὲ ἐξ αὐτοῦ σκευάζειν (σκευάζεσθαι?) ἐκλεικτὸν, ὅταν ᾖ λιπαρὸς μάλιστα, τουτέστι πολλὴν ἐν κύκλῳ περικεχυμένην ἔχῃ ἰδίαν ἐντίννην. ἑψόμενοι δ' αὐτὸν ἐν ὕδατι μετὰ πρασίου πρόσφατον, εἶτα τῷ ἀφεψήματι μιγνύντες μέλι σύμμετρον, ἑψοντές τε πάλιν τοῦτο, μέχρι μελιτώδους συστάσεως, οὕτω τῷ γενομένῳ φαρμάκῳ χρώμεθα. — De myrrha Diosc. I. 77. Admiscetur τοῖς ἀρτηριακοῖς Gal. de rem. Simpl. VIII. 18. 39. Ceterum non sine causa Gal. in comm.: ἀτάκτως, inquit, τοῦτο γέγραπται· βελτίον γὰρ ἦν αὐτὸ μικρῷ πρόσθεν γεγραφέναι κατ' ἐκεῖνο τοῦ λόγου τὸ μέρος, ἔνθα ἐθεράπευσε τοὺς δεομένους τὸν θώρακα καὶ πνεύμονα διὰ πτυσμάτων ἐκκαθαίρεσθαι, οὐ πρὸς τὸν λυγγώδη πυρετόν.

τοῦ κριθίνου ὕδατος.] Gal. in comm.: ὅτι μέν, inquit, ὡς ἄδιψον πόμα εὔδηλόν ἐστιν· ἄμεινον δ' ἦν εἰρῆσθαι πρὸς αὐτοῦ πῶς χρὴ σκευάσαι τὰς κριθὰς, πότερον ἀποβρέξαντας ἁπλῶς, ἢ ὡς οἱ νῦν ἐξ αὐτῶν τὸν ζυθὸν ποιοῦντες, ἢ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον.

31. τὰ δὲ περιπν.] Hanc §. profert Coel. Aurel. lib. II. c. 19. p. 129.: „Alias, inquit, passiones curans in ultima scripturae parte rursum peripneumoniam atque pleuritim curans haec ait: in peripneumonico, cett."

Τούτους οὕτω χρὴ διάγειν.] Omnes libri scripti et editi τούτοισι, certe dandi casum. At neque χρή, neque διάγειν istum casum admittunt. Primo credidi tantum interpunctionem esse mutandam et τούτοισι ad μεμαθηκότα retrahendum; praestat tamen scribere, quod iam exhibui, sed vitium forte ortum inde quod pronomen ad μεμαθηκότα referrent. Paulo inferius in eadem §. similem habemus casuum eorundem confusionem. Διάγειν h. l. quin transitive sumatur, dubium non est, sensuque adeo diverso quam sub finem huius §.

ἀφαιρέειν δὲ κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν καὶ ἡλικίην καὶ χροιὴν πλέον κ. τ. λ.] Forte aliquis exspectet πλέον ἢ ἔλασσον, nolim tamen affirmare re vera aliquid deesse. Ceterum dant χροιήν codd. omnes nostrae aetatis, Coel. Aurel.:

©BIUM

χροιὴν πλέον, καὶ θαρσέων, ἢν ὀξὺ τὸ ἄλγημα ᾖ, ἄγειν πρὸς λιποψυχίην· ἔπειτα ὑποκλύζειν μετὰ τοῦτο. Ἢν δὲ ὑποκάτω τοῦ θώρηκος ᾖ τὸ ἄλγημα καὶ ξυντείνῃ λίην, τῷ πλευριτικῷ τὴν κοιλίην ὑποκάθαιρε· μεσηγὺ δὲ τῆς καθάρσιος μηδὲν δίδου· μετὰ κάθαρσιν δὲ ὀξύμελι. Φαρμακεύειν δὲ τεταρταῖον· τὰς δὲ ἐξ ἀρχῆς τρεῖς ὑποκλύζειν, καὶ, ἢν μὴ κουφίζῃ, οὕτως ὑποκάθαιρε· Φυλακὴ δὲ ἔστω ἕως ἀπυρέτου καὶ ἑβδόμης· ἔπειτα, ἢν ἀσφαλὴς ἐὼν φαίνηται, οὕτω χυλὸν ὀλίγον καὶ λεπτὸν τὸ πρῶτον ξὺν μέλιτι μίσγων δίδου. Ἢν δὲ ἀνάγῃ τε ῥηϊδίως καὶ εὔπνοος ᾖ, καὶ ἀνώδυνος τὰ πλευρὰ, καὶ ἀπύρετος, κατὰ σμικρὸν παχύτερόν τε καὶ πλείονα καὶ δὶς τῆς ἡμέρης. Ἢν δὲ μὴ ῥηϊδίως ἀπαλλάσσῃ, ἔλασσόν τε τὸ πόμα καὶ τὸ ῥόφημα ὀλίγον χυλὸν λεπτὸν καὶ ἅπαξ, [1] καὶ ἐν ὁκοτέρῃ ἂν ὥρῃ βέλτιον διάγῃ· γνώσῃ δὲ ἐκ τῶν οὔρων.

λβ'. Δεῖ δὲ τὸ ῥόφημα προσφέρειν τοῖσι ἐκ τῶν νοσημάτων μὴ πρότερον ἢ πέπονα τὰ οὖρα, ἢ πτύσματα ἴδῃς γεγενημένα. Ἢν δὲ φαρμακευθεὶς συχνὰ καθαρθῇ, ἀναγκαῖον διδόναι, ἔλασσον [2] δὲ καὶ λεπτότερον· οὐ γὰρ δυνήσεται ὑπὸ κενεαγγείης ὑπνώσσειν, οὐδὲ πέσσειν ὁμοίως, οὐδὲ τὰς κρίσιας ὑπομένειν. Ἀλλ' ἐπειδὰν ξυντήξιες ὠμῶν γένωνται, καὶ τὰ ἀντέχοντα ἀποβάλῃ, ἀνθέξει οὐδέν.

[1] καὶ ἐν ὁκοτέρῃ. — [2] δέ abest.

fuerit ad animi usque deliquium ducere, postea alvi infusum per clysterem exhibere. Quodsi sub thorace dolor valde urgeat, lateris morbo affecto alvum medicamento purgabis. At medio purgationis tempore nihil dandum, post purgationem autem acetum mulsum exhibendum. Quarto die medicamentum purgans propinato, tribusque primis diebus alvum per infusum subluito, atque si sic non levetur, aliquantulum purgato. Custodia deinde opus est, dum aeger febris sit expers et ad septimum diem pervenerit. Deinde si in tuto versari videatur, sic primum tenuem modicumque succum ex melle exhibeto. Quod si facile sputum educatur, bene spiret, et circa latera dolore careat, paulo crassiorem et copiosiorem bisque die dato. Si vero non facile liberetur, minorem potionem et paucam sorbitionem cremorem tenuem et semel exhibeto, eo quo melius degit tempore, quod ex urinis deprehendes.

32. Sorbitionem autem his in morbis non prius offerre quam urinas et sputa concocta videris. At si ex medicamento purgante frequenter deiecerit, minorem quidem et tenuiorem exhibere necesse est. Neque enim dormire ob vasorum inanitionem, neque concoquere similiter, neque iudicationes sustinere poterit. Verum ubi crudorum colliquationes exstiterint et quae renituntur reiecerit, nihil repugnabit.

„Secundum corporis habitudinem, atque temporis, aetatis, vel regionis considerationem." Hic igitur χώρην legit. Verum operae pretium est Galeni verba ad hunc locum i. e. ad verba usque καὶ θαρσέων, ἢν ὀξὺ τὸ ἄλγημα ᾖ, ἀγαγεῖν πρὸς λιποψυχίην hic adscribere: ἐνταῦθα, inquit, πάλιν πλέον τοῦ μέτρου τοὺς σκοποὺς τῆς φλεβοτομίας ἅπαντας εἰπεῖν φιλοτιμηθείς, ὅμως παραλέλοιπέ τινας. οὔτε γὰρ τῆς δυνάμεως ἐμνημόνευσε, οὔτε τῆς μεταβολῆς τοῦ αἵματος, ἀλλ' οὐδὲ χώρας, ἢ καταστάσεως· πλέον δ' ἀφαιρεῖν κελεύων, καὶ θαρρεῖν μέχρι λειποθυμίας ἄγειν, ἥμαρτεν ἐν τῇ λέξει, προσθεὶς δι' ὃ θαρρεῖν προσήκει. διὰ μὲν γὰρ τὴν ὀξύτητα τοῦ ἀλγήματος ἐπὶ τὸ πλέον ἐκκενοῦν τοῦ αἵματος ἀφικνούμεθα, τὸ δ' ἐᾶν ἐᾶν ἔχειν οὐκ ἐκ τῆς ὀξύτητος, ἀλλ' ἐξ ἄλλων ἔχομεν, ἐὰν ἥ τε δύναμις ἐρρωμένη, καὶ ἡ τῶν ἀκμαζόντων ἡλικία καὶ τὸ πλῆθος αἱματικὸν, καὶ ἡ τοῦ κάμνοντος φύσις πυκνοτέρη τε καὶ σκληροτέρη καὶ δυσδιαφορητοτέρα καὶ πολύαιμος, ἥ τε ὥρα τοῦ ἔτους καὶ ἡ κατάστασις εὔκρατος, οὕτω γὰρ (lege δὲ) καὶ ἡ χώρα. τὸ γὰρ ἄχρι λιποθυμίας ἄγοντα θαρρεῖν, ἐκ τούτων ἡμῖν προσγίνεται. Itaque Gal. etiam χροιὴν legisse dixerim. Praetulerim tamen fere χώρην, modo scirem satis diligenter Coel. Aur. locum descripsisse. Lib. de V. Salubri p. 618. Kühn. δεῖ οὖν πρὸς τὴν ἡλικίην καὶ τὴν ὥρην καὶ τὸ ἔθος καὶ τὴν χώρην καὶ τὰ εἴδεα τὰ διαιτήματα ποιέεσθαι. Coniunguntur fere eadem, quae in Coel. Aurel. lectione; καὶ χροιὴν si serves, ad colorem vultus referendum est.

οὕτω χυλὸν ὀλίγον καὶ λεπτὸν — παχύτερον τε καὶ πλείονα.] Haec in mss. dandi casu proferuntur; mihi a codd. lectione decedendum visum, exhibendumque quod unusquisque requiret.

ἢν δὲ ἀνάγῃ τε ῥηϊδίως.] Vulgo ἀνάγηται, sed cod. vetus Par. ἀνάγητε, superscripto αι alia manu. Dubium non est, quin cod. A. veram lect. praebeat.

32. τοῖσι ἐκ τῶν νοσημάτων.] Sunt οἱ ἐκ τῶν νοσημάτων proprie *qui nuper ex istis morbis evaserunt*: h. l. vero accipiendum de illis, in quibus maxima morbi vis fracta est, necdum tamen sanitas in integrum restituta.

καὶ τὰ ἀντέχοντα ἀποβάλῃ.] Varr. lectt. dant ἀποβάλλῃ, ἀποβάλλει et ἀποβάλῃ.

ἀνθέξει οὐδέν.] Sequebatur: πέπονα δέ ἐστι τὰ μὲν

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 485 sur 880

©BIUM

λγ'. Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ἀλγήματα τῶν πλευρέων χλιάσματα προστιθέναι καὶ κηρώματα· ἀλείφειν δὲ τὰ σκέλεα καὶ [1]τὴν ὀσφὺν θερμῷ, καὶ λίπος ἐγκαταλείφειν· ἐπὶ δὲ ὑποχόνδρια λίνου [2]σπέρμα καταπλάσσειν ἕως μαζῶν. Ἀκμαζούσης δὲ τῆς περιπνευμονίης, ἀβοήθητον μὴ ἀνακαθαιρομένου καὶ πονηρὸν, ἢν δύσπνοος ᾖ, καὶ [3]οὖρα λεπτὰ καὶ δριμέα, καὶ ἱδρῶτες περὶ τράχηλον καὶ κεφαλὴν γίγνωνται. Οἱ τοιοῦτοι ἱδρῶτες πονηροὶ, ὑπὸ πνιγμοῦ καὶ ῥωγμῆς καὶ βίης, ἐπικρατεόντων τῶν νοσημάτων, ἢν μὴ οὖρα πολλὰ καὶ παχέα ὁρμήσῃ, [4]ἢ πτύσματα πέπονα ἔλθῃ· ὅ τι δ' ἂν τούτων αὐτοματίσῃ λύσει τὸ νόσημα.

λδ'. Περιπνευμονίης ἐκλεικτόν· χαλβάνη καὶ κόκκαλος ἐν μέλιτι ἀττικῷ· — [5]καὶ ἀβρότονον ἐν ὀξυμέλιτι, καὶ πέπερι. — [6]Ἑλλέβορον μέλανα ἀποζέσας πλευριτικῷ ἐν ἀρχῇ περιωδύνῳ ἐόντι πίνειν δίδου· — ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ πάνακες ἐν ὀξυμέλιτι ἀναζέσαντα καὶ διηθέοντα διδόναι πίνειν, καὶ ἡπατικοῖσι καὶ τῇσι [7]ὑπὸ τῶν φρενῶν περιωδυνίῃσι. Καὶ ὁκόσα δὴ ἐς οὔρησιν ἐν οἴνῳ

33. At ad ceteros etiam laterum dolores tepefactoria et ceromata apponere nihil prohibet, crura etiam et lumbos oleo calido inungere et pinguedine illinere. Ad praecordia autem lini semen cataplasmate ad mammas usque imponere. Pulmonis inflammatio ubi statum attigerit, nisi sursum per sputa expurgetur, remedium non admittit, pravaque est, si aeger difficulter spiret, urinae tenues sint et acres, sudoresque circa cervicem et caput oborti sint. Hi enim sudores mali sunt ex suffocatione, impetu et violentia, ubi superior morbus evadit, contingentes, nisi urinae multae et crassae proruperint, aut sputa cocta prodierint. Quicquid autem ex his sponte evenerit morbi solutionem adfert.

34. Ad pulmonis inflammationem medicamentum in ecligmate: nux pinea et galbanum in melle Attico. Abrotonum in aceto mulso, piper, veratrum nigrum ubi decoxeris lateris dolore affecto etiam inter initia, ubi dolor urget, exhibeto. Confert etiam panacem ex aceto mulso decoctum et percolatum propinare, tum hepaticis tum septi transversi dolore plurimum affectis. Et quaecumque urinae propellendae causa

[1] τήν abest. — [2] σπέρματα. — [3] τὰ οὖρα. — [4] καὶ πτ. — [5] καὶ abest. — [6] ἑλλέβορος μέλας. — [7] ἀπὸ τῶν νεφρῶν et in marg. ἢ φρενῶν.

πτύαλα ὁκόταν γένηται ὁμοῖα πύῳ, τὰ δὲ οὖρα τὰς ὑποστάσιας ὑπερύθρους ἔχοντα, ὁκοῖον ὄροβος. In quibus ὀρόβων cod. vet., Gal., alii. Ὀρόβων exhibuit Littréus etiam; mihi vulg. maxime placet: non credo verborum auctorem voluisse ὁκοῖον ὑποστάσιες ὀρόβων, sicuti accepit editor Par. Ceterum periodus haec πέπονα — ὄροβος prorsus convenit cum adnotationibus marginalibus, quales multas in libris Hippocratis et aliorum medicorum offendimus. Quin si ad locum, quem occupare solet, attendamus, inepte ibi infertur. Equidem non dubito, quin sit scholion ad verba ἢ πέπονα τὰ οὖρα ἢ πτύσματα ex initio §.; forma periodi id docet et locus, quem tenere solet in libris. Itaque eieci. — Sed facta iterum mentione vestigiorum interpolationis, lubet de alia re aliquid addere: § 29. legimus καλῶς ἔχει παραφροσύνην προειπεῖν ἢ σπασμόν. Equidem de illo προειπεῖν dubito; nempe facile fieri potest, ut auctor προλέγειν daret, προειπεῖν scripserint recentiores. Quae porro eadem §. oratio est φυλακὴ δὲ ἔστω ἕως ἀπυρέτου καὶ ἐβδόμης? — Non credo horum additamentorum scriptorem talia dedisse, sed ubivis insignis corruptelae vestigia deprehendo. Testes mihi sunt loci multi satis bene Graece scripti, in quibus ineptias eiusmodi non observamus.

33. ὑπὸ πνιγμοῦ καὶ ῥωγμῆς καὶ βίης, ἐπικρατεόντων τῶν νοσημάτων.] Sicuti saepe alias veluti morbi certamen cum sanitate depingitur, ita hoc quoque loco idem factum. Morbus ἐπικρατέων πνίγειν dicitur et ῥήσσειν, quasi ῥήσσειν τὸν ἀντίπαλον, quod de luctatoribus exquisitum, unde ῥωγμή; utrumque autem, quod unusquisque facile perspicit, μετὰ βίης fiebat. Hinc sudor τοῦ πνιγομένου καὶ βιαίως ῥησσομένου καὶ ἐπικρατηθέντος.

ἢν μὴ οὖρα πολλὰ καὶ παχέα ὁρμήσῃ, ἢ πτύσματα πέπονα ἔλθῃ· ὅ τι δ' ἂν τούτων αὐτοματίσῃ κ. τ. λ.] Legebatur καὶ πτύσματα, quod propterea ferri nequit, quod sequens ὅ τι δ' ἂν τούτων ultro docet opus esse particula disiunctiva.

34. ἀποζέσας.] Vulgata lectio fert ἑλλέβορον μέλανα ἀποζέσας καὶ πλευριτικῷ — δίδου. In qua loci scriptura illud καί re vera abundat; omittitur autem in cod. vetustissimo. Mihi vero suspicio oritur vocabulum excidisse et olim scriptum fuisse: ἀποζέσας καὶ διηθήσας πλευριτικῷ — πίνειν δίδου, sicuti in proxime seqq. ista coniunguntur.

τῇσι ὑπὸ τῶν φρενῶν περιωδυνίῃσι.]: Pro ὑπό codd. ἀπό, quod h. l. incongruum: locus enim spectat eandem dolorum divisionem in eos, qui supra septum transversum sedem habent et eos, qui infra, quam tum in parte huius libri germana, tum in ipsis his additamentis supra iam legimus.

καὶ ὁκόσα — πίνειν τὰ πλείω δίδου.] Legebatur καὶ ὁκόσα δεῖ ἐς κοιλίην καὶ (alii ἢ) ἐς οὔρησιν ἐν οἴνῳ καὶ μέλιτι, τὰ δὲ ἐς κοιλίην ξὺν ὑδαρεῖ μελικρήτῳ πίνειν πλείω δίδου. Sponte patet in his antithesin esse inter remedia, quae urinas propellunt, et inter ea, quae alvum movent. Hinc sequitur verba ἐς κοιλίην καί, vel ἢ, in priore

©BIUM

καὶ μέλιτι· τὰ δὲ ἐς κοιλίην ξὺν ὑδαρέϊ μελικρήτῳ πίνειν τὰ πλείω δίδου.

λε'. Δυσεντερίη ἀπόστημα, ἢ ἔπαρμά τι παυσαμένη ποιήσει, ἢν μὴ ἱδρῶτες, ἢ οὖρα παχέα καὶ λευκὰ καὶ λεῖα ἐπιφανῇ, ἢ ἐς πυρετοὺς τριταίους, ἢ ἐς κιρσὸν, ἢ ἐς ὄρχιν, ἢ ἐς σκέλεα, ἢ ἐς ἴσχια στηρίξῃ ἡ ὀδύνη.

λς'. Ἐν πυρετῷ χολώδεϊ πρὸ τῆς ἑβδόμης μετὰ ῥίγεος ἴκτερος ἐπιγενόμενος λύει τὸν πυρετόν· ἄνευ δὲ ῥίγεος, ἢν ἐπιγένηται ἔξω τῶν καιρῶν, ὀλέθριον.

λζ'. [1]Τέτανοι δὲ ὀσφύος καὶ ἀπὸ μελαγχολικῶν διὰ φλεβῶν πνευμάτων ἀπολήψιες ὁκόταν ἔωσι, φλεβοτομίη [2]ῥύεται. Ὁκόταν δὲ [3]ὑπὸ τῶν τενόντων σφοδρῶς ἔμπροσθεν ἀντισπῶνται, καὶ ἱδρῶτες περὶ τράχηλον καὶ πρόσωπον, ὑπὸ τοῦ πόνου δακνομένων καὶ ξηραινομένων τῶν τενόντων τῶν ὀρρωδέων, οἱ παχύτατοι τὴν ῥάχιν ξυνέχουσι, ἢ οἱ μέγιστοι ξύνδεσμοι καταπεφυκότες [4]ἕως ἐς πόδας ἀποτελευτῶσι· τῷ τοιῷδε, ἢν μὴ πυρετὸς καὶ ὕπνος ἐπιγένηται καὶ τὰ ἑπόμενα οὖρα πέψιν ἔχοντα ἔλθῃ, καὶ ἱδρῶτες κριτικοὶ, πίνειν [5]δίδου οἶνον κρητικὸν οἰνώδεα καὶ ἄλητον ἐφθὸν ἐσθίειν, καὶ κηρωτῇ ἀλείφειν καὶ ἐγχρίειν, τά τε σκέλεα περιελίσσειν ἕως

[1] τέτανοι. — [2] λύει. — [3] ἀπό. — [4] ἕως ποδῶν. — [5] δίδου abest.

exhibebis, e vino et melle, quae vero alvum movendi gratia ut plurimum cum aquosa mulsa exhibe.

35. Intestinorum difficultas si cessavit, vel abscessum, vel tumorem aliquem pariet, nisi sudores vel urinae crassae, albae et leves appareant, vel in febres tertianas, vel in varices, vel ad testes, vel ad crura vel ad coxendicem dolor obfirmetur.

36. In biliosa febre morbus regius ante diem septimum cum rigore succedens febrem solvit, citra rigorem vero intempestive obortus lethalis.

37. Nervorum distentio circa lumbos et ex atrabilariis humoribus per venas spirituum interceptiones si adfuerint, venae sectione solvuntur. Cum autem per tendones vehementer anteriore parte revelluntur, sudoresque circa cervicem et faciem oboriuntur, prae dolore vellicatis et resiccatis iis qui ad ossis sacri extremum pertinent tendonibus, qui crassissimi spinam continent, qua parte maxima exoriuntur ligamenta et ad pedes usque desinunt. Huic nisi febris et somnus accesserit, et quae consequuntur urinae concoctae sudoresque iudicatorii prodierint, vinum creticum vinosum bibendum et farinam coctam edendam exhibeto. Cerato quoque inungere atque illinere conve-

membro abundare. De his sic iudico, primum ἐς κοιλίην vitiose ibi illatum esse, dein alium librarium καί, vel ἤ addidisse. Ante πλείω articulum desiderabam, ut τὰ πλείω adverbii vice fungatur: initio δεῖ procul dubio e δή ortum. Ad remedia h. l. enumerata quod attinet, de Galbano Diosc. III. 87.: καταπίνεται δὲ πρὸς παλαιὰν βῆχα, δύσπνοιαν, ἄσθματα, ῥήγματα, σπάσματα. Gal. de hoc medicamine lib. VIII. de rem. simpl. cap. 22. De abrotono Diosc. III. 26. Sprengel in comm. p. 505. De panace Diosc. III. 48. seqq. Sprengel p. 518. Gal. de rem. simpl. VIII. p. 94. seqq. Kühn.

35. ἢν μὴ ἱδρῶτες, ἢ οὖρα παχέα καὶ λευκὰ καὶ λεῖα ἐπιφανῇ, ἢ ἐς πυρετοὺς τριταίους, ἢ ἐς κιρσὸν — στηρίξῃ ἡ ὀδύνη.] Haec pessime turbata erant: legebatur: ἢν μὴ ἐς πυρετοὺς, ἢ ἱδρῶτας καὶ οὖρα παχέα καὶ λευκὰ καὶ λίαν ἐπιφανῇ, ἢ ἐς τριταίους, ἢ ἐς κιρσὸν κ. τ. λ. — In verbis ἢν μὴ ἐς πυρετοὺς ἢ ἱδρῶτας κ. τ. λ. e seqq. supplendum esset cogitatione στηρίξῃ ἡ ὀδύνη, quod absurdum: neque enim dolor ἐς ἱδρῶτας στηρίζειν dici potest: ἱδρῶσι λύεται vel κρίνεται, non στηρίζει ἐς ἱδρῶτας ὁ πόνος. Emendationis ratio ceterum sponte intelligitur. — Dissentit a me Cats Bussem. in censura prioris. Editionis l. l. p. 459. — Mihi nunc etiam emendatio necessaria videtur. Quin plura adhuc insunt vitiosa, quae tamen tangere non audeo; videant alii! — Puto me restituisse scripturam, unde librorum hodiernorum lectio originem traxit; — ad primam auctoris manum non perveni.

36. πρὸ τῆς ἑβδόμης.] Ad h. l. cf. Coaca 121. Ep. I. p. 951. F. Foësio, Aph. IV. 62. 63.

37. δακνομένων καὶ ξηραινομένων τῶν τενόντων τῶν ὀρρωδέων, οἱ παχύτατοι τὴν ῥάχιν ξυνέχουσι.] Cod. vetustiss. ὠρρωδέων. — ὀρραδέων Gal. in gloss., codd. quatuor, οὐρωδέων cet. Quid praestet ex hisce vix discerno. Vid. ad hanc vocem Foës. in Oecon. Valck. ad Ammon. I. 9. p. 38. Tum vero ad h. l. cf. Platonis verba supra in notis ad § 4. horum additamentorum adscripta. Rufus Ephes. p. 43. Clinch.: αἱ δὲ παχεῖαι ἐκ τοῦ ἰνίου ἐκφύσεις καὶ τὰ εἰς τὴν πτέρναν ἐκ τοῦ μυὸς ἐκφυόμενα, τένοντες.

πίνειν δίδου.] δίδου de meo adscripsi, quia abesse nequit. cf. § 34.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 487 sur 880

©BIUM

τῶν ποδῶν, θερμῷ προβρέχων ἐν σκάφῃ καὶ βραχίονας ἕως δακτύλων κατελίσσειν καὶ ὀσφὺν ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἕως τῶν ἰσχίων [1]λάσιον ἐγκηρώσας, ἢ μαλακὸν δέρμα τι, ὅκως καὶ τὰ ἔμπροσθεν περιέξει, καὶ διαλιπὼν πυρία τοῖσι ἀσκίοισι· θερμὸν ὕδωρ ἐγχέων καὶ περιτείνων σινδόνιον ἐπανάκλινε αὐτόν.

λη'. Κοιλίην δὲ μὴ [2]λύειν, ἢν μὴ βαλάνῳ, ἢν πουλὺς [3]χρόνος ᾖ ἀδιαχωρήτῳ ἐούσῃ· καὶ ἢν μέν τι σοι ἐπιδιδῷ, ἐπὶ τὸ βέλτιον· εἰ δὲ μὴ, τοῦ μάδου τῆς ῥίζης τρίβων ἐν οἴνῳ εὐώδεϊ, καὶ τοῦ δαύκου, πίνειν δίδου πρωΐ νήστι πρὸ τοῦ βρέχειν, καὶ ταχὺ ἐπὶ τούτοισι τὸ ἄλευρον ἐφθὸν χλιερὸν ἐσθιέτω ὡς πλεῖστον καὶ οἶνον, ὁκόταν βούληται, εὔκρητον ἐπιπινέτω. Καὶ ἢν μέν σοι ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον· εἰ δὲ μὴ, προλέγειν.

λθ'. Τὰ δὲ νοσήματα πάντα λύεται ἢ κατὰ στόμα, ἢ κατὰ κοιλίην, ἢ κατὰ κύστιν· ἡ δὲ τοῦ ἱδρῶτος ἰδέη [4]κοινὴ ἁπάντων.

μ'. Ἐλλεβορίζειν δὲ χρὴ οἷσι ἀπὸ κεφα-

nit, cruraque in pelvi calida madefacta ad pedes usque velamentis involvere, et brachia ad digitos usque contegere et lumbos a collo ad coxas cerato in hunc finem linteo, vel leni pelle, ita ut anteriora etiam contineat, circumdare. Ex intervallis etiam fomentis per utriculos utitor: nempe aquam calidam his infunde et in linteo circumvolutos aegrum reclinato.

38. Alvum vero ne solvito nisi glande, si ex longo tempore non deiecerit, et si quid in melius tibi processerit, bene se res habet. Alioqui bryoniae radicem in vino odorato tritam et daucum mane ieiuno ante perfusionem propinato, et post haec cito farinam coctam tepidam quam plurimam edat, vinumque bene temperatum cum volet superbibat. Et si quidem tibi in melius processerit, bene res habet, alioqui praedictione utendum.

39. At morbi omnes solvuntur aut per os aut per alvum aut per vesicam, sudor vero omnibus communis est.

40. Veratrum autem exhibendum quibus a

[1] σίαλον l. μαλακῷ δέρματι. — [2] λίην λύσῃς. — [3] ὁ χρ. ᾖ, καθ' ὃν ἀδιαχώρητος μένῃ. — [4] κοινή.

θερμῷ προβρέχων ἐν σκάφῃ.] Egerunt ita veteres, ut humorum ad artus revulsionem facerent, quae satis valida esse debuit, extremis primum in aquam calidam demissis, dein linteis obvolutis. Eundem in finem deligabant manus et pedes: lumbos, ceteras partes obvolvebant fomenti gratia.

καὶ βραχίονας ἕως δακτύλων κατελίσσειν καὶ ὀσφὺν ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἕως τῶν ἰσχίων λάσιον ἐγκηρώσας, ἢ μαλακὸν δέρμα τι, ὅκως καὶ τὰ ἔμπροσθεν περιέξει.] In his vulgo legebatur σίαλον ἐγκηρώσας μαλακῷ δέρματι, ὅκως κ. τ. λ. Liber vetustissimus praebet ἐσθίονον ἐγκηρώσας ὅπως. — Editor Parisiensis quum σίαλον ἐγκηρώσας non probaret, et apud Gal. et Erot. λάσιον expositum videret σινδόνην et ὀθόνιον. in cod. vetust. lectione ἐσθίονον corruptum esse coniecit ex ὀθόνιον, in vulgata vero σίαλον e λάσιον ortum, itaque scripsit: ἕως τῶν ἰσχίων, λάσιον ἐγκηρώσας ὅκως κ. τ. λ. — Haec profecto plausu digna: ὀθόνιον glossa nominis λάσιον in antiquo libro, utrumque vero corrupte scriptum; mihi haec placent. Necdum tamen omnia plana sunt. Nempe offendit me illud μαλακῷ δέρματι in vet. cod. omissum, in quo saepius vocabula deficere memini: nam apud Coel. Aurel. in curatione spasmorum cet. Ac. morb. III. 8. p. 211. legimus: „Aliqui denique non sine ratione commoti, etiam *teneris et exercitis pellibus* agnorum vel hoedorum oleo calido tinctis atque madefactis, loca patientia vaporaverunt." Vero simile iudico, Coelium locum nostrum respicere, eumque diversam a vulgata et a codicis veteris lectionem vidisse. Nimirum dativus δέρματι ortus videtur e δέρμα τι et in vulgata latere ἢ μαλακὸν δέρμα τι. Fuit in aliis exemplaribus scriptum λάσιον ἐγκηρώσας, in aliis μαλακὸν δέρμα τι ἐγκηρώσας, posteriorem vero lectionem Coelius s. Soranus vidit, Cod. A priorem lectionem sequitur. — In vulgata utraque lectio occurrit; quin ex eiusmodi scriptura utraque illa profluxit. Auctor scilicet quum dedisset λάσιον ἐγκηρώσας, ἢ μαλακὸν δέρμα τι, postea alii alterutrum dare coeperunt. Pro ἔμπροσθεν plurimi libri ἔξωθεν: praefero lect. cod. vetustissimi, ut τὰ ἔμπροσθεν opponantur τοῖς ὄπισθεν i. e. τῇ ὀσφύϊ καὶ τῷ τραχήλῳ, de quibus sermo est.

ἐπανάκλινε αὐτόν.] i. e. ἀνάκλινε αὐτὸν ἐπὶ τοὺς ἀσκοὺς τοὺς ὕδατι πληρωθέντας καὶ σινδονίῳ καλυφθέντας, quod plurimos interpretes fugisse dixerim.

38. κοιλίην δὲ μὴ λύειν.] Alii codd. λύειν, quod Gal. legit, sicuti patet e comm., alii λύσῃς: ex utraque lectione coniuncta vulgata λίην λύσῃς orta est.

τοῦ μάδου.] Μόδου vulgo: μαδοῦ cod. vetustiss. Hinc cum primum hunc librum ederem μάδου scripsi cum Lind. collatis Hesychii, aliorum locis laudatis a Schneid. ad Theophr. Hist. pl. IX. 13. p. 785. — Postea dubitare coepi, num forte inter μαλάχη et μολόχη, atque inter μάδος et μόδος eadem sit ratio, ita ut forma μόδος Aeolicae, μάδος communis sit orationis. Vide Gregor. Cor. Ed. Schaefer. p. 455. Sed in his fragmentis certe vulgarem formam praefero. — Cf. Cats Bussem. et Daremberg. ad Orib. vol. II. p. 902.

39. ἢ κατὰ κύστιν· ἡ δὲ τοῦ ἱδρ.] Inter κύστιν et ἡ solet legi ἢ τινος ἄλλου τοιούτου ἄρθρου, quod esse debebit ἢ διά τινος ἄλλου τοιούτου ἄρθρου, quia genitivus ceteroquin non habet, unde pendeat. Sed ista verba sunt interpolata: nam quis τὸ στόμα, τὴν κοιλίην, τὴν κύστιν vocavit ἄρθρα? Recentior aliquis sciolus ista inseruit. — Non dicam sententiam principem ab omni parte veram esse, sed orationis forma ultro docet locum ita scriptum voluisse auctorem.

©BIUM

λῆς φέρεται ῥεῦμα· ὁκόσοι δὲ ἐξ ἀποστημάτων, ἢ φλεβορραγίης, ἢ δι' ἀκρισίην, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἰσχυρὴν αἰτίην ἔμπυοι γίγνονται, μὴ δίδου ἐλλέβορον τοῖσι τοιούτοισι· οὐδὲν γὰρ ὠφελήσει, καὶ ἤν τι πάθῃ, αἴτιον δόξει εἶναι ὁ ἐλλέβορος· ἢν δὲ διαλύηται τὸ σῶμα, ἢ πόνος ἐν κεφαλῇ [1] ᾖ, ἢ ἐμπεπλασμένα τὰ οὔατα, ἢ ῥὶς, ἢ πτυαλισμὸς, ἢ γουνάτων βάρος, ἢ σώματος ὄγκος παρὰ τὸ ἔθος, ὅ τι ἂν ξυμβαίνῃ μήτε ὑπὸ ποτῶν, μήτε ὑπὸ ἀφροδισίων, μήτε ὑπὸ λύπης, μήτε ὑπὸ φροντίδων, μήτε ὑπὸ ἀγρυπνιῶν· κἢν μέν τι τούτων ἔχῃ αἴτιον, πρὸς τοῦτο ποιέεσθαι τὴν θεραπείην.

μα'. [2] Τὰ δὲ ἐκ πορείης ἀλγήματα πλευρέων, νώτου, ὀσφύος, ἰσχίων καὶ ὁκόσα ἀναπνέοντες ἀλγέουσι πρόφασιν ἔχοντες, πολλάκις γὰρ μεμάθηκε φοιτᾶν ἐκ κραιπαλέων καὶ βρωμάτων φυσωδέων ἀλγήματα ἐς ὀσφὺν καὶ ἐς ἴσχια, οἵσι δ' ἂν αὐτῶν ᾖ τοιάδε, δυσουρέεται, τούτων δὲ πορείη αἰτίη καὶ κορυζέων καὶ βράγχων.

μβ'. Ὁκόσα δὲ ἀπὸ διαιτημάτων, τὰ μὲν πολλὰ ἕκαστος, ὡς ἂν παρὰ τὸ ἔθος διαιτηθῇ, μάλιστα ἐπισημαίνει. Καὶ γὰρ ὁκόσοι ἂν μὴ μεμαθηκότες ἀριστᾶν ἀριστήσωσι, ὄγκος πουλὺς αὐτοῖσι τῆς γαστρὸς καὶ νυσταγμὸς καὶ πληθώρη· ἢν δὲ ἐπιδειπνήσωσι ἡ κοιλίη ἐκταράσσεται. Ξυμφέρει δὲ τούτοισι [3] λουσαμένοισι καθεύδειν· κοιμηθέντας δὲ περιπατῆσαι βραδέως συχνὴν περίοδον· κἢν μὲν

capite fluxio fertur. At iis qui ex abscessibus aut ex venae ruptione, aut ob iudicationis defectum, aut aliam validam quamdam ob causam suppurati fiunt, veratrum minime dandum, cum nihil iuvet, et si quid aeger patiatur, veratrum in causa esse videatur. Si vero exsoluto fuerit corpore, vel caput doluerit, aut aures aut nares oppleantur, aut sputatio, aut genuum gravitas male vexet, aut corpus praeter consuetudinem intumescat, quicquid horum contigerit, exhibebis, dum neque ex potibus neque rebus venereis, neque ex moerore aut curis, neque ex vigiliis ista contingant. Et si quidem horum aliquid in causa fuerit, ad id curationem instituere oportet.

41. *Locus corruptus et mancus.*

42. Quae autem ex victus ratione contingunt, horum quidem magnam partem unusquisque pro mutata praeter consuetudinem victus forma praecipue significationem praebet. Qui enim prandere minime soliti pransi sunt, his magnus ventris tumor adest et dormitatio et plenitudo. Si vero insuper coenaverint, alvus exturbatur. His a balneo dormire convenit et a somno lenta deambulatione multos conficere circuitus, et si

[1] ᾖ abest. — [2] μηδὲ τὰ ἐκ π. — [3] ἐκλουσαμένοισι.

40. ἢ δι' ἀκρισίην.] Codd. variant inter ἀκρασίην et ἀκρησίην: neutrum mihi placet, dedi quod lectioni ἀκρησίην ortum praebuisse suspicor, collato Aph. 15. V. — Neque Galeno ἀκρασίην acceptum fuisse e comm. patet.

ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἰσχυρὴν αἰτίην.] Confer § 6. horum additamentorum et ea, quae ibi adnotavi.

ἢν δὲ διαλύηται τὸ σῶμα — πτυαλισμός,] Gal. in comm.: προειπὼν δέ, inquit, τίσιν ἐλλέβορον οὐ χρὴ διδόναι, φησί· ἢν δὲ διαλύηται τὸ σῶμα, τουτέστι ἢν ἔκλυτον ἱκανῶς γένηται χωρὶς προφάσεως δηλονότι, ἢ πόνος ἐν κεφαλῇ χρόνιος καὶ δύσλυτος (ὑπακοῦσαι γάρ σε τοῦτο κἂν τῷ τῆς κεφαλῆς χρὴ πόνῳ καὶ τοῖς ἐφεξῆς εἰρημένοις ἅπασι, τοῖς ἐμπεπλασμένοις ὠσὶ καὶ ῥινὶ καὶ τῷ πτυαλισμῷ) προστίθησι δὲ γονάτων βάρος καὶ πόνον καὶ σώματος ὄγκον παρὰ τὸ ἔθος· ἐπὶ πάντων γὰρ τούτων ἄνευ φανερᾶς αἰτίας γενομένων ἐλλεβορίζειν συμβουλεύει. κ. τ. λ. — Prosp. Mart. ad h. l. adfert auctorem libri de Int. aff. p. 536. Foësio, qui in ea phthisis specie, quae a pituita ex capite oritur, veratri usum commendat; cum quo praecepto auctoris nostri sententia initio huius § congrua. Hinc etiam explicandum censeo veratrum in πτυαλισμῷ praescribi, iisque commendari, qui ἐμπεπλασμένας habeant aures vel nares: nam per has vias materies secreta e cerebro devenire credebant veteres. Cf. Gal. comm. 2. in lib. de Humorr. p. 217. comm. 5. in Epid. VI. p. 240. Kühn.

42. λουσαμένοισι.] ἐκλουσαμένοισι dant mss., quod quid sibi velit non intelligo. Puto equidem duplicem fuisse scripturam ἐκ λουτροῦ καθεύδειν et λουσαμένοισι καθεύδειν. Itaque ἐκ delevi, servans quod ad codd. lect. proxime accedit.

©BIUM

λαπαχθῇ, δειπνῆσαι καὶ πιεῖν οἶνον ἐλάσσονα ἀκρητέστερον· ἢν δὲ μὴ λαπαχθῇ, ὑποχρίσασθαι τὸ σῶμα θερμῷ· καὶ ὑδαρέα οἶνον λευκὸν, ἢ γλυκὺν, ἢν διψῇ ἐπιπιόντα ἀναπαύεσθαι· ἢν δὲ μὴ ἐγκοιμηθῇ, πλείω ἀναπαύεσθαι· τὰ δ' ἄλλα ὁμοίως τοῖσι ἐκ κραιπάλης διαιτάσθω.

μγ'. Τὰ δὲ ἀπὸ πομάτων· ὁκόσα μὲν ὑδαρέα, βραδυπορώτερά ἐστι καὶ ἐγκυκλέεται καὶ ἐπιπολάζει περὶ ὑποχόνδρια καὶ ἐς οὔρησιν οὐ κατατρέχει· τοιούτου δὲ πόματος πλυρωθεὶς μηδὲν ἔργον ὀξέως διαπρήξῃ, ὁκόσα τῷ σώματι [1] ξυνταθέντι βίῃ, ἢ τάχεϊ, πονέειν ξυμβαίνει· ὡς μάλιστα δὲ ἡσυχαζέτω, ἕως ἂν [2] καταπεφθῇ μετὰ τῶν σιτίων. Ὁκόσα δὲ τῶν πομάτων ἀκρητέστερά ἐστι ἢ αὐστηρότερα παλμὸν ἐν τῷ σώματι καὶ σφυγμὸν ἐν τῇ κεφαλῇ ἐμποιέει. Τούτοισι καλῶς ἔχει ἐπικοιμᾶσθαι καὶ θερμόν τι ἐπιρροφέειν, πρὸς [3] ὅπερ μάλιστα ἡδίστως ἔχουσι· νηστείη δὲ πονηρὸν πρὸς τὴν κεφαλαλγίην καὶ κραιπάλην.

μδ'. Ὁκόσοι δὲ μονοσιτεῦσι, δειλοὶ καὶ ἀδύνατοί εἰσι καὶ οὐρέουσι θερμὸν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγέοντες· γίγνεται δὲ καὶ τὸ στόμα ἁλυκὸν καὶ πικρὸν, καὶ τρέμουσι ἐν παντὶ ἔργῳ, καὶ κροτάφους ἐπιξυντείνονται καὶ τὸ δεῖπνον οὐ δύνανται πέσσειν, ὅκως περ ἢν ἠριστηκότες ἔωσι. Τούτους δὲ χρὴ [4] δειπνέειν ἔλασσον ἢ μεμαθήκασι, καὶ ὑγροτέρην μᾶζαν ἀντὶ ἄρτου, καὶ λαχάνων λάπαθον, ἢ [5] μαλάχην, ἢ σεῦτλα, ἢ πτισάνην. Πίνειν δὲ

quidem venter emollitus fuerit, coenare et paucum vinum sed meracius bibere. Quodsi alvum non exonerarint, corpus oleo calido inungere, et si sitis adfuerit, epoto vino aquoso albo dulci quiescere et si non dormierint, amplius quiescere. In reliquis similis iis victus ratio qualis crapula gravatis institui debet.

43. Quod vero ad ea attinet, quae a potionibus profluunt: quae quidem aquosiores sunt tardius permeant, et veluti in orbem actae circum praecordia fluitant neque ad mictionem decurrunt. Quibus si quis repletus fuerit, is nullum opus ex his celeriter conficiat quae corporis contentionem, robur aut celeritatem ad laborem requirunt. Quam plurimum autem quiescat, donec una cum cibis concoctae fuerint. At vero meracae potius quam austerae potiones in corpore palpitationem et in capite pulsationem efficiunt. Hi bene habent, si insuper dormiant et calidum aliquid ex his quae ipsis sunt suavissima sorbeant. Ieiunium autem ad capitis dolorem et crapulam malum est.

44. Qui semel tantum die cibum capiunt meticulosi et imbecilli evadunt et calidam urinam reddunt praeter consuetudinem vasis exinanitis, os salsum et amarum redditur, in quovis opere sunt tremuli, tempora ipsis distenduntur, neque coenam perinde coquere possunt, ac si pransi essent. Hos minus quam pro consuetudine coenare convenit, mazamque liquidiorem panis loco assumere et inter olera lapathum aut malvam, aut betas, aut ptisanam. In cibo vi-

[1] ξυντακίντι. — [2] καταπεφθῶσι. — [3] ἅπερ. — [4] πίνειν. — [5] μαλάχην ἢ πτισάνην καὶ σεῦτλα.

καὶ πιεῖν οἶνον ἐλάσσονα ἀκρητέστερον.] Manifesto in pluribus partibus huius capituli habemus imitationem eorum, quae in parte vere Hippocratea leguntur. Huc pertinet praeceptum de somno, de deambulatione, de parca vini meracioris potione. In § 43. verba ὁκόσα μὲν ὑδαρέα — ἐς οὔρησιν οὐ κατατρέχει item expressa sunt ad imitationem § 62. partis germanae. Operae pretium est animadvertisse, quia interdum ad locorum restitutionem ducit haec observatio.

ὑποχρίσασθαι τὸ σῶμα.] Cf. infra § 58. ὑπαλειψάμενος.

43. μηδὲν ἔργον ὀξέως διαπρήξῃ.] Omnes codd. h. l. subiunctivum servant, quem retinere tutius arbitror, quam in futurum διαπρήξει illum mutare, quod antea feceram.

44. δειλοὶ καὶ ἀδύνατοι εἰσι.] Vulgo κεῖνοι καὶ ἀδύνατοί εἰσι, sed cod. A. κενοί pro κεῖνοι. Littr. cod. veteris lect. amplexus est; ego olim Ionicum κεῖνοι defendi. — Neque ille, neque ipse verum vidimus. Habemus hic imitationem § 30. partis germanae libelli; si pronomen dedisset, οὗτοι scripsisset, non ἐκεῖνοι; κενοί, aut si velis κεινοί, minime congruit, neque unquam de homine exhausto legere me memini, neque vero μονοσιτήσας quis κενός dici possit, etiamsi vocabulum eo sensu usurparetur, sed vulgatum ΚΕΙΝΟΙ originem duxit e ΔΕΙΛΟΙ, quod l. l. in parte germana legitur, quodque confidenter recipio.

ἢ μαλάχην, ἢ σεῦτλα, ἢ πτισάνην.] Vulgo ante ἢ σεῦτλα infertur ἢ πτισάνην: malui ordinem invertere. Μολόχην cod. vetustiss., cett. μαλάχην praebentibus. Vid Hemsterh. ad Aristoph. Plutum p. 160.: quo collato Doricam formam esse patebit; plurima autem vocabula ad huius Dialecti normam scripta in his libris Hippocraticis occurrunt. Quid horum fragmentorum auctor dederit, quis dicet?

©BIUM

κατὰ τὸ σιτίον οἶνον, ὀκόσον ξύμμετρον, ὑδαρέστερον καὶ ἀπὸ δείπνου περιπατῆσαι ὀλίγον, ἕως ἂν οὖρα καταδράμῃ καὶ οὐρήσῃ· [1]χρήσθω δὲ καὶ ἰχθύσι ἑφθοῖσι.

με'. Βρώματα δὲ μάλιστα ἐπισημαίνει· σκόροδον φῦσαν καὶ θέρμην περὶ τὸν θώρηκα καὶ κεφαλῆς βάρος καὶ ἄσην ἐμποιέει, καὶ εἴ τι ἄλγημα εἴη μεμαθηκὸς πρόσθεν, παροξύνειε ἄν· οὐρητικὸν δὲ, καὶ τοῦτο ἔχει ἀγαθόν· ἄριστον δὲ αὐτοῦ φαγέειν μέλλοντι ἐς πόσιν ἰέναι, ἢ [2]μεθύοντι.

μς'. Τυρὸς δὲ φῦσαν [3]καὶ στεγνότητα καὶ σιτίων ἔξαψιν [4]ποιέει, τό τ' ὠμὸν καὶ ἄπεπτον· κάκιστον δὲ ἐν ποτῷ φαγεῖν πεπληρωμένοισι.

μζ'. Ὅσπρια δὲ πάντα φυσώδεα καὶ ὠμὰ καὶ βεβρεγμένα καὶ χλωρά· ἥκιστα δὲ ἑφθὰ καὶ πεφρυγμένα· τούτοισι δὲ μὴ χρέεσθαι, ἢν μὴ [5]μετὰ σιτίων. Ἔχει δὲ καὶ ἰδίας μοχθηρίας ἕκαστον αὐτῶν. Ἐρέβινθος μὲν φῦσαν καὶ ὠμὸς καὶ πεφρυγμένος, καὶ πόνον ἐμποιέει. Φακὸς δὲ στύφει καὶ ἄραδον ἐμποίεει, ἢν μετὰ τοῦ φλοίου ᾖ. Θέρμος δὲ ἥκιστα τούτων [6]κακὰ ἔχει.

num bibant quantum videatur esse moderatum et dilutius et a coena parum deambulent, donec urina decurrat eamque reddiderint, piscibus coctis etiam utantur.

45. Cibi autem de se maxime indicia praebent. Allium flatum et caliditatem circa thoracem facit, capitis gravitatem et anxietudinem parit, et si quis alius dolor fieri consueverit, eum graviorem reddit. Urinam autem ciet, eaque dote est praeditum. Optime autem editur ei qui se ad compotationem comparare volet, aut iam ebrius est.

46. Caseus flatum et adstrictionem parit, cibos incendit, crudum et incoctum edulium exsistit, eiusque esus inter potandum repletis deterrimus.

47. Legumina omnia flatuosa sunt et cruda et macerata et viridia, minime vero cocta et frixa. Neque his nisi cum aliis cibis utendum. Sed et horum unumquodque sua habet vitia. Cicer flatum quidem tum crudum tum frictum, et dolorem parit. Lens adstringit et turbationem inducit, si cum cortice fuerit. Ex his lupinus minimum horum malorum habet.

[1] χρῶ. — [2] μεθύειν. — [3] ἐμποιέει καί. — [4] ποιήσει. — [5] καὶ μετὰ ἑτέρων σ. — [6] ἐλάχιστα κακά.

ὀκόσον ξύμμετρον ὑδαρέστερον.] Ante ὑδαρέστερον vulgo καί additur, quod plane otiosum, me iudice, e seq. καὶ ἀπό huc tractum et minus recte ita repetitum.

ἕως ἂν οὖρα καταδράμῃ.] Vulgaris maxime usus ἕως ἄν deamat, quod h. l. ms. dat nullum; sed ἄν adscripsi de meo.

45. καὶ ἄσην ἐμποιέει.] ἐμποιέει de meo adscripsi, quia eo carere locus salvo sensu non potest; neque enim accusativos illos ad ἐπισημαίνει referre licet, neque ad παροξύνειε ἄν. Ad ἐπισημαίνειν Foës. in Oecon. cf. et qui laudatur a Wyttenb. ad Selecta p. 367. Budaeus. Mox φαγεῖν cod. vetustiss., quod in § seq. omnes libri habent. — Talia in his fragmentis valde dubia sunt.

46. στεγνότητα ποιέει.] Infra § 51. διαχωρέει δὲ οὐδὲν κάτω, ἀλλ' ἀπεστέγνωται. Diosc. II. 75.: ἐψηθὲν δὲ πᾶν γάλα στεγνωτικὸν γίνεται κοιλίας. Cf. Oecon. Hipp. in voce στέγνωσις.

καὶ σιτίων ἔξαψιν ποιέει.] Similis dictio illi, quae habetur § 30. partis germanae, ubi καὶ ἡ ἄφοδος ξυγκαίεται.

47. Ὅσπρια δὲ πάντα φυσώδεα καὶ ὠμὰ καὶ βεβρεγμένα καὶ χλωρά· ἥκιστα δὲ ἑφθὰ καὶ πεφρυγμένα.] Vulgata lectio horum verborum, a Galeni et cod. vetustissimi loci scriptura diversa, parum fide digna mihi videtur. — Gal. ὅσπρια δὲ πάντα φυσώδεα καὶ ὠμὰ καὶ ἑφθὰ, καὶ πεφρυγμένα· ἥκιστα δὲ βεβρεγμένα καὶ χλωρά. Quod, licet Pergameno non displiceat, falsissimum: ita ut de meo haec restituerim. Ipse Gal. de Alim. fac. I. 22. de ciceribus frixis: εἴρηται δ' ἀρτίως, inquit, ὁ κοινὸς λόγος πάντων τῶν ἀτελῶν καρπῶν, ἔνθα περὶ τῶν κυάμων ὁ λόγος ἦν. ὡσαύτως καὶ περὶ τῶν φρυγομένων ἐρεβίνθων ἀκηκοέναι νόμιζε σὺν τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τῶν κυάμων. ἅπαντα γὰρ τὰ φρυγόμενα τὸ μὲν φυσῶδες ἀποτίθεται, δυσπεπτότερα δὲ καὶ σταλτικώτερα γίνεται. Respicit h. l. cap. 19., ubi dixerat: χλωροὶ δὲ ἐσθιόμενοι (οἱ κύαμοι) πρὶν πεπανθῆναι καὶ ξηρανθῆναι τὸ κοινὸν ἁπάντων ἔχουσι τῶν καρπῶν, ὅσους πρὸ τοῦ τελειωθῆναι προσφερόμεθα, τροφὴν ὑγροτέραν διδόντες τῷ σώματι καὶ διὰ τοῦτο περιττοματικωτέραν οὐ κατ' ἕντερον μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ὅλην τὴν ἕξιν. — Coctionem etiam τὸ φυσῶδες adimere dicit in consilio ad puerum epilepticum cap. 5. sub fin.: φυσώδη τε, inquit, τὰ ὄσπρια καὶ μάλιστα κύαμοί τε καὶ ἐρέβινθοι καὶ ἡ πτισάνη δὲ μὴ ἀκριβῶς καθεψηθεῖσα φυσώδης ἐστὶν, ὥστε καὶ ταύτην ἐψεῖν, ἢ μὴ χρῆσθαι. καὶ ἡ φακὴ δὲ καλῶς ἐψηθεῖσα πᾶν ἀποτίθεται τὸ φυσῶδες.

ἐρέβινθος.] Gal. in comm. ad h. l.: τινές, inquit, γράφουσι διὰ τοῦτ' αὐτὸν φυσώδη, ὡς ἐντείνοντα τὰ αἰδοῖα τὸν ἐρέβινθον· διὰ μέντοι τὸ ὑπογεγραμμένον τῆς λέξεως τὸν πόνον φέρομεν ἐπὶ τὴν διὰ τὴν ἐμφύσησιν ὀδύνην. — Ad priorem horum verborum partem cf. Arist. probl. IV. 25. vid. ceterum Diosc. II. 126.

©BIUM

μη'. Σίλφιον δὲ καὶ καυλὸς καὶ ὀπὸς ἔστι μὲν οἷσι μάλιστα, τοῖσι δὲ ἀπείροισι οὐ διέρχεται [1] τῇ κοιλίῃ, ἀλλὰ καλέεται ξηρὴ χολέρη· μάλιστα δὲ γίγνεται, ἢν μὲτὰ πολλοῦ τυροῦ μιχθῇ, ἢ κρεηφαγίης βοείων κρεῶν. Τὰ μὲν γὰρ μελαγχολικὰ παθήματα καὶ παροξυνθείη ἂν ὑπὸ βοείων κρεῶν· ἀνυπέρβλητος γὰρ ἡ φύσις αὐτῶν, καὶ [2] οὐ τῆς τυχούσης κοιλίης καταπέψαι· βέλτιστα δ' ἂν [3] ἀπαλλάξαιεν, εἰ διέφθοισί τε χρέοιντο καὶ ὡς παλαιοτάτοισι.

μθ'. Αἴγεια δὲ κρέα, ὅσα γε ἐν βοείοισι ἔνι, κακὰ πάντα ἔχει, τήν τε ἀπεψίην, καὶ φυσωδέστερα καὶ ἐρευγματώδεα, καὶ χολέρης γεννητικά. Ἔστι δὲ τὰ εὐωδέστατα καὶ [4] τέρενα ἥδιστα, ταῦτα ἄριστα δίεφθα καὶ ψυχρά· τὰ δὲ ἀηδέστατα δυσώδεα καὶ σκληρά· ταῦτα κάκιστα καὶ τὰ πρόσφατα· βέλτιστα δὲ ἔστι [6] ὥρῃ τῇ θερινῇ, μετοπώρου δὲ κάκιστα.

48. Laserpitii radix et caulis, et succus quibusdam quidem maxime, inexpertis vero per alvum minime descendit, sed choleram aridam nominatam parit, idque praecipue si cum multo caseo aut bubularum carnium esu misceatur. Nam et melancholicae affectiones carnium bubularum esu ingravescunt, quod earum natura minime superari queat, neque quilibet ventriculus eas concoquere possit. Quo periculo optime defungentur qui iis percoctis, et perquam vetustis utentur.

49. Caprinae carnes omnia, quae bubulis insunt vitia habent, et cruditatem flatusque et ructus magis movent et choleram gignunt. Sunt autem odoratissimae et tenerae suavissimae, optimaeque percoctae et frigidae: insuavissimae vero graveolentes et durae, haeque deterrimae, uti et recentes. Optimae autem sunt aestate, auctumno vero pessimae.

[1] ἡ κ. — [2] οὐ τὸ τυχὸν δύναται κοιλίην καταβλάψαι, ὡς δύσπεπτα. — [3] καὶ ἀ. — [4] συμφορώτερα, πλὴν ὅσα τὲ β. — [5] στερεά. — [6] ἐν θέρεϊ καιρῷ ἐν δὲ μ. καιρῷ κ.

48. Σίλφιον δὲ καὶ καυλὸς καὶ ὀπὸς ἔστι μὲν οἷσι μάλιστα.] Vulgo σιλφίου δὲ καυλὸς καὶ ὀπός. Cod. vetustus solum σίλφιον δὲ καὶ ὀπός. — Videnda est ad h. l. Littréi adnotatio. — Equidem quod in cod. vet. illo saepius obtinuit, hic quoque factum puto, scilicet vocem excidisse. — Verum σίλφιον servandum censeo; et vero καί ante καυλός excidisse credo propter Galeni locum in Gloss. voce καυλός, ubi ἤ quidem ponitur, sed notum, quam saepe καί et ἤ confundantur. — Itaque refeci textum, quemadmodum eum exhibeo. — Ceterum fateor, omnes lectiones hic esse incertas, sive Galeni auctoritate muniantur, sive non. — Mihi quidem, quemadmodum in superioribus ἐρέβινθος, φακός, θέρμος nude enumeravit auctor, hic quoque σίλφιον δὲ ἔστι μὲν οἷσι κ. τ. λ. dedisse videtur, cetera puto esse recentioris lectoris interpolationem. — Forte etiam lacuna est inter οὐ διέρχεται τῇ κοιλίῃ et ἀλλὰ καλέεται ξηρὴ χολέρη, nam mirum, si ipsum laserpitium ξηρὴ χολέρη vocatum fuerit. Miro modo etiam cum superioribus cohaerent τὰ μὲν γὰρ μελαγχολικὰ — παλαιοτάτοισι, in quibus de sola carne bubula sermo est, quum tamen a laserpitii commemoratione orsus sit. — Puto hic vitia latere, quae restitui hodie non amplius possunt. Ad res ipsas quod attinet: Diosc. III. 84. φυσώδη καὶ δριμὺν vocat τὸν ὀπόν. Gal. de rem. Simpl. VIII. 18. p. 123. Kühn.: σιλφίου, inquit, θερμότατος μέν ἐστιν ὁ ὀπός, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ φύλλα καὶ ὁ καυλὸς καὶ ἡ ῥίζα θερμαίνει γενναίως· ἔστι δὲ φυσωδεστέρας οὐσίας ἅπαντα, καὶ κατὰ τοῦτο δύσπεπτα. Cf. Aët. I. in voce et Paulum VII. 3. Plinius XIX. 15: Ed. Sillig vol. III. p. 244. seq. „Vesci pecora solita, primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modum iucunda. Post folia amissa caule ipso et homines vescebantur decocto, assoque et elixo, eorum quoque corpora quadraginta primis diebus purgante; vitia his omnibus." Idem XXII. 48.: p. 447. l. l. „In cibis concoquitur aegre. Inflationes facit et ructus." De cholera illa sicca cf. § 51. infra.

μάλιστα δὲ γίγνεται, ἢν μετὰ πολλοῦ τυροῦ μιχθῇ, ἢ κρεηφαγίης βοείων κρεῶν· τὰ μὲν γὰρ μελαγχολικὰ κ. τ. λ.] Supra vidimus per se iam τὸν τυρὸν στεγνότητα ἐμποιέειν, carnes bubulae haud facile digeruntur, hinc, quem auctor memorat, effectus Lib. II. de Diaeta p. 678. Kühn.: βόεια κρέα ἰσχυρὰ καὶ στάσιμα καὶ δύσπεπτα τῇσι κοιλίῃσι, διότι παχύαιμον καὶ πουλύαιμόν ἐστι τὸ ζῷον. Quod attinet ad morbos melancholicos a bubularum carnium esu auctos cf. Epid. III. sect. ult. aegr. 13. Auctor libri de Int. aff. p. 480. Kühn. iecinoris inflammationem quamdam inde repetit.

βέλτιστα δ' ἂν ἀπαλλάξειαν εἰ διέφθοῖσί τε χρέοιντο καὶ ὡς παλαιοτάτοισι.] Auctor libri περὶ παθῶν p. 420. Kühn.: τὰ κρέα τὰ μὲν ἑφθὰ, ἢν μὲν διέφθα ποιήσῃς, ἀσθενέστερα καὶ ἐλαφρότερα· τὰ δὲ ὀπτὰ, ἢν ἕξοπτα γένωνται, καὶ τὰ παλαιὰ ἐξ ὄξους ἢ ἁλῶν ἀσθενέστερα καὶ ἐλαφρότερα τῶν προσφάτων.

49. αἴγεια δὲ κρέα, ὅσα γε ἐν βοείοισι ἔνι, κακὰ πάντα ἔχει.] γέ de meo effeci e codd. lectione τέ. Quod ad nonnullorum librorum lectionem: αἴγεια δὲ κρέα συμφορώτερα, πλὴν ὅσα τε ἐν βοείοισι ἔνι κακὰ πάντ' ἔχει, huius origo satis aperta, me iudice: nempe librarius taedio enumeratorum ciborum, quos insigni numero reprehenderat auctor, male iocosus scripsit: αἴγεια δὲ κρέα συμφορώτερα πλὴν ὅσα γε βοείοισι ἔνι κακὰ πάντ' ἔχει.

ἔστι δὲ τὰ εὐωδέστατα καὶ τέρενα ἥδιστα· ταῦτα ἄριστα διέφθα καὶ ψυχρά· τὰ δὲ ἀηδέστατα δυσώδεα καὶ σκληρά· ταῦτα κάκιστα καὶ τὰ πρόσφατα.] Legebatur: ἔστι δὲ τὰ εὐωδέστατα, στερεὰ καὶ ἥδιστα, ταῦτα ἄριστα διεφθὰ καὶ ψυχρά· τὰ δὲ ἀηδέστατα δυσώδεα κ. τ. λ. Est igitur in hisce antithesis; at qui, quaeso, sibi opponuntur στερεά et σκληρά? Non sunt haec sibi contraria, itaque dedi, quod ad στερεά proxime accedit, τέρενα, quod de carnibus teneris, mollibus bene dici posse videtur.

βέλτιστα δέ ἐστι ὥρῃ τῇ θερινῇ.] ὥρῃ de meo addidi, deficit in mss. Gal. in comm.: βέλτιστα δ' εἶναί φησι σφῶν

©BIUM

ν'. Χοίρου δὲ πονηρὰ, ὁκόταν ᾖ ἐνωμότερα καὶ περικαῇ· [1] χολερώδεα γὰρ ἂν εἴη καὶ ἐκταρακτικά. Ἄριστα δὲ βέλτιστα τῶν κρεῶν ἁπάντων· κράτιστα δὲ τὰ μήτε ἰσχυρῶς πίονα, μήτε πάλιν ἰσχυρῶς λεπτὰ, μήτε [2] ἡλικίην παλαιοῦ ἱερείου. Ἐσθίειν δὲ ἄνευ τῆς φορίνης καὶ ὑπόψυχρα.

να'. Χολέρης δὲ ξηρῆς ἡ γαστὴρ πεφύσηται καὶ ψόφοι ἔνεισι καὶ ὀδύνη πλευρέων καὶ ὀσφύος· διαχωρέει δὲ οὐδὲν κάτω, ἀλλ' ἀπεστέγνωται. Τὸν τοιόνδε διαφύλαξον, ὅκως μὴ ἐμέεται, ἀλλ' ἡ κοιλίη ὑπελεύσεται. Κλύσον μὲν οὖν ὅτι τάχιστα θερμῷ καὶ ὡς [3] λιπαρωτάτῳ· καὶ ἐς ὕδωρ, ἀλείφων ὡς πλείστῳ, [4] κάθιε θερμὸν, ἐν σκάφῃ κατακλίνων· καὶ τοῦ θερμοῦ παράχεε κατὰ σμικρόν· καὶ ἢν θερμαινομένῳ αὐτῷ ἡ κοιλίη ὑπάγῃ, λέλυται. Ξυμφέρει δὲ καὶ ἐγκοιμᾶσθαι τῷ τοιῷδε, καὶ πίνειν οἶνον λεπτὸν καὶ παλαιὸν, καὶ ἀκρητέστερον· καὶ ἔλαιον [5] δίδου, ὥστε [6] ἡσυχῇ ἡ κοιλίη ὑπάγῃ· σίτων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀπεχέσθω. Ἢν δὲ μὴ

50. Porcelli carnes pravae sunt, cum intus crudiores extus ambustae fuerint. Nempe tum choleram gignent tum ventrem deturbant. Suillae autem carnium omnium optimae sunt, praestantissimae vero, quae neque vehementer pingues, neque contra vehementer graciles, neque veteris victimae aetatem assecutae, edendaeque sine pelle et subfrigidae.

51. In cholera sicca venter inflatur et strepitus insunt et laterum ac lumborum dolor, nihilque infra deiicit alvus, sed adstringitur. Ita affectus ne vomat videto, verum ut alvus subducatur. Infuso igitur per clysterem calido et perquam pingui quam citissime utitor, perunctumque in calidam quam plurimam in solio collocatum calida sensim affusa demittito. Et si cum calefactus fuerit alvus subducatur, morbus solutus est. Huic etiam dormire confert et vinum tenue vetus ac meracius bibere. Oleum quoque exhibeto, ut leniter alvus subeat, a cibis vero, ceteris aliis abstineat. Quod si dolor minime remiserit, lac asininum propina, donec purgatus fuerit. Sin alvus liquida fuerit et bi-

[1] ἢ. — [2] χολερώτερα δ' ἄν. — [3] ἡλικίην φέροντα π. ἱ. — [4] λιπαρώτατα. — [5] κάθιζε. — [6] δὲ δίδου. — [7] ἡσυχίη καὶ ἡ κ. ὑ καὶ λέλυται. — σιτίων.

αὐτῶν τὰ κρέα τῶν αἰγῶν, οὐ γὰρ δὴ τῶν ἄλλων γε κρεῶν· ἐχρῆν μὲν οὖν ὅσον ἐπὶ τῇ ὥρᾳ φαυλότατα διὰ τὴν κρᾶσιν εἶναι· συμβαίνει δὲ βελτίονα τὴν τροφὴν αὐταῖς κατὰ τὸ θέρος εἶναι καθάπερ τὰ ποικφάγα τῶν ζώων μοχθηρὰ, διὰ τὸ μηκέτι ἔχειν τὴν πόαν χλωράν· ταῖς δ' αἰξὶν ἐπιτηδειοτάτη τροφὴ τῶν δένδρων οἱ βλαστοὶ καὶ καυλοί ἐστιν, οὓς ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἦρος ἔχει δαψιλεῖς, κατὰ τὸ θέρος.

50. χοίρου δὲ πονηρὰ, ὁκόταν ᾖ ἐνωμότερα καὶ περικαῇ.] Gal.: χοῖρον, inquit, ἐξαιρέτως ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ τὸν μικρὸν λίαν κ. τ. λ.: res nota vel e Comici ἔπεσθε μητρὶ χοίροι. Variat lectio inter καὶ περικαῇ et ἢ περικαῇ. — Non dubium tamen, quin illud verum sit, alterum contra esse non possit: nam carnes vehementiore igne assae simul intus sunt ἐνωμότεραι et extus περικαεῖς.

χολερώδεα γὰρ ἂν εἴη καὶ ἐκταρακτικά.] Vulgo χολερώτερα: Gal. χολώδεα, vetus liber χολερώδεα. Et Galeni quidem lectio primo intuitu medico satis arridet: nec tamen dubito, quin auctor χολερώδεα dederit. § 49. enim χολέρης γεννητικαί dicuntur carnes caprinae. et § 48. et 51. de sicca cholera sermo est. De meo γὰρ ἂν εἴη pro δ' ἂν εἴη scripsi, nam his verbis ratio redditur, cur πονηρά sint τὰ χοίρου κρέα.

μήτε ἡλικίην παλαιοῦ ἱερείου.] φέροντα, quod codd. nonnulli, non optimi tamen, addunt, recentioris interpretis esse videtur.

51. χολέρης δὲ ξηρῆς.] Cholerae siccae nomen apud medicos antiquos ceteros non legitur, quod sciam. Auctor εἰσαγώγης Galeno adscriptae p. 736. Kühn.: ἡ δὲ χολέρα διττή ἐστι καθ' Ἱπποκράτην, ἡ μὲν ὑγρὰ . . . τὸ δὲ ἕτερον εἶδος ξηρὰν χολέραν καλεῖ ὁ Ἱπποκράτης, ὑπὸ μὲν τοῦ αὐτοῦ αἰτίου γινομένην καὶ περὶ τὰ αὐτὰ συνισταμένην, ἄνευ μέντοι ῥύσεως κοιλίας. διὸ καὶ δεῖται προανέσεως (hic lacuna esse videtur, forte διὰ κλυσμάτων supplendum) τε καὶ διὰ καταπλασμάτων καὶ οὐ προσφορᾶς ἀλλὰ τοὐναντίον ἐνδείας. Iam Sprengelius ad h. l. descripsit Sydenhami de cholera sicca verba „a spiritu flatuoso supra et infra erumpente." p. 175. Ed. Lugd. Bat. 1726. Utrum eiusmodi morbum noster voluerit, haud ita certum, quum οὐδὲν κάτω διαχωρέειν dicat. Nisi id de sola materie faeculenta sit accipiendum, non de flatu emisso. Vide Cats Bussem. et Daremberg ad Oribasium vol. II. p. 836.

φύλαξον ὅκως μὴ ἐμέεται, ἀλλ' ἡ κοιλίη ὑπελεύσεται.] ἐμέεται et ὑπελεύσεται veram referunt huius loci scripturam, nam frequentissimum est ὅκως cum fut. indicat.; ἐμέω autem futuro ἐμοῦμαι; cett. lectt. deteriores.

ἐς ὕδωρ κάθιε . . θερμόν.] κάθιε omnino praeferendum prae κάθιζε: itaque recepi cum Littréo, qui ad hoc verbum citat Buttm. Gr. Gr. I. p. 523., ubi vide. Cf. Thiersch § 226.

καὶ ἔλαιον δίδου, ὥστε ἡσυχῇ ἡ κοιλίη ὑπάγῃ.] Legebatur καὶ ἔλαιον, δίδου· ὥστε ἡσυχίη καὶ ἡ κοιλίη ὑπίῃ καὶ λέλυται. Illud λέλυται e superioribus vitiose repetitum est, indeque bis perperam καί invectum. Non ferri potest ἡσυχίῃ: ortum est ex ἡσυχῇ: a vehementioribus remediis abstinenti oleo dato leniter ventrem subducendum esse monet. In censura laudata Cats Bussem. p. 461. significat se malle ὑπίῃ h. l. quam ὑπάγῃ. — Illud habet cod. vetustiss. et alii duo libri Parr., nec tamen veram referre videtur lectionem. Confer § 2. verba ἡ κοιλίη ὑπάγουσα δίψης ἐστὶ μεστή:

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 493 sur 880

©BIUM

ἀνῇ ὁ πόνος, ὄνου γάλα δίδου πίνειν, ἕως ἂν καθαρθῇ. Ἢν δὲ ὑγρὴ ἡ κοιλίη ᾖ, καὶ χολὴ ὑποχωρέῃ, καὶ στρόφοι, καὶ ἔμετοι, καὶ πνιγμοὶ, καὶ δηγμοὶ, τούτοισι κράτιστον ἀτρεμίζειν· πίνειν δὲ μελίκρητον καὶ ἐξεμέειν.

νβ'. Ὑδρώπων δύο μὲν φύσιες, ὧν ὁ μὲν ὑποσαρκίδιος ἄφυκτος, ὁ δὲ μετ' ἐμφυσημάτων ἐγχειρέων γίγνεσθαι, πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος· μάλιστα δὲ ὑπὸ ταλαιπωρίης καὶ πυρίης καὶ ἐγκρατείης. Ξηρὰ δὲ καὶ δριμέα ἐσθιέτω· οὕτω γὰρ οὐρητικώτατος ἂν εἴη καὶ ἰσχύοι μάλιστα. Ἢν δὲ δύσπνοος [1]γένηται, καὶ ἡ ὥρη [2]θερινὴ ἐοῦσα τύχῃ, καὶ ἡλικίῃ [3]ἀκμάζῃ, καὶ ῥώμην ᾖ, ἀπὸ τοῦ βραχίονος αἷμα ἀφαιρέειν· εἶτα θερμοὺς ἄρτους ἐξ οἴνου μέλανος καὶ ἐλαίου ἀποβάπτων

[1] ᾖ. — [2] latinè. — [3] ἄιμα à.

lis subeat, et tormina adsint et vomitiones et suffocationes, et morsus, iis optimum est quiescere: sed bibant mulsam et evomant.

52. Hydropum cum duae sint naturae, hic quidem, qui hyposarcidios, velut sub carne, dicitur, sanari nequit, alter vero cum flatibus quando fieri coeptus est, multa felicitate ut curetur opus habet: optime vero per labores et fotum et temperantiam sanatur. Sicca edat et acria, nempe cum hac ratione plurimam urinam reddat, et maxime viribus valeat. Quod si difficultate spirandi teneatur, anni tempus aestivum fuerit, aetas vigeat et virium robur adsit, sanguinem ex brachio detrahere convenit. Deinde

habemus idem ὑπάγειν, pro quo a librariis ὑπίῃ e subseqq. substitutum esse magis probabile quam contra factum fuisse. πίνειν δὲ μελίκρητον καὶ ἐξεμέειν.] Gal. μὴ ἐξεμέειν praeferre se dicit, negatione in mss. nonnullis ipsius aetatis deficiente. Quod praecedit ἀτρεμίζειν in eius partes lectorem fere abripit: fatendum tamen ἀτρεμίζειν intelligi facile posse de quiete aegri aliis remediis sepositis, sola mulsa medicaminis vice concessa. Rem ut rite diiudicemus, id in primis tenendum est, antiquos mulsa tanquam emetico revera usos esse. Aret. de cura κοιλιακῶν: ἦν δέ, inquit, καὶ πλήθεος τῶν ἐν τῷ στομάχῳ φαντασίη ἔῃ; νήστεσι ἐμέτοισι χρέεσθαι ἀφ' ὕδατος, ἢ μελικρήτου. Cf. Diosc. V. 17. Iam vero constat in cholerae curatione antiquos vomitum praescripsisse: itaque μή contra Galeni sententiam mihi reiiciendum videtur. Aret. II. 4. de cur. M. acut.: ἐν χολέρῃ ἡ τῶν φερομένων ἐπίσχεσις κακόν· ἄπεπτα γάρ· χρὴ ὧν ἡμᾶς ῥηϊδίως αὐτόματα δέχεσθαι, ἢν δὲ μὴ, ὀτρύνειν διδόντας ὕδατος εὐκρήτου ξυμφαίνειν, ξυνοχές γε μὴν, ὀλίγον δὲ, ὅκως μὴ ἐντάσιες ἔωσι κεναὶ στομάχῳ σπασμώδεες. — Simile praeceptum tradit Celsus IV. 11. „Protinus ergo, ubi ista coeperunt, aquae tepidae quam plurimum bibere oportet et vomere." Coel. Aurel. Ac. M. III. 21. initio p. 257. Paulus III. 39. Quin etiam ipsam mulsam hunc in finem administratam cupit Alex. Trall. VII. 16.: εἰ μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ φαίνοιτό σοι τὰ τῆς φθορᾶς καὶ μηδὲν ἀξιόλογον ὁ κάμνων ἐκκρίνων διὰ γαστρὸς, ἢ δι' ἐμέτων, ἀλλὰ ναυτιῶν τε καὶ σπαραττόμενος, σπουδάζειν δεῖ τηνικαῦτα παρασχεῖν αὐτοῖς ὅσα μᾶλλον προτρέψαι τὸν ἔμετον ἐπὶ πλέον δύναται, οἷόν ἐστι τὸ μελίκρατον ἀμφότερα ποιεῖν δυνάμενον ἀλύπως καὶ τὴν γαστέρα καὶ τὸν ἔμετον παρορμᾶν.

52. ὑδρώπων δύο μὲν φύσιες, ὧν ὁ μὲν ὑποσαρκίδιος ἄφυκτος, ὁ δὲ μετ' ἐμφυσημάτων ἐγχειρέων γίγνεσθαι, πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος.] Primum illud μέν ex antiquissima membrana adscivi. Verba ἐγχειρέων γίγνεσθαι vulgo pone ὑποσαρκίδιος scripta leguntur; sensus procul dubio sibi exposcit, ut in alterum illum locum transferantur, modo attendas ad locum e lib. I. de morbis, quem mox adponam. — Gal. in comm.: τινές, inquit, οὐκ ὑποσαρκίδιον, ἀλλ' ἐπισαρκίδιον γράφουσι, οὐ μὴν ἀνὰ σάρκα τε καὶ κατὰ σάρκα γεγραμμένον εὕρον που, καί τοι καὶ τῶν νεωτέρων οὕτως ὀνομαζόντων. Bene habet ὑποσαρκίδιος: lib. I. de Morbis p. 168. Kühn.: τῶν δὲ νοσημάτων τὰ τοιάδε ἔχει ἀνάγκας, ὥστε ὑπ' αὐτῶν ἀπόλλυσθαι, ὅταν γένωνται, φθίσις, ὕδρωψ ὑποσαρκίδιος. Locum laudat Sprengelius ad Diosc. vol. I. p. 228., ubi: ὕδρωπα τὸν ὑπὸ σάρκα. Coel. Aurel. VIII. 3. p. 468.: „Eius, inquit, differentiam Hipp. et Diocles duplicem dixerunt: aliam enim ὑπὸ σάρκα vocarunt, aliam asciten." Ascitae nomen apud Hipp. me legere non memini. Locum nostrum tangit auctor Isagoges p. 746. Kühn.: ὑδρώπων δὲ τριττὸν εἶδος κατὰ τοὺς νεωτέρους, ὁ μὲν ἀσκίτης, ὁ δὲ τυμπανίτης, ὁ δὲ ὑποσαρκίδιος. — κατὰ δὲ Ἱπποκράτην δύο φύσεις, ὁ γὰρ ἀσκίτης καὶ ὁ τυμπανίτης τῆς αὐτῆς ἰδέας ἐστί· ὁ δὲ ὑποσαρκίδιος κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ἀνάλυσις τῶν στερεῶν σωμάτων εἰς ὕδατος φύσιν. τοῦτον καὶ Ἱπποκράτης ἀνίατον φησιν.

μάλιστα δὲ ὑπὸ ταλαιπωρίης κ. τ. λ.] Cod. vet. μάλιστα δὲ ταλαιπωρίη καὶ πυρίη καὶ ἐγκρατίη (sic) nominativo, forte tamen dat. esse debet, nam ι subscriptum in codd. frequenter omittitur: aliae membranae genitivo haec nomina efferunt omissa praep. ὑπό. Mihi vulgata, quam exhibui, propterea praeplacuit, quod in praegresso πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος latet πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος ἐς τὸ ἴῆσθαι, ita ut nunc rursum intelligas μάλιστα δὲ ἴῆται ὑπὸ κ. τ. λ. — Coel. Aurel. haec respicit M. chron. III. 8. p. 485.: „Hippocrates vero libris, quos ad sententias Cnidias scripsit, magis utendum dicit egestate, atque vaporatione et continentia et danda sicca vel arida quaeque et acriora mandenda. Si enim aequabilis aeger fiat, hoc est, urina facilior, ac si spiratio difficilis fuerit, quam dyspnoeam vocant et tempus aestatis et aestas media, dicit ex brachio phlebotomandos et post detractionem factam dat panem calidum vino infusum atque oleo et carnem suillam ex aceto decoctam."

ἀπὸ τοῦ βραχίονος αἷμα ἀφαιρέειν.] Gal. in comm. οὗτος γάρ, inquit, (ὁ ὕδρωψ ὁ ἀνὰ σάρκα) μόνος ἀρχόμενος ἐνίοτε δεῖται φλεβοτομίας, ὅταν γ' ἐξ αἱμορροΐδος ἐπισχέσεως, ἢ καταμηνίων ταῖς γυναιξὶν, ἢ τινος οὕτω πληθωρικῆς αἰτίας

©BIUM

ἐσθιέτω· καὶ ὡς ἐλάχιστα πίνων, [1] ὡς πλεῖστα πονεέτω· καὶ κρέα ὕεια σαρκώδεα ἐσθιέτω μετὰ ὄξους ἐφθά, ὅκως πρὸς τοὺς προσαντέας περιπάτους ἀντέχῃ.

νγ'. Ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι καὶ δριμέα τὰ ὑποχωρήματα καὶ ἀνώμαλα διέρχεται ὑπὸ ξυντήξιος αὐτοῖσι, ἢν μὲν δυνατοὶ ἔωσι, [2] ἐλλεβόρῳ ἀντισπάσαι· ἢν δὲ μὴ, ὁ χυλὸς τῶν σηταν[ί]ων πυρῶν παχὺς, ψυχρὸς, καὶ τὸ φάκινον ἔτνος, καὶ ἄρτοι ἐγκρυφίαι, καὶ ἰχθύες, πυρέσσοντι μὲν ἑφθοὶ, ἀπυρετῷ δὲ ἑόντι ὀπτοὶ, καὶ οἶνος μέλας ἀπυρέτῳ· ἢν δὲ μὴ, ὕδωρ ἀπὸ μεσπίλων, ἢ μύρτων, ἢ μήλων, ἢ οὔων, ἢ φοινικοβαλάνων, ἢ οἰνάνθης ἀμπελικῆς. Ἢν δὲ πυρετὸς μὴ ἔχῃ, καὶ στρόφοι ἔωσι, γάλα βόειον θερμὸν ὀλίγον τὸ πρῶτον, ἔπειτα ἐκ προσαγωγῆς πλεῖον, καὶ λίνου σπέρμα, καὶ

panes calidos vino nigro et oleo intinctos edat, quam paucissimo vino utatur, quam plurimum laboret, suillaque ex aceto cocta vescatur, ut arduis obambulationibus reluctari possit.

53. Quibus ventres inferiores calidi sunt et acres inaequalesque deiectiones prodeunt, id iis ex colliquatione contingit. Quibus quidem si validae vires fuerint, veratrum album ad revulsionem exhibendum. Alioqui succus tritici sitanii crassus et frigidus exhibendus, et lentis fresum panesque subcinericei, ac pisces, febricitanti quidem elixi, sine febre autem assi. Vinum etiam nigrum non febricitanti dandum, alioqui aqua ex mespilis aut myrti baccis aut malis aut sorbis aut vitium oenanthe. Quodsi febris non detineat, adsintque tormina, lac bubulum calidum modicum primum, deinde sensim progressu facto amplius et lini semen ac triticeam polentam, et

[1] καὶ ὡς. — [2] ἐλλεβόρῳ τῷ λευκῷ.

ἀρξάμενος συνίσταται· τὸν δὲ τυμπανίαν, ἢ τὸν ἀσκίτην ὑδέρον οὐδεὶς ἐτόλμησε διὰ φλεβοτομίας ἰάσασθαι. — Alex. Trall. IX. 2. p. 514: τὸν δὲ ἀνὰ σάρκα διὰ φλεβοτομίας (θεραπεύειν) ἐσθ' ὅτε χρήζει. διὰ πλῆθος γὰρ αἵματος ψυχροῦ γίνεται. Cf. Paulum III. 48.

53. ἐλλεβόρῳ ἀντισπάσαι.] Hunc locum spectat Coel. Aurel. IV. 3. M. chron. p. 521.: „Culpandi praeterea etiam nunc veteres medicinae conditores. Hippocrates enim libro, quem ad sententias Cnidias scripsit, helleborandos principio aegros ordinavit, ultimum adiutorium ceteris anteponens. Dat praeterea panem ita curatum, ut neque ab hominibus recte valentibus posse digeri facile videatur. Item pulentum (pulmentum vult Foës. nota 50. ad h. l.) atque foeni Graeci semina, cum sint haec qualitate contraria: alia enim adstringunt, alia relaxant et nulli adiutorio tempus adiunxit." Gal. in comm. ad haec verba: τούτῳ οὖν, inquit, ἐλλέβορον δοῦναι κελεύει λευκόν· ἐνεδείξατο γὰρ τοῦτο διὰ τοῦ ἀντισπάσαι ῥήματος, ἐπειδὴ διὰ τῆς ἄνω γαστρός. Quid sit ἀντισπᾶν unicuique notum; si velis adi Foës. ad Aph. 21. Sect. 2. lib. Epid. VI. tum Oecon. Hipp. in voce ἀντίσπασις. Auctoris praeceptum nititur Aph. 15. VI.: ὑπὸ διαρροίης ἐχομένῳ μακρῆς, ἀπὸ ταὐτομάτου ἔμετος ἐπιγενόμενος λύει διάρροιαν. De vi emetica veratri albi operae pretium est contulisse Diosc., qui IV. 148.: καὶ βάλανοι δέ, inquit, ἐξ αὐτοῦ προστεθεῖσαι τῇ ἕδρᾳ μετ' ὄξους ἐμέτους κινοῦσιν. Et II. 75. αἱ γὰρ αἶγες νεμόμεναι τοῦ λευκοῦ ἐλλεβόρου τὰ φυλλὰ κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν αὐτῶν αὐταί τε ἐμοῦσι καὶ τὸ γάλα ἀνατρεπτικὸν στομάχου καὶ ναυτίας ποιητικὸν σκευάζουσι.

σηταν[ί]ων.] De hac voce uberrime exposuit Foës. in Oecon. Etym. M. σητάνειοι. πυροί., ad quem locum laudant Schol. Aristoph. Nub. 524., ubi: τῆτες ἐν τῷδε τῷ ἔτει. οἱ δὲ Δωριεῖς σᾶτές φασιν. ὅθεν σατανίους πυροὺς, τοὺς μὴ τελεσφορεῖντας, ἀλλὰ πρὸ ὥρας θεριζομένους. Athen III. p. 81. A. habet σητάνια μῆλα. Franz. ad Gal. Exeg. p. 558. citat: σητάνια κρόμμυα e Theophr. Apud Theophr. Hist. pl. III. 12. 5. σητάνειος μεσπίλη, cuius mentionem facit

etiam Diosc. I. 170. Cf. Schneid. ad l. l. e Theophr. p. 211.; praecipue vero ad VIII. 2. 3. p. 648. Vid. Cats Bussem. et Daremb. ad Orib. vol. I. p. 556.

φάκινον ἔτνος.] § 47. legimus φακὸς δὲ στύφει: itaque ob vim σταλτικήν praescribi videtur.

ἄρτοι ἐγκρυφίαι.] Vid. Oecon. Hipp. in ἄρτος ἐγκρυφίης. Gal. in comm.: προστίθησι δὲ τοῖς ἐδέσμασι καὶ τὰ ξηραίνειν δυνάμενα, καθάπερ τοὺς ἐγκρυφίας ἄρτους καὶ τοὺς ἰχθῦς.

ἢν δὲ μὴ, ὕδωρ κ. τ. λ.] De mespilis Diosc. I. 169. 170. Gal. de rem. Simpl. VI. 5. 16. VII. 12. 11. Mespila magis quam sorba adstringere monet de Alim. fac. II. 26. — De *Myrti fructu* supra iam vidimus. De malorum adstringentium effectu Diosc. I. 159. De scriptura ὄων et οὔων e Gal. monuit Foës. in Oecon. Scribendumne h. l. ὄων? hoc veteribus Atticis tribuit Gal., non certo tamen constat mihi, quos veteres Atticos dicat. Sunt fructus *Pyri domesticae*, Sprengelio in comm., aliis *sorbi domesticae* et Sprengelio Hist. rei Herb. I. p. 43. Cf. Anl. zur Kenntniss der Gewächse, vol. III. p. 866. Gal. de vi adstringente horum fructuum Lib. de Alim. fac. II. 25.: τὴν ἀρχὴν γάρ, inquit, οὐδέν τι στρυφνὸν ἔχει τοῖς μεσπίλοις ὁμοίως, ἀλλ' ἔστιν ὁ κατ' αὐτὰ χυμὸς αὐστηρὸς ἄνευ τοῦ στρυφνὸς εἶναι. De rem. Simpl. I. 34. referuntur ad ea, quae ἐναργῶς ἡμᾶς στύφει. De *sorbis torminalibus* Celsus II. 30., quam speciem ad diarrhoeam commendat IV. 19. Cf. etiam Plin. XV. 23. Ad φοινικοβαλάνους, palmulas Celso I. 2. cf. Diosc. I. 143. Gal. de Alim. fac. II. 26. De rem. Simpl. VIII. 21. 6. Οἰνάνθη fructus est τῆς ἀμπέλου ἀγρίας, ὁπότε ἀνθεῖ. Diosc. V. 5.; cf. etiam c. 2. Est vitis viniferae varietas Sylvestris Sprengelio. Adstringendi virtutem ei tribuit Diosc. et Gal. de Rem. Simpl. VIII. 32. Cf. cap. 56. lib. I., de quo me admonuit Cats Bussem. in censura laudata, ubi οἰνάνθην τὴν ἐκ σταφυλῆς memorat.

γάλα βόειον θερμὸν ὀλίγον τὸ πρῶτον, ἔπειτα ἐκ προσαγωγῆς πλεῖον.] Variat lectio inter βόειον et ὄνειον, et hoc quidem probatissimi ferunt codd., illud tamen praefero. Nempe lac asininum purgantis loco adhibebant antiqui, h. l. vero de

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 495 sur 880

©BIUM

πύρινα ἄλφιτα, καὶ τῶν Αἰγυπτίων κυάμων ἐξελὼν τὰ πικρὰ, καταλέσας, [1]ἐπιπάσσων πινέτω. Καὶ ὠὰ ἡμιπαγέα ἐσθιέτω ὀπτὰ, καὶ σεμίδαλιν, καὶ κέγχρον καὶ [2]χόνδρον ἐν γάλακτι ἐφθὰ ψυχρὰ ἐσθίειν. Καὶ τὰ τούτοισι ὁμοῖα καὶ ποτὰ καὶ ἐδέσματα προσφερέσθω.

fabas Aegyptias exemto, quod in iis inest, amaro, mola subactas inspergens potui exhibeto. Et ova edat semiconcreta assa et similam, ac milium et alicam in lacte cocta frigida edat. Hisque similia tum potu, tum cibo assumenda.

νδ'. Τῆς διαιτητικῆς ἐστι μέγιστον παρατηρεῖν καὶ φυλάσσειν, καὶ τὰς ἐπιτάσιας τῶν πυρετῶν καὶ τὰς ἀνέσιας, ὥστε τοὺς καιροὺς διαπεφυλάχθαι, ὁκότε μὴ δεῖ τὰ σιτία προσενεγκεῖν, καὶ ἀσφαλέως [3]ὁκότε δεῖ προσενεγκεῖν εἰδέναι. [4]Ἔστι δὲ, ὁκόταν πλεῖστον ἀπέχωσι τῆς ἐπιτάσιος.

54. In victus ratione maximum est operae pretium animadvertere et observare tum febrium intensiones tum remissiones, quo temporum occasiones caveas, quibus cibi minime offerri debent et quando tuto offerendi sunt cognoscas. Quod eo tempore fiet, quo plurimum distant ab intensione.

νε'. [5]Τοὺς δὲ κεφαλαλγικοὺς ἐκ γυμνασίων, ἢ δρόμων, ἢ πορειῶν, ἢ κυνηγεσίων,

55. Quibus caput vel ob exercitationes, vel cursus, vel iter, vel venationem, vel alium ali-

[1] καὶ ἐπιπάσσων. — [2] χόνδρον ἐφθὸν ἐν γ. — [3] ὁκόταν. — [4] ἔστι ὁκόταν. — [5] εἰδέναι δεῖ τοὺς κεφ.

alvum sistentibus sermo est, unde fit ut γάλα βόειον θερμὸν commendari putem. Diosc. II. 75. ἐψηθὲν δὲ πᾶν γάλα στεγνωτικὸν γίνεται κοιλίας· καὶ μάλιστα τὸ διαπύροις κόχλαξιν ἐξικμασθέν .... τὰ δὲ τῆς κοιλίας μεθ' ἑλκώσεως ῥεύματα ἄχρις ἡμίσεως τοῖς κόχλαξιν ἐψηθὲν ὠφελεῖ. Hoc quidem loco nostro respici crediderim, atque adeo lac bubulum praeferri, quia magis abundat parte caseosa, τὸ στεγνοτικὸν τοῦ γάλακτος faciente. De lactis illa praeparatione Paulus I. 87.

Αἰγυπτίων κυάμων ἐξελὼν τὰ πικρά.] Diosc. II. 128.: ὁ δὲ κύαμος, inquit, βιβρώσκεται μὲν καὶ χλωρός· ξηρανθεὶς δὲ γίνεται μέλας καὶ μείζων τοῦ Ἑλληνικοῦ, ἔχων δύναμιν στυπτικὴν καὶ εὐστόμαχον· ἁρμόζει δὲ δυσεντερικοῖς καὶ κοιλιακοῖς τὸ ἐξ αὐτοῦ ἄλευρον ἐπιπασσόμενον ἀντὶ ἀλφίτου· καὶ πολτοποιούμενον δὲ δίδοται. *Nelumbium Speciosum* est: Sprengel Hist. rei herb. I. 4. p. 43. Attendendum ad illud ἐξελὼν τὰ πικρά, quod antiquiores interpretes minus recte de cortice detracto intellexerunt; Littréus: „debarrassées de leurs parties amères." Diosc. l. l. καὶ πρὸς ὠταλγίαν δὲ ποιεῖ τὸ ἐν μέσῳ χλωρὸν αὐτῶν, πικρὸν δὲ κατὰ τὴν γεῦσιν. Cf. Gal. vol. XII. p. 626. 639. ubi haec pars amara adhibetur ad ὠτικὰ φάρμακα. Theophr. IV. 8. συντρίψαντι δ' ἕκαστον τῶν κυάμων φανερόν ἐστι τὸ πικρὸν συνεστραμμένον, ἐξ οὗ γίνεται ἡ πῖλος. Cf. Schneid. in adnn. p. 342. seq. de germine s. potius embryone media faba incluso id explicantem, e quo faba sata caulis excrescit. Lib. de Morbis II. σταφίδα τρίψας λευκὴν, ἐξελὼν τὸ γίγαρτον p. 243. Similis igitur dictio in re simili de eximendo γιγάρτῳ.

σεμίδαλιν.] Gal. de Alim. fac. I. 2. p. 483. Kühn.: ὁ μὲν καθαρώτατος, inquit, ἄρτος ὀνομάζεται σιλιγνίτης, ὁ δὲ ἐφεξῆς αὐτῶν σεμιδαλίτης, ἀλλ' ἡ μὲν σεμίδαλις Ἑλληνικόν τε καὶ παλαιὸν ὄνομά ἐστιν, σελίγνις δὲ οὐχ Ἑλληνικὸν μὲν, ἑτέρως δὲ ὀνομάζειν οὐκ ἔχω. Celsus II. 18.: „Et ex tritico firmissima siligo, deinde simila, deinde cui nihil ademptum est, quod αὐτόπυρον Graeci vocant." Vides docte Foësium *similam* vocasse.

κέγχρον.] Diosc. II. 119.: κέγχρος ἀτροφωτέρα τῶν λοιπῶν σιτηρῶν ἀρτοποιηθεῖσα· ὥσπερ πόλτος δὲ σκευασθεῖσα κοιλίαν ἵστησιν. Cf. Gal. de rem. Simpl. VIII. 15. similia tradentem.

καὶ σεμίδαλιν, καὶ κέγχρον καὶ χόνδρον ἐν γάλακτι ἐφθὰ ψυχρὰ ἐσθίειν.] Legebatur καὶ χόνδρον ἐφθὸν ἐν γάλακτι ἐφθὰ ψυχρὰ ἐσθίειν. Prius illud ἐφθόν abundat: de his omnibus dixit ἐφθὰ ψυχρὰ ἐσθίειν. — Diosc. II. 118.: χόνδρον, vim κοιλίας στεγνωτικὴν habere dicit.

54. τῆς διαιτητικῆς — τῆς ἐπιτάσιος.] Verba ὥσπερ ἐν τοῖσι ὀξέσι οὕτω καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσι ἀρρωστήμασι, quae pone φυλάσσειν legi solent, insititia sunt, ita ut ea expulerim. Cod. vet. et Gal. omittunt ὥσπερ ἐν τοῖσι ὀξέσι οὕτω καί: quae tamen his deletis oritur lectio ipsi Galeno parum placet, quum dicat: τοῦτο δ' οὐ μόνον ἐπὶ τῶν χρονιζόντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὀξέων ἀληθὲς εἶναι δοκεῖ, qua in re prorsus cum illo consentio. Praeterea absurdum est statuere auctorem modo ἐπιτασίων et ἀνεσίων τῶν πυρετῶν in morbis chronicis mentionem fecisse; nam in morbis acutis profecto non minus observantur, neque in chronicis, dummodo adsint, difficilius agnoscuntur. Restat, ut putidum additamentum scioli recentioris e textu deleamus. Quod iam sequitur καὶ ἀσφαλέως ὁκότε δεῖ (ὁκόταν δέῃ) προσενεγκεῖν εἰδέναι, id certe inepte expressum est; ferrem ὁκότε δυνήσῃ προσενεγκεῖν. Cum olim hunc locum edebam καὶ ἀσφαλέως ὁκότε προσοίσεις εἰδέναι scripsi, idemque nunc darem, nisi vererer, ne potius auctorem quam librarios corrigerem. Scrupulum iniicit initium § 57. ἐλλεβόρῳ ἀσφαλέως ἄνω κάθαιρε; quod item parum apte dictum est. Denique quod in fine sententiae legitur ἐπιτάσιος sibi adiunctum habet in libris quibusdam εἰδέναι; verum in plurimis codd. illud εἰδέναι cum particula δέ addita principium facit sequentis §, ita ut haec incipiat verbis εἰδέναι δὲ τοὺς κεφαλαλγικοὺς κ. τ. λ. Quae omnia pessimae repetitioni unius illius infinitivi εἰδέναι debentur. Nam si εἰδέναι initio §. sequentis ponatur, non alio sensu quam διαγιγνώσκειν sumi poterit. Iam vero § 55. non continet praeceptum, quomodo hos dignoscere oporteat, quos enumeravit, sed monitum, ne eos purges. Nec vero difficulter dignoscuntur sane v. c. οἱ ἄχροοι, πνευματώδεες, ξηρὰ βήσσοντες καὶ διψώδεες, τῆς οὐρήθρης ἀκρατέως διακείμενοι, οἱ αἱμορραγέοντες, cett. Vides haec quam risibilia, itaque τοὺς δὲ κεφ. dedi.

55. τοὺς δὲ κεφαλαλγικοὺς — τῶν τοιῶνδε μηδὲν φαρμακεύειν.] Structura ἀνακόλουθος, si velis, inde explicanda,

©BIUM

ἢ ἄλλου τινὸς πόνου ἀκαίρου, ἢ ἐξ ἀφροδισίων, τοὺς ἀχρόους, τοὺς βραγχαλέους, τοὺς σπληνώδεας, τοὺς [1]λειφαίμους, τοὺς πνευματώδεας, τοὺς ξηρὰ βήσσοντας καὶ διψώδεας, τοὺς φυσώδεας, φλεβῶν [2]ἀπολήψισι ἐντεταμένους ὑποχόνδρια καὶ πλευρὰ καὶ μετάφρενον, τοὺς ἀπονεναρκωμένους καὶ ἀμαυρὰ βλέποντας, καὶ οἷσι ἦχοι τῶν οὐάτων ἐμπίπτουσι, καὶ τῆς οὐρήθρης ἀκρατέως διακειμένους, τοὺς ἰκτεριώδεας καὶ ὧν αἱ κοιλίαι ὠμὰ ἐκβάλλουσι, καὶ αἱμορραγέοντας ἐκ ῥινῶν ἢ καθ' ἕδρην σφοδρῶς, [3]ἢ ἐν ἐμφυσήμασι ἐόντας, ἢν πόνος αὐτοῖσι ἐπιτρέχῃ σφοδρὸς, καὶ μὴ ἐπικρατέωσι, — τῶν τοιῶνδε μηδένα φαρμακεύειν· κίνδυνόν τε γὰρ ἔξει καὶ οὐδὲν ὀνήσεις, τάς τε ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἀπαλλάξιας καὶ κρίσιας ἀφαιρήσεις.

νς'. Ἢν δὲ αἷμά τινι ξυμφέρῃ ἀφαιρέειν, στερεὴν πρότερον ποιέειν τὴν κοιλίην, καὶ οὕτως ἀφαιρέειν καὶ λιμοκτονέειν, καὶ οἶνον ἀφαιρέειν αὐτῶν· ἔπειτα τῇ διαίτῃ τῇ προσηκούσῃ τὰ [4]ἐπίλοιπα καὶ πυρίῃσι ἐνίκμοισι [5]θεράπευε. Ἢν δέ σοι κατάπυκνος ἡ κοιλίη δοκέῃ εἶναι, μαλθακῷ κλύσματι ὑπόκλυζε.

νζ'. Ἢν δὲ φαρμακεῦσαι δόξῃ, ἐλλεβόρῳ ἀσφαλέως ἄνω κάθαιρε· κάτω δὲ μηδένα τῶν τοιῶνδε. Κράτιστον δὲ ἐς οὔρησιν καὶ ἐς ἱδρῶτας καὶ ἐς περιπάτους ἄγειν· καὶ τρίψι ἡσύχῳ χρέο, ἵνα μὴ πυκνώσῃς τὴν ἕξιν· ἢν δὲ κλινοπετὴς ᾖ, ἄλλοι τριβέτωσαν αὐτόν. Κἢν μὲν ἐν τῷ θώρηκι [6]ὑπὲρ τῶν φρενῶν λυπέῃ τὸ πάθος, αὐτὸν ἀνακαθίζειν ὡς πλειστάκις, καὶ ὡς ἥκιστα προσκλινέσθωσαν [7]ἐς ὅτε δύνατοί εἰσι, καὶ καθίζοντα ἀνατρίβειν

quem intempestivum laborem dolet, vel ex rebus venereis, decolores, raucedinosos, lienosos, sanguine defectos, spirituosos, sicca tussi laborantes, siticulosos, flatuosos, venarum interceptione intenta habentes praecordia, latera et dorsum, stupore detentos, obscure videntes, eosque quibus aures tinniunt, et qui urinariam fistulam incontinentem habent, auriginosos et quorum alvi cruda deiiciunt, quique sanguinem copiosum ex naribus, aut sede profundunt, qui inflationibus detinentur, si eos vehemens dolor vexet neque superare valeant, — horum quidem neminem medicamento purgante vacuaveris. Neque enim res periculo caret, nihilque profeceris, tum etiam spontaneas liberationes et iudicationes auferes.

56. At si cui sanguinem detrahere confert, alvum firmam reddere atque hoc modo detrahere oportet, et inediam imperare vinumque ei demere. Deinde in reliquo convenientem victus rationem instituere et fomentis humidis curare. Quod si condensata tibi alvus videatur, molli infuso alvum sublues.

57. At si medicamentum purgans tibi exhibendum visum fuerit, per veratrum supra cum securitate purgabis, at deorsum eorum neminem. Optimum est autem si ad urinas, sudores et deambulationes aegrum adducas et levi frictione utaris, ut ne habitum densiorem efficias. Quod si in lecto decumbat, eum alii perfricent. Ac si quidem in thorace supra septum transversum affectus fuerit, eum ut plurimum desidere convenit et quam minimum reclinari, dum vires

[1] ἰφαίμους. — [2] ἀποληψίας. — [3] ἢ ἐν ἐ. ἐόντας. — [4] ἐπίλοιπα αὐτέων. — [5] ἰᾶτρευε. — [6] καὶ ὑπὲρ τ. φ. — [7] ὡς ὅτε.

quod in mente habebat τοὺς κεφαλαλγικοὺς — μὴ φαρμακεύειν: sed multis intermediis aliis a structura illa deflexit et, ut vim sententiae augeret, τῶν τοιῶνδε μηδένα φαρμακεύειν intulit. — De meo φλεβῶν ἀπολήψισι ἐντεταμένους ὑποχόνδρια καὶ πλ. καὶ μ. scripsi, codd. in hisce ἀπολήψιας ferentibus; cf. § 4. et quae ibi adnotavimus.

ἐν ἐμφυσήμασι ἐόντας.] Comparo § 52.: ὁ δὲ μετ' ἐμφυσημάτων ἐγχειρέων γίγνεσθαι πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος. Ceterum verbulo moneo de codd. lectione h. l. Pro vulgato ἢ ἐν ἐμφυσήμασι ἐόντας cod. vetustus ille et alter Par. ἢν ἐν ἐμφ. ἔωσι; dein multi codd. et Gal. pro ἢν πόνος — ἐπιτρέχῃ legunt ἢ πόνος κ. τ. λ. Hanc lectionem olim recepi cum Littréo. Iam minus fidei codici illi vetusto adhibenti et accuratius haec perpendenti patuit in vulgata particulam ἢν debitam sedem occupare, in veteris membranae lectione eam de sede sua aberravisse, cui rei omnis varietas lectionis debetur.

56. διαίτῃ τῇ προσηκούσῃ τὰ ἐπίλοιπα καὶ πυρίῃσι ἐνίκμοισι θεράπευε.] In his pone τὰ ἐπίλοιπα insertum fuit αὐτέων, quod vitiose repetitum videtur.

57. κάτω δὲ μηδένα τῶν τοιῶνδε.] Mss. dativum habent μηδενί, quem, quum ferri non possit, in accusativum mutavi.

©BIUM

μιν πουλὺν χρόνον πολλῷ θερμῷ· ἢν δὲ ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ ὑπὸ φρένας ἴσχῃ τὰ ἀλγήματα, ἀνακέεσθαι ξυμφέρει καὶ μηδεμίαν κίνησιν κινέεσθαι. Τῷ τοιῷδε [1] μηδὲν προσφέρεσθαι ἔξω τῆς ἀνατρίψιος· τὰ δὲ ἐκ τῆς κάτω κοιλίης λυόμενα δι' οὔρων καὶ ἱδρώτων, ἢν ὀλισθῇ μετρίως, ὑπὸ αὐτοματισμοῦ λύεται τὰ σμικρά· τὰ σφόδρα δὲ πονηρόν· οἱ τοιοῦτοι γὰρ ἢ ἀπόλλυνται, ἢ ἄνευ ἄλλων κακῶν οὐ γίγνονται ὑγιέες, ἀλλ' ἀποστηρίζει [2] καὶ τὰ τοιουτότροπα.

νη'. Πόμα ὑδρωπιῶντι· κανθαρίδας τρεῖς, ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν ἑκάστης καὶ πόδας καὶ πτερὰ, τρίψας ἐν τρισὶ κυάθοισι ὕδατος τὰ σώματα ..... νῆστις δὲ πινέτω· ὁκόταν δὲ πονέῃ ὁ πιὼν, θερμῷ βρεχέσθω. ὑπαλειψάμενος πρότερον· ἐσθιέτω δὲ ἄρτους θερμοὺς ἐξ ἀλείφατος.

νθ'. Ἴσχαιμον· ὀπὸν συκῆς ἐν εἰρίῳ προσ-

[1] ξυμφέρει ἔξω. — [2] κατὰ τ.

valeant, sedentemque longo tempore oleo calido perfricari. At si in inferiore alvo sub septo transverso dolores teneant, iacere conducit nulloque modo moveri. Ita se habenti nihil administres, excepta frictione. Quae vero ex inferiore alvo per urinas et sudores solvuntur si mediocriter delabantur, sua sponte solvuntur quae parva sunt, sed vehementia prava exsistunt. Qui enim sic habent, aut intereunt aut non sine aliis malis consanescunt, sed quae sunt eiuscemodi aliquo firmari solent.

58. Potio aquae subter cutem laboranti. Cantharidum trium, ablato cuiusque capite, pedibus et alis, corpora ex tribus aquae cyathis contrita..... Bibat autem ieiunus, Ubi vero ex epoto medicamento laborarit, calida perfundatur, ex oleo tamen prius inunctus; edatque panes calidos ex oleo.

59. Sanguinem sistes fici succo lana excepto

τῷ τοιῷδε μηδὲν προσφέρεσθαι ἔξω τῆς ἀνατρίψιος.] προσφέρεσθαι dat liber vetustiss., unde cum Littréo recepi pro vulgato ξυμφέρει, quod e superioribus huc invectum pristinum verbum extrusisse videtur. — Omnes libri editi et mss. σώματι addunt pone τῷ τοιῷδε, quod expunxi, recentiori interpreti hoc nomen deberi ratus: nam saepe τῷ τοιῷδε, τοὺς τοιούσδε, similia alia, in his additamentis occurrunt sine substantivo adscripto.

58. κανθαρίδας τρεῖς ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν ἑκάστης καὶ πόδας καὶ πτερά.] Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν p. 494. Kühn.: διδόναι δὲ καὶ κανθαρίδας, ἄνευ πτερῶν καὶ κεφαλῆς, τέσσαρας, τρίβων καὶ διεὶς οἴνου λευκοῦ ἡμικοτυλίῳ. Cf. Lib. de nat. mul. p. 537. et p. 552., ubi quinque cantharides praescribuntur, cf. de Morbis Mul. I. p. 710. II. p. 812. De pedibus, cet. haec Dioscor. II. 65: οἱ δὲ τὰ πτερὰ αὐτῶν καὶ τοὺς πόδας τοῖς πιοῦσιν αὐτὰς ἀντιφάρμακον ἀνέγραψαν. Gal. de rem. Simpl. XI. 1. 44. de cantharidibus: εἷς δέ τις τῶν ἡμετέρων διδασκάλων ἐνέβαλλεν αὐτῶν ὀλίγον εἰς οὐρητικὸν φάρμακον. ἔνιοι δὲ μόνα τὰ πτερὰ καὶ τοὺς πόδας ἐμβάλλουσιν, ἃ δὴ καὶ ἀλεξητήριά φασιν εἶναι τοῖς τὰ σώματα πιοῦσιν αὐτῶν. ἔνιοι δὲ ἔμπαλιν, ἡμεῖς δὲ ὅλας ἐμβάλλομεν. Videre licet in aliis insectis remedio adhibendis similem morem fuisse. Libro de Morbis mulierum I. p. 709. buprestis eodem modo praescribitur: p. seq. vero: ἁρμύζοι δ' ἂν βούπρηστις, ἢν μὲν σμικρὴ ᾖ, ἄνευ πτερῶν καὶ ποδῶν καὶ κεφαλῆς· ἢν δὲ μεγάλη ᾖ, μὴ συμμίσγειν ταῦτα, ἃ καὶ τῇσι κανθαρίσι, ἀλλὰ μόνον τιθέναι καὶ προστιθέναι ὁμοίως. — Paulus III. 45.: τεττίγες ξηροὶ χωρὶς τῶν πτερῶν καὶ τῶν ποδῶν. — Theoph. Nonnus cap. 44.: μυιᾶς, ἢ μύρμηκος μεγάλου τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν, τὸ λοιπὸν σῶμα συνθλάσας. De cantharidibus cf. Schneid. ad Nic. Alexiph. p. 114. seqq. — Sprengel comm. ad Diosc. p. 442. Forte non sine causa pedes et alas cantharidum reiecerunt antiqui: nam Meloës genus si antiquorum cantharidas complectatur, fecisse videntur propter humorem acrem ex articulis prodeuntem, de quo vide Dumeril Considerations générales sur les insectes p. 66.: „Ces Meloës tardigrades seroient continuellement exposés à la voracité de leurs ennemis, s'ils n'avaient la faculté de faire suinter au besoin de l'angle de leurs articulations une humeur limpide, jaunâtre et onctueuse, dont l'âcreté repousse et éloigne au même instant les oiseaux avertis par l'instinct du danger d'une semblable nourriture."

τὰ σώματα ..... νῆστις δὲ πινέτω. ὁκόταν κ. τ. λ.] Vulgo: τὰ σώματα· ὁκόταν δὲ πονέῃ ὁ πιὼν, θερμῷ βρεχέσθω ὑπαλειψάμενος δὲ πρότερον νῆστις πινέτω· ἐσθιέτω δὲ ἄρτους θερμοὺς ἐξ ἀλείφατος; cod. vet. ὑπαλειψάμενος πρότερον, νήστης δὲ πινέτω; Gal. alii libri: ὑπαλειφόμενος δὲ πρότερον, νῆστις δὲ πινέτω. Omnes hae lect. perversum praebent verborum ordinem: νῆστις δὲ πινέτω est praeceptum, quomodo remedium sumendum sit et continuo consequi debet formulam eius. Reliqua spectant ad ea, quae facienda sint, si remedium acore suo noceat. Verum simul patet, pone σώματα deficere nonnulla, quibus potionem parandi modum ulterius indicaverit auctor, quapropter lacunae signa posui. Panes, eo modo, quem dixit, sumti ad obtundendam acris remedii vim facere potuerunt. Verum aliud quid advertit: usque ad § 58. omnia haec additamenta scripta videntur ab uno aliquo medico viro; docet doctrina medica similis, docent similes dictiones. De sequentibus §§ 58—71. nihil affirmo: neque certum est ab eodem descriptas esse, a quo superiores, pariterque incertum, num omnes ab uno, an singulae a diversis medicis adscriptae sint.

59. ὀπὸν συκῆς.] Diosc. I. 183.: ὁ δὲ ὀπὸς τῆς ἀγρίας καὶ τῆς ἡμέρου συκῆς πηκτικός ἐστι γάλακτος, ὥσπερ ἡ πιτύα· λύει δὲ καὶ τὸ πεπηγός, ὥσπερ τὸ ὄξος. — Hinc videtur auctor noster ad sanguinis fluxum sistendum transtulisse. Gal. de Rem. simpl. IX. 17. 44.: Συκῆ θερμῆς καὶ λεπτομέρους ἐστὶ κράσεως, ὡς ὅ τε ὀπὸς αὐτῆς δηλοῖ καὶ τῶν φύλλων ὁ χυλός· ἰσχυρῶς γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν ἐστι

©BIUM

θεῖναι ἔσω πρὸς τὴν φλέβα, ἢ πυτίην ξυστρέψαντα ἐμβῆσαι ἐς τὸν μυκτῆρα, καὶ τοὺς χόνδρους ἔξωθεν προσπιέζειν ἑκατέρωθεν· ἢ χαλκίτιδος τῷ δακτύλῳ [1] ἐπισπασάμενος [2] πίεσον. Καὶ τὴν κοιλίην λῦσον γάλακτι ἐφθῷ· καὶ τὴν κεφαλὴν ξυρῶν ψυκτικὰ πρόσφερε, ἢν ἐν ὥρῃ θερμῇ γίγνηται.

intro ad venam adposito, aut coagulo inspissato et in nares immisso, adpressisque ad se invicem utrimque cartilaginibus, aut chalcitide digito attracto nares comprime. Alvumque lacte asinino cocto solvas et capiti raso refrigerantia adhibeas, si anni tempestas calida fuerit.

ξ'. Σησαμοειδὲς ἄνω καθαίρει· ἡ πόσις ἡμιόβλιον δραχμῆς ἐν ὀξυμέλιτι τετριμμένον· ξυμμίσγεται δὲ καὶ τοῖσι ἐλλεβόροισι, καὶ ἧσσον πνίγει, τὸ τρίτον μέρος τῆς πόσιος.

60. Sesamoides sursum purgat sesquidrachmae pondere ex aceto mulso tritum potu exhibitum. Admiscetur etiam veratro tertia potionis parte et ita minus suffocat.

ξα'. Τριχώσιος· ὑποθεὶς τὸ ῥάμμα τῇ βελόνῃ, τῇ τὸ κύαρ ἐχούσῃ, κατὰ τὸ ὀξὺ τῆς ἄνω τάσιος τοῦ βλεφάρου ἐς τὸ κάτω διακεντήσας δίες, καὶ ἄλλο ὑποκάτω τούτου· ἀνατείνας δὲ τὰ ῥάμματα ῥάψον καὶ κατάδει, ἕως ἂν ἀποπέσῃ· κἢν μὲν ἱκανῶς ἔχῃ· [3] ἢν δὲ μὴ, ὀπίσω ποιέειν τὰ αὐτά.

61. Trichiasin curandi methodus. Immissum filum acui foramen habenti secundum rectam palpebrae sursum tensionem perpunctione facta deorsum traiice, itemque alterum sub priore isto. Fila iam attrahens sue et colliga, quoad decidant. Quod si sufficiat, bene habet, alioqui rursus eadem facienda sunt.

[1] προσεπισπασάμενος. — [2] πίεσον καὶ τοὺς χόνδρους ἔξωθεν προσπιέζειν ἑκατέρωθεν. καὶ τὴν κ. — [3] εἰ δὲ μὴ, ἢν ἀλλίπῃ.

θερμὸν, ὥστε οὐδὲ δάκνει μόνον ἢ ῥύπτει σφοδρῶς, ἀλλὰ καὶ ἑλκεῖ. — Caprifici succum multo valentiorem esse, dein affirmat. Ad haec cf. Theophr. Caus. pl. I. 16. 7.: ὁ μὲν γὰρ (ὀπὸς) τῆς συκῆς τὸ γάλα πήγνυσιν, ὁ δὲ τοῦ ἐρινεοῦ οὐ πήγνυσιν ἢ κακῶς.

ἢ πυτίην ξυστρέψαντα ἐμβῆσαι ἐς τὸν μυκτῆρα.] Corn.: „aut coagulo intorto nares obturato." Foes.: „aut coagulo intorto in nares immisso." Sprengel: „oder man stecke zusammengeballtes Laab in die Nase." Similiter fere Grimmius p. 182. ed. Lilienhain. Littréus: „ou bien qu'on enfonce dans la narine un tampon fait avec de la présure." Vereor, ut ξυστρέψαντα recte acceperint: συστρέφειν, de materie liquida usurpatum, est *cogo*, *spisso*. Legenda ad πυτίην nota Schneideri ad Nicandri Alexiph. p. 195. seqq. unde haec describo: „Colostram ipsam Graeci πυόν, factum inde coagulum πυετίαν vocarunt. Primum lac s. colostra in cineribus calidis aliquantisper fervefactum sine coagulo coit, teste Gal. de alim. fac. 3. 15." Itaque h. l. habebimus πυτίην solito magis in usum medicum spissatam.

καὶ τοὺς χόνδρους ἔξωθεν προσπιέζειν ἑκατέρωθεν· ἢ χαλκίτιδος τῷ δακτύλῳ ἐπισπασάμενος πίεσον.] Legebatur: ἢ χαλκίτιδος τῷ δακτύλῳ προσεπισπασάμενος (cod. vet. ἐπισπασάμενος, alius cod. προσεπιπασάμενος, alius cod. προσεπιπασάμενος) πίεσον, καὶ τοὺς χόνδρους ἔξωθεν προσπιέζειν. (cod. vet. et alii προσπίεζε). Sunt haec certe satis confusa; primum πίεσον, dein accuratius circumscriptum καὶ τοὺς χ. ἔ. προσπιέζειν hoc verborum ordine me offendit: — itaque verba transposui. — Sed dicendum de ἐπισπασάμενος. Littréus προσεπιπασάμενος praetulit, quod mihi parum firma auctoritate unius ms. niti videtur, tum vero πρός mihi suspectum, quippe a προσπίεσαι participio nostro adhaesisse puto. Probo cod. vetustissimi lect. ἐπισπασάμενος: pulvis enim siccus, si digito inspergatur, decidet antequam naribus admotus sit: verum digito madefacto ἐπισπασθεὶς commode adhiberi poterit: Paulus Aeg. III. 24.: χαλκίτην λεάνας ἀνάλαβε δεδευμένῳ ὕδατι ἐλλυχνίῳ, ἢ πριαπίσκῳ καὶ ἐντίβει τοῖς μυξωτῆρσι. Nonnus cap. 96.: χαλκίτης λεάνας λῖνον μοτὸν ποιήσας ἐμβάψον εἰς ὄξος καὶ ἐν αὐτῷ κυλίσας ἔμβαλλε τῇ ῥινί.. — Itaque noster, me iudice, digito madefacto attrahebat chalcitidem, digitumque pulvere isto ei adhaerente in nares immittebat, alteraque manu cartilagines adprimebat: quod, quum semel descripsisset, nunc brevitatis causa simplici πίεσον significavit.

60. Σησαμοειδὲς ἄνω καθαίρει.] Diosc. IV. 105. Σησαμοειδὲς τὸ μέγα, ἐν Ἀντικύρᾳ δὲ ἑλλέβορον καλοῦσι, διὰ τὸ μίγνυσθαι ἐν ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἑλλεβόρῳ. Cf. Erot. p. 346. Cf. Gal. de Rem. Simpl. VIII. 18. 10. Plin. XXII. 64. et XXV. 24. ubi de veratro: „Ibi (in Anticyra insula) tutissime sumitur, quoniam, ut diximus, sesamoïdes admiscent." Quaenam planta sit, hac de re non constat inter doctos. Dierbachius, alii *Isopyrum thalictroïdes* esse dicunt, cf. nuperrimum editorem ad h. l. — Sprengel. Hist. rei herb. I. 175. *Resedam albam* vocat et in comm. ad Diosc. p. 635. *Resedam mediterraneam*. Fraas Synops. p. 115. *Resedam undatam* L. esse credit. Quod ad illud ἧσσον πνίγει cf. Diosc. IV. 148. ubi de veratro albo: διδόασι δὲ ἔνιοι σὺν πόλτου ῥοφήματι ἢ χόνδρου χυλῷ· ἢ καὶ τροφὴν ὀλίγην προδιδόντες ἐπιδιδόασι τὸν ἑλλέβορον εὐθέως, ἐφ' ὧν μάλιστα πνιγμὸς ὑποπτεύεται ἢ ἀσθένεια σώματος ὑποκεῖται. — Video locum nostrum tetigisse Schneid. in addendis ad Ind. in Theophr. p. LXV. vol. V.

61. ἢν δὲ μὴ, ὀπίσω ποιέειν τὰ αὐτά.] Pone ἢν δὲ μή vulgo addi solet ἢν ἐλλείπῃ, quod delevi, quia abundat, neque aliud quid refert nisi interpretationem praegressi ἢν δὲ μή. Fortasse διττογραφία ortum debuit.

Verum de hoc loco universo accuratius exponendum: nam brevis operationis descriptio intellectu est difficilior. Galenus in comm.: ἐφεξῆς δὲ τριχῶν ἐν τοῖς βλεφάροις χειρουργίαν ἔγραψεν, ἣν ὀνομάζουσι ἀναβροχχισμόν. Quodsi h. l. ἀναβροχισμοῦ (sic enim scribendum) expositionem habeamus, negligenter proposita est, me iudice, ita ut operae pretium facturus mihi videar, si tum de morbi apud veteres cognitione, tum de curandi methodo, quam adhibebant, paulo uberius disputem.

©BIUM

ξβ'. Καὶ τὰς αἱμορροΐδας τὸν αὐτὸν τρόπον διώσεις τῇ βελόνῃ, ὡς παχυτάτῳ εἰρίου οἰσυπηροῦ ῥάμματι καὶ ὡς μεγίστῳ ἀποδήσας, ἀσφαλεστέρη γὰρ γίγνεται ἡ θεραπείη·

62. Eodem modo ora venarum in ano sanguinem fundere solita, haemorrhoïdas vocant, intrusa acu quam crassissimo et maximo lanae succidae filo deligabis. Securior enim eva-

Age! primum Celsum inspiciamus, qui: „Pili vero, inquit (lib. VII. 7. 8.), qui in palpebris sunt, duabus de causis oculum irritare consuerunt. Nam modo palpebrae summa cutis relaxatur et procidit; quo fit ut eius pili ad ipsum oculum convertantur, quia non simul cartilago quoque se remisit: modo sub ordine naturali pilorum alius ordo subcrescit, qui protinus intus ad oculum tendit." Itaque hic duplex huius morbi genus distinxit: unde intelliguntur Auctoris defin. med. verba: τριχίασίς ἐστι βλεφάρων πτῶσις καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς τριχῶν γένεσις παρὰ φύσιν. Nec tamen inde explicueris seqq.: διαφοραὶ τριχιάσεως τρεῖς, φαλάγγωσις, πτῶσις, ὑπόφυσις. τινὲς δὲ καὶ τὴν διστιχίαν ἐπεισάγουσιν. διστιχία ἐστὶν ἑτέρου στίχου παρὰ φύσιν κατὰ τοῦ τάρσου ἔκφυσις. (vid. p. 437. Kühn.) Nempe Celsus πτῶσιν et διστιχίαν tantum describit, non φαλάγγωσιν et ὑπόφυσιν. — Aëtius VII. 78. fol. 135. Ed. Ald.: τριχίασιν δὲ λέγουσιν, inquit, ὅταν ὑπὸ τὰς ἐν τοῖς βλεφάροις κατὰ φύσιν τρίχας ἄλλαι ἀποφυεῖσαι καὶ εἴσω νεύουσαι διανύττωσι τοὺς χιτῶνας καὶ ῥευματίζωσι τὸν ὀφθαλμόν. λέγεται δὲ τριχίασις καὶ ὅταν αὐτὰ τὰ βλέφαρα χαλασθέντα, ἢ ὁ ταρσὸς εἴσω νεύσας, ὥστε μὴ φαίνεσθαι ῥᾳδίως τὰς τρίχας, εἰ μή τις ἀντιτείνοι καὶ διαστέλλοι τὰ βλέφαρα. καλοῦσιν δὲ οἱ ἰατροὶ τὴν μὲν τοῦ βλεφάρου χάλασιν, φαλάγγωσιν, ἢ πτῶσιν, τὴν δὲ τῶν τριχῶν ὑπόφυσιν διστιχίασιν. Paulus Aeg. VI. 8.: ἡ καλουμένη, inquit, διστιχίασίς ἐστι μὲν ἔκφυσις παρὰ φύσιν τριχῶν, εἰς τὸν κατὰ φύσιν στίχον τοῦ βλεφάρου προσγινομένη. Et paulo post: ποτὲ μὲν οὖν ἐπὶ ταύτης τῆς διαθέσεως χρώμεθα τῇ ἀναρραφῇ, ποτὲ δὲ ἐπὶ τῆς φαλαγγώσεως, ὅταν ὁ ταρσὸς ἔσω νεύῃ στρεφομένης αὐτῷ τῆς τῶν τριχῶν φάλαγγος. ἄλλοτε δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κεχαλασμένων βλεφάρων, ὅταν αἱ κατὰ φύσιν τρίχες τὸν βολβὸν ἐπινύττωσιν. Ex Aëtii et Pauli locis iam patet, quid de morbi in species divisione apud veteres sit statuendum. Recte auctor defin. med. distinguit φαλάγγωσιν, πτῶσιν et ὑπόφυσιν. Minus recte Aëtius s. potius Severus, quem sequitur, φαλάγγωσιν et πτῶσιν confundit. Nimirum in φαλαγγώσει et πτώσει pili non sunt praeter naturae modum numero aucti, sed in φαλαγγώσει tarsi positio perversa est sine cutis relaxatione, quae in πτώσει locum obtinet. In ὑποφύσει et διστιχιάσει pilorum numerus praeter naturam adaugetur, postremo vero nomine modus, quo pili in duos ordines dispositi sunt, indicatur. Ecce! quae veterum fuerit τριχιάσεως notitia, vidimus; dicamus de illorum curandi methodo.

Celsus tres curandi vias indicat, duas ad διστιχίασιν s. ὑπόφυσιν, tertiam ad palpebram iusto laxiorem. Prima traiicitur acus ex igne candens iuxta pilorum radices, ut hae adustae emoriantur. Altera est ἀναβροχισμός, de quo mox videbimus, ut pateat, utrum cum Gal. statuendum sit, nostrum re vera hanc operationem spectare, an secus sentiendum. Tertia methodus Celsi denique ea est, quae ἀναρραφή in palpebra superiore, καταρραφή in inferiore audit Aëtio et Paulo. Aëtius τὴν ἀναρραφὴν τελείαν vocat τριχιάσεως θεραπείαν, et praeterea curandi modum tradit, quo evulsis pilis extrorsum versa palpebra medicamine aliquo inungitur, quo pili, quominus rursum excrescant, impediantur. Dein alium modum docet, quo agglutinabantur pili ad palpebram, ita ut in pristinum locum positionis perversae redire non possent. Tandem e Leonida ἀναρραφήν et καταρραφήν hausit, a Celsi ratione vix tantillum recedentes. Paulus VI. 8. primum ἀναρραφήν Celsianae et Aëtianae similem tradit, tum alteram methodum ope τοῦ βλεφαροκατόχου μυδίου, tandem tertiam, qua relaxatae palpebrae cutis superflua δυσὶ καλαμίοις ἢ πεταλίοις τισίν ita deligata premebatur, ut νεκρουμένη decideret. — Idem cap. 9. τὴν διὰ τοῦ φαρμάκου καῦσιν exponit, qua simile quid obtinetur atque ἀναρραφῇ: porro cap. 11. καταρραφήν describit. Tandem cap. 13. exponit ἀναβροχισμόν et τὴν διὰ σιδήρου καῦσιν: hac quidem operatione extrahebantur pili, et locus, unde extracti erant, ignito tenui quodam instrumento ferreo adurebatur: de altera iam videndum, una cum Celsi ἀναβροχισμῷ. — Haec Celsus: „Quidam aiunt acu transui iuxta pilos exteriorem partem palpebrae oportere, eamque transmitti duplicem capillum muliebrem ducentem; atque ubi acus transiit in ipsius capilli sinum, qua duplicatur, pilum esse coniiciendum et per eum in superiorem palpebrae partem attrahendum, ibique corpori adglutinandum et imponendum medicamentum, quo foramen glutinetur: sic enim fore ut is pilus in exteriorem partem postea spectet." Sic quidem ille de ipsa operandi methodo, quam porro rationibus adpositis reiicit. Eodem redit Pauli descriptio, nisi quod hic antequam laqueo pilus committatur, filum in eum immittat, ut pilo ex illo excidente, laqueus tamen retrahi possit et denuo pilus illi imponi. Cum hisce autem redeamus ad locum nostrum. Et ἀναβροχισμόν quidem ibi spectari mihi persuadere nullo modo possum: quid quod Galeno quo minus adsentiar, impediunt verba seqq. καὶ τὰς αἱμορροΐδας τὸν αὐτὸν τρόπον διώσεις: quippe ibi sermo est de haemorrhoidum deligatione eiusmodi, ut pressione emortuae decidant, quale quid cum ἀναβροχισμῷ illo Celsi et Pauli nihil habet commune, uti patet ex illius verbis adlatis.

Iam vero restat, ut auctoris nostri verba ad amussim exigamus: nihil obscuri est in verbis ὑποθεὶς τὸ ῥάμμα τῇ βελόνῃ τῇ τὸ κύαρ ἐχούσῃ. Gal. in exegesi κύαρ· τὸ τῆς βελόνης τρῆμα: Hesych. τὸ τῆς ῥαφίδος τρῆμα. — Verbum ὑποτιθέναι hic usurpatur de immissione pili in acus foramen. Haec aperta sunt. — Sequuntur verba διακεντέειν ἐς τὸ κάτω κατὰ τὸ ὀξὺ τῆς ἄνω τάσιος τοῦ βλεφάρου, in quibus postrema intellectu sunt difficilia. Credo viam quamlibet dici posse ὀξέως ἄνω τείνειν, si praeceps sit et inde explicari dictionem κατὰ τὸ ὀξὺ τῆς ἄνω τάσιος τοῦ βλεφάρου, ut sit secundum directionem, qua palpebra recta sursum tendit, quin accuratius puto ipsum indicari locum in media palpebra superiore, unde τὸ βλέφαρον ὀξέως ἄνω τείνει; et hunc ipsum vocari τὸ ὀξὺ τῆς ἄνω τάσιος. — Olim cum Cornario τὸ ὀξύ illud accepi de palpebrae margine, quod etiam Littréus fecit. Foësii interpretatio parum rem definit et nimis vaga videtur. — Equidem iam accipio, quemadmodum fecit Cats Bussem. in censura l. p. 461., quem puto recte rem indicavisse, quam iam e verbis deduxisse mihi videor. Seqq., ἀνατείνας τὰ ῥάμματα ῥάψον, significant pilos ulterius esse attrahendos per vulnusculum (id enim iubetur), quo facto colliganda fila sunt, quorum alterum per mediam palpebrae partem, alterum ὑποκάτω τούτου i. e. per locum inter mediam partem et marginem transmissum fuit. Relinquit autem fila donec suppuratione orta decidant, ita ut per cicatricem contracta cute palpebrae, cilia extrorsum vertantur. Iam puto omnia plana esse.

62. ὡς παχυτάτῳ εἰρίου οἰσυπηροῦ ῥάμματι καὶ ὡς μεγίστῳ ἀποδήσας.] Libri ὡς παχύτατον ἐ. ὀ. ῥάμμα καὶ ὡς μέγιστον ἀπόδησας. — De meo eum casum in textum intuli, quem iam in priore Ed. desiderare me dixi. Vulgata neutiquam defendi posse mihi videtur.

©BIUM

εἶτα ἀποπιέσας τῷ σηπτῷ χρέο, καὶ μὴ βρέχε, πρὶν ἀποπέσῃ· καὶ αἰεὶ μίαν καταλίμπανε, καὶ μετὰ ταῦτα ἀναλαβὼν ἐλλεβορίσαι· εἶτα γυμναζέσθω καὶ ἀφιδρούτω· γυμνασίου δὲ [1]τρίψις, πάλῃ ἀπὸ ὀρθοῦ· δρόμου δὲ ἀπεχέσθω καὶ μέθης, καὶ τῶν δριμέων ἔξω ὀριγάνου· ἐμεέτω δὲ δι' ἑπτὰ ἡμερέων, ἢ τρὶς ἐν τῷ μηνί· οὕτω γὰρ ἂν ἔχοι ἄριστα· οἶνον δὲ κιρρὸν, αὐστηρὸν, ὑδαρέα τε καὶ ὀλίγον πινέτω.

ξγ'. Τοῖσι δὲ ἐμπύοισι σκίλλης κατατμῶν κυκλίσκους [2]ἕψε ἐν ὕδατι καὶ ἀποζέσας εὖ μάλα ἀπόχεον καὶ ἐπιχέας ἄλλο ἕψε, ἕως ἂν ἁπτομένῳ δίεφθον καὶ μαλθακὸν φανῇ· εἶτα τρίψας λεῖον ξύμμισγε κύμινον πεφρυγμένον καὶ λευκὰ σήσαμα καὶ ἀμυγδάλας λείας τρίψας ἐν μέλιτι, ἐκλεικτὸν δίδου, καὶ ἐπὶ τούτῳ οἶνον γλυκύν· ῥοφή-

[1] τρίψις πολλὴ ἀπὸ ὄρθρου. — [2] ἕψειν ὕδατι.

63. Purulentis dissectos scyllae orbiculos ex aqua coquito, et ubi optime deferbuerint, diffundito aliaque affusa coquito, dum tactui percocti et molles appareant. Deinde ubi laevigatum triveris, cuminum perfrictum, alba sesama et amygdalas tritas admisce, eaque melle excepta in ecligmate exhibeto, posteaque vinum dulce bibat. Sorbitiones sumat: peplum album tritum, ace-

εἶτα ἀποπιέσας τῷ σηπτῷ χρέο, καὶ μὴ βρέχε, πρὶν ἀποπέσῃ.] Ad σηπτῷ cf. Celsus V. 19. 18.: „Quaedam autem sunt emplastra exedentia, quae σηπτά Graeci vocant, cet." Formulas duas adscribit Gal. de Rem. Simpl. VIII. 10. 16. de cedrea agens: τὰς μὲν οὖν ἁπαλάς, inquit, σάρκας ἑτοίμως τε ἄμα καὶ ἀνωδύνως σήπει, καθάπερ καὶ τἄλλα τὰ τῆς μὲν αὐτῆς τάξεως ὑπάρχοντα κατὰ τὸ θερμαίνειν, λεπτομερῆ δὲ ταῖς οὐσίαις ὄντα· ἐπὶ δὲ τῶν σκληρῶν ἐν χρόνῳ τε πλείονι καὶ μόγις ἐνεργεῖ. καλεῖται μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα φάρμακα πάντα σηπτικά τε καὶ σηπτά. διαφέρει δ' ἀλλήλων κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον. Postremum monitum μὴ βρέχε ad ablutionem partium deligatarum referendum censeo.

καὶ αἰεὶ μίαν καταλίμπανε.] Cf. ad haec verba Aph. VI. 12. Gal. in comm. ad lib. de Humorr. p. 459. Paulum Aeg. III. 60.

γυμνασίου δὲ τρίψις, πάλῃ ἀπὸ ὀρθοῦ.] Ad h. l. cf. Gal. de Sanit. tuenda II. 3.: ἐν τῇ δὲ παρασκευαζούσῃ, inquit, πρὸς τὰ γυμνάσια τρίψει, σκοπὸν ἐχούσῃ μαλάξαι τὰ σώματα, τὴν μέσην σκληρᾶς καὶ μαλακῆς ἐπικρατεῖν χρὴ ποιότητα, καὶ κατ' ἐκείνην τυποῦσθαι τὸ σύμπαν. Ad ipsum nomen τρίψις quod attinet: καὶ μὲν δή, inquit, τρίψιν τε καὶ ἀνάτριψιν οὐ διοίσει λέγειν, εἰδότας, ὅτι τὸ τῆς ἀνατρίψεως ὄνομα συνηθέστερον τοῖς παλαιοῖς ἐστι, τὸ δὲ τῆς τρίψεως τοῖς νέοις. In his additamentis spuriis § 57. ἀνατρίβειν μιν πολὺν χρόνον. Πάλῃ ἀπὸ ὀρθοῦ recte dant cod. vetustiss. et alter bonae notae, Aldus: vulgo πολλῇ, pro quo solus vetus liber πάλῃ: est autem illud aeque vitiosum atque ὄρθρου. — Πάλῃ ἀπὸ ὀρθοῦ idem quod πάλῃ ὀρθῇ, de qua Plato legg. VII. p. 234. Tauchn.: τὰ δὲ ἀπ' ὀρθῆς πάλης, ἀπ' αὐχένων καὶ χειρῶν καὶ πλευρῶν ἐξειλήσεως, μετὰ φιλονεικίας τε καὶ καταστάσεως διαπονούμενα μετ' εὐσχήμονος, ῥώμης τε καὶ ὑγιείας ἕνεκα.

καὶ τῶν δριμέων ἔξω ὀριγάνου.] Diosc. III. 29. de Origano: ἐμετικόν τε φάρμακον σκευάζεται δι' αὐτῆς καὶ κρομμύων καὶ ῥοδς τοῦ ἐπὶ τὰ ὄψα: nosterne hac de causa

origanum concessit? an vero quia ξηρὰ ποθεῖσα ὀξυβάφου πλῆθος σὺν μελικράτῳ μέλανα κατὰ κοιλίαν ἄγει? Illud forte vero similius, quum auctor ipse vomitum praescribat.

ἐμεέτω δὲ δι' ἑπτὰ ἡμερέων, ἢ τρὶς ἐν τῷ μηνί.] Cf. Lib. de Diaeta III. p. 710 (Kühn.): χρέεσθαι δὲ καὶ τοῖσι ἐμέτοισι τοὺς μὲν ὑγροτέρους τρὶς τοῦ μηνὸς, τοὺς δὲ ξηροτέρους δὶς ἀπὸ σιτίων παντοδάπων. — Gal. de usu partium V. p. 420. vs. 33. Ed. Bas.: καλῶς οὖν, inquit, οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν ἅμα ταῖς ἄλλαις ὑποθήκαις ταῖς ὑγιεινᾶις καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν σιτίων ἐφ' ἑκάστῳ μηνὶ ἐμέτους ποιεῖσθαι συνεβούλευον, οἱ μὲν ἅπαξ ἀρκεῖν νομίζοντες, οἱ δὲ καὶ δὶς ἀξιοῦντες γίνεσθαι. ἅπαντες δ' οὖν τὰς ποιότητας τῶν ἐσθιομένων τηνικαῦτα δριμείας τε καὶ ὑπτικὰς ἐκλέγεσθαι συμβουλεύοντες, ὑπὲρ τοῦ καὶ πᾶν ἐκκαθῆραι τῆς γαστρὸς τὸ φλέγμα καὶ μηδὲν εἰς κακοχυμίαν βλάψαι τὸ σῶμα.

οὕτω γὰρ ἂν ἔχοι ἄριστα.] Legebatur ἔχοι ἄριστα τὸ σῶμα; in quibus τὸ σῶμα otiosum est additamentum scioli recentioris, quemadmodum τῷ σώματι in § 57. Si qui putent alterum additamentum alterum tueri ab interpolationis suspicione, dissentio.

οἶνον δὲ κιρρὸν, αὐστηρὸν, ὑδαρέα τε καὶ ὀλίγον πινέτω.] Vinum quidem hocce ob adstringendi virtutem commendatur me iudice. Quod ad cod. vet. lect. καὶ ὀλίγον τὸ ποτὸν πινέτω, nescio an non inde pateat olim scriptum fuisse: οἶνον δὲ κιρρὸν αὐστηρὸν ὑδάρεα πινέτω. καὶ ὀλίγον τὸ ποτὸν ἔστω. Sed sunt hae merae hariolationes.

63. σκίλλης.] Vid. Diosc. II. 202. Etiam Gal. VIII. de Rem. Simpl. scillam praefert aut assam, aut coctam, quum ita eius vis obtundatur.

καὶ ἀμυγδάλας λείας τρίψας ἐν μέλιτι, ἐκλεικτὸν δίδου.] Vulgo ἀμυγδάλας νέας τρίψας, pro quo praestare λείας τρίψας codicis vetusti, significavit Cats Bussem. in censura laudata. Differt etiam lectio in verbis ἐν μέλιτι, pro quibus cod. vetustus habet ἐν ὕδατι, quod item malle se significat Cats Bussem. l. l. p. 462., quum in aqua facilius quam in

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 501 sur 880

©BIUM

ματα δέ· μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὀκόσον λεκίσκιον, ὕδατι διεὶς, σητανίου πλύματι ἀλεύρου ἐψήσας, μέλι ἐπιχέας, χλιερὸν ἐπιρρυφῶν, οὕτω διαγέτω τὴν ἡμέρην· εἶτα ἐς τὰ ἀποβαίνοντα λογιζόμενος τὸ δεῖπνον δίδου.

ξδ'. Δυσεντερίης· κυαμῶν καθαρῶν τεταρτημόριον καὶ ἐρυθροδανοῦ δώδεκα κάρφεα λεῖα ξυμμίξαντα καὶ ἑψήσαντα, λιπαρὸν διδόναι ἐκλείχειν.

ξε'. Ὀφθαλμῶν· σπόδος πεπλυμένη, λιπαρῶς πεφυρημένη, ὡς σταῖς μὴ ὑγρὸν, λεῖον τρίψας, ὀμφακίῳ τῷ τῆς πικρῆς ὄμφακος ἀνυγρήνας, ἐν ἡλίῳ τε ξηρήνας, ὑγραίνειν ὡς ἐνάλειπτον· ὁκόταν δὲ ξηρὸν γένηται,

tabuli parvi mensura, aqua adfusa colatum, cum farinae setaniae lotura coctum, melleque adfuso tepidum sorbeat, eoque modo diem transigat. Deinde adhibita consequentium ratione coenam exhibeto.

64. Ad intestinorum difficultatem fabarum purarum quadrantem et duodecim rubiae surculos tritos admisceto et coquito et ex pingui aliquo delingendum porrigito.

65. Oculis medeberis, si spodium lotum, velut farinae massam probe subactum, non liquidum, laeviter teras, acerbo uvae immaturae et amarae succo humectatum ac in sole resiccatum, ita ut illini possit, humectaveris. Ubi vero siccum ex-

melle conterantur amygdalae; mihi res dubia videtur, quum ἐκλεικτὸν δίδου mox sequatur et mel ad ἐκλεικτόν formandum aptum sane sit. Neque vero tam absurdum est amygdalas cum melle fuisse contritas. Idem certe fieri patet in formula apud Paulum VII. 11. fol. 113. vs. 13. τὸ Φιλοξένου ἐμπνϊκοῖς κ. τ. λ., ubi quidem non ἐκλεικτόν paratur, sed mel excipiens est aliorum remediorum et ἀμυγδάλων πικρῶν π'. In remedio δι' ὀρόβων paulo superius idem fit. — Quod ad λεῖας et νέας, sane notum est λεῖον τρίβειν, sed id ipsum quum tam brevi ante sit obvium, potuit forte h. l. simplex τρίβειν eodem sensu poni; quod ideo moneo, quod nondum tam certo mihi constat, auctorem non voluisse ἀμυγδάλας νέας. Quin forte utraque lectio componenda, ut ἀμυγδάλας νέας λείας τρίψας scribatur. Quaeri porro iure possit, num formulae auctor sesami semen et amygdalas simul usurpaverit, an vero ἢ ἀμυγδάλας sit legendum, ut alterutrum addendum esse praescribatur.

μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὀκόσον λεκίσκιον, ὕδατι διεὶς, σητανίου πλύματι ἀλεύρου ἐψήσας, μέλι ἐπιχέας, χλιερὸν ἐπιρρυφῶν, οὕτω διαγέτω.] „Corn.: peplum appellatum meconium album, tritum acetabuli parvi mensura in aqua loturae farinae setaniae maceratum et coctum, melleque affuso tepidum sorbeat." Foës.: „sorbitiones sumat peplum album tritum acetabuli parvi mensura, aqua loturae farinae setaniae maceratum et coctum, melleque adfuso tepidum sorbeat." Haerent hae interpretationes in reddendis verbis: ὕδατι διεὶς, σητανίου πλύματι ἀλεύρου ἐψήσας, ad quae mox redibo: nam primo loco de ipsa planta videndum est. Hanc quidem recentiores interpretes „weissen Mohnsaamen" (Grimm. Sprengel) „Pavot blanc" (Littréus) nominavere. Verum Diosc. IV. 67. — Μήκων ἀφρώδης ὑπό δέ τινων Ἡρακλεία κληθεῖσα καῦλον ἔχει σπιθαμιαῖον, καὶ τὰ φύλλα σφόδρα μικρὰ, στρουθίῳ ἐοικότα καὶ καρπὸν παρ' αὐτοῖς λευκὸν [καὶ τὸ ὅλον δὲ βοτάνιον λευκὸν ἐστι καὶ ἀφρῶδες] ῥίζα δὲ λεπτὴ καὶ ἐπιπόλαιος. Vide Fraas l. l. p. 105. ubi *Silenen inflatam* et *S. fabariam* pro Dioscoridis planta habentur. Gal. de rem. Simpl. VII. 12. 16. Μήκων Ἡρακλεία, καλεῖται δὲ καὶ ἀφρώδης, ὅτι σύμπασα λευκή τ' ἐστὶ καὶ ἀφρώδης οὖσα σμικρά· καθαρτικὸν δ' ἔχει φλέγματος τὸ σπέρμα. Quaenam haec planta sit, incertum est: cf. Schneid. ad Theophr. IX. 12. 5. et in indice. Sprengel in comm. ad Diosc. p. 601. *Gratiolam officinalem* esse suspicatur, de qua vide Vogt Pharmacodynamik. II. p. 297. seqq.; differt opinione ab eo Fraas, uti dixi. — Cum μήκων etiam dicatur de Peplo, (cf. infra notam 1. ad § 72.) mihi fere praeplacet Cornarii et Foësii ratio, qua *peplum album* exponunt, propter Diosc. locum, quem infra ad § 72. nota 3. citabo. Ceterum semen solum adhibitum fuisse, indicant, nî fallor, ipsa mensura, parandi ratio et Diosc. verba l. l.: ταύτης ὁ καρπὸς συλλέγεται, ὅταν τελείως ἀδρυνθῇ θέρους, καὶ ξηρανθεὶς ἀποτίθεται· — Certum iudico non spectari semen Papaveris somniferi, sed purgans remedium: lib. περὶ συρίγγων p. 335. πῖσαι τὸ μηκώνιον τὸ λευκόν· ἦν δὲ μὴ, ἄλλο ὅ τι φλέγμα καθαίρει. Itaque meconium album ibi pituitam educere censetur. Iam vero quod ad parandi rationem attinet, probe tenendum quid sit διεὶς, de quo monui ad § 21. partis vere Hippocrateae. Itaque semen pepli cum aqua conterendum esse praecipit, dein colare iubet, et colatum cum πλύματι ἀλεύρου σητανίου coquere, adfuso ante coctionem melle.

64. κυαμῶν καθαρῶν.] Videntur esse fabae Graecae Dioscoridis, quas adversus dysenterias et coeliacorum profluvia cum oxycrato s. posca coctas adhiberi monet II. 127. Putamen adstringens habet Galenus, qui ceterum eadem tradit de usu ad dysenteriam: vid. de Rem. Simpl. VII. 10. 59.

ἐρυθροδανοῦ.] De vera huius nominis scriptura ἐρυθροδανός, non ἐρυθρόδανος Schneid. in Ind. ad Theophr. voce ἐρευθεδανόν. Incertus sum, quaenam plantae pars a nostro spectetur: Corn.: „sarmenta duodecim." Foës. „surculos," quod retinui. Grimm. Sprengel: „zwölf Wurzeln." Littréus: „douze branches." — Et haec quidem interpretatio satis placet: maxime Foësii *surculos*.

λιπαρὸν διδόναι ἐκλείχειν.] Celsus IV. 7. p. 168.: „Danda est sorbitio ptisanae, vel alicae, vel oryzae: cum qua recens adeps cocta sit."

65. σπόδος πεπλυμένη.] Vid. de hoc medicamento Gal. de Rem. Simpl. IX. 3. 25., ubi de modo, quo σπόδος acquiritur, exponit. Cum his cf. Diosc. V. 85. — Utroque loco, quid inter πομφόλυγα et σπόδον intersit, discimus, quae sibi affinia esse docent veteres plurimi. De *omphacio* vid. Diosc. V. 6. Sprengel in comm. p. 642.; de differentia inter omphacium et acetum Gal. de Rem. Simpl. IV. 3. p. 630. Kühn.

ὁκόταν δὲ ξηρὸν γένηται, τρίψας λεῖον, ξηρὸν, ὑπάλειφε κ. τ. λ.] In vulgata h. l. lectione habetur τρίψας λεῖον ξηρόν, quod exhibui: in aliis codd. probatissimis λείῳ τετριμένῳ ξηρῷ, quod recepit Littréus. Mihi haec lectio non placet, quia ita nimis arcte ista cum ὑπάλειφε coniungun-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 502 sur 880

©BIUM

τρίψας λεῖον, ξηρὸν, ὑπάλειφε τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ παράπασσε τοὺς κάνθους.

ξς'. [1] Τγρῶν· ἐβένου δράχμην μίαν ἐπ' ἀκόνης τρίβων, χαλκοῦ κεκαυμένου ἐννέα ὀβολοὺς, κρόκου τριώβολον· ταῦτα τρίψας λεῖα, παράχεε οἴνου γλυκέος κοτύλην Ἀττικὴν, κἄπειτα ἐς τὸν ἥλιον θεὶς κατακαλύψας, ὁκόταν συνεψηθῇ, τούτῳ χρέο.

ξζ'. Πρὸς τὰς περιωδυνίας καὶ τὰ ῥεύματα· ἔστω χαλκίτιδος δραχμὴ, σταφυλῆς περκαζούσης ὁκόταν δύο μέρεα ληφθῇ, ἐκπιέσας, σμύρναν καὶ κρόκον τρίψας καὶ ξυμμίξας τὸ γλεῦκος, ἔψησον ἐν τῷ ἡλίῳ, καὶ τούτῳ ὑπάλειφε τοὺς περιωδυνέοντας· ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ.

ξη'. Ὑπὸ ὑστερικῶν πνιγομένων γνῶσις· πιέσαι τοῖσι τρισὶ δακτύλοισι· κῇν αἴσθηται, ταῦτα ὑστερικά ἐστι· ἢν δὲ μὴ, σπασμώδεα.

ξθ'. [2] Τοῖσι ὑδρωπιώδεσι [3] κατάποτα· λεπίδος

[1] ὑγροῦ θεραπεία. — [2] Inscriptio: κατασπότια ὑδεριῶσι. — [3] Vulgo πόσις.

stiterit, laeviter tritum siccum; oculis illine et angulis insperge.

66. Ad eosdem humentes remedium. Ebeni ad cotem triti drachmae uni, aeris usti novem obolis, croci obolis tribus, terendo in pulverem redactis, adfunde vini dulcis heminam Atticam. Obtecta haec dein soli expone et, cum concocta sunt, iis utitor.

67. Ad oculos dolentes et ad fluxiones remedium. Sume chalcitidis drachmam, cum vero uvarum maturescentium partes duas sumseris, has exprime et cum myrrha et croco contere, tum omnia cum uvae succo admisto in sole digerantur. Hoc autem medicamine subline oculos dolentes. Sit vero in vase aeneo.

68. Dignotio uterina suffocatione laborantium. Tribus digitis preme, quodsi sentiat, hysterica passio, sin minus, convulsio est.

69. Boli hydropicis dandi. Squamae aeris

tur, quod fieri non debet; neque enim recte pulvere ὑπαλείφειν dixeris. — Res ita intelligenda videtur, ut, addito omphacio, duplici modo paretur et in usum adhibeatur medicamentum. Paratur ὑγρὸν ὡς ἐνάλειπτον, et sic parato ὑπαλείφειν τοὺς ὀφθαλμούς iubet auctor; vel exsiccatur et in pulverem tenuem conteritur, quo pulvere ut παραπάσσῃς τοὺς κάνθους praescribit.

66. ἐβένου.] De ebeno vid. Diosc. I. 129. Gal. de rem. Simpl. VI. 5. 2. De aere usto Diosc. V. 87. Gal. l. l. IX. 3. 36. Transposui verba ἐπ' ἀκόνης τρίβων, quae vulgo pone χαλκοῦ κεκαυμένου ἐννέα ὀβόλους adscribuntur, mihi vero ad solum ebenum referenda videntur, collato Theophr. IX. 20. 4. Hist. pl., ubi: τὸ δὲ τῆς ἐβένου ξύλον κατὰ μὲν τὴν πρόσοψιν ὅμοιον πύξῳ, φλοΐσθὲν δὲ μέλαν γίνεται· χρησιμὸν δὲ πρὸς ὀφθαλμίας ἀκόνῃ τριβόμενον. Ad quem locum vid. Schneid. p. 839. adnn., quocum plane consentio, Galenum male ἀκόνην interpretari ὑείαν. Plinium etiam laudat „ligno-que" dicentem „*ad cotem trito* cum passo caliginem discutit." Quo modo quaeso lignum tam durum in mortario contriveris?

67. σταφυλῆς περκαζούσης ὁκόταν δύο μέρεα ληφθῇ, ἐκπιέσας.] περκαζούσης cum Lind. e ms. Servini recepi: περκάζει uva, cum maturescentis color e viridi in purpureum mutari incipit. Cf. Hesych. cum interprett. in voce. Adposui, quia uva maturescens acore suo, magis quam matura, in cuprum agere potest, quod voluisse videtur auctor, qui in fine etiam monet: ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ. — Cod. antiquiss. una cum alio quodam praebet ὅτ' ἂν δυσὶν ἡμέραις πεφθῇ, ἐκπιέσας, quae lectio, a Littréo recepta licet, prorsus displicet. Interpretatur: „lorsque cela se sera digéré pendant deux jours exprimez;" itaque chalcitin et uvas nondum expressas digerendas sepones duos dies, postea exprimes, tum rursus digerenda omnia soli exponeS? Minime: sumes chalcitidos drachmam, duplicem uvarum maturescentium quantitatem, (nisi forte in δύο μέρεα vitium lateat, ita ut maior quantitas sumenda sit), uvas exprimes, teres myrrhae et croci aliquantulum, dein miscebis chalcitidem cum myrrha et croco et expresso uvarum succo, τῷ γλεύκει, quae omnia mista expones soli, ut digerantur: immittes vero vasi aeneo. Quid sit γλεῦκος, vide apud Gal. de alim. fac. II. 9.

69. Τοῖσι κ. τ. λ.] Hunc locum et seqq. ita refeci, ut, quoad maxime potuerim, sensum sanum inde elicuerim: procul absit tamen, ut codd. scripturam reticeam, en! mss. lectionem: τοῖσι ὑδρωπιώδεσι (cod. vet. ὑπνωτικοῖσι) μηκωνίου λεκίσκιον Ἀττικὸν στρογγύλον. πόσις. λεπίδος μῆλαι τρεῖς τῷ πλάτει καὶ ἀλήτου σητανίου. κολλήσαντα ταῦτα λεῖα τρίψας (cod. vet. κόλλης πάντα αὐτὰ τρίψας) κατάποτα ξυστρέψας (om. vulgo ξυστρ.) δίδου κάτω ὕδωρ καθαίρει καὶ (copulam omm. optt. codd.) κοιλίην ἐκκοπροῖ· ἐς ἰσχάδας ὅπου τοῦ τιθυμάλλου ἀπόσταζε ἑπτάκις ἐς ἑκάστην, εἶτα ἐς καινὸν ἄγγος συνθεὶς ταμιεύεσθαι· δίδου (τῷ εἰρημένῳ vulgo additur, quod optt. membr. omm.) πρὸ τῶν σιτίων. καὶ τὸ μηκώνιον τρίβων, ὕδωρ ἐπιχέων καὶ διηθέων, ἄλευρον φυρῶν, ἰτρίον ὀπτῶν, μέλι ἐφθὸν παραχέων, τοῖσι ὑδρωπικοῖσι τρώγειν δίδου, καὶ ἐπιπίνειν οἶνον γλυκὺν, ὑδαρέα, ἢ μελίκρητον ὑδαρές. τὸ δὲ (δέ omm. codd. 3., inter quos vetus liber) ἀπὸ τῶν κοπρίων μηκώνιον (ἢ μηκ. cod. vet.) ξυλλέγων ταμιεύου καὶ θεράπευε.

His descriptis redeo ad meam horum verborum lectionem, de qua paucula habeo dicenda. — Et ut ab iis ordiar, quae ad hanc § 69. retuli, sponte patet, initio pessime mista esse omnia. Coniungendum τοῖσι ὑδρωπιώδεσι πόσις (imo κατάποτα); nam ὑπνωτικοῖσι utique vitiosum est, nullo modo ferendum; rerum nexus id ultro docet. Verba μηκωνίου λεκίσκιου Ἀττικὸν στρογγύλον iungenda cum formula ultima, nam quantitatem referunt meconii sumendi.

λεπίδος μῆλαι τρεῖς τῷ πλάτει.] Video Littréum ad h. l. Dioscoridis verba adscripsisse, quae ipse itidem, antequam eius editionem vidi, adnotaveram. Is enim V. 89. de aeris squama: πινομένη δέ, inquit, μετὰ μελικράτου ὕδωρ ἄγει· τινὲς δὲ φυρῶντες αὐτὴν μετ' ἀλεύρου ἐν καταποτίῳ δι-

©BIUM

μῆλαι τρεῖς τῷ πλάτει καὶ ἀλήτου σητανίου..... κολλήσας ταῦτα, λεῖα τρίψας, κατάποτα ξυστρέψας, δίδου· κάτω ὕδωρ καθαίρει καὶ κοιλίην ἐκκοπροῖ.

ο'. Ἐς ἰσχάδας ὀποῦ τοῦ τιθυμάλλου ἀπόσταζε ἑπτάκις ἐς ἑκάστην, εἶτα ἐς καινὸν ἄγγος συνθεὶς ταμιεύεσθαι. Δίδου πρὸ τῶν σιτίων.

οα'. Μηκωνίου λεκίσκιον Ἀττικὸν στρογγύλον τρίβων, ὕδωρ ἐπιχέων καὶ διηθέων, ἄλευρον φυρῶν, μέλι ἑφθὸν παραχέων, ἰτρίον ὀπτῶν, τοῖσι ὑδρωπικοῖσι τρώγειν δίδου καὶ ἐπιπίνειν οἶνον γλυκὺν, ὑδαρέα, ἢ μελίκρη-

ter tantum, quantum specilli cochlearculo imponi potest, et farinae sitaneae..... haec conglutina et contere et in bolorum formam inspissata exhibe. Deorsum aquam expellunt et ventrem purgant.

70. In caricas instilla succum tithymalli, septies circiter in singulas, dein in novo vase sepositas recondito. Ante cibos sumatur.

71. Pepli acetabulum parvum Atticum rotundum contere adfusa aqua et cola; dein farinam subige, et melle cocto adfuso placentam para, quam hydropicis edendam exhibe et superbibendum vinum dulce, aquosum, vel mulsam dilu-

δόασι. — Ad μῆλαι cf. Gal. in exeg.: μήλης τῷ πλάτει· τῷ κυαθίσκῳ τῆς ὀφθαλμικῆς μήλης. Locus laudatur etiam ab editore Parisiensi.

ἀλήτου σητανίου..] H. l. deficere videtur quantitatis sumendae significatio, ita ut lacunae signa posuerim.

κολλήσας ταῦτα, λεῖα τρίψας, κατάποτα ξυστρέψας δίδου.] Vulgo κολλήσαντα, unde recte Lind. κολλήσας, sicuti mox τρίψας. Quod ad cod. vet. lectionem: κόλλης πάντα αὐτὰ τρίψας, est haec utique corrupta, sed vulgatam si conferas, efficias fere, pone ἀλήτου σητανίου plura remedia olim enumerata fuisse, ita ut nostro loco scriptum fuerit κολλήσας ταῦτα πάντα, λεῖα τρίψας: nam etiamsi Diosc. nostram lectionem vidisse constet, iam ante huius aetatem aliquid excidere potuit. Verba κατάποτα ξυστρέψας intelligo de remedio in bolorum formam redigendo, uti recte monuit Cats Bussemaker in censura laudata.

κάτω ὕδωρ καθαίρει καὶ κοιλίην ἐκκοπροῖ.] Minus recte antea copulam omittens cum Littréo verba κοιλίην ἐκκοπροῖ ad caput sequentis formulae retuli. Sunt omnino huius loci: non apte ponuntur nisi ad calcem formulae, ita ut καί servandum sit.

70. ὀποῦ τοῦ τιθυμάλλου κ. τ. λ.] Cf. Diosc. IV. 162. Rufum Ephes. p. 18. Gal. de Rem. Simpl. VIII. 19. 7.

71. μηκωνίου.] Ad plantae nomen confero Theophr. IX. 8. 2., qui de plantarum succis colligendis: τῶν δὲ πλείστων, inquit. δι' ἐντομῆς· ὧν τινας μὲν εὐθὺς εἰς ἀγγεῖα συνάγουσιν, ὥσπερ καὶ τὸν τοῦ τιθυμάλλου ἢ μηκωνίου· καλοῦσι γὰρ ἀμφοτέρως. Schneid. in adn. p. 743.: „Bodaeus comparavit Gal. glossarium, ubi est μηκώνιον τὸν πέπλον καλούμενον, ὃ καὶ μηκωνίτην ὀνομάζει. Diosc. IV. 168. (165. Ed. Spreng.) peplum ait vocari etiam μήκωνα ἀφρώδη. Idem Tithymalum παράλιον narrat τιθυμαλίδα et μήκωνα appellari ab aliis. Rufi fragm. p. 26. Matthaei: „πέπλος οἱ δὲ συκῆν, οἱ δὲ μήκωνα ἀφροδίσιαν καλοῦσι." — Apud Celsum V. 7. legis: „Exedunt corpus... lac caprifici vel lactucae marinae, quae τιθύμαλλος a Graecis nominatur." Spectat igitur τιθύμαλλον τὸν παράλιον. Plin. XX. 80.: Tertium, inquit, genus est tithymalon, mecona vocant, alii paralion." Itaque longe vero simillimum esse dixerim loco nostro spectari semen Euphorbiae paraliae.

λεκίσκιον Ἀττικὸν στρογγύλον.] Quantitas maior visa, quam pro medicaminis viribus, olim offendit interpretes Grimmium, Sprengelium, alios: e nostra lectione infusio tantum huius quantitatis sumitur, ita ut non amplius miremur mensuram acetabuli Attici parvi. Similis est parandi ratio illi, quam § 63. habemus.

ἄλευρον φυρῶν, μέλι ἑφθὸν παραχέων, ἰτρίον ὀπτῶν.] Verba ἰτρίον ὀπτῶν ante μέλι ἑφθὸν παραχέων vulgo scripta leguntur: rerum ipsarum natura docet haec esse transponenda. Maxime vero me advertit locus Dioscoridis IV. 165., ubi de peplo: ἄγει δὲ φλέγμα καὶ χολὴν ὀξυβάφου πλῆθος μετὰ ὑδρομέλιτος κοτύλης καὶ ἐν προσοψήμασι δὲ μιγνύμενος ταράσσει τὴν κοιλίαν. Dixeris fere Dioscoridem, priore illo medicamine μετὰ ὑδρομέλιτος e Peplo parato, subindicare formulam, quam supra § 63. habemus: hanc enim ipsam nisi indicare voluit, notavit profecto hoc remedium adhibendi methodum alteri illi valde similem. Postremis, καὶ ἐν προσοψήμασι δὲ μιγνύμενος, nostram hanc formulam significare videtur.

τοῖσι ὑδρωπικοῖσι τρώγειν δίδου.] Nuperrimus editor: τοῖσιν ἑδρικοῖσιν ὑδερικοῖσί τε τρώγειν δίδου, quod ita interpretatur: „faites manger cette préparation à ceux, qui ont besoin d'évacuations alvines et aux hydropiques." — Nempe in Galeni comm. legis: εἶθ' ἑξῆς ὑδραγωγὸν φάρμακον, εἶτ' ἐκκοπρωτικὸν, εἶθ' ἑδρικοῖς ὑδερικοῖς τε δίδωσι διὰ μηκωνείου καὶ ἰτρίων. Sponte patet unicuique, ἑδρικοῖς vitiose scriptae repetitioni sequentis ὑδερικοῖς originem debere et una litura sanandum esse. Scripsisse credo Galenum: εἶθ' ὑδερικοῖς γε δίδωσι τὸ διὰ μηκωνίου καὶ ἰτρίων. Mihi quidem exempla non sunt cognita vocabuli ἑδρικοῖς de homine, eoque, quo editor Parisiensis voluit, sensu usurpati.

ἢ μελίκρητον ὑδαρὲς, [τὸ ἀπὸ τῶν κηρίων]. Μηκώνιον ξυλλέγων ταμιεύου καὶ θεράπευε.] Hoc loco probe tenenda est lectionis varietas. Vulgo in Edd. olim ferebatur: τὸ δὲ ἀπὸ τῶν κοπρίων μηκώνιον ξυλλέγων ταμιεύου καὶ θεράπευε, unde Heringa de coniectura effecerat: τὸ δὲ ἀπὸ τῶν κοπριῶν (a recto κοπρία) μηκώνιον κ. τ. λ. sensu profecto non inepto, ita ut probabilis coniectura videatur. Seqq. tamen ostendunt, verba μηκώνιον ξ. τ. καὶ θ. per se esse sumenda, non superioribus adiungenda. Cod. Regius ille vetustiss. habet: ἢ μελίκρητον ὑδαρὲς τὸ ἀπὸ τῶν κηρίων· ἢ μηκώνιον κ. τ. λ., quam lect. ita secutus est Littréus, ut pro κηρίων e vulgata scripserit κοπρίων, Galeni glossarum exegeseos auctoritate, ubi: κοπρίων) μελικηρῶν. Οἱ δὲ πλεῖστοι γράφουσι κηρίων· δηλοῖ δὲ τῶν ἀποπιεσμάτων τοῦ κηροῦ. Mihi quidem, nisi aliunde Galeni explicatio nominis κοπρίων confirmetur, quod nondum factum novi, illi nae fides non adhibenda videtur. Non semel in aliis similibus fallitur Galenus, et repertis iam variis nostri loci lectionibus patet, nî fallor, Galenum parum firma auctoritate suam interpretatio-

τον ὑδαρὲς, [τὸ ἀπὸ τῶν κηρίων]. Μηκώνιον ξυλλέγων ταμιεύου καὶ θεράπευε.

tam [e favis paratam]. Peplum collige et reconde et cura.

nem munire. — Ante omnia dicamus, re vera mulsam e favis paratam fuisse antiquitus: lib. II. de Morbis p. 275. καὶ πίνειν διδόναι κηρίον ἐν ὕδατι ἀποβρέχων ὡς ψυχρότατον. et lib. III. p. 320. τοῦτο μὲν κηρίων ξηρῶν ὅσον δύο κοτύλας βρέχων ὕδατι καὶ ἀνατρίβων γευέσθω, ἕως ἂν ὑπόγλυκυ γένηται, εἶτα διηθήσας, σέλινα ἐμβαλὼν δίδου πίνειν. Iam vero certum iudico ΚΟΠΡΙΩΝ similitudine litterarum e ΚΗΡΙΩΝ ortum esse; π et η saepius confundi e nominibus propriis Ἡρόδικος et Πρόδικος constat; ō vero facile invehi potuit ab eo, qui litteram in κηρίων omissam crederet, vel in ductu aliquo litterae κ latere. Postea particula δέ perperam invecta, in vulg. lect., quemadmodum ἤ in lect. cod. vetust. — Procul dubio τὸ ἀπὸ τῶν κηρίων interpretatio est nominis ὑδαρές. — Ad postrema μηκώνιον — θεράπευε cf. Diosc. lib. IV. 165. συνάγεται ἐν πυραμητῷ, ξηραινομένη ἐν σκιᾷ καὶ συνεχῶς στρεφομένη· ἀποτίθεται δὲ ὁ καρπὸς κοπεὶς καὶ ἀποβρασθείς.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΚΕΦΑΛΗΙ ΤΡΩΜΑΤΩΝ.

ΜΕΓΑ ΤΙ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑ ΕΣΤΙ ΒΙΒΛΙΟΥ ΓΝΗΣΙΩΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΕΙΟΥ

DE CAPITIS VULNERIBUS.

INSIGNE FRAGMENTUM EST LIBRI VERE HIPPOCRATEI

©BIUM

©BIUM

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΚΕΦΑΛΗΙ ΤΡΩΜΑΤΩΝ.

ΜΕΓΑ ΤΙ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑ ΕΣΤΙ ΒΙΒΛΙΟΥ ΓΝΗΣΙΩΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΕΙΟΥ

DE CAPITIS VULNERIBUS.

INSIGNE FRAGMENTUM EST LIBRI VERE HIPPOCRATEI.

©BIUM

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΚΕΦΑΛΗΙ ΤΡΩΜΑΤΩΝ.

ΜΕΤΑ ΤΙ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑ ΕΣΤΙ ΒΙΒΛΙΟΥ ΤΡΙΤΣΙΟΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΕΙΟΥ

DE CAPITIS VULNERIBUS.

INSIGNE FRAGMENTUM EST LIBRI VERE HIPPOCRATEI

©BIUM

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΚΕΦΑΛΗΙ ΤΡΩΜΑΤΩΝ.

α'. Τῶν ἀνθρώπων αἱ κεφαλαὶ οὐδὲν ὁμοίως σφίσι αὐταῖς, οὐδὲ αἱ ῥαφαὶ τῆς κεφαλῆς πάντων κατὰ ταὐτὰ πεφύκασι. Ἀλλ' ὅστις μὲν ἔχει ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς προβολὴν, τούτου εἰσὶ αἱ ῥαφαὶ πεφυκυῖαι ἐν τῇ κεφαλῇ, ὡς γράμμα τὸ ταῦ Τ γράφεται· τὴν μὲν γὰρ βραχυτέρην γραμμὴν ἔχει πρὸ τῆς προβολῆς ἐπικαρσίην πεφυκυῖαν· τὴν δ' ἑτέρην γραμμὴν ἔχει διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς κατὰ μῆκος πεφυκυῖαν ἐς τὸν τράχηλον αἰεί. Ὅστις δ' ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς τὴν προβολὴν ἔχει, αἱ ῥαφαὶ τούτῳ πεφύκασι τἀναντία ἢ τῷ προτέρῳ· ἡ μὲν γὰρ βραχυτέρη γραμμὴ πρὸ τῆς προβολῆς πέφυκε ἐπικαρσίη· ἡ δὲ μακροτέρη διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς πέφυκε κατὰ μῆκος ἐς τὸ μέτωπον αἰεί. Ὅστις δὲ ἀμφοτέρωθεν τῆς κεφαλῆς

DE CAPITIS VULNERIBUS.

1. Hominum capita neque inter se similiter habent, neque suturae capitis in omnibus eodem loco sitae sunt. Verum cuicumque parte anteriore caput prominet, huic suturae in capite ad literae T similitudinem a natura sunt accommodatae. Breviorem namque lineam transversam ad ossis prominentiam a natura productam habet, alteram vero per medium caput in longitudinem ad cervicem perpetuo tendentem. At cui posterior capitis pars prominet, huic suturae contra quam in priore naturaliter se habent. Brevior namque linea transversa ad ossis prominentiam naturaliter producitur, longior vero per medium caput in longitudinem ad frontem perpetuo tendens a natura constituta est. Cui autem utraque capitis parte, tum anteriore, tum posteriore, os prominet, huic suturae ad literae

1. Τῶν ἀνθρώπων.] His quidem verbis liber hicce incipit in libris mss. et editis Graecis omnibus; in Calvi vero et Cornarii interpretationibus Latinis nostris his praemittuntur nonnulla, quae, ne quis apud alios quaerere cogatur, ex utriusque editione describo. Apud Calvum legis: „Capitis quidem vulnera nulla contemnito: nam saepe cutis sola contusa, scissa, recisave ferro, vel alia re, nisi diligenter quadamque reverentia tractetur, cureturque sanguinis coactione non expurgata, vel alia quavis re neglecta, vulnere recrudescente molestiam non parvam et quandoque febrem adducit, magnumque negotium medico facessit: languenti vero mortis periculum portat, sed multo magis calvaria perfracta, perscissa, praecisave, cerebrique tuniculae; quae singula nisi medicus caute, perite, diligenterque tractet et curet, languentibus mortem saepius accelerat, de quibus omnibus et alibi diximus et hic cumulatius retractamus. Primo quidem capite modo aliquo percusso, quid percusserit petito, et si detur, perspicito, quid cum percussus fuit, laesus fecerit, percunctator et rimator, quoniam, cett." — Apud Cornarium vero reperis: „Nullum capitis vulnus leviter contemni debet. Saepe enim cutis sola contusa ferro, aut alia aliqua re, si non diligenter et cum quadam cautione curetur: veluti si sanguis concretus non expurgetur, aut aliud quiddam negligatur, ulcus incrudescens non parum molestiae exhibet et aliquando etiam febrem inducit: et medico quidem negotia, aegroto vero periculum non minus affert. Verum hoc multo magis contingit, si calvaria et cerebri membranae rumpuntur. Quare si non singula haec diligenter medicus curaverit, saepe mortis causa existit. Et de his quidem omnibus etiam alibi diximus, sed et nunc dicendum est. Primum igitur capite vulnerato interrogare oportet per quid vulneratum sit: deinde quid homo fecerit, quum vulneratus fuit. Postea qua parte vulnus inflictum sit. Nam — cett." Haec quidem unde devenerint nescimus, certum est in eo libri habitu, qualem hodie possidemus, principio sane parum apte ista legi; num prorsus spuria sint, num ex alio libro, an e mutilatione huius libelli nata, non discerno.

Ἀλλ' ὅστις μὲν ἔχει ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς προβολὴν, τούτου κ. τ. λ.] Vulgo inter προβολὴν et τούτου haec verba interponuntur: ἡ δὲ προβολή ἐστι τὸ τοῦ ὀστέου ἐξέχον στρογγύλον παρὰ τὸ ἄλλο. Verba autem ista in cod. Med. uncinis intercepta sunt; itaque Littréus: „Ce membre, inquit, de phrase est en effet une parenthèse." Imo vero est glossema nomen προβολὴν illustrans. Hesychius προβολή exponit ἐξοχή. Galenus vero de ossibus p. 740. II. Ed. Kühn. omnino ἐξοχὴν appellat, quam Hippocrates προβολὴν: Τῆς μὲν ὄπισθεν, inquit, ἀπολλυμένης ἐξοχῆς καὶ ἡ λαμβδοειδὴς ῥαφὴ συναπόλλυται. Et mox: ἀμφοτέρων δ' ἀπολλυμένων τῶν ἐξοχῶν, αἱ σωζόμεναι δύο ῥαφαὶ πρὸς ὀρθὰς γωνίας ἀλλήλας τέμνουσι εἰς ὁμοιότητα τῷ Χ γράμματι. Similiter lib. IX., de usu partium p. 752. seqq. Kühnii vol. III.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 509 sur 880

©BIUM

προβολὴν ἔχει, ἔκ τε τοῦ ἔμπροσθεν καὶ ἐκ τοῦ ὄπισθεν, τούτῳ αἱ ῥαφαί εἰσι ὁμοίως πεφυκυῖαι ὡς γράμμα τὸ ἦτα Η γράφεται· πεφύκασι δὲ τῶν γραμμέων αἱ μὲν μακραὶ πρὸ τῆς προβολῆς ἑκατέρης ἐπικάρσιαι πεφυκυῖαι, ἡ δὲ βραχεῖα διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς κατὰ μῆκος πρὸς ἑκατέρην τελευτῶσα τὴν μακρὴν γραμμήν. Ὅστις δὲ μηδετέρωθι μηδεμίαν προβολὴν ἔχει, οὗτος ἔχει τὰς ῥαφὰς τῆς κεφαλῆς, ὡς γράμμα τὸ χῖ Χ γράφεται· πεφύκασι δὲ αἱ γραμμαὶ, ἡ μὲν ἑτέρη ἐπικαρσίη πρὸς τὸν κρόταφον ἀφήκουσα· ἡ δὲ ἑτέρη κατὰ μῆκος διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς.

β′. Δίπλοον δ' ἐστὶ τὸ ὀστέον κατὰ μέσην τὴν κεφαλήν. σκληρότατον δὲ καὶ πυκνότατον αὐτοῦ πέφυκε τό τε ἀνώτατον, καὶ τὸ κατώτατον τὸ πρὸς τῇ μήνιγγι, ἀποχωρέον δὲ ἀπὸ τοῦ ἀνωτάτου καὶ τοῦ κατωτάτου, ἀπὸ τῶν σκληροτάτων καὶ πυκνοτάτων ἐπὶ τὸ μαλθακώτερον καὶ ἧσσον πυκνὸν καὶ ἐπὶ κοιλότερον ἐς τὴν διπλόην ἀεί· ἡ δὲ διπλόη τὸ κοιλότατον καὶ μαλθακώτατον καὶ μάλιστα σηραγγώδες ἐστι. Ἔστι δὲ καὶ πᾶν τὸ ὀστέον τῆς κεφαλῆς, πλὴν κάρτα ὀλίγου τοῦ τε ἀνωτάτου καὶ τοῦ κατωτάτου σπόγγῳ ὁμοῖον· καὶ ἔχει τὸ ὀστέον ἐν ἑωυτῷ

τελευτῶσα.] Ita scripsit Littr. e pluribus libris, idemque requirebant Foës. in adn. et Aem. Portus. Quod nempe reliqui libri habent, τελευτῶσαι, e frequenti vocalis α et diphthongi αι in fine praesertim vocabulorum confusione originem traxisse videtur. Vid. Bast. comm. palaeogr. p. 704. seq.

ἀφήκουσα.] Codd. tres Littréi, ἀφήκευσα, vulgo ἀφίκουσα. Ad res ipsas quod attinet hoc capite traditas, conf. Vertunniani et Foësii notas. Videtur enim omnino haec partim ex vulgi opinione, non ex observatione propria tradere Hippocrates. Quod mirum nostri temporis hominibus videri possit: at teneant qaaeso absurda omnino, quae eadem de re habet Arist. Hist. an. I. 7.: Ἔχει δὲ ῥαφὰς τὸ μὲν γυναικῶν (κρανίον) μίαν κύκλῳ, τὸ δ' ἀνδρῶν τρεῖς εἰς ἓν συναπτούσας ὡς ἐπιτοπολύ. Ex hisce abunde constat suturarum capitis cognitionem apud antiquiores Graecos parum fuisse firmam aut in observatione fundatam.

2. τό τε ἀνώτατον.] τε cum Littréo recepi e cod. Med. et libris duobus Paris. Ceterum in libris pone haec verba et mox pone τὸ πρὸς τῇ μήνιγγι adiiciuntur quaedam, ita ut legatur: τό τε ἀνώτατον ᾗ ἡ ὁμοχροίη (ὁμόχροια codd. tres Littréi) τοῦ ὀστέου, ἡ ὑπὸ τῇ σαρκὶ, καὶ τὸ κατώτατον τὸ πρὸς τῇ μήνιγγι. ᾗ ἡ ὁμοχροίη (ὁμόχροια melius iidem libri) τοῦ ὀστέου ἡ κάτω. Ex his verbis ᾗ utroque loco olim exsulabat, sed e libris additum est a Littréo. — Η similitudinem a natura sunt accommodatae. Lineae vero longiores ad utramque prominentiam transversae a natura productae sunt, brevis autem per mediam capitis longitudinem in longam utramque lineam desinit. At cui neutra parte caput prominet, hic suturas literae X similes habet. Lineae vero ita a natura productae sunt, ut altera quidem transversa ad tempora perveniat, altera per medium caput in longitudinem feratur.

2. Duplex autem est os ad caput medium: maxime autem dura et densa pars eius est suprema et infima, quae membranae contigua est. A suprema vero parte et infima, a durissimis et densissimis continuo pergit ad molliores partes et minus densas et magis cavas ad diploën usque. Est autem diploë ossis pars maxime cava et mollissima et maxime cavernosa. Ac totum capitis os, si supremam atque infimam partem admodum exiguam demas, spongiae simile est, multasque veluti caruncules humidas continet, quas si quis digitis conterat, sanguis ex illis prodibit. Insunt quoque in osse venulae tenues et cavae,

Scaliger, in cuius textu igitur ᾗ deërat, glossas esse credidit utrumque additamentum; Littréus propter additum ᾗ membrum utrumque servandum esse putavit. Mihi secus videtur: etiamsi addas particulam, haec verba glossae manent: τὸ ἀνώτατον non amplius definivit Hipp., quum sponte quem locum significaret omnes intelligerent: τὸ κατώτατον ipse accurate definit addens τὸ πρὸς τῇ μήνιγγι; reliqua omnia non nisi scioli adnotationes sunt margini olim adscriptae.

ἀποχωρέον — αἰεί.] Illud ἀποχωρέον omnino nominativum facit absolutum h. l., qualem saepius apud nostrum legimus. Tum pone ἀπὸ τοῦ ἀνωτάτου in libris legitur ὀστέου, quod nomen delevi, quum inepte inferri videretur in periodi decursu, in qua τὸ ὀστέον iam statim ponitur et subiecti vice fungitur, quod vel in participio ἀποχωρέον subintelligitur.

καὶ ἐπὶ κοιλότερον.] Vulgo ἐπὶ κοινότερον. Codd. duo Littréi ἐπικοιλότερον una voce, quod recepit vir eruditus. Malim exhibere, quod iam Foësius desideravit, ἐπὶ κοιλότερον.

ἡ δὲ διπλόη τὸ κοιλότατον — ἐστι.] De meo h. l. articulum τό adscripsi, qui perinde requiri mihi videtur ac supra in τὸ ἀνώτατον et τὸ κατώτατον, certe si in fine ἐστι serves, quod codd. tres omittunt, mihi vero retinendum videtur.

©BIUM

ὀκοῖα σαρκία πολλὰ καὶ ὑγρὰ, καὶ εἴ τις αὐτὰ διατρίβοι τοῖσι δακτύλοισι, αἷμα ἂν διαγίγνοιτο ἐξ αὐτῶν. Ἔνι δ' ἐν τῷ ὀστέῳ καὶ φλέβια λεπτότερα καὶ κοιλότερα, αἵματος πλέα. Σκληρότητος μὲν οὖν καὶ μαλθακότητος καὶ κοιλότητος ὧδε ἔχει, παχύτητος δὲ καὶ λεπτότητος οὕτως.

γ'. Ξυμπάσης τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον λεπτότατόν ἐστι καὶ ἀσθενέστατον τὸ κατὰ τὸ βρέγμα καὶ σάρκα ὀλιγίστην καὶ λεπτοτάτην ἔχει ἐπὶ ἑωυτῷ ταύτῃ τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον, καὶ ὁ ἐγκέφαλος κατὰ τοῦτο τῆς κεφαλῆς πλεῖστος ὕπεστι. Καὶ διότι οὕτω ταῦτα ἔχει τῶν τε τρωσίων καὶ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων κατὰ μέγεθος καὶ ἐλασσόνων καὶ ὁμοίως τε τρωθεὶς καὶ ἧσσον, τὸ ὀστέον ταύτῃ τῆς κεφαλῆς φλᾶταί τε μᾶλλον καὶ ῥήγνυται καὶ ἔσω ἐσφλᾶται καὶ θανασιμώτερά ἐστι καὶ χαλεπώτερα ἰητρεύεσθαί τε καὶ ἐκφυγγάνειν τὸν θάνατον ταύτῃ, ἢπου ἄλλοθι τῆς κεφαλῆς· ἐξ ἴσων τε ἐόντων τῶν τρωμάτων καὶ ἧσσόνων καὶ ὁμοίως τε τρωθεὶς καὶ ἧσσον, ἀποθνήσκει ὁ ἄνθρωπος, ὁκόταν καὶ ἄλλως μέλλῃ ἀποθανεῖσθαι ἐκ τοῦ τρώματος, ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ ὁ ταύτῃ ἔχων τὸ τρῶμα τῆς κεφαλῆς, ἤ που ἄλλοθι. Ὁ γὰρ ἐγκέφαλος τάχιστά τε καὶ μάλιστα κατὰ τὸ βρέγμα αἰσθάνεται τῶν κακῶν τῶν γιγνομένων ἔν τε τῇ σαρκὶ καὶ τῷ ὀστέῳ· ὑπὸ

sanguinis plenae. Quod igitur ad duritiem quidem et mollitudinem et cavitatem spectat, sic se res habet, quod vero ad crassitudinem et tenuitatem, hoc modo.

3. Totius capitis os id tenuissimum et maxime imbecillum, quod ad sinciput est, idque quam minimam et tenuissimam carnem hac capitis parte in se habet, cerebrumque plurimum eo loco subest. Cumque haec ita se habeant, ubi vulnera ictusque aequales fuerint magnitudine, vel minores, tum etiam aequaliter vulneratus aut levius, os hac capitis parte magis colliditur et frangitur, et medium desidit, sub eoque casu magis moriuntur aegri, aegriusque curantur et mortem evitant, quam si qualibet alia capitis parte istud accidat. Atque ubi aequalia fuerint vulnera, aut minora, aut aeque vehementer, aut levius quis percussus fuerit, cum alioqui vulnus lethale sit, intra brevius tempus ex vulnere moritur qui hac capitis parte, quam qui alia vulneratus est. Cerebrum namque ad sinciput celerrime et maxime sentit offensas, quae in carne et osse fiunt, cum hoc loco tenuissimo osse et exigua carne tegatur, magnaque ex parte sub sincipite situm sit. Ex reliquis ossibus quod est ad tempora maxime est imbecillum. Commit-

ὀκοῖα σαρκία.] ὀκοῖα e Martini emendatione cum Littréo adscivi: libri ὅμοια.

αἷμα ἂν διαγίγνοιτο.] Advertit haec verba διαγίγνεσθαι significatio, qua pro διέρχεσθαι ponitur: nam recte h. l. etiam quis scripserit αἷμα ἂν διέλθοι ἐξ αὐτῶν.

Σκληρότητος μὲν οὖν καὶ μαλθακότητος καὶ κοιλότητος ὧδε ἔχει, παχύτητος δὲ καὶ λεπτότητος οὕτως.] Vulgata lectio omnia ista nomina dandi casu effert. Codd. quatuor priora tria genitivo ponunt. Ceterum libri tres et Ald. οὕτως omittunt, unde Littréus: Σκληρότητος μὲν οὖν καὶ μαλθακότητος καὶ κοιλότητος ὧδε ἔχει. Παχύτητι δὲ καὶ λεπτότητι, ξυμπάσης τῆς κεφ. κ. τ. λ. Quae ratio mihi prorsus inepta videtur. Malui, servata ceterum prisca lectione, omnia genitivo describere: cf. Matth. § 337. p. 643. — Οὕτως utique servandum est. — Tandem notandum initio libros μὲν νῦν habere: μὲν οὖν iam Aem. Portus emendavit et nuper Littréus.

3. τὸ κατὰ τὸ βρέγμα.] De meo τό ante βρέγμα adscripsi, aegre ferens abesse articulum: nempe non video cur h. l. κατὰ βρέγμα servandum sit, quum paulo post in hoc ipso capite κατὰ τὸ βρέγμα legamus.

ἔχει ἐπὶ ἑωυτῷ.] Vulgo ἐφ' ἑωυτέῳ. Ionismum praebent libri duo Parisienses.

καὶ διότι οὕτω ταῦτα ἔχει.] Littréus e cod. Med. et duobus Parisiensibus pro καὶ διότι dedit καὶ δὴ ὅτι, idque collatis verbis e seq. capitulo καὶ δὴ τουτέων ἐχόντων κ. τ. λ. Equidem non video cur hac de causa certe loco nostro διότι in δὴ ὅτι mutem. Vulgatam lect. retinui, mihique haec verior videtur altera.

ἐξ ἴσων τε ἐόντων τῶν τρωμάτων καὶ ἧσσόνων καὶ ὁμοίως τε τρωθεὶς καὶ ἧσσον.] Primo in hisce notandum καὶ ἧσσόνων in libris deficere, verissime vero additum esse a Littréo, quod vel sequens καὶ ἧσσον docet et collatio praeterea consimilium in hoc libro locorum. Pro ἐξ ἴσων cett. una voce ἐξίσων, quod dubiae fidei Schneidero in Lex. Frequens verbum ἐξισόω et nomen ἔπισος, sed ἴξισος me legere non memini. Verum eius origo h. l. aperta; nam scripsit Hipp. ἐξ ἴσων — τῶν τρωμάτων — ἀποθνήσκει ὁ ἄνθρωπος, sicuti mox: ὁκόταν καὶ ἄλλως μέλλῃ ἀποθανεῖσθαι ἐκ τοῦ τρώματος. Participium ἐόντων in causa fuit, quare ἐξίσων una voce librarii scriberent.

ὁκόταν καὶ ἄλλως.] Tum h. l. tum saepius in hoc libro ὁκόταν pro ὅταν codd. reposui.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 511 sur 880

©BIUM

λεπτοτάτῳ γὰρ ὀστέῳ ἐστὶ ταύτῃ ὁ ἐγκέφαλος καὶ ὀλιγίστῃ σαρκὶ, καὶ ὁ πλεῖστος ἐγκέφαλος ὑπὸ τῷ βρέγματι κεῖται. Τῶν δὲ ἄλλων τὸ κατὰ τοὺς κροτάφους ἀσθενέστατόν ἐστι· ξυμβολή τε γὰρ τῆς κάτω γνάθου πρὸς τὸ κρανίον, καὶ κίνησις ἔνεστι ἐν τῷ κροτάφῳ ἄνω καὶ κάτω, ὥσπερ ἄρθρου· καὶ ἡ ἀκοὴ πλησίον γίγνεται αὐτοῦ, καὶ φλὲψ διὰ τοῦ κροτάφου τέταται κοίλη τε καὶ ἰσχυρή.

titur enim inferna maxilla cum calvaria, moveturque in temporibus sursum et deorsum articuli in modum, auditusque etiam huic est vicinus, venaque cava et valida per tempora fertur.

δ'. Ἰσχυρότερον δ' ἐστὶ τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον τὸ ὄπισθεν τῆς κορυφῆς καὶ τῶν οὐάτων ἢ ἅπαν τὸ πρόσθεν καὶ σάρκα πλέονα καὶ βαθυτέρην ἐπὶ ἑωυτῷ ἔχει τοῦτο τὸ ὀστέον. Καὶ δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων ὑπό τε τῶν τρωσίων καὶ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων καὶ ὁμοίων καὶ μειζόνων καὶ ὁμοίως τιτρωσκόμενος καὶ μᾶλλον, ταύτῃ τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον ἧσσον ῥήγνυται καὶ φλᾶται ἔσω. κἢν μέλλῃ ὠνθρωπος ἀποθνήσκειν καὶ ἄλλως ἐκ τοῦ τρώματος, ἐν τῷ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ἔχων τὸ τρῶμα ἐν πλέονι χρόνῳ ἀποθανεῖται· ἐν πλέονι γὰρ χρόνῳ τὸ ὀστέον ἐκπυΐσκεταί τε καὶ διαπυΐσκεται κάτω ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον διὰ τὴν παχύτητα τοῦ ὀστέου· καὶ ἐλάσσων ταύτῃ τῆς κεφαλῆς ὁ ἐγκέφαλος ὕπεστι καὶ πλέονες ἐκφυγγάνουσι τὸν θάνατον τῶν ὄπισθεν τιτρωσκομένων τῆς κεφαλῆς ὡς ἐπιτοπολὺ,

4. Est autem validius capitis os, quod pone verticem et aures est, quam totum os anterius, carnemque illud copiosiorem et altiorem in se habet. Quae quum ita sint, a vulneribus et telis aequalibus et similibus, et maioribus similiterque et gravius vulnerati os eo capitis loco minus frangitur et colliditur. Ac si alioqui ex vulnere homo periturus sit, diutius vitam trahet qui posteriore capitis parte vulnus accepit. Longiore namque intervallo os ob crassitudinem in pus convertitur, ipsumque infra ad cerebrum transfundit. Minor quoque cerebri portio hac parte capitis subest: fereque plures servantur ex iis, qui parte capitis posteriore, quam qui anteriore vulnus acceperunt. Ex vulnere etiam capitis quacumque parte acceptum sit, ubi alioqui ex vulnere quis fuerit periturus, hyeme quam aestate diutius vivit.

λεπτοτάτῳ ὀστέῳ ... ὀλιγίστῃ σαρκί.] Vulgo λεπτῷ τε et ὀλίγῃ. Superlativos e libris Med. et duobus Parisiensibus cum Littréo exhibeo.

ἔνεστι.] Hoc cum nuperrimo editore ex iisdem codd. exhibeo. Vulgo ἐστίν.

4. Ἰσχυρότερον — πρόσθεν.] Vulgo ἰσχυρότερον δ' ἐστὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ὀστέου παντὸς τὸ ὀστέον τῆς κορυφῆς καὶ τῶν οὐάτων ἢ πᾶν τὸ πρόσθεν, in quibus pro τοῦ ὀστέου παντὸς τὸ ὀστέον cod. Med. et Parr. duo τὸ ὀστέον ἅπαν τὸ ὄπισθεν, iidemque ἢ ἅπαν pro ἢ πᾶν. Utrumque recepit Littréus, quod et ego feci, id unum si excipias, quod ἅπαν ante τὸ ὄπισθεν delevi. Nimirum cranii pars pone verticem et aures opponitur toti reliquo ossi anteriori: itaque ἢ ἅπαν τὸ πρόσθεν de longe maiore cranii parte optime habet, sed in ἅπαν τὸ ὄπισθεν, de longe minore parte posteriore, ἅπαν abundat et librariorum errore invectum est. Ceterum altera probabilis lectio huius periodi latet in vulgata, si cum trium istorum librorum scriptura eam componas, ad hunc modum: Ἰσχυρότερον δ' ἐστὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ὀστέου παντὸς τὸ ὄπισθεν τῆς κορυφῆς καὶ τῶν οὐάτων καὶ σάρκα πλέονα καὶ βαθυτέρην ἐπὶ ἑωυτῷ ἔχει τοῦτο τὸ ὀστέον. Forte etiam in hac τοῦ ὀστέου ἄλλου παντός requiras; sed hoc utut est, eiusmodi quid non praefero prae iam in textu descriptis.

ὑπὸ τε τῶν τρωσίων καὶ τῶν βελέων.] Littréus de suo ὑπὸ τῶν τε τρωσίων, κ. τ. λ. „Le deplacement, inquit, que j'ai effectué entre ces deux mots, quoique ne s'appuyant sur aucun manuscrit, se justifie par le parallélisme de la phrase, p. 188. I. dern." — Innuit verba καὶ δίοτι οὕτω ταῦτα ἔχει, τῶν τε τρωσίων καὶ τῶν βελέων κ. τ. λ., quae cum nostris hoc nomine comparari plane nequeunt: nam ibi ἔχει τε τῶν τρωσίων nemo Graece sciens scripserit, contra loco nostro rectissime ὑπό τε τῶν τρωσίων dicitur, sicuti § seq. ἔν τε τῷ ἔμπροσθεν τῆς κεφ. καὶ ἐν τῷ ὄπισθεν, ubi nihil tentat Littréus.

ἴσων τε ἐόντων καὶ ὁμοίων καὶ μειζόνων καὶ ὁμοίως τιτρωσκόμενος καὶ μᾶλλον.] Vulgo: ἴσων ἁπάντων καὶ ὁμοίων καὶ μειζόνων καὶ μειόνων ὁμοίως τιτρωσκόμενος καὶ μᾶλλον. In his omnino recte ἐόντων pro ἁπάντων de suo dedit Littréus, vereque idem μειόνων delendum censuit et eiecit.

ἐν τῷ ὄπισθεν τῆς κ. ἔχων τὸ τρ.] Pro ἐν τῷ libri tres ὁ ἐκ τοῦ, articulus h. l. ferri nequit praecedente ὥνθρωπος, neque ἐκ τοῦ prae ἐν τῷ praestat.

ἐκπυΐσκεται.] Ita de meo dedi pro codd. lectione ἐμπυΐσκεται: saepius hae praepp. in compositis confunduntur.

©BIUM

ἢ τῶν ἔμπροσθεν. Καὶ ἐν χειμῶνι πλέονα χρόνον ζῇ ἄνθρωπος ἢ ἐν θέρεϊ, ὅστις καὶ ἄλλως μέλλει ἀποθανεῖσθαι ἐκ τοῦ τρώματος, ὁκουοῦν τῆς κεφαλῆς ἔχων τὸ τρῶμα.

ε'. Αἱ δὲ ἕδραι τῶν βελέων τῶν ὀξέων καὶ κουφοτέρων, αὐταὶ ἐπὶ σφῶν αὐτέων γενόμεναι ἐν τῷ ὀστέῳ, ἄνευ ῥωγμῆς τε καὶ φλάσιος, ἢ ἔσω ἐσφλάσιος, — αὗται δὲ γίγνονται ὁμοίως ἔν τε τῷ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς καὶ ἐν τῷ ὄπισθεν, — ἐκ τούτων ὁ θάνατος οὐ γίγνεται κατά γε δίκην, οὐδ' ἦν γένηται. Ῥαφὴ δὲ ἐν ἕλκεϊ φανεῖσα ὀστέου ψιλωθέντος, πανταχοῦ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἕλκεος γενομένου, ἀσθενέστατον γίγνεται τῇ τρώσι καὶ τῷ βέλεϊ ἀντέχειν, ἢν τύχῃ τὸ βέλος ἐς αὐτὴν τὴν ῥαφὴν στηριχθέν· πάντων δὲ μάλιστα, ἢν τὸ ἕλκος ἐν τῷ βρέγματι γενόμενον κατὰ τὸ ἀσθενέστατον τῆς κεφαλῆς, καὶ αἱ ῥαφαὶ εἰ τύχοιεν ἐοῦσαι περὶ τὸ ἕλκος καὶ τὸ βέλος αὐτέων τύχοι τῶν ῥαφῶν.

ς'. Τιτρώσκεται δὲ ὀστέον τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ τοσούσδε τρόπους· τῶν δὲ τρόπων ἑκάστου πλέονες ἰδέαι γίγνονται τοῦ κατή-

5. Ubi vero a telo acuto et levi impressum in osse vestigium fuerit, idque solum ita ut neque findatur, neque collidatur aut medium desidat, quod aeque in anteriore capitis parte atque in posteriore accidere potest, ex his mors etsi consequitur, non aequo tamen iure contingit. At ubi nudato osse sutura in vulnere conspicitur, quacumque capitis parte vulnus exstiterit, minime omnium vulneri ac telo resistit, si forte telum in ipsam suturam incubuerit, tumque vel maxime, si vulnus sincipite, iuxta debilissimam capitis partem, exceptum fuerit, suturaeque in vulnus incurrant, et telum ipsas suturas attigerit.

6. Vulnerum ossis capitis tot sunt genera: et sub quoque genere plures sunt in vulnere fracturae formae. Os sub vulnere finditur, ossique

ὅστις καὶ ἄλλως.] Haec omnino vera lectio, quam e libris Med. et Parr. duobus exhibuit Littréus; vulgatum εἴ τις καὶ ἄλλως longe deterius.

5. Αἱ δὲ ἕδραι.] Foësius in adn.: „ἕδρη, inquit, dicitur Hippocrati in capitis vulneribus, ubi ita impactum vulnus est, ut teli vestigium in osse remaneat et impressum sit." Recte, conf. Oecon. Hipp. — In alia re simili quodam sensu usurpat hanc vocem Galenus de usu partium IX. 1. vol. III. p. 689. Ed. Kühn.: καὶ ἔστιν ἡ μὲν ἐξοχὴ παραπλησία μάλιστα τὸ σχῆμα τοῖς ἐπὶ τῶν δακτύλων ὄνυξιν, ἡ δ' αὖ κοιλότης ἀκριβὴς ἐστιν ἕδρα τοῦ τοιούτου σχήματος κ. τ. λ.

ἢ ἔσω ἐσφλάσιος.] Edd. Ald. Bas. Merc. et libri quatuor καὶ ἔ. ἐ. — Foës., cett. ἢ habent.

ἐκ τούτων ὁ θάνατος οὐ γίγνεται κατά γε δίκην, οὐδ' ἦν γένηται.] Haec verba maxime spectare videtur Foës. cum in adn. scribit: „Hic vero locus mendo non carere videtur, ut etiam asteriscus in omnibus exemplaribus adscriptus vitii suspicionem iniicit, neque in eo vertendo conveniunt interpretes. Mihi hic sensus elici videtur, ut ubi in vulneribus capitis telum in osse insederit, quod neque fissum sit, neque collisum, neque intro desidat (quod tam in anteriore quam posteriore capitis parte contingit) ex his si mors consequatur, non aeque tamen accidere, quod tardius intereant qui posteriore capitis parte vulnus acceperint, celerius vero qui anteriore ob utriusque ossis naturam. Ita ut non iniuria ista ad superiora referantur. Ubi κατὰ δίκην aequo iure, aequaliter, eodem iure aut modo ac ex aequo significare videtur." A Foësio dissentio: locus enim integer est, asteriscus vero in veteribus Edd. adponitur ad vitiosum τὰ νεῦρα ἀγμῆς pro ἄνευ ῥωγμῆς. Quod ad nexum cum superioribus, hac de re in prolegomenis videbimus, quum de totius libri partium consecutione exponendum sit. Tandem illud κατὰ δίκην recte accepit Schneid. in Lex. „beij Hipp. heisst κατὰ δίκην s. v. a. εἰκότως, der Natur, oder Billigkeit gemäss." Itaque recte Littréus: „La mort n'en est pas le résultat naturel, même quand elle survient." Minus recte Grimmius Foësium, uti videtur, secutus: „so erfolgt der Tod, wenn er auch eintritt, nicht auf gleiche Weise," p. 471. II. ed. Lilienhain.

πανταχοῦ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἕλκεος γενομένου.] Advertit πανταχοῦ h. l. pro ὁκουοῦν positum.

ἢν τύχῃ τὸ βέλος.] Vulgo εἰ τύχῃ, sed codd. quatuor εἰ τύχοι. Malui ἢν pro εἰ reponere, quum mox iterum ἢν inferatur.

πάντων δὲ μάλιστα, ἢν τὸ ἕλκος ἐν τῷ βρέγματι γενόμενον κατὰ τὸ ἀσθενέστατον τῆς κεφαλῆς, καὶ αἱ ῥαφαὶ εἰ τύχοιεν ἐοῦσαι περὶ τὸ ἕλκος.] In his pro ἢν τὸ ἕλκος legitur in libris ἢν τὸ βέλος, quas voces Scaliger eumque secutus Littréus e textu eiecerunt. Et me quoque βέλος ἐν τῷ βρέγματι γενόμενον offendit: ἕλκος ἐν τῷ βρέγματι γίγνεται, sed βέλος ἐς τὸ βρέγμα στηρίζεται. Confusa sunt nomina βέλος et ἕλκος, quorum hoc si reponas, omnia bene procedunt.

6. τῶν δὲ τρόπων ἑκάστου πλέονες ἰδέαι γίγνονται τοῦ κατήγματος ἐν τῇ τρώσι.] Recte Foësius: „hic autem, inquit, κατήγματος nomen solutam in osse unitatem melius sonare videtur quam fracturam, tum quod os vitiari aut nigrescere possit, tum etiam quod collisum sit absque fractura,

©BIUM

γματος ἐν τῇ τρώσι. Ὀστέον ῥήγνυται τιτρωσκόμενον καὶ τῷ περιέχοντι ὀστέῳ τὴν ῥωγμὴν ἀνάγκη φλάσιν προσγίγνεσθαι, ᾗπερ ἂν ῥαγῇ· τῶν γὰρ βελέων ὅ τι περ ῥήγνυσι τὸ ὀστέον, τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ φλᾷ τὸ ὀστέον ἢ μᾶλλον, ἢ ἧσσον, αὐτό τε ἐν ᾧπερ καὶ ῥήγνυσι τὴν ῥωγμὴν καὶ τὰ περιέχοντα ὀστέα τὴν ῥωγμήν· εἷς οὗτος τρόπος. Ἰδέαι δὲ ῥωγμέων παντοῖαι γίγνονται· καὶ γὰρ λεπτότεραί τε καὶ λεπταὶ πάνυ, ὥστε οὐ καταφανέες γίγνονται ἔστι αἳ τῶν ῥωγμέων, οὔτε αὐτίκα μετὰ τὴν τρῶσιν, οὔτ' ἐν τῇσι ἡμέρῃσι, ἐν ᾗσι ἂν καὶ πολλὸν ὄφελος γένοιτο τούτου τῷ ἀνθρώπῳ· αἱ δ' αὖ παχύτεραί τε καὶ εὐρύτεραι ῥήγνυνται τῶν ῥωγμέων· ἔνιαι δὲ καὶ πάνυ εὐρέαι. Καὶ αἱ μὲν ἐπὶ μακρότερον ῥήγνυνται, αἱ δὲ ἐπὶ βραχύτερον· καὶ αἱ μὲν ἰθύτεραί τε καὶ πάνυ ἰθεῖαι, αἱ δὲ καμπυλώτεραί τε καὶ πάνυ καμπύλαι· καὶ αἱ μὲν βαθύτεραι ἐς τὸ κάτω καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου, αἱ δὲ ἧσσον βαθεῖαι καὶ οὐ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου.

rimam habenti qua parte fissum fuerit collisionem accedere necesse est; quodcumque enim telum os findit, idem os plus minusve collidit, ipsum nempe os, in quo rima inest, et ea ossa, quae circa rimam sita sunt. Hocque genus unum est. Rimarum autem variae sunt formae. Nam et tenuiores sunt et tenuissimae, ita ut neque quaedam conspicuae sint, neque protinus a vulnere, neque quibus diebus homini id magnopere prodesse posset. Rursus nonnullae rimae crassiores et latiores exsistunt, quaedam etiam latissimae. Et aliae quidem longius protenduntur, aliae brevius, quaedam etiam in rectum tendunt, quaedam rectissimae, nonnullae quoque magis et minus curvantur, quaedam altius penetrant et per totum os ad imum usque tendunt, aliae minus alte penetrant nec per totum os tendunt.

quae sub hoc genere, comprehenduntur." Apposite adfert Littréus locum ex initio § 11.: τούτων τῶν τρόπων τῆς κατήξιος ἐς πρίσιν ἀφήκει ἥ τε φλάσις ἡ ἀφανὴς ἰδεῖν, καὶ ἤν πως τύχῃ φανερὴ γενομένη καὶ ἡ ῥωγμή. κ. τ. λ.

ὀστέον ῥήγνυται τιτρωσκόμενον καὶ τῷ περιέχοντι ὀστέῳ ἂν τὴν ῥωγμὴν ἀνάγκη φλάσιν προσγίγνεσθαι, ᾗ περ ἂν ῥαγῇ.] De meo ἤν περ ῥαγῇ, quae librorum scriptura est, in ᾗ περ ἂν ῥαγῇ mutavi. Nempe quum ῥαγῇ subiectum sibi habeat ῥωγμή e superiore τὴν ῥωγμήν repetendum, absurde dicitur ἤν περ ῥαγῇ, quum iam bis affirmatum sit os re ipsa fractum esse: verum definiendus erat locus τῆς φλάσιος, ita ut ᾗ περ ἂν ῥαγῇ certo certius reponendum sit.

ὥστε οὐ καταφανέες γίγνονται ἔστι αἳ τῶν ῥωγμέων.] Vulgo ὀστέου: liber Med. et Parr. duo ὥστε οὐ, quod iam Martinus desideravit et Foës. Latine expressit. Olim legebatur ἔστι δ' αἴτιον ῥωγμέων: sed codd. tres ἔστι δ' αἳ τῶν ῥωγμέων, unde verissima emendatione ἔστιν αἳ τ. ῥ. effecit Littréus.

οὔτ' ἐν τῇσι ἡμέρῃσι, ἐν ᾗσι ἂν καὶ πολλὸν ὄφελος γένοιτο τούτου τῷ ἀνθρώπῳ.] Vulgata fert: οὔτ' ἐν τῇσι ἡμέρῃσι, ἐν ᾗσιν ἂν καὶ πόνων ἂν ὄφελος γένοιτο τοῦ θανάτου τῷ ἀνθρώπῳ. In his autem ὅσῃσι pro ᾗσι dant liber Med. et Parr. duo, iidemque ποιέον et in marg. ἴσως πύελον. Plures etiam codd. alterum ἄν omittunt. — Scaliger tentavit: ἐν ᾗσι ἂν καὶ πονῶν τὸ τέλος γένοιτο τοῦ θανάτου. „Duo, inquit, Ionismi πονῶν absolute, aut constructive et τέλος θανάτου pro θάνατος." Coniectura prorsus displicet et tanti nominis viro indigna videtur; haud ita scripsit Hippocrates, nec Graece ita quisquam scripsisset. Foësius coniecit: ἐν ᾗσιν ἂν καὶ πόνων ὄφελος αἴτιον γένοιτο τοῦ θανάτου τῷ ἀνθρώπῳ. — „Ὄφελος autem, inquit, neque solum ὄνησιν et ἐπικούρημα Hesychio significat, sed etiam αὔξησιν." Neque hic multum profecit. — Martinus ad πόνων ὄφελος: „Leg., inquit, πάνυ. Rursum lin. 38. deëst aliquid in hoc μετὰ τὴν τρῶσιν et legendum μετὰ τὴν τρῶσιν καταφανέων, hic enim redditur causa mortis hoc modo, ἔστι δ' αἴτιον τοῦ θανάτου τῷ ἀνθρώπῳ ῥωγμέων οὔτε αὐτίκα μετὰ τὴν τρῶσιν καταφανέων, οὔτε ἐν τῇσι ἡμέρῃσι ἐν ᾗσιν ἂν καὶ πάνυ ὄφελος γένοιτο. Sed Hipp. hoc scripsit per hyperbaton, figuram sibi familiarem, ut passim Gal. docet." Neque hic rem acu tetigit, maioreque quam quo opus est molimine locum tentat. Ad verum, puto, ducet Littréi correctio: ἐν ᾗσιν ἂν καὶ πλέον ὄφελος γένοιτο ἐκ τούτου τῷ ἀνθρώπῳ. Nimirum duo tantum leviora ad traditorum ductum in ea mutata cupio. Non ferri potest πλέον, quia comparativus h. l. non quadrat; praestat Ionicum πολλόν: tum vero praepositio ἐκ abundat, nam recte dicitur ὄφελος γίγνεταί τινός. Iamque corruptionis ratio sponte intelligitur: πολλόν facili lapsu in πόνων abierat: ἄν in libris quibusdam, ut fit, vitiose repetitum fuit; τούτου vero nescio quo modo in τοῦ θανάτου abiit: forte inter utramque syllabam propter vitium, quod fieri potuit, in membrana spatium vacuum intermedium relictum fuerit τού του, quod postea quis expleverit τοῦ θανάτου scribendo.

αἱ δ' αὖ παχύτεραι.] Pro αὖ cod. Med. et Parr. duo αὐτέων; iidemque libri mox: Ἔστι δὲ αὐτέων καὶ αἳ μὲν ἐπὶ μ. ῥ., quod recepit Littréus. Me vero iudice, si horum librorum lect. sequi velis, scribendum est: αἱ δ' αὐτέων παχύτεραί τε καὶ εὐρύτεραι ῥήγνυνται· ἔνιαι δὲ καὶ πάνυ εὐρέαι, ἔστι δὲ αὐτέων καὶ αἳ μὲν ἐπὶ μ. ῥ. κ. τ. λ.

καὶ αἱ μὲν ἰθύτεραι — ὀστέου.] Vulgata fert: καὶ αἱ μὲν ἰθύτεραι αἱ δὲ ἰθεῖαί τε καὶ πάνυ αἱ δὲ καμπυλώτεραί τε καὶ πάνυ καμπύλαι καὶ βαθύτεραι αἱ δὲ εἰς τὸ κάτω καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου. Librorum lectt. variae nihil

©BIUM

ζ'. Φλασθείη δ' ἂν ὀστέον μένον ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσι καὶ ῥωγμὴ τῇ φλάσι οὐκ ἂν προσγένοιτο ἐν τῷ ὀστέῳ οὐδεμία· δεύτερος οὗτος τρόπος. Ἰδέαι δὲ τῆς φλάσιος πλείους γίγνονται· καὶ γὰρ μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον φλᾶται, καὶ ἐς βαθύτερόν τε καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου, καὶ ἧσσον ἐς βαθὺ καὶ οὐ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου, καὶ ἐπὶ πλέον τε καὶ ἔλασσον μήκεός τε καὶ πλατύτητος. Ἀλλὰ τούτων τῶν ἰδεῶν οὐδεμίαν ἔστι ἰδόντα τοῖσι ὀφθαλμοῖσι γνῶναι, ὁκοίη τις ἐστὶ τὴν ἰδέην καὶ ὁκόση τις τὸ μέγεθος, οὐδὲ γὰρ εἰ πέφλασται, ἢ μὴ πέφλασται, ἐόντων πεφλασμένων καὶ τοῦ κακοῦ γεγενημένου, γίγνεται τοῖσι ὀφθαλμοῖσι καταφανὲς ἰδεῖν αὐτίκα μετὰ τὴν τρῶσιν, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ῥωγμέων ἔνιαι ἐκὰς ἐοῦσαι.

η'. Καὶ ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου ἐσφλᾶται τὸ ὀστέον ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ ἔσω ξὺν ῥωγμῇσι· ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἐσφλασθείη· τὸ γὰρ ἐσφλώμενον, ἀπορρηγνύμενόν τε καὶ καταγνύμενον, ἐσφλᾶται ἔσω ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου μένοντος ἐν τῇ φύσι τῇ ἑωυτοῦ· καὶ δὴ οὕτω ῥωγμὴ ἂν προσείη τῇ ἐσφλάσι· τρίτος οὗτος τρόπος. Ἐσφλᾶται

7. Contundi autem os potest ita ut minime medium desidat, nec rima ulla ad contusionem accedat; atque hic alter modus est. At contusionis plures sunt formae. Nam plus aut minus et altius perque totum os contusio pervadit, aut minus alte, neque per totum os penetrat et ampliorem aut minorem, tum longitudinem, tum latitudinem occupat. Sed nulla earum qualinam specie, aut quanta magnitudine exsistat, oculis diiudicari potest. Neque enim num quid contusum sit an non contusum sit, ubi malum hoc re vera locum obtinuit, statim post acceptum vulnus oculis est conspicuum, ut neque rimae quaedam, quae procul a contuso osse fiunt.

8. Et ubi os fractum sit, medium desidit e naturali sede sua introrsum depulsum una cum rimis, neque enim alioqui medium desideret. Quod enim medium desidit, a reliquo osse naturaliter se habente abruptum fractumque introcedit, itaque sane huic casui rimam accedere necesse est. Atque hic tertius est modus. Multis autem modis os medium desidit. Namque

luces afferunt. Recte vero Martinus πάνυ ante καμπύλαι desideravit. Recte etiam Scaliger et Foësius viderunt ante βαθύτεραι membrum deficere, ita ut αἱ μὲν ἐπιπολαιότεραι, αἱ δὲ βαθύτεραι requirerent. Rectius etiam vidit Littréus locum refici posse iuxta sequentis capituli verba: nam omnino ob membrorum similitudinem alterum a librariis omissum est. Itaque hic dedit: καὶ αἱ μὲν ἰθύτεραί τε καὶ ἰθεῖαι πάνυ, αἱ δὲ καμπυλώτεραί τε καὶ καμπύλαι καὶ βαθύτεραί τε ἐς τὸ κάτω καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου, καὶ ἧσσον βαθεῖαι ἐς τὸ κάτω καὶ οὐ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου. Malui omnia ad eundem partitionis tenorem describere, quo primum auctor ab initio haec efferre coeperat.

7. φλασθείη δ' ἂν ὀστέον μένον ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσι.] Vulgo τὸ ὀστέον, at cod. Med. Parisinique duo omittunt articulum, qui mihi quoque melius in universali eiusmodi enunciato abesse videtur. Ex iisdem libris cum Littréo μένον adscivi, quo addito omnino opus est.

ἐν τῷ ὀστέῳ.] Praepositionem cum Littréo ex iisdem libris addidi, uti et e pluribus uno τρόπος, quod paulo post e vulg. exciderat.

καὶ οὐ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου.] Negationem ex eodem fonte cum Littréo adieci: addendam fuisse dudum viderant interpretes.

Ἀλλὰ τούτων τῶν ἰδεῶν οὐδεμίαν κ. τ. λ.] In his ἀλλ' οὐ τουτέων τ. ἰ. οὐδεμίαν praebent cod. Med. et Parr. illi duo, idque in textum recepit Littréus. Et recte quidem ex hoc fonte οὐδεμία, quod ferebat vulgata, in οὐδεμίαν mutavit: sed contra ἀλλ' οὐ prae ἀλλά h. l. me iudice non praestat, ita ut in his vocalis vulgarem lect. retinuerim.

ἔστι ἰδόντα .... γνῶναι.] Ita libri laudati tres: vulgo ἰδόντι: cum Littréo accusativum praetuli.

ἢ μὴ πέφλασται.] Opportune haec verba in vulg. omissa praebent libri iidem. Recepit illa etiam Littr.

ἐκὰς ἐοῦσαι.] Utrum re vera ἐγκάς h. l. legerit Galenus, qui ἐν βάθει exponit hanc vocalem, ego nescio. Fieri potest ut viderit (vid. Foës. in Oecon. et Littr. ad h. l.), sed certum iudico non recipiendum esse, etiamsi legerit. Ad ἐκὰς ἐοῦσαι cf. § 10 huius libelli: ἐκάς est ἐκὰς τοῦ ὀστέου τοῦ πεφλασμένου.

8. καὶ ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου ἐσφλᾶται τὸ ὀστέον κ. τ. λ.] Olim verba καὶ ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου, pro quibus libri quatuor τε καὶ ἐρρ. τοῦ ὀ., ad praegressi capituli finem referebantur, ita ut iungeretur ἐκὰς ἐοῦσαι καὶ ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου. Notemus autem primum καί ita inepte poni, tum vero in isto capite non fieri sermonem de osse fracto, sed de contuso. Itaque recte ista ad huius § initium traxit Littréus. Neminem sane nostri orationi adsuetum offendet ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου ἐσφλᾶται τὸ ὀστέον: eiusmodi abundantia nostro non rara; convenit autem in primis h. l., quo ante omnia demonstrat sine fractura os medium desidere non posse.

ἐσφλώμενον.] ἐσφλώμενον ἔσω liber Med. et Parr. illi duo, quod neque ego praefero.

ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου μένοντος.] Exspectaveris forte ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου τοῦ μένοντος: potest tamen alter articulus abesse.

ἐσφλᾶται.] Recte ita libri illi duo Parr., ceterorum ἔσφλασται deterius.

©BIUM

δὲ τὸ ὀστέον πολλὰς ἰδέας· καὶ γὰρ ἐπὶ πλέον τοῦ ὀστέου καὶ ἐπ' ἔλασσον, καὶ μᾶλλόν τε καὶ ἐς βαθύτερον κάτω, καὶ ἧσσόν τε καὶ ἐπιπολαιότερον.

θ'. Καὶ ἕδρης γενομένης ἐν τῷ ὀστέῳ βέλεος, προσγένοιτο ἂν ῥωγμὴ τῇ ἕδρῃ, καὶ φλάσιν προσγενέσθαι ἀναγκαῖόν ἐστι, ἢ μᾶλλον, ἢ ἧσσον, ἤνπερ καὶ ῥωγμὴ προσγένηται, ἔνθαπερ ἡ ἕδρη ἐγένετο καὶ ἡ ῥωγμὴ, καὶ ἐν τῷ ὀστέῳ τῷ περιέχοντι τήν τε ἕδρην καὶ τὴν ῥωγμήν· τέταρτος οὗτος τρόπος. Καὶ ἕδρη μὲν ἂν γένοιτο φλάσιν ἔχουσα τοῦ ὀστέου περὶ ἑωυτὴν, ῥωγμὴ δὲ οὐκ ἂν προσγένοιτο τῇ ἕδρῃ καὶ τῇ φλάσι ὑπὸ τοῦ βέλεος· πέμπτος οὗτος τρόπος. Καὶ ἕδρη δὲ τοῦ βέλεος γίγνεται ἐν τῷ ὀστέῳ· ἕδρη δὲ καλέεται, ὅταν μένον τὸ ὀστέον ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσι, τὸ βέλος στηρίξαν ἐς τὸ ὀστέον δῆλον ποιήσῃ ὅπη ἐστήριξε· ἕκτος οὗτος τρόπος. Ἐν δὲ τῷ τρόπῳ ἑκάστῳ πλέονες ἰδέαι γίγνονται· καὶ περὶ μὲν φλάσιός τε καὶ

hoc maiorem et minorem ossis partem occupat, aut magis et altius ad imum penetrat, aut minus et in superficie constat.

9. Ac ubi telum in osse vestigium reliquit, utique rima accedere poterit et ut contusio sive minor sive maior accedat, si rima etiam contigerit, necesse est, tum qua parte vestigium illud et rima sedem habeat, tum in osse vestigium et rimam circumdante. Hic quartus est modus. Et teli quidem sedes contingere poterit, quae os circum se contusum habeat, nec tamen rima accedere ad sedem et contusionem a telo. Qui modus quintus est. Tum vero sedes teli in osse fit. *Teli* autem *sedes* dicitur, cum os suo statu permanens manifestum fecerit, qua telum insederit. Sextus hic modus est. In unoquoque vero genere plures sunt formae. Quodque ad collisum et rimam attinet, sive haec utraque ad teli vestigium accedant, sive collisum duntaxat fiat, varias esse tum collisi, tum fissi spe-

9. τῇ ἕδρῃ.] τῇ ἑδραίῃ cod. Med. et Parr. duo: τῇ ἑδρέῃ plurimae Edd., Foësiana et Lindeniana exceptis, quae ἕδρῃ. Ἑδραίῃ recepit Littréus conferens cum ἀναγκαίῃ et huc referens glossam Erotiani ἑδραίως κ. τ. λ. — Nolo unici exempli huius fide formam insolitam recipere, minimeque loco eiusmodi, quo facile ΕΔΡΗΙ in ΕΔΡΑΙΗ, ΕΔΡΕΗ abire potuit, propter Iotacismum, quem vocant: licet concedendum Littréo, vero simile esse Erotianum h. l. ἑδραίῃ legisse.

καὶ φλάσιν κ. τ. λ.] Vulgo καὶ φλάσιν προσγενέσθαι ἀναγκαῖόν ἐστι, ἢ μᾶλλον, ἢ ἧσσον, ἢ ἧ περ καὶ ῥωγμὴ προσγένηται ἔνθαπερ καὶ ἕδρη ἐγένετο καὶ ἡ ῥωγμὴ ἐν τῷ ὀστέῳ τῷ περιέχοντι τήν τε ἕδρην καὶ τὴν φλάσιν. In quibus cod. Med. et Parr. illi duo pro ἢ ἧπερ habent ἤνπερ et in fine pro φλάσιν ferunt ῥωγμήν. Ceterae in textu, qualem iam exhibui, correctiones Littréo debentur, vere καὶ ἕδρη in ἡ ἕδρη mutanti et copulam ante ἐν τῷ ὀστέῳ inferenti.

καὶ ἕδρη — πέμπτος οὗτος τρόπος.] Totum hoc membrum in vulgata deficit, addidit vero e cod. Med. et duobus illis Parisinis Littréus; equidem vero περὶ αὐτήν de meo in περὶ ἑωυτήν mutavi. Sed hic reiecit πέμπτος οὗτος τρόπος: „qui, inquit, me parait une addition inopportune du fait de quelque glossateur, qui aura cru qu'il s'agissait d'une nouvelle espèce de lésion du crane, tandis qu'il n'était question que d'une complication de l'hédra, qui forme dans le tableau dressé par Hippocrate la quatrième espèce de ces lésions." Sunt quidem ista accuratius perpendenda. Ante omnia notandum § 10., ubi vulgo πέμπτος οὗτος τρόπος, Aldum et libros plures habere ἕβδομος οὗτος τρόπος. Notemus dein in hoc nostro capite verba ἐν δὲ τῷ τρόπῳ ἑκάστῳ πλέονες ἰδέαι γίγνονται κ. τ. λ. parum apte cum ceteris cohaerere, nisi brevi ante plures τρόποι enumerentur. Itaque et h. l. verba a Littréo omissa servavi et ibi de meo ἕκτος οὗτος τρόπος reposui, quam rationem defendam ipsa septem illorum τρόπων enumeratione.

I. Fractura cum contusione.
II. Contusio sine fractura.
III. Contusio cum fractura, ita ut os intro recedat.
IV. Teli sedes cum fractura et contusione.
V. Teli sedes cum sola contusione.
VI. Teli sedes sola per se.
VII. Laesio ossis in alia capitis parte, quam qua vulnus acceptum sit.

Nempe fractura, quae sine contusione esse nequit, simplex contusio et teli sedes, variaeque harum complexiones τρόπους faciunt κατήγματος ossis: ἰδέαι vero in τρόποις singulis pendent a maiore minoreve extensione, altitudine, a vario decursu, varia forma, quod non satis animadvertisse videtur nuperrimus editor. Quod autem affirmo, id verum esse demonstrabo ipsius huius § verbis: καὶ πολλαὶ ἄλλαι ἰδέαι τοῦ τοιούτου τρόπου, ὁκοῖον ἄν τι καὶ τὸ σχῆμα τοῦ βέλεος ᾖ. Tum vero ultro patet, verbis ἤδη πέφρασται auctorem innuere posteriorem § 6. et § 7. partem. Denique quos τρόπους habeat, patet ex initio § 11., ubi ipse quintus mihi τρόπος i. e. sedes cum sola contusione etiam recensetur. Non credo in huius § universae scriptione quemquam in verborum ordine aliquid esse desideraturum, quemadmodum transpositionem membrorum proposuit Littréus p. 208. editionis suae. Verum quidem est Hippocratem a magis composita laesione descendere ad minus compositam, sed quidni ita facere potuit? Liber eius non fuit compendium in usum scholarum, qualia nostra fert aetas.

ὅπη ἐστήριξε.] Vulgo ὅπη ἐστ.; ὅκου praebet cod. Med. et duo Parr. recepitque Littr.: mihi ὅπη requiri videtur; nam στηρίξαν ἐς τὸ ὀστέον praecedit.

ἕκτος οὗτος τρόπος.] Haec de meo addidi, vide supra.

καὶ περὶ μὲν φλάσιός τε καὶ ῥωγμῆς.] In his τε cum Littréo e libris tribus illis adscivi; iidem mox προσγένηται praebuere pro vulgato προσγίνηται.

©BIUM

ῥωγμῆς, ἢν ἄμφω ταῦτα προσγένηται τῇ ἕδρῃ, καὶ ἢν φλάσις μούνη γένηται, ἤδη πέφρασται, ὅτι πολλαὶ ἰδέαι γίγνονται καὶ τῆς φλάσιος καὶ τῆς ῥωγμῆς. Ἡ δὲ ἕδρη αὐτὴ ἐφ' ἑωυτῆς γίγνεται μακροτέρη καὶ βραχυτέρη ἐοῦσα καὶ καμπυλωτέρη καὶ ἰθυτέρη, καὶ κυκλοτερής· καὶ πολλαὶ ἄλλαι ἰδέαι τοῦ τοιούτου τρόπου, ὁκοῖον ἄν τι καὶ τὸ σχῆμα τοῦ βέλεος ᾖ· αἱ δ' αὐταὶ καὶ βαθύτεραι τὸ κάτω καὶ μᾶλλον καὶ ἧσσον, καὶ στενώτεραί τε καὶ ἧσσον στεναὶ, καὶ εὐρύτεραι καὶ πάνυ εὐρέαι. Ἡ διακέκοπται διακοπὴ δὲ, ὁκοσητισοῦν γενομένη μήκεός τε καὶ εὐρύτητος ἐν τῷ ὀστέῳ, ἕδρη ἐστὶ, ἢν τὰ ἄλλα ὀστέα τὰ περιέχοντα τὴν διακοπὴν μένῃ ἐν τῇ φύσι τῇ ἑωυτῶν καὶ μὴ ξυνεσφλᾶται τῇ διακοπῇ ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτῶν· οὕτω δ' ἔσφλασις ἂν εἴη καὶ οὐκ ἔτι ἕδρη.

ι'. Ὀστέον τιτρώσκεται ἄλλῃ τῆς κεφαλῆς, ἢ ᾗ τὸ ἕλκος ἔχει ὤνθρωπος καὶ τὸ ὀστέον ἐψιλώθη τῆς σαρκός· ἕβδομος οὗτος τρόπος. Καὶ ταύτην τὴν ξυμφορὴν, ὁκόταν γένηται, οὐκ ἂν ἔχοις ὠφελῆσαι οὐδέν. Οὐδὲ γὰρ, εἰ πέπονθε τὸ κακὸν τοῦτο, οὐκ ἔστιν ὅκως χρὴ αὐτὸν ἐξελέγξαντα εἰδέναι, εἰ πέπονθε τὸ κακὸν τοῦτο ὤνθρωπος, οὐδ' ὅκου τῆς κεφαλῆς.

ια'. Τούτων τῶν τρόπων τῆς κατήξιος ἐς κρίσιν ἀφήκει ἥ τε φλάσις ἡ ἀφανὴς ἰδεῖν καὶ ἢν πως τύχῃ φανερὴ γενομένη, καὶ ἡ ῥωγμὴ ἡ ἀφανὴς ἰδεῖν, καὶ ἢν φανερὴ ᾖ. Καὶ ἢν, ἕδρης γενομένης τοῦ βέλεος ἐν τῷ ὀστέῳ, προσγένηται ῥωγμὴ καὶ φλάσις τῇ ἕδρῃ, καὶ ἢν φλάσις μοῦνον προσγένηται

cies iam dictum est. At ipsum teli vestigium per se fit longius et brevius et magis curvum, aut rectum, aut rotundum, suntque pro teli figura multae aliae huiuscemodi species. Praeterea vero alte magis aut minus descendunt et angustiora et minus angusta sunt, aut latiora aut amplissima. Praecisio autem quantamcumque longitudinem et latitudinem ossis occupet ad teli vestigium refertur, dummodo reliqua ossa, quae praecisionem continent, in suo statu maneant, neque una cum praecisione a suo statu recedant et media desidant. Ita enim os medium desideret, neque amplius teli vestigium esset.

10. Os sub vulnere frangitur alia capitis parte quam qua vulnus est et os nudatum est a carne. Qui septimus est modus. Huicque calamitati nullis remediis subvenias. Neque enim, ubi istud contingit, num re vera istud homo patiatur aut quanam capitis parte, ex eius percunctatione deprehendas.

11. Ex his fracturae modis ad sectionem veniendum suadet tum ossis collisio, quae et oculis non patet, et aliquo modo manifesta est, tum rima, sive oculos lateat, sive sit conspicua. Quin et ubi teli vestigium in osse remanet, sive ad id praeterea rima et collisio accesserit, sive collisio sola absque rima, tunc etiam ad sectionem ve-

αἱ δ' αὐταὶ καί.] Vulgo καὶ δ' αὐταὶ καί. Cod. Par. unus αὐταὶ δέ, quod recepit Littréus, sed mihi minus arridet. Ego secutus sum lect. cod. Med. et duorum illorum Parisinorum.

βαθύτεραι τὸ κάτω.] Ita ex iisdem tribus libris Littréus. Vulgo βαθύτεραί τε κάτω.

στενώτεραι.] Ita liber unus et Lindanus. Cett. omnes στενότεραι, in quo forte latet Ionicum στεινότεραι. Verba τε καὶ ἧσσον στεναί cur non reciperem e duobus illis libris Regiis, non vidi: me iudice parum recte ista neglexit nuperrimus editor.

ἥ διακέκοπται διακοπή.] Vulgo ἤ διακεκόφαται· διακοπή. — διακοπήν Ald. Bas. liber unus. — Sed ἥ (ἤ) διακέκοπται, διακοπή cod. Med. et Parr. illi duo, unde recte ἥ δ. δ. dedit Littréus.

γενομένη.] De meo aoristum dedi. Cett. γινομένη, γιγνομένη.

ἕβδομος οὗτος τρόπος.] Ita cod. unus Littréi et Ald. ἑβδομαῖος liber Med. et codd. 2. Parr. illi: vulgo πέμπτος οὗτος τρ. cf. adnotationem ad § superiorem.

οὐδ' ὅκου τῆς κεφαλῆς.] Vulgo ὅπη. Codd. illi tres ὅκοι, quod recepit Littréus. Malui hoc in ὅκου mutare.

11. καὶ ἡ ῥωγμὴ ἡ ἀφανὴς ἰδεῖν.] Vulgo καὶ ῥ. ἢν ἀ. ἰ. — Articulum ante ῥωγμή dedere libri Med. et Parr. duo: ἢν in ἡ de suo mutavit Littréus: recte.

ἢν φλάσις μοῦνον.] μούνη libri illi tres.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 517 sur 880

©BIUM

ἄνευ ῥωγμῆς τῇ ἕδρῃ, καὶ αὕτη ἐς πρίσιν ἀφήκει. Τὸ δ' ἔσω ἐσφλώμενον ὀστέον ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ, ὀλίγα τῶν πολλῶν πρίσιος προσδεῖται· καὶ τὰ μάλιστα ἐσφλασθέντα καὶ μάλιστα καταρραγέντα, ταῦτα πρίσιος ἥκιστα κέχρηται· οὐδὲ ἕδρη αὐτὴ ἐπὶ ἑωυτῆς γενομένη ἄτερ ῥωγμῆς καὶ φλάσιος, οὐδὲ αὕτη πρίσιος δεῖται· οὐδ' ἡ διακοπή, ἢν μεγάλη καὶ εὐρεῖα, οὐδ' αὕτη.

ιβ'. Πρῶτον δὲ χρὴ τὸν τρωματίην σκοπεῖσθαι, ὅπῃ ἔχει τὸ τρῶμα τῆς κεφαλῆς, εἴτ' ἐν τοῖσι ἰσχυροτέροισι, εἴτ' ἐν τοῖσι ἀσθενεστέροισι, καὶ τὰς τρίχας καταμανθάνειν τὰς περὶ τὸ ἕλκος, εἰ διακεκόφαται ὑπὸ τοῦ βέλεος, ἢ εἰ ἔσω ἐσήϊσαν ἐς τὸ τρῶμα· καὶ ἢν τοῦτο ᾖ, κινδυνεύει τὸ ὀστέον ψιλὸν εἶναι τῆς σαρκὸς, καὶ φάναι ἔχειν τι σῖνος τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος. Ταῦτα μὲν οὖν χρὴ ἀπόπροσθεν σκεψάμενον λέξαι, μὴ ἁπτόμενον τοῦ ἀνθρώπου· ἁπτόμενον δ' ἤδη πειρᾶσθαι εἰδέναι σάφα, εἰ ἔστι ψιλὸν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς, ἢ μή· καὶ ἢν μὲν καταφανὲς ᾖ τοῖσι ὀφθαλμοῖσι τὸ ὀστέον ψιλόν· εἰ δὲ μὴ, τῇ μήλῃ σκέπτεσθαι. Καὶ ἢν μὲν εὕρῃς ψιλὸν ἐὸν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς καὶ μὴ ὑγιὲς ἀπὸ τοῦ τρώματος, χρὴ τοῦ ἐν τῷ ὀστέῳ ἐόντος τὴν διάγνωσιν πρῶτα ποιέεσθαι, ὁρέοντα ὁκόσον τέ ἐστι τὸ κακὸν καὶ τίνος δεῖται ἔργου· χρὴ δὲ καὶ ἐρωτᾶν τὸν τετρωμένον, ὅκως ἔπαθε καὶ τίνα τρόπον. Ἢν δὲ

12. Inprimis autem ad vulneratum attendere oportet, quanam capitis parte, an validiore, an vero imbecilliore vulnus acceperit, et capillos circa vulnus animadvertere, qui si telo praecisi aut in vulnus impacti sint, os carne nudatum esse vero est simile et a telo aliquo modo laesum esse affirmare oportet. Haec quidem certe, longe antequam homini manus admoveas, considerandа ac dicenda sunt. Ubi vero tandem admoveris, os carne nudatum sit, nec ne, conandum ut aperte intelligas. Quod si quidem os sub conspectum veniat, res bene habet et facile cognosces: sin minus, specillo explorandum est. Ac ubi quidem os carne nudatum neque a vulnere integrum deprehenderis, primum inspecto malo, quantum sit, quamque operam requirat, eius quod in osse subest dignotionem facere oportet. Interrogandus quoque vulneratus, qualiter et quonam modo vulnus acceptum sit. Sin vero minime conspicuum est, num quid mali passum sit os, nec ne, multo adhuc ma-

προσδεῖται.] Cod. Med. et Paris. duo iidem simplex ferunt δεῖται. Idem autem compositum legis in lib. de victu acut. § 57. ὧν οὐδετέρου ἐς τιμωρίην προσδέεται μελίκρητον.

κέχρηται.] δεῖται libri tres laudati.

οὐδὲ αὕτη πρίσιος δεῖται.] De meo αὕτη scripsi. Cett. αὐτή, quod servavit Littréus, qui etiam paulo post minus recte e libris Med. et Parisinis illis duobus αὐτή intulit, vulgata rectissime οὐδ' αὕτη ferente.

οὐδ'. αὕτη,] Hic sequebantur verba: διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη τὠυτό ἐστι (τὠυτόν ἐστι Littr. e mss. 2. Parr.). — Eadem legebantur § 14. et 16. Ego locis singulis delevi: referunt adnotationem marginalem recentiorem, quae desumta est e fine § 9. et quae sane nullo loco ineptius infertur quam § 16.

12. εἴτ' ἐν τοῖσι ἰσχυροτέροισι.] Haec e cod. Med. et duobus Parisinis recte addidit Littréus.

εἰ διακεκόφαται.] Ionismus in tribus illis libris evanuit, ferunt enim εἰ καὶ διακεκομμέναι εἰσί.

ἢ εἰ ἔσω ἐσήϊσαν ἐς τὸ τρῶμα.] In hisce in primis ἤ de meo dedi pro καί, quod cett. habent, quum particula disiunctiva opus esse videatur in commemoratione rerum, quarum alterutra tantum locum obtinere potest, non ambae simul. Porro vulgata fert ἔσω εἴησαν: Scaliger voluit εἰσίεσαν. Vertunn. dedit ἔσω ἐσίεσαν, Littr. ἔσω ᾖϊσαν; equidem ἔσω ἐσήϊσαν dedi, partim eum Littréo de ortu vulgati εἴησαν ex ᾖϊσαν consentiens, partim attendens mentem ad plures in hoc libro locos, ubi ἐσφλᾶται ἔσω obvium.

καὶ ἢν τοῦτο ᾖ, κινδυνεύει τὸ ὀστέον ψιλὸν εἶναι τῆς σαρκὸς, καὶ φάναι ἔχειν τι σῖνος τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος.] Vulgo: κινδυνεύειν τὸ ὀστέον ψιλὸν εἶναι τῆς σαρκὸς, καὶ ἢν τοῦτο ᾖ, φάναι ἔχειν τι σῖνος τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος. — Cod. Med. et Parr. duo illi: καὶ ἢν τοῦτο ᾖ, φάναι κινδυνεύειν τὸ ὀστέον ψιλὸν εἶναι τῆς σαρκὸς, ἔχειν τι σῖνος τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος. — Hanc lect. ita recepit Littréus, ut de suo καί ante ἔχειν adderet: non male quidem, sed illud φάναι κινδυνεύειν tamen non valde placet. Dedi quod mihi in vulgata latere videbatur.

ἁπτόμενον δ' ἤδη.] ἁπτόμενον δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἤδη liber Med. et Parr. duo. Ceteri porro εἰ ἔστι ψιλὸν τὸ ὀστέον... ἢ οὔ et inferius bis in hoc capite εἴ τι πέπονθε — ἢ οὐ πέπονθε; ego singulis locis οὐ de meo in μή mutavi. Vid. initio

©BIUM

μὴ καταφανὲς ᾖ τὸ ὀστέον εἰ ἔχει τι κακὸν ἢ μὴ ἔχει, πολλῷ ἔτι χρὴ μᾶλλον τὴν ἐρώτησιν ποιέεσθαι ἢ ψιλοῦ γε ἐόντος τοῦ ὀστέου, τὸ τρῶμα ὅκως ἐγένετο καὶ ὅντινα τρόπον· τὰς γὰρ φλάσιας καὶ τὰς ῥωγμὰς τὰς οὐ φαινομένας ἐν τῷ ὀστέῳ, ἐνεούσας δὲ, ἐκ τῆς ὑποκρίσιος τοῦ τετρωμένου πρῶτον διαγιγνώσκειν πειρᾶσθαι, εἴ τι πέπονθε τούτων τὸ ὀστέον, ἢ μὴ πέπονθε, ἔπειτα δὲ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξελέγχειν πλὴν μηλώσιος. Μήλωσις γὰρ οὐκ ἐξελέγχει, εἰ πέπονθέ τι τούτων τῶν κακῶν τὸ ὀστέον καὶ εἴ τι ἔχει ἐν ἑωυτῷ, ἢ μὴ πέπονθε· ἀλλ' ἔδρην τε τοῦ βέλεος ἐξελέγχει μήλωσις καὶ ἢν ἐμφλασθῇ τὸ ὀστέον ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ, καὶ ἢν ἰσχυρῶς ῥαγῇ τὸ ὀστέον, ἅπερ καὶ τοῖσι ὀφθαλμοῖσι καταφανέα ἔστι ὁρῶντα γιγνώσκειν.

ιγ'. Ῥήγνυται δὲ τὸ ὀστέον τάς τε ἀφανέας ῥωγμὰς καὶ τὰς φανερὰς καὶ φλᾶται τὰς ἀφανέας φλάσιας, καὶ ἐσφλᾶται ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ μάλιστα ὁκόταν ἕτερος ὑφ' ἑτέρου τιτρωσκόμενος ἐπίτηδες τρωθῇ, ἢ ὁκόταν ἐπίτηδες τρῶσαι βουλόμενος ἢ ἀέκων ἐξ ὑψηλοτέρου γίγνηται ἡ βολὴ, ἢ ἡ πληγὴ, ὁκοτέρη ἂν ᾖ μᾶλλον, ἢ ὁκόταν ἐξ ἰσοπέδου τοῦ χωρίου, καὶ ἢν περικρατέῃ τῇ χειρὶ τὸ βέλος, ἤν τε βάλλῃ, ἤν τε

gis interrogatione utendum, quam nudato osse, vulnus qualiter et quonam modo illatum sit. Ubi enim ossa collisa aut fissa non apparent, sed tamen re vera sunt, primum ex sauciati responsione enitendum ut cognoscamus, os aliquam noxam senserit nec ne, deinde vero et ratione et opere citra specillum res est exploranda. Neque enim specillo hoc ossis vitium deprehenditur, neque num aliquam in se noxam senserit, nec ne. Sed ubi teli vestigium remanet, aut os a naturali statu recedens medium desidit, aut vehementer perfractum est, id specillo arguitur, quod et oculis apertum inspiciendo cognosci potest.

13. Frangitur autem os rimis obscuris et conspicuis, et colliditur collisionibus minime patentibus, et a naturali suo statu recedens medium desidit, tum praecipue, cum alter ab altero de industria saucietur, vel cum sive de industria vulnus infligitur sive praeter voluntatem ex superiore loco telum emittitur, aut ictus infligitur, utrolibet modo potius contingat, vel ex plano et si manu fortiter telum teneatur, sive proiiciat, sive feriat, et fortior homo mi-

§ 16. φράσασθαι . . . εἴτ' ἔνεστι ἐν τῷ ὀστέῳ, εἴτε μὴ ἔνεστι. ἢ ψιλοῦ γε ἐόντος τοῦ ὀστέου.] Vulgo ψιλοῦ τε ἐόντος τοῦ ὀστέου. Littréus τε delevit. Sed ante omnia opus est ut ἤ ante ψιλοῦ addatur, qua vocula sententia salvo sano sensu carere nequit. Hoc facto τε in γε mutavi, quod si factum nolis, tota vocula erit eiicienda.

εἴ τι πέπονθε τούτων τὸ ὀστέον.] Vulgo τοῦτο, alii τούτω; sed libri tres illi saepe iam laudati τουτέῳ, unde Littr. τουτέων.

ἐξελέγχειν πλὴν μηλ.] ἐξελέγχοντα vulgo: illud recte Littr. e cod. Med. et duobus Parisiensibus.

ἅπερ καὶ τοῖσι ὀφθαλμοῖσι καταφανέα ἔστι ὁρῶντα γιγνώσκειν.] Vulgo ἐστίν, quod fecit ut hunc locum non intelligeret Lobeckius, quum paralip. Gr. Gr. p. 526. scriberet: „duo postrema ὁρῶντα γιγνώσκειν epexegesin continent utique supervacaneam." Hunc quidem citat Littréus et: „Malgré cette autorité, inquit, je n'ai pas supprimé ces deux mots, sur lesquels les manuscrits sont unanimes." Bonum factum quod non delevit, sed neque hic intellexit: nempe minus apposite ad Graeca Gallice interpretatur: „désordres, qui d'ailleurs sont reconnoissables à la vue d'une manière manifeste." — Sensus est ἅπερ καὶ ὁρῶντα γιγνώσκειν ἔστι, ὅτι τοῖσι ὀφθαλμοῖσί ἐστι καταφανέα. — Nempe ὁρῶντα γιγνῶσκειν opponitur dignotioni μηλώσιος ope.

13. καὶ φλᾶται τὰς ἀφανέας φλάσιας.] Littréus in adnotatione: „Le sens, inquit, exige ici, καὶ φανερὰς, j'ai mis ce mot dans la traduction." Et vero interpretatur hoc modo: „les contusions apparentes et non apparentes." Sed vereor, ne vehementer erret: nam § 7: ἰδέαι δὲ τῆς φλάσιος πλείους γίγνονται, inquit Hipp. et paulo post: ἀλλὰ τούτων τῶν ἰδεῶν οὐδεμίαν ἔστι ἰδόντα ὀφθαλμοῖσι γνῶναι, ὁκοίη τίς ἐστι τὴν ἰδέην καὶ ὁκόση τις τὸ μέγεθος. οὐδὲ γὰρ εἰ πέφλασται, ἢ μὴ πέφλασται, ἐόντων πεπλασμένων καὶ τοῦ κακοῦ γεγενημένου, γίγνεται τοῖσι ὀφθαλμοῖσι καταφανὲς ἰδεῖν αὐτίκα μετὰ τὴν τρῶσιν.

ὁκόταν ἕτερος — ὁκοτέρη ἂν ᾖ μᾶλλον.] Vulgo: ὅταν ἕτερος ὑφ' ἑτέρου τιτρωσκόμενος ἐπίτηδες τρῶσαι βουλόμενος, ἢ ὅταν ἐξ ὑψηλοτέρης γίνηται ἡ βολὴ ἢ ἡ πληγὴ, ὁπότερ' ἂν ᾖ μᾶλλον. Cod. Med. et Parr. illi duo cum eo fere consentientes: ὁκόταν ἕτερος ὑφ' ἑτέρου τιτρωσκόμενος ἐπίτηδες ἔτρωσεν βουλόμενος, ἢ ὁκόταν ἀκέων καὶ ὁκόταν ἐξ ὑψηλοτέρου γίγνεται ἡ βολὴ, ἢ ἡ πληγὴ ὁκοτέρη ἂν ᾖ μᾶλλον. Feliciter et vere locum restituere mihi visus est Littréus, e cuius emendatione integrum descripsi.

περικρατέῃ.] Ita Edd. veteres et libri scripti quatuor: ἐπικρατέῃ cett. — Minus solito sensu περικρατέειν h. l. dicitur pro *fortiter manu prehensum tenere.*

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 519 sur 880

©BIUM

τύπτῃ, καὶ ἰσχυρότερος ἐὼν ἀσθενέστερον τιτρώσκῃ. Ὁκόσοι δὲ πίπτοντες τιτρώσκονται πρός τε τὸ ὀστέον καὶ αὐτὸ τὸ ὀστέον, ὁ ἀπὸ ὑψηλοτάτου πίπτων καὶ ἐπὶ σκληρότατον καὶ ἀμβλύτατον, τούτῳ κίνδυνος τὸ ὀστέον ῥαγῆναί τε καὶ φλασθῆναι καὶ ἔσω ἐσφλασθῆναι ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ· τῷ δ' ἐξ ἰσοπέδου μᾶλλον χωρίου πίπτοντι καὶ ἐπὶ μαλθακώτερον ἧσσον ταῦτα πάσχει τὸ ὀστέον, ἢ οὐκ ἂν πάθοι. Ὁκόσα δὲ ἐσπίπτοντα ἐς τὴν κεφαλὴν βέλεα τιτρώσκει πρὸς τὸ ὀστέον καὶ αὐτὸ τὸ ὀστέον, τὸ ἀπὸ ὑψηλοτάτου ἐμπεσὸν καὶ ἥκιστα ἐξ ἰσοπέδου, καὶ σκληρότατόν τε ἅμα καὶ ἀμβλύτατον καὶ βαρύτατον καὶ ἥκιστα κοῦφον καὶ ἥκιστά τε καὶ ὀξὺ καὶ μαλθακόν, τοῦτο ἂν ῥήξειε τὸ ὀστέον καὶ φλάσειε. Καὶ μάλιστά γε ταῦτα πάσχειν τὸ ὀστέον κίνδυνος, ὁκόταν ταῦτά τε γένηται καὶ ἐς ἰθὺ τρωθῇ καὶ καταντίον γένηται τὸ ὀστέον τοῦ βέλεος, ἤν τε πληγῇ ἐκ χειρὸς, ἤν τε βληθῇ, ἤν τέ τι ἐμπέσῃ αὐτῷ καὶ ἢν αὐτὸς καταπεσὼν τρωθῇ καὶ ὁκωσοῦν τρωθεὶς καταντίον γενομένου τοῦ ὀστέου τῷ βέλεϊ. Τὰ δ' ἐς πλάγιον τοῦ ὀστέου παρασύραντα βέλεα ἧσσον καὶ ῥήγνυσι τὸ ὀστέον καὶ φλᾷ καὶ ἔσω ἐσφλᾷ, κἢν ψιλωθῇ τὸ ὀστέον τῆς σαρκός· ἔνια γὰρ τῶν τρωμάτων τῶν οὕτω τρωθέντων οὐδὲ ψιλοῦται τὸ ὀστέον τῆς σαρκός.

ιδ'. Τῶν δὲ βελέων ῥήγνυσι μάλιστα τὸ ὀστέον τάς τε φανερὰς ῥωγμὰς καὶ τὰς ἀφανέας καὶ φλᾷ τε καὶ ἐσφλᾷ ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ τὸ ὀστέον τὰ στρογγύλα

nus fortem vulneret. Ex iis quibus ex casu partes, quae circa os sunt, aut os ipsum vulneratur, qui ex maxime sublimi loco in durissimum et obtusissimum quid cadit, is periclitatur ne os perrumpatur, aut collidatur, aut a naturali suo statu intro medium desidat. At qui ex complanato loco potius et in mollius quiddam cadit, ei minus istas offensiones, aut nullo modo os sentiet. Ex telis autem, quae in caput illabuntur et quae iuxta os sunt et ipsum os vulnerant, quod ex maxime sublimi et minime complanato loco incidit, quodque durissimum, maxime obtusum et grave, minimeque leve, aut minime acutum et molle fuerit, id os rumpere ac collidere poterit. Ac praecipue sane periculum est ne ea os sentiat, ubi talia contigerint, sicque vulnerari os contingat, ut e directo telo occurrat, sive manu, sive iactu vulnus infligatur, sive quid in ipsum illabatur, sive corruens vulneretur, seu quomodolibet vulnerati os telo obviam eat. At tela quae iuxta os transversum deferuntur, sub his os minus rumpitur et contunditur et intro desidit, etiam si os carne nudatum sit. Quaedam enim sic illata vulnera, neque os carne detegunt.

14. Sub telis sane quae rotunda sunt, orbiculata, omni ex parte plana, retusa, gravia et dura os maxime finditur tum rimis conspicuis, tum obscuris et colliditur et a naturali statu

ἐσπίπτοντα.] ἐπιπίπτοντα cod. Med. et Parr. duo.

πρὸς τὸ ὀστέον.] ἔς τε τὸ ὀστέον iidem libri.

καὶ ἐς ἰθὺ τρωθῇ καὶ καταντίον.] Pro τρωθῇ καί, quod opportune praebuere Littréo libri Parr. duo, vulgo infinit. τρωθῆναι, qui profecto calami lapsu e subiunctivo et copula ortus.

καταντίον γενομένου τοῦ ὀστέου τῷ βέλεϊ.] Cod. Med. et Parr. γενομένου praebuere; vulgo pessime γένοιτο.

τὰ δ' ἐς πλάγιον.] Ita libri illi tres: vulgo τὰ δὲ πλ.

φλᾷ καὶ ἔσω ἐσφλᾷ.] Ita libri duo Parr. Vulgo καὶ φλάσει εἴσω ἐς κεφαλήν, unde olim effeceram καὶ ἐσφλᾷ ἔσω ἐς κεφαλήν, quod nunc etiam in hac lect. latere videtur; sed alteram omnino praefero.

ἔνια γὰρ τῶν τρωμάτων τῶν οὕτω τρωθέντων οὐδὲ ψιλοῦται τὸ ὀστέον τῆς σαρκός.] Grammatica huius loci ratio non statim aperta: primo enim intuitu ψιλοῦται transitive sumendum videtur, ita ut subiectum huius verbi sit ἔνια, obiectum τὸ ὀστέον. Id quasi sic se haberet, locum interpretantur certe tum Foësius, cuius verba Latina servavi, tum etiam Littréus. Verum ψιλοῦται transitive sumi nequit; passivum est, adeo ut ἔνια γὰρ τῶν τρωμάτων τῶν οὕτω τρωθέντων nominativum absolutum faciat.

14. Τῶν δὲ β.] Ita libri quatuor, unde recepit Littréus: vulgo δή, quod minus congruum.

καὶ φλᾷ τε καὶ ἐσφλᾷ.] Libri scripti et editi omnes tum h. l., tum paulo inferius, in verbis φλᾷ τε καὶ πέπειρον ποιέει, non habent φλᾷ τε, sed φλᾶται, quod consistere nequit: videmus enim φλᾶται in hoc scripto Hippocrati ubivis passivum esse, itaque restitui quod etiam his locis procul dubio dedit auctor.

©BIUM

τε καὶ περιφερέα καὶ ἀρτίστομα, ἀμβλέα τε ἐόντα καὶ βαρέα καὶ σκληρά· καὶ τὴν σάρκα ταῦτα φλᾷ τε καὶ πέπειρον ποιέει καὶ κόπτει· καὶ τὰ ἕλκεα γίγνεται ὑπὸ τῶν τοιούτων βελέων ἐς τὸ πλάγιον καὶ ἐν κύκλῳ ὑπόκοιλα καὶ διάπυά τε μᾶλλον γίγνεται καὶ ὑγρά ἐστι καὶ ἐπὶ πλέονα χρόνον καθαίρεται· ἀνάγκη γὰρ τὰς σάρκας τὰς φλασθείσας καὶ κοπείσας πῦον γενομένας ἐκτακῆναι. Τὰ δὲ βέλεα τὰ προμήκεα ἐπιπολὺ λεπτὰ ἐόντα καὶ ὀξέα καὶ κοῦφα, τήν τε σάρκα διατάμνει μᾶλλον ἢ φλᾷ καὶ τὸ ὀστέον ὡσαύτως· καὶ ἕδρην μὲν ἐμποιέει αὐτὸ καὶ διακόψαντα· φλᾷ δὲ οὐ μάλα τὸ ὀστέον τὰ τοιαῦτα βέλεα, οὐδὲ ῥήγνυσι, οὐδ' ἐκ τῆς φύσιος ἔσω ἐσφλᾷ.

ιε'. Ἀλλὰ χρὴ πρὸς τῇ ὄψι τῇ ἑωυτοῦ, ὅ τι ἄν σοι φαίνηται ἐν τῷ ὀστέῳ, καὶ ἐρώτησιν ποιέεσθαι πάντων τούτων· τοῦ γὰρ μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον τρωθέντος ταῦτ' ἐστὶ σημήϊα· καὶ ἢν ὁ τρωθεὶς καρωθῇ καὶ σκότος περιχυθῇ καὶ ἢν δῖνος ἔχῃ καὶ πέσῃ.

ις'. Ὁκόταν δὲ τύχῃ ψιλωθὲν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς ὑπὸ τοῦ βέλεος καὶ τύχῃ κατ' αὐτὰς τὰς ῥαφὰς γενόμενον τὸ ἕλκος, χαλεπὸν γίγνεται τὴν ἕδρην τοῦ βέλεος φράσασθαι, τὴν ἐν τῷ ἄλλῳ ὀστέῳ φανερὴν γενομένην, εἴτ' ἔνεστι ἐν τῷ ὀστέῳ, εἴτε μὴ ἔνεστι, ἤν γε τύχῃ γενομένη ἡ ἕδρη ἐν αὐτῇσι τῇσι ῥαφῇσι. Ξυγκλέπτει γὰρ αὐτὴ ἡ ῥαφὴ τρηχυτέρη ἐοῦσα τοῦ ἄλλου ὀστέου,

recedens medium desidit. Eadem quoque carnem contundunt, maturant et lacerant. At sub huiusmodi telis vulnera ad latera et in orbem aliquantulum cava purulentaque magis reddunturque humida, longioreque tempore repurgantur. Carnes enim collisas et laceratas in pus versas necesse est tabescere. Tela vero oblonga, magna ex parte tenuia, acuta et levia, carnem magis incidunt, osque similiter, quam collidunt. Et teli vestigium inducunt os etiam praecidendo, sed tela huiusmodi neque magnopere os collidunt, neque findunt, neque a naturali statu recedens medium desidere faciunt.

15. Ceterum praeter id, quod oculis tuis subiicitur, quidquid in osse tibi apparere videbitur etiam ex aegro requirendum, (etenim magis aut minus vulnerati haec sunt indicia), et num vulneratus alto sopore detentus fuerit et tenebrae oculis offusae, aut num vertigo eum prehenderit et conciderit.

16. At ubi osse a telo nudato vulnus ad ipsas suturas fieri contigerit, teli vestigium, quod in alio osse conspicuum est, difficile est nosse, num in osse insit, nec ne, si in ipsis suturis exstiterit. Fallit enim sutura ipsa reliquo osse asperior, neque constat, quid huius sutura sit et quid teli sedes, nisi haec admodum sit insignis. Accedit quoque ad teli vestigium in suturis ipsis exsistens plerumque rima, quae

ἀρτίστομα.] Exponit Galenus in exegesi παντα χόθεν ὁμαλά.

ἐς τὸ πλάγιον.] Malui vulgatam lect. servare, quam cum Littréo et duobus libris Parisinis ἔς τε πλάγιον scribere.

καὶ ἕδρην μὲν ἐμποιέει αὐτὸ καὶ διακόψαντα.] In his verbis αὐτό ad os refertur, διακόψαν, uti vulgo editur, ad τὸ βέλος, itaque transitum in his haberemus a plurali τὰ δὲ βέλεα in superioribus ad singularem numerum; sed praestat διακόψαντα scribere, quod igitur in textum introduxi.

διακόψαντα· φλᾷ δὲ κ. τ. λ.] Pone διάκοψαν vulgatae inferuntur apud ceteros verba διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη τωὐτό (τωὐτόν) ἐστι Vid. adn. ad finem § 11., unde constat, quare deleverim.

15. καὶ ἐρώτησιν ποιέεσθαι πάντων τούτων.] Exspectaveram in hisce περὶ πάντων τούτων. At genitivum nudum recte poni puto propter constantem usum accusativi cum verbo ἐρωτᾶν.

καὶ ἢν δῖνος ἔχῃ καὶ πέσῃ.] ἤν h. l. recepi e lib. Med. et duobus illis Parisinis, qui totam hanc lect. praebent, quam nuperrimus editor etiam admisit una particula ἤν excepta. Vulgata ferebat καὶ δῖνος, ἢ καὶ πέσῃ.

16. ἤν γε τύχῃ γενομένη ἡ ἕδρη ἐν αὐτῇσι τῇσι ῥαφῇσι.] Vulgo ἤν τε τύχῃ. Cod. Med. et Parr. duo καὶ ἢν τύχῃ, quod recepit Littréus. Locum facile in integrum restituere mihi visus sum in vulgata lect. τε in γε mutando. Sed praeterea καί, quod libri supra ante γίγνεται ferunt, delevi, quum abundet et nullo modo sedem suam ibi tueri possit.

ξυγκλέπτει.] Vulgo συμβλέπει, pro quo συγκλέπτει legere iam Scaliger iussit, quam emendationem firmant codd. iidem tres συγκλεπτή ferentes. Erotianus, monente Foës., h. l. legisse videtur συγκλέπτεται, quod recepit Littréus, qui in adnotatione plura adscribit, ut significet illud συγκλέπτεται prae συγκλέπτει praestare. Mihi eo minus persua-

©BIUM

καὶ οὐ διάδηλον ὅ τι τε αὐτοῦ ῥαφή ἐστι καὶ ὅ τι τοῦ βέλεος ἕδρη, ἢν μὴ κάρτα μεγάλη γένηται ἡ ἕδρη. Προσγίγνεται δὲ καὶ ῥῆξις τῇ ἕδρῃ ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ τῇ ἐν τῇσι ῥαφῇσι γενομένῃ καὶ γίγνεται καὶ αὕτη ἡ ῥῆξις χαλεπωτέρη φράσασθαι, ἢ κου ἄλλοθι ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου, διὰ τοῦτο ὅτι κατ' αὐτὴν τὴν ῥαφὴν ἡ ῥῆξις γίγνεται, ἢν ῥηγνύηται, ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ. Ἑτοῖμον γὰρ ταύτῃ ῥήγνυσθαι τὸ ὀστέον καὶ διαχαλᾶν, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσιος τοῦ ὀστέου ταύτῃ καὶ διὰ τὴν ἀραιότητα καὶ δὴ ἅτε τῆς ῥαφῆς ἑτοίμης ἐούσης ῥήγνυσθαι καὶ διαχαλᾶν· τὰ δ' ἄλλα ὀστέα τὰ περιέχοντα τὴν ῥαφὴν μένει ἀρραγέα, ὅτι ἰσχυρότερά ἐστι τῆς ῥαφῆς. Ἡ δὲ ῥῆξις ἡ κατὰ τὴν ῥαφὴν γενομένη καὶ διαχάλασίς ἐστι τῆς ῥαφῆς καὶ φράσασθαι οὐκ εὐμαρὴς, οὔτε ἢν ὑπὸ ἕδρης τοῦ βέλεος γενομένης ἐν τῇ ῥαφῇ ῥαγῇ καὶ διαχαλάσῃ, οὔτε ἢν φλασθέντος τοῦ ὀστέου κατὰ τὰς ῥαφὰς ῥαγῇ καὶ διαχαλάσῃ· ἀλλ' ἔστι χαλεπώτερον φράσασθαι τὴν ἀπὸ τῆς φλάσιος ῥωγμήν. Ξυγκλέπτουσι γὰρ τὴν γνώμην καὶ τὴν ὄψιν τοῦ ἰητροῦ αὐταὶ αἱ ῥαφαὶ ῥωγμοειδέες φαινόμεναι καὶ τρηχύτεραι ἐοῦσαι τοῦ ἄλλου ὀστέου, ὅ τι μὴ ἰσχυρῶς διεκόπη καὶ διεχάλασε. Ἀλλὰ χρὴ εἰ κατὰ τὰς ῥαφὰς τὸ τρῶμα γένοιτο καὶ πρός

difficilius discernitur, quam si in alia capitis parte os fractum sit, propterea quod fere in ipsis suturis, si os frangatur, rima locum obtinet. Prompte enim os hac parte, ob eam, quam a natura habet, imbecillitatem, frangitur et elaxatur et propter raritatem et quia sutura prompte frangitur et elaxatur. Reliqua vero ossa suturam ambientia, quod sutura sint robustiora, citra fracturam permanent. At fractura ad suturam exsistens suturae etiam laxatio est, nec facile est eam detegere, neque si orta sit a teli vestigio in sutura et si hac de causa hiet, neque si orta sit et hiet ob collisionem ossis ad ipsas suturas. Sed difficilius tamen cognoscitur fractura, quae a colliso osse facta est. Suturae enim rimae speciem referentes et reliquo osse asperiores, medici iudicium et visum fallunt, nisi os vehementer dissectum sit et elaxatum. Sed ubi suturas vulnus attigerit et ipsum os et in osse telum insederit, mentem adhibere oportet, ut qua noxa os afficiatur inveniamus. Ab aequalibus enim magnitudine telis aut similibus, aut longe etiam minoribus, similiter ac multo levius vulneratus longe gravius offenditur, qui osse ad suturas telum excepit, quam qui alia parte. Et horum maior pars ad sectionem devenit: ad ipsas tamen suturas sectio non est adhibenda, verum, si sectionem adhibes,

det, quod ipse noster infra eodem hoc capite ξυγκλέπτουσι γὰρ τὴν γνώμην .... αἱ ῥαφαί scribit, quem locum etiam Littréus adponit. Hoc autem, de quo agimus, loco vult auctor συγκλέπτει γὰρ αὐτὴ ἡ ῥαφὴ τὴν ἕδρην: obiectum enim e proxime antecedentibus repetendum est.

τῇ ἐν τῇσι ῥαφῇσι γενομένῃ.] Pro τῇ, quae verissima Littréi est emendatio, αὕτῃ fert vulgata, αὐτῇσι cod. Med. et Paris. duo. Ex hac autem lectione etiam probabiliter τῇ ἐν αὐτῇσι τῇσι ῥ. γ. effeceris.

καὶ αὕτη ἡ ῥῆξις χαλεπ.] In his vulgata αὐτῇ, codd. illi tres αὐτή, quod recepit Littréus: pessime sane. Verissime αὕτη ἡ ῥῆξις iam Scaliger et Martinus emendarunt.

ἤ κου ἄλλοθι ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου.] Voculas ἤ κου ἄλλοθι, sine quibus locus constare nequit, de meo adscripsi; § seq. ἤ κου ἄλλοθι τῆς κεφαλῆς τῆς ἄλλης.

ἑτοῖμον.] Ita Ionice scripsi, cett. omnes ἕτοιμον.

καὶ διὰ τὴν ἀραιότητα.] διὰ τήν, quod in vulg. deficit, cum Littr. e cod. Med. et Parisinis duobus adscivi.

καὶ δὴ ἅτε.] Ita Littr. e duobus mss. Pariss.: idem latet in καὶ δὲ ἅτε cod. Med. et in vulg. καὶ διά τε. Postremum hoc olim varie interpretari et emendare conati sunt.

μένει.] Iam Scaliger ita emendavit vulgatum μὲν εἰ. Coniecturam postea firmarunt libri illi tres.

καὶ φράσασθαι οὐκ εὐμαρὴς κ. τ. λ.] Vulgata ferebat: καὶ φράσασθαι οὐκ εὐμαρὴς ἤ, οὔτε ὑπὸ ἕδρης τοῦ βέλεος γενομένης ἐν τῇ ῥαφῇ, ἐπειδὰν ῥαγῇ καὶ διαχαλάσῃ, ἀλλ' ἔστι χαλεπώτερον κ. τ. λ. Cod. Med. et Parr. illi duo: καὶ φράσασθαι οὐκ εὐμαρὴς, οὔτε εἰ ἀπὸ ἕδρης τοῦ βέλεος γενομένης ἐν τῇ ῥαφῇ, ἐπειδὰν ῥαγῇ καὶ διαχαλάσῃ, οὔτε ἢν φλασθέντος τοῦ ὀστέου κατὰ τὰς σάρκας ῥαγῇ καὶ διαχαλασθῇ, ἀλλ' ἔστι (ἔτι cod. Med.) Hanc lect. vere emendavit Littréus ita ut pro σάρκας reponeret ῥαφάς, ceteraque describeret, quemadmodum ego quoque locum iam exhibeo. Id unum autem displicuit, quod ἀλλ' ἔτι e cod. Med. scripsit, quippe quod ferri nequit; nam verbis ἀλλ' ἔστι κ. τ. λ. auctor refert, quis casus cognitu sit difficilior e duobus paulo ante enumeratis: ἀλλ' ἔτι autem congruum esset, si alium quemdam tertium memoraret, quod non facit.

αὐταὶ αἱ ῥαφαί.] Longe ineptissimum est αὗται αἱ ῥαφαί quod libri scripti et editi ferunt omnes.

ὅ τι μὴ ἰσχυρῶς διεκόπη.] Verissime Lindanus ὅτι vulgatae in ὅ τι mutavit; illud ferri nullo modo potest.

διεκόπη καὶ διεχάλασε.] Pone διεχάλασε legi solent verba διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη τωὐτόν ἐστι. Leguntur etiam in fine § 11. et sub finem § 15. in vulgato textu. Ego hic eadem de causa atque illic delevi.

©BIUM

γε τὸ ὀστέον καὶ ἐς τὸ ὀστέον στηρίξειε τὸ βέλος, προσέχοντα τὸν νόον ἀνευρίσκειν ὅ τι πέπονθε τὸ ὀστέον. Ἀπὸ γὰρ ἴσων τε βελέων τὸ μέγεθος καὶ ὁμοίων καὶ πολλὸν ἐλασσόνων καὶ ὁμοίως τρωθεὶς καὶ πολὺ ἧσσον, πολλῷ μέζον ἐκτήσατο τὸ κακὸν ἐν τῷ ὀστέῳ ὁ ἐς τὰς ῥαφὰς δεξάμενος τὸ βέλος, ἢ ὁ μὴ ἐς τὰς ῥαφὰς δεξάμενος. Καὶ τούτων τὰ πολλὰ πρίεσθαι δεῖ· ἀλλ' οὐ χρὴ αὐτὰς τὰς ῥαφὰς πρίειν, ἀλλ' ἀποχωρήσαντα ἐν τῷ πλησίον ὀστέῳ τὴν πρίσιν ποιέεσθαι, ἢν πρίῃς.

ιζ'. Περὶ δὲ ἰήσιος τρωσίων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ ὅκως χρὴ ἐξελέγχειν τὰς πάθας τὰς ἐν τῷ ὀστέῳ γενομένας τὰς μὴ φανερὰς, ὧδέ μοι δοκέει. Ἕλκος ἐν τῇ κεφαλῇ οὐ χρὴ τέγγειν οὐδενὶ, οὐδὲ οἴνῳ, ἀλλ' ὡς ἥκιστα, οὐδὲ καταπλάσσειν, οὐδὲ μοτῷ τὴν ἴησιν ποιέεσθαι, οὐδὲ ἐπιδεῖν χρὴ ἕλκος ἐν κεφαλῇ, ἢν μὴ ἐν τῷ μετώπῳ ᾖ τὸ ἕλκος ἐν τῷ ψιλῷ τῶν τριχῶν, ἢ περὶ τὴν ὀφρὺν καὶ τὸν ὀφθαλμόν. Ἐνταῦθα δὲ γενόμενα τὰ ἕλκεα καταπλάσιος καὶ ἐπιδέσιος μᾶλλον κέχρηται ἤ κου ἄλλοθι τῆς κεφαλῆς τῆς ἄλλης. Χρὴ δὲ οὐδὲ τὰ ἐν τῷ μετώπῳ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου καταπλάσσειν καὶ ἐπιδεῖν, ἀλλ' ἐπειδὰν παύσηται φλεγμαίνοντα καὶ τὸ οἴδημα καταστῇ, παύσασθαι καταπλάσσοντα καὶ ἐπιδέοντα. Ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ κεφαλῇ ἕλκος οὔτε μοτοῦν χρὴ, οὔτε καταπλάσσειν, οὔτ' ἐπιδεῖν, εἰ μὴ καὶ τομῆς δέοιτο.

ab his recedendum et in proximo osse facienda est.

17. De capitis autem vulneribus eorumque curatione, quaque ratione latentes ossis affectiones deprehendi debeant, sic censeo. Capitis vulnus nulla re madefaciendum, ne vino quidem, sed quam minime. Neque vero per cataplasmata, neque per linamenta curationem postulat. At neque deligandum capitis vulnus est, nisi in fronte sit, in parte pilis nudata, aut circa supercilium et oculum. Harum enim partium vulnera cataplasmatis et deligationis usum magis requirunt, quam quae alia reliqui capitis parte fiunt. At neque in his, quae in fronte sunt, toto tempore cataplasmate et deligatione utendum, sed ubi inflammatio cessarit et tumor conquieverit, ab his desistendum. In reliquis autem capitis vulneribus neque linamentis, neque cataplasmate neque deligatione utendum, nisi sectione opus sit.

καὶ πολλὸν ἐλασσόνων.] Pone πολλόν libri habent τε, quod recte suppressit Littréus.

17. τὰς ἐν τῷ ὀστέῳ γενομένας.] Tum h. l., tum infra, in verbis Ἐνταῦθα δὲ γενόμενα, de meo aor. participii dedi, libris utroque loco γινόμενα habentibus. Me iudice persaepe apud nostrum in γίνεσθαι, γινόμενα cett. aoristus γενέσθαι, γενόμενα latet, qui quin hoc loco requiratur, nemini dubium esse potest.

οὐδὲ ἐπιδεῖν.] Vulgo οὐδὲ πιέζειν. Rectissime vero Littréus praetulit cod. Med. et duorum Parr. lectionem οὐδ' ἐπιδεῖν. In hoc ipso capite καταπλάσιος καὶ ἐπιδέσιος, — καταπλάσσοντα καὶ ἐπιδέοντα, — οὔτε καταπλάσσειν, οὔτ' ἐπιδεῖν.

ἐν τῷ ψιλῷ τῶν τριχῶν.] Hoc omnino cum Littréo praefero prae vulgato ἢ ἐν τῷ ψ. τ. τρ. Recte ἤ omm. cod. Med. et Parr. duo.

ἤ κου ἄλλοθι τῆς κεφαλῆς τῆς ἄλλης. Χρὴ δέ ....] Inter ἄλλης et Χρή vulgo interponuntur haec: περιέχει γὰρ ἡ κεφαλὴ ἡ ἄλλη τὸ μέτωπον πᾶν, ἐκ δὲ τῶν περιεχόντων τὰ ἕλκεα καὶ ἐν ὅτῳ ἂν ᾖ τὰ ἕλκεα φλεγμαίνει καὶ ἐπανοιδίσκεται δι' αἵματος ἐπιρροήν. Tota periodus mihi insititia esse videtur: exhibet lusum dialecticum, eumque longe stultissimum, in verbo περιέχειν. Nimirum: ἡ κεφαλὴ περιέχει πᾶν τὸ μέτωπον, primus syllogismi terminus, δι' αἵματος ἐπιρροὴν ἐκ τῶν περιεχόντων τὰ ἕλκεα καὶ ἐν ὅτῳ ἂν ᾖ τὰ ἕλκεα φλεγμαίνει, alter terminus. Conclusio est, omnino deligandum esse vulnus in fronte, ne ista ἐπιρροὴ fiat. Sed putabimusne tam ridiculum fuisse Hippocratem, ut non videret idem ratiocinium pariter valere et eandem vim habere de reliquis capitis partibus vulneratis ac de fronte? Haud ego credo. Est haec putida recentioris scioli adnotatio, quae in textum irrepsit. De hac autem inflammationis ἐκ ῥεύματος theoria., multa habes in libro de morbo sacro v. c. et in primis capitibus additamentorum spuriorum ad librum de

©BIUM

ιη'. Τάμνειν δὲ χρὴ τῶν ἑλκέων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ γενομένων καὶ ἐν τῷ μετώπῳ, ὅκου ἂν τὸ μὲν ὀστέον ψιλὸν ᾖ τῆς σαρκὸς καὶ δοκέῃ τι σῖνος ἔχειν ὑπὸ τοῦ βέλεος, τὰ δὲ ἕλκεα μὴ ἱκανὰ τὸ μέγεθος τοῦ μήκεος καὶ τῆς εὐρύτητος ἐς τὴν σκέψιν τοῦ ὀστέου, εἴ τι πέπονθε ὑπὸ τοῦ βέλεος κακὸν καὶ ὁκοῖόν τι πέπονθε, καὶ ὁκόσον ἡ μὲν σὰρξ πέφλασται καὶ τὸ ὀστέον ἔχει τὸ σῖνος, καὶ δ' αὖτε εἰ ἀσινές τέ ἐστι τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος καὶ μηδὲν πέπονθε κακὸν, καὶ ἐς τὴν ἴησιν ὁκοίης δεῖταί τινος τό τε ἕλκος, ἥ τε σὰρξ καὶ ἡ πάθη τοῦ ὀστέου. Τὰ δὴ τοιαῦτα τῶν ἑλκέων τομῆς δεῖται. Καὶ ἂν τὸ μὲν ὀστέον ψιλωθῇ τῆς σαρκὸς, ὑπόκοιλα δὲ ᾖ ἐς πλάγιον ἐπιπολὺ, ἐπανατάμνειν τὸ κοῖλον, ὅκου μὴ εὐμαρές ἐστι τῷ φαρμάκῳ ἀφικέσθαι, ὁκοίῳ ἄν τινι χρή· καὶ τὰ κυκλοτερέα τῶν ἑλκέων καὶ ὑπόκοιλα ἐπὶ πουλὺ, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπανατάμνων τὸν κύκλον διχῇ κατὰ μῆκος, ὥσπερ πέφυκε ὤνθρωπος, μακρὸν ποιέειν τὸ ἕλκος.

ιθ'. Τάμνοντι δὲ κεφαλὴν τὰ μὲν ἄλλα τῆς κεφαλῆς ἀσφάλειαν ἔχει ταμνόμενα· ὁ δὲ κρόταφος καὶ ἄνωθεν ἔτι τοῦ κροτάφου

18. Sectionem autem postulant capitis et frontis vulnera, ubi os quidem carne nudatum fuerit et sub telo noxiam aliquam sensisse videatur, ipsa vero vulnera non satis idoneam habeant longitudinem et latitudinem, qua perspici possit, numquid os sub telo male affectum sit, et qualem noxiam senserit, et quantum quidem carnis collisum sit et quantum offensionis os senserit, contraque num os a telo inviolatum manserit, nihilque mali senserit et quanam curatione tum vulnus, tum caro, tum ossis offensio opus habeat. Atque eiusmodi sane vulnera sectionem postulant. Tum etiam ubi os quidem carne nudatum fuerit, vulnera autem obliquam quandam cavitatem habeant, abunde cavum incidere oportet, ubi medicamentum, quocumque opus fuerit, non facile eo pervenire potest. Sed et vulnera orbiculata et admodum cava, eiusmodi quoque incidere oportet, ut orbe in longitudinem bifariam diviso, prout est hominis natura, vulnus longum efficiatur.

19. At in capitis sectione ceterae quidem capitis partes tuto secari possunt, tempus vero et quod adhuc supra est iuxta venam, quae per

victu acutorum. De ea quoque conferri potest Gal. lib. II. de Meth. ad Glauconem cap. 1. initio et in primis cap. 2. — Haec iam mecum disputaveram, antequam videram Scaligerum item verba iecta cupivisse, et Littréum contrarium opinatum esse; hic tamen etiam falsam ratiocinationem in hisce et observavit et indicavit; eam vero non ita defendit, ut in his verbis cum eo Hippocratem agnoscam.

18. τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ γενομένων.] Etiam h. l. aoristum participii de meo dedi, libris γινομένων ferentibus.

ὅκου ἂν τὸ μὲν ὀστέον ψιλὸν ᾖ τῆς σαρκὸς καὶ δοκέῃ τι σῖνος ἔχειν ὑπὸ τοῦ βέλεος, τὰ δὲ ἕλκεα μὴ ἱκανὰ τὸ μέγεθος κ. τ. λ.] Describam notulam Littréi: „Ante ἕλκεα, inquit, addit δέ vulg. — Scaliger: τὰ δὲ ἕλκεα μὴ ἱκανά. — Hic quaedam etiam sunt non deprompta ex narthecio Hipcratis. Tu totam periodum ita concipe: τάμνειν δὲ χρὴ τῶν ἑλκέων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ γινομένων καὶ ἐν μετώπῳ, ὅπη ἂν τὸ ὀστέον ψιλὸν ᾖ τῆς σαρκὸς καὶ δοκέῃ τι σῖνος ἔχειν ὑπὸ τοῦ βέλεος, τὰ μὴ ἱκανὰ τὸ μέγεθος, etc. — La correction de Scaliger est parfaite, et elle me semble tellement evidente, que je n'hésite pas à la recevoir dans le texte, quoique aucun manuscrit ne la justifie, tous ayant le δέ, qui seul fait obstacle." Littréus solum δέ delevit, non ἕλκεα. — Mihi vero et Scaliger et nuperrimus editor longe a vero aberrasse videntur: nam locus non est tangendus. Partitio est in τὸ μὲν ὀστέον et τὰ δὲ ἕλκεα; in altero vero partitionis membro ᾖ e priore cogitatione supplendum, quasi scriptum esset: ὅκου ἂν τὸ μὲν ὀστέον ψιλὸν ᾖ τῆς σαρκὸς καὶ δοκέῃ τι σῖνος ἔχειν ὑπὸ τοῦ βέλεος, — τὰ δὲ ἕλκεα μὴ ᾖ ἱκανὰ κ. τ. λ. — Fieri potest etiam ut re vera ᾖ adscriptum fuerit, sed inter μή et ἱκανά interierit.

καὶ δ' αὖτε εἰ ἀσινές τέ ἐστι.] Littréus καὶ δ' αὖ εἰ κ.τ.λ. et in notula: „post αὖ addit τε vulgata, inquit. — Cette particule est nuisible et je l'ai supprimée, malgré les manuscrits, parce que les copistes la mettent et l'omettent à chaque instant par erreur." Immo equidem, quare αὖτε in αὖ mutem, causam video nullam, idem significant, et hoc certe altero durius sonat nostro loco.

ὅκου μὴ εὐμαρές ἐστι τῷ φαρμάκῳ ἀφικέσθαι.] Pro εὐμαρές, quod cod. Med. et Parr. duo habent, vulgo εὐχερές, quod servavit Littréus: mihi hoc alterius interpretationem referre videtur, ita ut trium illorum librorum lectionem praetulerim. Hesych. εὐμαρές· εὐχερές, cett. — Pro ἀφικέσθαι Scaliger voluit ἐφικέσθαι, quod etiam Foës. desiderat et Littréus dedit: mihi nulla mutatione opus videtur, recte medicus dicitur τῷ φαρμάκῳ μὴ δύνασθαι ἀφικέσθαι ἔς τινα τόπον, similiter atque cap. 21: τὸ δὲ βέλος δοκέῃ ἀφικέσθαι ἐς τὸ ὀστέον.

ὁκοίῳ ἄν τινι χρή.] Pro illo χρή Scaliger voluit χρέηται, Martinus χρέῃ. Foës. ὁκοίου ἄν τινος χρέηται, Littréus ὁκοίῳ ἄν τινι χρῇ. Sunt haec omnia fere deteriora vulgato χρή, quod sanissimum est et interpretandum ὁκοίῳ ἄν τινι ἀφικέσθαι τὸν ἰητρὸν χρή.

καὶ τὰ τοιαῦτα.] Notanda structura καὶ τὰ τοιαῦτα — μακρὸν ποιέειν τὸ ἕλκος. Nimirum in mente habebat καὶ τὰ τοιαῦτα — μακρὰ ποιέειν..

©BIUM

κατὰ τὴν φλέβα τὴν διὰ τοῦ κροτάφου φερομένην, τοῦτο δὲ τὸ χωρίον μὴ τάμνειν· σπασμὸς γὰρ ἐπιλαμβάνει τὸν τμηθέντα. Καὶ ἢν μὲν ἐπ' ἀριστερὰ τμηθῇ κροτάφου, τὰ ἐπὶ δεξιὰ ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει· ἢν δ' ἐπὶ τὰ δεξιὰ τμηθῇ κροτάφου, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει.

κ'. Ὅταν οὖν τάμνῃς ἕλκος ἐν κεφαλῇ ὀστέων εἵνεκα τῆς σαρκὸς ἐψιλωμένων, θέλων εἰδέναι εἴ τι ἔχει τὸ ὀστέον κακὸν ὑπὸ τοῦ βέλεος, ἢ καὶ μὴ ἔχει, τάμνειν χρὴ τὸ μέγεθος τὴν ὠτειλήν, ὁκόση ἂν δοκέῃ ἀποχρῆναι. Τάμνοντα δὲ χρὴ ἀναστεῖλαι τὴν σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, ἔπειτα διαμοτῶσαι τὸ ἕλκος πᾶν μοτῷ, ὅστις εὐρύτατον τὸ ἕλκος παρέξει ἐς τὴν ὑστεραίην ξὺν ἐλαχίστῳ πόνῳ· μοτώσαντα δὲ καταπλάσματι χρῆσθαι ὁκόσον ἂν περ χρόνον καὶ τῷ μοτῷ, μάζῃ ἐκ λεπτῶν ἀλφίτων· ἐν ὄξεϊ δὲ μάσσειν, ἢ ἕψειν, καὶ γλισχρὴν ποιέειν ὡς μάλιστα.

κα'. Τῇ δ' ὑστεραίῃ ἐπειδὰν ἐξέλῃς τὸν μοτὸν, κατιδὼν τὸ ὀστέον ὅ τι πέπονθε, ἐὰν μή σοι καταφανὴς ᾖ ἡ τρῶσις, ὁκοίη τίς ἐστι ἐν τῷ ὀστέῳ, μηδὲ διαγιγνώσκῃς εἴτε τι ἔχει τὸ ὀστέον κακὸν ἐν ἑωυτῷ, ἢ καὶ μὴ ἔχει, τὸ δὲ βέλος δοκέῃ ἀφικέσθαι ἐς τὸ ὀστέον καὶ σίγασθαι, ἐπιξύειν χρὴ τῷ ξυστῆρι κατὰ

tempora fertur, haec inquam regio secari non debet. Nervorum enim distentione prehenditur qui sectus est. At si sinistra tempora secta fuerint, dextra convulsio prehendit, sin ad dextra sectio fuerit, sinistra convelluntur.

20. Ubi igitur ossium carne nudatorum causa vulnus in capite secatur, ut cognoscas sub telo os aliquod vitium senserit, nec ne, vulnus ea magnitudine superiore parte, quanta opus esse videbitur, secari debet. Cum autem inciditur, carnem ab osse diducere oportet. Tum linamentis vulnus implendum, quae in posterum diem quam minimo labore vulnus amplissimum exhibeant. Admotis linamentis cataplasmate quamdiu linamenta adhibentur utendum, maza ex tenuissima polenta, quam aceto subigere aut coquere oportet, ut quam maxime glutinosa reddatur.

21. Postridie exemptis linamentis, ubi os affectum conspexeris, si cuiusmodi plaga in osse fuerit non sit tibi conspicua, neque diiudices os mali aliquid in se receperit, necne, telum autem ad os pervenisse ipsumque offendisse videatur, id scalpro rasorio in altitudinem et longitudinem, prout ex hominis natura, et rursus

19. φερομένην.] Mire cod. Med. et Parr. duo ἐπιφαινομένην. ἐπ' ἀριστερὰ τμ.] ἐν τῷ ἐπ' ἀριστερὰ τμηθῇ κροτάφῳ cod. Med. et Parr. duo, quod sane accuratius locum definire videtur altera lectione; vulgata tamen verior scriptura a me habetur.

20. ὀστέων εἵνεκα τῆς σαρκὸς ἐψιλωμένων.] Cod. unus ὀστέου ἑ. τ. σ. ἐψιλωμένου. Liber Med. et Parr. duo τοῦ ὀστέου ἑ. τ. σ. ἐψιλωμένου.

τὴν ὠτειλήν.] Pro his τῆς τομῆς ferunt libri illi tres. Paulo superius et initio capituli 21. ἢ καὶ μὴ ἔχει de meo dedi pro ceterorum ἢ καὶ οὐκ ἔχει.

ἀποχρῆναι.] Ita libri iidem. Vulgo ἄνω χρῆναι, pro quo Scal. voluit ἄνω χρῆσθαι, Martinus: ὅσου ἂν δοκέῃ ἀνθρώπῳ χρῆναι. Verissima est scriptura ἀποχρῆναι.

ἀναστεῖλαι τὴν σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀστέου.] διαστεῖλαι praebent cod. Med. et libri Parisienses duo illi. Pone ὀστέου solet legi: ᾗ πρὸς τῇ μήνιγγι καὶ πρὸς τῷ ὀστέῳ πέφυκε. Pro ᾗ, quae codicum duorum Paris. lectio est, vulgo ἢ legitur. Martinus: „Malim, inquit, sic: καὶ τὴν μήνιγγα, ἢ καὶ πρός. Nam in operibus artis ad explorandam fracturam et cutis et tunica περικράνιος exscinditur." Nimirum hic aqua haeret; nam μήνιγγα h. l. esse *tunicam* τὴν περικράνιον haud mihi persuadet, si quidem ubivis in hoc libro *cerebri membranam* haec vox denotat: vide § 2. τὸ κατώτατον τὸ πρὸς τῇ μήνιγγι. — § 23. ὑπὲρ τῆς μήνιγγος τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον. — § 25. ἀκινδυνότερα . . . γίγνεται, ἐπὴν ἡ μήνιγξ ὑγιὴς ᾖ. — § 28. πρίσαντα τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα. — § 30. οὐ χρὴ ἐκπρίειν τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα αὐτίκα· οὐ γὰρ συμφέρει τὴν μήνιγγα ψιλὴν εἶναι τοῦ ὀστέου. cett. Itaque πρὸς τὴν μήνιγγα caro nulla crescit, neque scribere potuit quod exprimunt ista verba ᾗ πρὸς τῇ μήνιγγι καὶ πρὸς τῷ ὀστέῳ πέφυκε, adeo ut voces nescio unde in textum intrusas et prorsus supervacaneas et erroneas eiecerim.

μοτώσαντα δὲ καταπλάσματι χρῆσθαι.] Ante καταπλάσματι inserunt χρή cod. Med. et Parr. duo.

μάζῃ ἐκ λεπτῶν ἀλφίτων. ἐν ὄξεϊ δὲ μάσσειν.] Vulgo μάζην, liber unus μάζῃ, libri illi tres saepe laudati μάζης. Hippocrates, puto, dativum dedit, qui per appositionem cum καταπλάσματι convenit: καταπλάσματι χρῆσθαι . . . . μάζῃ. — Porro ἐν ὄξεϊ δὲ μάσσειν habent libri illi tres et quartus alius, vulgo vero ἐν ὄξει διαμάσσειν sine interpunctione pone ἀλφίτων. Denique quatuor illi libri pro ἢ ἕψειν ferunt ἕψειν δέ, quod deterius.

21. τῇ δ' ὑστεραίῃ.] Cett. omnes τῇ δ' ὑστεραίῃ ἡμέρῃ. Mihi ἡμέρῃ delendum visum est, quippe glossema.

καὶ σίνασθαι.] Quod Med. cod. et Parr. duo h. l. addunt τὴν σάρκα, id unde devenerit non intelligo, sed longe ineptissimum esse certo scio.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 525 sur 880

©BIUM

βάθος καὶ κατὰ μῆκος τοῦ ἀνθρώπου, ὡς πέφυκε, καὶ αὖτις ἐπικάρσιον τὸ ὀστέον, τῶν ῥηξίων εἵνεκα τῶν ἀφανέων ἰδεῖν καὶ τῆς φλάσιος εἵνεκα τῆς ἀφανέος, τῆς οὐκ ἐσφλωμένης ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς κεφαλῆς τοῦ ἄλλου ὀστέου. Ἐξελέγχει γὰρ ἡ ξύσις μάλα, ἢν μὴ καὶ ἄλλως καταφανέες ἔωσι αὗται αἱ πάθαι ἐοῦσαι ἐν τῷ ὀστέῳ. Καὶ ἢν ἕδρην ἴδῃς ἐν τῷ ὀστέῳ τοῦ βέλεος, ἐπιξύειν χρὴ αὐτήν τε τὴν ἕδρην καὶ τὰ περιέχοντα αὐτὴν ὀστέα, μὴ πολλάκις τῇ ἕδρῃ προσγένηται ῥῆξις καὶ φλάσις, ἢ μούνη φλάσις, ἔπειτα λανθάνῃ οὐ καταφανέα ἐόντα.

κβ'. Ἐπειδὰν δὲ ξύσῃς τὸ ὀστέον τῷ ξυστῆρι, ἢν μὲν δοκέῃ ἐς πρίσιν ἀφήκειν ἡ τρῶσις τοῦ ὀστέου, πρίειν χρὴ καὶ τὰς τρεῖς ἡμέρας μὴ ὑπερβάλλειν ἀπρίωτον, ἀλλ' ἐν ταύτῃσι πρίειν ἄλλως τε καὶ θερμῆς ἐούσης τῆς ὥρης, ἢν ἐξ ἀρχῆς λαμβάνῃς τὸ ἴημα. Ἢν δὲ ὑποπτεύσῃς μὲν τὸ ὀστέον ἐρρωγέναι ἢ πεφλάσθαι, ἢ ἀμφότερα ταῦτα, τεκμαιρόμενος ὅτι ἰσχυρῶς τέτρωται ἐκ τῶν λόγων τοῦ τρωματίου, καὶ ὅτι ὑπὸ ἰσχυροτέρου τοῦ τρώσαντος, ἢν ἕτερος ὑφ' ἑτέρου τρωθῇ, καὶ τὸ βέλος, ὅτῳ ἐτρώθη, ὅτι τῶν κακούργων βελέων ἦν, ἔπειτα τὸν ἄνθρωπον ὅτι δῖνός τε ἔλαβε καὶ σκότος καὶ ἐκαρώθη καὶ κατέπεσε· τούτων δὲ οὕτω γενομένων, ἢν μὴ διαγιγνώσκῃς, εἰ ἔρρωγε τὸ ὀστέον ἢ πέφλασται, ἢ καὶ ἀμφότερα ταῦτα, μήτε ἄλλως, μήτε ὀρέων, ἐπὶ τὸ ὀστέον ἐπιτιθέναι τηκτόν τι

transversum os radendum est, ob rimas, quae in conspectum non veniunt, aut collisionem non apparentem, ubi os medium non desederit, neque e sua natura e reliquo capitis osse intro recesserit. Ubi namque os deraseris, facile deprehendes ossis ex telo affectiones, si alioqui in conspectum non venerint. Quodsi teli vestigium in osse conspiciatur, ipsum quoque eradendum est, tum circum ambientia ossa, ne cum saepe ad teli vestigium fissum et collisum, aut collisum tantum accedat, ea postea lateant, neque in conspectum veniant.

22. Postquam autem os scalpro eraseris, si quidem ossis vulnus ad sectionem tendere videatur, intra triduum ad sectionem veniendum, neque id spatium citra sectionem superandum, idque praecipue si calida anni tempestate ab initio curationem susceperis. At si os quidem fissum suspiceris, aut collisum, aut utrumque, ex vulnerati sermonibus de vulneris magnitudine coniecturam faciens, quod a robusto vulnus illatum sit, si alter ab altero vulneratus fuerit, quodque telum, quo vulnus fuerit inflictum, ex eorum sit genere, quae noxam inferunt, tum quia aeger vertigine correptus fuerit, aut tenebrae oculis offusae, aut alto sopore detentus conciderit. Quae quidem ubi inciderint, nisi dignoscas, osne fissum sit aut collisum, aut utroque modo vitiatum, neque alia ratione, neque visu distinguens, super os nigrum aliquod me-

καὶ αὖτις ἐπικάρσιον.] Ionicum αὖτις ex Ald. recepi; vulgo εἰ ᾗ κάρσιον, pro quo unice verum ἐπικάρσιον Littréo praebuere cod. Med. et Parisienses duo cum illo maxime consentientes.

ἐξελέγχει γὰρ ἡ ξύσις μάλα, ἢν μὴ καὶ ἄλλως καταφανέες ἔωσι αὗται αἱ πάθαι ἐοῦσαι ἐν τῷ ὀστέῳ.] Pro μάλα in his vulgata fert μᾶλλον. Cod. vero Med. et Paris. illi duo μάλα τὸ κακόν, unde primam vocem recepi, omittens τὸ κακόν, quod vereor ne a recentiore manu additum sit, ut expleret sententiam probe sibi constantem. Vulgata pone ὀστέῳ habet τοῦ βέλεος, quod e seqq. perperam huc retractum et ita repetitum.

αὐτήν τε τὴν ἕδρην.] h. l. in vulg. perperam additur τοῦ βέλεος, quod prorsus supervacaneum omittitur in tribus illis libris mss., quorum auctoritate suppressit iam Littréus.

22. ἐς πρίσιν ἀφήκειν.] Vulgo ἀφίκειν, codd. duo Parr. cum Mediceo fere consentientes ferunt ἀφήκειν. Nota sunt ἀφήκειν et ἀφικνέομαι, sed ἀφίκειν Iotacismo ex illo ortum est, itaque vel sine mentione rei facta, hic illic ἀφήκειν revocavi. Nostrum praesens ἵκω usurpavisse non credo. Cf. Buttm. Gr. Gr. in indice verborum irreg.

καὶ τὰς τρεῖς ἡμέρας μὴ ὑπερβάλλειν.] Liber Med. et duo Paris. καὶ οὐ δεῖ τὰς τρεῖς ἡμέρας μὴ ὑπερβάλλειν, quod mihi ineptum videtur ideoque vehementer displicet; miror recepisse Littréum.

ἄλλως τε καὶ θερμῆς ἐούσης τῆς ὥρης.] Vulgo ἄλλως τε καὶ τῆς θερμῆς ὥρης, quod mihi cum nostri solito orationis tenore non congruere videtur, adeo ut de meo ita mutaverim.

ὑπὸ ἰσχυροτέρου τοῦ τρώσαντος.] Libri illi tres ἰσχυροτέρου, quod exhibet Littréus: vulgo ἰσχυροῦ.

τούτων δὲ οὕτω γενομένων.] Aoristum de meo dedi. Libri γενομένων et γιγνομένων.

μήτε ἄλλως, μήτε ὀρέων, ἐπὶ τὸ ὀστέον ἐπιτιθέναι τηκτόν τι μέλαν, μοτὸν δεύσας τῷ μέλανι τῷ τηκομένῳ· τό τε ἕλκος στεῖλαι καὶ ὑποτείνας ὀθόνιον ἐλαίῳ τέγξας, εἶτα καταπλάσας τῇ μάζῃ, ἐπιδῆσαι· τῇ δ' ὑστεραίῃ ἀπο-

μέλαν, μοτὸν δεύσας τῷ μέλανι τῷ τηκομένῳ· τό τε ἕλκος στεῖλαι καὶ ὑποτείνας ὀθόνιον ἐλαίῳ τέγξας, εἶτα καταπλάσας τῇ μάζῃ, ἐπιδῆσαι· τῇ δ' ὑστεραίῃ ἀπολύσας καὶ ἐκκαθήρας τὸ ἕλκος, ἐπιξῦσαι. Καὶ ἢν μὴ ᾖ ὑγιὲς, ἀλλ' ἐρρώγῃ καὶ πεφλασμένον ᾖ, τὸ μὲν ἄλλο ἔσται ὀστέον λευκὸν ἐπιξυόμενον, ἡ δὲ ῥωγμὴ καὶ ἡ φλάσις, κατατακέντος τοῦ φαρμάκου, δεξαμένη ἐς ἑωυτὴν μέλαν ἐὸν, ἔσται μέλαινα ἐν λευκῷ τῷ ὀστέῳ τῷ ἄλλῳ. Ἀλλὰ χρὴ αὖτις τὴν ῥωγμὴν ταύτην φανεῖσαν μέλαιναν ἐπιξέειν κατὰ βά-

dicamentum liquabile imponendum, madefacto linamento nigro illo liquefacto, et vulnus claudendum et, subiecto linteo oleo madefacto, deinde cataplasmate ex maza imposito, deligandum, postridie vero vulnere resoluto ac repurgato, os deradendum. Et si integrum non fuerit, sed fissum et collisum, reliquum quidem os erasum album erit. At fissum et collisum in se medicamentum liquefactum recipiens, reliquo osse albo exsistente, nigrum conspicietur. Verum iterum rimam ipsam nigram illam in conspectum venientem alte radere oportet. Ac si

λύσας καὶ ἐκκαθήρας τὸ ἕλκος, ἐπιξῦσαι.] Locum, quem emendatum, ut spero, exhibeo iam e librorum lectione describam: μήτε ἄλλως ὁρῶν (ὁρέων libri illi tres, ὅλως ὁρῶν δύνῃ cod. unus Par.) δεῖ δὴ ἐπὶ τὸ ὀστέον τήκειν (τήκων) τὸ μελάνταιον δεύσαντα (δεύσας τι, δεύσαντι, δεῦσαί τι) τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ, τό τε ἕλκος ὑποτείνας ὀθόνιον ἐλαίῳ τέγξαι (τέγξας, τέγξαντα) εἶτα καταπλάσας (καταπλάσαντα liber unus) τῇ μάζῃ ἐπιδῆσαι, τῇ δ' ὑστεραίῃ ἀπολύσας καὶ ἐκκαθήρας (haec etiam participia cod. unus accusativo) τὸ ἕλκος ἐπιξῦσαι. Ita vulgata, pro qua cod. Med. et Parr. duo illi primam partem ita efferunt: δεῖ δὴ ἐπὶ τὸ ὀστέον τὸ (τό om. cod. Med.) τηκτὸν τὸ μελάνταιον δεύσαντα τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ στεῖλαι τὸ ἕλκος, ὑποτείνας ὀθόνιον ἐλαίῳ τέγξας (τέγξαι cod. Med.). — En librorum traditionem, quae in censum veniat necesse est, descripsimus. Videamus de vitiis, tum de nostra emendandi ratione, cui aliorum subiungam tandem conamina. — Initio quod codex unus habet, μήτε ὅλως ὁρῶν δύνῃ, procul dubio recentiori alicui debetur locum ita corrigenti. Recte vidit Littréus legendum esse μήτε ὅλως ὁρᾶν δύνῃ, nam hoc profecto voluit corrector ille, sed parum recte ista in textum recepit, quum non sint Hippocratis. Verum latet in vulgata vitium: nam ἢν μὴ διαγινώσκῃς .... μήτε ἄλλως ὁρέων mancum est: quid deficiat, nemo facile certo dixerit, sed § 12. si consulas, videbis Hippocratem vulneratum interrogare, vulnus inspicere, subinde μηλώσει, aliisve modis explorare, quorum alicuius mentionem facere potuit hoc loco; — sed potuit etiam in genere varias explorandi methodos indicare et explorationi per visum opponere, quod lenissima medela exprimere sum conatus scribendo ἢν μὴ διαγιγνώσκῃς τὸ ὀστέον ... μήτε ἄλλως, μήτε ὁρέων. — Ita in fine § 12. ἔστι ὁρῶντα γιγνώσκειν. — Pergo ad cetera, in quibus ante omnia attendendum ad plura illa participia, quorum postrema in omnibus libris, unico excepto, nominativo efferuntur, prima accusativo, ita ut a δεῖ pendeant. Iam vero aut omnia, servato δεῖ, accusativo sunt ponenda, aut δεῖ δή delendum et participia nominativo describenda, ut infinitivi pro imperativis poni censeantur; quod vero simillimum censeo, quia postrema in unico tantum libro accusativo ponuntur. Itaque δεῖ δή, utpote recentius additamentum visum, delevi. — In seqq. verba ἐπὶ τὸ ὀστέον τηκτὸν τὸ μελάνταιον δεύσαντα τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ (haec enim probabilior codicum lectio) lacunas obferunt; nam primo infinitivum aliquem desidero cum Foësio, qualis ἐγχέειν aut ἐπιτιθέναι, ut dicatur ἐπὶ τὸ ὀστέον ἐπιτιθέναι τηκτὸν τὸ μέλαν, seu potius τηκτόν τι μέλαν, quum postea illud accuratius definiat. Tum vero desidero nomen rem indicans, quam τῷ μέλανι δεῦσαι oporteat; quod nomen in superlativo

μελάνταιον latere arbitror, quippe quem originem traxisse iudico e μέλαν μοτόν; quid enim aptius, quod vulneri imponatur nigro medicamine liquabili tinctum, quam linamentum? Nomen φαρμάκῳ delevi; semel tantum in universo loco apte poni videtur, in verbis καταπακέντος τοῦ φαρμάκου, ita ut ceteris locis id eiecerim. Ceterum in vulgata loci lectione interposui infinitivum στεῖλαι e tribus illis libris, addita copula καί de meo, sine qua sententia sibi non constat. — Itaque quam inierim rationem ut hunc locum emendarem, et quare eam tenuerim, abunde significasse mihi videor. — Scaliger voluit τούτων δὲ οὕτω γινομένων, ἢν μὴ διαγινώσκῃς εἰ ἔρρωγε τὸ ὀστέον, ἢ πέφλασται, ἢ καὶ ἀμφότερα ταῦτα, μήτε ἄλλως ὁρῶν διειδῇς, ἐπὶ τὸ ὀστέον τήκων τὸ μέλαν καὶ ὑποτείνας τὸ ὀθόνιον ἐλαίῳ τέγξαι, εἶτα καταπλάσας τῇ μάζῃ ἐπιδῆσαι κ. τ. λ. Omnino tenendum, Scaligerum non vidisse cod. Med. et duorum cum illo consimilium Parisiensium lectiones, ita ut profecto multa retinuisset, si copiis istis uti potuisset, quae iam resecanda illi visa sunt; sed id utut est, maxime offendit illud τήκων τὸ μέλαν, quo modo nullus facile medicus Graecus scripserit, sed profecto quivis istud μέλαν definiverit. Offendit etiam μήτε ἄλλως ὁρῶν διειδῇς, — quod quid sibi velit post ἢν μὴ διαγιγνώσκῃς illatum, non satis apertum. Littréi adnotatio ad h. l. omnino legenda, nam habet multa, quae ad loci intelligentiam faciunt. Ne quis eam perlegens mihi obiiciat Galeni glossam μέλανι φαρμάκῳ κ. τ. λ. (p. 520), ad hunc locum verosimiliter referendam, me movere debuisse ut φαρμάκῳ retinerem, dicam certum esse Galenum suo tempore textum corruptum vidisse, eumque inter verum et falsum in eiusmodi locis vix distinguere, vel etiam saepe pessime distinguere, adeo ut huius auctoritatem paene nullam esse censeam. Sed, ut ad Littréum revertar, sunt in eius adnotatione multa digna, quae ad hunc locum diiudicandum teneantur: eum tamen ita constituit, ut nemo intelligere possit: quod ne inclementius dicere videar, verba ex illius recensione describam: μήτε ὅλως ὁρᾶν δύνῃ, δεῖ δὴ, ἐπὶ τὸ ὀστέον τὸ τηκτὸν τὸ μελάνταιον δεύσαντα, τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ στεῖλαι τὸ ἕλκος, ὑποτείναντα ὀθόνιον, ἐλαίῳ τέγξαντα, εἶτα καταπλάσαντα τῇ μάζῃ ἐπιδῆσαι — κ. τ. λ. — Quis quaeso haec intelligat? quid δεῦσαι ἐπὶ τὸ ὀστέον τὸ τηκτὸν τὸ μελάνταιον? quid τῷ μέλανι φαρμάκῳ στεῖλαι τὸ ἕλκος? Hoc nemo medicus fecit, illud nemo Graecus scripsit.

ἐπιξυόμενον.] Ita cod. Med. et Parr. duo; ξυόμενον vulgo.

δεξαμένη ἐς ἑωυτήν.] Vulgo δεξαμένη τὸ φάρμακον ἐς ἑωυτήν; otiosum interpretamentum delevi.

αὖτις.] Ionismum praebet cod. unus Par., αὖθις cett.

φανεῖσαν μέλαιναν.] Recte μέλαιναν, quod in vulg. deficit, e codd. quatuor recepit Littréus.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 527 sur 880

©BIUM

βος· καὶ ἢν μὲν ἐπιξύων τὴν ῥωγμὴν ἐξέλῃς καὶ ἀφανέα ποιήσῃς, φλάσις μὲν γεγένηται τοῦ ὀστέου ἢ μᾶλλον, ἢ ἧσσον, ἥτις περ ἔρρηξε καὶ τὴν ῥωγμὴν τὴν ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ξυστῆρος. ἧσσον δὲ φοβερὸν καὶ ἧσσον ἂν πρῆγμα ἀπ' αὐτῆς γένοιτο ἀφανισθείσης τῆς ῥωγμῆς. Ἢν δὲ κατὰ βάθος ᾖ, καὶ μὴ ἐθέλῃ ἐξιέναι ἐπιξυομένη, ἀφήκει ἐς πρίσιν ἡ τοιαύτη ξυμφορή. Ἀλλὰ χρὴ πρίσαντα τὰ λοιπὰ ἰητρεύειν τὸ ἕλκος.

κγ'. Φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ, ὅκως μή τι κακὸν ἀπολαύσῃ τὸ ὀστέον ἀπὸ τῆς σαρκὸς, ἣν κακῶς ἰητρεύηται. Ὀστέῳ γὰρ καὶ περισμένῳ καὶ ἄλλως ἐψιλωμένῳ, ὑγιεῖ δὲ ἐόντι καὶ ἔχοντι τι σῖνος ὑπὸ τοῦ βέλεος, δοκέοντι δὲ ὑγιεῖ εἶναι, κίνδυνός ἐστι μᾶλλον ὑπόπυον γενέσθαι, ἢν καὶ ἄλλως μὴ μέλλῃ, ἢν ἡ σὰρξ ἡ περιέχουσα τὸ ὀστέον κακῶς θεραπεύηται καὶ φλεγμαίνῃ τε καὶ περισφίγγηται· πυρετῶδες γὰρ γίγνεται καὶ πολλοῦ φλογμοῦ πλέον. Καὶ δὴ τὸ ὀστέον ἐκ τῶν περιεχουσῶν σαρκῶν ἐς ἑωυτὸ θέρμην τε καὶ φλογμὸν καὶ ἄραδον ἐμποιέει καὶ σφυγμὸν καὶ ὁκόσα περ ἡ σὰρξ ἔχει κακὰ ἐν ἑωυτῇ, καὶ ἐκ τούτων ἤδη ὑπόπυον γίγνεται. Κακὸν δὲ καὶ ὑγρήν τε εἶναι τὴν σάρκα ἐν τῷ ἕλκεϊ καὶ μυδῶσαν, καὶ ἐπὶ πολλὸν χρόνον καθαίρεσθαι. Ἀλλὰ χρὴ διάπυον μὲν ποιῆσαι τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα· οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα φλεγμαίνοι τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος καὶ τάχιστα καθαρὸν εἴη· ἀνάγκη γὰρ ἔχει τὰς σάρκας τὰς κοπείσας καὶ φλασθείσας ὑπὸ τοῦ βέλεος ὑποπύους γενομένας ἐκτακῆναι. Ἐπειδὰν δὲ καθαρθῇ, ξηρότερον χρὴ γίγνεσθαι τὸ ἕλκος· οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ὑγιὲς γένοιτο, ξηρῆς σαρκὸς βλαστούσης καὶ μὴ

quidem radendo rimam exemeris et deleveris, collisum quidem os plus aut minus fuit, ex quo rimam accepit, quam scalper rasorius delevit. At rimâ deletâ res minus terret, minusque negotii exhibet. Ubi vero altius descendit, neque radendo eximi potest, in hoc casu ad sectionem deveniendum est. Ceterum sectione utentem in reliquo ad vulneris curationem intentum esse oportet.

23. Cavendum autem, ne os a male curata carne aliquid vitii contrahat. Os enim sectionem expertum et alioqui nudatum, integrum tamen, aut quod a telo offensionem accepit, sed integrum videtur, magis periclitatur ne purulentum evadat, quamvis id alias futurum non sit, si caro os ambiens male curetur et inflammationem concipiat et constricta sit. Igneum enim evadit multoque ardore redundat, saneque os ipsum ex superiectis carnibus calorem, incendium, perturbationem, pulsum, ceteraque vitia, quibus caro vexatur, in se inducit, ex hisque purulentum evadit. Vitiosa autem est vulneris caro humida et nimia uligine marcescens, idque longo tempore repurgari, vitiosum. Sed quam celerrime quidem vulnus ad suppurationem adducere oportet. Hac enim ratione vulnus ambientes partes minime inflammatione vexabuntur, ipsumque purum citissime evadet. A telo namque tum concisas, tum collisas carnes in pus verti atque ita tabescere necesse est. At ubi repurgatum vulnus fuerit, siccius evadat oportet. Sic enim citissime sanescet, et caro sicca minimeque humida succrescet, neque hoc pacto in vulnere caro modum excedet. Eadem quoque est ratio membranae cerebrum ambientis. Ea enim protinus osse secto

ἐπιξύων τὴν ῥωγμήν.] In vulg. h. l. iterum leguntur verba ταύτην φανεῖσαν μέλαιναν., quae recte trium illorum librorum fide delevit nuperrimus editor.

ἥτις περ ἔρρηξε.] Codd. illorum trium lectionem ἥτις περιέρρηξε perperam pro vulgata intulit Littréus: quid enim compositum verbum huc faciat, haud facile quis dicat.

23. ἢν ἡ σὰρξ ἡ περιέχουσα.] Cett. omnes ἢν καὶ ἡ σὰρξ ἡ π. Equidem illud καί, quod e vicino ἢν καὶ ἄλλως per errorem huc devenisse videtur, eieci.

φλεγμαίνῃ τε καὶ περισφίγγηται.] cett. φλεγμαίνηται, confusa huius verbi terminatione cum superioris et sequentis syllabis postremis. Itaque φλεγμαίνῃ τε exhibeo. Cod. Med. et Parr. illi duo καὶ ἰώμενον περισφίγγηται.

ἔχει κακὰ ἐν ἑωυτῇ.] ἴσχει κ. τ. λ. codd. Parr. duo.

καὶ ἐκ τούτων ἤδη ὑπόπυον γίγνεται.] Pro ἤδη, vulgo ὧδε, quod me iudice parum apte ponitur, nempe vel καὶ ἐκ τούτων ὑπόπυον scribendum iudico, vel καὶ ὧδε ὑπόπυον γίγνεται. Sed cod. Paris. unus habet ἤδη ὧδε, hinc priorem voculam recepi, omisso ὧδε.

©BIUM

ὑγρῆς, καὶ οὕτως οὐκ ἂν ὑπερσαρκήσειε τὸ ἕλκος. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῆς μήνιγγος τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον· ἢν γὰρ αὐτίκα ἐκπρίσας τὸ ὀστέον καὶ ἀφελὼν ἀπὸ τῆς μήνιγγος ψιλώσῃς αὐτὴν, καθαρὴν χρὴ ποιῆσαι ὡς τάχιστα καὶ ξηρὴν, ὡς μὴ ἐπὶ πουλὺν χρόνον ὑγρὴ ἐοῦσα μυδᾷ τε καὶ ἐξαίρηται· τούτων γὰρ οὕτω γενομένων σαπῆναι αὐτὴν κίνδυνος.

κδ'. Ὀστέον δὲ ὅ τι δὴ ἀποστῆναι δεῖ ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου ἕλκεος ἐν κεφαλῇ γενομένου, ἕδρης τε ἐούσης τοῦ βέλεος ἐν τῷ ὀστέῳ, ἢ ἄλλως ψιλωθέντος τοῦ ὀστέου, ἀφίσταται ἐπὶ πουλὺ ἔξαιμον γενόμενον. Ἀναξηραίνεται γὰρ τὸ αἷμα ἐκ τοῦ ὀστέου ὑπό τε τοῦ χρόνου καὶ ὑπὸ φαρμάκων τῶν πλείστων· τάχιστα δ' ἂν ἀποσταίη, εἴ τις τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα καθήρας ξηραίνοι τὸ λοιπὸν τό τε ἕλκος καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἧσσον. Τὸ γὰρ μάλιστα ἀποξηρανθὲν καὶ ἀποστρακωθὲν, τοῦτο τάχιστα ἀφίσταται ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου τοῦ ἐναίμου τε καὶ ζῶντος, αὐτὸ ἔξαιμόν τε γενόμενον καὶ ξηρόν.

κε'. Ὅσα δὲ τῶν ὀστέων ἐσφλᾶται ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτῶν καταρραγέντα, ἢ καὶ διακοπέντα, πάνυ εὐρέα, ἀκινδυνότερα τὰ τοιαῦτα γίγνεται, ἐπὴν ἡ μήνιγξ ὑγιὴς ᾖ· καὶ τὰ πλέοσι ῥωγμῇσι ἐσκαταρραγέντα

et exemto denudata, quam citissime purgari et siccari debet, ne si diutius madescat, tum nimia uligine marcescat, tum in tumorem assurgat. His enim ita se habentibus periculum est ne ipsa putrescat.

24. At vero in capitis vulnere os, quod ab alio quovis osse abscessurum est, sive teli vestigium in osse relictum sit, sive alioqui os nudatum sit, plerumque abscedit, ubi exsangue redditum fuerit. Resiccatur enim sanguis in osse tempore, et sub plurimis medicamentis. Abscedet autem celerrime, si quis quam citissime repurgato vulnere, ceterum tum vulnus, tum os siccet, tum maius vulnus, tum minus. Quod enim maxime resiccatum est et in testulam abiit, id a reliquo osse vitam et sanguinem habente citissime abscedit, quum ipsum exsangue sit et siccum.

25. Ossa, quae a suo naturali statu recedunt et media desidunt, fracta aut late admodum praecisa, minus habent periculi, ubi membrana integra fuerit, quaeque rimis pluribus et latioribus intus fracta sunt, minus etiam periculo sunt

ὑπερσαρκήσειε.] Ita codd. illi tres, vulgo ὑπερσαρκίσῃ.

περὶ τῆς μήνιγγος.] Vulgo ὑπὲρ τ. μ., sed περί, quod nostro in huic similibus maxime consuetum, dant codd. iidem; ὑπέρ eiusmodi locis apud nostrum legere me non memini.

ψιλώσῃς.] Ita iidem libri et quartus alius, ψιλώσας vulgo.

ὑγρὴ ἐοῦσα μυδᾷ τε καὶ ἐξαίρηται.] ὑγρή dant libri quatuor, om. vulg. — In μυδᾷ τε ea est lectionis varietas, ut vulgo μυδήσῃ τε legatur: ut edd. antiquiores μυδύσῃ τε ferant, idemque cod. unus Par., altero quodam ferente μηδύσῃ. — Cod. Med. et Parr. duo cum eo maxime consentientes habent μύδηται, unde vera lectio facile eruitur, quae est μυδᾷ τε: nempe μυδᾷ Dorice pro μυδᾷς, quae Dorica forma nostro maxime familiaris. Verum inde probe intelligitur ortus illius μυδήσῃ, μηδύσῃ, μυδύσῃ, quippe quae omnia uni isti ΜΤΔΗΙ debentur. Forte tamen ipsum μυδᾷ est recentiorum librariorum et μυδᾷς vera scriptura. Cf. Dindorfium in tractatu de Dial. Herodoti.

24. ὀστέον δὲ ὅ τι δὴ ἀποστῆναι δεῖ ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου.] In vulgata lectione praep. ἀπό deficit. Cod. Med. et Parr. illi duo δεῖ ἀποστῆναι ἀπὸ τοῦ ἄ. ὀ.

ἢ ἄλλως ψιλωθέντος τοῦ ὀστέου.] Vulgo ἢ ἄλλως ἐπὶ πουλύ ψιλ. τ. ὀ. Verba ἐπὶ πουλύ h. l. otiose repetita fuere e seq. ἀφίσταται ἐπὶ πουλὺ ἔξαιμον γενόμενον. — Nempe in his aor. γενόμενον de meo substitui codd. lectioni γινόμενον.

τὸ γὰρ μάλιστα ἀποξηρανθὲν καὶ ἀποστρακωθὲν, τοῦτο τάχιστα ἀφίσταται ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου τοῦ ἐναίμου τε καὶ ζῶντος, αὐτὸ ἔξαιμόν τε γενόμενον καὶ ξηρόν.] Vulgata fert τὸ γὰρ τάχιστα ἀποξηρανθὲν καὶ ἀποστρακὸς (ἀπεστρακὸς libri quatuor) ἐν τούτῳ μάλιστα ἀφίεται (ἀφίσταται corrigitur in nonnullis libris) ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου τοῦ ἐναίμου τε καὶ ζῶντος αὐτέου, ἔξαιμον τε γενόμενον καὶ ξηρόν. τῷ ἐναίμῳ καὶ ζῶντι μάλα ἀφίσταται. — Pro ἀποστρακὸς Scaliger coniecit ἀποεστακὸς, sed probabilior est coniectura Littréi ex ἀποστρακὸς ἐν efficientis ἀποστρακωθέν, quam lubens amplector. Dein Scaliger τῷ ἐναίμῳ καὶ ζῶντι μάλα ἀφίσταται reiicit, tum propterea quod inutilis sit superiorum repetitio, tum quod sit soloecismus. Recte quidem hic: nempe quod Littréus scripsit τῷ ἐναίμῳ καὶ ζῶντι μάλα ἐπίσταται, quodque interpretatur *elle pèse grandement sur l'os plein de sang et vivant*, id nullo modo probari valet. Sed admissis in textum his mutationibus, quae probavimus, pauca corrigenda supererant. Dativus τούτῳ mutandus erat in nominativum τοῦτο; pro ἀφίεται codd. trium lectionem ἀφίσταται retinui, quae habetur etiam in otiose repetitis illis in fine sententiae. Recte αὐτέου vitiosum esse suspicatus est Littréus, sed minus feliciter coniecit αὖ τε; nempe αὐτό le-

©BIUM

καὶ εὐρυτέρῃσι ἔτι ἀκινδυνότερα καὶ εὐμαρέστερα ἐς τὴν ἀφαίρεσιν γίγνεται. Καὶ οὐ χρὴ πρίειν τῶν τοιούτων οὐδὲν, οὐδὲ κινδυνεύειν τὰ ὀστέα πειρώμενον ἀφαιρέειν, πρὶν ἢ αὐτόματα ἐπανίῃ. Ἐπανέρχεται δὲ τῆς σαρκὸς ὑποφυομένης· ὑποφύεται δὲ ἐκ τῆς διπλόης τοῦ ὀστέου καὶ ἐκ τοῦ ὑγιέος, ἢν ἡ ἄνωθεν μοῖρα τοῦ ὀστέου μούνη σφακελίσῃ. Οὕτω δ' ἂν τάχιστα ἥ τε σὰρξ ὑποφύοιτο καὶ βλαστάνοι καὶ τὰ ὀστέα ἐπανίοι, εἴ τις τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα διάπυον ποιήσας καθαρὸν ποιήσει. Καὶ ἢν διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου ἄμφω αἱ μοῖραι ἐσφλασθῶσι ἔσω ἐς τὴν μήνιγγα, ἥ τε ἄνω μοῖρα τοῦ ὀστέου καὶ ἡ κάτω, ἰητρεύοντι ὡσαύτως τὸ ἕλκος ὑγιὲς τάχιστα ἔσται καὶ τὰ ὀστέα τάχιστα ἐπάνεισι τὰ ἐσφλασθέντα ἔσω.

κς'. Τῶν δὲ παιδίων τὰ ὀστέα καὶ λεπτότερά ἐστι, καὶ μαλθακώτερα, διὰ τοῦτο ὅτι ἐναιμότερά ἐστι καὶ κοῖλα καὶ σηραγγώδεα, καὶ οὔτε σκληρὰ, οὔτε πυκνὰ, οὔτε στερέα. Καὶ ὑπὸ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων καὶ ἀσθενεστέρων καὶ τρωθέντων ὁμοίως τε καὶ ἧσσον, τὸ τοῦ νεωτέρου παιδίου καὶ μᾶλλον καὶ θᾶσσον ὑποπυΐσκεται ἢ τὸ τοῦ πρεσβυτέρου καὶ ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ· καὶ ὅσα ἂν ἄλλως μέλλῃ ἀποθανεῖσθαι ἐκ τοῦ τρώμα-

obnoxia et facilius eximuntur, neque horum quidquam sectione indiget, neque cum periculo ossa auferre tentandum, prius quam sponte sursum cedant. Sursum autem redeunt carne subnascente, quae ex ossis meditullio, ubi ossa inter se connectuntur et ab eo, quod sanum est, succrescit, si superior tantum ossis pars corrupta sit. Hac vero ratione tum caro celerrime succrescet et pullulabit, tum ossa sursum educentur, si quis vulnus quam citissime ad suppurationem adducat et repurget. Quod si os totum utraque ex parte tam superiore quam inferiore deorsum ad membranam insederit, sub eadem curatione et vulnus citissime sanescet et ossa deorsum insidentia celerrime sursum educentur.

26. At puerorum ossa et tenuiora sunt et ob eam causam molliora, quod sanguine magis redundant, et cava et cavernosa, non dura, non densa, non solida. Et si sub telis aequalibus et imbecillioribus aequale aut etiam levius vulnus acceptum sit, iunioris pueri os magis et citius minorique spatio purulentum evadit quam senioris, ac si alioqui ex vulnere moriundum sit, iunior seniore citius perit.

gendum est, quo facto omnia iam bene intelliguntur. — Ceterum transponenda videbantur mihi adverbia τάχιστα et μάλιστα, ita ut invicem sedem permutarent.

25. πρὶν ἢ αὐτόματα ἐπανίῃ. Ἐπανέρχεται δὲ κ. τ. λ.] Pone ἐπανίῃ vulgo legitur εἴδους πρῶτον χαλάσαντος, ἐπανέρχεται κ. τ. λ. — Scaliger voluit: πρὶν ἢ αὐτόματα ἐπανίῃ κῶς πρώτου χαλάσαντος, quam rationem rectissime damnat Littréus. Foësius monet libros quosdam scriptos etiam habere εἰκῶς πρώτου χαλάσαντος. hinc quid scriptum fuerit palam fieri arbitror. Nempe orta sunt haec e verbis ἢ κως πρῶτον χαλάσαντος, ita ut irrepserint interpretamenti loco. Nimirum auctor dederat οὐ κινδυνεύειν τὰ ὀστέα πειρώμενον ἀφαιρέειν πρὶν ἢ αὐτόματα ἐπανίῃ, quod quis interpretatus est οὐ κινδυνεύειν τὰ ὀστέα πειρώμενον ἀφαιρέειν πρὶν ἢ πρῶτον χαλάσαντος i. e. τοῦ ὀστέου. Nihil pone ἐπανίῃ adscribendum esse docet seq. ἐπανέρχεται: hoc enim loco οὐ .. πρὶν ἢ .. ἐπανίῃ . ἐπανέρχεται δέ .. sicuti mox ὑποφύεται δέ, qualia saepe apud nostrum obvia. Littréus coniecit et in textum intulit οἴδεος πρῶτον χαλάσαντος, at οἴδος seu οἴδημα καθίστασθαι dicitur nostro, non χαλᾶν. Cf. cap. 29., καὶ τὸ οἴδημα καθίσταται cap. 17., καὶ τὸ οἴδημα καταστῇ.

ἡ ἄνωθεν μοῖρα τοῦ ὀστέου μούνη.] τοῦ ὀστέου h. l. cod. Med. et Parr. duorum fide omisit Littréus: mihi ad loci faciliorem intelligentiam facere et addendum esse videtur.

τὸ ἕλκος καθαρὸν ποιήσει.] Ceteri ποιήσεται, sed medio ποιέεσθαι hic locus non est. Praecedit διάπυον ποιήσας § 18. μακρὸν ποιέειν τὸ ἕλκος. § 23. ἀλλὰ χρὴ διάπυον μὲν ποιῆσαι τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα, ibid. καθαρὴν χρὴ ποιῆσαι (τὴν μήνιγγα).

26. ὅτι ἐναιμότερά ἐστι καὶ κοῖλα καὶ σηραγγώδεα, καὶ οὔτε σκληρὰ, οὔτε πυκνὰ, οὔτε στερέα.] Vulgo καὶ οὔτε σηραγγώδεα, καὶ οὔτε πυκνὰ, οὔτε στερέα. Pro isto καὶ οὔτε σηραγγώδεα Ald. et cod. Med. Pariss. duo καὶ οὔτε σκληρώδεα; cod. Paris. alius quidam (C Littréo) καὶ σηραιτώδεα. — Littréus: „on a le choix, inquit, entre deux leçons également acceptables: ou supprimer οὔτε avec C, ou changer σηραγγώδεα en σκληρώδεα." — Errat hic me quidem iudice: nam primo σκληρώδεα, quod ex Manethone apud Schneiderum citatur, mihi h. l. suspectum, quum nusquam apud Hipp. legatur; tum vero ortus eius ex confusione terminationis vocabulorum σηραγγώδεα et σκληρά h. l. apertus. Nimirum certissimum est utrumque recipiendum esse, nam οὔτε σκληρά respondet superiori ἐναιμότερα, et οὔτε πυκνά praegresso κοῖλα, et οὔτε στερέα prioris ordinis postremo σηραγγώδεα.

καὶ ὅσα ἂν ἄλλως κ. τ. λ.] Confero locum e § 10. Epid. 1: ἔθνησκον δὲ ἐκ πάντων μὲν, πλεῖστοι δὲ ἐκ τούτων, καὶ τούτων παιδία, ὅσα ἀπὸ γάλακτος ἤδη καὶ πρεσβύτερα, ὀκταετέα καὶ δεκαετέα καὶ ὅσα πρὸ ἥβης.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 530 sur 880

©BIUM

τος, ὁ νεώτερος τοῦ πρεσβυτέρου βᾶσσον ἀπόλλυται.

κζ'. Ἀλλὰ χρὴ, ἢν ψιλωθῇ τῆς σαρκὸς τὸ ὀστέον, προσέχοντα τὸν νόον πειρᾶσθαι διαγιγνώσκειν, ὅ τι μὴ ἔστι τοῖσι ὀφθαλμοῖσι ἰδεῖν καὶ γνῶναι, εἰ ἔρρωγε τὸ ὀστέον καὶ πέφλασται, ἢ εἰ μοῦνον πέφλασται, καὶ εἰ ἕδρης γενομένης τοῦ βέλεος πρόσεστι φλάσις, ἢ ῥωγμὴ, ἢ ἄμφω ταῦτα· καὶ ἤν τι τούτων πεπόνθῃ τὸ ὀστέον, ἀφεῖναι τοῦ αἵματος τρυπῶντα τὸ ὀστέον σμικρῷ τρυπάνῳ, φυλασσόμενον ἐπ' ὀλίγον· λεπτότερον γὰρ τὸ ὀστέον καὶ ἐπιπολαιότερον τῶν νέων ἢ τῶν πρεσβυτέρων.

κη'. Ὅστις δὲ μέλλει ἐκ τρωμάτων ἐν κεφαλῇ ἀποθνήσκειν καὶ μὴ δυνατὸν αὐτὸν ὑγιᾶ γενέσθαι, μηδὲ σωθῆναι, ἐκ τῶνδε τῶν σημείων χρὴ τὴν διάγνωσιν ποιέεσθαι τοῦ μέλλοντος ἀποθνήσκειν, καὶ προλέγειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι. Πάσχει γὰρ τάδε· ὁκόταν τις ὀστέον κατεηγὸς, ἢ ἐρρωγὸς, ἢ πεφλασμένον, ἢ ὅτῳ γοῦν τρόπῳ κατεηγὸς μὴ ἐννοήσας ἁμάρτῃ, καὶ μήτε ξύσῃ, μήτε πρίσῃ δεόμενον, μεθῇ δὲ ὡς ὑγιέος ὄντος τοῦ ὀστέου, πρὸ τῶν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων πυρετὸς ἐπιλήψεται ὡς ἐπὶ πουλὺ ἐν χειμῶνι, ἐν δὲ τῷ θέρεϊ μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας ὁ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει. Καὶ ἐπειδὰν τοῦτο γένηται, τὸ ἕλκος ἄχροον γίγνεται, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἰχὼρ ῥέει σμικρὸς, καὶ τὸ φλεγμαῖνον ἐκτέβνηκε ἐξ αὐτοῦ, καὶ βλιχῶδες γίγνεται καὶ

27. Verum ubi os a carne nudatum fuerit, animi intentione adhibita conandum est ut cognoscas, quod quidem oculis videre non licet nec discernere, num os fissum sit et collisum tantum, et num ad teli vestigium collisio vel rima, vel utrumque accesserit. Ac si quid horum senserit, per exiguam terebram perforato osse sanguis detrahendus, adhibita cautione ut ad parvam altitudinem tantum perfores, quod os iuvenum quam seniorum sit tenuius et minus crassum.

28. At ubi quis ex capitis vulneribus periturus est, neque ulla ratione sanitatem recipere, neque servari potest, hunc ex his notis moriturum dignoscere licet, et ex his quae ei contingunt, quod eventurum est praedicere. Ubi fractum, aut fissum, aut collisum, aut quocumque modo fractum esse quis intellexerit, neque per errorem raserit, aut secuerit, tanquam sectionem non postulet, sed sibi reliquerit quasi os sanum esset, ante decimum quartum diem hieme plerumque febris invadet, aestate vero post septimum. Quod ubi contigerit, vulnus pravum calorem induit ex eoque sanies parca effluit, et quod in eo inflammatum est emoritur, sordidumque fit, ac salsamentum refert, colore fulvum et aliquantulum lividum, tuncque os corruptione vitiari incipit, et nigre-

27. πειρᾶσθαι διαγιγνώσκειν, ὅ τι μὴ ἔστι τοῖσι ὀφθαλμοῖσι ἰδεῖν.] Verissime monuit Littréus pro ὅτι legendum esse ὅ τι; sed insuper ἔστι scribendum. Vulgo ὅτι μὴ ἐστι.

εἰ ἔρρωγε τὸ ὀστέον καὶ πέφλασται, ἢ εἰ μοῦνον πέφλασται, καὶ εἰ κ. τ. λ.] Vulgo in his καὶ εἰ πέφλασται, ἢ μοῦνον πέφλ. — Particulam εἰ transponendam censui.

φυλασσόμενον ἐπ' ὀλίγον.] — Locum haud intellexere nonnulli interpretes, quos illud ἐπ' ὀλίγον parum recte explicare video. Foësius minus recte *subinde adhibita cautione*; Littréus *il y faut quelque précaution*. Grimmius Foësium secutus: *indem du dich dabey von Zeit zu Zeit vorsiehst*. Explebis sententiam: φυλασσόμενον ὥστε ἐπ' ὀλίγον τοῦ βάθους τρυπᾶν, quod perspexisse videtur Cornarius, qui exponit: *modice et cum cautione os terebrare oportet*. Quod dein os iuniorum ἐπιπολαιότερον dicitur, denotat illud ἧσσον βάθος ἔχειν, — s. ἧσσον παχὺ εἶναι.

28. μήτε πρίσῃ δεόμενον, μεθῇ δὲ ὡς ὑγιέος ὄντος τοῦ ὀστέου.] Vulgo μήτε πρίσῃ, μήτε δεόμενον, μήτε δὲ ὡς ὑ. ὀ. τ. ὀ. Et μήτε ante δεόμενον delendum esse cuivis patet: at feliciter et vere Littréus pro μήτε δέ reposuit μεθῇ δέ; lubens hanc emendationem amplector, qua unde δέ pone μήτε in vulgata ortum sit, rectissime explicatur.

ἰχὼρ ῥέει σμικρός.] Vulgo ῥέοι. Indicativum praebuere libri duo Parr.

καὶ βλιχῶδες γίγνεται.] Operae pretium est Erotianum ad h. l. contulisse et Foës. in Oecon. voce βλιχῶδες, et interpretes ad Hesych. — Sed de variis lectt. ab Erotiano traditis verbulo monendum: βλιχῶδες et πλιχῶδες (ita enim pro πληρῶδες legendum esse iam alii recte viderunt) unam eandemque vocem esse certum iudico, nec dubito quin βλιχῶδες verum sit, πλιχῶδες, qua τὸ ἐξεπτυγμένον denotare voluerunt, nusquam ab auctore sit profectum. — Neque minus certum iudico γλισχρῶδες efformatum esse e βλιχῶδες: nam et βλιχῶδες et γλιχῶδες scribi potuisse puto, sicuti Attice βλήχων dictum fuit pro γλήχων, monente Suida: γλιχῶδες vero similiter ansam praebuit scripturae γλισχρῶ-

©BIUM

φαίνεται ὥσπερ τάριχος, χροιὴν πυρρὸν, ὑποπέλιον, καὶ τὸ ὀστέον σφακελίζειν τηνικαῦτα ἄρχεται καὶ γίγνεται περκνὸν, λευκὸν ὂν, τελευταῖον δὲ ἔπωχρον γενόμενον ἢ ἔκλευκον. Ὅταν δ' ἤδη ὑπόπυον ᾖ, ἐπὶ τῇ γλώσσῃ φλυκταῖναι γίγνονται καὶ παραφρονέων τελευτᾷ. Καὶ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει τοὺς πλείστους τὰ ἐπὶ θάτερα τοῦ σώματος· ἢν μὲν ἐν τῷ ἐπ' ἀριστερὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ἐπὶ δεξιὰ τοῦ σώματος ὁ σπασμὸς λαμβάνει· ἢν δ' ἐν τῷ ἐπὶ δεξιὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ σώματος ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ ἀπόπληκτοι γίγνονται· καὶ οὕτως ἀπόλλυνται πρὸ ἑπτὰ ἡμερέων ἐν θέρεϊ, ἢ τεσσάρων καὶ δέκα ἐν χειμῶνι. Ὁμοίως δὲ τὰ σημεῖα ταῦτα σημαίνει καὶ ἐν πρεσβυτέρῳ ἐόντι τῷ τρωματίῃ καὶ ἐν νεωτέρῳ. Ἀλλὰ χρὴ εἰ ἐννοοίης τὸν πυρετὸν ἐπιλαμβάνοντα καὶ τῶν ἄλλων τι σημεῖον τούτῳ προσγενόμενον, μὴ διατρίβειν, ἀλλὰ πρίσαντα τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα, ἢ καταξύσαντα τῷ ξυστῆρι, — εὔπριστον δὲ γίγνεται καὶ εὔξυστον, — ἔπειτα τὰ λοιπὰ οὕτως ἰητρεύειν, ὅκως ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν πρὸς τὸ γιγνόμενον ὁρῶν.

scit, album exsistens, ad extremum vero perpallidum et exalbicans factum. Cum vero tandem purulentum exstiterit, in lingua phlyctaenae exoriuntur et cum delirio mors contingit; plerosque etiam altera corporis parte nervorum distentio invadit. Siquidem sinistra capitis parte vulnus fuerit, dextram corporis partem convulsio prehendit. Sin vero dextra capitis parte vulnus fuerit, sinistra corporis pars convulsione corripitur. Quidam etiam attoniti fiunt, eoque modo aestate ante septimum diem, aut decimum quartum hieme pereunt. Pariter autem haec indicia significationem praebent tum in seniore vulnerato tum in iuniore. Ceterum ubi febrem occupasse, vel aliquod aliud signum huic adesse cognoveris, minime differendum est, sed os ad membranam usque secandum, aut scalpro eradendum, facile autem secatur et eraditur, tum in reliquis ea curatio adhibenda, quae commoda videbitur, ad id quod fit oculos intendendo.

κθ'. Ὅταν δ' ἐπὶ τρώματι ἐν κεφαλῇ, ἀνθρώπου ἢ πεπριωμένου, ἢ ἀπριώτου, ἐψιλωμένου δὲ τοῦ ὀστέου, οἴδημα ἐπιγένηται ἐρυθρὸν καὶ ἐρυσιπελατῶδες ἐν τῷ προσώπῳ καὶ ἐν τοῖσι ὀφθαλμοῖσι ἀμφοτέροισι, ἢ τῷ ἑτέρῳ, καὶ, εἴ τις ἅπτοιτο τοῦ οἰδήματος, ὀδυνῷτο καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνοι καὶ ῥῖγος,

29. At ubi in capitis vulnere, sive serra fuerit adhibita, sive non, nudato tamen osse, tumor rubicundus ad erysipelatis naturam accedens in facie et oculis utrisque, vel altero subortus fuerit, quique ad contactum doleat, ac febris et rigor corripiat, vulnus vero ipsum, quod ad carnem osque attinet, ad adspectum

δες, nam omnem denego fidem huic formae pro γλίσχρον. Archigenem apud Cocchium p. 117. citat Littréus, ubi ἕλκος — βλιχῶδες. — Quod ad βλιμῶδες in adnotatione vetere illa, id profecto, etiamsi in libris quibusdam fuerit, non scripsit Hipp. — unice verum h. l. est βλιχῶδες.

λευκὸν ὄν.] Vulgo λεῖον ὄν. Illud recepi cum Littréo e Manialdi correctione.

ὑπόπυον ᾖ.] Vulgo ὑπόπυον ἤ, quod vere emendavit Foësius.

ἐν πρεσβυτέρῳ ἐόντι τῷ τρωματίῃ καὶ ἐν νεωτέρῳ.] Vulgo τῷ τρώματι ἢ καὶ ἐν ν., in quibus quid ἤ sibi velit, nescis. — Video interpretes omnes locum explicare quasi τρωματίῃ legissent, (Corn., Foës., Grimm., Littr.) nec tamen de emendanda loci scriptura quisquam monet.

εὔπριστον.] καπυρὸν dant Ald. asterisco vocem notans, cod. Med. et Parr. tres. Littréus: „cette leçon, inquit, serait également admissible." Fateor me non satis perspicere quid hic sibi velit illa lectio: καπυρόν significat *siccum*, quod siccum est εὔπριστον esse potest; nec tamen propterea statuendum, εὔπριστον glossema esse nominis καπυρόν; quod quo minus verum habeas, prohibent εὔπριστον et εὔξυστον respondentia participiis superioribus πρίσαντα et καταξύσαντα. Scriptumne fuerit: καπυρὸν δὲ γίγνεται καὶ εὔπριστον καὶ εὔξυστον? Verum καπυρόν, si hoc loco legissent, exposuissent Erot. et Gal., qui eius non memimerunt. Sitne igitur recentiore tempore hic adpositum? Hic aqua mihi haeret.

29. καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνοι.] Recte h. l. de suo optativum dedit Littréus, libris scriptis ἐπιλαμβάνει ferentibus.

©BIUM

τὸ δὲ ἕλκος αὐτό τε ἀπὸ τῆς σαρκὸς καλῶς ἔχοι ἰδέσθαι καὶ τἀπὸ τοῦ ὀστέου καὶ τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος ἔχοι καλῶς, πλὴν τοῦ οἰδήματος τοῦ ἐν τῷ προσώπῳ, καὶ ἄλλην ἁμαρτάδα μηδεμίαν ἔχοι τὸ οἴδημα τῆς ἄλλης διαίτης, τούτου χρὴ τὴν κάτω κοιλίην ὑποκαθῆραι Φαρμάκῳ, ὅ τι χολὴν ἄγει, καὶ οὕτω καθαρθέντος ὅ τε πυρετὸς ἀφίησι καὶ τὸ οἴδημα καθίσταται καὶ ὑγιὴς γίγνεται. Τὸ δὲ φάρμακον χρὴ διδόναι πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ ἀνθρώπου ὁρῶν, ὡς ἂν ἔχῃ ἰσχύος.

λ'. Περὶ δὲ πρίσιος, ὅταν καταλάβῃ ἀνάγκη πρίσαι ἄνθρωπον, ὧδε γιγνώσκειν· ἢν ἐξ ἀρχῆς λαβὼν τὸ ἴημα πρίῃς, οὐ χρὴ ἐκπρίειν τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα αὐτίκα· οὐ γὰρ ξυμφέρει τὴν μήνιγγα ψιλὴν εἶναι τοῦ ὀστέου ἐπὶ χρόνον πουλὺν κακοπαθοῦσαν, ἀλλὰ τελευτῶσα ἐσάπη τε καὶ διεμύδησε. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος κίνδυνος, ἢν αὐτίκα ἀφαιρέῃς πρὸς τὴν μήνιγγα ἐκπρίσας τὸ ὀστέον, τρῶσαι ἐν τῷ ἔργῳ τῷ πρίονι τὴν μήνιγγα. Ἀλλὰ χρὴ πρίοντα ἐπειδὰν ὀλίγου πάνυ δέῃ διαπεπρίσθαι, καὶ ἤδη κινέηται τὸ ὀστέον, παύσασθαι πρίοντα, καὶ ἐᾶν ἐπὶ τὸ αὐτόματον ἀποστῆναι τὸ ὀστέον. Ἐν γὰρ τῷ διαπριώτῳ ὀστέῳ καὶ ἐπιλελειμμένῳ τῆς πρίσιος, οὐκ ἂν ἐπιγένοιτο κακὸν οὐδέν· λεπτὸν γὰρ τὸ λειπόμενον ἤδη γίγνεται. Τὰ δὲ λοιπὰ ἰῆσθαι χρὴ, ὡς ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν τῷ ἕλκεϊ. Πρίοντα δὲ χρὴ πυκινὰ ἐξαιρέειν τὸν πρίονα τῆς θερμασίης εἵνεκα τοῦ ὀστέου καὶ ὕδατι ψυχρῷ ἐναποβάπτειν. Θερμαινόμενος γὰρ ὑπὸ τῆς περιόδου ὁ πρίων καὶ τὸ ὀστέον ἐκθερμαίνων καὶ ἀναξηραίνων κατακαίει καὶ μεῖζον ποιέει ἀφίστασθαι τὸ ὀστέον τὸ περιέχον τὴν πρίσιν, ἢ ὅσον μέλλοι ἀφί-

recte habeat, quaeque vulnus ambiunt bene habeant, excepto faciei tumore, eique nullum aliud peccatum in reliqua victus ratione accesserit, medicamento, quod bilem expellat, homini alvus purganda est. Quo sic purgato, tum febris remittit, tum tumor subsidit, sanusque evadit. Medicamentum autem exhibendum pro hominis robore, virium illius habita ratione.

30. At vero de sectione, ubi in homine eam usurpare necesse fuerit, sic statuendum. Si per exordia suscepta curatione ad sectionem venias, non protinus os ad membranam usque secari debet, neque enim expedit membranam male affectam, diutius osse nudatam esse, nempe subinde contigit ut temporis tractu putresceret et humida facta difflueret. Aliud quoque periculum subest, si os ad membranam sectum protinus auferatur, ne in ipso opere terebra membranam vulneret. Verum inter secandum, ubi parum admodum abest ut os ipsum totum sectum sit, iamque os labat, ab ipsa sectione desistendum, permittendumque ut os sponte sua discedat. Secto enim ossi et inter secandum relicto mali nihil contingere potest. Tenue namque iam fit quod relictum est. In reliquo vero ea curatio instituenda, quae vulneri conferre videatur. Inter secandum autem terebra saepius, ne os incalescat, auferenda et in aquam frigidam demergenda. Terebra enim dum circumagitur incalescens os calefaciendo et resiccando incendit, efficitque ut plus eius ossis, quod sectionem ambit, abscedat, quam quod abscedere debuerat. Quodsi protinus os ad membranam

καλῶς ἔχοι ἰδέσθαι.] Scaliger ἰδέσθαι deletum cupit: ferri posse credo h. l., quum mox solum ἔχοι καλῶς inferatur.

τὸ οἴδημα τῆς ἄλλης διαίτης.] Profecto falsus est Scaliger iungens οἴδημα τῆς διαίτης; quum recte Manialdus ἁμαρτάδα τῆς ἄλλης διαίτης iungit. Miror Foësium recte locum interpretantem tamen Scaligeri rationem laudibus ornare.

30. πρίῃς, οὐ χρὴ ἐκπρ.] πρίῃς fortasse Scaligeri verissima correctio corrupti περιῇς, quod Edd. ferunt ante Foësium et libri plures. — Idem iam adnotat Littréus.

ἀλλὰ τελευτῶσα ἐσάπη τε καὶ διεμύδησε.] ἀ. τ. πη καὶ δ. libri quatuor et Ald., τελευταῖον σάπη καὶ δ. vulg., unde Scaliger scribendum iudicavit τελευταῖον σαπεῖσα διεμύδησε. Codd. duo et Mart. τελευταῖον ἐσάπη καὶ διεμύδησε. Ex his lectt. effeci quod exhibeo τε de meo inserens.

ἐπειδὰν ὀλίγου πάνυ δέῃ διαπεπρίσθαι.] Cett. omnes ὀλίγου; praefero ὀλίγου, quod de meo dedi. Nimirum quemadmodum πολλοῦ δεῖ *multum abest* dicitur, ita h. l. ὀλίγου δέῃ scribendum; ὀλίγου si scribas, aliud quid significat, nam iungendum erit: ἐπειδὰν δέῃ ὀλίγον διαπεπρίσθαι, quod auctor certe non voluit.

ὁ πρίων καὶ τὸ ὀστέον.] Articulum ὁ praebent cod. Med. et Parr. duo cum illo consentientes.

ἢ ὅσον μέλλοι ἀφίστασθαι.] Cett. μέλλει, mihi indica-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 533 sur 880

©BIUM

στασθαι. Καὶ ἢν αὐτίκα βούλῃ ἐκπρίσαι τὸ πρὸς τὴν μήνιγγα, ἔπειτα δ' ἀφελέειν τὸ ὀστέον, ὡσαύτως χρὴ πυκινά τε ἐξαιρέειν τὸν πρίονα καὶ ἐναποβάπτειν τῷ ὕδατι τῷ ψυχρῷ.

λα'. Ἢν δὲ μὴ ἐξ ἀρχῆς λαμβάνῃς τὸ ἴγμα, ἀλλὰ παρ' ἄλλου παραδέχῃ ὑστερίζων τῆς ἰήσιος, πρίονι χρὴ χαρακτῷ ἐκπρίειν μὲν αὐτίκα τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα, θαμινὰ δὲ ἐξαιρεῦντα τὸν πρίονα σκοπεῖσθαι καὶ ἄλλως καὶ τῇ μήλῃ πέριξ κατὰ τὴν ὁδον τοῦ πρίονος. Καὶ γὰρ πουλὺ θᾶσσον διαπρίεται τὸ ὀστέον ἢν ὑπόπυόν τε ἐὸν ἤδη καὶ διάπυον πρίῃς, καὶ πολλάκις τυγχάνει ἐπιπόλαιον ἐὸν τὸ ὀστέον, ἄλλως τε καὶ ἢν ταύτῃ τῆς κεφαλῆς ᾖ τὸ τρῶμα, ᾗ τυγχάνει λεπτότερον ἐὸν τὸ ὀστέον ἢ παχύτερον. Ἀλλὰ φυλάσσεσθαι χρὴ, ὡς μὴ λάθῃς προσβαλὼν τὸν πρίονα, ἀλλ' ἢ ὅπη δοκέῃ παχύτατον εἶναι τὸ ὀστέον, ἐς τοῦτο δ' αἰεὶ ἐνστηρίζειν τὸν πρίονα, θαμινὰ σκοπούμενος καὶ πειρᾶσθαι ἀνακινέων τὸ ὀστέον ἀναβάλλειν, ἀφελὼν δὲ τὰ λοιπὰ ἰητρεύειν, ὡς ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν τῷ ἕλκεϊ καὶ ἐπιμελεῖσθαι μή τι ἐπικίνδυνον ξυμβῇ. Καὶ ἢν ἐξ ἀρχῆς λαβὼν τὸ ἴγμα αὐτίκα βούλῃ ἐκπρίσας τὸ ὀστέον ἀφελεῖν ἀπὸ τῆς μήνιγγος, ὡσαύτως χρὴ πυκινά τε σκοπεῖσθαι τῇ μήλῃ τὴν περίοδον τοῦ πρίονος, καὶ ἐς τὸ παχύτατον ἀεὶ τοῦ ὀστέου τὸν πρίονα ἐνστηρίζειν καὶ ἀνακινέων βούλεσθαι ἀφελέειν τὸ ὀστέον. Ἢν δὲ τρυπάνῳ χρῇ, πρός γε τὴν μήνιγγα μὴ ἀφικνέεσθαι, ἢν ἐξ ἀρχῆς λαμβάνων τὸ ἴγμα τρυπᾷς, ἀλλ' ἐπιλιπεῖν τι τοῦ ὀστέου λεπτὸν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ πρίσι γέγραπται.

secare velis, ipsumque postea eximere, eodem modo saepius terebra extrahenda est et in aquam frigidam immergenda.

31. At si per initia curationem non aggressus fueris, sed eam ab altero tibi traditam tardius susceperis, terebra cava et serrata, statim os ad membranam excidendum, eaque saepius exempta, cum alias, tum specillo per ambitum demisso, terebrae via exploranda. Nam et longe citius os secatur, si ubi suppuratum exsistit et pure manat sectio adhibeatur, saepiusque in summo fluitans apparet, idque vel maxime, si ea capitis parte vulnus inflictum sit, qua os tenue potius quam crassum exsistit Quare adhibenda cautio est, ne inscius admoveas terebram, nisi ubi os crassissimum esse videatur; eo vero loco semper adhibenda terebra est, saepius considerando osque dimovendo educere tentandum. Quo educto, reliqua curatio, prout vulneri conferre videbitur, adhibenda et opera danda ne quid periculosi contingat. At si per initia suscepta curatione, protinus os excisum a membrana auferre velis, eodem modo per specillum terebrae circuitus subinde considerandus et in ossis partem crassissimam terebra semper adigenda, osque dimovendo educere tentandum. Ubi terebrae usus inciderit, si ab initio suscepta curatione os perforandum est, non est ad membranam perveniendum, sed tenuis ossis pars, velut in sectione scriptum est, relinquenda.

tivo hîc locus non esse videtur, ita ut de meo optativum dederim.

ἔπειτα δ' ἀφελέειν τὸ ὀστέον.] δ' de meo interposui, quod inter duo A facile interire potuit et eiusmodi locis fere a nostro usurpari solet.

31. ὑστερίζων.] Ita libri quatuor, vulgo infinitivus legitur.

ἐκπρίειν.] ἐμπρίειν Foës., sed error typogr. esse videtur.

ὑπόπυόν τε ἐὸν ἤδη καὶ διάπυον.] Cett. ἐήν, quod de meo emendavi.

ἀλλ' ἢ ὅπη.] ἢ de meo interposui.

παχύτατον.] Libri tres πάχιστον: dubium mihi, num Homerica superlativi forma in nostro auctore exhibenda sit; exempla in aliis libris desidero.

ἐς τοῦτο δ' ἀεὶ ἐνστηρίζειν.] Hoc etiam loco δ' de meo adscripsi.

ξυμφέρειν τῷ ἕλκεϊ καὶ ἐπιμελεῖσθαι μή τι ἐπικίνδυνον ξυμβῇ.] Libri duo h. l. addunt: καὶ ἐπιμελεῖσθαι μή τι ἐπικίνδυνον ξυμβῇ. — Tres libri quae dein sequuntur non habent. Recepi additamentum duorum illorum codd., quia non credo ab aliena manu profectum esse.

χρῇ.] Ita Foës. emendavit vulgatum χρή.

πρός γε τὴν μήνιγγα μὴ ἀφικνέεσθαι.] In his ceteri πρὸς δὲ τῆν μ. κ. τ. λ.; sed quid δέ hic sibi velit, non intelligo; itaque γε repono.

τρυπᾷς.] Vulgo τρυπαῖς, quod e τρυπᾷς ortum.

ἐπιλιπεῖν τι.] τι de meo adscripsi.

γέγραπται.] Cod. unus Par. ἢν ἐξ ἀρχῆς λαμβάνων τὸ ἴγμα πρίῃς.

©BIUM

ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ.

ΕΝΕΙΣΙΝ ΕΝΙΟΙ ΑΠΟΣΠΑΣΘΕΝΤΕΣ ΕΚ ΒΙΒΛΙΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ· ΟΛΗ Δ' Η ΣΥΛΛΟΓΗ ΣΥΝΤΕΤΑΚΤΑΙ ΥΠΟ ΝΕΩΤΕΡΟΥ ΤΙΝΟΣ.

APHORISMI.

INSUNT NONNULLI EXCERPTI E LIBRIS HIPPOCRATIS. TOTA VERO COLLECTIO A RECENTIORE ALIQUO CONGESTA EST.

©BIUM

ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ.

ΕΝΙΟΙ ΕΝΙΟΙ ΑΠΟΣΠΑΣΘΕΝΤΕΣ ΕΚ ΒΙΒΛΙΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΟΔΗ Α'. Η ΣΤΑΛΟΙΗ ΣΥΝΤΕΤΑΚΤΑΙ ΤΩΙ ΝΕΩΤΕΡΩΙ ΤΙΝΟΣ.

APHORISMI.

INSUNT NONNULLI EXCERPTI E LIBRIS HIPPOCRATIS, TOTA VERO
COLLECTIO A RECENTIORE ALIQUO CONCESTA EST.

©BIUM

ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ.

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

α'. Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. Δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα [1]ποιεῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.

β'. Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης καὶ τοῖσι ἐμέτοισι τοῖσι αὐτομάτως γιγνομένοισι, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι· ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. Οὕτω δὲ καὶ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἵην δεῖ γίγνεσθαι [2]γίγνηται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως [3]φέρουσι· ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. Ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ χώρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ νούσους, ἐν ἧσι δεῖ, ἢ μή.

γ'. Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσι αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί· οὐ γὰρ δύνανται ἀτρεμέ-

[1] ποιεύντα Sc. V. — [2] γίγνεται Sc. V. — [3] φέρουσι etiam Sc. V.

1. In comm. Galeni ad hunc Aph. apud Kühnium, e cuius editione citabo in hac adn., p. 348. vs. 5. legitur ἀποδείξειν ἔχει pro ἀπόδειξιν ἔχει, uti recte in Ed. Bas. Ibid. p. 350. vs. 12. οὔτε τῶν κατὰ βιβλίον εἰρημένων; verum κατὰ τὸ βιβλίον in his scriptum fuisse videtur, licet in Ed. Bas. item desiderem articulum. Ibid. p. 353. vs. 5. στενότατος etiam in Bas. pro στενώτατος. — In Aphorismi scriptione libros mss. Parr. plurimos et codd. Leid. ποιέοντα legere video pro vulg. ποιεῦντα. Incertum sane Doricene an Ionice participium scripserit Aphorismi auctor, sed fuerit hic forsitan euphoniae consultum. Conferunt cum hoc Aph. verba ex insiticiis in Epid. I. § 11. ἡ τέχνη διὰ τριῶν κ. τ. λ. et Epid. VI. 2. 24. ἡ περὶ τὸν νοσέοντα οἰκονομίη κ. τ. λ.

2. In loci lectione τοῖσι ante ἐμέτοισι, quod vulg. fert, Littréus omisit, sed forte error est typogr. Legi solet ἢν μὲν οἷα δεῖ γίγνεσθαι γίγνηται, sed Gal. in textu Hipp. habet οἵην, quod recepi; in comm. primum οἵη, tum οἷα citatur; schol. Dietzii p. 254 οἵη; mihi οἵην solum verum videtur, οἷα vero e superioribus huc devenisse. Vulgo εὐφόρως ἔχουσι in seqq., sed e mss. et Gal. et Schol. textu φέρουσι cum Littréo exhibeo. Cett. ἢ οὔ, de meo μή dedi. Ad Galeni comm. ut redeam, οἵην l. l. habet Kühn., οἵη Bas. et schol. et eo loco, ubi paulo post οἷα Kühn. legit, οἷα (sic) habet Bas. Discrepantia eiusmodi inter textum Hipp. et citationes in comm. in Galeni Edd. est frequens; me iudice οἵην utroque loco apud Gal. in comm. reponere oportebit, aut nisi priore, certe altero loco.

3. In comm. Galeni p. 363. τὸ μηδ' εἰς ἄκρον ἥκειν ποτὲ τῆς πληρώσιος; — legendum videtur διὰ τὸ μηδ' εἰς κ. τ. λ., idem autem vitium in Ed. Basil. — De ipsius Aphorismi lectione dicendum est, quippe quae in vulg. interpolationibus est referta. Initio legi solet: ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσι αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραὶ, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσι. — Quaero quid ad τὰς ἐπ' ἄκρον εὐεξίας accedere debeat, ut ἐν τῷ ἐσχάτῳ εἶναι dici possint? Nempe verba ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσι interpolata sunt, tutoque ea demere licet; puto originem ea debere adnotationi marginali, quae forte etiam mutata est, postquam in textum invehi coepta esset et quae primum ἢ ἐν τῷ ἐσχ. ἐοῦσαι scripta fuerit. Sed pergimus paulo post legebatur: οὐ γὰρ δύνανται μένειν ἐν τῷ αὐτέῳ

APHORISMI.

Sectio Prima.

1. Vita brevis, ars longa, occasio praeceps, experientia fallax, iudicium difficile. Neque vero satis est ad ea, quae facto opus sunt, praesto esse, sed et aegrum et eos qui praesentes sunt, et res externas ad id probe comparatas esse oportet.

2. In alvi perturbationibus et vomitionibus, quae sponte eveniunt, si qualia oportet purgentur, conducit et facile tolerant, sin minus, contra evenit. Itidem et vasorum evacuatio, si qualis debet fiat, conducit et facile tolerant, sin minus, contra fit. Adhibenda igitur consideratio et loci et tempestatis anni et aetatis et morborum, in quibus haec fieri debeant, nec ne.

3. Bene habita athletarum valetudo ad summum progressa lubrica est, quum non possit

©BIUM

εἰν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀτρεμέουσι [1] οὐδ' ἔτι δύνανται ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, [2] λείπεται οὖν ἐπὶ τὸ χεῖρον· τούτων οὖν εἵνεκεν τὴν εὐεξίην λύειν ξυμφέρει μὴ βραδέως, ἵνα πάλιν ἀρχὴν ἀναθρέψιος [3] λαμβάνῃ τὸ σῶμα· μηδὲ τὰς ξυμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν, σφαλερὸν γάρ· ἀλλ' ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ᾖ τοῦ μέλλοντος ὑπομένειν, ἐς τοῦτο ἄγειν.

quiescere. Quandoquidem vero non quiescit, neque amplius potest in melius progredi, reliquum est ut in deterius labatur. His igitur de causis pleniorem illum corporis habitum haud cunctanter solvere expedit, quo corpus alterius nutricationis initium sumat. Neque eo deveniendum ut vasa extreme concidant, periculosum enim; sed qualis fuerit eius, qui sustinere debet natura, eo usque res deducenda est.

δ'. Αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται, σφαλεραί· καὶ γὰρ αἱ πληρώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἀφιγμέναι, χαλεπαί.

4. Tenuis et exacta victus ratio parum tuta est; si quidem ad extremum perductae repletiones etiam graves sunt.

ε'. Ἐν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσι τὰ πολλὰ ἁμαρτάνουσι οἱ νοσέοντες, διὸ μᾶλλον βλάπτονται· πᾶν γὰρ, ὃ ἂν γίγνηται, ἁμάρτημα μέγα γίγνεται μᾶλλον, ἢ ἐν τῇσι ὀλίγον ἀδροτέρῃσι διαίτῃσι· διὰ τοῦτο καὶ τοῖσι ὑγιαίνουσι σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ καὶ καθεστηκυῖαι καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι. Διὰ τοῦτο οὖν αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται [4] σφαλερώτεραι ἐς τὰ πλεῖστα τῶν σμικρῷ ἀδροτέρων.

5. In tenui victus ratione plerumque delinquunt aegri, ob quod magis laeduntur. Quodcumque enim peccatum in tenui quam in paulo pleniore victus ratione gravius esse solet. Idcirco etiam sanis parum tuta est tenuis et certo praescripta et accurata victus ratio, quoniam errata gravius ferunt. Eam igitur ob causam tenuis et accuratus victus paulo pleniore maxima ex parte periculosior est.

[1] οὐκ ἔτι Sc. V. ut vulg. — [2] λείπεται οὖν V. λείπεται δέ Sc. — [3] λάβῃ Sc. V. — [4] σφαλεραί Sc. V. ut vulg.

οὐδὲ ἀτρεμέειν. Vellem rursus doceri, quid intersit inter ἀτρεμέειν et ἐν τῷ αὐτῷ μένειν; iterum habemus glossam paululum mutatam in textum invectam, quam item expellimus. In fine denique pone ἄγειν adiici solet: ὡσαύτως δὲ αἱ κενώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἄγουσαι, σφαλεραί· καὶ πάλιν αἱ ἀναθρέψιες αἱ ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐοῦσαι, σφαλεραί, quae non nisi contorta ratiocinatione cum ceteris congruere dici possunt; cf. Galeni comm., schol., Littréi adnotationem. Sed claudicat etiam parallelismus inter ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν in superioribus et ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐοῦσαι in subsequentibus in vulgata lectione. Verbo totus locus interpolatus mihi est visus et resectis iis, quae sustuli, sanandus. Postrema vero illa, quae reiicienda sunt visa, cum Aph. 4., qualem legendum iudico, conveniunt fere. Quod attinet ad reliquarum partium lectionem, vulgo οὐκ ἔτι δύνανται ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, sed Littr. in varr. lectt. vidit οὐδέ τι, οὔτ' ἔτι, οὐδ' ἔτι, e quibus hoc receepit; et vero mihi quoque maxime placet, nec tamen οὐδέ τι displicet; οὐκ ἔτι profecto vitiosum est. Mox vulgo λείπεται οὖν ἐπὶ τὸ χεῖρον, in quibus unus cod. Par., Opsop., Lind., Littr. omittunt οὖν. Equidem non omisi, neque enim inepte ponitur; de isto οὖν „im Nachsatz" vid. Matth. Gr. Gr., nec desunt exempla apud Graecos repetitae huius particulae brevibus intervallis. — Vulgo ἵνα πάλιν ἀ. ἀ. λάβῃ τὸ σῶμα, sed praesens in plurimis mss. Littréus vidit; itaque consentienter cum eo exhibui.

4. Vulgo editur: αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσι αἰεὶ πάθεσι καὶ ἐν τοῖσι ὀξέσι, οὗ μὴ ἐπιδέχεται, σφαλεραί. Καὶ πάλιν αἱ ἐς τὸ ἔσχατον λεπτότητος ἀφιγμέναι δίαιται, χαλεπαί· καὶ γὰρ αἱ πληρώσιες, αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἀφιγμέναι, χαλεπαί. — Littréus in his edidit καὶ γὰρ αἱ πληρώσιες αἱ ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐοῦσαι χαλεπαί. Equidem cur pauciorum neque optimorum librorum lectionem et quae in iis manifesto librariorum errore e fine superioris aphorismi, qualis in vulg. habetur, huc delata est, prae vulgata praeferrem, causam non vidi. Ad finem loci Littr. animadvertit eum difficulter intelligi: „attendu qu'elle (la fin) semble offrir une repetition, dont on ne se rend pas bien compte." — Imo vero locus pessime interpolatus est: quod pone σφαλεραί legitur: καὶ πάλιν αἱ ἐς τὸ ἔσχατον λεπτότητος ἀφιγμέναι δίαιται, χαλεπαί, — id quidem demendum est; nam omni modo otiosum, ideoque ineptum est dicendum Sed item eximenda sunt verba καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσι αἰεὶ πάθεσι καὶ ἐν τοῖσι ὀξέσι, οὗ μὴ ἐπιδέχεται. Nimirum sunt adnotatio, qua quis prudentius limites definire voluit eorum, quae in sententia principe traduntur. His et iis, de quibus supra dixi, exemptis demum Aphorismi membrorum parallelismus recte apparet. Apparebit etiam in sequentibus nos hic habere aphorismos mistos, ut puto, cum commentariis antiquis et adnotationibus et diversis lectionibus ipsorum eorum, quae in Aphorismis traduntur.

5. In vulg. lect. τὰ πολλά ante ἁμαρτάνουσι non legitur, sed Gal. in comm. hanc lect. memoravit. In vulgari scriptura sequens διὸ μᾶλλον βλάπτονται tam parum apte superioribus respondet, ut μᾶλλον ἁμαρτάνουσι scribere vellem, antequam lect. Gal. in comm. animadverteram. Porro edi solet πᾶν γὰρ τὸ ἁμάρτημα, ὃ ἂν γίνηται, in quibus τὸ ἁμάρτημα in codd., uno excepto, omissum vidit Littréus et ipse vidi in mss. Leidensibus. Iam vero credidi mihi licere

©BIUM

ς'. Ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νοσήματα αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἐς [1]ἀκρίβειαν, κράτισται.

ζ'. [2]Ὅκου μὲν [3]οὖν κάτοξυ τὸ νόσημα, αὐτίκα καὶ τοὺς [4]ἐσχάτους πόνους ἔχει καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον [5]χρέεσθαι· ὅκου δὲ μὴ, ἀλλ' ἐνδέχεται ἀδροτέρως διαιτᾶν, τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν, ὁκόσον ἂν ἡ νοῦσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων [6]ᾖ.

η'. Ὁκόταν δὲ ἀκμάζῃ τὸ [7]νόσημα, τότε [8]καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι.

θ'. Ξυντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει [9]τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου, καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει [10]πρότερον καὶ μὴ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει καὶ ἀμβλυνεῖται.

ι'. Ὁκόσοισι μὲν οὖν αὐτίκα ἡ ἀκμὴ, αὐτίκα λεπτῶς [11]διαιτᾶν· ὁκόσοισι δὲ [12]ἐς ὕστερον ἡ ἀκμὴ, ἐς ἐκεῖνο καὶ πρὸ ἐκείνου σμικρὸν, ἀφαιρετέον· ἔμπροσθεν δὲ, πιοτέρως διαιτᾶν, ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ [13]νοσέων.

ια'. Ἐν δὲ τοῖσι παροξυσμοῖσι ὑποστέλλεσθαι χρή· τὸ προστιθέναι γὰρ βλάβη· καὶ

6. Ad summos morbos, summae ad unguem curationes adhibitae optime valent.

7. Cum ergo morbus est peracutus, extremos protinus obtinet labores et extreme tenuissima victus ratione necessario utendum. Cum vero non est, sed pleniorem victum adhibere concessum est, tam a tenui victu se subducere oportet, quam morbus ab extremis recesserit.

8. Cum morbus in summa est vehementia, etiam tenuissimo victu est utendum.

9. At coniectura etiam ex aegro facienda, an cum eo victu satis esse possit, ad morbi vigorem usque, et an non prius ille deficiat, neque cum tali victu satis esse possit, vel prius morbus deficiat et obtundatur.

10. Quibus igitur statim vigor adest, iis protinus victus tenuis exhibendus. Quibus vero postea vigor futurus est, iis sub ipsum vigoris tempus et paulo ante cibus subtrahendus. Antea vero uberior cibus exhibendus, quo aeger satis esse possit.

11. In exacerbationibus cibum refugere oportet, exhibere enim noxium. Et quaecumque

[1] ἀκριβείην Sc. V. — [2] οὖν omm. Sc. V. — [3] ἰσχάτη Sc. V. — [4] Sic etiam Sc. V. — [5] ᾖ Sc. V. — [6] Sic Sc. V. νόσημα vulgo. — [7] καὶ τῇ omm. Sc. V., uti vulgo. — [8] τῇ νούσῳ pro τῇ διαίτῃ πρὸς Sc. V. — [9] πρότερος V. — [10] διαιτῆν Sc. V. — [11] ἢ omm. Sc. V. — [12] νοσῶν Sc. V.

τό omittere et ἁμάρτημα eo loco, quorsum retuli, ponere; nempe τό non congruit cum indefinita formula ὃ ἂν γίγνηται, et loci eo modo, quo iam exhibui, scripti oratio facilius procedit. In postrema aphorismi parte de meo dedi σφαλερώτεραι pro σφαλεραί, quae reliquorum omnium lectio vitiosa est, quum comparativus requiratur. — Iam vero universus locus mihi refert commentarium in sententiam superiorem, qualem descripsi: nolim affirmare omnia haec ad amussim exigi adhuc posse, sed oratio prolixior ab Aphorismorum plurimorum dictione aliena est. Neque vero omnis loci sermo ad praestantiam orationis antiquae accedit. Idearum nexus in Aph. non admodum aptus nec concinnus est.

6. In loci huius scriptione vulgatum νουσήματα de meo in νοσήματα mutavi et ἀκριβείην de meo in ἀκρίβειαν. Falsi Ionismi sunt in lectione librorum.

7. Initio οὖν recepi cum Lind. e Gal.; schol., multis libb. Parr. Pro χρέεσθαι, quod cum Littr. ex Edd. vett. et plerisque codd. Parr. et Leidensibus recepi, vulgo χρῆσθαι editur. In fine ᾖ Littréus e schol. pro vulg. ᾖ, — equidem hac in re parum fidei adhibeo textui schol., in quo hic Ionismus saepe occurrit, contra omnium reliquorum librr. fidem. Galenus minus recte accepit postremam partem Aph. In eius comm. p. 374. μέγισται γὰρ δὴ αἱ φλεγμασίαι τηνικαῦτά εἰσιν, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων ἔλεγε φλεγμασίας. εἶτ' οὖν τὰς ἰδίως ὀνομαζομένας φλεγμονὰς ἐθέλοι τις ἀκούειν κ. τ. λ. Circa haec duo animadverto: primum mihi non constare, quem locum e libro de V. A. respiciat Gal.; tum nomen φλεγμασίας abundare et delendum esse. Forte originem debet dittographiae sequentis φλεγμονάς.

8. Voculae καὶ τῇ apud Gal., schol., in libb. 3. Parr. leguntur, unde recepi, quod iam Lind. fecerat.

9. Gal. in comm. monet de arcto nexu inter hunc Aph. et proximos. Imo vero Aphorismi hi, a septimo inde usque ad duodecimi finem, unam continuam faciunt orationem, quam dixeris commentarium esse ad sextum adscriptum. De meo μὴ ante ἐξαρκέσει scripsi, cett. οὐκ.

10. In comm. ad h. l. Gal. haec habet: ἔμπροσθεν μὲν γὰρ ἐπὶ κατοξέων τῶν νοσημάτων ἔλεγεν, ὡς αὐτίκα τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ χρηστέον ἐπ' αὐτῶν. Pro ἐπὶ κατοξέων legendum videtur περὶ κατοξέων, uti mox ἐν ταύτῃ δὲ ἁπλῶς ἀποφαίνεται περὶ πάντων τῶν νοσημάτων. Quod ad Aphorismi lectionem διατῆν Dorice utroque loco Littréus, sed codd. priore alterutrum, altero loco vero διαιτᾶν; itaque retineo vulgatum, quia de his formis non certus sum.

11. Aphorismi orationem primo intuitu facilem dixeris; — mox tamen non tam manifesto apparet, qua in re alterum

©BIUM

ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσι ὑποστέλλεσθαι χρή.

ιβ'. Τοὺς δὲ παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσι αἱ νοῦσοι καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἀνταποδόσιες, ἤν τε καθ' ἡμέρην, ἤν τε παρ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνωνται· ἀτὰρ καὶ τοῖσι ἐπιφαινομένοισι, οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, ἢν [1]μὲν αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένου, βραχύνει, ἢν δ' ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει· καὶ [2]οὖρα καὶ ὑποχωρήματα καὶ ἱδρῶτες καὶ δύσκριτα καὶ εὔκριτα καὶ βραχέα καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα ἐπιφαινόμενα δηλοῖ.

ιγ'. Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα μειράκια, πάντων δὲ μάλιστα παιδία· τούτων δὲ αὐτῶν ἃ ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμότερα ἐόντα.

ιδ'. Τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν· πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς· εἰ δὲ μὴ, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται· γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ θερμὸν, διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται· ὑπὸ πολλῶν [3]μὲν γὰρ ἀποσβέννυται· διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσι οὐχ ὁμοίως ὀξέες· ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα.

ιε'. Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμό-

per circuitus ingravescunt: in exacerbationibus cibum iis detrahere oportet.

12. Morbi et anni tempestates et circuituum collatae inter se vicissitudines, sive quotidie, sive altero quoque die, sive etiam per maiora intervalla fiant, accessiones et morborum conditiones indicabunt. Quin et per ea quae mox apparent eadem indicantur, quale quid in morbo laterali laborantibus sputum, si statim circa initia subappareat, morbum brevem, si vero posterius videatur, longum futurum denunciat. Urinae quoque et alvi recrementa, et sudores ubi apparuerint, iudicatu faciles vel difficiles et breves vel longos fore morbos indicant.

13. Senes facillime ieiunium tolerant, secundum ii, qui constantem aetatem degunt, minimum adolescentes, ex omnibus vero praecipue pueri, atque inter ipsos qui ad actiones obeundas sunt promptiores.

14. Quae increscunt plurimum calorem innatum obtinent, plurimo igitur indigent alimento, alioqui corpus absumitur. In senibus vero cum paucus calor insit, idcirco sane paucis fomitibus indigent, a multis enim exstinguitur. Eandem etiam ob causam neque senibus, quod eorum corpus est frigidum, febres perinde acutae contingunt.

15. Per hiemem et ver ventres natura cali-

[1] μέν omm. Sc. V. ut vulg. — [2] οὖρον V. — [3] μὲν γὰρ ἀποσβέννυται Sc. V.

membrum ab altero differat: nam ubi παροξυσμοί adsunt, morbus κατὰ περιόδους παροξύνεται. Mihi re perpensa visum est primum membrum indicare exacerbationes in morbis cum febre continua, alterum exacerbationes in morbis quibuscumque intermittentibus. Quod maxime apparere puto ex huius loci cum Aph. sequenti comparatione.

12. Quod ad loci lectionem attinet, Littréus ἢν μὲν αὐτίκα dedit ex uno cod. et Magn. in m., cett. μέν omittunt. In Gal. comm. p. 384. vs. 11. lego: ὡς πρὸς νόσημα μετὰ πάμπολυν χρόνον ἤρχετο μέλλον λαβεῖν τὴν ἀκμήν. Sed in Ed. Bas. μετὰ πάμπολυν χρόνον ἐξ οὗ λαβεῖν τὴν ἀκμήν. Altera vero lectio ex altera supplenda et legendum est: ὡς πρὸς νόσημα μετὰ πάμπολυν χρόνον, ἐξ οὗ ἤρχετο, μέλλον λαβεῖν τὴν ἀκμήν. Ibid. p. 385. vs. 6. recte εἰρημένον Ed. Bas., ubi Kühn. εἰρημένων. Et p. 387. vs. ult. interpunctio male habet: ἐνθάδε ab antecedentibus puncto seiungi non debet, sed puncto minore distinguendum pone μάθοις.

13. In lectione huius Aph. de meo expuli falsos Ionismos τουτέων, αὐτέων, ἑωυτέων. Operae pretium est de πάντων μάλιστα dicere: nempe scribi potuisset πάντων ἥκιστα, quod ipsum indicare vult auctor. Sed μάλιστα inde ortum, quod primum illud εὐφόρως φέρουσι sensim minore minoreque gradu proponens, eius notionem in κακῶς φέρουσι transiisse sentiens iam sponte πάντων μάλιστα scriberet. Vix tamen eiusmodi oratio a probabili scriptore exspectabitur.

14. Ad lectionem loci quod attinet, vulgo: ὑπὸ πολλῶν μὲν γὰρ ἀποσβέννυνται. In quibus μέν magni codd. numeri auctoritate delevit Littréus; mihi quidem particula non prorsus otiosa visa est, sed lubens cum Littréo amplector ἀποσβέννυται, ut hoc verbum ad τὸ θερμόν referatur. Unicam habeo animadversionem in comm. Graecum Galeni, ubi p. 413. vs. penult. legis: καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖς γέρουσι οὐχ ὁμοίως ὀξέες, τὸ δ' ἐπιφερόμενον τεκμήριον οὕτως ἐστὶν καὶ αὐτὸ τοῦ ψυχρὸν εἶναι τὸ τῶν γερόντων σῶμα. Haec non intelliguntur, sed parva transpositione verborum restituuntur: τὸ δ' ἐπιφερόμενον καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖς γέρουσι οὐχ ὁμοίως ὀξέες τεκμήριον οὕτως ἐστὶν καὶ αὐτὸ τοῦ κ. τ. λ. Patet inde, Galenum etiam in Aph. καί ante διὰ τοῦτο legisse, quemadmodum in ms. U' vidit Littréus.

15. In medio hoc Aph. pone δοτέον legebantur verba: καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖστον ἔχει· τροφῆς οὖν

ταται Φύσι καὶ οἱ ὕπνοι μακρότατοι· ἐν ταύτῃσι οὖν τῇσι ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον.

ις'. [1]Αἱ ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι, μάλιστα δὲ παιδίοισι.

ιζ'. Καὶ τοῖσι ἄλλοισι τοῖσι οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι [2]ἅπαξ ἢ δὶς, καὶ πλείω ἢ ἐλάσσω, καὶ κατὰ μέρος δοτέον· δοτέον δέ τι [3]καὶ τῇ ὥρῃ καὶ τῇ χώρῃ καὶ τῇ ἡλικίῃ.

ιη'. Θέρεος καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥᾴϊστα, ἦρος δεύτερον.

ιθ'. Τοῖσι ἐν [4]περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδ' ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσβεσίων πρὸ τῶν [5]παροξυσμῶν.

κ'. Τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε [6]φαρμακείῃσι, μήτ' ἄλλοισι ἐρεθισμοῖσι, ἀλλ' ἐᾶν.

16. Victus ratio humida cum febricitantibus omnibus confert, tum maxime pueris.

17. Item reliquis, qui tali victu uti consueverunt, semel aut bis, et copiosior aut parcior, et per partes cibus exhibendus est. Aliquid autem anni tempestati et regioni et aetati concedendum est.

18. Per aestatem et auctumnum cibos gravissime ferunt, per hiemem facillime. Ver post hiemem secundum locum obtinet.

19. Quibus per circuitus exacerbationes contingunt, nihil dato, neque cogito; sed de ciborum accessione ante exacerbationes detrahito.

20. Quae iudicationem subeunt, aut iam nuper subierunt, ea neque moveto, neque purgationibus, neque aliis irritamentis innovato, sed sinito.

[1] αἱ omm. Sc. V. — [2] καὶ τοῖσιν ἅπαξ ἢ δὶς Sc. V. Connectuntur autem haec cum superioribus. — [3] καὶ τῷ ἔθει καὶ τῇ ὥρῃ κ. τ. λ. ut vulg. Sc. V. — [4] τοῖσι περιοδ. V. τῇσι π. Sc. ut vulgo. — [5] κρισίων Sc. V. ut vulg. — [6] φαρμακίτισι Sc. φαρμακίοισι V. ut vulg.

πλείονος δέονται, in quibus ἔχουσι legit Gal. — Schol. καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πολύ· τροφῆς οὖν πλείονος δέονται. Littrétus ἔχει vulgatae servavit et δεῖται ex insigni codd. numero intulit; sed ad quod subiectum in superioribus ista referri debeant, non indicavit. — Mihi quidem ista verba e superiore Aph. nescio quo modo huc devenisse visa sunt; quin ineptissime interponuntur, et aut falsa sunt, si τὸ ἔμφυτον θερμὸν uti in superiore Aph. accipias, aut ταὐτολογίαν referunt, quum iam supra θερμόταται Φύσει dixerit. Omnes reliqui καὶ ὕπνοι, ego articulum, qui ante ὕπνοι facillime interiit, revocavi. In fine pone δοτέον addebantur verba σημεῖον αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ ἄϋλητοι. Quae resecanda erant, quum non nisi adnotatio sint recentioris lectoris. Ipsa haec adnotatio autem cohaeret cum ceteris interpolatis, quae sustuli; non prorsus apte cohaeret cum principe placito, neque ab huius auctore est adscripta.

16. Pone παιδίοισι adhaerebant apud reliquos huic Aphorismo verba καὶ τοῖσι ἄλλοισι τοῖσι οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι, quae mihi sine dubio ad Aph. 17^um^ pertinere visa sunt, ubi vide adnn.

17. Huius Aphorismi verba καὶ — διαιτᾶσθαι ad superiorem erant relata. Itaque principium huius loci legebatur: καὶ οἷσι (τοῖσι librorum numerus insignis) ἅπαξ ἢ δὶς καὶ πλείω ἢ ἐλάσσω καὶ κατὰ μέρος. δοτέον δέ τι καὶ τῷ ἔθει κ. τ. λ. Quae quum sensum sanum non habere viderent, nata est coniectura καὶ κατὰ μέρος δοτέον· δοτέον δέ τι κ. τ. λ. Verum miror, qui ita corrigerent non animadvertisse, aliquid quidem esse factum, sed non satis; nam ne ita quidem sensus probabilis ex istis verbis deducetur. Me iudice καὶ οἷσι s. καὶ τοῖσι initio loci scribi coeptum est, postquam coniunxerant verba καὶ — διαιτᾶσθαι cum superiore Aph.; pertinent autem ad nostrum, modo cf. § 28. partis germanae libri de V. A., et οὕτως non ad antecedentia, sed ad subsequentia spectat. Iam vero locus probabilem sensum refert. Verum advertit ordo verborum in vulgato καὶ τῷ ἔθει καὶ τῇ ὥρῃ καὶ τῇ χώρῃ καὶ τῇ ἡλικίῃ. In versione Foësii τῷ ἔθει postremo loco ponitur, quod item fit in comm. Galeni. Me vero iudice τῷ ἔθει prorsus est supervacaneum, quum auctor de ipsa consuetudine agat in sententia principe; itaque resecui.

18. In Galeni comm. p. 433. vs. 9. in verbis ἐκεῖ μὲν δείξας ὡς τὰ προσάρματα τοῖς ὑγιαίνουσι πλείω διδόναι χειμῶνος aliquid deficit, vel abundat; nempe particula ὡς delenda, vel χρή ante χειμῶνος adscribendum est. Hoc maxime placet.

19. Legi solet τοῖσι ἐν τῇσι περιόδοισι, sed de certis ac definitis periodis hic sermo non est, modo cf. Aph. 11.; itaque delevi articulum abundantem, licet locus cum articulo addito legatur in libro de humoribus. In fine libri πρὸ τῶν κρισίων; verum apposite animadvertit Gal.: μᾶλλον δ' ἂν δόξειεν ἁρμόττειν ἐν τοῖς προκειμένοις τὸ πρὸ τῶν παροξυσμῶν ἁπλῶς. Ego non dubito, quin id dederit auctor, quum vulgata prorsus sit incongrua. Forte error natus e principio Aphorismi 20^i^, ubi κρινόμενα et κεκριμένα legitur, ita ut inde hic quoque κρισίων pro παροξυσμῶν fuerit scriptum. Scio quidem eodem modo scribi libro de Humorr. § 6., sed ibi idem locus sequitur, unde patet vitium esse antiquissimum, sed non constat non esse vitium scripturae. Ibi vero eodem modo corrigam. Quodsi obiicias, hoc loco ita scripto iam fere idem doceri quod Aph. 11. supra, ne hoc quidem me movet, neque enim mirum in eiusmodi libro bis idem proponi, quin exempla huius rei sunt plura in his brevibus sententiis, c. adn. ad Aph. 25. in fine huius sectionis.

20. Cum Littréo Φαρμακείῃσι recepi pro vulg. Φαρμακίοισι, quod vitiosum est. Cf. lib. de Humoribus, ubi locus idem legitur. Mirum sonat in comm. Gal. p. 436. ἐν ᾧ διδάσκει· πότε μὲν ἐπιτρεπτέον ἐστὶ τῇ Φύσει τὸ πᾶν αὐτῇ

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 541 sur 880

©BIUM

κα'. Ἃ δεῖ ἄγειν, [1]ὅπῃ ἂν μάλιστα ῥέπῃ, ταύτῃ ἄγειν διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων.

κβ'. Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσι, ἢν μὴ ὀργᾷ· [2]τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ.

κγ'. Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθεϊ τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἂν [3]χωρέει οἷα δεῖ καὶ [4]φέρει εὐφόρως· καὶ ὅκου δεῖ μέχρι λειποθυμίης [5]ἄγειν, καὶ τοῦτο ποιέειν, ἢν ἐξαρκέῃ ὁ νοσέων.

κδ'. Ἐν τοῖσι ὀξέσι πάθεσι ὀλιγάκις καὶ ἐν ἀρχῇσι τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι· καὶ τοῦτο [6]προεξευκρινήσαντα ποιέειν.

κε'. Ἢν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι· τὰ δ' ἐναντία, δυσχερῶς.

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

α'. Ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον· ἢν δὲ ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

β'. Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος [7]παύει, ἀγαθόν.

γ'. Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γενόμενα, κακόν.

δ'. Οὐ πλησμονὴ, οὐ λιμὸς, [8]οὐδὲ ἄλλο

21. Quae educere oportet, quo maxime vergunt, eo ducito per loca convenientia.

22. Cocta medicamento purgante educito ac moveto, minime cruda, neque per initia, nisi suopte impetu ad excretionem ferantur, quod fere non accidit.

23. Quae prodeunt, copia minime aestimanda, sed num prodeant, qualia expedit, et aeger facile ferat. Atque ubi ad animi defectionem usque educere oportet, id etiam faciendum est, si aeger sufficere queat.

24. In morbis acutis raro et per initia medicamentis purgantibus utendum, idque diligenti antea adhibita circumspectione faciendum.

25. Cum purgantur quae purgari decet, confert et facile tolerant; ubi contra accidit, difficulter.

SECTIO SECUNDA.

1. Quo in morbo somnus laborem facit, lethale; quod si iuvet somnus, minime lethale.

2. Ubi delirium somnus sedaverit, bonum.

3. Somnus, vigilia, utraque modum excedentia, malum denunciant.

4. Neque satietas, neque fames, neque aliud

[1] ὅκου ut vulg. Sc. V. — [2] Postrema haec om. Sc. — [3] Sic V. χωρέῃ vulg. Sc. — [4] φέρῃ Sc. φέρειν V. — [5] ἀπάγειν Sc. V. — [6] προεξευκρινήσαντας V. προεξευκρινήσαντες Sc. — [7] παύει etiam Sc. V. — [8] οὐκ Sc. V.

περὶ τὸν νοσοῦντα διαπράττεσθαι κ. τ. λ. Scilicet αὐτῇ ante τῇ Φύσει ponendum est.

21. Gal. et schol. ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ ἡ Φύσις, ταύτῃ κ. τ. λ. In lib. de Humorr. l. l. video ὅπῃ, hic vulgo ὅκου, pro quo de meo, aut si mavis e lib. de Humorr. ὅπῃ dedi, quum ῥέπειν id requirat et praeterea ταύτῃ sequatur. In comm. Galeni p. 439. vs. 11. apud Kühn. legitur: τῆς πρὸς τούτοις, ubi recte Ed. Bas. καὶ πρὸς τούτοις. — p. 440. vs. 3. 4. pro ὑπάρχει, μέλλει lege ὑπάρχῃ, μέλλῃ; idem vitium in Ed. Basil.

22. Hic Aph. l. l. in lib. de Humorr. legitur, ubi τὰ πολλά pro τὰ πλεῖστα est scriptum. Gal. in comm. monet, in Aphorismorum mss. sui aevi eum saepius deficere, sed in nullo libri de Humoribus. Vid. p. 263. Ed. Kühn. comm. in lib. de Humoribus, ubi idem narrat.

23. Diversitas lectionis advertit in χωρέει et Φέρει; vulgo editur χωρέῃ et Φέρει, Littréus utrumque coniunctivo dedit, pauciores libri χωρέει indicativo ferunt, quae lectio tamen mihi sola vera esse videtur. Nempe ὡς hic significat *quo modo* et habemus hic indicativum in interrogatione indirecta; ὡς ἄν cum coniunctivo hic significaret *ut*, quemadmodum v. c. Aph. 10. ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων, quod ferri non potest. — In comm. Galeni Ed. Kühn. minutum quid observavi: p. 444. vs. 3. pro τὸ πλεονάζειν legendum τὸ πλεονάζον, sicuti recte exhibetur in Ed. Bas. — Aph. noster legitur l. l. in lib. de Humoribus.

24. Duo tantum codd. Littréo praebuerunt προεξευκρινήσαντα, plerisque numerum pluralem προεξευκρινήσαντας, quod vulg. fert, habentibus. Mihi etiam illud praestare visum est.

25. Galenus in comm. monet eadem, quae Aph. 2. de spontaneis evacuationibus prolata erant, hic iterum praecipi de arte factis.

1. In comm. Galeni p. 452. vs. 4. ἡγητέον, ubi Bas. Ed. rectius ἠγητέον; p. 453. vs. 12. τοῖσι errore manifesto, ubi τοῖς recte Bas. Ed.

2. Vulgatum παύῃ forte ortum e lectione aliqua ὅκου ἂν π. ὕ. παύῃ, ἀ.

3. In comm. Gal. p. 458. vs. 6. καὶ κατὰ μέτρια in Ed. Kühn.; recte pro κατά Bas. Ed. κακά.

4. Vulgo οὐδ', plenam voculam e schol. recepi.

©BIUM

οὐδὲν ἀγαθὸν, ὅ τι ἂν μᾶλλον τῆς φύσιος ᾖ.

ε'. Κόποι αὐτόματοι φράζουσι νούσους.

ς'. Ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος τῶν πόνων μὴ αἰσθάνονται, τούτοισι τὰ πολλὰ ἡ γνώμη νοσέει.

ζ'. Τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα νωθρῶς ἐπανατρέφειν· τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ, ταχέως.

η'. Ἢν ἐκ νούσου τροφὴν λαμβάνων τις μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ τὸ σῶμα χρέεται· ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντος τοῦτο γίγνηται, χρὴ εἰδέναι, ὅτι κενώσιος δεῖται.

θ'. Τὰ σώματα χρὴ ὅκου τις βούλεται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν.

ι'. Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων ὁκόσῳ ἂν θρέψῃς μᾶλλον, μᾶλλον βλάψεις.

ια'. Ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ ἢ σιτίων.

ιβ'. Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθε.

quidquam bonum, quod supra naturae modum fuerit.

5. Lassitudines sponte obortae morbos praenunciant.

6. Quibus pars aliqua corporis dolet, neque dolorem sentiunt, iis plerumque mens aegrotat.

7. Attenuata longo temporis intervallo corpora lente reficere oportet; at quae brevi, celeriter.

8. Si quis ex morbo cibum capiens vires non recipiat, nimis copioso alimento corpus uti significat. Quodsi cibum minime capiente illud contingat, evacuatione indigere sciendum est.

9. Cum quis corpora purgare volet, ea ad fluxum bene comparata faciat oportet.

10. Impura corpora quo plus nutrias eo magis laedas.

11. Potu quam cibis repleri proclivius est.

12. Quae per morbos post indicationem intro relinquuntur morborum reversiones facere consueverunt.

[1] νόσους Sc. V. ut vulg. — [2] τὰ πολλὰ τῶν π. μὴ ἀ., τουτέοισι Sc. V. ut vulg. — [3] ἐπανατρέφειν sine δεῖ subiuncto Sc. V. — [4] ὀλίγως ut vulg. Sc. V. — [5] νόσου Sc. V. ut vulg. — [6] τις etiam in Sc. V. adponitur. — [7] μή om. in Sc. — [8] καθαίρεσθαι Sc. V. ut vulg. — [9] μᾶλλον hoc alterum, uti in vulg., deficit in Sc. V.

5. Ionismum νούσους schol. et Gal. praebent.

6. In vulg. lectione huius Aphorismi ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος τὰ πολλὰ τῶν πόνων μὴ αἰσθάνονται, τουτέοισι ἡ γνώμη νοσέει, verba τὰ πολλά eo loco minus apte inferuntur. Non dubito quin primus auctor ea ad τούτοισι ἡ γνώμη νοσέει retulerit; sic demum vera et concinna fit oratio.

7. Gal. in comm. monet postrema huius Aph. verba in mss. sui aevi sic se habuisse: τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ ὀλίγως, vel τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ, ὀλίγῳ. Prior illa est vulgata lectio; sed Galenus contendit, neutram lectionem harum prae altera praestare. Equidem sic censeo: idem hic accidit, quod in Coacis uno alteroque loco observavi; repetita penultima voce interiit vera scriptura postremae. Loci parallelismus requirit adverbium quod antecedenti νωθρῶς opponatur, quodque fuerit ταχέως. Scio quidem ex ὀλίγῳ sensum, ut aiunt, probabilem elici posse vi aliqua, sed forma Aphorismi requirit parallelismum per antithesin, ut ita dicam, cuiusmodi quid perierit nisi ταχέως recipiamus.

8. Aphorismum accipio de ea convalescentiae conditione, in qua organa digestionis nondum ex toto ad integritatem sunt restituta, aut etiam dolores sunt in intestinis. Gal. τροφὴν λαμβάνειν de spontaneo ciborum esu, urgente appetitu, et μὴ λαμβάνειν de fastidio ciborum accipit.

9. In comm. Galeni p. 464. seqq. animadverto: verba initio eius οἱ μὲν οὖν πάλαι βούλονται εὔροα γίγνεσθαι τὰ σώματα τῶν μὲν ἐμετηρίων φαρμάκων μελλόντων κενοῦσθαι διὰ τοῦ τῶν ἐμετηρίων ἐρεθισμοῦ, τῶν δ' ὑπηλάτων διὰ τοῦ συνεχῶς ὑπάγεσθαι τὴν γαστέρα, — haec, inquam, verba vitio laborant; requiro in iis τῶν διὰ μὲν ἐμετηρίων φαρμάκων μελλόντων κενοῦσθαι et mox τῶν δὲ δι' ὑπηλάτων. In Ed. Basil. idem vitium; sed ibi recte τούς, ubi p. 465. vs. 3. Kühnio pessime τοῦτο (sic) editur. — In textu Hipp. apud Galenum ὅκου ἄν τις βούληται, sed schol. vulgatam lect. sequitur. Uterque καθαίρειν, ubi vulgo καθαίρεσθαι; illud vero cum Littréo praetuli; congruit enim melius cum εὔροα ποιέειν.

10. In textu huius Aph., qualis hodie in codd. et libris editis est superstes, alterum μᾶλλον non legitur. Adscripsi de meo, quum auctor loci id profecto dederit. Gal. in comm. ad Aph. 15. hunc ipsum citat, in qua citatione μᾶλλον bis legitur, sed memoriter ceterum citatus videtur Aphorismus, ita ut de solita scriptura aliquantulum deflectat; res tamen indicio est, quam isto altero μᾶλλον carere non possimus.

11. Pro ἢ σιτίων, quae Gal. et schol. est lectio, vulgo ἢ σιτίου. — In comm. Gal. ad h. l. apud Kühn. ἀνατρέψεως initio, ubi recte Ed. Bas. ἀναβρέψεως. Sed peius est quod vs. 8. comm. legitur in Kühniana εἰ γὰρ μὴ ὁμοίως κ. τ. λ.: nempe in Ed. Bas. μή abest, et vero negatio loci sensum omnem perturbat. — Ceterum πληροῦσθαι *refici* interpretatur Foësius, *restaurer* Littréus; mihi de repletione accipiendum videtur. Interpretes, quos citavi, Galenum in comm. sequuntur; sed dissentio a Gal.: πληροῦσθαι puto dici de repletione, copia ciborum aut potus, ita ut ventriculus gravetur, quod quidem facilius ferri dicitur, me iudice, si per liquida fiat quam si per alimenta solida. — Nempe πληροῦσθαι non est τρέφεσθαι.

12. Pro ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθε schol. Dietzii habet ὑποστροφάδεα; item Gal. Ed. Basil.; in Kühniana vulgata

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 543 sur 880

©BIUM

ιγ'. Ὁκόσοισι [1] ἡ κρίσις γίγνεται, τούτοισι ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ· ἡ δὲ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ [2] πουλύ.

13. Quibus iudicatio contingit, iis nox accessionem praecedens, gravis. Quae vero sequitur plerumque levior esse solet.

ιδ'. Ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσισι αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσι, ἢν μὴ [3] ἐς πονηρὰ [4] μεταβάλῃ.

14. In alvi fluxionibus deiectionum mutationes, nisi ad pravas commutatio facta sit, iuvant.

ιε'. Ὅκου φάρυγξ νοσέει, ἢ φύματα ἐν τῷ σώματι [5] ἐκφύεται, [6] τὰς ἐκκρίσιας σκέπτεσθαι· ἢν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα ξυννοσέει· ἢν δὲ ὁκοῖαι τοῖσι ὑγιαίνουσι γίγνωνται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα τρέφειν.

15. Cum fauces aegrotant, aut tubercula in corpore exoriuntur, excretiones in considerationem adhibendae, Si namque biliosae sint, corpus simul aegrotat. At si sanorum similes sint, secure corpus nutrias.

ις'. Ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν.

16. Cum inedia premit, laborare minime convenit.

ιζ'. Ὅκου ἂν τροφὴ [7] πλείων παρὰ φύσιν ἐσέλθῃ, νοῦσον ποιέει.

17. Ubi copiosior praeter naturam cibus ingestus fuerit, morbum facit.

ιη'. Τῶν τρεφόντων ἀθρόως καὶ ταχέως, ταχεῖαι καὶ [8] αἱ διαχωρήσιες γίγνονται.

18. Eorum, quae universim et celeriter alunt, celeres quoque excretiones esse solent.

ιθ'. Τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες, οὔτε τῆς [9] ὑγιείης, οὔτε τοῦ θανάτου.

19. Morborum acutorum non in totum certae sunt praenunciationes, neque salutis, neque mortis.

κ'. Ὁκόσοισι νέοισι ἐοῦσι αἱ κοιλίαι ὑγραί

20. Quibus per iuventutem alvi sunt humidae,

[1] ἡ omm. Sc. V. — [2] Sic etiam Sc. V. — [3] ἐς π. Sc. V. — [4] μεταβάλῃ V. μεταβάλλῃ Sc. — [5] φύεται Sc. V. — [6] σκ. τὰς ἐκκρ. Sc. V. — [7] Sic Sc. V. — [8] αἱ adscribitur in Sc., non in V. — [9] Sic etiam Sc. ὑγιεὶς V.

lectio Aphorismi habetur; sed e comm. patere dixerim, Galenum revera ὑποστροφώδεα legisse, ita ut hoc in textu eius Hippocratico reponendum sit. Similia huic Aphorismo leguntur Epid. VI. sect. 2. 7.

13. Gal. in comm.: τὸ δὲ ἐπὶ τέλει, inquit, τοῦ ἀφορισμοῦ γεγραμμένον ἡ δ' ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κατὰ τὰ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων οὐ φέρεται. Non ausim tamen affirmare suppositicia esse et e textu esse eiicienda; antithesis his verbis expressa cum solita aphorismorum orationis forma omnino congruit. Initio articulum ante κρίσις e Galeno recepi.

14. Vulgo ἐς τὰ πονηρά; in libris tamen τά fere abest, et mihi quoque omittere praeplacuit. In postremo loco solum aut μεταβάλλῃ, quod maior codd. numerus praebet, aut aor. μεταβάλῃ consistere potest; hic vero mihi praestare est visus. Cum h. l. cf. Epid. II. sect. 2 § 2. Dixerim Aphorismum esse vetustiorem.

15. Vulgo in hoc Aph. φύεται, verum Gal. et schol. ἐκφύεται. Minus accurate sane in vulgata dicitur ἢν δὲ ὁμοῖαι τοῖσι ὑγιαίνουσι γίγνωνται; unus cod. habet τῶν ὑγιαινόντων; malis omnino τῇσι τῶν ὑγιαινόντων, sed advertit libros duos habere οἷαι pro ὁμοῖαι; hinc conieci ὁμοῖαι ex ὁκοῖαι ortum esse, quod hic maxime congruum, ita ut invexerim. Ceterum miror ad ἐκκρίσιας non adscribi quod definiat, quas excretiones spectet. Dixeris fere τῆς κοιλίης τὰς ἐκκρίσιας scriptum fuisse. Sententia vel minus certa quam multae in Prorrh. I. Quorsum spectet locus, non satis liquet; morbi enim descriptio nimis est exilis, quam ut id definiatur.

16. Gal.: καὶ νῦν δή, inquit, οὕτως εἴρηκεν ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν, ὡσεὶ καὶ οὕτως εἰρηκε τοῖς μὴ μέλλουσι ἐσθίειν μηδὲ πόνον τινὰ προσφέρειν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. πόνον δὲ νῦν ἀκούειν χρὴ τὴν σφοδρὰν κίνησιν, ἥνπερ καὶ γυμνάσιον ὀνομάζουσι. Quo loco prius illud οὕτως ante εἴρηκεν ὅκου κ. τ. λ. delendum est. Forte vera est Galeni interpretatio; sed in eiusmodi locorum, quorum auctorem ignoras, explicatione dubium quid tamen semper adest.

17. Tum de Galeni comm., tum de Aphorismo aliquid moneo. Vulgata loci lectio est: ὅκου ἂν τροφὴ πλείων παρὰ φύσιν ἐσέλθῃ, τοῦτο νοῦσον ποιέει. δηλοῖ δὲ ἡ ἴησις. Hic interpolatorem rursus agnoscimus, qui τοῦτο inseruit de suo; tum vero δηλοῖ δὲ ἡ ἴησις adnotatio est, quae e margine in textum irrepsit et quam confidenter deleo. — Quod iam attinet ad Gal. comm. minutum est quod p. 478. observavi in Kühniana, nempe δύνανται legi, ubi recte Basil. Ed. δύναται. Sed peius est quod in Kühniana in fine textus Aphorismi scribitur δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ἴησις, ubi καί in Ed. Basil. recte omittitur, quippe Galenus id non legit, uti patet ex iis, quae habentur in comm. p. 480. Kühnio. Cf. Aph. 14. IV. ubi similem adnotationem reieci.

18. Gal. in comm. adfert verba e lib. περὶ τροφῆς, quae sub finem istius scripti leguntur: ἡ δυσαλλοίωτος δυσεξανάλωτος, ἡ εὐπρόσθετος εὐεξανάλωτος. Cum Littréo αἱ ante διαχωρήσιες recepi, quod ille in paene omnibus suis codd. legit et Gal. et schol. habent; ego vero in altero codd. Leidensium reperi.

19. In Gal. Ed. Basil. προαγορεύσιες editur, in Kühniana προσαγορεύσιες. Res debetur Chartierio, qui multas lectiones deteriores invexit. Schol. προδιαγορεύσιες, sed inverso ordine, quam in vulgata, postrema οὔτε τῆς ὑγείης, οὔτε τοῦ θανάτου. Hunc verborum ordinem Foësius in versione sua expressit; — ego vero recipiendum putavi.

20. In cod. uno Par. Littréus sequentem vidit huius loci lectionem: ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ξηραί εἰσι,

©BIUM

εἰσι, τούτοισι ἀπογηράσκουσι ξηραίνονται· [1] ὁκόσοισι δὲ νέοισι ἐοῦσι αἱ κοιλίαι ξηραί εἰσι, τούτοισι πρεσβυτέροισι γενομένοισι ὑγραίνονται.

κα'. Λιμὸν θώρηξις λύει.

κβ'. Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γένηται, κένωσις ἴῆται· καὶ ὁκόσα ἀπὸ [2] κενώσιος, πλησμονή· καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

κγ'. Τὰ ὀξέα τῶν [3] νοσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.

κδ'. Τῶν ἑπτὰ ἡ τετάρτη ἐπίδηλος· ἑτέρης ἑβδομάδος ἡ ὀγδόη [4] ἀρχὴ, θεωρητὴ δὲ ἡ ἐνδεκάτη· [5] αὕτη γάρ [6] ἐστι τετάρτη τῆς [7] ἑτέρης ἑβδομάδος· θεωρητὴ [8] δὲ πάλιν ἡ ἑπτακαιδεκάτη· αὕτη γάρ ἐστι τετάρτη μὲν ἀπὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, ἑβδόμη δὲ ἀπὸ τῆς ἐνδεκάτης.

κε'. Οἱ [9] θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίγνονται βραχέες· οἱ δὲ Φθινοπωρινοὶ, μακροί· καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα ξυνάπτοντες.

κς'. Πυρετὸν ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γενέσθαι, ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ.

κζ'. Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσι οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ [10] Φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γενόμενα παραλόγως· τὰ γὰρ πολλὰ

iis senescentibus exsiccantur; quibus vero in iuventute alvi siccae sunt, iis cum senes evaserint humectantur.

21. Famem vini potio solvit.

22. Morbos ex repletione ut curat evacuatio, sic eos, qui ex evacuatione fiunt, repletio; et in reliquis mutatio in contrarium remedio est.

23. Morbi acuti intra dies quatuordecim iudicatione terminantur.

24. Quartus septenariorum index est. Octavus alterius septimanae principium. Undecimus etiam spectandus dies, si quidem alterius septimanae quartus est. Rursus quoque spectandus decimus septimus, si quidem a decimo quarto quartus est, et ab undecimo septimus.

25. Quartanae aestivae fere breves sunt; auctumnales vero longae; praesertim quae ad hiemem pertingunt.

26. Convulsioni febrem advenire praestat, quam convulsionem febri.

27. Si quae non pro ratione levant, iis non oportet fidere, neque admodum metuere mala, quae praeter rationem eveniunt. Ex his enim

[1] Posterior pars aphorismi in Sc. V. ita scripta est: ὁ. ὁ. ν. ἰ. ξηραὶ γίνονται, τουτέοισι πρεσβυτέροισι ἐοῦσι ὑγραίνονται. — [2] κενώσιος etiam Sc. V. — [3] νουσημάτων Sc. V. ut vulg. — [4] ἤρχει Sc. V. — [5] ἡ αὐτὴ γάρ Sc. V. — [6] ἐστι τῇ τετάρτῃ ἀπὸ τῆς Sc. V. — [7] δευτέρης Sc. V. — [8] δέ om. V. — [9] θερ. τετ. etiam Sc. V.; non τετ. θερ, ut vulgata. — [10] φοβεῖσθαι Sc. V.

τουτέοισι ἀπογηράσκουσι ὑγραίνονται· ὁκόσοισι δὲ νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισι ἀπογηράσκουσι ξηραίνονται. Γενομένοισι pro vulg. γινομένοισι unus liber tantum apud Littr.; sed vel de coniectura hic dedissem. — In comm. Gal. p. 493. vs. 8. pone διαίτῃ puto εἰ interiisse; legere vellem: εἰ συμμεταβάλλει ταῖς διαίταις τὰ κατὰ τὴν διαχώρησιν, οὐκ ὀρθῶς ποιησόμεθα τὴν κρίσιν. Pag. vero 497. vs. penult. τὴν αὐτὴν διάθεσιν legendum, uti in Basil.

21. Gal. famem caninam h. l. spectari scribit in comm.; quae loci interpretatio mihi non placet. Puto de fame universe doceri, eam vini potione solvi.

22. Initio commentarii Galeni ad h. l.: ἀλλ' ὅσα κατὰ τὸν αὐτὸν γίνεται χρόνον ἐπιχειροῦμεν ἰᾶσθαι κενώσιος δεῖται. In quibus tum apud Kühn. tum in Basil. aliquid deficit: versio Latina exprimit ὅσα κατὰ τὸν αὐτὸν γίνεται χρόνον, ᾧ ἐπιχειροῦμεν κ. τ. λ. Et vero profecto relativum reponendum, sed vereor ne etiam ὑπ' αὐτῆς interierit ante γίνεται. In comm. porro p. 502. vs. 14. οὕτω δὲ καὶ εἰ διὰ πλησμονὴν νόσος συνίσταται, τὸ τηνικαῦτα κενῶσαι χρὴ τὴν πλησμονήν. Facile patet in his τό abundare, nec

το difficulter reperis ortum esse e dittographia συνίσταται. Itaque συνίστατο, τηνικαῦτα legamus. Error idem deturpat quoque Ed. Basil.; at ibi recte πυρετόν, ubi p. 503. vs. 11. πυτόν Kühn.

23. Gal. in comm. Prognostici loci meminit, ubi morbi acuti § 8. quadraginta diebus circumscribi dicuntur; utrumque locum contrarium quid non docere affirmat. Cum Aphorismo nostro congruit Coaca 147.

24. Gal. in Comm. provocat ad Progn. § 37.

25. Non pauci libri in hoc Aph. ὡς τὰ πολλά et μᾶλλον pro μάλιστα. Operae pretium est cum hoc Aph. contulisse Coacam 159. de febribus quartanis hiemalibus.

26. Cum hoc Aph. cf. Coacas 356—358. In comm. Galeni p. 315. vs. 3. in verbis εἴωθεν ὡς τὰ πολλὰ θερμαίνειν ὑ ἅμα λεπτύνειν καὶ διαφορεῖν desidero καί pone ἅμα; abest etiam in Bas. Ed.

27. In comm. Gal. p. 516. vs. 2. τῶν ante προκειμένων, quod in Bas. habetur, excidit. Cum hoc Aph. Coacam 48. conferre oportet. Pro φοβεῖσθαι ex unico cod. φοβέεσθαι recepit Littréus; noto, ne negligere Ionismum videar: γενόμενα

©BIUM

τῶν τοιούτων [1] ἐστὶ ἀβέβαια καὶ οὐ πάνυ τι διαμένειν οὐδὲ χρονίζειν εἴωθε.

κη'. Τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως τὸ διαμένειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα, ἢ καὶ ξυντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, μοχθηρόν· τὸ μὲν γὰρ μῆκος [2] νούσου σημαίνει, τὸ δὲ ἀσθένειαν.

κθ'. Ἀρχομένων τῶν νούσων, ἤν τι δοκέῃ κινέειν, κίνει· ἀκμαζουσῶν δὲ ἡσυχίην [3] ἔχειν βέλτιόν ἐστι.

λ'. Περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστατα, περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότατα.

λα'. Τῷ ἐξ ἀρρωστίης εὐσιτεῦντι, μηδὲν ἐπιδιδόναι [4] τὸ σῶμα, μοχθηρόν.

λβ'. Ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ φαύλως ἔχοντες κατ' ἀρχὰς μὲν [5] εὐσιτεῦντες καὶ μηδὲν ἐπιδιδόντες, πρὸς τῷ τέλει πάλιν ἀσιτέουσι· οἱ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀσιτεῦντες ἰσχυρῶς, ὕστερον δὲ εὐσιτεῦντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσι.

λγ'. Ἐν πάσῃ νούσῳ τὸ ἐρρῶσθαι τὴν διάνοιαν καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφοράς, ἀγαθόν· [6] τὸ δὲ ἐναντίον, κακόν.

λδ'. Ἐν τῇσι νούσοισι ἥσσον κινδυνεύουσι, οἵσι ἂν οἰκείη τῆς φύσιος [7] καὶ τῆς ἡλικίης καὶ τῆς ἕξιος καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ἢ μᾶλλον, ἢ οἵσι ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τούτων ἦ.

multa incerta esse, neque multum perdurare neque diutius perseverare consueverunt.

28. Corpus eorum, qui non omnino leviter febricitant, in eodem consistere et nihil concidere, vel etiam magis quam ratio postulat extenuari, malum; illud si quidem morbi diuturnitatem, hoc vero imbecillitatem significat.

29. Per morborum initia si quid movendum videatur, moveto. Cum vero vigent, quiescere praestat.

30. Circa initia et fines omnia sunt levissima, at circa vigores vehementissima.

31. Si cui ex morbo cibum probe sumenti corpus nihil proficit, malum.

32. Ut plurimum omnes male habentes, circa initia quidem cibum bene sumentes, neque quidquam proficientes, tandem rursus cibum aversantur. At qui circa initia quidem vehementer cibos fastidiunt, postea vero eos probe assumunt, ii melius degunt.

33. Mente constare et bene habere ad ea, quae offeruntur, quovis in morbo bonum, contra vero malum.

34. Per morbos minore sunt periculo, quorum naturae et aetati et habitui et anni tempestati morbus magis cognatus fuerit, quam quibus in horum aliquo minime cognatus fuerit.

[1] ἐστι om. V. — [2] νόσου ut vulg. Sc. V. — [3] ἔχειν Sc. V. ut vulg. — [4] τῷ σώματι Sc. τῷ σῶμα τι V. — [5] εὐσιτέοντες Sc. — [6] τὸ δὲ ἐναντίως ἔχειν, κακόν. Sc. V. — [7] καὶ τῆς ἡλικίης καὶ τῆς ἕξιος Sc. V.

de meo exhibui pro vulgato γινόμενα; non neglexi κουφίζουσι praesenti tempore legi in priore membro.

28. Ionismum νούσου codd. 3. praebuerunt Littréo et Gal. et schol. habent. Recte Gal. συντήκεσθαι exponit ἰσχνοῦσθαι in comm. Ceterum fateor, partem priorem huius sententiae non esse tam facilem intellectu; nempe non video, quibus in morbis illud πυρέσσειν μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως καὶ διαμένειν, μηδὲ ἐνδιδόναι τὸ σῶμα adeo sit μοχθηρόν, idque quia morbi longitudinem indicet. Nisi forte accipias de oedemate universi corporis oborto, sed neque διαμένει tunc πὸ σῶμα, sed contra οἰδέει.

29. Pro ἡσυχίην ἔχειν in Galeni textu Hippocratico in Edd. legitur ἡσυχίην ἄγειν, quae lectio videtur inde in cod. Serv. apud Foës. devenisse; vidit eam quoque Littr. in ms. Gal. comm. Patet tamen ex ipso hoc comm., Galenum ἔχειν apud Hipp. legisse, ita ut hoc in textu Hippocratis Galenico reponendum sit. Utrumque ceterum et ἡσυχίην ἔχειν et ἡσυχίην ἄγειν hic dici possit. Gal. in comm. verissime monet de arcto nexu inter hunc Aph. et seq., ita ut si hunc per particulam γάρ cum illo iungas, aptam sententiam uterque referat.

30. Operae pretium est animadvertisse in libris paucis pone περί initio inferri γάρ, δέ, vel μέν; vide nempe quae ad Aph. 29. de Galeno dixi. Insignis codd. numerus ἀσθενέστερα et ἰσχυρότερα, quod si quis praeferat, per me eo uti licebit. Galenus re vera comparativum apud Hippocratem videtur legisse, teste eius commentario.

31. Gal. in comm. hunc Aph. et sequentem cum octavo huius sectionis coniungendos esse dicit.

32. Vide adn. ad Aph. superiorem. In varietate lectionis solita cernitur fluctuatio inter formas contractas Doricas et Ionicas. Pro πάλιν e Magnol. πάντως adnotat Littréus, itemque omitti ibidem ἰσχυρῶς.

33. Lectionem, quam e codd. Leidd. enotavi, Littréus vidit in libb. octo Parr. Si vulgatum ἐναντίον cum ἐναντίως ἔχειν conferas, quid praestet vix discernis. Forte facilius ad utramque rem in priore membro descriptam refertur ἐναντίον dum contra ἐναντίως ἔχειν videri possit ad εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφοράς solum spectare.

34. Ordinem verborum, qualem e Sc. V. enotavi, apud Gal. et schol. reperimus, eundemque e multis libb. enotavit Littréus. Foës. in Latinis suis expressit. Mihi praestare visus est: vulgo καὶ τῆς ἕξιος καὶ τῆς ἡλικίης. — Gal. omnem, quam potest, operam dat, ut Aphorismum defendat; puto tamen

©BIUM

λε'. Ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι τὰ περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχειν βέλτιόν ἐστι· τὸ δὲ σφόδρα λεπτὸν καὶ ἐκτετηκὸς, μοχθηρόν· ἐπισφαλὲς [1] δὲ καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας.

λς'. Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα ἐν τῇσι φαρμακείῃσι καθαιρόμενοι ἐκλύονται ταχέως καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεόμενοι.

λζ'. Οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες.

λη'. Τὸ σμικρῷ χεῖρον καὶ πόμα καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ, μᾶλλον αἱρετέον.

λθ'. Οἱ πρεσβῦται τῶν νέων τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσι ἧσσον· [2] ὁκόσα δ' ἂν αὐτοῖσι χρόνια νοσήματα γένηται τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

μ'. Βράγχοι καὶ [3] βῆχες καὶ κόρυζαι τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσι οὐ πεπαίνονται.

μα'. Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς ἄνευ φανερῆς προφάσιος, ἐξαπίνης τελευτῶσι.

μβ'. Λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥῇδιον.

μγ'. Τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων, μὴ δέ πω τεθνηκότων, οὐκ ἀναφέρουσι οἷσι ἂν ἀφρὸς [4] ἢ περὶ τὸ στόμα.

μδ'. Οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύσιν, ταχυθάνατοι [5] μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν.

35, Quovis in morbo partes, quae sunt ad umbilicum et imum ventrem crassitudinem habere praestat; valde autem tenues esse et tabefactas, pravum. Ad inferiores purgationes autem hoc etiam parum tutum.

36. Qui inculpata corporis sunt sanitate dum per medicamentum purgans repurgantur, cito exsolvuntur et qui pravo utuntur cibo.

37. Qui bene habito sunt corpore ad medicamentum moleste habent.

38. Cibus et potus paulo peior, suavior tamen, melioribus quidem, sed minus gratis, anteponendus.

39. Ut plurimum quidem senes iuvenibus aegrotant minus. At qui ipsis morbi diuturni contingunt, eos fere ad mortem comitari solent.

40. Raucedines et tusses et gravedines in valde senibus non coquuntur.

41. Qui crebro et vehementer citra manifestam causam animo linquuntur, repente moriuntur.

42. Valida quidem apoplexia nullo modo sanatur, levis vero non facile.

43. Ex strangulatis et resolutis, necdum mortuis, ii minime ad vitam redeunt, quibus spuma circa os collecta fuerit.

44. Natura admodum crassi celerius intereunt quam graciles.

[1] δὲ τὸ τοιοῦτον καί Sc. V., uti vulg. — [2] ὅσα ut vulg. Sc. V. — [3] βῆχες καί omm. Sc. V. — [4] ἢ om. Sc. — [5] γίνονται μᾶλλον vulg. sed γίνονται om. Sc. V.

eum non esse verum, nisi ad certos et pauciores casus eum restringamus.

35. In huius loci lectione vulgo ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας, in quibus illud τὸ τοιοῦτον a recentiore manu est, ut sexcentis locis in Prorrh. I. et Coacis; itaque suppressi. Gal. in comm. τὸ ἦτρον dicit esse locum inter τὸ αἰδοῖον καὶ τὸν ὀμφαλόν.

36. Aphorismus hicce miram aliquam admonitionem referre nobis videtur, si e nostra hodierna medendi methodo rem censeamus; sed sententia profluxit e fortium purgantium, quae veteres administrabant, usu.

39. Ὁκόσα δ' ἄν pro vulg. ὅσα δ' ἄν Littréus in varr. lectt. e multis libris enotavit.

40. Βράγχοι καὶ βῆχες καὶ κόρυζαι e tribus mss. in varr. lectt. adnotat Littréus. Galenum καὶ βῆχες non legisse e comm. patet; quin apte addatur, nemo in dubium vocaverit; num Aphorismi auctor adscripserit nec ne, nemo hodie novit.

41. Praeceptorem meum Pruys v. d. Hoeven hunc Aphorismum de morbis cordis et vasorum maiorum intelligere memini.

42. Posterior huius Aphorismi pars nobis vera videri vix potest. Pendet autem res e modo et gradu apoplexiae, quam levem auctor vocaverit. Forte nos hodie apoplexiam appellamus iure quod veteres nondum eo nomine nuncuparunt. Puto hic re vera attendendum esse ad propriam nominis ἀποπληξίη significationem, quam veteres vix alii quam in qua manifesta esset paralysis membrorum tribuerint. Nobis meliorem physiologiam systematis nervei habentibus vel Galeni de apoplexia et respirationis musculis in ea moveri pergentibus ratiocinatio in comm. mirum sonat.

43. In loci scriptura alii codd. μηδέπω δέ, quae vulgata est lectio, alii μή πω δέ, alii nude μήπω sine δέ. Equidem μηδέπω sine δέ veram lect. esse puto; nempe ita ut μὴ δέ πω sit tmesis pro μήπω δέ. In Gal. comm. p. 546. vs. 7., ἔνιοι γε μὴν ἐν τῷ σπανίῳ τῶν ἀπαγχομένων ἀπήνεγκαν. Confusae sunt praepositiones; nam legendum est ἀνήνεγκαν. Idem vitium in Ed. Basil.

44. In fine comm. Galeni ad h. l. lego p. 548. καὶ διὰ τοῦτο μείζονα ἔχουσι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, ἧττον εὔσβεστον. Postrema ἧττον εὔσβεστον non habentur in Ed.

©BIUM

με'. Τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισι ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης [1]καὶ τῶν ὡρέων καὶ τῶν τόπων καὶ τῶν βίων ποιέουσι.

45. Ex comitialibus iuvenes mutatione potissimum aetatis et anni tempestatum et regionum et victum liberationem accipiunt.

μς'. Δύο πόνων ἅμα [2]γενομένων μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον.

46. Duobus doloribus simul sed non eodem loco obortis, vehementior obscurat alterum.

μζ'. Περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πόου οἱ πόνοι καὶ οἱ πυρετοὶ ξυμβαίνουσι μᾶλλον ἢ [3]γενομένου.

47. Dolores et febres contingunt magis circa puris generationem, quam eo confecto.

μη'. Ἐν πάσῃ κινήσι [4]τοῦ σώματος, ὁκόταν ἄρχηται πονέειν, τὸ [5]διαναπαύειν, εὐθὺς ἄκοπον.

48. Quovis in motu corporis quando laborare coeperit, facere ut requiescat confestim lassitudinis est remedium.

μθ'. Οἱ εἰθισμένοι τοὺς ξυνήθεας πόνους φέρειν, κἢν ὦσι ἀσθενέες ἢ γέροντες, τῶν ἀξυνηθέων, ἰσχυρῶν [6]δὲ καὶ νέων, ῥᾷον φέρουσι.

49. Qui solitos labores ferre assueverunt, etiamsi invalidi sunt aut senes, eos facilius ferunt quam qui non assueti, quamvis robusti et iuvenes.

ν'. Τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου ξυνήθεα, κἂν ᾖ χείρω τῶν ἀξυνηθέων, ἧσσον ἐνοχλέειν εἴωθε· δεῖ οὖν καὶ ἐς τὰ [7]ξυνηθέα μεταβάλλειν.

50. Ea, quibus ex longo temporis intervallo assueverunt, quamvis deteriora, insuetis minus molesta esse solent. Quare ad solita etiam facienda mutatio.

να'. Τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν,

51. Confertim et repente vacuare, vel implere,

[1] καὶ τῶν ὡρέων καὶ τῶν τόπων pro vulgato καὶ τῶν χωρίων Sc. V. — [2] γινομένων, ut vulg., Sc. V. — [3] γινομένου Sc. V. — [4] τοῦ om. Sc. V. — [5] διαπαύειν. Sc. — [6] δὲ καί Sc. V. τε καί vulgo. — [7] ἀσυνήθη Sc. V.

Basil.; credo tamen ea omnino ad Galeni textum pertinere, sed copulam desidero, vellemque legere μείζονα ἔχουσι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν καὶ ἧττον εὔσβεστον.

45. Lectio, quam e Sc. V. enotavi, in insigni codd. numero vidit Littréus, habeturque in schol. Dietzii textu. Galenus eam lect. non vidit, teste comm.; schol. omnino vidit, χωρίων uti item patet ex scholio; forte dittographia τόπων fecit, ut ὡρέων in libris antiquis nonnullis omitteretur.

46. Pauci libri τὸν ἐλάσσονα pro τὸν ἕτερον legunt. In Gal. comm. apud Kühn. p. 550. vs. 3. ὁ δ' ἐν τῇ κνήμῃ legatur, uti in Basil. Aphorismus hicce pulcherrimam verissimamque observationem continet, quae per omnem nervorum vitam patet. In eius lectione γενομένων e duobus libb. adfert Littréus; puto aoristum praestare prae vulgato.

47. In schol. Dietzii, paucisque mss. Parr. hic Aph. et sequens inverso ordine ponuntur.

48. Gal. in comm. πονεῖν cum ἀλγεῖν tum κάμνειν significare monet et quacumque ratione accipias, verum esse Aphorismum affirmat. Littréus: „εὐθύς, inquit, se rapporte non à ἄκοπον, mais à διαναπαύειν. Voyez le commentaire de Galien." Aut fallor, aut in comm. Galeni nihil legitur quod hoc doceat, neque ex Aphorismi textu certo apparet. Foësius in versione ad utrumque retulit; mihi, antequam Foësii aut Littréi interpretationem videram, ad ἄκοπον referri debere visum est. Sed animadverto, non διαναπαύεσθαι, sed διαναπαύειν legi, quorum illud aegri quiescentis, hoc medici quietem imperantis est. Interpretes num hoc viderint, nec ne, non liquet.

49. In comm. Gal. p. 553. vs. 3. error typogr. est ἐνεργεῖν pro ἐνεργεῖν. Lectio ἰσχυρῶν δὲ καί, licet in pauciori-bus mss. habeatur, mihi praeferenda visa est propter κἢν ὦσι ἀσθενέες in priore membro; antithesis enim hoc quoque indicare debet.

50. Postremum verbum comm. Gal. est ἀποπειρωμένων, quod typothetae errore in Kühn. in ἀποπωρωμένων abiit. Sed de ipsius Aph. lectione dicendum: in Edd. antiquis συνήθεα legitur pro ἀσυνήθεα, quae plerorumque codd. lectio est. Si ad articulum τά, qui antecedit, attendamus, videmus α aeque facile omitti ac repeti potuisse a librariis. „Cependant on doit avouer, inquit Littréus, que συνήθεα de vulg. est plus naturel, si on garde οὖν. Aussi Theophile paraphrasant cette fin de l'Aph., met-il dans son commentaire non pas οὖν, mais ὅμως, *cependant;* cette dernière conjonction irait mieux avec ἀξυνήθεα; c'est pourquoi j'ai adopté δέ des mss. de Magnolius." Dedit igitur: δεῖ δὲ καὶ ἐς τὰ ἀξυνήθεα μεταβάλλειν. Fatendum tamen illud δέ Magnolii haud ita magna fide esse dignum, si conferas cum reliquorum multorum librorum consensu in οὖν. Computandum vero censeo aliud quid in vulgato ἐς τὰ συνήθεα μεταβάλλειν; nempe erit μετάβασις ἐκ τῶν ἀσυνηθῶν ἐπὶ τὰ συνήθη. Iam vero dicat quis ἀσυνήθη ista non memorari in hac parte Aphorismi; at me iudice neque necessario id fieri debuit, quum e contrario sponte intelligatur et vero in priore membro eorum mentio facta sit. — Itaque omnibus computatis duo certa videntur, primum οὖν, non δέ, esse legitimam lect.; tum ἀσυνήθεα et συνήθεα illo loco facile alterum ex altero oriri potuisse, ita ut textus traditio in hac voce incerta sit. Iam vero auctor maxime facilem ratiocinationis cursum sponte secutus fuisse censendus erit; is autem requirit συνήθεα, quapropter exhibeo. Ionismum ἐνοχλέειν e schol. Dietzii recepi.

51. Ionismum κινέειν pro vulg. κινεῖν e libb. dedit Littréus, qui vidit etiam in non paucis codd. Parr. lectionem

©BIUM

ἢ πληροῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁκωσοῦν τὸ σῶμα κινέειν, σφαλερόν· καὶ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσι πολέμιον, τὸ δὲ κατ' ὀλίγον, ἀσφαλὲς, καὶ ἄλλως ἤν τις ἐξ ἑτέρου [1]ἐφ' ἕτερον μεταβαίνῃ.

νβ'. Πάντα κατὰ λόγον ποιέοντι μὴ γιγνομένων [2]τῶν κατὰ λόγον, μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον, μένοντος τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς.

νγ'. Ὁκόσοι τὰς κοιλίας ὑγρὰς ἔχουσι νέοι μὲν [3]ἐόντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσι τῶν [4]ξηρὰς ἐχόντων· ἐς δὲ τὸ γῆρας χεῖρον ἀπαλλάσσουσι· ξηραίνονται γὰρ ὡς [5]ἐπὶ τὸ πουλὺ ἀπογηράσκουσι.

νδ'. Μεγέθεϊ δὲ σώματος ἐννεάσαι μὲν ἐλευθέριον καὶ οὐκ [6]ἀειδές· ἐγγηρᾶσαι δὲ δύσχρηστον καὶ χεῖρον τῶν ἐλασσόνων.

vel calefacere, vel refrigerare, vel utcumque aliter corpus movere, periculosum. Omne si quidem nimium naturae inimicum, verum quod paulatim fit, securum est, tum vel maxime, si quis ab uno ad alterum transeat.

52. Cum quis omnia recta ratione facit, neque tamen pro ratione succedit, non est ad aliud progrediendum, si manet quod ab initio visum est.

53. Quicumque alvos habent humidas, ii quidem dum iuvenes sunt, melius degunt quam qui siccas habent. At in senectute peius degunt, cum senescentibus fere resiccentur.

54. Longa corporis statura in iuventute quidem degenda liberalis nec indecora; in senectute vero inutilis et brevitate deterior.

ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

Sectio Tertia.

α'. Αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα, καὶ ἐν τῇσι ὥρῃσι αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ ψύξιος καὶ θάλψιος· καὶ τἆλλα κατὰ λόγον οὕτως.

1. Tempestatum anni mutationes potissimum morbos pariunt, et in anni tempestatibus maguae vicissitudines frigoris et caloris; et reliqua pro ratione ad hunc modum.

β'. Τῶν [7]φυσίων αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ

2. Naturae hae quidem ad aestatem, aliae

[1] μεταβαίνῃ ἐφ' ἕτερον Sc.; sed V. καὶ ἄλλως ἤν ἐξ ἑτέρου μεταβαίνῃς ἐφ' ἕτερον. — [2] τῶν om. Sc. V. — [3] ἕωντες Sc. V. ut vulg. — [4] τὰς ξ. Sc. V. ut vulg. — [5] ἐπιτοπολύ Sc. V. ut vulg. — [6] ἀειδές Sc. V. ut vulg. — [7] Sic Ionice etiam Sc. V.

partis postremae, quam e libro Voss. enotavi. Pro καὶ πᾶν τὸ πολὺ κ. τ. λ. schol.: διότι πᾶν τὸ πολὺ κ. τ. λ.

52. Vulgo καὶ μὴ γινομένων, sed καί e plurimis libb. abesse scribit Littréus, neque ego in Leidensibus vidi. Illud τῶν, quod e libb. Leid. abest, in duobus tantum Parr. abesse vidit editor Par. — Aphorismus sane praestantissimum continet praeceptum, modo ne quis eo abutatur.

53. Aphorismum consentienter cum Littréi textu descripsi. Iam Gal. in comm. provocavit ad Aph. 20. huius sectionis, e quo hicce quasi pendet et explicandus est.

54. Littréus edidit καὶ οὐκ ἀηδές. Adscribit autem in varr. lectt.: „ἀηδές omnes fere codd., Gal. ἀειδές vulgo — ἀϊδές C'." — In Galeni Edd. textus Hippocraticus fert ἀηδές ἐστι; sed ibi ἀειδές reponendum esse docet comm., ubi antithesis ἀλλὰ τῷ γε πάγει (sic legitur in Kühn., sed Bas. recte πάχει) οὐδ' ἐννεάσαι καλὸν, οὐδ' ἐλευθέριον. Apud schol. recte Dietzius codd. lectionem ἀηδές in ἀειδές mutavit in textu Aphorismi, sed idem facere debuerat in scholii verbis ὥστε ἐν μὲν τῇ νεότητι οὐκ ἀηδὲς διὰ τὸ ὄρθιον. Nexus verborum docet, Theophilum legisse et in comm. scripsisse ἀειδές. Mirum sane non est, ἀειδές in ἀηδές a librariis esse transformatum. Vitiosum esse ἀηδές primum me docuit rerum nexus; nam ad ἀηδίαν vix facit res, de qua sermo est, et cum superiore ἐλευθέριον congruit ἀειδές, non ἀηδές. Opinionem postea firmavit accuratior commentarii Galeni et scholii Theophili lectio.

1. Circa loci lectionem tenendum, καὶ ἐν τῇσι αὐτέῃσι ὥρῃσι habere schol., dum Littréus ex uno libro eandem adnotat scripturam, sed in qua αὐτῇσι legitur. Certum est, qui locum ita descripsit voluisse ἐν τῇσι ὥρῃσι αὐτῇσι. Porro multi libri et Gal. pro μεταλλαγαί legunt μεταβολαί, quod in comm. Galeni quoque citatur. Memorat Gal. in comm. lectionem huius loci: αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων τίκτουσι νοσήματα μέγιστα· μάλιστα δὲ καὶ ἐν τῇσι ὥρῃσι αἱ μεγάλαι μεταβολαί. Praeterea alias quoque loci lectiones se vidisse testatur. Vulgo ἢ ψύξιος ἢ θάλψιος, sed quod exhibeo e cod. A' melius cum μεταλλαγαί congruere mihi videtur, alterum melius cum lectione μεταβολαί. Galeni comm. ad hunc locum in Kühniana, quae ad Chartierianam expressa est, turpis negligentiae documenta plura continet: p. 362. vs. 9. προσόντος, ubi Bas. recte προϊόντος, p. 363. vs. 5. πανικά, ubi recte Bas. μανικά. Et haec quidem quivis sponte inveniat, sed p. 363 vs. penult. exciderunt pone νοσήματα verba: ἢ λύουσι. πῶς οὖν οὐκ ἠρκέσθη μόνον εἰπών· αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρῶν τίκτουσι νοσήματα. — p. 564. vs. 1. τήν τε, ubi Bas. recte τήνδε. — Quod ceterum ad res ipsas attinet in Galeni comm., hic φλυαρεῖν mihi videtur, ut Hippocratico vocabulo utar. Aphorismi auctor nihil aliud significat quam τὰς διαδοχὰς τῶν ὡρῶν multum facere in morborum genesi.

2. In comm. Galeni p. 566. vs. 11. legitur in omnibus Edd. τελειότατα, quod etiam Latine exprimitur in versione;

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 549 sur 880

©BIUM

δὲ πρὸς χειμῶνα εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι.

γ'. ..... [1]τῶν νούσων ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι· καὶ ἡλικίαι τινὲς πρὸς ὥρας καὶ χώρας καὶ διαίτας....

δ'. Ἐν τῇσι ὥρῃσι, ὁκόταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης ὁτὲ μὲν βάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος [2]γένηται, φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα προσδέχεσθαι χρή.

ε'. Νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοὶ, νωθροὶ, διαλυτικοί· ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσι ἀρρωστίῃσι πάσχουσι. Ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, δυσουρίαι φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων· ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσι ἀρρωστίῃσι προσδέχεσθαι χρή.

vero ad hiemem bene vel male habere consueverunt.

3. *Locus mutilus, cf. adnn.*

4. Per anni tempestates quando eodem die modo calor, modo frigus fit, auctumnales morbos exspectare convenit.

5. Austri auditionis hebetudinem et visionis caliginem inducunt et capitis gravitatem, corpus torpidum et languidum reddunt. Cum hic invaluerit, talia in morbis patiuntur. Sin aquilonia tempestas fuerit, tusses movet, fauces exasperat, alvos indurat, urinam supprimit cum horrore, laterum et pectoris dolores excitat. Cum hic invaluerit, eiusmodi in morbis exspectanda sunt.

[1] καὶ τῶν Sc. V. καί om. vulg. In mss. LB. hic aph. cum superiore cohaeret. — [2] γίγνηται Sc. γίνεται V.

sed legere oportet τελειόταται, ut ad sequens αἱ φύσιες αὗται referatur; nequit esse adverbium.

3. Primum describo Littréi notulam ad h. l.: „Post πρός, inquit, addit τάς Gal. — Galien dans son comm. remarque qu'il faut entendre cette phrase comme s'il y avait: τῶν νούσων καὶ τῶν ἡλικιῶν ἄλλαι πρὸς ἄλλας ὥρας καὶ χώρας καὶ διαίτας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι. Il ajoute que la phrase est irregulierement construite. Opsopoeus a donné probablement la vraie raison de cette irregularité en rapprochant le passage suivant du traité des humeurs: φύσιες δὲ ὡς πρὸς τὰς ὥρας, αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα εὖ καὶ κακῶς πεφύκασι· [αἱ δὲ πρὸς χώρας καὶ ἡλικίας καὶ διαίτας καὶ τὰς ἄλλας καταστάσιας] τῶν νούσων ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ καὶ κακῶς πεφύκασι· καὶ ἡλικίαι πρὸς ὥρας καὶ χώρας καὶ διαίτας. Supprimez dans ce passage du traité des humeurs ce qui est entre crochets et vous aurez l'aphorisme avec sa redaction irregulière et obscure." In loco e lib. de Hum. pone καὶ χώρας καὶ διαίτας additur καὶ πρὸς καταστάσιας νούσων, quod in Aphorismorum mss. item omittitur. — Ceterum initio καί ante τῶν νούσων multi libb. Parr. consentienter cum Leidensibus legunt. In lib. de Humoribus τινές pone ἡλικίαι abest. — Longe certissimum est, Aphorismum 2. et 3. eundem referre locum, quem Opsopoeus attulit; certum item, eum in Aphh., quales hodie relictos habemus, non plene descriptum, sed mutilatum esse; itaque lacunae signis positis in textu id ipsum indicavi: Latinam vero interpretationem loco propter lacunam sensu casso adscribere nolui. Locus e lib. de Humoribus una in re emendandus est ex Aphh., nempe εὖ ἢ κακῶς ex iis reponendum pro εὖ καὶ κακῶς. Ceterum locus e hb. de Humoribus melius habet et quum plenior sit, facilius intelligitur, quatenus eadem refert, quae Aph. noster; de seqq. alio modo sentio, cf. adnn. ad librum de Humorr.

4. In varr. lectt. animadversione dignum ὁκόταν, quod e quatuor libris Parr. recepi, dum vulgo ὅταν legitur. Video apud schol. Dietzii αὐτέης pro αὐτῆς ceterorum; falsus Ionismus hîc in uno textu scholiastae habetur, in quo plures animadverti, qui non e veteribus fluxerunt libris, partim veros partim falsos Ionismos, quapropter scholiastae textui, quod ad dialectum attinet, non magnam tribuo fidem. Pro γένηται alii ποιέῃ, aut ποιέει; cf. adn. ad lib. de Humoribus § 12.

5. Priusquam de ipso Aph. moneo, dicam de comm. Gal.; nempe p. 571. vs. 13. διό τε mutandum est in διότι; tum vero corrigenda verba ἄναιμός τε γάρ ἐστι ψυχρὰ καὶ διὰ ταῦτα πλέον ἢ τἆλλα μόρια τοῖς ψυχροῖς αἰτίοις εὐάλωτα. Qui haec cum Ed. Basil. confert, non mirabitur, unum alterumque vitium remansisse, licet sedulus editor facile correxisset. Itaque in his lege ἄναιμός τε γάρ ἐστι καὶ ψυχρὰ et in fine horum verborum εὐάλωτα mutandum est in εὐάλωτος, ut ad κύστιν referatur, non ad μόρια, quorsum non spectat. In ipso Aph. pro οὗτος δυναστεύῃ utroque loco οὕτω δυναστεύῃ libri aliquot Parr. et schol.: videtur Foësius id vertendo expressisse, nec tamen οὕτω est aliud quid quam corruptum οὗτος. Advertit me porro φάρυγγες: Galenus de ea re monet in comm.: ἐν τοῖς βορείοις οὖν, inquit, φησὶ, γίνονται βῆχες διὰ δυσκρασίαν ἐπιλανόμενοι τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων καὶ διὰ τὴν τραχύτητα τῆς φάρυγγος, ὑπὲρ ἧς ἐνεδείξατο προσθεὶς τὸ φάρυγγες, ἵνα προσυπακούσωμεν τὸ πάσχουσι. καὶ γὰρ καὶ οὕτως εἴωθεν ἑρμηνεύειν ἐνιότε· μετ' ὀλίγα οὖν ἐρεῖ (Aph. 22. sect. II.) τοῦ μὲν φθινοπώρου καὶ θερινῶν τὰ πολλὰ, πυρετοὶ τεταρταῖοι καὶ πλάνητες καὶ σπλῆνες. ἔνεστι δὲ καὶ συνάπτοντας ἀναγινώσκειν ἅμα τὰ δύο, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, καθάπερ ἔνιοι τῶν ἐξηγητῶν ἠξίωσαν, κ. τ. λ. In his verbis tuto in Aph. 22. citatione καί ante πυρετοί supplebitur; quum textus Galeni illius Aphorismi id ferat. — Ceterum posterior illa ratio interpretum priscorum mihi non arridet; epitheton σκληραί manifesto pertinet ad solum κοιλίαι, non ad φάρυγγες; videtur auctor loci omnino partem corporis pro partis eius morbis posuisse. Lectio φάρυγγες καὶ κοιλίαι σκληραί, quam in duobus codd. vidit Littréus, e Gal. comm. originem traxisse videtur, ita ut aliquis illo lecto locum ita describeret. In textu schol. lego ἢν δὲ βόρειον ἔῃ, sed hic solus istum Ionismum habet.

©BIUM

ς'. Ὁκόταν θέρος γένηται ὥρι ὁμοῖον, ἰδρῶτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι πολλοὺς προσδέχεσθαι χρή.

ζ'. Ἐν τοῖσι αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίγνονται· καὶ ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ᾖ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησε, ὡς ἐπιτοπουλὺ καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι.

η'. Ἐν τοῖσι [1] καθεστεῶσι καίροισι, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέες αἱ νοῦσοι γίγνονται· ἐν δὲ τοῖσι ἀκαταστάτοισι ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι.

θ'. Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νοῦσοι καὶ θανατωδέσταται [2] τοὔπιπαν· ἦρ δὲ ὑγιεινότατον καὶ ἥκιστα θανατῶδες.

ι'. Τὸ φθινόπωρον [3] τοῖσι φθίνουσι κακόν.

ια'. Περὶ δὲ τῶν ὡρέων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τοῦ θέρεος πυρετοὺς [4] ὀξέας καὶ ὀφθαλμίας καὶ δυσεντερίας γίγνεσθαι, μάλιστα τῇσι γυναιξὶ καὶ τῶν ἀνδρῶν τοῖσι ὑγροῖσι τὰς φύσιας.

ιβ'. Ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἔπομβρος καὶ εὐδιεινὸς γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες, ᾗσι οἱ τόκοι

6. Cum aestas veri similis fuerit, in febribus copiosos sudores exspectare oportet.

7. Per squalores febres acutae fiunt et si annus magna ex parte talis fuerit, qualem temporis conditionem effecerit, tales fere quoque morbos exspectare oportet.

8. Temporibus bene et ordine constitutis, morbi, qui facile consistunt et solvuntur, fiunt. In male vero constitutis, qui neque facile consistunt, neque facile solvuntur.

9. Per auctumnum omnino morbi acutissimi et maxime exitiales. Ver autem saluberrimum et minime exitiale.

10. Auctumnus tabidis malus.

11. Quod autem ad anni tempestates attinet, si quidem hiems plus aequo sicca et aquilonia fuerit, ver autem valde pluvium et austrinum, febres acutas et lippitudines et intestinorum difficultates ad aestatem oriri necesse est, praecipue vero in mulieribus et viris natura humidioribus.

12. At si hiems austrina et valde pluvia et placida fuerit, ver autem plus iusto siccum, et aquilonium, mulieres quidem, quibus partus ad

[1] καθιστῶσι V. — [2] τὸ ἐπίπαν. Sc. V. — [3] Sic Sc. τοῖς V. ut vulg. — [4] ὀξεῖς Sc. V. ut vulg.

6. Pro χρή plures libri apud Littréum et schol. δεῖ. Talia saepe alternant.

7. Mira oratio est in verbis ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ᾖ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησε; nam sponte patet annum plerumque talem esse debere, qualem effecit catastasin, neque enim aliud quid statum annuum facit, quam praevalens tempestas in anno ipso. Nolim forte auctorem corrigere, sed hic sane melius scripsisset: τοιαύτην τὴν κατάστασιν ἐποίησε καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ καὶ τὰ ν. κ. τ. λ.

8. Vulgo hic ἐν τοῖσι καθεστεῶσι καίροισι, ἢ ὡραίας τὰ ὡραῖα ἀποδίδωσι κ. τ. λ. Duo vero libri καὶ ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδοῦσι, quod dedit Littréus, quemadmodum Ep. II. 5. legitur. — Reliquae varr. lectt. horum verborum nullius momenti mihi esse videntur. — Equidem sic sentio: in vulgata latet ἢ ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδοῦσι, quod non est nisi glossa ad καθεστεῶσι olim adscripta, quae forma paululum mutata in textum transiit. Duo illi libri correctionem referunt recentiorem. Concinnitas membrorum et parallelismus glossa deleta demum apparent et ultro docent emblema repudiandum esse. Qui mihi obiiciat l. l. ex Ep. II., ei respondebo, hunc indicio esse vitium esse antiquum, sed e tali sane libro desumi argumentum non posse, quo doceatur glossam non esse glossam.

9. In Gal. comm. ad h. l. vitium observavi p. 576. vs. 7. τὸ δὲ φθινοπώρῳ πρῶτον μὲν ὑπάρχει τὸ τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ὁτὲ μέν βάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος ἴσχει. εἶτα διαδέχεται τὴν θερινὴν ὥραν κ. τ. λ. Legendum est τῷ δὲ φθινοπώρῳ — ὑπάρχει τὸ — ἴσχειν. Et τῷ quidem Ed. Basil. exhibet, non ἴσχειν; librarius sequenti διαδέχεται in errorem inductus fuisse videtur.

10. Formam huius Aphorismi si respiciam, vix alio modo de illo sentire possum, quam ut ortum esse putem ex adnotatione lectoris alicuius ad Aphorismum superiorem. Non negligo locum similem ex Ep. VI. 7. 9.

11. E varr. lectt. haec excerpo; αὐχμηρός τε καὶ β. est scriptum in paucis libris, uti mox ἔπομβρόν τε καὶ νότιον. Pro ἢν μέν Magnol. ὅταν μέν; idemque paulo inferius τοὺς πυρετοὺς ὀξ. — Pro nudo μάλιστα in libb. aliquot καὶ μάλιστα et μάλιστα δέ. In multis libris ἀνδρῶν omissum est, quod si serves, τῶν praemittere oportet, quod de meo exhibeo; in multis codd. etiam καὶ τοῖσι ὑγρὰς ἔχουσι τὰς φύσιας legitur. — Aph. desumtus est e lib. de Aëre, aq., locis § 14. mihi. In comm. Gal. p. 581. vs. 11. εἰς τὴν κατὰ φύσιν — συμμετρίαν, uti in Basil. legendum.

12. Quod ad loci lectionem attinet, pro εὐδιεινὸς insignis codd. numerus εὔδιος, quam vocem legimus § 15. libri de aëre, aquis, locis, unde hic Aph. desumtus est et ubi vide adnotationem de repetito καὶ νοσώδεα. Vulgo τοῖσι δὲ ἄλ-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 551 sur 880

©BIUM

πρὸς τὸ ἦρ, ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιτρώσκουσι· [1] αἱ δ' ἂν τέκωσι, ἀκρατέα καὶ νοσώδεα τὰ παιδία τίκτουσι, ὥστε ἢ παραυτίκα ἀπόλλυσθαι, ἢ λεπτὰ καὶ νοσώδεα ζῆν ἐόντα· τοῖσι δὲ [2] ἄλλοισι δυσεντερίαι καὶ ὀφθαλμίαι ξηραὶ γίγνονται, τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι [3] κατάρροοι ξυντόμως ἀπολλύντες.

ιγ'. Ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γένηται, τὸ δὲ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίαι ἐς τὸν χειμῶνα γίγνονται καὶ βῆχες καὶ βράγχοι καὶ κόρυζαι, ἐνίοισι δὲ καὶ φθίσιες.

ιδ'. Ἢν δὲ βόρειον ᾖ καὶ ἄνυδρον, τοῖσι μὲν ὑγροῖσι ἐοῦσι τὰς φύσιας καὶ τῇσι γυναιξὶ ξύμφορον· τοῖσι δὲ λοιποῖσι ὀφθαλμίαι ἔσονται ξηραὶ καὶ πυρετοὶ ὀξέες καὶ [4] πολυχρόνιοι, ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι.

ιε'. Τῶν δὲ καταστασίων τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβριῶν εἰσι ὑγιαινότεροι καὶ ἧσσον θανατώδεες.

ις'. Νοσήματα δὲ ἐν μὲν τῇσι ἐπομβρίῃσι ὡς τὰ πολλὰ γίγνεται, πυρετοί τε μακροὶ, καὶ κοιλίης ῥύσιες, καὶ σηπεδόνες, [5] καὶ ἐπιλῆψίαι, καὶ ἀποπληξίαι, καὶ κυνάγχαι· ἐν δὲ τοῖσι αὐχμοῖσι [6] φθίσιες, ὀφθαλμίαι, ἀρθρίτιδες, στραγγουρίαι καὶ δυσεντερίαι.

ver imminet ex quavis causa abortiunt. Quae vero pepererint, imbecillos et morbosos infantes edunt, ita ut vel statim intereant, vel tenues et valetudinarii vivant. Ceteris autem difficultates intestinorum et lippitudines aridae oriuntur, senioribus vero defluxiones brevi interficientes.

13. Si vero aestas plus aequo sicca et aquilonia, auctumnus vero admodum pluvius et austrinus fuerit, capitis dolores ad hiemem oriuntur et tusses et raucitates et gravedines, nonnullis etiam tabes.

14. Si vero aquilonius sit et sine pluviis, iis quidem qui natura sunt humidiore et mulieribus commodus, reliquis autem lippitudines erunt siccae et febres acutae et diuturnae, nonnullis vero etiam melancholiae.

15, Ex anni autem conditionibus in totum magnae siccitates assiduis imbribus sunt salubriores, minusque lethales.

16. Per assiduos imbres hi morbi magna ex parte oriuntur: cum febres longae, tum alvi fluxiones, putredines, morbi comitiales, apoplexiae et anginae. Per magnas autem siccitates tabes, lippitudines, articulorum dolores, urinae stillicidia et intestinorum difficultates.

[1] Ὅσαι δὲ τίξουσι Sc. V. sed in V. omittuntur τέκωσι — παιδία. — [2] ἄλλοισι βροτοῖσι Sc. V. — [3] κατάρροιαι σ. ἀπολλῦσαι Sc. V. — [4] κόρυζαι χρόνιαι Sc. V. — [5] καὶ ἐπίληπτοι καὶ ἀπόπληκτοι Sc. V., ut reliqui omnes. — [6] φθινάδες Sc. V. φθινώδεες vulg. cf. adn.

λοισι βροτοῖσι; sed βροτοῖσι rursus in insigni numero codd. abest, nec Galenus legisse videtur; puto facetum aliquem librarium addidisse; mirum, illum non adscripsisse οὐ τοῖσι ἀθανάτοισι! Operae pretium est e Gal. comm. tenere verba sub finem obvia: ἔνιοι δὲ τῶν ἐξηγητῶν κατάρρους ἀκούσαντες τοὺς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν πνεύμονα γιγνομένους διὰ φάρυγγος καὶ ἀρτηρίας μετὰ τῆς ἀποφάσεως τῆς οὐ γράφουσι τὴν λέξιν κατάρρους γίγνεσθαι τοῖς πρεσβυτέροισι οὐ συντόμως ἀπολλύντας. Est specimen, unde quales critici veteres illi fuerint, abunde discimus. Si respexissent locum, unde Aph. natus est, tali libidini non indulsissent in textus interpretatione.

13. Pone κεφαλαλγίαι legitur ἰσχυραί apud Galenum. Littréus enotavit e libris paucis lectionem, qua ἰσχυραί pro sequente γίνονται infertur, ita ut hoc verbum omittatur. In comm. Gal. p. 591. vs. 9. ἄξιοι, ubi Bas. Ed. recte ἀξιοῖ.

14. In ὑγροῖσι ἐοῦσι sat magni codicum numeri fide ἐοῦσι suppressit Littréus; mihi ἐοῦσι loco, qualis hicce, facilius omissum quam illatum esse a librariis videtur. In paucis libris est lectio ὑγρὰς τὰς φύσιας ἔχουσι, quae altera est recentioris originis. In verbis καὶ πυρετοὶ ὀξέες καὶ πολυχρόνιοι vulgata κόρυζαι habet pro πολυχρόνιοι; hoc tamen Foës. in versione expressit et Bosquillon recepit. Littréus recipere noluit, quia libri non praebent; at sine dubio πολυχρόνιοι hic scriptum fuit: inepte enim κόρυζαι in serie morborum hic enumeratorum occurrit; tum πολυχρόνιοι legitur in loco e libro *de aëre, aquis, locis*, unde aphorismus desumtus est (vide § 16.); denique lectio codd. Leidensium et plurium Parisinorum κόρυζαι χρόνιαι eodem spectat. — In comm. Galeni p. 596. vs. 13. lege καὶ εἰς τὰς μέσας καὶ κ. τ. λ.; μέσας excidit.

15. Pro εἰσί Magnol. apud Littréum γίνονται; tum pro ἧσσον liber unus ἥκιστα.

16. In vulgata medio in Aphorismo legimus καὶ ἐπίληπτοι καὶ ἀπόπληκτοι; tum paulo inferius vulgo φθινώδεες, pro quo φθινάδες intulit Littréus insigni codicum numeri auctoritate, quibus accedunt codd. Leidd. Ego nihilominus illa repudianda censeo: non credo auctorem loci promiscue nomina morbos, et nomina, aegrotantes indicantia ita posuisse; in sequentibus Aphorismis et ἐπιλῆψίαι et ἀποπληξίαι memorantur, itaque etiam h. l. repono: habemus enumerationem νοσημάτων; ἀπόπληκτοι vero non sunt νοσήματα, sed morbo laborantes. Quod autem contra librorum fidem φθίσιες, non φθινάδες dedi, huius facti causa haec est: in libris spuriis φθινάδες et νοῦσοι φθινάδες memorantur; in libris vero Coorum hic primus hucusque locus esset, ubi nomen

©BIUM

ιζ'. Αἱ δὲ καθ' ἡμέρην καταστάσιες αἱ μὲν Βόρειοι τά τε σώματα [1]ξυνιστᾶσι καὶ εὔτονα καὶ εὐκίνητα καὶ εὔχροα καὶ εὐηκοώτερα ποιέουσι, καὶ τὰς κοιλίας ξηραίνουσι, καὶ τὰ ὄμματα δάκνουσι, καὶ περὶ τὸν θώρηκα ἄλγημα ἤν τι προϋπάρχῃ μᾶλλον [2]ποιέουσι. Αἱ δὲ νότιοι διαλύουσι τὰ σώματα καὶ ὑγραίνουσι καὶ βαρυηκοΐας, καὶ καρηβαρίας, καὶ ἰλίγγους ἐμποιέουσι, ἐν δὲ τοῖσι ὀφθαλμοῖσι [3]καὶ τοῖσι σώμασι δυσκινησίην, καὶ τὰς κοιλίας ὑγραίνουσι.

17. At status temporum quotidiani, aquilonii quidem corpora densant, valentiora, expeditiora, bene colorata et melius audientia reddunt, alvos exsiccant, oculos mordent et si thoracem dolor aliquis prius habuerit, eum magis irritant. Austrini autem corpora exsolvunt et humectant, gravem auditum et capitis gravitatem et vertigines afferunt, oculis et corporibus difficilem motionem inducunt et alvos humectant.

ιη'. Κατὰ δὲ τὰς ὥρας, τοῦ μὲν ἦρος καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος οἱ παῖδες καὶ οἱ τούτων ἐχόμενοι τῇσι ἡλικίῃσι ἄριστά τε διάγουσι καὶ ὑγιαίνουσι μάλιστα· τοῦ δὲ θέρεος καὶ τοῦ φθινοπώρου, μέχρι μέν τινος οἱ γέροντες· τὸ δὲ λοιπὸν [4]τοῦ φθινοπώρου καὶ τοῦ χειμῶνος οἱ μέσοι τῇσι ἡλικίῃσι.

18. Quod autem ad anni tempora attinet, vere quidem et prima aestate pueri et his aetate proximi optime degunt et maxime valent, aestate vero et auctumno, quadantenus senes. Reliqua auctumni et hiemis parte, qui inter has aetates sunt medii.

ιθ'. Νοσήματα [5]δὲ πάντα μὲν ἐν πάσῃσι τῇσι ὥρῃσι [6]γίγνεται, μᾶλλον δ' ἔνια κατ' ἐνίας αὐτέων καὶ γίγνεται καὶ παροξύνεται.

19. In quibusvis anni temporibus omnis generis morbi oriuntur, nonnulli tamen in quibusdam magis et fiunt et exacerbantur.

κ'. Τοῦ μὲν γὰρ ἦρος τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικὰ, καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ, καὶ αἵματος ῥύσιες, καὶ κυνάγχαι, καὶ κόρυζαι, καὶ βράγχοι, καὶ βῆχες, καὶ λέπραι, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφοὶ, καὶ ἐξανθήσιες ἑλκώδεες πλεῖσται, καὶ φύματα, καὶ ἀρθριτικά.

20. Vere quidem insania, melancholiae, morbi comitiales, sanguinis profusiones, anginae, gravedines, raucitates, tusses, leprae, impetigines, vitiligines et pustulae ulcerosae plurimae et tubercula et articulorum dolores.

κα'. Τοῦ δὲ θέρεος ἔνιά τε τούτων καὶ πυρετοὶ ξυνεχέες, καὶ καῦσοι, [7]καὶ τριταῖοι πλεῖστοι καὶ τεταρταῖοι, καὶ ἔμετοι, καὶ

21. Aestate autem horum nonnulli et febres assiduae et ardentes et tertianae plurimae et quartanae et vomitiones, alvi profluvia, lippitu-

[1] Sic Sc. V. — [2] πονέουσι Sc. V. ut cett. — [3] καὶ ἐν τοῖσι σ. Sc. V. — [4] τοῦ φθινοπώρου om. Sc. V. — [5] δέ om. Sc. V. — [6] γίνονται Sc. V. — [7] Sc. καὶ τριταῖοι πυρετοὶ καὶ διάρροιαι. V. καὶ τριταῖοι πυρετοὶ καὶ τεταρταῖοι καὶ ἔμετοι καὶ διάρροιαι, ut vulgata.

φθινάς esset obvium; quin in ipsa hac Aphorismorum sectione φθίσιες legimus Aph. 22. Vitia, qualia haec iam antiquissimo tempore irrepserunt. Galenus φθινώδεες legit, uti patet e commentario.

17. Pro καθ' ἡμέρην e Magnol. καθημεριναί adnotavit Littréus. De meo dedi καὶ περὶ τὸν θώρηκα ἄλγημα ἤν τι προϋπάρχῃ μᾶλλον ποιέουσι, ceteris πονέουσι inepte legentibus. Omnia verba in hoc Aph. sunt transitiva et καταστάσιες subiectum sibi habent; itaque πονέουσι hic constare nequit, at lenis et levis medela persanabit. In seqq. pro vulg. ποιέουσι, quod etiam in libris Sc. V. lego, dedi ἐμποιέουσι ex insigni codd. Paris. apud Littréum numero.

18. In lectione loci unum quidpiam tantum observavi: τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ φθινοπώρου καὶ τοῦ χειμῶνος habet vulgata; sed in his verbis insignis codicum numerus, etiam mss. Leidd. omittunt τοῦ φθινοπώρου, ita ut horum auctoritate Littréus suppresserit. Equidem, nisi addamus, sententiam mancam esse puto, neque illis verbis carere nos posse contendo, si ad nexum cum reliquis animadvertamus. Verba καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος quomodo Gal. acceperit, patet e commentarii loco sequenti: προσέθηκε δὲ τῷ (sic enim cum Bas. legendum, non τό cum Kühniana) ἦρι τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους ὁ Ἱπποκράτης. — Rerum nexus docet, cum id voluisse.

21. Textus vulgaris fert καὶ τριταῖοι καὶ τεταρταῖοι, sicuti in citatione apud Gal. lib. VIII. cap. 6. de placitis Hipp. et Platonis; sed in longe maximo codd. numero pro his καὶ τριταῖοι πλεῖστοι reperit Littréus. Schol. eandem sequitur lect. In Galeno tum Basil., tum Kühn., lego in Aphorismi textu καὶ τριταῖοι πλεῖστοι καὶ τεταρταῖοι, quam lect. Foës. Latine expressit et e Magnolio in varr. lectt. adscribit Littréus. E Galeni quidem comm. vere efficere mihi visus est Littréus, illum καὶ τεταρταῖοι non legisse. Itaque primum cum Littréo καὶ τεταρταῖοι non recipere decreveram, quod tum ne facerem, maxime prohibuit initium sequentis

©BIUM

διάρροιαι, καὶ ὀφθαλμίαι, καὶ ὤτων πόνοι, καὶ στομάτων ἕλκώσιες, καὶ σηπεδόνες αἰδοίων, καὶ ἵδρωα.

κβ'. Τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι, καὶ πλάνητες, καὶ σπλῆνες, καὶ ὕδρωπες, καὶ φθίσιες, καὶ στραγγουρίαι, καὶ λειεντερίαι, καὶ δυσεντερίαι, [1] καὶ ἰσχιάδες, καὶ κυνάγχαι, καὶ ἄσθματα, καὶ ἕλλεοι, καὶ ἐπιλυψίαι, καὶ τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικά.

κγ'. Τοῦ δὲ χειμῶνος πλευρίτιδες, [2] περιπνευμονίαι, [3] κόρυζαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι στηθέων, πλευρέων, ὀσφύος, κεφαλαλγίαι, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι.

κδ'. Ἐν δὲ τῇσι ἡλικίῃσι τοιάδε ξυμβαίνει· τοῖσι μὲν σμικροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίοισι, ἄφθαι, ἔμετοι, βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφαλοῦ [4] φλεγμοναὶ, ὤτων ὑγρότητες.

κε'. Πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυέειν προσάγουσι οὖλων ὀδαξήσμοὶ, πυρετοὶ, σπασμοὶ, διάρροιαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνάγωσι τοὺς κυνόδοντας καὶ τοῖσι παχυτάτοισι τῶν [5] παιδίων καὶ τοῖσι σκληρὰς τὰς κοιλίας ἔχουσι.

κς'. [6] Πρεσβυτέροισι δὲ γενομένοισι, παρα-

dines, aurium dolores, oris exulcerationes, genitalium putredines, et sudamina.

22. Auctumno vero etiam aestivi multi et quartanae febres atque erraticae, lienes, aqua inter cutem, tabes, urinae stillicidia, intestinorum levitates et difficultates, coxendicum dolores, anginae, crebri anhelitus, volvuli, morbi comitiales, insaniae et melancholiae.

23. Hieme vero morbi laterales, pulmonum inflammationes, gravedines, raucitates, tusses, dolores pectoris, laterum, et lumborum, capitis dolores, vertigines, apoplexiae.

24. Per aetates haec eveniunt, parvis et recens natis pueris serpentia oris ulcera, aphthae dictae, vomitiones, tusses, vigiliae, pavores, circa umbilicum inflammationes, aurium humiditates.

25. Ad dentitionem vero progressis, gingivarum stimulantes prurigines, febres, convulsiones, alvi profluvia, idque praecipue cum caninos dentes emittere coeperint, et iis, qui maxime crassi sunt et alvos duras habent.

26. At iis paulum aetate progressis, tonsilla-

[1] καὶ ἰσχ. καὶ κυν. om. Sc. — [2] Sic Sc. V. περιπλ. vulgo. — [3] κόρυζαι λήθαργοι Sc. V. — [4] φλεγμονὴ Sc. V. — [5] παίδων Sc. V. ut vulg. — [6] πρεσβύτῃσι Sc. V.

Aph. τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλὰ καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι, quippe quo loco τεταρταῖοι videbantur excludi a morbis aestivis. Postea tamen quominus in his acquiescerem, impedivit Aph. 25. sect. II.; ubi et aestivarum et auctumnalium quartanarum mentio diserte facta est. Patet inde, non ad amussim exigenda esse ista verba e principio sequentis Aph., de quibus dixi. Iam vero sic sentio: ad τριταῖοι adscriptum esse πλεῖστοι, ut tertianae maxime propriae aestati dicantur, verum tamen ita ut quartanae non prorsus excludantur.

22. Ad σπλῆνες iuvat audire Galenum in comm., qui: γίνονται δέ, inquit, καὶ πλάνητες ἐν φθινοπώρῳ πυρετοὶ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τῆς κράσεως καὶ σπλῆνες μεγάλοι διὰ τὸ μελαγχολικὸν περίττωμα καὶ δὴ καὶ ὕδεροι διὰ τὸν σπλῆνα. Sub finem comm. Gal. p. 624. vs. 11. pro γίγνεσθαι ex Ed. Bas. lege γίγνεται.

23. In vulg. lectione λήθαργοι, κόρυζαι legimus; item in textu Hippocratis Galenico apud Kühn., non in Basil. Ed., quae hic rursus meliorem habet lect., quia Gal. in textu, quem sub oculis habuit dum commentarium scribebat, λήθαργοι non legisse videtur; neque legisse videtur schol., si huius scholion conferas. Littréus λήθαργοι in insigni codicum numero deficere vidit; quapropter reiecit. Sed sunt loci, ubi Gal. Aphorismum citat et λήθαργοι legit: lib. de placitis Hipp. et Platonis et comm. 1. ad lib. de Humoribus p. 27. Itaque puto non certum esse, in omnibus apographis Galeni aetatis vocem defuisse; maxime vero, ut cum Littréo nomen omitterem, me impulit mira consecutio morborum enumeratorum, si lethargus ibi recensetur inter pneumoniam et coryzam; facilius ferrem, si sub finem aphorismi legeretur, iam vero additamentum recentius esse opinor. Aph. 30. ponitur quidem lethargus pone pneumoniam, sed sequitur phrenitis. Vulgo πόνοι στηθέων, πόνοι πλευρέων: — Gal. in comm. pectoris doloris nullam facit mentionem, unaque res certa videtur, scilicet vulg. illam lect. esse corruptam. Emendabitur alterum πόνοι delendo; — ita l. l. e lib. de placitis Hippocratis et Platonis πόνοι omittitur, licet στηθέων legatur. Nescio an non plur. num. στηθέων librariis debeatur, sequentis nominis terminationem pluralem ad στήθεος trahentibus, testis mihi est ὀσφύος supra aph. 5. eadem vocabulorum consecutio. In comm. Galeni p. 625. vs. 1. habentur verba καὶ γὰρ αὐτὸς εἶπεν — εἰ μὴ λέγῃ τὸν αὐτὸν τῶν ἐν τῷ φθινοπώρῳ ἐσχάτῳ γινομένων μνημονεύειν, quae non leguntur in Basil. Verum reponendum est εἰ μὴ λέγῃ τις αὐτόν κ. τ. λ.

24. In varr. lectt. ad νεογνοῖσι adscribitur a Littréo νεογενέσι e libris duobus, ex alisque duobus νεογόνοισι.

25. Ὀδοντοφυέειν pro vulgato ὀδοντοφυεῖν ex unico ms. dedit Littréus, habeturque in scholiorum textu Hipp. Ego τῶν παιδίων dedi, ubi vulgo τῶν παίδων: illud autem habent Gal. Ed. Kühn., neque adversatur lectioni comm. Galeni, schol., Magnol. in m., libri quinque Parr. — Mihi aetati, de qua iam sermo est, hoc nomen melius, quam παιδῶν, adaptatum videbatur. Ante προσάγουσι initio Aphorismi ἤδη ferunt libri duo, — quod non incongruum.

26. Locus est in hoc Aphorismo, de quo incerti sunt in-

ρίσθμια, [1] σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὦσιες, ἄσθματα, λιθιάσιες, ἕλμινθες στρογγύλαι, ἀσκαρίδες, [2] ἀκροχορδόνες, χοιράδες καὶ τἆλλα φύματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

rum inflammationes, vertebrae, quae ad occipitium est, interiorem in partem impulsiones, crebrae anhelationes, calculi, lumbrici rotundi, alii tenues et minuti, in recto intestino orti, ascarides dicti, verrucae (Graecis ἀκροχορδόνες dictae), strumae et alia tubercula, praecipue vero praedicta.

κζ'. Τοῖσι δὲ ἔτι πρεσβυτέροισι τούτων τε τὰ πολλὰ [3] καὶ πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος ῥύσιες.

27. Adhuc autem aetate provectioribus et ad pubertatem progressis ex iis multa et febres diuturnae magis et sanguinis ex naribus profluvia.

κη'. Τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται, τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι· ὅσα δ' ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι καὶ μὴ ἀπολυθῇ πρὸ τοῦ ἡβάσκειν, ἢ τῇσι [4] θηλέῃσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας, χρονίζειν εἴωθε.

28. At magna ex parte pueris morbi iudicatione solvuntur partim quidem intra quadraginta dies, partim vero intra septem menses, nonnulli intra annos septem, quidam etiam ad pubertatem progressis. Qui vero pueris perseverarint neque circa pubertatem solutae fuerint, aut feminis circa mensium eruptionem, diu perseverare consueverunt.

[1] σπονδύλων τῶν Sc. V. — [2] ἀκροχ. σατυριασμοὶ στραγγουρίαι Sc. V. ut vulg. — [3] καί etiam Sc. V. — [4] θήλεσι Sc. V. ut vulg.

terpretes et de quo monendum est. Vulgo pone ἀκροχορδόνες legitur σατυριασμοί, στραγγουρίαι, sed neutrius nominis mentio facta in comm. Galeni, neque in scholiis, unde suspicio nata, voces forte interpolatas esse. Gal. in exegesi σατυρισμοί explicat; Foësius vero haec adnotavit: „Apparet, Galenum in γλώσσαις σατυρισμοί h. l. legisse, quemadmodum Vaticana legunt exemplaria (nisi potius illic σατυριασμοί legendum sit), qui exponuntur οἱ περὶ (an παρά? E.) τὰ ὦτα προμήκεις ὄγκοι τῶν ἀδένων. Sed pro σατυριασμοί, σατυριάσεις legit Gal. lib. 8. de pl. Hipp. et Plat., eamque dictionem retinet vetus interpres, etsi harum ne ullum quidem exstat vestigium neque apud Celsum, neque apud Gal. in comm., neque apud Philotheum. Variant autem multum exemplaria mss. Quaedam enim σπονδυλῶν τῶν κατὰ τὸ ἴνιον legunt et in quibusdam etiam post χοιράδες, στραγγουρίαι additur, quemadmodum legit Gal. lib. 8. de pl. Hipp. et Plat., alia post σατυριασμοί, ut publicata quaedam et Vaticana." Videndus est porro Foësius in Oecon., ubi dicit: „Aph. 26. 2., ubi tamen σατυριασμοί legitur, etsi neque Gal. illic, neque Celsus, neque Philoth. huius dictionis meminerunt, quod suspectam multis illius Aphorismi lectionem facit." Littréus provocavit ad locum ex Epid. VII. § 105. in sua Ed., ubi ἐπεδήμησαν βῆχες πολλαὶ, μᾶλλον δὲ παιδίοισι παρὰ τὰ ὦτα πολλοῖσι, οἷα τοῖσι σατύροισι. Quem locum citat Gal. in 3° comm. ad Ep. VI. textu 14°. — Hac quidem auctoritate et loco e Glossario satis firmari vocabulum putavit, idque recepit, non vero στραγγουρίαι. Una res statim longe certissima est, στραγγουρίαν ineptissime inferri eo loco, quo vulgo inscribitur; sequitur enim καὶ τἆλλα φύματα, ad quod genus certe στραγγουρίαι non pertinet. Hinc fuerunt, qui locum perturbatum putarent, Lallemand et Pappes, qui σατυριασμός de satyriasi intelligentes hoc nomen pone ἀσκαρίδες vellent inferre, quum genitalium per vermes irritationem spectari crederent, et qui στραγγουρίαι pone λιθιάσεις voluerunt ponere, quia calculus vesicae difficilis mictionis causa esse possit. — Equidem sic sentio: primum quidem nullam fidem adhibeo interpretationi Galeni nominis σατυριασμοί s. σατυρισμοί, quorum tamen hoc corruptum: locus ex Epid. VII. indicat quidem, auctorem illum comparavisse tumores ad aures cum similibus τῶν σατύρων tumoribus, sed minime demonstrat, eiusmodi tumores σατυριασμούς apud veteres fuisse appellatos; quin formam vocis si respicias, eiusmodi quid indicare minime posse videtur: σατυριασμός, πριαπισμός similes formae sunt, nec credo σατυριασμός aliud quid quam σατυρίασις significare. — Galenum hoc nomen eo loco legentem, quo inter tumores enumerari videbatur et in quem id forte fortuito devenerit, illi tribuisse oportet significationem, quae cum forma vocis non congruit, quippe quae *actionem* aliquam denotare debet, et quam veram facere non potest locus ex Epid. VII., propter causam quam supra protuli. Fidem adhibere in eiusmodi rebus Galeno neutiquam possum, quum Grammaticen non satis calleret, ut id facere liceat. Itaque vocem reieci, nam puto ad φύματα eam non magis pertinere, quam τὴν στραγγουρίαν. Videtur mihi utrumque nomen interpolatum esse. — Nulla quidem est dubitatio de illis vertebrae impulsionibus, sed nobis hodie mira est mentio eiusmodi morbi, qui certe non ita familiaris, ut hodie quisquam eum ad morbos pueri aetati proprios referret. Pertinent huc loci e Coacis 277. 278. Aph. 34. 35. IV. Epid. II. Sectio 2. sub finem, ubi epidemia eiusmodi describitur. De talibus iudicium difficile.

27. Copulam καί ante πυρετοὶ χρόνιοι apud Foësium deesse video, forte typothetae errore; sed velim doceri, quas febres longas auctor loci spectet.

28. Dedi τὰ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι ex haud exiguo codd. numero et schol.; ceteri καί omittunt, sed Latine expressit Foës. — Pone παιδίοισι subiungitur πάθεα in libris quatuor Parr. Vulgo θήλεσι, in multis adeo libris τοῖσι θήλεσι vidit Littréus, qui θηλείῃσι e duobus codd.; sed haec recentior esse debet correctio, quocirca Ionicum θηλέῃσι

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 555 sur 880

©BIUM

κθ'. Τοῖσι δὲ [1]νεηνίσκοισι, αἵματος πτύσιες, φθίσιες, πυρετοὶ ὀξέες, ἐπιλημψίαι καὶ τἆλλα [2]νοσήματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

λ'. Τοῖσι δὲ ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην ἄσθματα, πλευρίτιδες, [3]περιπνευμονίαι, λήθαργοι, φρενίτιδες, καῦσοι, διάρροιαι χρόνιαι, χολέραι, δυσεντερίαι, λειεντερίαι, αἱμορροΐδες, μελαγχολίαι.

λα'. Τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι δύσπνοιαι, κατάρροοι βηχώδεες, στραγγουρίαι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόνοι, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, [4]καχεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, ἀγρυπνίαι, κοιλίης καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, γλαυκώσιες, βαρυηκοΐαι.

29. Adolescentibus autem sanguinis spuitiones, tabes, febres acutae, comitiales et reliqui morbi, praecipue tamen praedicti.

30. His vero, qui hanc aetatem superarunt, crebri anhelitus, morbi laterales, pulmonum inflammationes, lethargi, phrenitides, febres ardentes, diuturna alvi profluvia, cholerae, intestinorum difficultates et levitates, sanguinis per ora venarum, quae in ano sunt, profusiones, αἱμορροΐδες Graecis dictae, melancholiae.

31. At senibus spirandi difficultates, destillationes tussim inferentes, stranguriae, urinae difficultates, articulorum et renum dolores, vertigines, apoplexiae, mali corporis habitus, totius corporis pruritus, vigiliae, alvi, oculorum, et narium humiditates, visus hebetudines, glaucedines, auditus graves.

ΤΜΗΜΑ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

α'. Τὰς κυούσας φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν· [5]τὰς δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι χρή.

Sectio Quarta.

1. Si humor impetu fertur, purgare oportet utero gestantes foetus quatuor mensium et usque ad mensem septimum. Quae vero minores et grandiores foetus gestant, ab his cavendum est.

[1] νεανίσκοισι Sc. V. — [2] Sic Sc. V. — [3] Sic Sc. V. περιπλ. vulgo. — [4] ὑγρότητες pro καχ. Sc. ἀποπλ. καχεξίαι, ὑγρότητες V. — [5] τά Sc. V. ut vulg.

dedi. Denique pro χρονίζειν pauci quidam libri ἐγγηράσκειν. — In comm. Gal. p. 649. vs. 4. lege τοῦτον e Basil. pro τούτων.

29. Galenus in comm. miratur, Aphorismorum auctorem aetatem τῶν μειρακίων non attingere. Sed de ea manifesto loquitur in Aph. 27.

30. Formam περιπνευμονίαι ex unico tantum cod. enotat Littréus; reperitur etiam in Gal. et schol. — In tribus codd. μελαγχολίαι pone λειεντερίαι additum vidit Littréus. Rem e Gal. comm. deducit, ubi p. 645. legis καὶ θαυμάσαι γέ ἐστι πῶς οὐκ ἔγραφεν ἐπ' αὐτῆς μελαγχολίαν (sic Bas.). εὗρον γε μὴν ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων καὶ ταύτην γεγραμμένην, ἤτοι προσθεῖναί τὸ λεῖπον τολμήσαντός τινος ὡς παρεωραμένον ὑφ' Ἱπποκράτους, ἢ τῶν ἄλλων ἡμαρτημένοις ἀντιγράφοις πιστευσάντων. Itaque mihi non certo constat melancholiam hic non relatam fuisse ad morbos aetatis, de qua Aph. agit; — sed potius nomen omissum fuisse in nonnullis membranis vetustissimis; itaque adieci.

31. Initio πρεσβυτέροισι multi codd.; vulgo κατάρροι, sed Littréus e pluribus libb. κατάρροοι, quod praebent etiam mss. Leid. Pro ξυσμοί aliquot libri κνησμοί. Ante ὀφθαλμῶν libb. nonnulli copulam omittunt. Initio comm. Galeni ἔνιοι τῶν ὑπὸ Ἱπποκράτους, sed recte Ed. Bas. ἀπό, quod reponendum est. P. 649. vs. 10. miro errore ἑτῶν pro τῶν, quod Bas. fert; verum p. 650. vs. 4. κίνησιν etiam in Basil., ubi κνῆσιν legi debet, quod recte interpres Latinus expressit. Ibid. vs. 12. pro ξηρότητα lege ξηρότατα cum Bas.

1. In medio hoc Aph. pone ἑπτὰ μηνῶν adscribuntur vulgo verba ἧσσον δὲ παρὰ ταύτας, in quibus παρά suppressit Littréus insignis codicum numeri et Galeni auctoritate, neque vero in textu schol. reperio. In cod. Voss. pro ταύτας legitur πάντας, quod nihil boni suppeditat. In uno cod. Par. D'. omittuntur. — Ad haec verba autem mox redibo, quum prius de aliis quibusdam sit dicendum, antequam quare omiserim dicam. Reliqui omnes τὰ δὲ νήπια, pro quo τὰς δὲ νήπια scripsi de meo, cuius rei causam item mox exponam. Littréi adnotatio facit ut e cod. Esc. apud Dietz. haec excerpam: ὀργᾶν τετράμηνα] τοῦτο τὸ χωρίον σολοικοφανές ἐστι τὸ [τῷ?] εἰπεῖν αὐτὸν τετράμηνα. ὤφειλε γὰρ εἰπεῖν τετραμήνων τῶν βρεφῶν δεῖ καθαίρειν αὐτὰ, δῆλον διὰ μέσου τῶν μητέρων. Hinc quidem boni nihil discimus, sed his lectis perducebar ad Aphorismi interpretationem grammaticam, quam non prorsus supervacaneam esse vidi. Verbum κύειν s. κυέειν regit accusativum: Aristot. Hist. anim. VII. c. 5. p. 330. Ed. Schn. ἤδη δὲ καὶ δίδυμα κύουσά τις ἐπεκύησε καὶ τρίτον· γενομένου δὲ τοῦ χρόνου τοῦ καθήκοντος, τὰ μὲν τελεόγονα τῷ χρόνῳ ἔτεκε, τὸ δὲ πεντάμηνον. Hic locus rem abunde demonstrat et vero satis nota

©BIUM

β'. Ἐν τῇσι Φαρμακείῃσι [1] ἄγειν ἐκ τοῦ σώματος ὁκόσα καὶ αὐτόματα ἰόντα χρήσιμα, τὰ δὲ ἐναντίως ἰόντα παύειν.

γ'. Ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι, τὰ δὲ ἐναντία δυσχερῶς.

δ'. Φαρμακεύειν θέρεος [2] μὲν μᾶλλον τὰς ἄνω, χειμῶνος δὲ τὰς κάτω.

ε'. Ὑπὸ κύνα καὶ πρὸ κυνὸς ἐργώδεες αἱ Φαρμακεῖαι.

ς'. Τοὺς ἰσχνοὺς [3] καὶ εὐημέας ἄνω Φαρμακεύειν, ὑποστελλομένους [4] χειμῶνος.

ζ'. Τοὺς δὲ δυσημέας καὶ μέσως εὐσάρκους κάτω, ὑποστελλομένους [5] θέρεος.

η'. Τοὺς δὲ φθινώδεας ὑποστελλομένους [6] τὰς ἄνω.

θ'. Τοὺς δὲ μελαγχολικοὺς, ἀδροτέρως τὰς κάτω.

2. In medicamentorum purgantium usu quae etiam sponte prodeuntia utilia sunt e corpore educere convenit, quae vero contrario modo prodeunt cohibere.

3. Si quae purgari decet, purgentur, confert et leviter ferunt, contra vero, graviter.

4. Aestate quidem superiores ventres potius medicamento repurgato, hieme vero inferiores.

5. Sub canis ortum et ante canis ortum molestae sunt per medicamenta purgationes.

6. Graciles medicamento per superiora purgare oportet, reformidantes hiemem.

7. At difficili vomitione utentes et modice carnosos per inferiora, aestatem reformidantes.

8. Tabescentes vero reformidantes ventrem superiorem.

9. Atra bile redundantes largius per inferiorem.

[1] τοιαῦτα ἄγειν Sc. V. — [2] μέν omm. Sc. V. — [3] τοὺς δέ V. — [4] χειμῶνος Sc. V. — [5] θέρεος Sc. V.; sed in V. hic aphorismus cum seq. confusus est. — [6] τὰς ἄνω deficit in Sc. V.

est; itaque τετράμηνα est accus. pendens a κυούσας; sed propter hoc ipsum in postrema parte aphorismi non τὰ δὲ νήπια, sed τὰς δὲ νήπια scribendum est. In isto periodi membro est breviloquentia, quam expleveris, τὰς δὲ κυούσας νήπια καὶ πρεσβύτερα φαρμακεύειν εὐλαβέεσθαι χρή. — Patet inde simul τά ante πρεσβύτερα non esse inferendum, quod Littréus fecit e libris non paucis. — Iam redeo ad ἧσσον δὲ παρὰ ταύτας, vel ἧσσον δὲ ταύτας, uti dedit Littréus. Fac hoc legamus, quorsum referes ταύτας? Possis id ita torquere ut ad τὰς ἑπτάμηνα κυούσας referri dicas, attamen legitime id fieri non poterit, quoniam τετράμηνα καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν arcte coniunguntur, neque hic in duas species distinguitur genus τῶν κυουσῶν. Sed me iudice παρά potius excidere quam inferri potuit, et vera verborum horum lectio est vulgatum ἧσσον δὲ παρὰ ταύτας, in quo παρά significat *praeter*, ita ut plene dixeris ἧσσον δὲ Φαρμακεύειν τὰς παρὰ ταύτας. — Itaque habemus in his verbis alteram apodosin ad prius Aphorismi membrum respondentem, ita ut totus locus sic se haberet: τὰς κυούσας Φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν, ἧσσον δὲ παρὰ ταύτας. — Ita si eum scribas, seqq, prorsus sunt supervacanea; itaque aut hoc modo Aph. est sumendus, aut quemadmodum descripsi. Iam vero Aph. 29. V. conferendus, et apparebit, illum librum, in quo verba ἧσσον δὲ παρὰ ταύτας non leguntur, veram referre loci lectionem. — Non hoc unicum est exemplum sententiae apodosi duplice in libris Hippocratis.

2. In loci lectione omnes τοιαῦτα ἄγειν et tum ὁκόσα, pro quo magnus codd. numerus ὁκοῖα, οἷα. Magnol. in marg. τοιαῦτα om.; mihi supervacaneum, ab interpolatore invectum est visum, uti saepius in Prorrh., in Coacis. — In comm. Galeni p. 658. vs. 6. δέ ante δι' ἕδρας abundat tum in Kühn., tum in Basil.; forte ortum est e seq. praepositione. Ibid. vs. 13. ὅσα δ' αὐτήν, pro quo, uti in Bas., ὅσα δι' αὐτήν legendum.

3. Est Aph. ultimus Sect. I.; μέν in paucis libb. et apud Gal. omittitur, qui in comm. dicit nonnullos esse, qui hunc Aph. περιαιροῦσιν ἐντεῦθεν. Sitne hic forte adpositus a lectore aliquo ad superiorem aphorismum comparandi aut illustrandi causa?

4. In hoc Aph. μᾶλλον omittunt libri nonnulli Parr. et codd. Dietzii. In schol. textu τὰς ἄνω κοιλίας legitur, quod item in codd. duobus Parr. et apud Magnol. vidit Littréus, qui recte e Gal. comm. invectum esse docet.

5. Sitne locus natus e populari aliquo timore, an ex observatione, nescio.

6. Vulgo τοὺς ἰσχνοὺς τοὺς εὐημέας, sed καὶ εὐημέας in his insignis librorum numerus, Gal., Schol.; equidem hoc praetuli, quia in seq. Aphorismo ponitur et quia parallelismus est apertus inter utrumque locum. Multi libri εὐεμέας; lectio vero χειμῶνος, quam in codicibus 3. vidit Littr. et ipse in mss. Leid. legi, non contemnenda est prae vulgato χειμῶνα; hic accusativus forte ortus, quia librarii obiectum esse credebant verbi ὑποστέλλεσθαι. Cf. Aph. 4. Φαρμακεύειν θέρεος.

7. Hic quoque δυσεμέας libri plures. De lectione θέρεος nonnullorum librorum pro vulgato θέρος valet idem, quod supra de χειμῶνος dixi ad Aph. 6.

8. Gal. Ed. Kühn. habet τὰς ἄνω Φαρμακείας, non Basil., cuius lectio potior.

9. Pone κάτω huic loco adhaerebant verba τῷ αὐτῷ λογισμῷ τἀναντία προστιθείς, quae sane ad Aph. nostrum non pertinent et adnotationem referunt marginalem. Puto lectorem aliquem superiore Aph. lecto, quum ad hunc pervenisset τῷ αὐτῷ λογισμῷ τἀναντία προστιθείς.... adscripsisse, et inde natum esse additamentum quod interpretes alii alio modo acceperunt. Lacunam noto, quia initium est solum periodi, quin forte principium commentarii antiqui.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 557 sur 880

©BIUM

ι'. Φαρμακεύειν ἐν τοῖσι λίην ὀξέσι, ἢν ὀργᾷ, αὐθημερόν· χρονίζειν γὰρ [1] κακόν.

ια'. Ὁκόσοισι στρόφοι καὶ περὶ [2] τὸν ὀμφαλὸν πόνοι καὶ ὀσφύος ἄλγημα μὴ λυόμενον, μήτε ὑπὸ φαρμακείης, μητ' ἄλλως, εἰς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρύεται.

ιβ'. Ὁκόσοισι κοιλίαι [3] λειεντεριώδεες χειμῶνος φαρμακεύειν ἄνω, κακόν.

ιγ'. Τοῖσι δι' ἐλλεβόρου μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι, πρὸ τῆς πόσιος προϋγραίνειν τὰ σώματα [4] πλείονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσι.

ιδ'. Ἐπὴν πίῃ τις ἐλλέβορον, πρὸς μὲν τὰς κινήσιας τῶν σωμάτων μᾶλλον ἄγει, πρὸς δὲ τοὺς ὕπνους καὶ μὴ κινήσιας, ἧσσον.

ιε'. [6] Ἐπὴν οὖν βούλῃ μᾶλλον ἄγειν τὸν ἐλλέβορον, κίνει τὸ σῶμα· ἐπὴν δὲ [7] παῦσαι, ὕπνον [8] ποίει καὶ μὴ κίνει.

ις'. [9] Ἑλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖσι τὰς σάρκας ὑγιέας ἔχουσι· σπασμὸν γὰρ ἐμποιέει.

10. In valde acutis si suopte impetu ad excretionem humor feratur, medicamento purgante eodem die utendum; cunctari enim malum est.

11. Quibus intestina contorquentur, circa umbilicum labores et lumborum dolor adest, qui neque medicamento purgante, neque alia ratione solvitur, in siccum hydropem confirmatur.

12. Quibus alvi intestinorum laevitate infestantur, eos hiberno tempore per superiora medicamento purgare, malum.

13. Qui veratro sumpto non facile per superiora purgantur, iis ante potionem corpora copiosiore cibo et quiete praehumectato.

14. Ubi quis veratrum potione sumserit, ad corporum quidem motiones fortius quam ad somnum et quietem agit.

15. Ubi igitur veratrum magis ducere voles, corpus moveto, ubi vero sistere, somnum conciliato, neque moveto.

16. Veratrum iis, qui sano sunt corpore, periculosum; convulsionem enim inducit.

[1] ἐν τοῖσι τοιούτοισι κακόν. Sc. V.; sed Sc. τοιούτοισι non habet. — [2] sic etiam Sc. V. — [3] λειεντεροειδέες Sc. — [4] πρὸς τοὺς δι' ἐλλεβόρου τοῖσι μὴ Sc. V. — [5] ἐν πλ. τρ. Sc. V., ut vulgata — [6] ἐπάν Sc. V. — [7] παύσηις Sc. παύσῃ V. — [8] ποιέει V. — [9] Aph. totus in V. omittitur.

10. Postremum membrum legitur vulgo, χρονίζειν γὰρ ἐν τοῖσι τοιούτοισι, κακόν; ad quae verba pravae nonnullae lectt. verborum ἐν τοῖσι τοιούτοισι e codd. adscribuntur. Sed mihi totum illud ἐν τ. τ. eiusdem farinae esse videtur, cuius τοιαῦτα, quod ex Aph. 2. huius sectionis eieci, quapropter hic quoque ista omisi.

11. Articulum τόν ante ὀμφαλόν omisit Littréus aliquot librorum auctoritate; nonnulli codd. Parr. μήτε ἄλλως. Locus hic convenit cum Coaca 304. ubi dolor supra umbilicum memoratur. In Basil. melius quam in Kühniana descriptus est comm. Galeni ad hunc Aph.; sed taedet vitia notare.

12. E varr. lectt. enoto οἷσι pro ὁκόσοισι initio et οἷσι αἱ e Magnol. marg. Ceterum nihil est, unde proficias.

13. Vulgata lectio est: πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι; quam vero excerpsi e codd. Leidd. et quam Littréus etiam in Parr. nonnullis vidit, conferri debet cum Magn. lectione in m.: τοὺς δι' ἐλλεβόρου μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένους, quam si quis legere vellet, in altero membro τὰ σώματα delere deberet. Vulgo ἐν πλείονι τροφῇ; Littréus ἐν omisit multorum librorum fide. Sed nunc de aliis rebus est videndum: in vulgato: πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους μὴ ῥηϊδίως καθαιρομένοισι, dictio est incongrua, sed quam sponte patet natam esse e πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους μὴ ῥηϊδίως ἔχουσι; nam πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους μὴ ῥηϊδίως καθαίρεσθαι non dicitur, sed omnino πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους μὴ ῥηϊδίως ἔχειν. Iamque apparet, plures concinnari posse loci lectiones: v. c. τοῖσι πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους μὴ ῥηϊδίως ἔχουσι πρὸ τῆς πόσιος κ. τ. λ., vel eam, quam supra ad Magnolii var. lect. adscripsi, vel eam, quam in textu exhibui, vel alias etiam si lubeat, nec facile patebit, quid re vera auctor dederit; sed vulgatam profecto non dedit. Admodum suspectum etiam mihi est ἄνω, quod abesse malim quam adesse.

14. Pro καὶ μὴ κινήσιας insignis librorum numerus et schol. καὶ τὰς ἀκινησίας. Sed praeterea omnes in fine pone ἧσσον adiuncta habent verba δηλοῖ δὲ ἡ (vulgo δὲ καὶ ἡ, sed καί in multis libris om.) ναυτιλίη (ναυτίη libb. nonnulli Galeni tempore) ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσσει. Haec autem verba manifesto lectoris alicuius sunt adnotatio, quae in textum irrepsit, quamque ideo repetere nolui. Cf. adn. ad Aph. 17. II. De causa, quare pro vulg. ἄγειν in hoc Aph. ἄγει dederim, quod duo libb. Parr. et Magnol. in Marg. habent, ad sequentem Aph. dicam.

15. Pone ἐπήν de meo οὖν intuli, quod interisse puto. Redeamus ad vulgatam lectionem superioris Aphorismi, in qua ἄγειν habetur. Eam si ab auctore profectam credamus, statuamus necesse est, eum in Aph. 14. universe praecipere ut post veratri potionem corpora moveantur, in 15° vero, ut corpora sub aliis certis conditionibus moveantur, sub aliis non. Mira sane consecutio monitorum discrepantium. Sed aliud quid insuper advertit: ad illam lectionem vetus ista adnotatio marginalis, quam eiecimus, multo minus apte spectabit, quam si ἄγει legamus eo sensu, quem Latine expressi. Nullus igitur dubito quin ἄγει antiqua sit lectio, ἄγειν debeatur librariis locum non intelligentibus. Simul vero patet, hunc Aph. 15^um^ esse corollarium ex 14° deductum; quae causa est, cur de meo οὖν addiderim, quod sine dubio interiit. Aph. 14. et 15. unam continuamque faciunt sententiam. Iam puto omnes hic difficultates esse sublatas et loci hi luculentum praebent documentum, vitia his scriptis adhaerere, quae et codd. nostris et Galeno multo sunt aetate superiora.

16. Schol. σπασμοὺς γὰρ ποιέει, item unus cod. Par.

©BIUM

ιζ'. Ἀπυρέτῳ ἐόντι ἀποσιτίη καὶ καρδιωγμὸς, καὶ [1] σκοτόδινος καὶ στόμα [2] ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.

17. Si cui sine febre cibi fastidium, oris ventriculi morsus, tenebricosa vertigo contigerit et os amarulentum fuerit, haec necessariam esse per superiora purgationem indicant.

ιη'. Τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα ἄνω [3] φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει· ὁκόσα δὲ κάτω, κάτω.

18. Dolores supra septum transversum purgationem per superiora necessariam esse indicant. At qui septo transverso sunt inferiores, per inferiora.

ιθ'. Ὁκόσοι ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι μὴ διψῶσι, καθαιρόμενοι οὐ παύονται πρὶν ἢ διψήσωσι.

19. Qui sumpta potione medica dum purgantur non sitiunt, ii purgandi finem non faciunt, donec sitiverint.

κ'. Ἀπυρέτοισι ἐοῦσι ἢν [4] γένηται στρόφος καὶ γουνάτων βάρος καὶ ὀσφύος ἄλγημα, κάτω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.

20. Si dolor intestina torquens et genuum gravitas et lumborum dolor citra febrem adfuerint, medicamento quod per inferiora purget opus esse significant.

κα'. Ὑποχωρήματα μέλανα, ὁκοῖον αἷμα μέλαν, ἀπὸ ταὐτομάτου ἰόντα καὶ [5] ξὺν πυρετῷ καὶ ἄνευ πυρετοῦ κάκιστα ..... καὶ [6] ὁκόσῳ ἂν [7] χρώματα πλείω καὶ πονηρότερα ᾖ, [8] κάκιον· ξὺν φαρμάκῳ δὲ ἄμεινον· [9] κἂν πλείω χρώματα ᾖ, οὐ [10] πονηρόν.

21. Nigrae deiectiones, veluti sanguis niger, sponte procedentes et cum febre et citra febrem pessimae ..... et quo plures colores sint et peiores, eo deteriores. A medicamento autem melius, quin etiamsi plures colores sint, non malum est.

κβ'. Νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων [11] ἂν χολὴ μέλαινα ᾖ ἄνω ἢ κάτω [12] ὑπέλθῃ, θανάσιμον.

22. Quorumcumque morborum initio bilis atra supra vel infra prodit, lethale hoc est.

[1] Sic etiam Sc. V. — [2] πικρούμενον Sc. V. — [3] Sic etiam Sc. V. — [4] γίνηται Sc. V. — [5] sic Sc. V. — [6] ὁκόσοισι Sc. V. — [7] τὰ χρ. τῶν ὑποχωρημάτων Sc. V. — [8] μᾶλλον κάκιον Sc. V. — [9] καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείω Sc. V. — [10] πονηρά Sc. V. — [11] ἄν omm. Sc. V., ut vulg. — [12] Sic etiam Sc. V., nisi quod V. ὑπέλῃ habet.

σπασμούς, — alii duo ἐπιφέρει pro ἐμποιέει. — Gal. animadvertit hunc Aphorismum latius patente 37° Sect. II. includi, ita ut inde pro corollario deduci possit.

17. In hoc Aph. δέεσθαι liber unus Par., unde recepit Littréus. In comm. Galeni p. 677. vs. 5. miro modo inferri mihi videtur futurum ἀπολεῖται; legitur quidem in Basil. quoque, sed puto ἀπολείπεται scriptum esse a Galeno, nempe ἀπολείπεσθαι etiam *deficere* significat.

18. Ante ἄνω in Galeni textu additur ὁκόσα καθάρσεως δέονται, quam lect. etiam in paucis codd. vidit Littréus. — Bosquillon sane recte glossema esse est suspicatus; verissime autem Littréus e Gal. comm. haec orta esse vidit. Idem eleganter Gal. comm. emendavit p' 678. vs. 9. προσέβηκα legendo pro προσέβηκε. Iam vero vulgata deinceps fert ἄνω φαρμακείην σημαίνει, quae lectio pessima; σημαίνει φαρμακείην non significat *requiri purgationem;* unice vera lectio est, quam e codd. Leidd. exhibeo et quam e pluribus libris in varr. lectt. enotavit Littréus.

19. Pro παύονται libri tres Parr. παύσονται. In comm. Galeni p. 679. vs. 10. ὑπάρχει, ubi Bas. recte ὑπάρχειν; p. 680. vs. 5. κἂν εἰ μή κ. τ. λ. etiam in Basil., sed εἰ abundat, vel κἂν μή, vel καὶ εἰ μή scriptum fuit, probabiliter illud. — Aph. rursus e vehementia remediorum purgantium, quibus veteres utebantur, est explicandus.

20. Insignis codicum numerus apud Littréum γένηται, unde exhibui pro vulg. γίνεται, γίνηται.

21. In hoc Aph. vulgo οἱονεὶ αἷμα μέλαν. Dedi ὁκοῖον e multis codd. Parr. et schol. — Littréus cum multis libris e vulg. omisit μέλαν, quod Gal. hic non legisse videtur. Mihi perparum ad rem facere videtur, num adscribas nec ne; patet alios adscribere, alios omittere, — quid Aphorismorum collector re ipsa fecerit, incertum manet. Tum legi solet μᾶλλον κάκιον, aut uti Gal. μᾶλλον κακόν. Aut hoc, aut nude κάκιον scriptum fuisse videtur, quorum hoc recipere malui. Quodsi iam attendamus ad nexum verborum καὶ ὁκόσῳ — κάκιον cum superioribus, videmus hunc absurdum esse; nempe si conferas Coacam 608., patet excidisse ex Aph. quod respondeat Coacae verbis καὶ τὸ ποικίλον κατακορὲς διαχώρημα φλαῦρον; hisce vel his similibus suppletis demum congruunt, quae pone lacunae signum, quod notavi, leguntur. Quod τά ante χρώματα omisi, id feci textus Galenici et multorum codd. Parr. auctoritate. — Denique vulgo καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείω χρώματα ᾖ οὐ πονηρόν; in quibus ὁκόσα s. ὁκόσῳ rursus incongruum, quum in οὐ πονηρά s. οὐ πονηρόν nulla sit comparatio. Itaque delevi ὁκόσῳ et καὶ ἄν in κἄν contraxi.

22. Multi codd., Gal., Merc. in marg., Magn., Lind. ἤν habent, ubi ego ἄν scripsi, quod ferunt duo tantum libri Parr. Vulgata particulam omittit. Mihi quidem ἤν prorsus ineptum et ex ἄν ortum esse visum est; ita ut hoc revocaverim. In vulgata particula librariorum oscitantia periit. Cum Littréo ὑπέλθῃ recepi pro vulg. ἐπέλθῃ, — illud in multis

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 559 sur 880

©BIUM

κγ'. Ὁκόσοισι ἐκ νοσημάτων ὀξέων [1] ἢ πολυχρονίων, ἢ ἐκ τρωμάτων, ἢ ἄλλως [2] πως λελεπτυσμένοισι χολὴ [3] μέλαινα [4] ὑπέλθῃ, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι.

κδ'. Δυσεντερίη ἢν [5] ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον.

κε'. Αἷμα ἄνω μὲν, ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν· κάτω δὲ ἀγαθόν.

κς'. Ἢν ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένῳ [6] ὁκοῖον σάρκες ὑποχωρήσωσι, θανάσιμον.

κζ'. Ὁκόσοισι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι αἱμορραγέει πλῆθος ὁκοθενοῦν, ἐν τῇσι ἀναλήψισι [7] αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται.

κη'. Ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, κωφώσιος γενομένης [8] παύεται· καὶ ὁκόσοισι κώφωσις, χολωδέων [9] τῶν διαχωρημάτων γενομένων παύεται.

κθ'. Ὁκόσοισι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἑκταίοισι ἐοῦσι ῥίγεα [10] γίγνεται, δύσκριτα.

λ'. Ὁκόσοισι παροξυσμοὶ γίγνονται, [11] ἣν ἂν ὥρην ἀφῇ, ἐς τὴν αὔριον τὴν αὐτὴν ὥρην ἣν λάβῃ, δύσκριτα.

λα'. Τοῖσι κοπιώδεσι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἐς

23. Quibus per morbos acutos, aut diuturnos, aut vulnera, aut alio quovis modo attenuatis bilis atra subierit, ii postridie moriuntur.

24. Intestinorum difficultas si ab atra bile ortum duxerit, lethalis.

25. Sanguis supra quidem, qualiscumque fuerit emissus, malus, infra vero bonus.

26. Intestinorum difficultate vexato si velut carunculae deiiciantur, lethale.

27. Quibus per febres sanguinis copia undecumque profluxerit, iis, cum reficiuntur, alvi humidiores evadunt.

28. Quibus biliosae sunt deiectiones, hae obortа surditate cessant; et quibus adest surditas, his exortis biliosis deiectionibus finitur.

29. In febribus si rigores contingant sexto die, difficilem habent iudicationem.

30. Quibus accessiones fiunt, quacumque hora febris demiserit, si postero die eadem hora qua antea prehenderit, iudicatio difficilis esse solet.

31. Quibus per febres lassitudinis sensus in-

[1] ἢ ἐκ Sc. V. ut vulg. — [2] πως om. Sc. V. — [3] μέλαινα ἢ ὁκοῖον αἷμα μέλαν Sc. V. ut vulg. — [4] sic. Sc. ἐπέλθῃ V. ut vulg. — [5] ὁπό Sc. V. [6] ἑκοῖαι αἱ Sc. V., ut vulg. — [7] τουτέοισιν αἱ Sc. V., ut vulg. — [8] παύονται Sc. V. — [9] τῶν διαχ. non habent Sc. V. — [10] Sic etiam Sc. V. [11] ἢν ἣν ἂν κ. τ. λ., ἢν ante λάβῃ omisso, Sc. V.

codd. habetur et schol. textu. Verum quidem est non ἄνω ὑπέρχεσθαι χολὴν μέλαιναν, sed verbum accommodatum est ad solum-postremum κάτω; etiam in seq. Aphorismo in libris haec verba permutantur.

23. Vulgo ἢ ἐκ πολυχρ., sed Littréus multorum mss. fide ἐκ suppressit. Tum πως in multis libb. Parr. abest et in multis λελεπτυσμένοισι pro vulg. λεπτυνομένων. Pone μέλαινα omnes libri mss. et editi ἢ ὁκοῖον αἷμα μέλαν, quod delevi, quum sit adnotatio marginalis, quam forte e superiore Aph. 21. hauserit aliquis. Causa cur ibi non reiiciam, posita est in vocabulo αἱματῶδες in Coaca 608. obvio. Pro ὑπέλθῃ, quod magnus codd. numerus habet, vulgo ἐπέλθῃ. — Ceterum nolo reticere, mihi suspecta esse ἢ πολυχρονίων, ἢ ἐκ τρωμάτων, ἢ ἄλλως πως; vereor ne interpolatori debeantur, qui principem sententiam latius extendere voluerit; videant etiam alii, num forte delenda sint.

25. In hoc Aph. ἄνωθεν e Magn. marg. et paucis aliis libris adnotat in variis lectt. Littréus; sed e multis εἴη pro ᾖ, quod forte ex ἔῃ ortum. Iam vero adiiciuntur in plerisque codd. huic Aph. qualem descripsi, verba καὶ τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα κακόν. Pro ὑποχωρήματα multi codd. Parr., itemque Leidenses, διαχωρ.; tum plurimi καί omittunt. In Galeni textu κακόν quidem legitur, sed e comm. patet illum id non legisse. In Leidensibus libris τὰ μέλανα διαχωρήματα κακόν legitur, tanquam Aphorismus per se constans. Sunt codd. nonnulli, in quibus haec deficiunt, etiam in schol. textu; patet autem e Theoph. scholio, illum Gal. comm. esse secutum in hoc scribendo. Mihi quidem illud additamentum ad hunc Aph. certe non pertinere visum est, quippe qui absolvitur nomine ἀγαθόν. Num fragmentum sententiae referant, an vero adnotationem aliquam, non discerno; certum est ea ad hunc locum non pertinere. In schol. textu illud additamentum ad Aph. sequentem delapsum est.

26. Vulgo ὁκοῖαι ἂν σάρκες, pro quibus ὁκοῖον σάρκες, quam veram lect. esse puto, libri multi.

27. In loci lect. τουτέοισι pone ἀναλήψεσι delevi, pertinet ad interpolationes, quales sexcentae in Prorrh. I. et Coacis occurrunt. Vid. Prorrh. I. 133. Coacas 153. 332.

28. In huius Aphorismi scriptione legebatur χολωδέων γενομένων παύεται, quod non fero, quum manifesto sive τῶν διαχωρημάτων, sive hoc nomen solum sine articulo deficiat. In priore membro τά multi codd. non habent, quod si omittas, in altero τῶν quoque abesse poterit, sed διαχωρημάτων cogitatione repetere e superioribus non licebit. In comm. Gal. p. 693. vs. 5. ἐν ante πυρετοῖς apud Kühn. interiit. Cf. Coacae 210. 627.

29. Aliquot libri τοῖσι omittunt; vulgo γίνονται, sed multi libri γίνεται. Cf. Coacam 15.

30. In fine δύσκριτον aliquot libri, unus δύσκριτοι.

31. In hoc Aphorismo nonnulli codd. παρά, ubi vulgo

©BIUM

ἄρθρα καὶ [1] παρὰ τὰς γνάθους μάλιστα ἀποστάσιες γίγνονται.

λβ'. [2] Ὁκόσοισι δὲ ἀνισταμένοισι ἐκ τῶν νούσων τι [3] πονέει, ἐνταῦθα ἀποστάσιες γίγνονται.

λγ'. Ἀτὰρ ἢν καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσέειν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος.

λδ'. Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι, πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιστῇ, θανάσιμον.

λε'. Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος [5] ἐπιστραφῇ καὶ μόλις καταπίνειν δύνηται, [6] θανάσιμον.

λς'. Ἱδρῶτες πυρεταίνουσι ἢν ἄρξωνται, ἀγαθοὶ τριταῖοι, καὶ πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐναταῖοι, καὶ ἑνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι, καὶ μιῇ καὶ εἰκοστῇ, καὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ, καὶ τριηκοστῇ πρώτῃ, [7] καὶ τριηκοστῇ τετάρτῃ· οὗτοι γὰρ οἱ ἱδρῶτες νούσους κρίνουσι· οἱ δὲ μὴ οὕτω γενόμενοι πόνον σημαίνουσι καὶ μῆκος νούσου καὶ ὑποτροπιασμούς.

λζ'. Οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες ξὺν μὲν ὀξέϊ πυρετῷ γιγνόμενοι θάνατον, ξὺν πρηϋτέρῳ δὲ μῆκος νούσου σημαίνουσι.

est, iis ad articulos, potissimumque ad maxillas abscessus oriuntur.

32. Iis vero, qui ex morbis convalescunt, si pars aliqua laboraverit, ibi abscessus fiunt.

33. Sed et si qua pars ante morbum laboraverit, in eam se morbus obfirmat.

34. Si febre vexato nullo exsistente in faucibus tumore, repentina accidat strangulatio, lethale.

35. In febre vexato, collum repente perversum ac vix deglutire posse, lethale.

36. Sudores febricitantibus boni, qui coeperint tertio die, quinto, septimo, nono, undecimo, decimo quarto, decimo septimo, vicesimo primo, vicesimo septimo, tricesimo primo, et tricesimo quarto; ii enim sudores morbos iudicant. Qui vero non ita oborti sunt laborem et morbi longitudinem, eiusdemque reversionem significant.

37. Sudores frigidi in febre quidem acuta oborti, mortem, in mitiore vero morbi prolixitatem significant.

[1] περί Sc. V. — [2] Sc. om. totum aph. — [3] πονέσει V. — [4] Aph. verbis omissis plurimis cum seq. confusus in V. — [5] ἐξαίφνης ἀποστραφῇ Sc. — [6] οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῷ τραχήλῳ Sc. ut vulg. — [7] καὶ τριηκοστῇ τετάρτῃ om. Sc. V.

περί: Littréus illud recepit; mihi item praestare videtur.

32. In loci lect. δέ omm. libri nonnulli; sunt qui πονέσει et ᾗ πονέσῃ habent. In hac lect. ἤν profecto ex ἄν ortum est: non video tamen causam, cur de vulg. deflectam. In hoc Aph. πονέειν perinde atque in seq. esse puto *dolere*.

34. Cf. Coaca 277.

35. Cf. Coaca 278. Vulgo legitur ἐξαίφνης ἐπιστραφῇ, sed multi libri et Magn. in m. ἐξαίφνης omittunt. Mihi et hoc omittendum visum est et quod mox pone δύνηται addi solet, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῷ τραχήλῳ. Nempe in hisce ἐν τῷ τραχήλῳ in codd. suis non vidit Galenus, uti patet e comm.; sed puto verba ἐν τῷ τραχήλῳ ex ipso illo comm. esse addita post Galeni tempora: nimirum prope ab initio: ἀλλ' ἡμεῖς γε, inquit, δυοῖν θάτερον ἐροῦμεν, ἤτοι ἀπὸ κοινοῦ δεῖν ἀκούειν ἐπὶ τῆς φέρυγγος, ἢ ὅλως ἐπὶ πάντων τῶν κατὰ τὸν τράχηλον μορίων. Reliqua et ἐξαίφνης et οἰδήματος μὴ ἐόντος, e superiore Aph. a librariis ad hunc ipsum perperam translata videntur: nam primum neutrum horum hic prorsus congruit cum signis enumeratis, quippe colli perversio illa sive cum tumore, sive sine tumore fiat, lethalis erit; tum vero erit, sive subito, sive lentius oriatur. Sed maiorem auctoritatem praeterea meae emendationi praebuerint Coacae 277. 278., in quibus neque subitaneae mali invasionis, neque tumoris, sive absentis sive praesentis, mentio facta et unde noster locus desumtus est.

36. In Gal. comm. cum in Ed. Bas., tum in Kühn. p. 712. vs. 10. me advertunt verba: ὅτι δ' οὐ πάσης τῆς ἡμέρας ἀριθμὸς ἐπιτήδειος εἰς κρίσιν ἐναργῶς ἡ πεῖρα μαρτυρεῖ. — Latinus interpres: „quod autem non omnis dierum numerus sit ad crisin idoneus, cett." Itaque sensum loci expressit, sed non apposite ad Graeca, in quibus requiro ὅτι δ' οὐ πᾶς τις ἡμέρας ἀριθμός κ. τ. λ. — Ceterum comm. Galeni nos docet, illo tempore iam in aliis apographis numeros alios fuisse descriptos: quartum enim diem in plerisque sui temporis mss. non memorari testatur Gal., quod quare non sit factum, explicare studet; in fine docet, alios 31^{um}, alios 34^{um} ponere, 40^{um} vero non haberi in libris. Cum Littréo servavi vulgatam, in qua et 31^{us} et 34^{us} occurrunt, Foës. idem fecit. — Quaestiones eiusmodi de diebus criticis vix amplius ad liquidum perduci posse mihi videntur.

37. In comm. Galeni p. 716. vs. 3. ἐκ τοῦ αὐτοῦ δέρματος vitiosum est et in ἐξ αὐτοῦ τοῦ δέρματος mutandum, etiam in Bas. — Tum p. 717. vs. 8 πρὸ τῆς φύσεως πεφθῆναι etiam in Bas. debet esse πρὸς τῆς Φ. π. — Quod ad aph. textum attinet, in pluribus libris σημαίνουσι pone θάνατον infertur.

©BIUM

λη'. Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώματος ἱδρὼς, ἐνταῦθα φράζει τὴν νοῦσον.

λθ'. Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώματος θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἐνταῦθα ἡ νοῦσος.

μ'. Καὶ ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, [1] ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται [2] καὶ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου [3] γίγνηται, μῆκος νούσου σημαίνει.

μα'. Ἱδρὼς πολὺς ἐξ ὕπνου [4] γιγνόμενος τὸ σῶμα σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ χρέεται· ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντι τοῦτο γίγνηται, σημαίνει ὅτι κενώσιος δέεται.

μβ'. Ἱδρὼς πολὺς [5] ψυχρὸς ἢ θερμὸς αἰεὶ ῥέων, ὁ [6] μὲν ψυχρὸς μέζω, ὁ δὲ θερμὸς ἐλάσσω νοῦσον σημαίνει.

μγ'. Οἱ πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείποντες διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι [7] γίγνονται, ἐπικίνδυνοι· [8] ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ διαλίπωσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι.

μδ'. Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, [9] τούτοισι φύματα ἢ ἐς τὰ ἄρθρα πόνοι ἐγγίγνονται.

με'. Ὁκόσοισι φύματα, [10] ἢ ἐς τὰ ἄρθρα πόνοι ἐκ πυρετῶν μακρῶν [11] γίγνονται, οὗτοι σιτίοισι πλείοσι χρέονται.

38. Et ubi in corpore sudor inest, ibi morbum esse enunciat.

39. Et qua corporis parte calor inest aut frigus, ibi morbus est.

40. Et ubi toto corpore mutationes contingunt, si frigeat ac rursus caleat, aut color alius fiat ex alio, morbi longitudinem significat.

41. Sudor copiosus de somno obortus corpus copiosiore uti cibo significat. Quodsi cibum non assumenti istud contingat, evacuatione opus esse indicat.

42. Sudor copiosus calidus aut frigidus semper fluens, frigidus maiorem, calidus minorem morbum significat.

43. Febres, quae tertio quoque die vehementius affligunt, neque intermittunt, periculosiores. Quocumque autem modo intermiserint, extra periculum esse significant.

44. Quibus adsunt febres longae, iis tubercula, vel ad articulos dolores innascuntur.

45. Quibus tubercula aut ad articulos dolores post febres longas oriuntur, ii copiosioribus cibis utuntur.

[1] καὶ ἢν Sc. V. — [2] ἢ Sc. V. — [3] δείκνυται Sc. V. — [4] ἄνευ τινὸς αἰτίης ἑτέρης γιν. Sc. V. — [5] ἢ ψυχρὸς Sc. V. — [6] μὲν om. Sc. V. — [7] γίγνονται Sc. — [8] Postrema haec in V. om. — [9] τούτοισι πόνοι ἢ φύματα ἐς τὰ ἄρθρα γίνονται Sc. V. — [10] Sic etiam Sc. V. — [11] Sic Sc. V.

38. Copula initio omittitur in schol. textu; tum libri nonnulli ἐκεῖ φράζει. Galenus aphorismum explicando cum eo consentire videtur; rem tamen si recte reputemus, docet aliquid, quod verum non est.

39. Pro τοῦ σώματος pauci libri τῷ σώματι, quod etiam in superiore Aph. animadvertitur.

40. Cum hoc Aph. conferri debet Coaca 125., unde ductus est, tum Aph. 61. VII., ubi idem locus, sed paululum diverso modo scriptus. — Vulgo h. l. καὶ ἢν τὸ σῶμα, in quibus καί abundat, aut ἤν, — equidem illud delevi, licet sentiam ἤν forte ortum esse e lectione, qualis Aph. 61. VII. habetur, ita ut ex ἄν natum sit de sede translatum. Quod si quis igitur hunc locum eodem modo atque Aph. 61. describere velit, id licere illi putaverim. Vulgo dein ἢ αὖθις θερμαίνηται pro quo καὶ ἀ. θ. exhibeo, quia ἤ ineptum h. l.; id mutaveram, antequam videram in Aph. 61, VII. item καί illo loco legi.

41. Vulgo ἱδρὼς πολὺς ἐξ ὕπνου ἄνευ τινὸς αἰτίης φανερῆς (ἑτέρης alii libri) γινόμενος κ. τ. λ. Littréus e Gal. comm. recte deduxit verba ἄνευ τινὸς αἰτίης φανερῆς s. ἑτέρης non in omnibus illius aetatis apographis scripta fuisse; quin puto fere Galenum significare, vulgo ea defuisse et a recentioribus addita esse. En eius verba: ἔνιοι γράφουσι οὕτω τὸν ἀφορισμὸν, ἱδρὼς πολὺς ἐξ ὕπνου γιγνόμενος ἄνευ φανερῆς αἰτίας, — ἔνιοι δὲ, ἄνευ τινὸς αἰτίης ἑτέρης. ἀλλά γε τὰ τοιαῦτα κἂν μὴ προσγραφῇ νοεῖται μυριάκις ἐν μυρίαις ἡήσεσιν ὑπ' αὐτοῦ παραλελειμμένα διὰ τὸ προσυπακούειν ἡμᾶς αὐτὰ, κἂν μὴ ἐγκῇ κ. τ. λ. — Itaque ista omittenda censui. — Advertit autem huius loci similitudo cum Aph. 8. II.; nimirum non reticeo, tales membrorum aphorismorum similitudines mihi saepe suspectos reddere locos, num forte a recentioribus ex aliis sententiis sive errore aliquo in describendo, sive consulto sint confecti. Ipse autem aphorismus num ex toto verum quid docere censendus sit, multum dubito.

42. Cum huius Aph. initio rursus convenit principium Aph. 62. sect. VII. — Libri Parr. tres πουλύς. Sat multi libri ψυχρὸς καὶ θερμός. In vulg. μέν abest, Littréus addidit e codd. 4. Par. Apud Gal. in comm. p. 721. vs. 2. lego: περὶ δὲ τῶν ἐν ὅλῳ χρόνῳ τοῦ νοσήματος κ. τ. λ.; etiam in Bas. ita locus legitur, at vellem ἐν ὅλῳ τῷ χρόνῳ.

43. Cf. Coacae 116. 117. Libri aliquot μᾶλλον inserunt pone γίνονται; unus autem tantum liber διαλίπωσι, vulgo διαλείπωσι, — sed aoristum requiri puto.

44. In vulg. legimus τουτέοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι ἐγγ.; unus cod. Par. lect. sequitur, quam e mss. Leidd. enotavi. Equidem cum Littréo exhibui eandem loci scripturam, quam Lind. edidit et Foës. Latine expressit.

45. In vulg. lect. μακρῶν abest; eam vero secutus Littréus: „Post πυρετῶν, inquit, addunt μακρῶν Q G′ (O′, alia manu) N′ W′, Gal., Merc. in marg. L'addition de μακρῶν est empruntée au comment. de Galien." Haec non intelli-

©BIUM

μς'. Ἢν ῥῖγος [1]ἐπιπίπτῃ ἐν πυρετῷ μὴ διαλείποντι ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, θανάσιμον.

μζ'. Αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι [2]τοῖσι μὴ διαλείπουσι, αἱ πελιδναὶ καὶ αἱματώδεες καὶ δυσώδεες καὶ χολώδεες, ἐπιστᾶσαι μὲν κακαί· [3]ἀποχωρέουσαι δὲ καλῶς, ἀγαθαί· [καὶ κατὰ τὰς διαχωρήσιας καὶ κατὰ τὰ οὖρα· ἢν γὰρ μή τι τῶν ξυμφερόντων ἐκκρίνηται διὰ τῶν τόπων τούτων, κακόν.]

μη'. Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσι [4]ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται καὶ δίψα ἔχῃ, θανάσιμον.

μθ'. Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ ἢν χεῖλος, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἀσθενέος ἤδη ἐόντος ὅ τι ἂν τούτων [5]γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

46. Si febre non intermittente rigor accidat aegro iam debili, lethale est.

47. In febribus non intermittentibus exscreationes lividae et sanguinolentae et graveolentes et biliosae subsistentes quidem malo sunt; bene vero procedentes, bono. [Eodemque modo res se habet quod attinet ad alvi recrementa et urinam; nisi enim eorum, quae excerni expedit, aliquid per ista loca exeat, malo est.]

48. In febribus non intermittentibus si partes externae sint frigidae, internae vero urantur, et sitis vexet, lethale est.

49. In febre non intermittente si labrum, aut supercilium, aut oculus, aut nasus pervertatur, si non videat, si non audiat, — imbecillo iam facto quidquid ex his evenerit, in propinquo mors est.

[1] ἐπιπίπτῃ πυρετῷ Sc. V. — [2] τοῖσι etiam Sc. V. — [3] ὑποχωρέωσαι Sc. V. — [4] ἢν μὲν τὰ μὲν V. — [5] γίγνηται, θανάσιμον Sc. V.

go, nisi respiciat comm. ad Aph. 44., nam in Galeni explicatione ad huncce nihil est, quod huc faciat. Textum autem Galeni non spectare videtur Littréus. At me iudice μακρῶν non est additamentum recentius, sed contra potius omissum a librariis recentioribus in codd. plerisque; etiam in Leidd. abesse video. Docet hoc maxime parallelismus inter hunc locum et antecedentem; etiam Foës. Latine expressit. Dein cum Littréo φύματα ἢ ἐς τὰ ἄρθρα πόνοι scripsi e codd. 7. Parr., sicuti etiam Lind. dedit. Vulgo φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι, quam lect. neque Foës. Latine expressit, sed eam, quam nos sequimur. Non nego tamen eatenus rem esse incertam, quatenus nescimus quibus observationibus sententia nitatur.

46. Vulgo ἐπιπίπτει, sed longe maximus codd. Parr. numerus et Leidd. ἐπιπίπτῃ, pauci cum Galeno et schol. ἐμπίπτῃ. Equidem cum Littréo praefero ἐπιπίπτῃ, sed hoc posito ἐν de meo inserui, ut dativus ab ἐπιπίπτῃ pendens esset ἀσθενεῖ ἐόντι. Magnol. in m. habet ἐμπέσῃ, quod e comm. Galeni ductum; nempe mirabar, quomodo Foës. Latine reddere posset: „si.... rigor frequenter incidat." Sed hoc nititur inani distinctione in comm. Galeni, ubi hic: οὐ ταὐτόν, inquit, ἐστὶν ἢν ἐπιπέσῃ φάναι καὶ ἢν ἐμπίπτῃ· τὸ μὲν γὰρ ἐπιπέσῃ, μίαν καταβολὴν τοῦ ῥίγους δηλοῖ, τὸ δ' ἐμπίπτῃ πλείονας. — Littréus dicit se existimare Galenum innuere differentiam inter aoristum et praesens; imo vero nihil aliud, quin credo in textu comm. Galeni ἐμπίπτῃ in ἐπιπίπτῃ esse mutandum. Sed non adhibeo fidem distinctioni Galeni, cui vereor ut recte Foës. sit obsecutus. Si cum hoc Aph. conferamus Coacam 9., utroque loco unum rigoris accessum in debili mortem adferre doceri arbitror.

47. Locum de coniectura refeci; itaque primum describo textum qualem Littréus edidit: αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλείπουσι, αἱ πελιδναὶ καὶ αἱματώδεες καὶ δυσώδεες καὶ χολώδεες, πᾶσαι κακαί· ἀποχωρέουσαι δὲ καλῶς ἀγαθαὶ, καὶ κατὰ τὰς διαχωρήσιας καὶ κατὰ τὰ οὖρα· ἢν δὲ μή τι τῶν ξυμφερόντων ἐκκρίνηται διὰ τῶν τόπων τούτων, κακόν. — Est locus ad traditionem in codd. probabiliter editus; sed quem non intelligis, si rem recte reputes. Quid quaeso αἱ ἀποχρέμψιες .... πᾶσαι κακαί· ἀποχωρέουσαι δὲ καλῶς ἀγαθαί? — Conferri debet Aph. 70. VII., ubi similia leguntur, sed postrema tamen verbis multum diversis; tum Coaca 242.; in qua fontem habemus utriusque loci. Inde discimus illud πᾶσαι in utroque aph. foedum esse librariorum errorem, ex ἐπιστᾶσαι natum; quod quam verum sit, ultro docemur aphorismi 70. VII. verbis καὶ ὅκου ἄν τι ἀποχωρέον στῇ μὴ κεκαθαρμένῳ, κακόν; quippe quae tum demum recte superioribus respondebunt, cum quemadmodum dixi locum correxerimus. In postremis Gal. duarum lectt. mentionem facit in comm.: ἢν δε μή τι τῶν συμφερόντων ἐκκρίνηται et ἢν δέ τι τῶν σ. ἐκκρ. —; non est dubium, quin librariorum incuria in altera negatio omissa sit. — Iam vero id mihi sumsi ut μέν ante κακαί de meo, aut si mavis e Coaca l. adderem et ut ἢν δέ in ἢν γάρ mutarem, quod sensum loci postulare puto. — Est autem una adhuc res, de qua dubito; nescio enim, num verba καὶ δυσώδεες καί interpolata habenda sint nec ne. Minime me movet, quod haec in ms. Sc. deësse vidi, sed non leguntur in Coaca l., licet in altero illo aph. etiam occurrant; tum vero χολώδεα, δυσώδεα διαχωρήματα saepius legere me memini, de sputis haec epitheta coniuncta non legi. Idcireo dubito; non satis tamen certus sum, ut e textu deleam. Postrema pone ἀγαθαί additamentum recentius esse e Coaca patet; forte in nostri aph. scriptione ὡσαύτως initio huius additamenti periit.

48. Cf. Coaca 115. Aph. 73. VII. Libri καὶ δίψαν ἔχῃ, in qua lect. quid sit subiectum verbi ἔχῃ, nescis; itaque recepi δίψα, quod in Aph. l. legitur et quam unice veram lect. habeo.

49. Cum h. l. cf. Coacam 72. Quod ad loci lectionem attinet, ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσι libb. 5. Parr. et schol., — quod e principio aphorismi 48. ortum; — ὅκου ἐν πυρετῷ μὴ διαλ. codd. 3. Parr. — Pone ὀφρύς addit ἢ τὸ βλέφαρον Merc. in m., ante ὀφρύς Magnol. in m. In Coaca neque ὀφρύς, neque βλέφαρον. Ante ἐόντος recepi ἤδη cum Lind. e multis libr. et Gal., collata Coaca. Vulgo ἐόντος τοῦ κάμνοντος, in non paucis libris ἐόντος τοῦ

©BIUM

ν′. Ὅκου [1]ἄν ἐν πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοια [2]γένηται καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον.

να′. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἀποστήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας, μῆκος νούσου σημαίνει.

νβ′. Ὁκόσοι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι κατὰ προαίρεσιν δακρύουσι, οὐδὲν ἄτοπον· ὁκόσοι δὲ μὴ κατὰ προαίρεσιν, ἀτοπώτερον.

νγ′. Ὁκόσοισι δὲ ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περίγλισχρα γίγνεται, [3]ἰσχυρότεροι γίγνονται οἱ πυρετοί.

νδ′. Ὁκόσοισι ἐπὶ [4]πουλὺ βῆχες ξηραὶ, βραχέα ἐρεθίζουσαι, ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσι, οὐ πάνυ [5]τι διψώδεές εἰσι.

νε′. Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ πάντες κακοὶ, πλὴν τῶν ἐφημέρων.

νς′. Πυρέσσοντι ἱδρὼς [6]ἐπιγενόμενος μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακόν· μηκύνει γὰρ ἡ νοῦσος καὶ ὑγρασίην πλείω σημαίνει.

νζ′. [7]Ἀπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸ νόσημα.

νη′. [8]Ἀπὸ καύσου ἐχομένῳ, [9]ἐπιγενομένου ῥίγεος, λύσις.

νθ′. Τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι τὸ μακρότατον.

ξ′. Ὁκόσοισι ἄν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ

50. Quando in febre non intermittente difficultas spirandi et delirium contigerit, lethale.

51. In febribus quae abscedunt si primis iudicationibus non solvantur, morbi longitudinem significant.

52. Quibus in febribus oculi ex voluntate illacrimant, nihil absurdi accidit. At quibus praeter voluntatem absurdius.

53. Quibus per febres ad dentes glutinosus humor obnascitur, iis vehementiores fiunt febres.

54. Quibus tusses siccae leviter irritantes in febribus ardentibus diu perseverant, ii non multum siti vexantur.

55. Ex glandularum inflammationibus febres omnes malae praeter diarias.

56. Febricitanti si sudor contingat, non deficiente febre, malum. Prorogatur enim morbus multamque significat humiditatem.

57. Si cui convulsione, aut distentione nervorum detento febris successerit, morbum solvit.

58. Febre ardente detento, si rigor successerit, solutio contingit.

59. Tertiana exquisita septem circuitibus, ut longissime, iudicatur.

60. Quibus per febres aures obsurduerunt,

[1] ἄν non habent Sc. V. — [2] γίνεται Sc. V. — [3] ἰσχυρότεροι Sc. V. ut vulg. — [4] Sic Sc. πολύ V. — [5] τι etiam Sc, V. — [6] ἐπί V. — [7] ἀπό V.; in Sc. Aph. sequenti postponitur. — [8] In V. Aph. om. — [9] β. l. Sc.

σώματος; at in magno quoque codd. numero nude ἐόντος, item in Gal. Bas., non in Kühniano; e comm. vero non patet quid legerit. Mihi τοῦ κάμνοντος, aut τοῦ σώματος recentius additamentum visum est collatis Coaca et altero illo aph. — Lectionem θανάσιμον vidit etiam Littréus in libris nonnullis Parr.

50. In aph. lectione cum Lind. ἄν pone ὅκου de meo adscripsi, ceterum vulgatam secutus. Pro ὅκου plures libri ὁκόσοισι, Gal. ὁκόσοισι δ' ἐν; — tum τῷ ante πυρετῷ Gal. et schol. — Littréus γίνεται recepit, quod libb. 5. et schol. habent; γίγνεται et γίνηται in paucis aliis legitur. Praetuli aor., quapropter vulgatam retinui, nisi quod ἄν adscribendum erat.

52. Aliquot libb. Parr. et schol.: ὁκόσοισι ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἀρρωστίῃσιν κατὰ προαίρεσιν οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσιν. In altero membro item nonnulli ὁκόσοισι; — tum libri novem Parr. ἀτοπώτατον. Galenum offendit comparativus ἀτοπώτερον, pro quo ἄτοπον desiderat; non est sane animadversio magni momenti. Cf. Epid. IV. §. 46. et Epid. VI. 1. 13. E quibus locis patet ἢ ἐν τῇσι ἄλλῃσι ἀρρωστίῃσι esse additamentum recentius, quod solita forma, qua talia cum particula ἤ adscribuntur, item docet. Itaque contra codd. fidem omittendum visum est.

53. Pro ἰσχυρότεροι Gal. et libri nonnulli Parr. ἰσχυροί. In fine Epid. IV. § 46. item mentio fit τῶν περιγλίσχρων ἐπὶ τῶν ὀδόντων.

54. Cf. Epid. VI. 2. 11. Consentio cum Littréo affirmante textum recte se habere.

55. In hoc Aph. πάντες omittitur in paucis codd. Cf. Epid. II. 3. 5. Aphorismus hic et plures vicini e libb. spuriis Epidd. sunt ducti, indicio, collectionem Aphorismorum illis libris esse recentiorem.

57. Cf. Coaca 354. Nonnulli libri pro ἐνοχλουμένῳ legunt ἐχομένῳ, quod praetulit Littréus. Vix scio quid praestet; non discedo de vulg., quia fieri potuit ut ἐχομένῳ huc traheretur e sequenti Aph.

58. Cf. Coaca 335. Verba comm. Galeni, ὅταν ἐν θερινῇ — ἑαυτά, sunt initium partis spuriae libri de victu acut.

59. Cf. Coaca 148.

60. Cf. Coaca 210. 627. Libri aliquot ἐκ τῶν ἰνῶν.

ὦτα κωφωθῇ, αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα, λύει τὸ [1] νόσημα.

ξα'. Πυρέσσοντι ἢν μὴ ἐν περισσῇσι ἡμέρῃσι ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπιάζειν εἴωθε.

ξβ'. Ὁκόσοισι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἴκτεροι ἐπιγίγνονται πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, [2] κακόν.

ξγ'. Ὁκόσοισι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τῇ ἑβδόμῃ, ἢ τῇ ἐνάτῃ, ἢ [3] τῇ ἑνδεκάτῃ, ἢ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἴκτεροι ἐπιγίγνονται, ἀγαθὸν, ἢν μὴ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν ᾖ· ἢν δὲ μὴ, [4] οὐκ ἀγαθόν.

ξδ'. Ὁκόσοισι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καθ' ἡμέρην ῥίγεα γίγνεται, καθ' ἡμέρην οἱ πυρετοὶ λύονται.

ξε'. Ἐν [5] τοῖσι πυρετοῖσι περὶ τὴν κοιλίην καῦμα ἰσχυρὸν καὶ καρδιωγμὸς, κακόν.

ξς'. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι [6] τοῖσι ὀξέσι οἱ σπασμοὶ καὶ οἱ περὶ τὰ σπλάγχνα πόνοι ἰσχυροὶ, κακόν.

ξζ'. [7] Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι, οἱ ἐκ τῶν ὕπνων φόβοι, ἢ σπασμοὶ, κακόν.

sanguis ex naribus profluens aut alvus exturbata morbum solvit.

61. Febricitantem nisi diebus imparibus febris dimiserit, reverti solet.

62. Quibus per febres morbus regius ante diem septimum obortus fuerit, malum.

63. Quibus per febres die septimo, aut nono, aut undecimo, aut decimo quarto, morbus regius obortus fuerit, bonum, nisi praecordia dextra dura fuerint, alioqui minime bonum.

64. Quibus in febribus quotidie rigor contingit, iis quotidie febres solvuntur.

65. In febribus circa ventriculum aestus vehemens et oris ventriculi morsus malus est.

66. In febribus acutis convulsiones et circa viscera dolores vehementes, malum.

67. In febribus e somno pavores, aut convulsiones, malo sunt.

[1] Sc. V. pone *νόσημα* habent: *τὰ ἐν ἀρτίῃσι κρινόμενα δύσκριτα καὶ φιλυπόστροφα.* — [2] *κακὸν, ἢν μὴ ξυνδόσιες ὑγιῶν κατὰ τὴν κοιλίην γένωνται.* Sc. V. ut vulg. Et dein: *ἐκόσοισι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καθ' ἡμέρην ῥίγεα γίνεται, καθ' ἡμέρην οἱ πυρετοὶ λύονται.* Sc. V. ut vulg. cf. adn. ad Aph. 63. — [3] *τῇ ἑνδεκάτῃ* om. Sc. V. — [4] *κακὸν* Sc. V. — [5] *τοῖσι* om. V. — Sc. om. totum Aph. — [6] *τοῖσι* om. V. — [7] Aph. om. in. V.

Additamentum, quod e Sc. V. enotavi, in pluribus libris Parr. vidit Littréus. Habetur locus in schol. in serie Aphorismorum et explicatur, sed infertur pone 71. Cf. quae ibi adnotantur e cod. Escor.

61. Cf. Coaca 146. — Ep. II. 5. 15. Galenus aliquid desiderat in hoc Aph. eumque alio modo legit. E comm. patet illum in ms. suo, quod sequebatur, *ἐν περισσῇ ἡμέρῃ* legisse, sed multa tamen apographa *περισσῇσι ἡμέρῃσι* ferre narrat. Iam vero pro *περισσῇ* desiderat *κριτικῇ*; quin putat propter nomen *περισσῇ* Aphorismum esse *τῶν παρεγγεγραμμένων*. In schol. textu legimus *ἐν κρισίμῳ*, sed e scholio patet Theophilum *ἐν περισσῇσι* legisse. Ad hunc aph. pertinet is quoque, qui in mss. Leidd., aliis, sexagesimo adhaeret. — Hi quidem loci neque mihi cum Hipp. doctrina convenire videntur, quippe tota dierum parium et imparium distinctio, nata forsitan ex doctrina Coorum. sed ab ea diversa, habetur v. c. in additamentis spuriis ad librum *de victu acut.* § 21. mihi. Non credo tamen idcirco aph. esse *παρεγγεγραμμένον*, seu potius num sit necne prorsus nescire me fateor. Scilicet Galenus loquitur de Aphorismis, quasi Hipp. eos scriptis mandavisset, quod ego non credo, quin post Hippocratem hanc syllogen demum natam esse certum esse arbitror.

62. Convenit hic Aph. cum parte prima Coacae 121. — Quae vulgo adhaerent verba, quaeque ex mss. Leidd. enotavi, in nonnullis mss. Parr. desunt. Gal. in comm. monet ea in aliquot solum apographis sui aevi occurrere; Lind. uncinis inclusit; Foës. Latine non expressit. Mihi ex ipso textu eiicienda visa sunt. Schol. forsitan Galenum sequitur, ubi dicit istud additamentum a quibusdam adscribi.

63. In hunc aph., qui respondet alteri parti Coacae 121, Littréus e mss. pluribus intulit diem undecimum, quem Latine iam Foësius expresserat. Equidem locum hunc subsequenti praeposui de meo. Galenus iam vidit eum inter 62um et 63um nobis miro modo interponi; neque vero id fecit primus aphorismorum descriptor, modo conferamus Coacam l., unde hi loci ducti sunt. Num subsequens, quem Foës. ex toto omisit, spurius sit necne, non discerno; de eiusmodi quaestionibus alio loco dicam. — Pro *ἴκτεροι ἐπιγίγνονται* plures libri *ἴκτερος ἐπιγένηται*. Lectionem *κακὸν* in fine, quam e Leidd. enotavi, in pluribus libris Parr. vidit Littréus.

64. Foësius aphorismum omisit nihil de hac re monens. Littréus dedit *ὁκόσοισι ἂν γίνηται*: nempe *ἄν* praebuerunt aliquot codd. Parr.; vulgo vero abest, licet *γίνηται* scribatur. Locum accipiendum esse dixerim de febribus quotidianis intermittentibus.

65. Schol. textus habet *ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι ὀξέσι*, quod e seq. aph. initio ductum videtur. In cod. Scaligerano hic aph. omittitur et sexagesimus septimus praeponitur sexagesimo sexto. Veterum *καρδιωγμὸς* nihil nisi cardialgia, quam hodie adhuc vocamus, esse videtur.

66. Etiam in pluribus libb. Parr. hic aph. sequenti postponitur, vide adn. ad proxime antecedentem. Miro modo in hoc aph. *οἱ σπασμοὶ* una cum doloribus viscerum comprehenduntur.

67. Meminit Gal. lectionis *πόνους* pro *φόβους*, quam in nonnullis libris viderit et quam e superiore Aph. originem traxisse puto. Non reticeo mihi illud *ἢ σπασμοὶ* suspectum esse, licet non e memoria exciderit Coaca 4. Puto eiusmodi

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 565 sur 880

©BIUM

ξη'. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι [1]τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακόν· σπασμὸν γὰρ σημαίνει.

ξθ'. Ὁκόσοισι οὖρα [2]θρομβώδεα ὀλίγα, οὐκ ἀπυρέτοισι, πλῆθος [3]ἐπελθὸν λεπτῶν ὠφελέει· μάλιστα δὲ [4]ἔρχεται, οἷσι ἐξ ἀρχῆς ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἴσχει.

ο'. Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα οἷον ὑποζυγίου, τούτοισι κεφαλαλγίαι [5]ἢ πάρεισι, ἢ παρέσονται.

οα'. Ὁκόσοισι ἑβδομαῖα κρίνεται, τούτοισι ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν, καὶ τἄλλα κατὰ λόγον.

οβ'. Ὁκόσοισι οὖρα διαφανέα λευκὰ, πονηρά· μάλιστα [6]δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσι [7]ἐπιφαίνεται.

ογ'. Ὁκόσοισι ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα, ὀσφύος ἀλγήματος ἐπιγενο-

68. In febribus spiritus offensans malo est, convulsionem namque indicat.

69. Quibus non sine febre urinae sunt grumosae, paucae, si copiosae, tenues dein prodeant, iuvant; prodeunt autem potissimum, quibus ab initio, vel non ita multo post, sedimentum habent.

70. Quibus per febres urinae sunt returbidae, quales veterini generis, iis capitis dolor vel adest, vel aderit.

71. Quibus septimo die iudicatio contingit, iis urina rubram die quarto nubeculam habet, ac reliqua pro ratione se habent.

72. Quibus urinae pellucidae, albae, malae; praecipue vero in phreniticis apparent.

73. Quibus sublata praecordia murmurant, lumborum succedente dolore, iis alvi humectan-

[1] τό omm. Sc. V. — [2] παχέα, θρομβ. Sc. V. — [3] ἐπελθὸν ἐκ τουτέων λεπτὸν Sc. V. — [4] τὰ τοιαῦτα ἔρχεται Sc. V. — [5] ἢ h. l. omm. Sc. V. — [6] δέ om. Sc. — [7] ἐπιγίνονται Sc. V.

sententiae auctorem solum scripsisse, ἐν τοῖσι πυρετοῖσι οἱ ἐκ τῶν ὕπνων φόβοι, κακοί.

68. Illud προσκόπτειν praecipue ad inspirationem pertinere videtur. Foës. in Oecon. τὸ προσπταίειν idem esse affirmat; equidem τὴν διπλῆν εἴσω ἐπανάκλησιν ὁκοῖον ἐπεισπνέουσι idem quoque significare existimo. cf. Coacam 260. — Ad postremum σπασμὸν γὰρ σημαίνει cf. adn. ad Prorrh. 28.

69. Cum hoc Aph. cf. Coaca 597. — Vulgo παχέα θρομβώδεα, at παχέα om. liber unus Par. et Magn. in m., quemadmodum in Coaca l. non legitur. Haec et Aph. noster unum eundemque referunt locum, iisdemque Aph. ac Coaca laborat vitiis, de quibus ad Coacam dixi. Gal. in comm. memorat lect. βορβορώδεα pro θρομβώδεα, nec tamen dubium quin recentioribus debeatur. Pro ἐπελθόν multi codd. ἐλθόν, uti in Coaca, in qua de coniectura scripsi quod hic quatuor codd. Parr. et schol. habent, λεπτῶν pro λεπτόν. Denique pro οἷσι in multis libris τοῖσι vidit Littréus.

70. Aliquot libri initio δέ omittunt, alii omittunt verba δὲ ἐν πυρ.; apud Magn. in m. etiam lectio occurrit, in qua praeterea τά omittitur. Littréus rem explicat e comm. Galeni, ubi hic monet esse, qui hunc Aph. describant, quasi pars esset antecedentis, hoc modo: οἷσι δ' ἀνατεταραγμένα τὰ οὖρα, τούτοισι κεφαλαλγίαι. Pone haec verba comm. Galeni corruptus est: sequuntur haec: καὶ βούλονταί τινες μὲν τὸ ἀνατεταραγμένα τὰ ἐναντία δηλοῦν τοῖς προειρημένοις τοῖς λεπτοῖς [τινὲς δὲ παχέσι καὶ θρομβώδεσι], τινὲς δ' αὐτὰ τὰ ἀνατεταραγμένα [ἐξηγοῦνται]. Quae uncis inclusi deficiunt in Ed. Basil. Puto legendum esse καὶ βούλονται — τοῖς λεπτοῖς. τινὲς δὲ παχέα καὶ θρομβώδεα αὐτὰ τὰ ἀνατεταραγμένα ἐξηγοῦνται. — Ceterum operae pretium est cum hoc Aph. contulisse Coacae 582. locum, ubi τὸ δ' ἀνατεταράγμένον μεθ' ἱδρῶτος (σημαίνει) ὑποστροφήν· τὸ δὲ λευκὸν οἷον τῶν ὑποζυγίων κεφαλαλγίην. Dixeris Aphorismum, uti de aliis pluribus constat, e Coaca esse ductum; sed difficile diiudicatu est, num Coacae lectio ibi corrupta, an vero Aph. negligenter inde desumtus sit.

71. Magnol. in marg. τούτοισι omittit. Cf. cum hoc Aph. Coacam 149. Iam vero Gal. in comm. multa monet de interpretibus illud καὶ τἄλλα κατὰ λόγον male explicantibus: vereor autem ut ipse recte acceperit. Intelligitur demum e Coacae 575. verbis: τό τε ἐν τετάρτῃ λαβὸν ἐπινέφελον ὑπέρυθρον ἑβδομαῖον ἀπολύει τῶν λοιπῶν κατὰ λόγον ἐχόντων. — Ex his Aph. noster sine dubio est natus: itaque καὶ τἄλλα κατὰ λόγον significat καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα ἔχουσι κατὰ λόγον. Iam vero multum vereor, ut recte in vulgari loci utriusque interpretatione ὑπέρυθρον ad ἐπινέφελον referatur, quum potius ad οὖρον in Coaca spectare crediderim, licet versionem nondum mutaverim.

72. Natus est Aph. e Coaca 579., ubi λευκὸν δὲ καὶ διαφανὲς οὖρον πονηρόν· μάλιστα δὲ ἐν φρενιτικοῖσι ἐπιφαίνεται. Aphorismi extremum, uti tradit Gal. in comm., non uno modo erat scriptum in codd. illius aetatis. Non certum puto, Galenum vidisse lectionem μάλιστα δὲ ἐν φρενιτικοῖσι; sed certum est, eum sub oculis habuisse vulgatam, quam exhibeo, et alteram, in qua μάλιστα δ' ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσι ἐπιφαίνεται τὰ τοιαῦτα. Causa, quare dubitem, videritne re vera primam illam lect. Galenus, posita est in comm. verbis: εἰ μὲν οὖν ἁπλῶς εἴη γεγραμμένον μάλιστα δὲ τοῖς φρενιτικοῖσι, εἴρηται (εἴρητο?) σαφῶς ὁ νοῦς τοῦ λόγου, προσκειμένου δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἐπιφαίνεται, καθάπερ προσκεῖται ἐν ἄλλοις τῶν ἀντιγράφων, τὸ δηλούμενον ἔσται τοιοῦτον. Itaque haec a Galeno dicuntur de lectione, quam non viderit, sed quam desideraverit: vidit autem lectionem eum ἐπιφαίνεται addito in suo apographo et in aliis quibusdam, non in reliquis omnibus, nam fuerunt in quibus legeretur ἐπιφαίνεται τὰ τοιαῦτα. Littréus in adn. non habet fidam interpretationem commentarii Galeni. E tertia illa lectione, ut hoc ἐν παρέργῳ moneam, apparet, iterum me non sine iure tam saepe interpolatoribus τοιαῦτα, τούτοισι, similia alia tribuere.

73. Cf. Coaca 291. Codd. lectio in vulgato ἐπέλθῃ va-

μένου, αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται, ἢν μὴ φῦσαι καταρραγέωσι ἢ οὖρου πλῆθος [1]ὑπέλθῃ· ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα.

οδ'. Ὁκόσοισι ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πουλὺ, κάρτα παχὺ καὶ λευκὸν [2]γενόμενον· ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμορραγήσῃ, καὶ πάνυ ταχὺ λύεται.

οε'. Ἢν αἷμα καὶ πῦον οὐρέῃ, τῶν νεφρῶν ἢ τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει.

ος'. Ὁκόσοισι ἐν τῷ οὔρῳ [3]παχέϊ ἐόντι σαρκία σμικρὰ, ὥσπερ τρίχες ξυνεξέρχονται, τούτοισι ἀπὸ τῶν νεφρῶν [4]ἐκκρίνεται.

οζ'. Ὁκόσοισι [5]τῷ οὔρῳ παχέϊ ἐόντι πιτυρώδεα ξυνεξουρέεται, τούτοισι ἡ κύστις ψωριᾷ.

οη'. [6]Ὁκόσοι ἀπὸ ταὐτομάτου αἷμα οὐρέουσι, τούτοισι ἀπὸ τῶν νεφρῶν φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει.

οθ'. Ὁκόσοισι ἐν τῷ οὔρῳ ψαμμώδεα ὑφίσταται, τούτοισι ἡ κύστις λιθιᾷ.

π'. Ἢν αἷμα οὐρέῃ καὶ θρόμβους καὶ στραγγουρίη ἔχῃ, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ

tur, nisi flatus deorsum erumpant, aut urinae copia prodeat. Atque haec in febribus contingunt.

74. Quibus speratur aliquid ad articulos abscessurum, urina copiosa, valde crassa et alba reddita abscessu liberat. Quodsi ex naribus etiam sanguis effluxerit, brevi admodum solutio fit.

75. Si sanguis et pus cum urina redditur, renum aut vesicae exulceratio significatur.

76. Quibus cum urina crassa exiguae carunculae, veluti capilli simul feruntur, iis a renibus excernuntur.

77. Quibus cum urina crassa furfuri similia quaedam simul exeunt, iis vesica psora laborat.

78. Qui sponte sanguinem cum urina effundunt, iis in renibus venulam ruptam esse significat.

79. Quibus in urina arenosae sunt subsidentiae, iis vesica calculo laborat.

80. Si quis sanguinem et grumos cum urina fundat et stranguria laboret, dolorque in imum

[1] ὑπέλθῃ om. V. — [2] γινόμενον, οἷον ἐν τοῖσιν κοπιώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίουσι ὕρχεται ἐνίοισι γίνεσθαι· ἢν δὲ κ. τ. λ. Sc. V. ut vulg. — [3] σ. μικρ. π. ἐ. Sc. V. — [4] ἡ ἔκκρισις γίνεται Sc. V. — [5] ἐν τῷ οὔρῳ Sc. V. — [6] ὁκόσοισι V.

riat, ita ut ἔλθῃ et ὑπέλθῃ, quod praefero, etiam legatur in nonnullis. Delevi ineptum τούτοισι, quod pone αἱ κοιλίαι in libris fertur.

74. Quae in vulgata inter γινόμενον et ἢν δέ interponuntur verba, quaeque descripsi ex libris Leidd. in varr. lectt., referunt adnotationem marginalem, qua quis quae urinae significarentur exponere voluerit; itaque litura locum sanavi. De reliquis varr. lectt. haec excerpo: τὰ ἄρθρα codd. nonnulli Parr.; πουλύ ex unico recepit Littréus; nonnulli libri καί pro κάρτα; aor. γενόμενον pro vulg. praesente recepi e codd. Pariss. quatuor et schol.

75. Vulgo αἷμα ἢ π., sed multi codd. Parr. αἷμα καὶ πῦον, de qua re videri poterit Gal. in comm., qui utriusque lectionis meminit et longus est in exponendo usu praesentis οὐρέῃ et aor. οὐρήσῃ. Mihi non magni momenti et subtiliores quam veriores videntur eius distinctiones.

76. Vulgo ἐν τῷ οὔρῳ, unde ἐν tollere volueram, sed retinuit me locus, quem infra adferam. Lectionem ἢ ὥσπερ τρίχες in pluribus mss. vidit Littréus, at verum est eam deberi commentario Galeni, qui ἤ additum cupivit, quum σαρκία ὥσπερ τρίχες non constare posse putaret, quia σαρκία non sint capillis similia. Pergameni emendationem in Latinis suis expresserunt Corn. et Foës. et Graece exhibuit Lindanus. Littréus particulam disiunctivam recipere noluit, quia in omnibus libris Galeni aetate deficeret. Equidem primum cum Pergameno adscribendam existimabam, dein vero tum ἐν, de quo dixi, servandum tum ἤ non recipiendum esse vidi, quum contulissem locum e libro de natura hominis p. 66. Littréo, ubi: ὁκόσοισι δὲ ἐν τῷ οὔρῳ παχέϊ ἐόντι σαρκία σμικρὰ τριχοειδέα συνεξέρχεται, ταῦτα δὲ ἀπὸ τῶν νεφρῶν εἰδέναι χρὴ ἐόντα (ἰόντα?). — Lectionem finis aphorismi, quam e Sc. et V. enotavi, etiam Littréus in pluribus libris Parisiensibus vidit.

77. Vulgo ὁκόσοισι ἐν τῷ οὔρῳ .... συνεξουρέεται. Sed ἐν displicet; nam συνεξουρέεται cum solo dativo praestat. Pro συνεξουρέεται Magn. in marg. συνεξέρχεται; at συνεξέρχονται textus loci in Gal. Kühnii, non in Basil; apud Magn. ibid. pro ἡ κύστις ψωριᾷ finis superioris Aphorismi legitur.

78. Mihi locus integer esse non videtur, — offendit ἀπὸ τῶν νεφρῶν φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει. Non accurate interpretantur Corn. neque Foësius *in renibus*. Vero proximum iudico aliquid excidisse, ita ut scriptum v. c. fuerit; ὁκόσοι ἀπὸ ταὐτομάτου αἷμα οὐρέουσι, τούτοισι ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἦλθε καὶ φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει. — Videant alii, num locus ita constituendus sit.

79. Pro τῷ οὔρῳ libri nonnulli τοῖσι οὔροισι; — pone λιθιᾷ duo libri Parr. καὶ οἱ νεφροί; — scholiastae textus ἢ νεφροί, licet e scholio pateat Theophilum non legisse. Puto omnino cum Littréo rem deberi commentario Galeni, qui licet vere dicat non solum vesicam, sed etiam renum calculi signum esse, non tamen demonstrat, aphorismi auctorem id re vera dedisse; plura sane minus accurate prolata in iis occurrunt.

80. Gal. in comm. tantum mentionem facit lectionis νο-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 567 sur 880

©BIUM

ὑπογάστριον καὶ τὸν κτένα [1] καὶ ἐς τὸν περίναιον, τὰ περὶ τὴν κύστιν πονέει.

πα'. Ἢν αἷμα καὶ πῦον οὐρέῃ καὶ λεπίδας καὶ [2] ὀδμὴ βαρεῖα ᾖ, τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει.

πβ'. Ὁκόσοισι ἐν τῇ οὐρήθρῃ φῦμα φύεται, τούτοισι διαπυήσαντος [3] καὶ ἐκραγέντος λύσις.

πγ'. Οὔρησις νύκτωρ πολλὴ γενομένη, σμικρὴν τὴν ὑποχώρησιν σημαίνει.

ventrem et pubem et interfoemineum incidat, vesica laborat.

81. Si quis sanguinem et pus et squamulas cum urina fundat, gravisque odor adsit, vesicae exulcerationem significat.

82. Quibus in urinae fistula tuberculum innascitur, eo in pus verso et rupto solutio contingit.

83. Urina copiose de nocte reddita, paucam alvi deiectionem significat.

ΤΜΗΜΑ ΠΕΜΠΤΟΝ.

Sectio Quinta.

α'. Σπασμὸς ἐξ ἑλλεβόρου, θανάσιμον.

β'. Ἐπὶ τρώματι σπασμὸς ἐπιγενόμενος, θανάσιμον.

γ'. Αἵματος πολλοῦ [4] ῥυέντος σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν.

δ'. Ἐπὶ ὑπερκαθάρσι σπασμὸς ἢ λυγμὸς [5] ἐπιγενόμενος, κακόν.

ε'. Ἢν μεθύων ἐξαίφνης ἄφωνός τις γένηται, σπασθεὶς ἀποθνήσκει, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ, ἢ ἐς τὴν ὥρην ἐλθὼν, καθ' ἣν αἱ κραιπάλαι λύονται, φθέγξηται.

ς'. Ὁκόσοι ὑπὸ τετάνου ἁλίσκονται, ἐν τέσσαρσι ἡμέρῃσι ἀπόλλυνται· ἢν δὲ ταύτας [6] διαφύγωσι, ὑγιέες γίγνονται.

ζ'. Τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης

1. Convulsio ex veratro lethalis.

2 Vulneri si convulsio accedat, lethalis.

3. Ex copioso sanguinis fluxu convulsio, aut singultus contingens malum significat.

4. Ex profusa purgatione convulsio, aut singultus succedens, malum.

5. Si ebrium quempiam vox deficiat derepente, convulsus moritur, nisi eum febris prehendat, aut qua hora crapula solvi solet ad vocem redeat.

6. Qui nervorum distentione corripiuntur, intra quatuor dies pereunt, quos si effugerint, sanescunt.

7. Comitiales quibus ante pubertatis annos

[1] καὶ τὸν περίνεον Sc. V. — [2] ὀσμὴ βαρείη Sc. V. ut vulg. — [3] καί om. Sc.; tum habent φύματα ut vulgata. — [4] ῥυέντος κάτω Sc. V. — [5] γενόμενος Sc. — om. Aph. in V. — [6] διαφύγοιεν Sc. V.

σέει pro πονέει. — Vulgo στραγγουρίην, sed nominativum dedi e Magn. in m. apud Littréum. Iam vero vulgo ἐς τὸν κτένα abest, sed ἐς τὸν κτένα καὶ τὸ ὑπογάστριον habent schol. et aliquot libri Parr., dum alii plures pone ὑπογάστριον inferunt τὸν κτένα καί. His ego sum obsecutus καί ex altera lect. assumens. Aph. hic conferri debet cum 39. VII. — Scholiasten re vera τὸν κτένα legisse patet e Theophili verbis: εἰπὼν γὰρ ὀδύνη περὶ τὸ ὑπογάστριον ἐσήμαινε τοὺς νεφροὺς· εἰπὼν δὲ κτένα τὴν κύστιν· περίναιον δὲ τὸν τράχηλον τῆς κύστεως. — Equidem vocem excidisse putavi, maxime quum legatur in Aph. l. e sect. VII. — In scriptione nominis περίναιον solitae varr. lectt. apparent: τὸν περιτόναιον, τὸν περίνεον, τὸν περίναιον et τὸ περίναιον. Quod ad καί ante τὰ περὶ τὴν κύστιν νοσέει apud Dietzii schol. invectum, manifesto librariorum errore id factum est. Aliquot libri πονέειν σημαίνει in fine loci.

81. Pro καὶ πῦον aliquot libri Gal. tempore ἢ πῦον. Littréus nihil eiusmodi in multis, quibus est usus, libris vidit. Pro vulg. ὀσμή libri quatuor Parr. ὀδμή, multo plures βαρεῖα pro vitiosis βαρείη, βαρέη: tandem τῶν νεφρῶν ἢ τῆς κύστιος libri duo Parr.

82. Vulgo φύματα plur. num,, quod excitat etiam Gal. in comm. ad Aph. 57. VII.; sed hic Gal. legit φῦμα, quod veram lect. referre videtur propter singularia διαπυήσαντος et ἐκραγέντος. Corn. et Foës. quoque Latine *tuberculum*.

83. Vulgo γινομένη; — aoristus dandus videbatur, quem praebent perpauci codd. Parr.: pauci quoque libri διαχώρησιν.

1. Schol. et cod. Par. unus θανάσιμος. Cf. Coaca 567.

2. Hic etiam schol. θανάσιμος cum lib. uno Par.; alius ἢ λυγμός additum habet. Cf. Coacas 355. 506.

3. Cf. Coaca 338. In hoc Aph. vulgo ῥυέντος κάτω, sed in multis codd. κάτω deficit, sunt autem eiusmodi, ut iis Gal. comm. aut schol. contineatur; in iis, quibus solus Hipp. habetur, adponitur, ut refert Littréus. Omisit iam Foës. in versione, Lind. in textu. In comm. Gal. p. 786. vs. 8. pessime sensum perturbat ἢ θανάσιμον φωνή scriptum pro ἡ θανάσιμον φωνή, uti recte in Ed. Basil.

4. In comm. Galeni p. 787. vs. 4. ἐπὶ τὸν ἐλλέβορον εἰληφότων legimus etiam in Ed. Basil.; corrigendum ἐπὶ τῶν ἐλλέβορον εἰληφότων. — Cum Aph. nostro cf. Coaca 565.

7. Vulgo in sententia hac τουτέοισι τὰ πολλὰ ξυναπο-

©BIUM

γίγνεται, μετάστασιν ἴσχει· ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσι ἐτέων γίγνεται, [1]τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

η'. Ὁκόσοι πλευριτικοὶ γενόμενοι οὐκ ἀναλαβαίρονται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι, ἐς ἐμπύημα καθίστανται.

θ'. Φθίσις γίγνεται μάλιστα ἡλικίῃσι τῇσι ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτέων μέχρι πέντε καὶ τριήκοντα.

ι'. [2]Ὁκόσοισι κυνάγχην διαφεύγουσι [3]ἐς τὸν πνεύμονα τρέπεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι ἀποθνήσκουσι· ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσι, ἔμπυοι γίγνονται.

ια'. Τοῖσι ὑπὸ τῶν φθισίων ἐνοχλουμένοισι ἢν [4]ὅπερ ἂν ἀποβήσσωσι βαρὺ ὄζῃ ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας ἐπιχεόμενον, καὶ αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι, [5]θανατῶδες.

ιβ'. [6]Ὁκόσοισι φθισιῶσι αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέουσι, οὗτοι διαρροίης ἐπιγενομένης ἀποθνήσκουσι

ιγ'. Ὁκόσοι αἷμα ἀφρῶδες [7]ἀναπτύουσι, τούτοισι ἐκ τοῦ [8]πνεύμονος [9]ἡ ἀναγωγὴ γίγνεται.

ιδ'. Ὑπὸ φθίσιος ἐχομένῳ διάρροια ἐπιγενομένη, θανατῶδες.

contingunt, depositionem accipiunt. At quibus quintum et vigesimum annum agentibus fiunt, eos fere ad mortem usque comitantur.

8. Qui morbo laterali laborant, nisi intra dies quatuordecim repurgentur, in suppurationem deveniunt.

9. Tabes praecipue contingit aetatibus, quae sunt ab anno decimo octavo ad trigesimum quintum.

10. Quibus postquam ex angina evaserint morbus ad pulmonem vertitur, ii intra dies septem moriuntur; quos si evaserint suppurati fiunt.

11. In tabe vexatis si id, quod reiiciunt tussi, carbonibus infusum gravem odorem emittat, et capilli e capite defluant, lethale est.

12. In tabidis si capilli e capite defluant, ii succedente alvi profluvio moriuntur.

13. Qui spumantem sanguinem sputo reiiciunt, iis ex pulmone educitur.

14. Tabe detento succedens alvi profluvium lethale.

[1] τουτέοισι τὰ πολλά Sc. V. — [2] ὁκόσοι Sc. V. — [3] καὶ ἐς τὸν πν. Sc. V. — [4] τὸ πτύσμα ὅπερ Sc. V. ut vulg. — [5] θανάσιμον V. — [6] ὁκόσοισι ἂν — ἴῃσι Sc. V. — [7] ἀποπτύσωσι V. ἀποπτύουσι Sc. — [8] πνεύμονος Sc. V. — [9] ἡ τοιαύτη ἀπαγωγὴ Sc. V.

ὑνήσκει, sed τουτέοισι omittitur in multis codd. Parr., quibus obsecutus sum. Sunt etiam libri, in quibus τὰ πολλά omittitur, quam lectionis diversitatem iam Gal. in comm. memorat. Advertit in Galeni comm. p. 791. vs. ult. forma τῆς ἡβητικῆς ἡλικίας, quam item lego in Ed. Basil., nempe vulgo ἡβητικός, non ἡβηστικός usitatum est. Quod ad interpretationem verborum μετάστασιν ἴσχει, Foësius recte intellexit, quum *depositionem accipiunt* redderet, minus recte Corn. cum Latine dedit *transmutationem habent*: nempe μετάστασιν etiam *submotionem*, *amotionem* significat.

8. Enotavit Littréus e codd. Parr. lectionem membri posterioris οὗτοι ἐς ἐμπύημα μεθίστανται. Gal. et schol. vulgatam ceterum habentes μεθίστανται legunt. — Vulgata autem est τουτέοισι ἐς ἐμπύημα καθίσταται. — E vulgata et primum memorata lect. textum descripsi, ita ut οὗτοι omitterem.

9. Schol. et multi codd. Parr. φθίσιες γίνονται. Vulgo πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων, sed schol. et multi libri omittunt eo loco ἐτέων, quapropter voculam abundantem suppressi. — Cf. cum hoc Aph. Coacam 439.

10. Postquam Aph. hunc, quemadmodum iam legitur, descripseram, vidi demum, emendationes dudum praeoccupasse Lind. — Vulgata habebat: ὁκόσοι κυνάγχην διαφεύγουσι, ἐς τὸν πλεύμονα αὐτέοισι τρέπεται καὶ ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι ἀποθνήσκουσι τ. τ. λ. Littréus secutus est lectionem codd. eorum, qui cum Sc. et V. καί ante ἐς τὸν πνεύμονα habent et ante ἐν ἑπτά omittunt. Video, hunc etiam in adn. probare Lindani rationem; quin duo libri Parr. ferunt ὁκόσοισι. — Conferri debet Coaca 367., quo facto nescis, consultone auctor aphorismorum omiserit partem postremam, an librariorum vitio interierit. Emendanda videntur verba postrema comm. Galeni ad h. l.: — σκληρὸς γὰρ καὶ ἄτακτος καὶ ἀνώμαλος ἐς τὸ ἡγεμονικὸν μόριον τῆς ὕλης μετάστασιν γινομένην εἶναι σημαίνει. μαλθακὸς δὲ καὶ ὁμαλὸς καὶ τακτὸς μετὰ τῆς εὐπνοίας ὁμαλῆς δῆλην ἀπόλυσιν σημαίνει. Delere vellem εἶναι et ὁμαλῆς δῆλην, — quum prorsus abundent neque origo difficulter detegatur. In Ed. Bas. postrema pars comm. deficit. Forte εὔτακτος pro τακτός scripsit.

11. Cf. Coaca 434. Legebatur τὸ πτύσμα, ὅπερ ἂν ἀποβήσσωσι, in quibus abundans τὸ πτύσμα delevi.

12. Cf. Coaca 436. Lind. recepit lectionem codd. Leidensium. Vulgata nude ὁκόσοισι habet cum coniunctivo ῥέωσι. Littréus dedit ῥέουσι vulgatam ceterum servans e multis libris Parr.

13. Cf. Coaca 433. Vulgo ἐκ τοῦ πλεύμονος ἡ τοιαύτη ἀναγωγὴ γίνεται, sed τοιαύτη omittunt Gal., schol., multi libri Parr., eoque sane facile caremus. Gal. in comm. memorat lect. ἐμέουσι pro ἀναπτύουσι, quae in plerisque libris illius temporis haberetur. — Non ausim affirmare, antiquo tempore ἐμέειν numquam eodem sensu, quo ἀναπτύειν esse usurpatum, nec tamen factum esse credo a medicis praestantioribus.

14. Cf. Coaca 436. Ad hunc aphorismum quoque θανέσιμον pro θανατῶδες in varr. lectt. enotavit Littréus. Pro ἐπιγενομένη libri aliquot praes. part.

©BIUM

ιε'. Ὁκόσοι ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γίγνονται ἢν ἀνακαθαρθῶσι ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι ἀφ' ἧς ἂν [1] ἡ ῥῆξις γένηται, παύονται· ἢν δὲ μὴ, ἐς φθίσιν μεθίστανται.

15. Qui ex morbo laterali suppurati fiunt, si intra dies quadraginta, ex quo ruptio facta est, repurgentur, liberantur, alioqui in tabem transeunt.

ις'. Τὸ θερμὸν βλάπτει ταῦτα [2] τοῖσι πλεονάκις χρεομένοισι, — σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, νεύρων ἀκράτειαν, γνώμης νάρκωσιν, αἱμορραγίας, [3] λιποθυμίας.

16. Aqua calida frequentius ipsa utentibus has adfert noxas: carnium effeminationem, nervorum impotentiam, mentis stuporem, sanguinis profluvia, animi defectiones.

ιζ'. Τὸ δὲ ψυχρὸν, σπασμοὺς, τετάνους, μελασμοὺς, ῥίγεα πυρετώδεα.

17. Frigida vero convulsiones, nervorum distentiones, denigrationes, rigores febriles.

ιη'. Τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισι, ὀδοῦσι, νεύροισι, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ· τὸ δὲ θερμὸν ὠφέλιμον.

18. Frigida ossibus adversa, dentibus, nervis, cerebro, dorsali medullae; calida vero utilis.

ιθ'. Ὁκόσα κατέψυκται ἐκθερμαίνειν, πλὴν ὁκόσα [4] αἱμορραγέει, ἢ μέλλει.

19. Perfrigerata excalefacere oportet, praeter ea, quae sanguinem effundunt, aut brevi effundent.

κ'. [5] Ἕλκεσι τὸ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες, δέρμα περισκληρύνει, ὀδύνην ἀνεκπύητον [6] ποιέει.

20. Frigida ulcera mordet, cutem circum ea obdurat, dolorem insuppurabilem facit.

κα'. [Ἔστι δὲ ὅκου ἐπὶ τετάνου ἄνευ ἕλκεος νέῳ εὐσάρκῳ, θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται· θέρμη δὲ [7] τούτου ῥύεται.]

21. [Quandoque tamen in nervorum distentione absque ulcere in iuvene quadrati corporis, aestate media, frigidae copiosa perfusio calorem revocat; calor autem ab ea liberat.]

κβ'. Τὸ θερμὸν ἐκπυητικὸν, [8] τὸ δέρμα

22. Calida suppurationem movet, cutem emol-

[1] Sic etiam Sc. V. — [2] πολλάκις χρεομένῳ Sc. V. — [3] λειποθυμίας. ταῦτα οἷσι θάνατος Sc. λ. ταῦτα οἷσι θανάτιμον V. — [4] In Sc. V. hic aph. pone 18vum legitur, tum δέ omittitur et in fine ἐμποιεῖ additur. In V. καί abest. — [5] Sic etiam Sc. V. — [6] Sc. V. ποιέει, μελαίνει ῥίγεα πυρετώδεα ποιεῖ σπασμοὺς καὶ τετάνους. ut vulg. — [7] ταῦτα Sc. V. ut vulg. — [8] Pro τό, Sc. V. οὐκ ἐπὶ παντὶ ἕλκει, μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφαλείην. tum δέρμα κ. τ. λ.

15. Libri aliquot μεθίστανται. Cf. cum h. l. Coacas 389. 404.

16. Quod ad loci lectionem attinet, τοῖσι — χρεομένοισι scripsi cum Lind. e Gal. et multis codd. Parr., vulgo τοῖσι abest. — Pone λειποθυμίας addi solet ταῦτα οἷσι θάνατος, quae verba praeterea aliis modis quoque scribebantur in mss., quos vidit Gal., teste ipso in comm.; scilicet· τούτοισι ὁ., vel ταῦτα ἐφ' οἷς ὁ θ., vel ταῦτα εἰς ὁ.; vel vulgatum, quod iam indicavi, legebatur. Mihi non nisi lectoris adnotatio marginalis esse videntur, qua de causa suppressi. Puto ceterum τὸ θερμὸν recte accipere Cornarium de *aqua calida*; — ellipsis notissima. Ut ita interpretemur, cogimur verbo χρεομένοισι; nam quomodo πολλάκις χρῆσθαι τῷ θερμῷ diceretur, nisi de aqua calida sermo sit, non capio. Gal. in comm. non accepit alio modo, licet hoc fugisse videatur interpretem Latinum.

17. In huius aph. lectione καί ante ῥίγεα vulgo legitur, sed ex insigni numero librorum abesse testatur Littréus. In aprico est, eos, qui hunc aph. describerent, quasi pars esset antecedentis, copulam omisisse; eos vero, qui pone sequentem eum inferrent et tanquam sententiam per se constantem describerent, δέ initio omisisse et καί contra et ἐμποιεῖ in fine adscripsisse. In lectione igitur, quam sequimur, melius copulam omitti puto.

18. Hunc quoque Aph. ita interpretatur Gal., ut de aqua frigida eum accepisse τὸ ψυχρόν pateat.

19. In Sc. vidi idem καὶ θερμαίνειν, quod ex uno cod. enotavit Littréus. Vulgo αἱμορραγέειν μέλλει; quod equidem exhibeo, in longe maximo codicum numero habetur et Magnol., Lind., Littr., exhibent et Corn., Foës. Latine expresserunt. In libris aliquot apud Gal. lectio ἐκθερμαίνειν δεῖ, in schol. ἐκθ. χρή. In ms. Scalig. pone μέλλει repetitur Aph. 17. ψυχρὸν σπασμοὺς, τετάνους, μελασμοὺς, ῥίγεα πυρετώδεα ἐμποιεῖ.

20. Quae pone ποιέει in Sc. V. et vulg. adduntur, et in quibus Gal. μελασμούς legit, non sunt nisi otiosa repetitio Aph. 17. Universe his locis in libris perturbatio apparet, quae causa est, cur etiam hanc repetitionem superiorum librariis deberi credam, nec recipere velim. Nomen autem ἕλκεα mihi h. l. de vulneribus recentibus accipiendum videtur.

21. Scripsi τούτου ῥύεται e libris duobus Parr. apud Littréum; ταῦτα grammatice constare nequit. Verum totus hic locus nihil aliud est, nisi lectoris alicuius adnotatio ad ea, quae Aphorismo 17° traduntur, videturque perturbatio, qua iste Aph. 17us in fine vicesimi reperitur, nulli alii rei quam ipsi huic adnotationi, quae perperam in textum illata est, originem suam debere. Non delevi, ne de solito numero Aphorismorum detraherem, quod propter citationes locorum vitare malui; sed Aphorismorum collectori aut fonti, unde hi ducti sunt, locus ortum non debet.

22. In hunc Aphorismum aliena irrepserunt: eius principium edi solet: τὸ θερμὸν ἐκπυητικὸν οὐκ ἐπὶ παντὶ ἕλκει, μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφαλείην (sic), δέρμα μαλάσσει. Haec,

©BIUM

μαλάσσει, ἰσχναίνει, — ἀνώδυνον, — ῥιγέων, σπασμῶν, τετάνων παρηγορικὸν, — [1]τῶν δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ καρηβαρίην λύει· πλεῖστον δὲ διαφέρει ὀστέων κατήγμασι, μάλιστα δὲ τοῖσι ἐψιλωμένοισι, τούτων δὲ μάλιστα τοῖσι ἐν κεφαλῇ ἕλκεα ἔχουσι· καὶ ὁκόσα ὑπὸ ψύξιος θνήσκει ἢ ἑλκοῦται καὶ [2]ἕρπησι ἐσθιομένοισι, — ἕδρῃ, αἰδοίῳ, ὑστέρῃ, κύστι, — τούτοισι τὸ μὲν θερμὸν φίλιον καὶ κρῖνον, τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον.

κγ'. Ἐν τούτοισι [3]δὲ τῷ ψυχρῷ χρέεσθαι, ὁκόθεν [4]αἱμορραγέει ἢ μέλλει, μὴ ἐπ' αὐτὰ, ἀλλὰ περὶ αὐτὰ, ὁκόθεν ἐπιρρεῖ· καὶ [5]ὁκόσαι φλεγμοναὶ, ἢ ἐπιφλογίσματα ἐς τὸ ἐρυθρὸν καὶ ὕφαιμον ῥέποντα αἵματι νεαρῷ, ἐπὶ ταῦτα, [6]ἐπεὶ τά γε παλαιὰ μελαίνει· καὶ ἐρυσίπελας τὸ μὴ ἑλκούμενον, ἐπεὶ τό γε ἑλκούμενον [7]βλάπτει.

κδ'. Τὰ ψυχρὰ [οἷον χιὼν, κρύσταλλος] τῷ στήθεϊ πολέμια, βηχῶν κινητικὰ, αἱμορροϊκὰ, καταρροϊκά.

κε'. Τὰ ἐν ἄρθροισι οἰδήματα καὶ ἀλγήματα ἄτερ ἕλκεος ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ῥηΐζει τε καὶ ἰσχναίνει.

lit, extenuat, dolorem tollit, rigores, convulsiones, nervorum distentiones mitigat, capitis gravitatem solvit; ossium vero fracturis plurimum confert, praesertim autem his, quae carne nudata sunt, et ex his maxime iis, qui in capite vulnera habent. His etiam, quae a frigore emoriuntur, aut exulcerantur, et herpetibus exedentibus, sedi, pudendo, utero, vesicae, iis omnibus calida grata et iudicationem faciens, frigida vero inimica et interimens.

23. At frigida in his utendum, unde sanguis profluit, aut paulo post fluxurus est, non supra ipsas partes, sed circa eas, ad eum locum unde profluit adhibita. Et si quae inflammationes aut incendiosa quaedam ad rubrum et subcruentum ex recenti sanguine vergunt, ad ea admota; inveterata namque denigrat. Erysipelas etiam non ulceratum iuvat, si quidem exulceratum laedit.

24. Frigida pectori sunt adversa, tusses movent, sanguinis eruptiones et destillationes efficiunt.

25. Articulorum tumores et dolores absque ulcere frigida large adfusa levat et minuit.

[1] Sic Sc. V. — [2] Sic etiam Sc. V. — [3] Sic Sc. V. — [4] αἱμορραγέειν μ. Sc. V. — [5] ὁκόσα φλεγμαίνει Sc. V. — [6] ἐπί Sc. V. — [7] βλάπτει, θανατοῖ Sc. V.

ut fit, Latine sunt interpretati, sed manifesto οὐκ ἐπὶ παντὶ ἕλκει est adnotatio lectoris ad regulam universalem, τὸ θερμὸν ἐκπυητικόν. Est autem animadversio ex eodem genere, e quo totus Aph. 21., quem ad textum non pertinere constat. Quo modo cum vicinis cohaereat μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφάλειαν (nam ita scribendum erit) nemo perspicit; ipsa aqua calida non potest esse σημεῖον ἐς ἀσφάλειαν. Puto haec item referre adnotationem marginalem, sed quae a sede sua aberraverit; sitne forte adnotatio recentior ad antiquiorem, quae Aph. 21. continetur, ita ut ad verba ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται, aliquis adnotaverit μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφάλειαν? Sed de his nihil affirmo; id unum urgeo, verba non pertinere ad hanc sententiam; — quapropter ea delevi. — Articulum τό ante δέρμα de meo addidi; ipsum δέρμα in θέρμα abiit in vulg. et intrusis glossis, facile articulus perire potuit, quem hic aegre desidero. Non sum certus, non pone ἀνώδυνον excidisse ποιέει, ita ut auctor coniunxerit τὸ δέρμα μαλάσσει, ἰσχναίνει, ἀνώδυνον ποιέει, quae verba antithesin retulerint eorum, quae sub finem Aph. 20[i] leguntur. In seqq. vulgo: τὴν δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ καρηβαρίην λύει, absurde sane; Littréus τὰ δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ καρηβαρίην λύει, propter Galeni comm.; plurimi tamen libri habent quod in codd. Leidd. legi et sanum sensum refert, ita ut maiorem huic lectioni fidem tribuam. Ea, quae hic traduntur, non sunt ita evicta, ut non, quamcumque loci lectionem recipias, regula suas sibi habitura sit exceptiones. Etiam καί ante καρηβ. in longe paucioribus libris habetur. Advertérunt me verba τούτων δὲ μάλιστα τοῖσι ἐν κεφαλῇ ἕλκεα ἔχουσι: nempe mirus in his est transitus a vulneribus aut fracturis ad personas iis laborantes. Quodsi cum nonnullis paucioribus libris ἕλκεα ἔχουσι omittas, aut cum aliis solum ἕλκεσι scribas, id evitaveris quidem, sed vereor, ne tum loci auctorem, qui quis fuerit ignoratur, corrigamus; volueram fere scribere τοῖσι ἐν κεφ. ἕλκεσι ἐοῦσι ut proxime ad vulgatam accederem, sed abstineo; videant qui post me ad h. l. accedent.

23. Pro δέ vulgo δεῖ initio. Lectio αἱμορραγέει ἢ μέλλει a Lind. recepta et a Littréo in multis libris Parr. reperta est. — Oratio sane tum huius, tum antecedentis Aphorismi satis denotare mihi videtur, locos eiusmodi recentiore tempore brevibus sententiis ceteris accessisse. Sintne fortasse adscripti ab eodem viro, qui Aph. 21. adiecerit? Nempe loeos hos ampliores deberi puto lectori, qui Aphorismos antiquiores expleret, aut in suum usum adnotationes adscriberet.

24. In verbis τὰ ψυχρὰ. οἷον χιὼν, κρύσταλλος, illud οἷον χιὼν, κρύσταλλος olet notulam marginalem; videndus tamen locus ex Epid. VI. sect. 3. 6., ubi τὸ ψυχρὸν πάνυ φλεβῶν ῥηκτικὸν καὶ βηχώδες, οἷον χιὼν, κρύσταλλος κ. τ. λ. Fieri potest, ut Aph. inde descriptus sit et ut Aphorismorum collector exempla inde depromserit; sed fieri etiam posse credo, ut utroque loco idem glossema adscriptum sit; nam de loco ex Epid. VI. nihil affirmare audeo. Incertus quum sim, nihil de sede sua moveo, sed suspecta verba uncis intercipio.

25. Aphorismum hunc e vulgata lectione describam, interpositis varr. lectt., quae alicuius momenti videantur; τὰ δὲ

©BIUM

κς'. Ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον καὶ ταχέως ψυχόμενον, κουφότατον.

κζ'. Ὁκόσοισι [1] πιεῖν ὀρέξιες νύκτωρ, [2] ἢν ἐπικοιμηθῶσι, ἀγαθόν.

κη'. [3] Γυναικείων ἀγωγὸν ἡ ἐν ἀρώμασι πυρίη.

κθ'. Τὰς κυούσας φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα καὶ ἄχρι ἑπτὰ [4] μηνῶν· [5] τὰς δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι.

λ'. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὑπό τινος τῶν ὀξέων νοσημάτων ληφθῆναι, θανατῶδες.

λα'. Γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκτιτρώσκει· καὶ μᾶλλον [6] εἰ μεῖζον εἴη τὸ ἔμβρυον.

λβ'. Γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ τῶν καταμηνίων ῥαγέντων λύσις.

λγ'. [7] Γυναικὶ τῶν καταμηνίων [8] ἐκλιπόντων αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆναι ἀγαθόν.

λδ'. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ἡ κοιλίη [9] πολλὴ ῥυῇ, κίνδυνος ἐκτρῶσαι.

26. Aqua, quae cito calescit et cito refrigeratur, levissima.

27. Quibus bibendi de nocte appetentia est, si obdormierint, bono est.

28. Odoramentorum suffitus muliebria educit.

29. Si humor impetu fertur, purgare oportet in utero gestantes foetus quatuor mensium et usque ad mensem septimum. Quae vero minimos et grandiores foetus gestant, ab his cavendum est.

30. Mulierem utero gerentem morbo quopiam acuto corripi, lethale.

31. Mulieri uterum gerenti vena secta abortionem facit, idque potissimum si foetus grandior fuerit.

32. Mulieri sanguinem vomitione reddenti, menstruis erumpentibus solutio contingit.

33. Mulieri menstruis deficientibus sanguis ex naribus profluens bono est.

34. Mulieri utero gerenti si alvus multum profluat, abortionis periculum est.

[1] δὲ πιεῖν V. — [2] τοῖσι πάνυ διψῶσι ἢν Sc. V. ut vulg. — [3] Inter hunc Aph. et seq. interponitur 31. in Sc. V. cf. ceterum adn. — [4] μηνῶν ἥσσον Sc. V. ut vulg. — [5] τά Sc. V. — [6] ἤσι μ. τὸ ἐ. Sc. V. omisso εἴη. — [7] γυναικί om. Sc. V. — [8] ἐκλειπόντων. Sc. V. ut vulg. — [9] Sic Sc. V.

(δέ omittunt multi libri et Gal.) ἐν ἄρθροισι οἰδήματα καὶ ἀλγήματα ἅτερ ἕλκεος καὶ ποδαγρικὰ καὶ σπάσματα, τουτέων τὰ πλεῖστα (τό codd nonnulli) ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ῥηΐζει τε καὶ ἰσχναίνει καὶ ὀδύνην λύει· νάρκη δὲ (pro δέ sat multi libri γάρ) μετρίη ὀδύνης λυτική. (ληκτική non pauci libri Parr. et Sc. V.) — Hic locus glossis et interpolationibus refertus est: primum καὶ ποδαγρικὰ καὶ σπάσματα exempla sunt, quae loci lector adscripsit; is τὰ ποδαγρικά adposuit, ut exemplum haberet tumorum sine vulnere aut ulcere, τὰ σπάσματα, ut exemplum proponeret dolorum sine vulnere aut ulcere. — Verba τουτέων τὰ πλεῖστα addita sunt ab eo, qui, receptis glossis superioribus, ex omnibus mistis probabilem aliquam sententiam efficere vellet. Item recentiori lectori debetur καὶ ὀδύνην λύει; nempe primus sententiae auctor id iam indicaverat verbo ῥηΐζει, quippe hoc spectat ad τὰ ἀλγήματα, sicuti ἰσχναίνει spectat ad τὰ οἰδήματα; additamentum illud igitur otiosum est; id ipsum autem peperit alterum νάρκη γὰρ μετρίη ὀδύνης λυτική, quod iterum inepte dicitur, quum non solum νάρκη μετρίη, sed νάρκη quaelibet dolorem sopiat, tum etiam, quia, ut apte haec cohaererent cum superioribus, praecedere debuisset, τὸ ψυχρὸν adferre et facere νάρκην. — Itaque locum his additamentis alienis purgandum putavi.

26. Littréus apud Magn. in margine ἀεί ante κουφότατον legit. Cf. Epid. II. sect. 2. § 11.

27. Quod pone νύκτωρ ceteri omnes habent τοῖσι πάνυ διψῶσι, nihil est, nisi ineptum additamentum, quod refert glossam ad verba ex initio aphorismi ὁκόσοισι πιεῖν ὀρέξιες. Sponte patet, illas πιεῖν ὀρέξιας e magna siti profluere; nam quod fortuito sanus aliquis noctu bibit, id sane auctor loci non respicit; tum vero etiam grammatice ista verba ineptissime cum ceteris cohaerent et orationem misere impediunt. Cum Littréo δέ initio ante πιεῖν plurium librorum auctoritate omisi.

28. Pone πυρίη ceteri libri editi et mss. addunt πολλαχῇ δὲ καὶ ἐς ἄλλα χρησίμη ἂν ἴη, εἰ μὴ καρηβαρίας ἐνεποίεεν. Haec manifesto adnotationem referunt recentioris lectoris; non sunt profecta a loci auctore, quapropter expunxi.

29. Est Aph. 1. Sect. IV. — Illud ἥσσον vulgatae unde ortum sit, collata adn. ad aph. illum patebit; omnino delendum erat. De meo τά in τάς mutavi, uti in aph. l., ad quem rei causam exposui. Galenus monet, in plerisque apographis suae aetatis locum hic legi, in aliis tamen illum non haberi. Apud schol. deficit et omissum vidit Littréus in libris aliquot Parisiensibus.

30. Aphorismum hunc nimium affirmare unus quisque videt.

31. Littréus pro vulg., quam exhibeo, dedit lectionem multorum codd. Parr., quam e libris Leidd. etiam enotavi. Utraque sane bene habet; mihi tamen minus placet transitus a sing. numero ad pluralem in altera illa.

32. In fine λύσις γίνεται pauci libri et Lind.

33. Τῶν δὲ καταμηνίων legunt multi libri omittentes γυναικί; alii eandem lectionem, quam Sc. V. habent. In schol. prior illa lectio, et aphorismus praeterea hicce cum superiore in unum coaluit. Vulgo ἐκλειπόντων, multi vero libri aoristum ferunt; pro ῥυῆναι pauci libri et schol. Dietzii ῥυέν.

34. In πολλὴ ῥυῇ variant libri; vulgo πολλὰ ῥυῇ, quod

©BIUM

λε'. Γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ, ἢ δυστοκούσῃ, πταρμὸς [1]ἐπιγενόμενος, ἀγαθόν.

λς'. Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἄχροα καὶ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ [2]αἰεὶ γιγνόμενα καθάρσιος δεῖσθαι σημαίνει.

λζ'. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν οἱ μαστοὶ ἐξαίφνης ἰσχνοὶ γένωνται, ἐκτιτρώσκει.

λη'. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ὁ ἕτερος μαστὸς ἰσχνὸς γένηται, δίδυμα ἐχούσῃ, [3]θάτερον ἐκτιτρώσκει· καὶ ἢν μὲν ὁ δεξιὸς ἰσχνὸς γένηται, τὸ ἄρσεν, ἢν δὲ ὁ ἀριστερὸς, τὸ θῆλυ.

λθ'. Ἢν γυνὴ μὴ κύουσα μηδὲ τεκοκυῖα γάλα ἔχῃ, [4]ταύτῃ τὰ καταμήνια ἐκλέλοιπε.

μ'. Γυναιξὶ ὀκόσῃσι ἐς τοὺς τιτθοὺς αἷμα ξυστρέφεται, μανίην σημαίνει.

μα'. Γυναῖκα ἢν θέλῃς εἰδέναι εἰ κύει, ἐπὴν καθεύδειν μέλλῃ, ἀδείπνῳ ἐούσῃ, [5]μελίκρητον διδόναι πιεῖν· κἢν [6]μὲν στρόφος αὐτὴν ἔχῃ περὶ τὴν γαστέρα, κύει· ἢν δὲ μὴ, οὐ κύει.

μβ'. Γυνὴ ἔγκυος, [7]εἰ μὲν ἄρσεν κύει, [8]εὔχροός ἐστι· εἰ δὲ θῆλυ, δύσχροος.

μγ'. Ἢν γυναικὶ κυούσῃ ἐρυσίπελας ἐν τῇ [9]ὑστέρῃ γένηται, θανατῶδες.

μδ'. Ὁκόσαι παρὰ φύσιν λεπταὶ ἐοῦσαι

35. Mulieri uteri strangulatu vexatae, aut difficultate partus laboranti, sternutatio succedens bono est.

36. Mulieri menses decolores, neque semper eadem periodo procedentes, purgationem indicant esse necessariam.

37. Mulieri utero gerenti si mammae derepente gracilescant, abortionis periculum est.

38. Mulieri utero gemellos gerenti, si altera mamma gracilis evadat, alterum abortum edit, et si quidem dextra mamma gracilescat, marem, si vero sinistra, feminam.

39. Si mulier, quae neque gravida est, neque peperit, lac habet, ei menstrua defecerunt.

40. Mulieribus, quibus ad mammas sanguis in tumorem colligitur, furor significatur.

41. Si nosse velis num mulier conceperit, ei dormiturae aquam mulsam, quum non coenaverit, propinato, et si ventris tormina eam corripuerint, concepit, sin minus, non concepit.

42. Mulier praegnans, si marem gestat, coloratior est, sin foeminam, minus colorata.

43. Mulieri praegnanti erysipelas in utero, lethale.

44. Quae praeter naturam tenues utero ge-

[1] Sic Sc. V. — [2] αἰεὶ om Sc. — [3] θάτερα V. — [4] ταῦτα Sc. V. — [5] μελίκρατον Sc. V. — [6] περὶ Sc. V. — [7] ἢν V. ἄρρεν V. — [8] εὔχρους — δύσχρους Sc. V. — [9] κύστει Sc. V.

ex illo ortum puto; nempe sola lectio, quam exhibui, veram loci scripturam referre existimo. Galeni ἐνῇ πολλάκις recentius est, neutiquam ab auctore profectum.

35. In paucis libris ἢ καὶ δυστ. legitur. Vulgo ἐπιγινόμενος; multi tamen libri aor. participii ferunt.

36. Gal. in comm. memorat et falso exponit lectionem χρόνια pro ἄχροα, quae sine dubio falsa est. Littréus in libris Parr. eam non vidit. Sicuti in Sc. αἰεί omittitur, ita in pluribus aliis omissum vidit Littréus.

37. Cf. Epid. II. p. 999. Foësio ἀποφθειρουσέων οἱ τιτθοὶ προϊσχναίνονται. E lib. I. de morbis mull. Foësius similem doctrinam exhibentia adfert; locus legitur p. 601. vs. 25. Foësio, — licet ibi de alia re agatur.

38. In libris tum in hoc aph., tum in 37° etiam forma μαστός cernitur, sicuti in Scal. cod.

39. Textus huius aph. in Galeni Edd. minus recte habet, omissis in Basil. ἢν initio, vel εἰ, ante γάλα, et in Kühniana μὴ ante κύουσα. Pro ταύτῃ libri nonnulli ταύτης.

40. Pro τιτθούς in paucis libris μασθούς, μαστούς. Pro αἷμα libri duo Parr. γάλα. cf. vero Epid. II. in fine totius libri: τῷ μέλλοντι μαίνεσθαι τόδε προσημαίνει τὸ σημεῖον· αἷμα συλλέγεται αὐτῷ ἐπὶ τοὺς τιτθούς. — Cum adnn. ad h. l.

41. Littréus in adnn. monet, comm. Galeni ad hunc aph. non congruere cum textu, quippe in quo verba ἀδείπνῳ ἐούσῃ adscribantur, dum in comm. de tota re loquatur, quasi ista verba non legisset. Equidem in Edd. Basil. et Kühniana et apud interpretem Latinum verba ἀδείπνῳ ἐούσῃ non lego; nec dubium, quin hac auctoritate Foës. ea omiserit in versione. Theophilus omnino legit ἀδείπνῳ ἐούσῃ, quod in libris a Galeno adhibitis defecisse videtur. Neque tamen credo esse insititia; cum praecepto in aphorismo conferri possunt loci e lib. de sterilibus p. 416., ubi praecepta traduntur magnam partem cum aph. congruentia. Cf. etiam Ep. VI. 8. 19. — Quod ceterum ad lectionem loci attinet, pro διδόναι in paucis codd. δοῦναι, aut δίδου; — κἢν μέν pro vulg. κἢν περ, quod vitiosum est, dedit Littréus e multis codicibus.

42. In scriptione loci ἢν libri alii, tum εὔχρους, δύσχρους vulgo. Foësius εὔχροος et δύσχροος de facie coloratiore, pallidiore accipit. Cf. lib. de sterilibus § 216. Littréo, initio, — ubi ὅσαι ἔφηλιν ἐπὶ τοῦ προσώπου ἴσχουσι pro δύσχρους aphorismi nostri.

44. Vulgata habet ἐκτιτρώσκουσι δίμηνα; at δίμηνα omit-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 573 sur 880

©BIUM

[1] ἐν γαστρὶ ἔχουσι, ἐκτιτρώσκουσι πρὶν ἢ παχυνθῆναι.

με'. Ὁκόσαι δὲ μετρίως τὸ σῶμα ἔχουσαι ἐκτιτρώσκουσι δίμηνα καὶ τρίμηνα ἄτερ προφάσιος φανερῆς, ταύτῃσι αἱ κοτυληδόνες μύξης μεσταί εἰσι, καὶ οὐ δύνανται κρατέειν ὑπὸ τοῦ βάρους τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' [2] ἀπορρήγνυνται.

μς'. Ὁκόσαι παρὰ φύσιν παχεῖαι ἐοῦσαι μὴ ξυλλαμβάνουσι ἐν γαστρὶ, ταύτῃσι τὸ ἐπίπλοον τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ἀποπιέζει καὶ πρὶν ἢ λεπτυνθῆναι οὐ κύουσι.

μζ'. Ἢν ὑστέρη ἐν τῷ ἰσχίῳ ἐγκειμένη διαπυήσῃ, ἀνάγκη ἔμμοτον γενέσθαι.

μη'. Ἔμβρυα τὰ μὲν ἄρσενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι μᾶλλον.

μθ'. [3] Ἐς ὑστέρων [4] ἐκπτώσιας [5] πταρμικὸν προσθεὶς ἐπιλαμβάνειν τοὺς μυκτῆρας καὶ τὸ στόμα.

ν'. Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἢν βούλῃ ἐπίσχειν, σικύην ὡς μεγίστην πρὸς [1] τοὺς τιτθοὺς πρόσβαλλε.

runt, abortiunt, donec pleniores evadant.

45. Quae vero mediocri corporis habitu praeditae, foetus bimestres, aut trimestres absque occasione manifesta abortione excludunt, iis uteri acetabula (Graeci κοτυληδόνας vocant) mucoris plena sunt, neque prae pondere foetum gerere possunt, sed abrumpuntur.

46. Quae praeter naturam crassae non concipiunt, iis omentum os uteri comprimit, neque prius quam extenuentur, praegnantes efficiuntur.

47. Si uterus ad coxam incumbens suppuratus fuerit, eum per linamenta medicamento conveniente illita curari necesse est.

48. Mares uteri dextra parte, feminae sinistra magis gestantur.

49. Ut secundinae excidant, sternutatorio naribus apposito eas et os comprimito.

50. Mulieri si voles menstrua sistere, cucurbitulam quam maximam ad mammas appone.

[1] ἐν γ. ἐχ. omm. Sc. V.; reliqua ita habent scripta: ἐκτιτρ., οὐ κύουσιν πρὶν ἢ παχ. — [2] Sic Sc. ἀπορρήγνυνται V. ut vulg. — [3] ἐς om. Sc. V. — [4] ἐκπτώσιες Sc. V. — [5] τούς om. in Sc. V.

tunt multi libri, Foës. et Corn. in versione, Lind., Littr. in textu. Forte e sequenti aph. huc devenit. Lectionem mss. Leidd. in pluribus Parr. vidit Littréus, qui monet de loci interpretatione: mihi Corn. et Foës. eum recte Latine reddere visi sunt, neque alio modo accepisse, quam Littréus Gallice expressit.

45. Quod ad loci lectionem, δέ initio pluribus in mss. abest. In omnibus libris ἄτερ προφάσιος φανερῆς, aut φαν. προφ., infra in aph. 55. ἄνευ προφ. φαν. In fine ἀπορρήγνυνται libri longe plurimi pro singul. numero vulgatae. Ionismi a Littréo e libris sunt dati. Operae pretium est Galeni comm. ad h. l. legisse.

46. Littréus adnotat: „d'après Theophile ἐπίπλοον signifie ici non l'epiploon, mais metaphoriquement la graisse developpée dans la matrice; et dans cod. Escor. il est dit que l'epiploon ne peut s'étendre assez pour couvrir sans douleur l'orifice de la matrice." Verum est, Theophilum talia tradere et in codice Escor. talia legi, sed non minus verum est, nos his exegetis fidem denegare debere. Aphorismi auctor de nulla alia re quam de epiploo loquitur et ex hypothesi parum sane congrua sterilitatem explicat. De pinguedine in ipso utero in aphorismo sermo non est.

47. Foës. et Littréus attulerunt locum e lib. II. de morbis mulierum, quem item adponam: ἢν αἱ μῆτραι ψαύσωσι τοῦ ἰσχίου καὶ προσκέωνται, στερεὸν γίνεται ἐπὶ τὸν κενεῶνα καὶ ὀδύναι νεαίρης γαστρὸς καὶ ἐς αὐτὸν τὸν κενεῶνα καὶ ἐς τὰς ἰξύας καὶ ἐς τὰ σκέλεα ἡ ὀδύνη ἐμπίπτει καὶ τι-

ταίνονται καὶ ἐκπυΐσκονται καὶ ἔμμοτοι γίνονται· αἱ δὲ ῥεόμεναι ὄλλυνται, ἢν μὴ τάμῃς, ἢ καύσῃς. (Vid. p. 302. Ed. Par.).

48. Cf. Epid. II. sectio 6. 15.

49. Foës. adfert locum ex Epid. II. sect. 5., ubi haec: χορίων κάθαρσις, ἢν ὑπερέχῃ· ἐλλέβορον πρὸς τὰς ῥῖνας προστιθέναι, ὥστε πτάρνυσθαι καὶ ἐπιλαμβάνειν τὰς ῥῖνας τῆς πταρνυμένης καὶ τὸ στόμα. — Aph. noster forte ex illo loco est desumtus; iam vero initio eius nude ὑστέρων ἐκπτώσιας vulgo; in aliis vero libris ὑστέρων ἐκπτώσιες. Lind. et Dietz. idem fecerant, quod ipse feceram, antequam eorum lectionem, aut Galenum Kühnii inspexeram: nempe vulgatae ἐς praemiserunt, quod nisi facias, sanus e loco sensus non efficitur, et vero accusativus vulgatae sponte ducit ad hanc verborum expletionem. Littréus e libris aliquot, iisque non paucis, dedit ἐπιλάμβανε; non video causam, cur de vulgata decedam. In mss. Leidd. inter hunc aph. et sequentem intermedius est alius, quem etiam Lettréus in multis libris vidit: γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ τεινεσμὸς ἐπιγενόμενος ἔκτρωσιν ποιέει.

50. Gal. in comm. memorat lect. ὑπὸ τοὺς τιτθούς, quam multum commendat. Omnes, quos vidi, ἐπισχεῖν edunt; tum lectio est πρόσβαλε pro πρόσβαλλε; mihi omnia praesente tempore descripta fuisse sunt visa. Cum h. l. cf. Epid. II. sectio 6. 16., ubi παρὰ τὸν τιτθόν. Aph. recentiorem illo loco esse dixerim.

©BIUM

να'. Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ [1] ἔχουσι, τούτων τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ξυμμέμυκε.

νβ'. Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γάλα [2] πουλὺ ἐκ τῶν μαζῶν ῥυῇ, ἀσθενὲς τὸ [3] ἔμβρυον· ἢν δὲ στερεοὶ οἱ [4] μασθοὶ ἔωσι, ὑγιεινότερον τὸ [3] ἔμβρυον.

νγ'. Ὁκόσαι διαφθείρειν μέλλουσι τὰ ἔμβρυα, ταύτῃσι οἱ [4] τιτθοὶ [5] ἰσχνοὶ γίγνονται· ἢν δὲ πάλιν σκληροὶ γένωνται, ὀδύνη ἔσται ἢ ἐν τοῖσι τιτθοῖσι, [6] ἢ ἐν τοῖσι ἰσχίοισι, [ἢ ἐν τοῖσι ὀφθαλμοῖσι,] ἢ ἐν τοῖσι γούνασι, καὶ οὐ διαφθείρουσι.

νδ'. Ὁκόσῃσι τὸ στόμα τῶν ὑστερέων σκληρόν ἐστι, ταύτῃσι ἀνάγκη ξυμμύειν.

νε'. Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ὑπὸ πυρετῶν λαμβάνονται καὶ ἰσχυρῶς ἰσχναίνονται ἄνευ προφάσιος φανερῆς, τίκτουσι χαλεπῶς καὶ ἐπικινδύνως, ἢ ἐκτιτρώσκουσαι κινδυνεύουσι.

νς'. Ἐπὶ ῥόῳ γυναικείῳ σπασμὸς, [7] ἢ λιποθυμίη [8] ἢν ἐπιγένηται, κακόν.

νζ'. Καταμηνίων [9] γενομένων πλειόνων, καὶ μὴ [10] γενομένων, ἀπὸ τῆς ὑστέρης νοῦσοι ξυμβαίνουσι.

51. Quae utero gerunt, iis uteri os connivet.

52. Mulieri uterum gerenti si lac copiosum e mammis effluat, foetus imbecillus est; quodsi vero durae sint mammae, foetus valentior est.

53. Quae foetus corrupturae sunt, iis mammae extenuantur. Quodsi contra durae evadunt, dolor erit vel in mammis, vel in coxis, [vel in oculis,] vel in genibus, neque foetum corrumpunt.

54. Quibus os uteri durum est, iis id connivere necesse est.

55. Quaecumque utero gerentes febribus detinentur et vehementer extenuantur citra manifestam causam, eae difficulter et cum periculo pariunt, aut ex abortu in periculum incidunt.

56. In fluore muliebri, si convulsio accedat, aut animi defectio, malo est.

57. Mensibus copiosioribus profluentibus ac non prodeuntibus, ab utero morbi eveniunt.

[1] ἔχουσαι Sc. V. — [2] πολύ Sc. V. — [3] ἐμβ. σημαίνει Sc. V. etiam in fine Aph. — [4] μαστοί Sc. V. — [5] ἰσχυροί V., sed corrigitur in marg. — [6] ἢ ἢν — ὀφθαλμοῖσι om Sc. ἢ ἢν τοῖσι ὀφθ. om. V. — [7] καί Sc. V. ut vulg. — [8] ἢν ἐπιγ. omitt. Sc. V. — [9] Sic Sc. γινομ. V. — [10] γινομ. Sc. V.

51. Gal. legit: τουτέων συμμύει τὸ στόμα τῶν ὑστερέων.

52. Cf. Epid. II. sect. 6. 18. In vulgata utroque loco pone ἔμβρυον infertur σημαίνει; equidem ineptissimum additamentum recentioris temporis delevi, quod faciendum esse, docet etiam locus ex Epid. II.

53. In comm. Galeni ad h. l. p. 846. vs. 6. pro αὐτῶν φαιν. lege αὐτῶν τῶν φαιν. — Non quia in cod. Voss. omittitur, sed quia tam miro modo oculi inter coxas et genua memorantur, mihi non parum suspecta sunt verba ἢ ἐν τοῖσι ὀφθαλμοῖσι. In uno lib. Par. ἢ ἐν τοῖσι ἰ. deficit.

54. Vulgo editur: ταύτῃσι ἀνάγκη τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ξυμμύειν. Mihi librariis ista repetitio verborum τὸ στόμα τῶν ὑστερέων deberi videtur; ad perspicuitatem aut gravitatem orationis non confert; prorsus otiosa est et inepta. Gal. in comm. dicit se malle ut aph. collocatus esset pone 51um.

55. Magnopere advertit varietas lectionis in hoc aphorismo: pro vulgato ἰσχναίνονται in multis libris habetur θερμαίνονται, quam lectionem viderunt et interpretati sunt Theoph. et Damascius. In Galeni textu Hippocratico non habetur, sed legitur vulgatum ἰσχναίνονται; verum si comm. Galeni conferas, verba ostendunt, hunc quoque θερμαίνονται legisse, ita ut haec lectio in nostri aphorismi textum Galenicum inferenda sit. In postremis verbis ἐκτιτρώσκουσαι κ. item lectionis varietas est: legitur in paucis libris ἐκτιτρώσκειν, — apud Magn. in marg. ἐκτρῶσαι. — Corn. vulgatam Latine reddidit; Foës. Latine dedit: „aut in abortionis periculum incidunt." Itaque vertit, quasi ἐκτιτρώσκειν aut ἐκτρῶσαι κινδυνεύουσι legisset. Mihi in utraque re, tum in lect. ἰσχναίνονται, tum in ἐκτιτρώσκουσαι vulgata servanda videtur, prius illud ut verum esse credam, facit aph. 44.; hoc ut probem, librorum plurimorum consensus et nexus cum antecedente τίκτουσι χαλεπῶς καὶ ἐπικινδύνως.

56. Pro vulg. καὶ λειποθυμίη dedi ἢ λιποθυμίη: nempe e cod. Escor. hoc apud schol. Dietzii excerptum est: ἀμέλει τὰ παλαιὰ τῶν ἀντιγράφων τὸν ἢ διαζευκτικὸν ἔχουσι — τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων ἔχουσι τὸν καὶ συνδεσμόν. In mss., quos Littréus vidit, omnibus καί legitur, sed vel sine cod. Escor. auctoritate ἢ reposuissem, loci sensu id flagitante, quum frequens sit harum particularum permutatio. Verba ἢ ἐπιγένηται, quae in mss. Leidd. desunt, absunt quoque e 7. libris Parr. apud Littréum. Sintne eximenda, nec ne, diiudicatu difficile est. Forte forma loci prima fuerit: Ἐπὶ ῥόῳ γυναικείῳ σπασμὸς, κακόν. Cf. primus Aph. huius sectionis.

57. Vulgata lectio est: καταμηνίων γενομένων πλειόνων νοῦσοι συμβαίνουσι καὶ μὴ γενομένων ἀπὸ τῆς ὑστέρης γίνονται νοῦσοι, nisi quod γινομένων legitur, pro quo priore loco codd. aliquot aor. habent, sed non altero, licet vel in hac lect. aor. utroque loco praestet: hae in re libris non tribuo fidem. Gal. in comm. movet quaestionem, an solum a menstruis deficientibus morbi uteri proveniant, — an vero

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 575 sur 880

©BIUM

νη'. Ἐπὶ [1] ἀρχῷ φλεγμαίνοντι καὶ [2] ὑστέρῃ φλεγμαινούσῃ [3] καὶ ἐπὶ νεφροῖσι ἐμπύοισι στραγγουρίη ἐπιγίγνεται, ἐπὶ [4] δὲ ἥπατι φλεγμαίνοντι λύγξ ἐπιγίγνεται.

νθ'. Γυνὴ ἣν μὴ λαμβάνῃ ἐν γαστρὶ, [5] βούλῃ δὲ εἰδέναι εἰ λήψεται, περικαλύψας ἱματίοισι, θυμία [6] κάτωθεν· κἢν μὲν πορεύεσθαί σοι δοκέῃ ἡ ὀδμὴ διὰ τοῦ [7] σώματος ἐς τὰς ῥῖνας καὶ ἐς τὸ στόμα, γίγνωσκε ὅτι αὕτη οὐ δι' ἑωυτὴν ἄγονός ἐστι.

ξ'. Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ [8] αἱ καθάρσιες πορεύωνται, ἀδύνατον τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν.

ξα'. Ἢν γυναικὶ αἱ καθάρσιες μὴ πορεύωνται, μήτε φρίκης μήτε πυρετοῦ [9] ἐπιγενομένου, ἄσαι δὲ αὐτῇ προσπίπτωσι, λογίζου ταύτην ἐν γαστρὶ ἔχειν.

ξβ'. Ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς καὶ ὁκόσαι καβύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυΐσκουσι, ἀποσβέννυται γὰρ ὁ γόνος· καὶ ὁκόσαι ξηρὰς μᾶλλον καὶ [10] περικαέας, ἐνδείῃ γὰρ τῆς τροφῆς φθείρεται τὸ σπέρμα· ὁκόσαι δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τὴν κρᾶσιν ἔχουσι ξύμμετρον, [11] ἐπίτεκνοι γίγνονται.

ξγ'. Παραπλησίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρρέ-

58. Ad recti intestini et uteri inflammationem, renesque purulentos stranguria succedit; at iecore inflammatione laborante succedit singultus.

59. Si mulier non concipiat, scire autem velis num conceptura sit, vestibus undique obvolutae per inferna suffitum apponito, et si odor quidem ad nares et os usque per corpus tibi pervadere videatur, ipsam non ex sese infoecundam esse scito.

60. Si mulieri utero gerenti purgationes eant, foetus ut bene valeat fieri non potest.

61. Si mulieri purgationes non prodeant, neque horrore neque febre succedente, ciborum vero fastidia ei accidant, gravidam esse existimato.

62. Quae frigidos et densos habent uteros non concipiunt, neque quae praehumidos habent, si quidem in ipsis genitura exstinguitur. Et quae plus aequo siccas et adurentes, alimenti namque inopia semen corrumpitur. At quae ex utrisque moderatam nactae sunt temperiem, eae foecundae evadunt.

63. Eadem vero ratio est in maribus, aut

[1] ἀρχῷ τινι Sc. V. — [2] ὁ. τινί Sc. V. — [3] ante καί Sc. V. στραγγουρίη ἐπιγίνεται, ut vulg. tum καί om. — [4] δέ om. Sc. V. — Iam vero in Sc. V. inter hunc Aph. et seq. interponitur hicce: τῇσι φθείρειν μελλούσαις οἱ μαστοὶ ἰσχνοὶ γίνονται. — [5] βούλει V. — [6] κάτω Sc. V. — [7] στόματος Sc. V. — [8] αἱ om. Sc. V. — [9] Sic Sc. V. — [10] περικεκαυμένας Sc. V. — [11] αἱ τοιαῦται ἐ. γ. Sc. V.

etiam a nimium profluentibus. Mihi totus aph. in vulgata ita se habere videtur, ut de perturbatione loci sponte cogites: non dicam, eum, qui mordicus vulgatam tenere velit, non argumenta posse arripere, quibus suam sententiam quomodocumque defendat, sed numquam efficiet, ut consecutio apta fiat verborum νοῦσοι συμβαίνουσι in priore, et ἀπὸ τῆς ὑστέρης γίγνονται νοῦσοι in altera parte. — Iste longe ineptissimus inter utrumque membrum parallelismus ut vulgatam repudiem facit et ut locum eo modo, quo feci, describendum censeam.

58. Pone φλεγμαινούσῃ in vulg. etiam leguntur verba: στραγγουρίη ἐπιγίνεται, sed omiserunt Corn. et Foës. in versione, Lind. in textu. Mihi quoque otiose a librariis eo loco invecta visa sunt. Ceterum hic aphorismus miro modo vicinis interponitur, quum hi omnes de morbis mulierum agant.

59. Vulgo κάτω, multi libri κάτωθεν, quod praefero. In multis codd. σοι omittitur, alii non pauci καὶ οἱ; mihi vulgata vera lectio esse videtur. Pro vulg. αὐτή libri quatuor αὕτη, alii tres pronomen omittunt. — Cum experimento in hoc aph. convenit, quod lib. de sterilibus p. 416. Littréo cum allio suadetur; cf. etiam lib. de superfoetatione § 25. Littréo.

60. In vulg. αἱ omittitur; recte Lind. et Littréus adscripserunt; hic in multis codd. additum vidit.

61. Pone δέ in libris tribus adscripta vidit Littréus verba ἀλλόκοτοι καὶ ποικίλαι ὀρέξιες, quae me saltem iudice per particulam disiunctivam ἤ cum reliquis coniuncta fuerint.

62. Vulgata lectio principii huius aphorismi haec est: ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχουσι οὐ κυΐσκουσι καὶ ὁκόσαι καβύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας οὐ κυΐσκουσι, ἀποσβέννυται γὰρ κ. τ. λ. In codd. Leidd. lego: ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχουσι, οὐ κυΐσκουσι καὶ ὁκόσαι καβύγρους αὐτὰς ἔχουσι ὁμοίως ἀπόσβ. κ. τ. λ. — Similem lectionem aliasque paululum diversas notavit Littréus e libb. Parr. — Mihi sola vulgata ad verum ducere videtur: nempe a recentioribus s. librariis s. interpolatoribus verba τὰς μήτρας ἔχουσι οὐ κυΐσκουσι alterutro loco parum opportune illata mihi videntur. Nam procul dubio ἀποσβέννυται τὸ γόνος spectat et ad ψυχρὰς καὶ πυκνάς et ad τὰς καβύγρους μήτρας. Idcirco delevi otiosa illa loco priore, quo facto pristinam auctoris scripturam restitutam esse opinor. Ante ἐπίτεκνοι vulgo αἱ τοιαῦται infertur, quod item librariis deberi putavi; omittitur in paucis libris Parisiensibus.

63. Quod attinet ad loci lectionem, pro vulg. δι' ἀραιότητα cum Littréo dedi διὰ τὴν ἀραιότητα, quia mox libri consentiunt in διὰ τὴν πυκνότητα et διὰ τὴν ψυχρότητα. —

©BIUM

νων· ἢ γὰρ [1] διὰ τὴν ἀραιότητα τοῦ σώματος τὸ πνεῦμα ἔξω φέρεται πρὸς τὸ μὴ παραπέμπειν τὸ σπέρμα· ἢ διὰ τὴν πυκνότητα τὸ ὑγρὸν οὐ διαχωρέει ἔξω· ἢ διὰ τὴν ψυχρότητα οὐκ [2] ἐκπυριᾶται, ὥστε ἀθροίζεσθαι πρὸς τὸν τόπον τοῦτον· ἢ διὰ τὴν θερμασίην τὸ αὐτὸ τοῦτο γίγνεται.

enim propter corporis raritatem spiritus foras dissipatur, ita ut ne semen transmittat, aut propter densitatem humor foras non excernitur, aut ob frigiditatem non fovetur, ut ad eum locum cogatur, aut ob calorem hoc idem contingit.

ξδ'. Γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι κακόν· κακὸν δὲ καὶ πυρέσσουσι καὶ οἷσι ὑποχόνδρια μετέωρα [3] καὶ διαβορβορύζοντα καὶ τοῖσι διψώδεσι· [4] κακὸν δὲ καὶ οἷσι χολώδεες αἱ ὑποχωρήσιες ἐν ὀξέσι πυρετοῖσι ἐοῦσι, καὶ οἷσι αἵματος πολλοῦ διαχώρησις γέγονε. ἁρμόζει δὲ [5] φθινώδεσι μὴ λίην πυρέσσουσι· διδόναι [6] δὲ καὶ ἐν πυρετοῖσι μακροῖσι βλυχροῖσι, [7] μηδενὸς τῶν προειρημένων σημείων παρεόντος, παρὰ λόγον δὲ ἐκτετηκότων.

64. Lac exhibere capite dolentibus malum. Malum item et febricitantibus et quibus praecordia sublata sunt et murmurant et siticulosis. Malum quoque et quibus biliosae sunt deiectiones, dum febre acuta laborant, et quibus copiosa sanguinis deiectio facta est. At tabidis lac dare convenit, non valde febricitantibus, et in febribus longis et languidis, dum nullum e supra commemoratis signis adfuerit, et praeter rationem sunt extenuati.

ξε'. Ὁκόσοισι οἰδήματα ἐφ' ἕλκεσι [8] φαί-

65. Quibus cum ulceribus tumores conspici-

[1] δι' ἀραιότ. Sc. V. ut vulg. — [2] ἐκπυριᾶται Sc. V. ut vulg. — [3] καί om. Sc. V. ut vulg. — [4] κακὸν δὲ καὶ τοῖσι χολωδεστέρας τὰς ὑποχ. ἐν δ. π. ἔχουσι. — [5] φθινώδεσι τὸ γάλα, ἀλλὰ μὴ τοῖσι λίην πολλῷ πυρετ. Sc. V. — [6] δὲ γάλα καί Sc. V. — [7] μηδενὸς ὁκόσων προείρηται συνεδρεύοντος τῶν σημείων παρεόντων οὐ καλὸν δὲ τῶν ἐκτετηκότων. Sc. V. — [8] φαίνονται Sc. V. ut vulg.

Vulgo διὰ τὴν ψυχρότητα οὐκ ἐκπυριᾶται: sunt autem libri aliquot pauciores, qui ἐκπυριᾶται habent, quod cum Lind. recepi, quia nescio an Dorica illa forma usitata sit. Sed alia hic exsurgit quaestio: pauci enim libri praebent ἐκπυροῦται et vero Corn. et Foës. *concalescit* et *accenditur* Latine dederunt, quasi hoc legissent. Littréus ἐκπυροῦται recepit, sed maxime fecit, quia Schneiderum in Lex. de verbo ἐκπυριᾶσθαι dubitantem vidit. Mihi quidem incognitum est, quare de verbo ἐκπυριᾶσθαι is dubitaverit, quum in forma et compositione nihil sit quod offendat. Sed quaero, num ἐκπυροῦσθαι idem significet quod ἐκπυριᾶσθαι? Puto autem esse diversa: ἐκπυροῦται est *accenditur*, sed ἐκπυριᾶται hic est *fovetur ita ut e partibus prodeat*. Hoc igitur magis congruere videtur cum loci sensu quam illud; maxime quum infra διὰ τὴν θερμασίην τὸ αὐτὸ τοῦτο γίγνεσθαι dicatur, unde iure deduxeris, auctorem mediocrem calorem in corpore requirere, ut sperma proveniat et ad genitalia deferatur, cum quo modico calore minus congruit ἐκπυροῦσθαι. Idcirco non video, cur hoc praeferam prae verbo in plurimis codd. obvio, probae formae, et quod cum nexu rerum bene quadrat. Galenus suppositicium esse aphorismum affirmat in comm. nec locum cum superiore aptam antithesin facere dicit, doctrinam illo contentam maxime impugnans. Ad hanc vero quod attinet, en! quorsum redit: Sperma ex universo corpore prodit, sicuti dicitur initio libri περὶ γονῆς; — emittitur impetu spiritus; propter corporis raritatem spiritus per totam eius superficiem dissipatur, ita ut semen extrudere non possit; vel etiam adeo densum esse potest corpus, ut semen ad genitalia deferri nequeat; vel ex humoribus non provenit, quia propter frigus in corpore non fovetur, ita ut ex humoribus excernatur et ad genitalia deferatur; vel propter calorem ad genitalia non defertur, quod quare in nimio calore non fiat, non docet loci auctor. — Doctrina haec eiusmodi est, ut cum veterum doctrinis non pugnet, me iudice. Ceterum fateor, me quoque, antequam Galeni commentarium legeram, putavisse, locum esse adscriptum a lectore aliquo ad aph. antecedentem; quod ut opinarer duo me impulerunt: primum mirus ordo, quo in media serie aphorismorum ad mulierum morbos spectantium in hoc ad viros transitur; tum etiam illud πραπλησίως δέ — quod apte initium facit annotationis alicuius. Licet Galeno concedendum sit, doctrinam in hoc aph. non esse prorsus eandem, quae in superiore, tamen neque prorsus dissimilis est, si rem recte reputemus. Color et frigus, raritas et densitas sunt summa momenta in aph. utroque.

64. Quod ad loci lectionem attinet, cett. πυρεταίνουσι, sed unus cod N' πυρέττουσι, unde formam antiquiorem, quae infra obvia etiam, revocavi, καί ante διαβορβ. intulit Littréus e codd. tribus. Quod ceterum dicit, Galenum in comm. copulam agnoscere, id mihi non constitit. Littréus in uno cod. vidit καὶ ἐν ὀξέσι π. ἐ., quod vere commentario Galeni tribuit copulam desiderantis; hinc factum, ut Foës. *quique febre acuta laborant* daret. Vulgo μὴ λίην πολλῷ πυρέσσουσι, in quo schol. Dietzii et codd. aliquot omittunt πολλῷ; Littréus voculam defendit, quia Gal. in comm. de ea loquatur; me id non movet: πολλῷ h. l. ineptum est et errore repetitum referre videtur πολλοῦ, quod paulo ante legitur. Τοῖσι φθινώδεσι vulgata aliquantum superius, unde plurium codd. fide τοῖσι eiecit Littréus; item cum Littréo ἐκτετηκότων e libris multis pro vulg. ἐκτετηκόσι dedi. In comm. Galeni p. 874. vs. 10. πρὸ τοῦ γ., pro quo lege πρὸς τοῦ γ. — p. 875. vs. 8. legendum puto καὶ τοῖσι ἐν ὀξέσι π. ἐ. et ad eundem modum apud Gal. textum esse reficiendum aphorismi nostri.

65. Mediae partis huius aph. lectio vulgata haec est: τουτέων δὲ ἀφανισθέντων ἐξαίφνης τοῖσι μὲν ὄπισθεν σπασμοὶ, τέτανοι. τοῖσι δὲ ἔμπροσθεν μανίαι, ὀδύναι κ. τ. λ. — Haec mihi integra esse non videntur: aut fallor, aut τέτανοι invectum est, postquam aliquis ὄπισθεν σπασμοί coniungens in margine adscripserat τέτανοι, ita interpretatus ὄπισθεν σπασμοί. Nimirum cum h. l. convenit qui dudum a Foësio

©BIUM

νεται, οὐ μάλα σπῶνται, οὐδὲ μαίνονται· τούτων δὲ ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, τοῖσι μὲν ὄπισθεν, [1]σπασμοὶ, τοῖσι δὲ ἔμπροσθεν, μανίαι, ἢ ὀδύναι πλευροῦ ὀξεῖαι, ἢ ἐμπύησις, ἢ [2]δυσεντερίη, ἢν ἐρυθρὰ μᾶλλον ἢ τὰ οἰδήματα.

ξς'. Ἢν τραυμάτων [3]ἰσχυρῶν ἐόντων οἴδημα μὴ [4]φαίνηται, μέγα κακόν.

ξζ'. [5]Τὰ χαῦνα χρηστὰ, τὰ ἔνωμα, κακά.

ξη'. Τῷ τὰ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ ἡ ἐν τῷ μετώπῳ ὀρθίη φλὲψ τμηθεῖσα ὠφελέει.

ξθ'. Ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶ μὲν ἐξ ὀσφύος μᾶλλον [6]καὶ διὰ νώτου ἐς κεφαλὴν... ἀτὰρ καὶ ἀνδράσι μᾶλλον ὄπισθεν ἢ ἔμπροσθεν τοῦ σώματος. [οἷον [7]ἀπὸ πηχέων καὶ

untur; ii fere neque convelluntur, neque in furorem aguntur. At iis derepente evanescentibus, quibus quidem a tergo sunt ulcera, convulsiones fiunt; quibus vero a fronte, furores, aut lateris dolores acuti, aut puris collectio, aut intestinorum difficultas, si rubri tumores fuerint.

66. Si magnis exsistentibus vulneribus, tumor non conspiciatur, ingens malum.

67. Molles tumores boni, at crudi mali.

68. Ei, qui parte capitis posteriore dolet, recta in altum tendens vena in fronte secta prodest.

69. Rigores mulieribus quidem initium ducunt ex lumbis magis et per dorsum ad caput perveniunt. Quin etiam viris parte corporis posteriore magis quam anteriore, [veluti ex cubitis

[1] σπασμοὶ, τέτανοι, τοῖσι δὲ ἔμπρ. Sc. V. ut vulg. — [2] δυσεντερίαι Sc. V. — [3] ἰσχυρῶν καὶ πονηρῶν ἐόντων Sc. V. — [4] Sic Sc. V. — [5] V. om. Aph. hunc. — [6] καὶ — μᾶλλον. haec desunt in cod. V. — [7] ἀπό τε V.

adlatus est ex Epid. II. sect. 3. sub finem, ubi legimus: οἷσι οἰδήματα ἐφ' ἕλκεσιν, οὐ μάλα σπῶνται, οὐδὲ μαίνονται· τούτων δὲ ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, οἷσι μὲν ἐς τὸ ὄπισθεν, σπασμοὶ μετὰ πόνων, οἷσι δὲ ἐς τοὔμπροσθεν, ἢ μανίαι, ἢ ὀδύναι πλευροῦ ὀξεῖαι, ἢ δυσεντερίη ἐρυθρή. Τὰ οἰδήματα κ. τ. λ. Cuius tamen loci finis a Lind. est emendatus ad aphorismi verba, ita ut ἢν ἐρυθρὰ ᾖ τὰ οἰδήματα scriberet; de ceteris cf. adnn. ad lib. Epid. II. Iam vero hoc loco de tetano sermo non est, quod firmat meam de τέτανοι in aph. coniecturam. — Ceterum vulgo φαίνονται, sed quod exhibeo, e Gal., schol., pluribus codd. iam dedit Littréus. In vulg. ἤ ante ὀδύναι abest; habetur tamen in codd. aliquot Parr. et schol., ubi μανίη ἢ ὀδύνη ὀξείη; forte ἤ in vulgata omissum indicio est, singulari numero haec olim omnino descripta fuisse; potest vero loco ex Epid. II. pluralis defendi, sed ἤ sine dubio requiro. Quis nexus sit inter ἢ ἐρυθρὰ μᾶλλον ἢ τὰ οἰδήματα et superiora, nondum satis intelligo; cf. adnn. ad locum ex Ep. II. Aphorismus 65. nihil esse mihi videtur, nisi adnotatio recentior ad locos, qui iam aph. 66. et 67. sunt nobis.

66. Vulgo editur aphorismus hoc modo: ἢν τραυμάτων ἰσχυρῶν ἐόντων καὶ πονηρῶν οἴδημα μὴ φαίνηται, κακόν. Illud πονηρῶν est additamentum recentius, quod in aliis libris pone ἰσχυρῶν infertur, in aliis non paucis adeo extrusit veram scripturam, quippe legunt, uti schol. etiam: ἢ τραυμάτων πονηρῶν ἐόντων. Aphorismum scribendum esse, quemadmodum exhibui, docet tum ipsa illa inconstantia scripturae in codicibus, tum docent praesertim verba ex Epid. II. sect. 3. in fine: τρωμάτων ἢν ἰσχυρῶν ἐόντων οἴδημα μὴ φαίνηται, μέγα κακόν. — In comm. Galeni p. 831. vs. 5. pone κακόν ἐστι excidit μέγα, quod in Ed. Basil. recte adiicitur.

67. Nonnulli libri et schol. τὰ δὲ ἔνωμα, in quibusdam codd. in fine μέγα κακόν librariorum errore ad hunc aph. antecedentis extrema referentium. In Epid. II. l. l. haec sententia item legitur pone eam, quae aphorismo 66° respondet. Legitur ibi: τὰ χαῦνα χρηστόν· τὰ ἄνω νεμόμενα κάκιον. Mihi certum videtur, τὰ ἄνω νεμόμενα ortum esse e τὰ ἔνωμα; docet antithesis inter utrumque membrum. Vidimus ceterum iam ad superiorem aph. loco e lib. II. Epid. errores esse commissos a librariis. Recte Gal. in comm.: οὗτος ὁ λόγος μόριόν ἐστι τοῦ προγεγραμμένου.

68. Quod ad loci lectionem attinet: articulum ante κεφ. non pauci codd. omittunt; vulgo articulus abest ante μετώπῳ; mihi aut illo loco etiam omittendus, aut h. l. etiam dandus visus est. Pro ὀρθίη libri septem Parr. ὀρθή, quod legitur in simili huic loco ex Epid. VI. sect. 2. § 13. Foësius et Corn. *vena recta* Latine dando ὀρθή expresserunt, non ὀρθίη: hoc Littréus reddidit, quum *la veine perpendiculaire* verteret.

69. Similes huic loci in Epidd. libris spuriis occurrunt duo, quos ab aliis iam citatos iterum adpono, quia ad nostri intelligentiam adscripsisse refert. Prior est ex Epid. II. sect. 3. § 16. et sic se habet: ῥίγη ἄρχεται γυναιξὶ μὲν μᾶλλον ἀπὸ ὀσφύος διὰ νώτου ἐς κεφαλήν· ἀτὰρ καὶ ἀνδράσι ὄπισθεν μᾶλλον, ἢ τὰ ἔξωθεν τοῦ σώματος, οἷον πηχέων, μηρῶν· ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιὸν, δηλοῖ δὲ ἡ ὀρίξ τῶν ζώων. Alter ex Epid. VI. sect. 3. § 11. hic est: ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶ μὲν μᾶλλον ἀπ' ὀσφύος καὶ διὰ νώτου καὶ τότε ἐς κεφαλήν· ἀτὰρ καὶ ἀνδράσι ὄπισθεν μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν· φρίσσονται γὰρ τὰ ἔξωθεν μᾶλλον, ἢ τὰ ἔνδοθεν τοῦ σώματος, οἷον πηχέων, μηρῶν· ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιότερον, δηλοῖ δὲ ἡ ὀρίξ· ἀφ' ὧν δὲ ἄλλων μιγέουσι ἴσως ἑλκέων, ἄρχεται ἀπὸ τῶν ἀγγείων. Certum quidem est, in priore loco τῶν ζώων ineptum esse nescio cuius interpolatoris additamentum; in altero ἴσως ἑλκέων esse lectoris alicuius adnotationem marginalem ad ἄλλων spectantem, quae in textum irrepserit. Sed fateor, me, nisi locum ex Epid. VI. haberem, non intellecturum fuisse, quid sit ἢ τὰ ἔξωθεν in loco ex Epid. II., — nec quid sibi velit οἷον ἀπὸ πηχέων καὶ μηρῶν in aph. nostro. Quid ceterum istud cutis ἀραιόν huc faciat, non video, neque patet ex aphorismo, quae personae aut quae partes sint, ad quas ἔχουσι referri debeat. Si locum ex Ep. VI. conferas, apparet insiticium esse. — Quod ad reliquam loci lectionem: vulgo

©BIUM

μηρῶν. ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιὸν [ἔχουσι]· δηλοῖ δὲ ἡ ὑρίξ.]

ο'. Οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι ὑπὸ σπασμοῦ [1]οὐ πάνυ τι ἁλίσκονται· ἢν δὲ ἁλίσκωνται πρότερον, εἶτα ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται.

οα'. Ὁκόσοισι δέρματα περιτείνεται καρφαλέα καὶ σκληρὰ, ἄνευ [2]ἱδρῶτος τελευτῶσι· ὁκόσοισι δὲ χαλαρὰ καὶ ἀραιὰ, ξὺν ἱδρῶτι τελευτῶσι.

οβ'. Οἱ ἰκτεριώδεες οὐ πάνυ τι πνευματώδεές εἰσι.

TMHMA ΕΚΤΟΝ.

α'. Ἐν τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσι [3]ὀξυρεγμίη ἐπιγιγνομένη μὴ [4]γενομένη πρότερον, σημεῖον ἀγαθόν.

β'. Οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσι καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη, ὑγιαίνουσι [5]νοσηρότερον· οἷσι δὲ τἀναντία, ὑγιεινότερον.

70. Qui quartanis corripiuntur, fere convulsione non tentantur. Quod si prius correpti fuerint, dein quartana accesserit, liberantur.

71. Quibus cutis obtenditur arida et dura, ii sine sudore moriuntur. At quibus laxa et rara, cum sudore vitam finiunt.

72. Qui morbo regio laborant non multum flatulenti sunt.

Sectio Sexta.

1. In diuturnis intestinorum laevitatibus, si ructus acidus, qui antea non exstitit, succedat, bonum est signum.

2. Quibus nares natura sunt humidiores et genitura humidior, ii morbosiore sunt valetudine, at quibus contraria sunt, salubriore.

[1] οὐκ ἁλίσκ. Sc. V. — [2] ἱδρώτων Sc. V. ut vulg. — [3] Sic Sc. V. ἐπιγεν. V. — [4] γιν. V. — [5] νοσηρότεροι — ὑγιεινότεροι Sc. V.

ἀνδράσι δέ, sed multi libri Parr. eandem, quam Gal. et schol. lect. ἀτὰρ καὶ ἀ. praebuerunt Littréo, eandemque Corn. et Foës. Latine expresserunt. In duobus libris Parr. Littréus vidit ἐκ τῶν ὄπισθεν μᾶλλον, uti schol. Dietzii legit. In fine vulgo δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ ὑρίξ. Multorum codd. Parr. fide et Galeni Ed. Basil. omitto τοῦτο, quod pertinet ad illud interpolationis genus, quod per lib. Prorrh. I. et Coacas et Aphorismos patet latissime. De lacuna, quam pone κεφαλήν notavi, de iisque, quae uncis intercepi, cf. adn. ad Ep. VI. l. l. Suspicor, pone κεφαλήν aliquid, quale τείνει, vel ὁρμᾷ periisse et quae uncis inclusi adnotationem esse ad sententiam principem.

70. Cum hoc aph. convenit locus ex Epid. VI. sect. 6. § 5. Οἱ ὑπὸ τεταρταίου ἁλισκόμενοι, ὑπὸ τῆς μεγάλης νούσου οὐχ ἁλίσκονται. ἢν δ'ἁλίσκωνται πρότερον, ἐπιγένηται δὲ τεταρταῖος, παύονται. — Puto equidem, aphorismum ex Epid. loco esse descriptum, adeoque recentiorem esse, facilius enim aliquis locum ex alio libro desumens pro ὑπὸ τῆς μεγάλης νούσου scripserit ὑπὸ σπασμοῦ, quam contra. Sed miror quodammodo Galeni verba in comm.: ὁ δ'ἐπὶ πληρώσει τῶν νευρώδων μορίων (σπασμὸς). οἷος καὶ (excidit ὁ) ἐπιληπτικὸς, οὔτ' ὀξύτατος, οὔθ' ὁμοίως ἐκείνων (ἐκείνῳ?) κινδυνώδης. Obversareturne Galeno haec scribenti ob mentem locus ex Ep. VI., an etiam viderit, lectionem, in qua epilepsiae mentio facta fuerit, non satis certo mihi constat, sed veram lectionem l. l. ex Ep. VI. haberi patet. — Nolo reticere, me tum in loco ex Epid. VI. tum in aphorismo potius exspectavisse ἢν δ'ἁλῶσι πρότερον, praesens ibi ineptum, neque a primo loci auctore profectum esse puto.

71. Vulgo ἄνευ ἱδρώτων; Littréus e pluribus libris et Gal. et schol. numerum singularem exhibuit. Locus videtur ductus ex Epid. VI. sect. 6. § 5., ubi haec: οἷσι μὲν δέρματα περιτείνεται καρφαλέα καὶ σκληρὰ, ἄνευ ἱδρῶτος, οἷσι δὲ καὶ χαλαρὰ, ξὺν ἱδρῶτι ἐνήσκουσι. Ubi notandum καὶ χαλαρά, — nimirum καί abundat in ea lectione et omissum est a Littréo paucorum codd. fide. Rectius sine dubio vidit Lind., καί indicio esse omissionis alicuius, ita ut suppleret ex aph. [ἀραιὰ] καὶ χαλαρά. — Nisi multo recentioris quam uterque liber originis sit prius τελευτῶσι in aphorismo, dixerim, illud verbum rursus significare aphorismum esse recentiorem loco ex Epid. VI.

72. Unus cod. Par. formam habet ἰκτερώδεες; alius γίνονται pro εἰσί.

1. Locus cum hoc conveniens legitur Ep. II. sect. 2. § 21. In comm. Galeni p. 8. Kühnio citantur verba e libro de affect. τὰ σιτία διαχωρέει ἄσηπτα, ὀδύνη οὐ κινέει, λεπτύνεται δὲ τὸ σῶμα. Ubi tamen οὐ κινέει ortum ex οὐκ ἔνι, uti p. 236 Littréo legitur in illo libro; vitiosa lectio etiam in Ed. Bas. obvia est. Quod ad aph. scripturam vulgo ἐπιγινομένη et γινομένη; libri, ut fit, fluctuationem obferunt inter praesens et aoristum: multi habent ἐπιγενομένη, pauciores γενομένη. Littréus priore loco praes., altero aoristum dedit, qua in re illum secutus sum.

2. Idem locus prave scriptus habetur Ep. VI. sect. 6. § 8. οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη καὶ πλείων, ὑγιαίνουσιν οὗτοι νοσηλότερον τοῖσι πλείστοισι δὲ, οἷσι ὑπὸ νούσου τἀναντία. In his οὗτοι abundat et in fine deëst ὑγιεινότερον; tum vero tantum legendum: οἷσι δὲ τἀναντία ὑγιεινότερον deletis τοῖσι πλείστοισι et ὑπὸ νούσου et δέ ad suum locum relato. — Illud ὑπὸ νούσου videtur inde etiam pervadisse ad textum aphorismi in schol. Dietzii. Contra dixeris, in aph. καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη καὶ πλείων fuisse scriptum. Comparatio locorum docet lib. VI. Epid. h. l. corruptum esse, postquam aph. inde desumtus erat. E varr.

©BIUM

γ'. Ἐν τῇσι μακρῇσι δυσεντερίῃσι [1]αἱ ἀποσιτίαι, κακόν καὶ [2]ξὺν πυρετῷ κάκιον.

δ'. Τὰ περιμάδαρα ἕλκεα, κακοήθεα.

ε'. Τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν [3]πλευρῇσι καὶ στήθεϊ, καὶ ἐν τοῖσι ἄλλοισι [4]τὰς ὥρας, εἰ μέγα διαφέρουσι, καταμαθητέον.

ς'. [5]Τὰ νεφριτικὰ καὶ ὀκόσα κατὰ τὴν κύστιν ἐργωδῶς ὑγιάζεται τοῖσι πρεσβύτῃσι.

ζ'. Τὰ [6]ἀλγήματα τὰ κατὰ τὴν κοιλίην γιγνόμενα τὰ μὲν μετέωρα κουφότερα, τὰ δὲ μὴ μετέωρα, ἰσχυρότερα.

η'. Τοῖσι ὑδρωπικοῖσι τὰ [7]γενόμενα ἕλκεα ἐν τῷ σώματι, οὐ ῥηϊδίως ὑγιάζεται.

θ'. Τὰ πλατέα ἐξανθήματα, οὐ πάνυ τι κνησμώδεα.

ι'. Κεφαλὴν [8]περιωδυνέοντι, πῦον, ἢ ὕδωρ, ἢ αἷμα ῥυὲν κατὰ τὰς ῥῖνας, ἢ κατὰ τὸ στόμα, ἢ κατὰ τὰ ὦτα, λύει τὸ νόσημα.

ια'. Τοῖσι μελαγχολικοῖσι καὶ τοῖσι [9]νεφριτικοῖσι αἱμορροΐδες [10]ἐπιγενόμεναι, ἀγαθόν.

3. In longis intestinorum difficultatibus cibi fastidia malum denunciant; et cum febre peiores sunt.

4. Ulcera undiquaque quia pili deciderint glabra, maligna.

5. Dolorum et in lateribus et in pectore et in ceteris partibus tempora, num multum differant, perdiscendum.

6. Renum et vesicae vitia in senibus aegre curantur.

7. Dolores, qui ad ventrem fiunt, sublimes quidem leviores, non sublimes vero vehementiores.

8. Aqua inter cutem laborantibus orta in corpore ulcera non facile sanantur.

9. Pustulae latae, raro pruriginosae.

10. Capite vehementer dolenti pus, aut aqua, aut sanguis per nares, vel os, vel aures effluens morbum tollit.

11. Melancholicis affectibus et renum vitiis succedentes haemorrhoïdes bono sunt.

[1] αἱ om. Sc.; in V. maxima pars Aph. deest. — [2] σὺν π. οὖσαι Sc. — [3] πλευρίοισι (sic) Sc. V. — [4] ἄλλοισι μέλεσι Sc. V. τὰς ὥρας non habent nec Sc. V. nec ceteri. — [5] καὶ γ. Sc. V.; coniungitur nempe hic Aph. cum superiore. — [6] ἀλγήματα καὶ οἰδήματα Sc. V. — [7] γιγνόμενα Sc. V.; sed ἕλκεα omittunt. — [8] πονέοντι καὶ περιωδυνέοντι Sc. V. ut vulg. — [9] νεφρικοῖσι τοῖς διὰ λιθίασιν Sc. V. — [10] Sic Sc. V.

lectt. ad aphorismum pertinentibus noto, Littréum vidisse easdem, quas e codd. Leidd. enotavi et formam νοσηλότερον, quae in loco ex Epid. VI. habetur. Duo libri Parr. omittunt ὑγιαίνουσι. — Initio comm. Galeni ἐρεῖ errore typ. pro ἐκρεῖ, uti in Basil. legitur.

3. In codd. Parr. eadem lectionis varietas, quae in Leidensibus. Idem locus habetur initio sect. 8. Ep. VI., ubi posterius membrum legitur, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπιπυρεταίνωσι.

4. Idem locus iisdem verbis Epid. VI. sect. 8. § 2.

5. Aphorismum quemadmodum legi solet in vulg. describam: τῶν ὀδυνέων ἐν πλευροῖσι καὶ ἐν στήθεσι, καὶ ἐν τοῖσι ἄλλοισι μέρεσιν, ἢν μέγα διαφέρωσι καταμαθητέον. In his καὶ ἐν πλ. Gal. schol. libri plures Parr.; tum nonnulli libri πλευρῇσι, quod recepit Littr.; ἐν ante στήθεσι Par. unus liber om.; pro μέρεσι non pauci libri μέλεσι, aliis et Galeno nomen ex toto omittentibus; libri denique quinque εἰ μέγα διαφέρουσι. Locum non intelligis, nisi conferas sequentem e fine sect. 7. Epid. VI. τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν πλευρῇσι καὶ στήθεϊ καὶ τοῖσι ἄλλοισι τὰς ὥρας εἰ μέγα διαφέρουσι καταμαθητέον, ὅτι, ὅταν βέλτιον ἴσχωσι, αὖθις κάκιον ἴσχουσι οὐχ ἁμαρτάνοντες. — Patet iam ex aphorismo, τὰς ὥρας excidisse; itaque id restitui et varias lectt. eas recepi, quae cum loco ex Epid. VI. conveniant; unum quid sola loci illius auctoritate mutavi, i. e. στήθεϊ pro στήθεσι, — nempe pluralis in hoc nomine a librariis est datus propter πλευρῇσι et τοῖσι ἄλλοισι. Ceterum locus ex Epid. VI. miram offert dictionem τῶν ὀδυνέων τὰς ὥρας, quin etiamsi aphorismum ex h. l. restituendum censeam, non affirmo, locum ipsum, e quo eum refeci, non aliunde esse ductum, ubi melius scriberetur. Non audeo definire, an non ὅτι — ἁμαρτάνοντες interpreti alicui recentiori debeatur, formam adnotationis ad sententiam principem omnino refert.

6. In loci lectione ὀκόσα omittunt libri tres Parr., alii τά pro ὀκόσα legunt. Pone κύστιν legunt ἀλγήματα Gal., Schol., alii. Non ita pauci libri καὶ μάλιστα τοῖσι πρεσβύτῃσι s. πρεσβυτέροισι. — Id num profluxerit e commentario Galeni, non audeo affirmare. Scholiastes, teste eius adnotatione, legit et ἀλγήματα et καὶ μάλιστα.

7. Quod in mss. Leidd. additur, καὶ οἰδήματα, in multis libb. Parr. vidit Littreus. Theophilus id omnino legit, non Damascius; additamentum autem est recentius, nam κουφότερα et ἰσχυρότερα ad ἀλγήματα apte, ad οἰδήματα non nisi inepte referentur. Vulgo κοῦφα editur, sed comparativum habent schol., multi libri et Lind. et Littréus.

8. Vulgo γινόμενα editur; ego de meo aoristum dedi, quem hic requiri puto.

9. Locus ductus ex Epid. VI. Sect. 2. § 15., ubi Simonis cuiusdam exemplum. Vide quae ibi adnotavi de aphorismi origine.

10. Cf. Coaca 172. Consentiunt libri in πονέοντι καὶ περιωδυνέοντι, nisi quod περιοδυνέοντι in codd. pluribus scribitur. Equidem non credo, auctorem loci πονέοντι καὶ περιωδυνέοντι scripsisse; mira esset consecutio duorum verborum, quorum prius dolorem quemcumque capitis sive levem sive gravem indicat, alterum dolorem gravem in primis significat. Auctor aphorismi locum e Coacis describens, aut ex libro, unde ipsae hae ductae sunt, περιωδυνέοντι dedit, me iudice, cui quis in marg. adposuerit ἢ πονέοντι; e glossa mutata et cum vocabulo in textu posito mista lectio vulgata in hodiernis codd. nata est.

11. Idem additamentum quod e mss. Leidd. enotavi, in

©BIUM

ιβ'. Τῷ ληθέντι χρονίας αἱμορροΐδας, ἢν μὴ μία [1] φυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι ἢ φθίσιν.

12. Illi, cui diuturnae haemorrhoïdes sanatae sunt, nisi una servetur, periculum est ne aqua inter cutem aut tabes succedat.

ιγ'. [2] Ἀπὸ λυγμοῦ ἐχομένῳ πταρμοὶ ἐπιγενόμενοι λύουσι τὸν λυγμόν.

13. Singultu detento, si sternutamenta accedant, singultum tollunt.

ιδ'. [3] Ἀπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ [4] κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κοιλίην [5] τοῦ ὕδατος ῥυέντος, λύσις.

14. Aqua inter cutem detento, ubi aqua per venas in ventrem confluxerit, morbus solvitur.

ιε'. Ἀπὸ διαρροίης ἐχομένῳ μακρῆς ἀπὸ ταὐτομάτου ἔμετος [6] ἐπιγενόμενος λύει τὴν διάρροιαν.

15. Longo alvi profluvio detento, vomitio, quae sponte accesserit, alvi profluvium solvit.

ις'. Ἀπὸ πλευρίτιδος [7] ἢ περιπνευμονίης ἐχομένῳ διάρροια ἐπιγενομένη, κακόν.

16. Morbo laterali aut pulmonum inflammatione conflictato, alvi profluvium quod successerit malo est.

ιζ'. Ὀφθαλμιῶντι ὑπὸ διαρροίης [8] ληφθῆναι, ἀγαθόν.

17. Lippitudine laborantem alvi profluvio corripi bonum.

ιη'. Κύστιν διακοπέντι, ἢ ἐγκέφαλον, ἢ καρδίην, ἢ φρένας, ἢ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν, ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, θανατῶδες.

18. Cui vesica persecta fuerit, aut cerebrum, aut cor, aut septum transversum, aut tenue quoddam intestinum, aut ventriculus, aut iecur, lethale est.

ιθ'. Ἐπὴν διακοπῇ ὀστέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον, ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὔτε αὔξεται, οὔτε ξυμφύεται.

19. Os cum persectum fuerit, aut cartilago, aut nervus, aut genae tenuis particula, aut praeputium, neque augetur, neque coalescit.

κ'. Ἢν ἐς τὴν κοιλίην αἷμα [9] ἐκχυθῇ παρὰ φύσιν, ἀνάγκη [10] ἐκπυηθῆναι.

20. Si sanguis in ventrem praeter naturam effusus fuerit, ut in pus vertatur necesse est.

[1] καταλειφθῇ Sc. V. — [2] τῷ ὑπό Sc. V. — [3] τῷ ὑπό Sc. V. — [4] τοῦ κατά Sc. V. ut vulg. — [5] τοῦ h. l. abest tum in Sc. V. tum in ceteris. [6] Sic etiam Sc. V. — [7] ἢ ὑπὸ περιπλευμονίης Sc. V. ut vulg. — [8] κατασχεθέντι καλόν Sc. κατασχεθέντι κακόν V. — [9] χυθῇ Sc. V. — [10] ἐμπυηθῆναι Sc. V.

libris pluribus Parr. vidit Littréus. Vulgo ἐπιγινόμεναι editur, sed praefero aor., quem plures libri ferunt.

12. Τῷ omittunt libri multi Parr., Gal., schol., Lind. — Pro ἤν, quod multi codd. habent, vulgo εἰ; — tum vulgo μέν, sed sine dubio vitiose, μή libri plerique et Foës. Latine, et Lind., Littr., et Gal., et schol. Pro φυλαχθῇ multi etiam codd. Parr. καταλειφθῇ. Pone φθίσιν in textu scholiastae additur ἢ μανίην. In additamentis spuriis ad lib. de victu acut. § 63. agitur de haemorrhoïdibus et earum curatione, ibi vero idem praeceptum καὶ αἰεὶ μίαν καταλίμπανε. — In comm. Galeni p. 22. vs. 8. ὑφ' ὧν legitur, etiam in Ed. Basil., pro quo ἐφ' ὧν reponendum existimo.

15. Articulus τῷ initio habetur etiam in paucis codd. Parr.: Sunt etiam repertae lectt. τοῖσι ὑ. λ. ἐχομένοισι et πταρμὸς ἐπιγενόμενος λύει. Inter has et vulgatam optio erit lectori.

14. Cf. Coaca 461. Pauci codd. Parr. τῷ initio, ut codd. Leidd. Vulgo τοῦ ante κατὰ τὰς φλέβας infertur, licet absit in aliquot libris et e Gal. textu Ed. Basil., non Kühniana. Mihi illud τοῦ vulgatae sine dubio ad textum pertinere, sed in alienam sedem migravisse videtur; itaque retuli ad debitum locum, modo Coacam l. conferas. Vulgatam si retineas, significabit, aquam in venis inesse, quod auctor non voluit; is quidem supponit, aquam per venas in canalem intestinorum influere et inde extrorsum ferri. Opus vero est articulo ante ὕδατος, quia de ipsa, quae in corpore hydropici insit, aqua sermo est.

15. Vulgo ἐπιγινόμενος; cum Lind. exhibui aor., quem multi libri ferunt. Pro τὴν διάρροιαν duo codd. apud Littr. τὸ νόσημα.

16. Vulgo ἢ ὑπὸ περιπλευμονίης: plures tamen libri isto loco ὑπό omittunt; scripsi περιπνευμονίης per ῡ de meo. Est etiam lectio ὑπὸ πλ. ἐχομένῳ. ἢ περιπλ.

17. Multi libri habent ὀφθαλμιῶντα; puto lectoris esse optionem. Eandem lect., quam e cod. Sc. enotavi, in pluribus Parr. vidit Littréus. — Cf. Coaca 224.

18. Cum hoc aph. cf. Coacas 509. 503. 505. In varietate lectionis memorabilis est scriptio, quam e Magn. marg. excerpsit Littréus: κύστις ἢν διακοπῇ, ἢ ἐγκέφαλος, ἢ καρδία, ἢ φρένες .... ἢ κοιλίη, ἢ ἧπαρ.

19. Cf. Coacas 504. 505. Galenus, alii operam dederunt, ut locos eiusmodi interpretarentur et defenderent, quasi verum quid continerent. Quod quidem semper frustra fiet. Sed operae pretium est cum his locis conferre v. c. Coacam 509., in qua multa multo prudentius sunt prolata; ac mihi quidem eiusmodi aphorismi et Coacae a medicinae parente non videntur compositi; Coaca contra 509. ab eo scribi potuisse omnino videtur.

20. Gal. in comm. narrat fuisse, qui ἐς τὴν κοιλίην in

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 581 sur 880

©BIUM

κα'. Τοῖσι μαινομένοισι, κιρσῶν ἢ αἱμορροΐδων [1] ἐπιγενομένων, τῆς μανίης λύσις.

κβ'. Ὁκόσα ῥήγματα ἐκ [2] τοῦ νώτου ἐς τοὺς ἀγκῶνας καταβαίνει, φλεβοτομίη λύει.

κγ'. Ἢν φόβος [3] καὶ δυσθυμίη πολὺν χρόνον [4] διατελέῃ, μελαγχολικόν.

κδ'. [5] Ἐντέρων ἢν διακοπῇ τῶν λεπτῶν τι, οὐ ξυμφύεται.

κε'. Ἐρυσίπελας ἔξωθεν [6] μὲν καταχεόμενον ἔσω τρέπεσθαι, οὐκ ἀγαθόν· ἔσωθεν δὲ ἔξω, ἀγαθόν.

κς'. Ὁκόσοισι ἂν ἐν τοῖσι καύσοισι τρόμοι γένωνται, παρακοπὴ λύει.

κζ'. Ὁκόσοι ἔμπυοι ἢ ὑδρωπικοὶ τέμνονται ἢ καίονται, ἐκρυέντος τοῦ πύου [7] ἢ τοῦ ὕδατος ἀθρόου, πάντως ἀπόλλυνται

κη'. Εὐνοῦχοι οὐ ποδαγριῶσι, οὐδὲ φαλακροὶ γίγνονται.

21. Insanientibus si varices aut haemorrhoïdes accesserint, insaniae solutio fit.

22. Rupta, quae ex dorso ad cubiti articulos descendunt, venae sectio solvit.

23. Metus et tristitia si diu perseverent, melancholiae indicium est.

24. Ex tenuioribus intestinis si quod persectum fuerit, minime coalescit.

25. Erysipelas foras effusum intro verti, minime bonum; at ab interioribus foras, bonum.

26. Quibus in febribus ardentibus tremores contingunt, delirium solvit.

27. Qui pus thorace colligunt, aut aqua intercutem laborant, si uruntur aut secantur et pus vel aqua confertim effluxerit, omnino intereunt.

28. Eunuchi neque podagra laborant, neque calvescunt.

[1] ἐπιγενομένων τῆς μ. λ. Sc. V. — [2] τοῦ etiam Sc. V. habent. — [3] ἢ Sc. V. — [4] διατελέῃ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ μελαγχολίης σημεῖόν ἐστι Sc. V. — [5] ἔντερον ἢν δ. τι τῶν λ. οὐ σ. Sc. V. — [6] μέν omm. Sc. V. καταχ. om. V. — [7] καί V.

ἐς κοιλίην mutavissent, ut fingerent, cavum quodlibet in corpore indicari; merae nugae, ne omissus quidem articulus ita mutaret loci sensum. Pariter nugatur, ubi dicit: μαρτυρεῖ γ' αὐτοῖς ἡ παρὰ φύσιν προσβήκη. Falsa antiqua opinio in hoc aph. traditur, quam si hodie defendere velimus, inepti erimus. Quod ad reliquam loci lectionem attinet, vulgo χυθῇ, sed compositum multi codd., Gal., Schol., Lind., Littréus. Unus liber scriptus in fine adiicit ἢ διασαπῇναι.

21. Vulgo ἐπιγινομένων; praefero rursus aor., quem plures libri et Lind. habent. Articulum ante μανίης in pluribus libris vidit Littréus et Galeni textus habet et schol. Dietzii; vulgo omittitur. In comm. Gal. legimus, etiam in Ed. Bas., in Kühniana vero p. 33. vs. 12.: κιρσὸς γάρ ἐστιν ἀνεύρεσις τῶν φλεβῶν κ. τ. λ. Imo vero recte Latine reddunt *dilatatio*; sed ἀνεύρεσις id non significat, quippe ab εὑρίσκω ductum, non ab εὐρύνω; legamus igitur ἀνεύρυνσις ab ἀνευρύνειν, uti ἐκθήλυνσις ab ἐκθηλύνειν.

22. Vulgo τοῦ ante νώτου omittitur; Littréus e pluribus libris dedit et habent Gal. et schol. Libri aliquot Parr. et schol. habent μεταβαίνει. Sed maxime advertunt Galeni verba e comm.: κάλλιον ἔνιοι γράφουσι ὁκόσα ἀλγήματα. τὸ γάρ τοι ῥῆγμα μεταβαίνειν αὐτὸ τῶν ἀδυνάτων ἐστὶν, εἴ γε δὴ διασπωμένου τε καὶ ῥηγνυμένου κατὰ τὸ σαρκῶδες αὐτοῦ μορίου τοῦ μυὸς γίνεται τὸ ῥῆγμα. Et dein: εἰ δὲ περὶ τῶν ῥηγμάτων ὁ λόγος αὐτῷ γέγραπται τὰ κατὰ συμπάθειαν ἀλγήματα γινόμενα ἀκουστέον εἰρῆσθαι καταβαίνειν εἰς τοὺς ἀγκῶνας κ. τ. λ. Iam vero libri aliquot ferunt ἀλγήματα: nempe tres Parr. et Merc. in marg.; alii sex et schol. ῥήγματα καὶ ἀλγήματα; unus ῥήγματα ἢ ἀλγήματα. Redeamus iam ad Galeni comm. Priore loco dixeris eum in Aph. μεταβαίνει legisse, sed alter ostendit id incertum esse, quin probabilius esse, illum καταβαίνειν vidisse; codicum igitur lectio μεταβαίνει e commentarii verbis orta videtur. Antiquissima porro lectio fuisse videtur ῥήγματα et a nonnullis emendandi causa ἀλγήματα fuisse scriptum. Quod postea in mss. sive solum, sive cum ῥήγματα iunctum transiit. — Nihil igitur hic de sede sua movendum.

23. Vulgo ἢ δυσθ.; multi tamen libri καὶ δ., quod Foës. Latine expressit et Gal. et schol. legunt. Mihi καί unice verum videtur. Pone χρόνον nonnulli libri ἔχουσα, alii ἔχοντα Lectiones porro e codd. Leidd. enotatas in pluribus Parr. vidit Littr. — Ceteri omnes μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον, in quibus τὸ τοιοῦτον pertinet ad recentiora illa additamenta, de quibus iam saepius monui.

24. In paucis libris hunc aph. omitti vidit Littréus, in uno inferri pone sequentem. Lectionem librorum Leidd. in pluribus Parr. vidit idem. Aphorismum otiose repeti e 18^to^ iam scribit Galenus et sine damno deleri posse. Cf. Coacam 503.

25. Vulgata μέν non habet; adscripsi e pluribus codd. Parr. Non pauci libri ἐπιχεόμενον; schol. et unus cod. καταχυθέν; totum participium in pluribus libris, sicuti in Voss., omissum vidit Littréus. Quatuor libri ἢν ἔσω τρέπηται. Cf. Coaca 366.

26. Varietas lectionis eo redit, ut πυρετοῖσι καυσώδεσι non pauci libri legant, tum ut omisso ἄν legant γίνονται. Gal οἷσι pro ὁκόσοισι. — Gal. in comm. de auctoritate aphorismi dubitat, nescire se affirmat Hippocratine, an aliis debeatur. Cf. Coaca 132., ubi eadem sententia.

27. Vulgo καὶ τοῦ ὕδατος, particulam disiunctivam e pluribus libris dedit Littréus. Pro πάντων libri aliquot Parr. πάντες, unus ἅπαντες.

28. In paucis libris οὔτε — οὔτε legitur. — Galenus, ut veritatem aphorismi demonstret, monet, Hippocratis aetate eunuchos podagra non laboravisse, licet ipsius aevo isto morbo omnino vexarentur propter otium et lautum cibum. Ac sponte quidem intelligimus et calvitiem et podagrae ortum cum vitae regimine arcte cohaerere, adeoque facile verum esse potuisse uno aliquo tempore, quod alio non amplius affirmari potuit. Non infitior tamen, probabile esse, sententiam hanc cum duabus sequentibus aut a praeiudicata opinione, aut a theoria aliqua ortum duxisse.

©BIUM

κθ'. Γυνὴ οὐ ποδαγριᾷ, ἢν μὴ τὰ καταμήνια [1] αὐτῇ ἐκλίπῃ.

λ'. Παῖς οὐ ποδαγριᾷ πρὸ τοῦ ἀφροδισιασμοῦ.

λα'. Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἀκρητοποσίῃ, ἢ λουτρὸν, ἢ πυρίῃ, ἢ φλεβοτομίῃ, [2] ἢ φαρμακοποσίῃ λύει.

λβ'. Τραυλοὶ ὑπὸ διαρροίης μάλιστα ἁλίσκονται μακρῆς.

λγ'. Οἱ ὀξυρεγμιώδεες οὐ πάνυ τι πλευριτικοὶ γίγνονται.

λδ'. Ὁκόσοι [3] ἂν φαλακροὶ ἔωσι, τούτοισι κιρσοὶ μεγάλοι [4] οὐκ ἐγγίγνονται· ὁκόσοισι δ' ἂν φαλακροῖσι ἐοῦσι κιρσοὶ μεγάλοι ἐπιγένωνται, πάλιν οὗτοι γίγνονται δασέες.

λε'. Τοῖσι ὑδρωπικοῖσι βὴξ ἐπιγενομένη, κακόν.

λς'. Δυσουρίην φλεβοτομίη λύει· τάμνειν δὲ τὰς ἔσω.

λζ'. Ὑπὸ κυνάγχης ἐχομένῳ [5] οἴδημα γενέσθαι [6] ἔξω, ἀγαθόν.

29. Mulier podagra non laborat, nisi cum menstrua defecerint.

30. Puer podagra non tentatur, ante venereorum usum.

31. Oculorum dolores meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venae sectio, aut medicamentum purgans exhibitum solvit.

32. Balbi longo alvi profluvio maxime corripiuntur.

33. Qui acidum eructant non admodum morbo laterali tentantur.

34. Qui calvi sunt, iis varices magni non fiunt. At quibus calvis exsistentibus varices magni succedunt, iis rursus capillitium gignitur.

35. Aqua inter cutem laborantibus tussis accedens malo est.

36. Urinae difficultatem venae sectio solvit. Secandae autem sunt interiores.

37. Angina detento tumorem extus oriri, bonum.

[1] αὐτέῃ Sc. V. ἐκλείπῃ V. — [2] ἰῆται ἢ φαρμακοποσίῃ Sc. V. — [3] ἄν non habent Sc. V. — [4] οὐ γίνονται Sc. V. — [5] οἰδήματα Sc. V. — [6] ἐν τῷ βρόγχῳ ἔξω Sc. V.

29. Varietas lectionis nullius momenti est: omnes libri αὐτέῃ, sed formam librariis tribuendam puto.

30. Gal., schol., libri aliquot Parr. legunt πρὸ τοῦ ἀφροδισιάζειν.

31. Lectionem, quam e mss. Leidd. enotavi, sequitur schol. et ferunt libri 5 Parr. — In comm. Galeni p. 47. vs. 8. ἀνασταλήσασθαι etiam in Ed. Basil.; legendum ἀνασταλήσεσθαι. Errore typogr. vs. 10. ἀπόπτως pro ὑπόπτως, quod habet Ed. Bas. — Gal. in comm. maxime ostendit, oppositas medendi vias in ophthalmiis usu venire, et narrat casum, in quo meri potio profuerit adolescenti ὀφθαλμιῶντι.

32. Pauci codd. μάλιστα, pauci alii μακρῆς omittunt. Gal. in comm.: ὥσπερ τὸ ψελλίζεσθαι, inquit, τῆς διαλέκτου πάθος ἐστὶν, οὐ τῆς φωνῆς, οὕτω καὶ τὸ τραυλίζειν μὴ δυναμένης τῆς γλώττης ἀκριβῶς ἐκείνας διαρθροῦν τὰς φωνὰς, ὅσαι διὰ τοῦ τ καὶ ρ λέγονται, καθάπερ αὐτήν τε ταύτην τὴν τραύλωσιν καὶ ὁμοίως τάσδε· τρέχει, τρέμει, τραχὺς, τροχὸς, τρυφερὸς, ὅσαι τε ἄλλαι παραπλησίαι. — Aphorismus quidem mihi videtur pertinere ad eas veterum opiniones, quarum origo ignoratur.

33. Gal. in comm. provocat ad locum e libro de aëre, aquis et locis § 3., ubi: πλευρίτιδες δὲ καὶ περιπνευμονίαι καὶ καῦσοι καὶ ὁκόσα ὀξέα νοσήματα νομίζονται, οὐκ ἐγγίγνονται πολλά. οὐ γὰρ οἷόντε ὅκου ἂν κοιλίαι ὑγραὶ ἔωσι τὰς νούσους ταύτας ἰσχύειν. Iste locus me iudice eo nomine ad aphorismi explicationem facere valet, quod cum diarrhoeae, tum acidi eructatio, indicia sunt turbarum functionis digestionis, adeoque haematoseos minus bene valentis, ita ut hac de causa morbi inflammatorii in corporibus, istis affectionibus laborantibus, minus facile oriantur.

34. In hoc loco describendo multis modis variant librarii et editores. In priore membro describendo vulgatam retinui et solum ἄν supplevi, quod in hac loci scriptura requiritur propter coniunctivum ἔωσι. Alterum membrum totum descripsi e lect. codd. Leidensium. Habemus iam orationem plenam in utroque membro sibi respondentem, quam pristinam fuisse puto et a qua deflexiones referre mihi visae sunt lectiones reliquae profectae a recentioribus. Eo pertinent in priore membro solum ὁκόσοι φαλακροί scriptum et οὐ γίνονται; in altero ἄν omissum et ἐοῦσι et γίνονται pro ἐπιγένωνται et μεγάλοι et πάλιν omissa. Observavi in variis lectt., alterum membrum in plerisque codd. ita scribi, uti ego exhibui, vulgatam habere item primum membrum sine ἄν ita scriptum, uti ego dedi. Hae plenae utriusque membri formae erant coniungendae. Frustra profecto operam quis consumeret, si locum paradoxum, quem quis nobis reliquerit, ignoramus, vellet interpretari. Unde haec opinio nata sit, quis hodie nos docebit? cum hoc aph. cf. Epid. II. sect. V. § 23.

35. Pro aor. participii Gal., schol., praesens ἐπιγιγν. et ἐπιγιν. — Tum additamentum in haud ita paucis codd. τὸ δὲ προγεγονέναι, ἀγαθόν. Hoc additamentum etiam in schol. textu habetur, nec tamen constat, Theophilum aut Damascium id re vera legisse.

36. Pauci libri τὴν εἴσω φλέβα; vulgo εἴσω, alteram formam, quam exhibui, dedit Littréus e schol. textu. Operae pretium est vidisse, quibus de causis Gal. aphorismum hunc spurium habeat: nempe haud ego defendam, eum ipsi seni Coo deberi, sed hic non prae aliis bene multis videtur contemnendus.

37. Aphorismus non uno modo scribitur: primum οἰδήματα vulgo, sed non pauci libri numerum ferunt sing.,

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 583 sur 880

©BIUM

λη'. Ὁκόσοισι κρυπτοὶ καρκίνοι γίγνονται, μὴ θεραπεύειν βέλτιον.

λθ'. [1] Σπασμὸς γίγνεται ἢ [2] ὑπὸ πληρώσιος, ἢ ὑπὸ κενώσιος· [3] οὕτω δὲ καὶ λυγμός.

μ'. Ὁκόσοισι περὶ τὸ ὑποχόνδριον πόνοι γίγνονται ἄτερ φλεγμονῆς, τούτοισι πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸν πόνον.

μα'. Ὁκόσοισι διάπυόν τι ἐὸν ἐν τῷ σώματι μὴ διασημαίνει, τούτοισι διὰ παχύτητα [4] τοῦ πύου οὐ [5] διασημαίνει.

μβ'. Ἐν τοῖσι ἰκτερικοῖσι τὸ ἧπαρ σκληρὸν γενέσθαι πονηρόν.

μγ'. Ὁκόσοι σπληνώδεες ὑπὸ [6] δυσεντερίης ἁλίσκονται, τούτοισι ἐπιγενομένης μακρῆς τῆς δυσεντερίης, ὕδρωψ ἐπιγίγνεται ἢ λειεντερίη καὶ ἀπόλλυνται.

μδ'. Ὁκόσοισι ἐκ στραγγουρίης εἰλεοὶ γίγνονται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι ἀπόλλυνται, ἢν μὴ πυρετοῦ ἐπιγενομένου [7] ἁλὲς τὸ οὖρον ῥυῇ.

38. Quibus occulti cancri oriuntur, eos non curare praestat.

39. Convulsio ex repletione aut vacuatione oritur, ita vero etiam singultus.

40. Quibus ad praecordia dolores citra inflammationem oriuntur, iis febris succedens dolorem solvit.

41. Quibus suppuratum aliquod in corpore exsistit, neque de se significationem edit, iis ob puris crassitudinem sui indicium non exhibet.

42. Morbo regio laborantibus iecur durum fieri malum.

43. Lienosis, qui difficultate intestinorum corripiuntur, post longam succedentem intestinorum difficultatem aqua inter cutem, aut laevitas intestinorum accidit et moriuntur.

44. Quibus ex stranguria volvulus succedit, intra diem septimum moriuntur, nisi febre accedente copiosa urina effluat.

[1] σπασμοὶ γίνονται Sc. V. — [2] ὑπό omm. Sc. V. — [3] οὕτω δὲ καὶ γίνεται λυγμὸς ὑπὸ πληρώσιος, ἢ κενώσιος. — [4] τοῦ πύου ἢ τοῦ τόπου Sc. τοῦ π. καὶ τοῦ τ. V. — [5] ἀποσημαίνει V. — [6] δυσεντερίας utroque loco et infra λειεντερία Sc. V. — [7] ἅλις Sc. V. ut vulg.

quem praefero; tum vulgo ἐν τῷ βρόγχῳ ἔξω, quod incongruum; iam vero alii ἐν τῷ τραχήλῳ ἔξω, alii ἐν τῷ τρ. sine ἔξω adscripto, v. c. Galenus. Pauci, v. c. Gal. Kühnii, addunt ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ νόσημα. Mihi locus simpliciter scriptus fuisse videtur, uti eum exhibui, ἐν τῷ βρόγχῳ credo referre glossam ad ἔξω adscriptam, — perinde atque in nonnullis cdd. ἐν τῷ τραχήλῳ, quae dein ἔξω extruderit. Postremum additamentum vix idoneam habet auctoritatem. Cum h. l. confer Coacas 365. 366. et progn. § 41. Video, additamentum illud a Foësio in Latinis expressum esse, a Lind. in textum esse receptum. In Corn. versione uncis inclusum additur.

38. Varietas lectionis in hoc aph. vix ullius momenti, sed vulgo in fine additur pone ἀγαθόν: θεραπευόμενοι γὰρ ἀπόλλυνται ταχέως, μὴ θεραπευόμενοι δὲ πουλὺν χρόνον διατελέουσι. In fine commentarii ad h. l. Galenus: γεγράφασι δ', inquit, αὐτὸν οἱ περὶ τὸν Ἀρτεμίδωρόν τε καὶ τὸν Διοσκορίδην ἄχρι τοῦ μὴ θεραπεύειν βέλτιον. Viderunt nempe veteres illi critici, verba, quae pone ἀγαθόν addi solent, esse adnotationem ad sententiam principem, quae quare praeceptum detur, docet. — Equidem omnino cum iis consentio.

39. Vulgo σπασμοί γίνονται; haud ita pauci libri sing. num. praebent, quem praefero propter parallelismum inter hoc nomen et λυγμός. Vulgo ὑπό ante κενώσιος abest; sunt tamen libri, in quibus utroque loco praepositio scribitur. Finem loci, qualem in mss. Leidd. reperi, etiam in Parr. aliquot vidit Littréus. Non audeo affirmare, non totum illud οὕτω δὲ καὶ λυγμός esse additamentum posterioris temporis.

40. Cum h. l. conferri possunt Coaca 449. et aph. VII. 52. Libri nonnulli et textus schol. πόνος γίνεται. — Pro τὸν πόνον in fine libri tres Parr. τὸ νόσημα. Totius orationis forma et addita formula ἄτερ φλεγμονῆς faciunt, ut hunc locum recentiorem esse putem quam Coacam et Aphorismum l. Prudentes illae monitorum restrictiones vix propriae sunt antiquissimis his artis nostrae monumentis.

41. Libri mss. nostri aevi διὰ παχύτητα τοῦ πύου ἢ τοῦ τόπου οὐ διασημαίνει (vel ἀποσημαίνει). Recte provocavit Littréus ad comm. Galeni, unde discimus, veteres libros alios tulisse τοῦ πύου, alios τοῦ τόπου, ita ut in codicum hodiernorum loci huius lectione veterem utramque habeamus coniunctam. Littréus credidit, utramque eandem habere auctoritatem: citat Coacae 281. locum, alterumque e lib. de articulis. In illo legimus διὰ πάχος πύου οὐ διασημαίνει, in hocce διὰ παχυτέρου μὴν καὶ τὸ πῦον εὑρίσκεται, ἢ ὡς ἄν τις δοκέοι. Dedit igitur τοῦ τόπου. Equidem existimo, aphorismum ad Coacam esse descriptum, quod verbum διασημαίνειν utroque loco usurpatum docere videtur; ergo τοῦ πύου scribere malui.

42. Est etiam lectio in pluribus libris Parr. et schol. textu: ἐν τ. λ. ἢν τὸ ἧπαρ σκληρὸν γένηται.

43. Cf. Coaca 466. Gal. ἢ ὕδρωψ ἢ λειεντ. —; cf. aph. 48. huius sectionis, qui cum nostro explicatur a Gal. simili modo atque dysenteriae significatio proponitur in Coaca 2.

44. Cf. Coaca 475. Vulgo h. l. ἅλις; unus liber ἢ ἅλις ἀλλ' εἰς pro ἅλις; — alius quidam ἄλλεις. Insuetum recentioribus ἁλές his lectionibus ansam praebuit, quin in Coacam forte item recentius ἀθρόον pro eo invexerunt. Vulgo τὸ ὕδωρ, sed multi libri et Gal. et schol. τὸ οὖρον praebuerunt Littréo. Gal. in comm. locum se non intelligere dicit, qua de causa eum forte spurium esse affirmat. In scriptione loci vitiosi nihil inesse docet Coaca, sed quis morbus spectetur, non capio, nisi statuas febrem, quae in aph. primas partes agere dicitur, minoris momenti esse et sermonem fieri de stranguria cum alvi obstructione, ventris vehemente dolore, forte cum nausea et vomitu, sicuti rem illustrat Littréus.

με'. [1] Ἐφ' ἕλκεσι, ὁκόσα ἐνιαύσια γίγνεται, ἢ μακρότερον χρόνον [2] ἴσχει, ἀνάγκη ὀστέον ἀφίστασθαι, καὶ τὰς οὐλὰς κοίλας γίγνεσθαι.

45. In ulceribus, quae annua fuerint aut longius habuerint, os abscedere est necesse et cicatrices cavas fieri.

μς'. [3] Ὁκόσοι ὑβοὶ ἐξ ἄσθματος ἢ βηχὸς γίγνονται, πρὸ τῆς ἥβης ἀπόλλυνται.

46. Qui gibbosi ex anhelatione aut tussi fiunt, ante pubertatem moriuntur.

μζ'. Ὁκόσοισι φλεβοτομίη ἢ [4] φαρμακείη ξυμφέρει, τούτους [5] προσήκει τοῦ ἦρος φλεβοτομεῖν ἢ φαρμακεύειν.

47. Quibus venae sectio aut medicamentum purgans confert, iis vere venam secare aut medicamentum purgans exhibere convenit.

μη'. Τοῖσι σπληνώδεσι δυσεντερίη [6] ἐπιγενομένη, ἀγαθόν.

48. Lienosis accedens intestinorum difficultas bono est.

μθ'. Ὁκόσα ποδαγρικὰ νοσήματα [7] γίγνεται, ταῦτα ἀποφλεγμήναντα ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι [8] ἀποκαθίσταται.

49. Podagrici morbi intra diem quadragesimum deposita inflammatione subsistunt.

ν'. Ὁκόσοισι ἂν ὁ ἐγκέφαλος διακοπῇ, τούτοισι ἀνάγκη πυρετὸν καὶ χολῆς ἔμετον ἐπιγίγνεσθαι.

50. Quibus persectum fuerit cerebrum, iis febrem et bilis vomitionem succedere necesse est.

να'. Ὁκόσοισι ὑγιαίνουσι ὀδύναι γίγνονται ἐξαίφνης ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ παραχρῆμα ἄφωνοι κεῖνται καὶ [9] ῥέγκουσι, ἀπόλλυνται ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ.

51. Quibus bene valentibus capitis dolores derepente contingunt, statimque voce deficiunt et stertunt, intra dies septem pereunt, nisi febris eos prehenderit.

[νβ'. Σκοπεῖν δὲ χρὴ [10] καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσι ὕπνοισι· ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται [11] τοῦ λευκοῦ, ξυμβαλλομένων τῶν βλεφάρων, [12] μὴ ἐκ διαρροίης ἐόντι [13] ἢ

[52. Spectare vero oportet etiam quae ex oculis per somnum subapparent. Etenim si quid ex albo, commissis palpebris, subappareat, neque id ex alvi profluvio aut medicamenti potione

[1] ἕλκεα ὁκόσα Sc. V., ut cett. — [2] ἴσχουσι Sc. V. — [3] ὁκόσοισι ὑβός V. ὁκίσοισι ὑβοί Sc. V. ut vulg. — [4] φαρμακίη Sc. V. — [5] προσῆκον Sc. V. — [6] γενομένη Sc. V. — [7] γίνονται Sc. V. — [8] ἀποκαθίστανται Sc. V. — [9] ῥέγχουσι Sc. V. — [10] καί om. V. — [11] τοῦ λευκοῦ pone βλεφάρων infertur in Sc. V. — [12] μή h. l. om Sc. — [13] ἢ ἐκ φ. Sc. V.

45. Reliquorum omnium librorum tum mss., tum editorum lectio ἕλκεα ὁκόσα vitiosa est, quum quorsum referatur non habeat; lenissima medela visa est ἐφ' ἕλκεσι scribere. Duo libri omittunt γίνεται; tum vulgo ἴσχουσι, sed ἴσχει libri sex Parr., schol., Littréus. In fine aphorismi γενέσθαι libri sex, unus εἶναι; Gal. γίγνεσθαι.

46. Cod. unus ἀπόλλυνται πρὸ τῆς ἥβης, quod alicuius momenti est propter loci interpunctionem. Reliqua varietas lect. nullius pretii est. Quod autem attinet ad interpunctionem, sunt qui pone γίνονται, sunt alii qui pone ἥβης distinguunt. Gal., animadvertente Littréo, posteriorem rationem secutus est, teste comm.; mihi prior sequenda videtur. Nempe si cum superioribus coniuncta cupivisset auctor verba πρὸ τῆς ἥβης, aptius haec intulisset initio sententiae pone ὁκόσοι. Verborum consecutio ducit ad distinctionem, quam exhibeo. E Galeni comm. paene effeceris, eum καὶ βηχὸς, non ἢ βηχὸς legisse, non tamen video codicum lectiones hac in re variare.

47. Edi solet προσῆκον, quod non fero, nempe προσήκει scriptum fuit; talia tam saepe in codd. confunduntur, ut confidenter quod congruum est, hic exhibeam. Alia lectio est: τούτους τοῦ ἦρος φλ. ἢ φ. χρή, — quam Gal. et schol. sequuntur.

48. Duo libri Parr. et Gal. ἐπιγινομένη. cf. Coaca 466. et Aph. 43. huius sectionis.

49. Vulgo γίνονται et ἀποκαθίστανται, sed num. sing. dedit Littréus e schol. paucisque codd. — Unus liber habet ἐν τεσσαράκοντα ὀκτὼ ἡμέρῃσι, sed facile, quum η' sit ὀκτώ, iste numerus e prima litera nominis ἡμέρῃσι ibi originem ducere potuit. Plures codd. καθίσταται et καθίστανται. In comm. Gal. διατρώσεων vs. 3. a principio pro διαρρώσεων, uti recte fert Basil. Ed.

50. Cf. Coaca 500. Unus cod. pone διακοπῇ habet ἢ ἐμφραχθῇ: plures alii et schol. in fine ἐπιγενέσθαι.

51. Gal. et schol. ἄφωνοι γίνονται, quam lectionem in pluribus codd. Parr. vidit Littréus. Forma ῥέγχουσι apud Gal., schol., alios occurrit.

52. Verba τοῦ λευκοῦ in vulg. eodem inferuntur loco, quo legi indicavi in codd. Leidensibus; eo, quo ego descripsi, habentur in sex codd. Parr. et apud schol.; mihi in vulg. de sede sua aberravisse visa sunt. Foës. Latine vertit quasi μὴ ξυμβαλλομένων legisset; negatione addita opus non est, quin mihi lectio sine negatione addita potior videtur, licet neque altera offenderet, si eam solam nobis relictam haberemus; utraque consistere posse videtur. Praepositio ἐκ ante φαρμακοποσίης a Littréo omissa est plurium librorum auctoritate. Ceterum aph. apud schol. cum antecedente in unum coniunctus est; apud Magn. in marg. omittitur. Mihi

©BIUM

Φαρμακοποσίης, φλαῦρον τὸ σημεῖον καὶ θανατῶδες σφόδρα.]

νγ'. Αἱ παραφροσύναι αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γενόμεναι ἀσφαλέστεραι· αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς, ἐπισφαλέστεραι.

νδ'. Ἐν τοῖσι ὀξέσι πάθεσι τοῖσι μετὰ πυρετοῦ αἱ κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ, [1] κακαί.

νε'. Τὰ [2] ποδαγρικὰ τοῦ ἦρος καὶ τοῦ φθινοπώρου κινέεται ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ.

νς'. Τοῖσι μελαγχολικοῖσι νοσήμασι ἐς τάδε ἐπικίνδυνοι αἱ ἀποσκήψιες· [3] ἐς ἀπόπληξιν τοῦ σώματος, ἢ σπασμὸν, ἢ μανίην, ἢ [4] τύφλωσιν.

νζ'. Ἀπόπληκτοι δὲ μάλιστα γίγνονται ἡλικίῃ τῇ ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐτέων ἄχρις ἑξήκοντα.

νη'. Ἢν [5] ἐπίπλοον ἐκπέσῃ ἀνάγκη ἀποσαπῆναι.

νθ'. [6] Ὁκόσοισι ἐξίσταται τὸ ἰσχίον καὶ πάλιν ἐμπίπτει, [7] μύξα ἐγγίγνεται.

contingat, pravum signum est et lethale admodum.]

53. Deliria, quae cum risu fiunt, tutiora; at quae studio adhibito, periculosiora.

54. In morbis acutis cum febre gemebundae spirationes, malae.

55. Podagrae vitia vere et auctumno fere moventur.

56. Morbis ab atra bile periculosae confirmationes sunt ad haec mala: ad corporis sideration em, aut convulsionem, aut insaniam, aut coecitatem.

57. At corporis sideration es contingunt ea aetate maxime, quae est ab anno quadragesimo ad sexagesimum.

58. Ubi omentum exciderit, computrescat necesse est.

59. Quibus femoris caput suo loco excidit, ac rursus recipitur, mucus inest in articulatione.

[1] κακὸν Sc. V. — [2] ποδαγρικὰ πάθη καὶ τὰ μανικά Sc. V., tum om. ὡς ἐ. τ. πουλύ. — [3] ἢ ἀποπληξίην Sc. V. ut vulg. — [4] τύφλωσιν σημαίνουσιν Sc. V. ut vulg. — [5] ἐπίπλους Sc. V., ut vulg. — [6] ὁκόσοισι ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι Sc. V. — [7] μύξαι Sc. μύξας V. ἐγγίνονται. Sc. V.

dudum adscriptus esse visus est ad superiorem aph. e prognostico a lectore aliquo; ipsi sive auctori, sive collectori potius aphorismorum eum non deberi puto. Eo modo translatorum locorum in hanc collectionem exempla vix novi, ita nempe, ut verbotenus describerentur.

53. Pro vulgato γενόμεναι tres codd. Parr. aoristum participii ferunt; nonnulli σπουδῆς loco legunt κλαυθμοῦ, quod forte e seq. aph. κλαυθμώδεες ortum.

54. Aph. in libris nonnullis omissum vidit Littréus, item κακὸν in fine in aliquot codd.

55. Lectt. codd. Leidd. etiam in pluribus Parr. vidit Littréus, qui tamen τὰ μανικά non recepit, quia de iis altum silentium est in comm. Galeni. Imo vero licet scholiastae textus ista ferat, nec Theophilus tamen ea legit, uti patet e scholio. Itaque videtur additamentum esse recentis originis.

56. Solita loci lectio haec est: τοῖσι (δέ addit liber unus) μελαγχολικοῖσι νουσήμασι ἐς τάδε ἐπικίνδυνοι αἱ ἀποσκήψιες· ἤ (particula om. in libb. plurr.) ἀπόπληξιν (ἀποπληξίην nonnulli codd.) τοῦ σώματος, ἢ σπασμὸν, ἢ μανίην (ἢ μ. om. in libb. paucis) ἢ τύφλωσις σημαίνουσι (σημαίνει libb. multi). — Quodsi iam accuratius locum persequaris, postremum σημαίνει s. σημαίνουσι cum superioribus tam parum congruit, ut sponte pateat ineptum additamentum esse. Nam in priore membro morbi ex atra bile ἐς τάδε confirmari dicuntur; itaque iam postulat rerum nexus enumerationem eorum, quae isto ἐς τάδε indicantur. Tum vero quid erit subiectum illius σημαίνει s. σημαίνουσι? forte τὰ μελαγχολικὰ νοσήματα? Docetne auctor haec σημαίνειν ἀπόπληξιν κ. τ. λ.? Omnia haec ostendunt, quam male cum sententia actum sit. Ego puto, locum facile restitui σημαίνουσι delendo et ἢ ante ἀπόπληξιν in ἐς mutando, quae praepositio facile ob terminationem antecedentis nominis interire potuit, locusque dein describi, uti in vulg. legitur, a librariis nihil intelligentibus.

57. In duobus codd. tantum δέ omissum vidit Littr., nonnulli libri ἡλικίῃ τῇ omm., alii ἡλικίῃσι τῇσι ferunt. Pro ἄχρι nonnulli codd. μέχρι legunt. Gal. hunc locum de iis tantum verum esse affirmat, qui ex morbo melancholico apoplectici fiant. Itaque proxime cum antecedente aph. hunc cohaerere dicit. Mihi quidem loci habitus omnino eiusmodi esse videtur, ut fere putes adnotationem esse ad aph. 56. — Maxime sane ut ita existimes facit particula δέ initio, — neque opus est tamen ut dicam, quam facile haec aut addatur, aut omittatur a descriptoribus, maxime in his sententiis brevibus.

58. Cf. Coaca 502. Vulgo ἐπίπλους: iam Lind. alterum illud dedit et Gal. et schol. habent et vidit Littréus in codd. non paucis. In schol. textu et libb. septem Parr. καὶ ἀποπεσεῖν additur pone ἀποσαπῆναι. Collata tamen Coaca dixerim recentius additamentum esse.

59. 60. In his aphorismis satis audacem mutationem tentavisse multis videbor; itaque textum traditum libris primum describo, dein quid mutaverim et quare id fecerim exponam. Aph. 59. in uno cod. Par. omittitur: ceterum ita se habet: ὁκόσοισι ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι (χρονίης addunt Magn. et Lind. in textu, Merc. in marg.) ἐξίσταται τὸ ἰσχίον καὶ πάλιν ἐμπίπτει (ἐκπίπτει duo codd. Parr.; Magnol. in marg. omittit verba καὶ πάλιν ἐμπ.) τουτέοισι μύξαι ἐπιγίνονται (unus cod. Par. μύξη, alter μίξις οὐ γίνεται; libri octo et schol. ἐγγίγνονται, vel ἐγγίνονται). — Aphorismus autem 60[us] ita scriptis traditur: ὁκόσοισι ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι (ἐχομένοισι schol. et multi codd.) χρονίης τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, τουτέοισι τήκεται (φθίνει Gal., schol., multi libri) τὸ σκέλος καὶ χωλοῦνται (χωλοῦται duo codd.) ἢν μὴ καυθῶσι (καυθέωσι Littr. e Magnolii marg.) Primum quidem ut de his dubitarem fecit exordium utrius-

©BIUM

ξ'. Τοῖσι ὑπὸ ἰσχιάδος [1] ἐνοχλουμένοισι [2] χρονίης φθίνει τὸ σκέλος καὶ χωλοῦνται, ἢν μὴ καυθέωσι.

60. Diuturno coxendicis dolore conflictatis crus tabescit et claudicant, nisi urantur.

ΤΜΗΜΑ ΕΒΔΟΜΟΝ.

Sectio septima.

α'. Ἐν τοῖσι ὀξέσι νοσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων, κακόν.

1. In acutis morbis extremorum refrigeratio, malum.

β'. Ἐπὶ ὀστέῳ [3] νοσέοντι σὰρξ πελιδνὴ, κακόν.

2. Caro livida ex osse aegrotante malum denunciat.

γ'. Ἐπὶ ἐμέτῳ λὺγξ καὶ ὀφθαλμοὶ ἐρυθροὶ, κακόν.

3. Ex vomitione singultus et oculi rubentes, malo sunt.

δ'. Ἐπὶ ἱδρῶτι φρίκη, οὐ χρηστόν.

4. Ex sudore horror minime bonus.

ε'. Ἐπὶ μανίῃ δυσεντερίη ἢ ὕδρωψ, ἢ ἔκστασις, ἀγαθόν.

5. Ex furore intestinorum difficultas, aut hydrops, aut vehemens mentis emotio (ἔκστασις dicitur) bono est.

ς'. [4] Ἐν νούσῳ [5] πολυχρονίῳ ἀσιτίη καὶ ἄκρητοι ὑποχωρήσιες, κακόν.

6. In morbo diuturno ciborum fastidium et sincerae deiectiones, malum denunciant.

ζ'. [6] Ἐκ πολυποσίης ῥῖγος καὶ παραφροσύνη, κακόν.

7. Ex multo potu rigor et delirium, malum.

η'. Ἐπὶ φύματος ἔσω [7] ῥήξι ἔκλυσις, ἔμετος καὶ [8] λιποψυχίη γίγνεται.

8. Ex rupto intro tuberculo, exsolutio, vomitio, et animi defectio contingit.

[1] ἰχομένοισι V. — [2] χρονίης τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, τούτοισι τήκεται τὸ σκ. Sc. V. — [3] νοσοῦντι Sc. V. — [4] ἐπί Sc. V. — [5] πολυχρονίῃ Sc. V. — [6] V. om. Aph. hunc. — [7] ῥήξει Sc. V. — [8] λειποθυμίη Sc. V.

que aphorismi paene iisdem verbis expressum; dubitationem auxit μύξαι ἐπιγίνονται, quod non intelligebam et licet αἵματα plurali numero in Coacis legi novissem, mirum sonabat μύξαι plurali numero. Deinceps vero circumspiciens, unde haec illustrari possent, reperi quae sequuntur. In lib. de articulis p. 98. Littréo sermo est de facili humeri luxatione, quem locum non totum describam, sed desumo inde verba: ἀτὰρ καὶ εἰ μύξα πλείων ὑπείη τοῦ μετρίου μὴ ξὺν φλεγμονῇ, καὶ οὕτως ἂν ὀλισθηρὸν εἴη. Conferri possunt cum h. l. quae in lib. de Aëre, aq., locis, § 27. leguntur, ubi eadem theoria traditur. Ad aphorismum 60um tenendum in lib. de articulis p. 230. sermonem esse de emaciatione artus inferioris in luxatione femoris: ἄσαρκόν τε, inquit auctor, τὸ σκέλος καὶ ἄμυον καὶ ἐκτεθηλυσμένον καὶ λεπτότερον γίνεται, ἅμα μὲν διὰ τὴν στέρησιν τῆς χώρης τοῦ ἄρθρου, ἅμα δὲ ὅτι ἀδύνατον χρέεσθαί ἐστι, ὅτι οὐ κατὰ φύσιν κέεται· χρῆσις γὰρ μετεξετέρη ῥύεται τῆς ἄγαν ἐκθηλύνσιος· ῥύεται δέ καὶ τῆς ἐπὶ μῆκος ἀναυξήσιος. Teneri porro debet locus p. 240. ubi: οἷσι δὲ ἂν ..... ὑπὸ νούσου ἐξαρθρήσῃ τοῦτο τὸ ἄρθρον κ. τ. λ.; cf. etiam p. 242. § 56. et porro p. 252. ubi vs. 19. promittit auctor, se qui morbi luxationis causae sint, esse expositurum. Iste tamen locus deficit. — Itaque me converti ad lib. de internis affect., ubi p. 292. περὶ ἰσχιάδος agitur, de qua sermo est etiam in libro περὶ παθῶν, ita tamen, ut ex hoc loco nihil haurire contingeret, quod huc faciat. — Loco igitur laudato e lib. de int. aff. iste morbus a siccitate articuli femoris deducitur: corpus igitur madefacere oportet. Pag. 296. multi ex isto morbo claudicare dicuntur, ibidemque urendum esse aegrotantem praecipiunt. Pag. vero 298. auctor metuit, ne ἐντὸς ξυμφυῇ ὁ κόνδρος· ἢν δὲ ξυμφυῇ καὶ τὰ ἄρθρα ξυμπαγῇ, πᾶσα ἀνάγκη χωλὸν γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον. Ibi igitur de ischiade, tanquam causa luxationis, non est sermo, sed contra morbus anchylosin potius inducere dicitur. — Itaque ego sic censui: librarios sententias pessime miscuisse et ita principium utriusque aphorismi perturbavisse: de restitutione non agam pluribus, quum quivis, quid et quare factum sit, perspicere valeat. Ad plurale μύξαι quod attinet, credidi id e μύξα esse ortum, quae causa est cur μύξα, non μύξη scripserim; quodsi quis tamen hoc malit, non adversabor.

1. E paucis libris τῶν ἄκρ. enotavit Littréus. Cum h. l. iam Foës. contulit Coacam 115.

2. In hoc aph. νοσέοντι ex uno ms. Littréus; vulgo νοσοῦντι, — sed multi libri et Gal. et schol. νοσήσαντι.

3. Spectatur forte vomitus a medicamento epoto.

4. Galenus aphorismum ita interpretatur, ut ad τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα eum spectare dicat.

5. Apud Gal. Kühnii video lect. ἐπὶ μανίῃ ἢ δυσεντερίῃ; — in Basil. ἢ δυσεντερίῃ lego. Commentarius testatur locum in Kühniana descriptum falsam referre lectionem. Galeno etiam illa ἔκστασις, quae maniacis prosit, difficilis intellectu videbatur.

6. Vulgo ἐπί, sed Gal., schol., libri nonnulli Parr. ἐν, quod Littréus etiam exhibuit: πολυχρονίῳ e schol. recepi pro vulg. πολυχρονίῃ, quod deterius, quum sit adiect. duarum terminationem; ἄκριτοι, quod multi libri ferunt, vitiosum est. Schol. καὶ ἄκρητοι ἔμετοι καὶ χολώδεες ὑποχ., quam lect. in codd. tribus Parr. vidit Littréus; nec Theoph. tamen, nec Damascius id legerunt, neque Gal.

8. In vulg. habetur ῥήξιος, quod e genitivo antecedente natum est.

©BIUM

θ'. Ἐπὶ αἵματος ῥύσι παραφροσύνη [1] ἢ σπασμὸς, κακόν.

ι'. Ἐπὶ εἰλεῷ ἔμετος, ἢ λυγξ, κακόν.

ια'. Ἐπὶ πλευρίτιδι [2] περιπνευμονίη κακόν.

ιβ'. Ἐπὶ [3] περιπνευμονίῃ Φρενῖτις, κακόν.

ιγ'. Ἐπὶ καύμασι ἰσχυροῖσι σπασμὸς, ἢ τέτανος, κακόν.

ιδ'. Ἐπὶ πληγῇ ἐς τὴν κεφαλὴν ἔκπληξις ἢ παραφροσύνη, κακόν.

ιε'. ις'. Ἐπὶ αἵματος πτύσι πύου πτύσις· ἐπὶ πύου πτύσι φθίσις καὶ ῥύσις· ἐπὴν δὲ τὸ [4] πτύελον ἴσχηται, ἀποθνήσκουσι.

ιζ'. Ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἥπατος λυγξ, κακόν.

ιη'. Ἐπὶ ἀγρυπνίῃ σπασμὸς ἢ παραφροσύνη, κακόν.

Ἐπὶ ληθάργῳ τρόμος, [5] κακόν.

9. Ex sanguinis profluvio delirium aut convulsio, malo est.

10. Ex morbo tenuioris intestini (ileum dicunt) vomitio, aut singultus, malum.

11. Ex morbo laterali pulmonum inflammatio mala est.

12. Ex pulmonis inflammatione phrenitis malum denunciat.

13. Ex vehementibus ardoribus convulsio, aut nervorum distentio, malo est.

14. Ex ictu in capite accepto stupor, aut desipientia malo est.

15. 16. Ex sanguinis sputo puris sputum; ex puris sputo tabes et fluxus; ubi vero sputum sistitur, moriuntur.

17. Ex iecoris inflammatione singultus malo est.

18. Ex vigiliis convulsio, vel delirium, malum.

Ex lethargo tremor, malo est.

[1] ἢ καὶ σπ. Sc. V. — [2] περιπν. ἐπιγενομένη Sc. V. — [3] πλευρίτιδι Sc. V. — [4] σίελον Sc. V. — [5] κακόν om. Sc. V. Totus Aph. e vulg. abest.

9. Vulgo ἢ καὶ σπασμὸς; sed Gal. in comm. monet libros alios καί, alios ἤ legere; itaque cum Littréo ἤ scripsi.

10. Cf. Coaca 470. Vulgo ἐπὶ εἰλεῷ ἔμετος, ἢ λυγξ, ἢ σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη, κακόν. Sed verba ἢ σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη ex aph. 9. huc sunt delapsa, quapropter delevi.

11. Cf. Coaca 397. Quod ad lectionis varietatem, vulgo pone περιπνευμονίη additur ἐπιγινομένη, in aliis libris ἐπιγενομένη. Neutrum habet, neque Gal., neque schol., Magn., Lind. in textu. In pluribus etiam libris Parr. abesse vidit Littréus. Gal. in comm. narrat, in nonnullis sui aevi libris etiam κακόν abfuisse; forte qui ita locum antiquitus descripserunt, hunc aphorismum cum sequente coniunxerunt et κακόν sequentis ad utramque sententiam retulerunt.

12. Vulgo περιπλευμονίη, Gal. περιπνευμονίης. Quod in libris Leidd. vidi, πλευρίτιδι, etiam in nonnullis Parr. vidit Littréus.

13. Secundum Gal. in comm. καύμασι antiquissima est lectio, pro qua recentiores τραύμασι scripserunt. In textu schol. τρώμασι reperio, quod tamen Theoph., teste eius scholio, non legit. Galenus monet porro, καύμασι ab aliis de aëris aestu, ab aliis de cauteriis et escharis, ab aliis de febre cum aestu fuisse acceptum. Mihi postrema haec interpretatio sola placet; Littréus: „dans les fortes brulures,"

14. Apud Magnolium in marg. ἢ παραφροσύνη omittitur. Galenus utrumque et ἔκπληξις et παραφροσύνη interpretatur in comm., sed ex iis, quae ibi sequuntur, coniicias, eum κακόν in libris quibusdam non additum vidisse. Cum hoc aph. conferendus 24[us] huius sectionis, in quo κακόν non habetur et item legitur ἔκπληξις ἢ παραφροσύνη. Non ausim enim pro certo affirmare, ἢ παραφροσύνη non esse additamentum recentius, quum certe ἔκπληξις frequentius quam παραφροσύνη sequatur ictum capiti illatum, quod veteribus etiam notum fuit, Coaca 499. teste, ubi delirii ne mentio quidem facta una cum cerebri commotione memorata.

15. 16. Solent verba ἐπὶ πύου πτύσι initium facere aph. 17[i], sed in mss. Leidd., perinde atque in textu schol., uterque locus in unam sententiam coniungitur, quod in hac scriptione praestare puto. Nimirum in vulg. tum pone πτύσις, tum pone ῥύσις additur κακόν. Posterius tamen κακόν in omnibus fere codd abesse vidit Littr., quemadmodum nec Gal., nec schol. textus habent, verum neque prius illud Galenum legisse e comm. coniicio, quin eo loco item e libris fere abest et abest in textu schol.; in Leidd. codd. non legitur utroque loco, uti dixi. Animadversione porro dignum, pro ἐπὴν δέ scholiasten et libros aliquot Parr. legere καὶ ἤν. In sqq. multum dubito, auctorne re vera nude ῥύσιν posuerit: Gal. et schol. id aut de ventris, aut de capillorum fluxu, aut de utroque accipiunt. Equidem existimo vocem interiisse v. c. κοιλίης. — Cum Gal., schol., multis mss. Parr. dedi πτύελον pro vulgato σίελον.

17. Illud κακόν in fine omittitur in textu schol. Dietzii, Theophilum tamen id legisse dixeris; de Damascio res non constat. Dubito multum, num Gal. legerit, quin e comm. potius coniicio, illum non legisse. Ante omnia hic tenendum, scriptionem huius loci et vicinorum esse admodum incertam quod attinet ad κακόν adscribendum, vel omittendum; quod unicuique patebit, modo comm. Galeni accurate persequatur.

18. Gal. in comm.: ἔνιοι προστιθέασι κἀνταῦθα τὸ κακόν. ἡμῖν δ' εἴρηται πρόσθεν ὡς, εἰ καὶ μὴ προστεθείη, περιέχεται δυνάμει. Sic enim legendum ex Ed. Bas. pro corrupto περιέχονται δυνάμεις Kühnianae. Vulgo καὶ παραφροσύνη, sed multi libri Parr. et Gal. ἢ π., Gal. monet, τινὰ τῶν ἀντιγράφων καὶ τά γε ἀκριβέστατα solum legisse: ἐπὶ ἀγρυπνίῃ σπασμός. — Patet inde rursus, quam parum fidei adhibere liceat istis additamentis cum particula disiunctiva. De aph., qui agit de lethargo, haec dicta sunto: deficit in vulg. et in Galeni textu et comm., sed Littréus eum addidit e plurimis libris, e quibus tres tantum, sicuti

ιθ'. κ'. Ἐπὶ ὀστέου ψιλώσι ἐρυσίπελας· ἐπὶ ἐρυσιπέλατι σηπεδὼν ἢ [1]ἐκπύησις.

κα'. Ἐπὶ ἰσχυρῷ σφυγμῷ ἐν τοῖσι ἕλκεσι, [2]αἱμορραγίη.

κβ'. Ἐπὶ ὀδύνῃ πολυχρονίῳ τῶν περὶ τὴν κοιλίην, [3]ἐκπύησις.

κγ'. Ἐπὶ ἀκρήτῳ ὑποχωρήσι [4]δυσεντερίη.

κδ'. Ἐπὶ ὀστέου διακοπῇ [5]ἔκπληξις ἢ παραφροσύνη.

κε'. Ἐκ φαρμακοποσίης σπασμὸς, θανατῶδες.

κς'. Ἐπὶ ὀδύνῃ ἰσχυρῇ τῶν περὶ τὴν κοι-

19. 20. Ex ossis nudatione erysipelas; ex erysipelate putredo aut suppuratio.

21. Ex vehementi in ulceribus pulsatione, sanguinis fluxus.

22. Ex vehementi partium, quae ad ventrem attinent, dolore suppuratio.

23. Ex sincera alvi egestione intestinorum difficultas.

24. Ex osse persecto stupor, aut delirium.

25. Ex medicamenti purgantis potione convulsio, lethalis.

26. Ex vehementi partium, quae ad ventrem

[1] Pone ἐκπύησις Sc. V. addunt κακόν. — [2] αἱμορραγίαι Sc. V. — [3] ψύξις, κακόν Sc. — [4] δυσεντερίαι V. — [5] παραφρ. ἢ ἔκπλ. ἢν εἰς κενεῶνα λάβῃ V.

Leidenses, κακόν omittunt. Tum verissime observat, Galenum eum legisse videri, sed simul videri omissum esse in eius Edd. una cum comm.; Damascium enim fere Galeni commentarium excerpere solere, qui hunc aphorismum cum scholio habeat. Theophilus insuper alterius cuiusdam interpretis meminit, qui alio modo quam ipse locum explicuerit. — Neque hic pro certo affirmare ausim lectionem, in qua κακόν omittatur, non esse antiquiorem.

19. 20. Vulgo in duos aphorismos haec sententia divisa est, sed malui hoc modo eam describere. Pone ἐρυσίπελας addunt κακόν schol., Lind., libri novem Parr. E Galeni comm. patet, eo tempore in libris κακόν isto loco scriptum non fuisse: invectum puto a recentioribus, quia videbant, Gal. in comm. id desiderare. Multi libri et Edd. antiquae excepta Basil. et schol. et Lind. κακόν etiam adscribunt pone ἐκπύησις; ego nihil hic insuper requiro. Ut autem redeam ad Galeni comm. ad aph. 19., Gal. κακόν additum, vel intellectum cupit, quia erysipelas haud ita frequenter ossis denudationi superveniat, ut haec phaenomena constanti naturae lege iuncta videantur. Me non magnopere movent eius monita: ἐπυσίπελας accipio de inflammatione universe, quae certe post denudationem ossis supervenire debebit; sequens σηπεδὼν ἢ ἐκπύησις docere videtur, sermonem esse de inflammatione universe. — Sin σηπεδών ad ἐρυσίπελας referas tanquam exitum huius, fieri posse concedendum est, ut ἢ ἐκπύησις sit additamentum recentius et ut solum legere debeamus: ἐπὶ ὀστέου ψιλώσι ἐρυσίπελας, ἐπὶ ἐρυσιπέλατι σηπεδών. Nempe legem nimis late patentem in aphorismis proponi non nova res est neque insueta.

21. Lectio textus schol. est αἱμορραγίαι, κακόν. Alii libri αἱμορραγίαι, — alii αἱμορραγίη, κακόν. Hanc lect. sequitur Lind. — Gal. illud κακόν non legisse videtur, Theophilum omnino legisse dixeris.

22. Lectio, quam e cod. Sc. enotavi, orta est inde, quod aphh. seqq. usque ad 26^{um} omittuntur in illo libro. Suspicor, in Littréi varr. lectt. lapsu calami, vel typothetae confusionem inesse cum lectt. ad aph. 26^{um} pertinentibus. Schol. pone ἐκπύησις addit κακόν, quam lect. Lind. amplexus est.

23. Plures libri huius quoque aphorismi fini adiungunt κακόν, quam lect. schol. quoque habet et Lind. secutus est. In Gal. Ed. Bas. aphorismi textus bene descriptus est, in Kühniana minus bene: ἐπὶ ἀκράτῳ χωρήσει δυσεντερίαι. Comm. docet, Galenum legisse ὑποχωρήσι et ἀκρήτῳ.

24. De huius loci lectione dicere certe operae pretium est. Vulgo: ἐπὶ ὀστέου διακοπῇ παραφροσύνη, ἢν κενεὸν λάβῃ. Eandem lect. vidit Gal., uti patet e comm., ubi p. 123. vs. 3. foedo errore typogr. ἐνδέχεται pro ἐκδέχεται, quod recte fert Ed. Basil. — Monet Pergamenus, Marinum verba ἢν κενεὸν λάβῃ retulisse ad aph. sequentem, ita ut ibi legeret: ἢν κενεὸν λάβῃ ἐκ φαρμακοποσίης σπασμὸς, θανατῶδες. Iam vero variant libri Parr., ita ut non pauci παραφροσύνη ἢ ἔκπληξις, alii non pauci ἔκπληξις ἢ παραφροσύνη legant. Pauciores in priore lect. καί pro ἤ habent, sicuti schol.; plures in altera illa lect. καί pro ἤ legunt. Eandem lect., quam e V. enotavi, in pluribus libris Parr. legis. Praep. ἐς vel εἰς etiam ponitur ante κενεόν vulgatae, v. c. apud schol. Iam vero puto, Galeni comm. docere horum verborum veram lect. esse ἢν κενεὸν λάβῃ, reliquas esse huius corruptelas. Collato aph. 14° ἔκπληξις ἢ παραφροσύνη item veriorem lect. habeo, de qua tamen hic non alio modo sentio, quam ad aph. l., ita ut suspectum mihi sit additamentum ἢ παραφρ. — Nunc autem redeo ad Galeni comm. et ad verba ἢν κενεὸν λάβῃ. Pergamenus: ἐπὶ τοῦ κατὰ τὴν κεφαλήν, inquit, ὀστέου δηλονότι διακοπέντος οὐχ ἁπλῶς, οὐδ' ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ μέχρι τῆς ἐντὸς ἐπιφανείας, ἣν περιέχουσα τὸν ἐγκέφαλον ἐκδέχεται κενὴ χώρα, παραφροσύνη γίνεται· πλησιάζει γὰρ ἤδη τὸ πάθημα ταῖς μήνιγξι καὶ τῷ ἐγκεφάλῳ. Sumit igitur spatium vacuum inter duram matrem et arachnöideam, aut si accuratius rem spectaverit, in ipso sacco arachnöideae. Verum huius membranae paginae ita ad se invicem applicantur, ut quomodo veteres ibi κενεόν τι supposuerint, non intelligas. Praeterea quaero, num quis Graecus, si eo loco spatium sumsisset et indicare voluisset τὴν διακοπήν eo usque penetrare, id significaturus fuisset verbis ἢν κενεὸν λάβῃ? Ego nunquam inducar ut credam. Aph. 51. infra omnino τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ κενεοῦ fit mentio, sed manifesto ventriculi cerebri spectantur, licet Gal. in comm. ad istum locum affirmet, tum eos, tum spatium vacuum circa cerebrum indicari. — Me iudice igitur verba sensu cassa ad aph. hunc non pertinent. Forte cum Marino ad seq. ea referre oportet, ita ut adnotationem alicuius lectoris referant, qui indicare voluerit ἢν σπασμὸς λάβῃ τινὰ κενεόν. Non tamen dubium esse sentio, certum vero iudico, ea ab hoc loco aliena esse.

25. Apud Magn. in m. θανατώδης vidit Littréus.

26. Mirum, nisi respiciat mortem ex intestini incarceratione qualicumque.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 589 sur 880

©BIUM

λίην, [1] ἀκρωτηρίων ψύξις, κακόν.

κζ'. [2] Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ τεινεσμὸς ἐπιγενόμενος ἐκτρῶσαι ποιέει.

κη'. Ὅ τι ἂν ὀστέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον ἀποκοπῇ ἐν τῷ σώματι [3] οὔτε αὔξεται, οὔτε ξυμφύεται.

κθ'. Ἢν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάρροια ἐπιγένηται ἰσχυρὴ, λύει τὴν νοῦσον.

λ'. Ὁκόσοισι ἀφρώδεα τὰ διαχωρήματα ἐν τῇσι διαρροίῃσι, τούτοισι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς [4] φλέγμα καταρρέει.

λα'. Ὁκόσοισι [5] πυρέσσουσι ἐν τοῖσι οὔροισι κριμνώδεες αἱ ὑποστάσιες γίγνονται, μακρὴν τὴν ἀρρωστίην σημαίνουσι.

λβ'. Ὁκόσοισι δὲ χολώδεες αἱ ὑποστάσιες, ἄνωθεν δὲ λεπταὶ, [6] ὀξείαν τὴν ἀρρωστίην σημαίνουσι.

λγ'. Ὁκόσοισι δὲ διεστηκότα τὰ οὖρα γίγνεται, τούτοισι ταραχὴ ἰσχυρὴ ἐν τῷ σώματί ἐστι.

λδ'. Ὁκόσοισι δὲ [7] ἐπὶ τοῖσι οὔροισι ἐφίστανται πομφόλυγες, νεφριτικὰ σημαίνουσι καὶ μακρὴν τὴν ἀρρωστίην [8] ἔσεσθαι.

attinent, dolore, extremorum refrigeratio mala.

27. Mulieri utero gerenti si crebra et inanis desidendi voluntas (tenesmum dicunt) accesserit, abortum facit.

28. Os quodcumque, vel cartilago, vel nervus in corpore praecisum fuerit, neque augetur, neque coalescit.

29. Alba pituita vexato si vehemens alvi profluvium succedat, morbum solvit.

30. Quibus spumosa sunt alvi recrementa in alvi profluviis, iis a capite pituita defluit.

31. Quibus per febres sedimenta, hordei tosti non exacte moliti crassioribus frustulis similia, in urinis contingunt, longam fore aegritudinem denunciant.

32. At quibus biliosa sedimenta, supra vero tenuia, fuerint, acutum morbum significant.

33. Quibus disparatae sunt urinae, iis vehemens est in corpore turbatio.

34. Quibus in urinarum summa bullae consistunt, renum morbum eumque longum fore significant.

[1] ἀκρωτηρίων om. V. — [2] γυναικὶ om. Sc. V. — [3] οὔτε ὑγιάζεται, οὔτε αὔξεται, οὔτε φύεται Sc. V. — [4] ταῦτα καταρρεῖ Sc. V. — [5] πυρέττουσι Sc. V. — [6] ὀξείην Sc. V. et σημαίνει. — [7] ἐπί omm. Sc. V. — [8] ἐπιγενήσεσθαι Sc. V.

27. Aph. in pluribus libris Parr. omittitur, deficit etiam in Theophili codd. cum scholio. Consecutionem aphorismorum, quibus interponitur, si respicias, mirus videtur locus, ubi inseritur. Vulgo γυναικί initio abest: legunt Gal., schol. Dietzii, Merc. in marg., Lind. Itaque non omittere malui.

28. Cf. aph. 19. VI. et Coacam ibi laudatam; ἢ νεῦρον om. Gal. Ed. Basil. (non Kühniana); pro ἀποκοπῇ nonnulli libri et schol. διακοπῇ. uti in aph. l. legitur. Permulti libri et schol. solum οὐκ αὔξεται, multi etiam codd. Parr. ferunt lectionem, quam e codd. Leidd. enotavi.

29. Gal. in comm. refert, pro ἰσχυρή, alios scripsisse χρονίη.

30. Cum Lindano exhibeo Galeni lectionem; vulgata pro φλέγμα habet ταῦτα. Ceterum τά ante διαχωρήματα in nonnullis codd. omittitur variantque libri in ultimo verbo, pro quo ἀποκαταρρέει libri quatuor et unus alterque cum schol. ἐπικαταρρεῖ, ἐπικαταρρέει. Gal. sine dubio legit φλέγμα, quod cum doctrina in libro de aëre, aquis, locis convenit. Nolo tamen reticere, suspicionem mihi esse natam, locum esse interpolatum eiusque primam formam fuisse ὁκόσοισι ἀφρώδεα τὰ διαχωρήματα, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὸ φλέγμα καταρρέει. — Nempe spumosa esse alvi recrementa, nisi in diarrhoeis, non possunt; spuma a solidiore materie per alvum reddita aliena est; itaque ἐν τῇσι διαρροίῃσι otiosum glossema videtur; τουτέοισι vero eiusdem est farinae, cuius sexcenta alia exempla in libris brevibus sententiis descriptis vidimus et quorsum etiam ταῦτα vulgatae pertinet.

31. Cf. Coaca 586. in fine et Progn. p. 20. § 22. Galenus in comm. adfert exempla aegri secundi Epid. I. et tertii Epid. III., unde deducit, urinas istas citam quidem mortem praenunciare, sed longum morbi tempus, si futurum sit, ut aeger servetur. Vulgo πυρέττουσι, sed alteram formam Galenus habet et plures libri praebent; eam autem receperunt Lind., Littr. — Multi vero libri et scholiastes pro hoc verbo habent ἐν τοῖσι πυρετοῖσι. Pauci libri articulum ante ὑποστάσιες omittunt.

33. Conveniunt, ut opinor, cum hic descriptis urinis, quae memorantur Coaca 593. δάσος διασπώμενον habentes et Coaca 578. τὸ ἐξ ὑποστάσιος διασπώμενον. — Gal. in comm. τὰ διεστηκότα, inquit, κυρίως μὲν ἀκούοντι ἀδύνατόν τι δηλώσει. συνεχὲς γὰρ ἑαυτῷ τὸ οὖρόν ἐστιν ἀεὶ, μηδεμίαν ἐν τῷ μέσῳ χώραν ἔχον κενήν. εἰ δὲ τὸ κατὰ τὴν σύστασιν ἀνώμαλον εἰρῆσθαι δεχοίμεθα, δεόντως εἶπε ταραχὴν ἰσχυρὰν αὐτὸ σημαίνειν. In his commentarii verbis requiro initio τὸ διεστηκότα, nam de nomine ipso loquitur, non de urinis. — Quod ad aphorismi lect., δέ initio in libris pluribus omittitur, itemque articulus τά.

34. Hic quoque aliquot libri δέ initio omittunt. Quod e mss. Leidd. enotavi, ἐπί deesse, observavit etiam in Parr. pluribus Littréus, ἐν pro ἐπί Gal., schol., alii libri. Schol.

©BIUM

λε'. Ὀκόσοισι δὲ λιπαρὴ [1] ἐπίστασις καὶ ἀθρόη, τούτοισι νεφριτικὰ καὶ ὀξέα σημαίνει.

λς'. [Ὀκόσοισι δὲ νεφριτικοῖσι ἐοῦσι τὰ προειρημένα ξυμβαίνει σημήϊα, πόνοι τε ὀξέες περὶ τοὺς μύας [2] τοὺς ῥαχιαίους γίγνονται, [3] ἢν μὲν περὶ τοὺς ἔξω τόπους γένωνται, ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον ἔξω· ἢν δὲ μᾶλλον οἱ πόνοι πρὸς τοὺς ἔσω τόπους [4] γένωνται, καὶ τὸ ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον μᾶλλον ἔσω.]

λζ'. Ὀκόσοι αἷμα ἐμέουσι, [5] ἢν μὲν ἄνευ πυρετοῦ, σωτήριον· [6] ἢν δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν· [7] [θεραπεύειν δὲ τοῖσι ψυκτικοῖσι καὶ τοῖσι στυπτικοῖσι.]

λη'. Κατάρροοι [8] οἱ ἐς τὴν ἄνω κοιλίην [9] ἐκπυέονται ἐν ἡμέρῃσι εἴκοσι.

λθ'. Ἢν οὐρέῃ αἷμα καὶ θρόμβους καὶ

35. At quibus summa urina pinguis est et conferta, iis renum morbum eumque acutum significat.

36. [Quibus vero renum vitio affectis praedicta signa contingunt, doloresque acuti circa spinae musculos fiunt, si quidem ad loca exteriora ferantur, abscessum extra fore exspecta. Quod si dolores ad loca interna magis vergant, abscessum quoque interius potius futurum sperandum.]

37. Qui sanguinem vomitione refundunt, si quidem citra febrem contingat, salutare; cum febre vero, malum. [Curandum vero refrigerandi et adstringendi vim habentibus.]

38. Destillationes in superiorem ventrem intra vigesimum diem in pus vertuntur.

39. Si quis sanguinem et grumos meiat et

[1] ὑπόστασις Sc. V. — [2] τῆς ῥάχιος Sc. V. — [3] κἢν Sc. V. — [4] γίνωνται Sc. V. — [5] εἰ Sc. V. — [6] εἰ Sc. V. — [7] θεραπεύεται Sc. V. — [8] εἰ omm. Sc. V. — [9] ἐκπυοῦνται Sc. V.

solus φρενιτικά in textu, quod tamen Theoph. non legit, forte lapsus calami, aut typothetae est. Plures libri σημαίνει; pro μακρήν unus cod. ὀξείην. Articulum ante ἀρρ. adscripsit Littr. e libris multis; codd. denique nonnulli ἔσεσθαι omittunt, alii eandem habent lect., quam e Leidd. enotavi.

35. Non reperio in Coacis praesensionem ex urina pingui, quae huc faciat, licet ipsa pinguedo in ea memoretur Coacis v. c. 575. 579. 582. Galenus in comm. duo monet, quae tenenda quidem sunt, sed non probanda, nonnullos nempe interpretes νεφριτικά mutavisse in φρενιτικά, de suo; — tum dicit τὸ ἀθρόον προσκείμενον τῷ λόγῳ δοκεῖ μοι κατὰ τοῦ χρόνου λελέχθαι; — mihi quidem non de tempore dici videtur, sed omnino de copia. Monet porro, in aliis libris ἐπίστασις, in aliis ὑπόστασις suo tempore legi. In fine καὶ ὀξέα σημαίνει legit schol.; sunt libri, qui σημαίνει καὶ ὀξείην τὴν ἀρρωστίην ἔσεσθαι. — Candide fateor, me locum eiusmodi non intelligere, adeoque me nihil certo pronunciare de illo posse.

36. In comm. Galeni p. 138. vs. 9. προελθόντος πόνου etiam in Bas. Ed.; lege προσελθόντος. — Quod ad aphorismi lectionem, δέ omittit cod. unus Par. ὀξέες vulgo abest, sed schol., Magn. in textu, Merc. in marg., codd. octo Parr. habent, unde Littréus adscripsit. Lectionem τῆς ῥ., quam e Sc. V. enotavi, in nonnullis libris Parr. vidit Littréus. — Vulgo κἢν, sed Gal., schol., multi libri ἢν, quod Lind. et Littr. exhibuerunt, Foës. Latine expressit. Pro γένωνται vulgatae, quod unice probo, γίνωνται, γίγνωνται libri alii, altero vero illo loco de meo aor. dedi, libris γίνονται ferentibus. Gal. et libri plures Parr. καὶ τὰ ἀποστήματα προσδέχου ἐσόμενα ἔξω. — Pro πρὸς τοὺς ἔσω τόπους Gal. et plures libri Parr. περὶ τοὺς εἴσω τόπους; tum altero illo loco quoque τὰ ἀποστήματα — ἐσόμενα libri tres Parr. omisso μᾶλλον. — Ceterum color loci universi mihi eiusmodi esse videtur, ut putem esse adnotationem lectoris nescio cuius ad aphorismos superiores. Id certe mihi probabilius esse videtur, quam profectam esse sententiam ab eodem auctore, a quo ipsi illi aphorismi sunt conscripti. — Hac de causa uncinis locum intercepi.

37. In lectione loci ita variant libri, ut alii ἤν utroque loco, alii εἰ, alii altero ἤν altero εἰ habeant. Pro κακόν schol. et libri nonnulli ὀλέθριον κάρτα. Pro θεραπεύειν eandem lect., quam e mss. Leidd. enotavi, e pluribus Parr. excerpsit Littréus. Merc. in m. θεραπεύεσθαι. In comm. Galeni ἐμέουσι num de vomitu an de sputatione sit intelligendum, quaeritur et de haematemesi locum accipit Pergamenus. Equidem locum incertae significationis puto esse: nempe criterium illud, quod e febre praesente aut absente ducitur, parum ad rem facit, nec definire valet, num sputatio, an vomitus spectetur. — Monitum de curatione, quod nihil commune habet cum principe aphorismo, additamentum est recentius, quod igitur uncis inclusi. — Inter hunc Aph. et seq. codd. Leidd. interpositos habent duos seqq., quos in Parr. pluribus Littréus etiam vidit: τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι τὸ μακρότατον. Et: τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι. Posterior hic, quod ad numerum in eo obvium attinet, occurrit truncatus in V.

38. Κάταρροι vulgo, sed quod cum Littréo exhibui, scholiastae pluriumque codd. auctoritate nititur. Articulum οἱ e Magn. marg. adscripsit Littréus. Gal. in comm. narrat maiorem apographorum numerum suo tempore tulisse ἡμέραις εἴκοσι μιᾷ: dicit porro, Hippocratem ubivis 20um diem, non 21um criticum habere. Iam vero nescio, num οἱ πλεῖστοι apud eum de omnibus sit intelligendum, ita ut ad suam mentem numerum correxerit, necne. Superiorem ventrem Galenus intellexit de thorace, at non audeo affirmare, auctorem loci illud cavum respicere. Nec vero satis intelligo, quos καταρρόους is voluerit, nisi forte abscessus, s. potius inflammationem abscessus praecedentem, de catharris explicandos esse existimaverit.

39. Cum hoc Aph. cf. 80. IV. Propter hanc similitudinem Gal. h. l. eum deletum cupit: monet, duplicem esse in libris eius finem: eum, quem exhibeo, et alterum τὴν κύστιν νο-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 591 sur 880

©BIUM

[1]στραγγουρίη ἔχῃ, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸν [2]περίναιον καὶ τὸ ὑπογάστριον καὶ τὸν κτένα, [3]τὰ περὶ τὴν κύστιν νοσέειν σημαίνει.

μ′. Ἢν ἡ γλῶσσα ἐξαίφνης ἀκρατὴς γένηται, ἢ ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος, [4]μελαγχολικόν.

μα′. Ἢν ὑπερκαθαιρομένων τῶν πρεσβυτέρων, λὺγξ ἐπιγένηται, οὐκ ἀγαθόν.

μβ′. Ἢν πυρετὸς μὴ ἀπὸ χολῆς ἔχῃ, ὕδατος πολλοῦ καὶ θερμοῦ καταχεομένου κατὰ τῆς κεφαλῆς, λύσις τοῦ πυρετοῦ γίγνεται.

μγ′. Γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίγνεται.

μδ′. Ὁκόσοι ἔμπυοι καίονται, ἢν μὲν τὸ πῦον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίγνονται· ἢν δὲ [5]ὕφαιμον καὶ βορβορῶδες καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται.

με′. Ὁκόσοι τὸ ἧπαρ διάπυον καίονται, ἢν μὲν τὸ πῦον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, [6]περιγίγνονται· [7]ἢν δὲ οἷον ἀμοργὴ ῥυῇ, ἀπόλλυνται.

μς′. [Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἄκρητον ποτί-

stranguria laboret, et dolor ad interfemineum et imum ventrem et pectinem pertingit, partes ad vesicam pertinentes male affici significat.

40. Si lingua derepente incontinens, aut aliqua corporis pars siderata evadat, atram bilem id indicat.

41. Si senioribus supra modum purgatis singultus accidat, non bonum.

42. Si febris non ex bile orta prehenderit, aqua calida et copiosa capiti affusa, fit febris solutio.

43. Mulier ambidextra non fit.

44. Quibus suppuratis cum uruntur, pus purum fluxerit et album, ii evadunt. Sin subcruentum et coenosum et foetidum fuerit, pereunt.

45. Qui ex purulento iecore aduruntur, si pus purum et album effluat, supersunt. Sin vero qualis amurca fluat, pereunt.

46. [Oculorum dolores exhibita meri potione

[1] στραγγουρίην V. — [2] περίνεον Sc. V. — [3] καὶ τὴν κύστιν νοῦσον σημαίνει Sc. V., qui non habent τὸ ὑπογάστριον. — [4] μελ. τὸ τοιοῦτον γίνεται V. τ. τ. γίγνεται Sc. — [5] ὕφαιμον καί omm. Sc. V. — [6] περιγίνονται· ἐν χιτῶνι γὰρ τὸ πῦον τουτέοισί ἐστιν. Sc. V. — [7] ἰάν Sc. V.

σέειν σημαίνει. In libris nonnullis locum hunc omissum vidit Littréus. Accusativum στραγγουρίην habent Gal., schol.; τόν ante περίναιον multi libri praebuerunt Littréo, — sunt etiam qui τό habent, quod Lind. edidit: vulgo articulus abest. In voce περίναιον habetur solita lectionis varietas. quam ad Aph. 80. IV, iam descripsi. — Pone περίναιον additur καὶ τὸ ὑπογάστριον in libris sex Parr., apud Gal., Merc. in marg., Foës. in Latinis, Lindanum. — Lectionem, quam ad finem loci e codd. Leidd. excerpsi, vidit Littréus in pluribus Parr.

40. Articulum ante γλῶσσα omm. libri nonnulli et schol. Vulgo in fine γίνεται, sed non pauci libri et schol. omittunt. — Sunt duo libri, qui τὸ πάθος legunt in fine pone μελαγχολικόν; vulgo τὸ τοιοῦτον in fine additur, vel τὸ τοιοῦτον γίνεται. — Duo codd. Parr. huic aph. subiungunt sequentem: ἢ φόβος ἢ δυσθυμίη, πουλὺν χρόνον ἔχουσα διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον. — Mihi tum in Aph. nostro, tum in isto codicum Parr. τὸ τοιοῦτον recentius additamentum esse videtur.

41. Pauci libri ὑπερκαθαιρομένῳ πρεσβυτέρῳ; pauci alii κακόν pro οὐκ ἀγαθόν.

42. Schol. et pauci libri ἔχῃ τὴν γένεσιν legunt. Memorat porro Gal. duplicem lect. ὕδατος et ἱδρῶτος, quarum illam praefert, hanc autem in plerisque libris legi dicit. Equidem non dubito, quin ὕδατος sit vera lectio: sudor copiosus, qui crisin in febribus adferat, non in solo capite apparebit. Ante θερμοῦ copulam omittunt libri nonnulli et schol. Hic in fine verba τοῦ πυρετοῦ γίνεται omittit. Cum hoc Aph. cf. penult. libri Epidd. II.

43. Locum nemo intelligit, licet oratio sit planissima:

nempe quo fundamento nitatur sententia, nemo perspicit. — Galenus ipse reiicit interpretationes aliorum, qui locum de parte certa uteri, unde foetus femineus proveniat, aut de hermaphroditis acciperent. Vere quidem ille: ἀμφιδέξιος quid significet apertum est, non quare mulier ἀμφιδέξιος esse non possit.

44. Vulgo καίονται solum: schol. et plures codd. ἢ τέμνονται pone καίονται ferunt; Lind., Littréus receperunt, Foës. Latine expressit; equidem non recipiendum duxi, licet veteres utraque methodo usos esse constet e locis e lib. de morbis II. et de intt. aff., ubi de suppuratis sermo est. Nimirum puto, lectorem ἢ τέμνονται adscripsisse, ut suppleret quod deesse putaverit. Verba ὕφαιμον καί in multis libris et in schol. textu desunt. Si ad parallelismum attendas, potius καὶ δυσῶδες omittas, licet in unico tantum libro desit, quam ὕφαιμον καί. Nempe ὕφαιμον respondet τῷ λευκῷ et βορβορῶδες respondet τῷ καθαρῷ in superiore membro. Horum nominum igitur nullum eiiciendum et vero his facile adiungi potuit καὶ δυσῶδες, quum iuncta βορβορῶδες καὶ δυσῶδες respondere possint uni τῷ καθαρῷ.

45. Locus desumtus est e Coaca 451., quapropter cum Lind. et Foësio in Latinis non recepi ἢ τέμνονται, quod e multis codd. adscivit Littréus. — Sed insuper aliud additamentum eieci, i. e. ἐν χιτῶνι γὰρ τὸ πῦον τουτέοισίν ἐστιν, quod pone περιγίνονται s. περιγίγνονται interponi solet; equidem adnotationem esse iudico marginalem, quae in textum irrepserit.

46. Plures libri, etiam Leidd., pro hoc aph. legunt ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἀκρητοποσίῃ, ἢ λουτρὸν, ἢ φλεβοτομίῃ λύει. Unus liber Par. pone ἢ πυρίῃ addit ἢ φαρμακίῃ. Est Aph.

©BIUM

σας καὶ λούσας πολλῷ θερμῷ φλεβοτόμει.]

μζ'. Ὑδρωπιῶντα [1]ἢν βὴξ ἔχῃ, ἀνέλπιστός ἐστι.

μη'. Στραγγουρίην καὶ δυσουρίην θώρηξις καὶ φλεβοτομίη λύει· τάμνειν δὲ τὰς ἔσω.

μθ'. Ὑπὸ κυνάγχης ἐχομένῳ οἴδημα καὶ ἐρύθημα ἐν τῷ στήθεϊ ἐπιγενόμενον, ἀγαθόν· ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ νόσημα.

ν'. Ὁκόσοισι [2]ἂν σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος, ἐν τρισὶ ἡμέρῃσι ἀπόλλυνται· ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσι, ὑγιέες γίγνονται.

να'. Πταρμὸς γίγνεται ἐκ τῆς κεφαλῆς, διαθερμαινομένου τοῦ ἐγκεφάλου, ἢ διυγραινομένου τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ [3]κενεοῦ· ὑπερχέεται οὖν ὁ ἀὴρ ὁ ἐνεὼν ἔξω· ψοφέει δὲ, ὅτι διὰ στενοῦ ἡ διέξοδος αὐτῷ ἐστιν.

νβ'. [4]Ὁκόσοι ἤπαρ [5]περιωδυνέουσι, τούτοισι πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὴν ὀδύνην.

νγ'. Ὁκόσοισι ξυμφέρει αἷμα [6]ἀφαιρέεσθαι ἀπὸ τῶν φλεβῶν, [7]τούτους χρὴ ἦρος φλεβοτομεῖσθαι.

et copioso aquae calentis balneo, venae sectione curato.]

47. Aqua inter cutem laborantem si tussis detineat, desperatus est.

48. Urinae stillicidium et meiendi difficultatem vini meri potio et venae sectio solvit. At secandae sunt interiores.

49. In angina detento si tumor et rubor in pectore contingat, bonum; foras si quidem morbus vertitur.

50. Quibus cerebrum sideratione tentatum est, intra tres dies intereunt. Quod si hos effugerint, sani evadunt.

51. Sternutatio ex capite fit concalefacto cerebro, aut perhumectata capitis inanitate. Aër enim intus contentus extra effunditur. Strepitum autem edit, quod ei per angustum fit transitus.

52. Quibus iecur vehementer dolet, iis succedens febris dolorem solvit.

53. Quibus sanguinem ex venis detrahere convenit, iis vere vena secanda est.

[1] ἰάν Sc. V. ut vulg. — [2] ἄν omm. Sc. V. — [3] κενοῦ πληρουμένου Sc. V. — [4] δκίσοισι V. — [5] περιοδυνέουσι Sc. V. — [6] ἀφαιρέειν Sc. V. ut vulg. — [7] τουτέοισι ξυμφέρει ἦρος φλεβοτομεῖσθαι Sc. V., nisi quod Sc. ξυμφ. om.

31. sect. VI., quem credo legi in illis codd., quia e comm. Galeni ad aphorismum 46., ubi citatur, eum desumerent. Aphorismum hunc τῶν παραγεγραμμένων esse putat Galenus: non dissentio, — est profecto ab imperito homine ad similitudinem § 1. sect. VI. expressus, resque in hocce ab isto interpolatore pessime confusae sunt.

47. Cf. Aph. 35. VI. E plurimis libris et Gal. et schol. cum Littréo ἤν exhibui.

48. Cf. Aph. 36. VI. Variae lectt. nihil memorabile habent.

49. Cf. Aph. 37. VI. et locos ibi e Coacis laudatos. Schol. et nonnulli libri Parr. ἡ ἐρύθημα. In Galeni textu omissa sunt verba ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ νόσημα, quae tamen legisse videtur. Nempe in comm. citat Aph. 37. VI.; quem dicit se interpretatum esse in quarto ad Aphh. commentario: respicit sua verba ad Aph. 34. IV.; et dein: ἐνταῦθ' οὖν, inquit, ἔοικε παραγεγράφθαι, προσθεῖναι τινὸς βουληθέντος τὸ ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ πάθος. Itaque illum ista addita vidisse dixerim, sed aut lapsu memoriae, aut quia in libris suis id vidit, πάθος pro νόσημα adferre.

50. In comm. Gal. p. 156. vs. penult. παχὺς ὁ θάνατος ridiculo typothetae errore pro ταχὺς ὁ θ., quod in Bas. legitur. Vulgo ἄν abest, sed schol., codd. plures habent et Lind. et Littr. adposuerunt. Cf. Coaca 187.

51. In comm. Galeni p. 157. vs. ult. ὅσπερ pro ὥσπερ legendum, uti in Bas. Ed. Quod ad loci lectionem attinet: ἀπὸ τῆς κεφ. schol. et libri nonnulli Parr. — Unus cod., Par. et Merc. in m. ἢ διυγραινομένου, ἢ ψυχομένου. Vulgo κενοῦ, sed Ionismum e libris 4., dedit Littréus, qui putat illud πληρουμένου, quod e libris Leidd. enotavi et in Aldina et libris nonnullis Parr. habetur, Theophilum re ipsa legisse. Mihi id non constitit: nempe Theophilus theoriam suam exponit, non interpretatur textus verba. Quin quum dicat γίνεται δὲ διχῶς ἢ διὰ θερμασίαν ἐν ἐγκεφάλῳ οὖσαν, ἢ διὰ ὑγρασίαν, fere non aliam lectionem quam nos illum vidisse dixerim. Sitne forte πληρούμενον ex eiusmodi interpretatione natum? Pro οὖν legunt γάρ Gal., schol. et plures libri Parr. — Littréus ἔξω omisit; mihi quum in omnibus fere libris legatur, nec male ponatur, servandum est visum. Pro vulg. αὐτοῦ duo codd. Parr. et Lind. αὖτῳ, sed ita ut ante ἢ διέξοδος inferatur.

52. Cf. Aph. VI. 40. Vulgo ὁκόσοισι ἦπαρ περιωδυνᾶται. Num forte comm. Galeni huic lectioni ansam praebuerit, non certo definire audeo, licet ex illo non constet, eum vulgatam vidisse. In comm. p. 160. vs. ult. pro ὅτε legendum ὅτι ex Ed. Bas. — Cum Littréo aphorismi eam lect. exhibui, quam schol. textus habet et quae in multis libb. Parr. et in Leidensibus reperitur.

53. Cf. Aph. VI. 47. Vulgo ἀφαιρέειν, pauci libri ἀφαιρεῖσθαι, sed omnes, uno excepto, mox φλεβοτομεῖσθαι, unico illo φλεβοτομεῖν ferente. Puto, utroque loco aut activam, aut passivam formam dandam esse, sed incertum esse, quid auctor dederit. Lectio vulg. τουτέοισι ξυμφέρει me iudice postponenda illi, quae χρή habet, quum ξυμφέρει librariorum errore ex altero membro huc devenisse videatur. Vulgo ἔαρι, sed sat multi libri ἦρος, quos cum Lind., Littréo, sum se-

©BIUM

νδ'. Ὀκόσοισι μεταξὺ τῶν φρενῶν καὶ τῆς γαστρὸς φλέγμα ἀποκλείεται καὶ ὀδύνην παρέχει, μὴ ἔχον διέξοδον [1] ἐς μηδετέρην τῶν κοιλιῶν, τούτοισι κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κύστιν τραπέντος τοῦ φλέγματος, λύσις γίγνεται τῆς νούσου.

νε'. Ὀκόσοισι [2] δ' ἂν τὸ ἧπαρ ὕδατος πλησθὲν ἐς τὸ ἐπίπλοον ῥαγῇ, τούτοισι ἡ κοιλίη ὕδατος ἐμπίπλαται καὶ ἀποθνήσκουσι.

νς'. Ἀλύκην, χάσμην, φρίκην οἶνος ἴσος ἴσῳ πινόμενος λύει.

νζ'. Ὀκόσοισι ἐν τῇ οὐρήθρῃ [3] φῦμα γίγνεται, τούτοισι διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος, λύεται ὁ πόνος.

νη'. Ὀκόσοισι [4] ἄν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ ὑπό τινος προφάσιος, ἀνάγκη ἀφώνους γίγνεσθαι παραχρῆμα.

νθ'. Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι, πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιγένηται, θανάσιμον.

Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐπιστραφῇ καὶ καταπίνειν μὴ δύνηται, ἀλλ' ἡ μόλις, θανάσιμον.

54. Quibus inter septum transversum et ventriculum pituita concluditur et dolorem exhibet, neque in alterutrum ventrem viam habet, iis per venas in vesicam pituita versa, morbi fit sublatio.

55. Quibus iecur aqua plenum in omentum eruperit, iis venter aqua impletur ac moriuntur.

56. Anxietudinem, oscitationem, horrorem vinum aequali aqua temperatum epotum solvit.

57. Quibus in urinaria fistula tuberculum innascitur, eo in pus verso et rupto, dolor solvitur.

58. Quibus ex occasione aliqua cerebrum concussum fuerit, eos protinus voce deficere necesse est.

59. Si febre detento, nullo exsistente in faucibus tumore derepente suffocatio succedat, lethale.

Si febre detento cervix pervertatur, neque devorare queat, nisi cum difficultate, lethale.

[1] οὐδὲ εἰς ἑτέρην Sc. V. Pro ἔχον V. ἔχει. — [2] δὲ τὸ ἧπαρ Sc. V. ut vulg. — [3] Φύματα γίνονται Sc. V. ut vulg. — [4] δ' ἄν Sc. V.

cutus. Totum aph. in nonnullis sui aevi libris omitti narrat Galenus.

54. Lectionem ἐς οὐδετέρην pro vulg. οὐδὲ εἰς ἑτέρην ex undecim codd. Parr. exhibuit Littréus. Pro τραπέντος schol. et libri quidam mss. τρεπομένου. Pro νούσου in fine pauci libri πυρετοῦ, alii pauci πόνου. Profecto meliorem anatomen habentibus difficile intellectu est, quo loco istud φλέγμα includi crediderit aphorismi auctor, unde Marini dubitatio a Gal. in comm. memorata. Ni fallor res tam hypothetice prolata non ita ad amussim exigenda est; parum curavit profecto scriptor loci quaestionem, quae ne ob mentem quidem ei versata fuerit. De meo μή et μηδετέρην dedi pro οὐ et οὐδ.

55. In δ' ἄν ita variant libri, ut alii δέ habeant, quod vulgatus textus fert, alii ἄν sine δέ, alii id, quod cum Littréo exhibeo. Pro πλησθέν schol. et nonnulli codd. ἐμπλησθέν. — In suo comm. Galenus existimat hepatis hydatides hic spectari et ἐς τὸ ἐπίπλοον verosimiliter accipiendum esse opinatur de cavo peritonaei, in quo situm sit τὸ ἐπίπλοον. Cum posteriore hac τὸ ἐπίπλοον accipiendi ratione consentio; de priore non sum certus. Forte locus ortus est ex inepta interpretatione loci Hipprocratis in Coaca 454. et Prognostici verborum ὁκόσοισι δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος ὕδρωπες γίγνονται.

56. Gal. schol. et multi libri legunt in fine τὴν νοῦσον pone λύει. Id quidem tenendum est, ut de alia re iudicium feramus: scilicet Gal., uti patet e comm., vidit in apographis antiquis ἀλύκη. χάσμη, φρίκη nominativo, dicitque, nonnullos, incongruam orationem esse arbitratos, nomina illa accusativo scripsisse. Littréus igitur nominativum dedit, sed non addidit in fine τὴν νοῦσον. Hoc quidem displicet, si antiquam illam lect. servare velis, certe etiam τὴν νοῦσον addendum est. Sed ne sic quidem lectio prae vulgata praestare videtur, quae forte non minus antiqua est; neque enim omnes sui aevi codd. vidisse Galenus censendus est. Locus ceterum occurrit etiam in Epid. II. sect 6. § 23., ubi: ἀλύκης, φρίκης, χάσμης, οἶνος ἴσος ἴσῳ, ἡ γάλα.

57. Cf. Aph. 82. IV. Vulgo Φύματα γίνονται, — sed γίνεται schol. Dietzii et libri tres Parr.; unus γίγνεται, alius ἐκφύεται. Cum Lind. Φῦμα γίνεται lego propter genitivum sing. in seqq.

58. Cf. Coaca 499. Vulgo δ' ἄν, sed δ' omittunt libri octo Parr. et schol.; vulgo etiam γενέσθαι, sed praesens dedit Littréus e codd. aliquot. Unus tantum liber ei praebuit ἄφωνον, quod in nonnullis sui temporis mss. legi testatur Gal.

59. In comm. Galeni ad aphorismum, qui mihi iam est 60ns, is monet, duos hos, quos uno numero 59i sum complexus, in plurimis mss. legi ante 60um. Foës. in Latinis eos postposuit sexagesimo mihi; Littréus item utrumque recepit. In codd. Leidd. aphorismus 60. duos hos antecedit. Conveniunt cum Aph. 34. 35. sect. IV. Eodem vero modo hic sentio de locorum scriptione: in primo igitur delevi pone ἐπιγένηται verba καὶ καταπίνειν μὴ δύνηται ἀλλ' ἢ μόλις, quippe quae ex altero loco huc erant translata, quemadmodum ipse Gal. iam vidit. In altero pone δύνηται dedi ἀλλ' ἢ μόλις ex ipsis illis, quae in priore membro delevi, quod quidem hic aberat, sed adscivi propter Aph. 35. IV.; tum vero hic delevi verba: οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῷ τραχήλῳ, quae antecedebant vocem postremam θανάσιμον. — Lectionis

©BIUM

ξ'. Τοῖσι σώμασι τοῖσι ὑγρὰς τὰς σάρκας ἔχουσι [1] δεῖ λιμὸν ἐμποιέειν· λιμὸς γὰρ ξηραίνει τὰ σώματα.

ξα'. Ὅκου ἂν [2] ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ τὸ σῶμα καταψύχηται καὶ πάλιν θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταβάλλῃ, μῆκος νούσου σημαίνει.

ξβ'. Ἱδρὼς [3] πουλὺς θερμὸς ἢ ψυχρὸς, ῥέων αἰεὶ σημαίνει πλησμονὴν ὑγροῦ· ἀπάγειν οὖν [4] χρὴ τῷ μὲν ἰσχυρῷ ἄνωθεν, τῷ δὲ ἀσθενέϊ κάτωθεν.

ξγ'. Οἱ πυρετοὶ οἱ μὴ διαλείποντες, [5] ἢν ἰσχυρότεροι διὰ τρίτης [6] γένωνται, ἐπικίνδυνοι· ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ [7] διαλίπωσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι.

ξδ'. Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τούτοισι ἢ φύματα, ἢ ἐς τὰ ἄρθρα πόνοι ἐγγίγνονται.

ξε'. Ὁκόσοισι φύματα ἢ ἐς τὰ ἄρθρα πόνοι ἐκ πυρετῶν μακρῶν [8] γίγνονται, οὗτοι σιτίοισι [9] πλέοσι χρέονται.

ξς'. Ἢν τις πυρέσσοντι τροφὴν διδῷ, [10] ἢν ὑγιέϊ, τῷ μὲν ὑγιαίνοντι ἰσχὺς, τῷ δὲ κάμνοντι νοῦσος.

ξζ'. Τὰ διὰ τῆς κύστιος διαχωρέοντα

60. Corporibus humida carne praeditis famem inducere convenit; fames siquidem corpora exsiccat.

61. Ubi toto corpore mutationes et corpus universum perfrigeratur rursusque incalescit, aut subinde colorem commutat, morbi longitudo denunciatur.

62. Sudor multus calidus aut frigidus, semper fluens humoris copiam inesse significat. Haec igitur robusto quidem superne, debili vero inferne deducenda.

63. Febres non intermittentes si tertio die vehementiores evadunt, periculo obnoxiae. Quoquo autem modo intermiserint, periculum abesse indicat.

64. Quos febres longae exercent, iis tubercula, vel in articulis dolores innascuntur.

65. Quibus tubercula, aut in articulis dolores ex febribus longis fiunt, ii copiosioribus cibis utuntur.

66. *Locus corruptus.*

67. *Locus corruptus.*

[1] δεῖ omm. Sc. V. — [2] ἐν om. Sc. — [3] πουλὺς ἢ θ. Sc. V. — [4] χρὴ om. Sc. V. subiungitur huic Aph. in Sc. V. hicce: ἱδρὼς πολὺς χείμενος νέσον σημαίνει, ὁ ψυχρὸς πολὺν, ὁ θερμὸς ἐλάσσω, — [5] ἂν V. — [6] γίνωνται Sc. V. — [7] διαλείπωσι Sc. V. ut vulg. — [8] γίνωνται Sc. V. — [9] πλείοσι V. πλέοσι Sc. — [10] ἢν Sc. ut vulg. ἣν V.

varietas ceterum nihil memorabile habet; sunt corruptae lectt., quae e mss. excerpuntur. E locis his videmus, in sect. VII. aphorismos adscriptos esse ex aliis partibus huius collectionis, postquam ipso loco, unde desumebantur, iam erant corrupti.

60. Quod enotavi e codd. Leidd., δεῖ omitti, id in non paucis Parr. etiam vidit Littréus.

61. Cf. Aph. 40. IV. Initio καί habent libri 6 Parr., ceteri omittunt; mihi omittendum quoque videtur: in aph. 40. IV. legitur quidem, sed consecutio locorum alia est, ita ut ibi καί congruum sit, hic non. — Gal., schol., plures libri Parr. ἄν omittunt.

62. Cum hoc Aph. eoque, qui in libris Parr. aliquot et in Leidd. adiicitur, cf. aph. 42. IV. Galenus hunc nostrum τῶν παραγεγραμμένων εἶναι putat. Ionismum πουλύς e schol. et libris duobus Parr. cum Lind. dedit Littréus; lectionem ἢ θ. e libb. Parr. etiam addit, eamque schol. habet, qui ὑπάγειν pro ἀπάγειν. — De meo ineptum ἔχειν pone σημαίνει eieci, additamentum otiosum non fero. — Aphorismum porro, quem in varr. lectt. enotavi, vidit etiam Littréus, qui adnotat ὁ μὲν — ὁ δὲ et pro πολύν vidit in libris πολλήν.

63. Galenus πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλ.; libri tres Parr. οἱ πυρετοὶ, ὁκόσοι μὴ δ.; — unus ὁκόσοι π. μὴ δ. In seqq. Gal., alii libri ἦν omm. et γίνονται scribunt indicativo. Unus tantum cod. διαλίπωσι, quod tamen longe praefero. — Aph. convenit cum 43. IV.

64. Cf. Aph. IV. 44. Particulam disiunctivam ante φύματα omittunt Gal. et cod. unus Paris., qui item καί legit pro sequente ἤ. — Galenus φύματα εἰς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι ἐπιγίνονται (Basil. ἐγγίνονται).

65. Vulgo μακρῷ pone φύματα legitur in textu huius loci, dum μακρῶν pone πυρετῶν abest. Littréus μακρά omisit unius libri auctoritate; mihi de sede sua aberravisse visum est, ita ut πυρετῶν μακρῶν darem. Cod. ille, qui μακρά omittit, καί pro ἤ habet. — Gal. πυρετοῦ legit.

66. In hoc aph. τῷ πυρ. Gal., libri quatuor Parr., dedit autem Lind. Vulgo ἢν ὑγιεῖ, sed in Gal. Kühnii, uno cod. Par. et in cod. Voss. ἦν ὑγιεῖ. Narrat tamen Gal., esse etiam loci lect. in qua ἢν ὑγιεῖ omittatur: nam quod in Bas. Ed. duae illae voculae deficiunt in textu Hipp., id vitiosum est; recte additur apud Kühnium. Quamquam vero iam aphorismi textus descriptus est, quam optime secundum traditionem fieri potuerit, negari non potest tortum quid esse in oratione. Mecum quaesivi, num forte πυρέσσοντι et κάμνοντι dittographiam faciant, et an non item dittographia sit in τῷ μὲν ὑγιαίνοντι et ἢ ὑγιεῖ, ita ut solum sermo sit de cibo aut sano, aut aegro praebito. Itaque quaero, num forte scriptum fuerit: ἢν τινι τροφὴν διδῷς, τῷ μὲν ὑγιαίνοντι ἰσχὺς, τῷ δὲ κάμνοντι νοῦσος?

67. Gal. hunc aphorismum insititium esse credit propter orationem minus accuratam. Quod ad lectionem loci, διὰ

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 595 sur 880

©BIUM

[1] ὁρᾶν δεῖ, εἰ οἷα τοῖσι ὑγιαίνουσι ὑποχωρέει· τὰ ἥκιστα οὖν ὁμοῖα τούτοισι, [ταῦτα] νοσωδέστερα, τὰ δ' ὁμοῖα τοῖσι ὑγιαίνουσι, ἥκιστα [2] νοσερά.

ξη'. Καὶ οἷσι τὰ ὑποχωρήματα ἢν ἐάσῃς στῆναι καὶ μὴ κινήσῃς, [3] ὑφίσταται οἱονεὶ ξύσματα, [4] τούτοισι ξυμφέρει ὑποκαθῆραι τὴν κοιλίην· ἢν δὲ μὴ καθαρὴν ποιήσας [5] διδῷς τὰ ῥοφήματα ὀκόσῳ ἂν πλείῳ διδῷς, μᾶλλον βλάψεις.

ξθ'. Ὀκόσοισι ἂν κάτω [6] ὠμὰ διαχωρέῃ, ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἐστὶ, ἢν πλείονα, [7] πλείονος, ἢν ἐλάσσω ἐλάσσονος.

ο'. Αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλείπουσι [8] αἱ πελιδναὶ καὶ αἱματώδεες καὶ χολώδεες καὶ γλισχραὶ καὶ ἀπεπτοτέρην ἔχουσαι τὴν ὄψιν, ἢν ἐπιγένηται ἐν τῇσι κρισίμοισι ἡμέρῃσι, θανάσιμον.

68. *Locus corruptus.*

69. *Locus procul dubio corruptus.*

70. In febribus non intermittentibus exscreationes lividae, cruentae, biliosae, graveolentes

[1] ὁρᾶν Sc. V. — [2] νουσερά Sc. V. — [3] οἱονεὶ ὑφίστ. V. — [4] Eadem, quae in vulg. hic habentur, in Sc. V. cf. adn. — [5] δώσεις Sc. V. — [6] αἷμα Sc. V. — [7] πλείω V. — [8] αἱ om. Sc. V.

τῆς κύστιος cum Lind., Littréo dedi pro vulgato ἀπὸ τῆς κύστιος cum mss. Leidd. et Parr. pluribus. Vulgo ὁρᾶν, sed ὁρῆν Galenus et libri plures Parr. ferunt, unde Littréus dedit. Unus cod. Par. ὑποχωρέει pro vulgato ὑποχωρέεται. Sine dubio ταῦτα abundat et interpolatum est. Νοσερώτερα Gal. et libri non pauci Parr.; unus νοσηλότερα. Gal. et liber unus ὁμοιότερα; νουσερά e duobus libris Parr. notat Littréus. — Mihi suspectum est τὰ διὰ τῆς κύστεως διαχωρέοντα pro quo τὰ οὖρα solita est dictio; itaque puto legendum: τὰ διαχωρέοντα ὁρᾶν δεῖ κ. τ. λ. Sed ad hunc Aph. et 66. mox redeo in adn. ad sequentem.

68. Articulum ante ὑποχ. omittit Magn. in marg.; articulo item omisso cod. unus διαχ., alius καὶ οἷσι τὰ ὑποχωρέοντα ἐάσεις, idemque liber mox κινήσεις, quod habetur etiam in codd., qui in superioribus vulgatam sequuntur, Parisino Q. et Voss. — Gal. οἷον; cum V. Ald. et libri 5. Parr. οἱονεί. — ὑφίστανται e libris quinque notat Littréus. Iam vero pone ξύσματα adduntur verba καὶ ἢν ὀλίγα ᾖ (ᾖν Sc. ὀλ. ᾖ om. V.) ὀλίγη ἡ νοῦσος γίνεται (γίγνηται Gal. Ed. Bas., γίγνεται Kühniana et cod. unus Par.) ἢν δὲ πολλὰ, πολλή. Haec quidem verba suppressit Littréus, quia in libro satis vetusto, sed unico, omittuntur; quia Gal. in comm. de iis non loquitur et quia putat, forte intrusa esse ex Aph. 81. infra, ubi similia legantur. Pone τούτοισι unus liber Par. οὖν. Cod. C′ Par. μή ante διδῷς. Gal. βλάψεις καί inserit ante ὀκόσῳ ἄν κ. τ. λ. — In comm. Galenus exponit, quae sint, quae ipsum in aphorismi lect. offendant. — Mihi locus a librariis antiquissimo tempore corruptus videtur, nemo quisquam tam absurda protulit, forte ad hunc modum descriptus fuerit: καὶ οἷσι τὰ ὑποχωρήματα ἐφίσταται ξυμφέρει καθῆραι τὴν κοιλίην· ἢν δὲ μὴ καθαρὴν ποιήσας διδῷς τὰ ῥοφήματα, ὀκόσῳ ἂν πλείῳ διδῷς, μᾶλλον βλάψεις. Nempe in vulgata ita connectuntur verba, ut ineptius id fieri non possit: fac voluisse auctorem quod in vulgata legitur, at certe καὶ οἷσι ἐν τοῖσι ὑποχωρήμασι ὑφίστανται οἱονεὶ ξύσματα κ. τ. λ. dare debuisset. Sed quid huc faciant illa ξύσματα in specie, quum potius universali modo de alvi recrementis sermo sit, non facile dixeris; postrema vero satis indicant, sermonem esse debere de alvo non repurgata, quapropter ἐφίστανται pro ὑφίστανται initio dandum esse coniicio. Me iudice igitur non solum verba a Littréo indicata abundant, sed etiam illa, quae praeterea omisi, nescio unde huc perperam appulerunt. — Quodsi iam Aphorismos 66. 67. et 68., quemadmodum scriptos esse coniicio, componamus, habebimus:

Ἤν τινι τροφὴν διδῷς, τῷ μὲν ὑγιαίνοντι ἰσχὺς, τῷ δὲ κάμνοντι νοῦσος.

Τὰ δὲ διαχωρέοντα ὁρᾶν δεῖ, εἰ οἷα τοῖσι ὑγιαίνουσι ὑποχωρέει· τὰ ἥκιστα οὖν ὁμοῖα νοσωδέστερα, τὰ δ' ὁμοῖα τοῖσι ὑγιαίνουσι ἥκιστα νοσερά. καὶ οἷσι τὰ ὑποχωρήματα ἐφίσταται, ξυμφέρει καθῆραι τὴν κοιλίην· ἢν δὲ μὴ καθαρὴν ποιήσας διδῷς τὰ ῥοφήματα, ὀκόσῳ ἂν πλείῳ διδῷς, μᾶλλον βλάψεις.

Puto autem, posteriorem locum ampliorem esse adnotationem ad superiorem. Cf. Aph. 10. II.

69. Ante ὀκόσοισι Magn. in margine καί, quod est e Galeni comm. ad Aph. superiorem, ubi narrat, quosdam ita finem antecedentis cum hocce coniunxisse. Quod in vulg. ἢν pro ἄν legitur, debetur frequenti harum particularum permutationi. Αἷμα pro ὠμά in duobus tantum libris Parr. vidit Littréus. Pro διαχωρέῃ alii libri ὑποχ., unus ὑποχωρήματα; qui tum omittit ἀπό. Gal. Ed. Basil., non Kühniana ὅτι χολῆς μελαίνης ἔνεστι, in qua lect. tres codd. Parr. ὅ τι ferunt. Pro priore ἢν duo libri κἢν. Pro πλείονα libri nonnulli et Gal. πλείω, alii πλέονα, tum pro πλείονος multi, ut V., πλείω. Pro vulg. ἐλάσσω Littréus dedit ἐλάσσονα e codd. duobus: in fine ἐλάσσων ἡ νοῦσος Gal. et libri quatuor Parr. — Hanc Galeni lect. Foës. Latine expressit; est autem ea, quam plurimi exegetae apud Gal. sunt secuti; sed ea, quam cum Littréo exhibeo, est vetustissima, quam Herophilus, Bacchius, Heraclides, Zeuxis aut viderunt, aut dederunt. — Mihi tamen sensu cassa videtur: quis credat, veterum aliquem docuisse omnia quae cruda per alvum secederent ab atra bile esse? Procul dubio locus corruptus est, licet quodnam genus corruptelae lateat ignorem. — Puto αἷμα librorum quorumdam esse tentamen correctionis, quod tamen cum subsequentibus non quadrat, quod ad numerum attinet. Videtur autem tentatum esse ab aliquo, qui nigra per alvum secedentia non atram bilem, sed sanguinem esse crederet.

70. Cf. Coacam 242. et Aph. 47. IV. Unus cod. Par. οἷς μὴ διαλ. — Articulum αἱ e Galeni textu et Aph. 47.

©BIUM

τώδεες καὶ χολώδεες καὶ δυσώδεες [1]ἐπιστᾶσαι μὲν, κακαί· ἀποχωρέουσαι δὲ καλῶς, ἀγαθαί· [καὶ κατὰ [2]κοιλίην καὶ κύστιν καὶ ὅκου ἄν τι ἀποχωρέον στῇ μὴ [3]κεκαθαρμένῳ, κακόν.]

οα'. Τὰ σώματα χρὴ, ὅκου τις βούλεται [4]καθαίρειν, εὔροα [5]ποιέειν· [6]κὴν μὲν [7]ἄνω, στῆσαι τὴν κοιλίην· ἢν δὲ κάτω, ὑγρῆναι.

οβ'. [8]Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα μᾶλλον τοῦ μετρίου [9]γενόμενα, [9]νοῦσος.

ογ'. Ἐν τοῖσι [10]μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσι ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔσω καίηται, καὶ [11]δίψα ἔχῃ, θανάσιμον.

οδ'. Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ ἢν χεῖλος, ἢ ῥὶς, ἢ ὀφθαλμὸς, [12]ἢ ὀφρὺς, διαστραφῇ, — ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ ἥδη ἀσθενὴς ἐὼν, — ὅ τι ἂν ᾖ [13]τούτων, θανάσιμον.

οε'. Ἐπὶ λευκῷ φλέγματι ὕδρωψ ἐπιγίγνεται.

ος'. [14]Ἐπὶ διαρροίῃ δυσεντερίη.

οζ'. Ἐπὶ δυσεντερίῃ λειεντερίη.

[1] πᾶσαι V. ut vulg. παῦσαι Sc. — [2] τὴν κ. Sc. V. — [3] ἐκκαθαρμένῳ Sc. — [4] καθαίρεσθαι Sc. V. ut vulg. — [5] ποιεῖν Sc. V. — [6] καὶ ἢν μέν Sc. [7] ἤνω βούλῃ εὔροα ποιέειν, στῆσαι τὴν κοιλίην· ἢν δὲ κάτω, εὔροα ποιέειν, ὑγρῆναι τὴν κοιλίην. Sc. V. ut vulg. — [8] γινόμενα Sc. ut vulg. γεν. V. [9] κακήν. Sc. V. ut vulg.; tum sequitur: οὐ πλησμονὴ, οὐ λιμὸς, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν ὅ τι ἂν μᾶλλον τῆς φύσιος ᾖ. — [10] μὴ omm. Sc. V. [11] δίψαν V. — [12] ἢ ὀφρὺς om. Sc. V. ut vulg. — [13] τουτέων τῶν σημείων Sc. V. ut vulg. — [14] Aph. om. in Sc. V.

subsistentes quidem malo sunt; sin bene procedant, bonae. [Item per alvum et vesicam et ubicumque aliquid secedens subsistat non perpurgato aegrotante, malo est.]

71. Corpora cum quis repurgare volet, fluxilia reddere oportet. Quodsi supra, alvus sistenda est; sin infra, humectanda.

72. Somnus, vigilia, utraque si modum excesserint, morbus.

73. In febribus non intermittentibus si externa frigeant, interna vero urantur et sitis detineat, lethale.

74. In febre non intermittente si labrum, aut nasus, aut oculus, aut supercilium pervertatur; si neque videat, neque audiat iam debilis factus, — horum quidquid acciderit, lethale.

75. Albae pituitae aqua inter cutem succedit.

76. Ex alvi profluvio intestinorum difficultas.

77. Ex difficultate intestinorum eorumdem laevitas.

IV. et multis codd. Parr. adscripsi. Recepi καὶ χολώδεες e Gal. et libris Parr. haud paucis; Foës. Latine expressit, Lind. dedit, habetur in Coaca l. — Minorem fidem me adhibere verbis καὶ δυσώδεες ad Aph. 47. IV. iam significavi. — De meo hic quoque ἐπιστᾶσαι μέν dedi e Coaca pro πᾶσαι; vide adnn. ad Aph. l. In libris quatuor Littréus vidit τὴν κοιλίην, ut in Leidensibus; κεκαθαρμένον Gal. et libri tres Parr. — Lind. hoc recepit et Foës. et Corn. Latine expresserunt, sed locum non intellexerunt: nimirum non malum est excretiones eiusmodi subsistere finita debita purgatione, sed tantum, ubi ante debitam repurgationem absolutam, i. e. dum haec adhuc fit necdum ad finem perducta est, subsistunt.

71. Cf. Aph. 9 II. — Galeni textus ὅπου fert et est cod., in quo ὅκου ἄν τις βούληται legitur, Parisinus H.; qua lectione βούληται in alio quodam libro explicatur. Pro vulg. καθαίρεσθαι cod. unus, satis vetustus, καθαίρειν, quod item dedi in Aph. l. e sect. II. Lectionem καὶ ἢν μέν e quinque codd. notat Littréus. Cum Lind. et codd. quinque Parr. et Galeni textu, excepto quod ibi ῥυῆσαι τὴν κοιλίην legitur, suppressi ea, quae in vulgato textu non sunt, nisi recentiorum interpolationes. Cf. varr. lectt. e codd. Leidd. enotatas.

72. Aoristum γενόμενα e Magn. marg. tantum adnotat Littréus; equidem in cod. Voss. item reperi, mihique praeplacet prae γινόμενα, γιγνόμενα ceterorum. Pro τοῦ μετρίου libri tres Parr. τοῦ δέοντος. — Vulgo in fine κακόν, quod legitur Aph. 3. II.; Galenus νοῦσον hic vidit teste comm. — Nolim ideo affirmare κακόν recentioris originis esse, quum non omnes libros scriptos sui temporis, uti iam aliquando dixi, Galenus vidisse existimandus sit. Sed cum Corn. et Foës. in Latinis et Littréo in textu, dedi νοῦσος, quia saepius vidi Aphorismos e superioribus sectionibus in hac repetitos paululum variante lectione hic occurrere.

73. Cf. Aph. 48. IV. et Coacam ibi laudatam; negationem μή etiam in pluribus libris Parr. omitti vidit Littr.; — μὲν τά inverso ord. duo codd. Parr.; Littréus Galeni lect. καὶ πυρετὸς ἔχῃ, servavit. Galenus certe hic videre debuerat, librarium errore πυρετός pro δίψα scripsisse; iam vero in ipsa lectionis reprehensione ridiculus est. — Coaca l. fons est utriusque Aph., unde facile quid legendum sit, discimus.

74. Cf. Aph. 49. IV. Quod ex uno cod. enotavit Littr. ἐν τοῖσι μὴ διαλ. πυρετοῖσι, id ex initio superioris Aph. huc devenit in illo ms.; ἢ ὀφρύς in uno cod. pone χεῖλος inseritur, equidem eo loco intuli, ubi Gal. et codd. tres Parr. legunt. In postremis vulgo, quod dedi, ἤδη ἀσθενὴς ἐών, ita ut hoc subiectum fiat verbi ἀκούῃ et antecedentis βλέπῃ; verum Gal. hic sequitur lectionem Aphorismi 49. IV., ita ut etiam ἐγγὺς ὁ θάνατος legat pro θανάσιμον. — Cum Gal. e vulg. omisi τῶν σημείων.

76. Aphorismus tum in libris 8. Parr. omissus est, tum in mss. Leidd. — Gal. in comm. comparat Aphorismum, quem nunc non reperio: ἔμπροσθεν δὲ, inquit, βέλτιον ἐν ἀφορισμῷ γνησίῳ γέγραπται κατὰ τόνδε τὸν τρόπον· ἐπὶ ἀκράτῳ ὑποχωρήσει δυσεντερία· καὶ ἡμεῖς ἐξηγησάμεθα τὸν ἀφορισμὸν τοῦτον ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ὑπομνημάτων. Locum, uti dixi, frustra quaesivi.

77. Galeni textus habet λειεντερίη ἐπιγίγνεται, quam lect. e libris tribus Parr. excerpsit Littréus.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 597 sur 880

©BIUM

οη'. Ἐπὶ σφακέλῳ ἀπόστασις ὀστέου.

οθ'. π'. Ἐπὶ αἵματος ἐμέτῳ φθόη καὶ [1]πύου κάθαρσις ἄνω· ἐπὶ φθόῃ ῥεῦμα ἐκ τῆς κεφαλῆς· ἐπὶ τῷ ῥεύματι διάρροια· ἐπὶ τῇ διαρροίῃ σχέσις τῆς ἄνω καθάρσιος· ἐπὶ δὲ τῇ [2]σχέσι θάνατος.

πα'. [Ὁκοῖα καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὴν κύστιν καὶ τοῖσι κατὰ τὴν κοιλίην ὑποχωρήμασι [3]καὶ κατὰ τὰς σάρκας καὶ ἤν πῃ ἄλλῃ τῆς φύσιος ἐκβαίνῃ τὸ σῶμα, ἢν ὀλίγον, ὀλίγη [4]ἡ νοῦσος γίγνεται, [5]ἢν πουλὺ, πολλὴ, ἢν δὲ πάνυ πουλὺ, θανάσιμον τὸ τοιοῦτον.]

—

πβ'. Ὁκόσοι ὑπὲρ τὰ τεσσαράκοντα ἔτεα φρενιτικοὶ γίγνονται, οὐ πάνυ [6]τι ὑγιάζονται. [ἧσσον γὰρ κινδυνεύουσι οἷσι ἂν οἰκείη τῆς φύσιος καὶ τῆς ἡλικίης ἡ νοῦσος ᾖ.]

πγ'. Ὁκόσοισι ἐν [7]τῇσι ἀρρωστίῃσι οἱ ὀφθαλμοὶ κατὰ προαίρεσιν δακρύουσι, ἀγαθόν. ὁκόσοισι δὲ ἄνευ προαιρέσιος, κακόν.

πδ'. Ὁκόσοισι [8]ἂν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τεταρταίοισι ἐοῦσι αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῇ, πονηρόν.

πε'. Ἱδρῶτες ἐπικίνδυνοι οἱ ἐν τῇσι κρισί-

78. Ex sideratione os abscedit.

79. 80. Ex sanguinis vomitione tabes et puris per superiora purgatio. Ex tabe fluxio e capite; ex fluxione ea alvi profluvium; ex alvi profluvio purgationis per superiora retentio; ex retentione illa mors.

[81. Quemadmodum etiam in iis, quae per vesicam et quae per alvum secedunt, et in carne et si qua alia in parte corpus naturae modum excedit, si paululum, parvus est morbus, si multum, magnus, sin admodum multum, id lethale est.]

—

82. Qui supra quadragesimum annum phrenitici evadunt, ii minime convalescunt. [Minori namque periculo sunt obnoxii, quorum naturae et aetati morbus familiaris fuerit.]

83. Quibus oculi in morbis sponte illacrimant, bonum; quibus vero non sponte, malum.

84. Quibus in febribus quarto die sanguis e naribus stillaverit, malo est.

85. Sudores non diebus iudicatoriis vehemen-

[1] πύου omm. Sc. V. — [2] διασχίσει Sc. V. — [3] καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὰς σ. Sc. V. ut vulg. — [4] ἡ νοῦσος γίνεται omm. Sc. V. — [5] ἢν δὲ πουλὺ πολλὴ θανάσιμον τὸ τοιοῦτον Sc. V. ut vulg. — [6] τι om. V. — [7] τοῖσι (τῇσι V.) ἀρρωστήμασι Sc. V. — [8] ἄν non habent Sc. V.

78. Gal., unus cod Par., Lind. σφακελισμῷ. Galenus in comm. miro modo de loci interpretatione dubitat. Sine ullo dubio auctor docuit, siderationem, necrosin hodie dicimus, ossis consequi eius abscessum, i. e. exfoliationem, uti nostri temporis medici dicunt.

79. 80. Pro φθόη et mox φθόῃ Littréus dedit φθορή et φθορῇ, quia Galenus monet, in plerisque sui temporis libris hoc, in minore numero illud nomen legi. Galenus καὶ τοῦ πύου, quod non praefero; mirum est, in libris novem Parr. omitti πύου, uti fit in Leidensibus; τῷ ante ῥεύματι unius libri auctoritate omisit Littréus; contra τῇ ante διαρρ. Gal. legit et vulgata omittit. Adscripsi δέ pone ἐπί cum cod. uno Par. eodemque, cuius fide Littréus articulum supra omisit, sed feci, quia in multis libris διασχέσι legitur, uti in Leidd., quam lect. ortam puto e δὲ σχέσι, postquam δέ alieno loco invectum fuerat. — Denique moneo, mihi non certum esse, eius auctorem re vera dedisse ἐπὶ αἵματος ἐμέτῳ φθόη; saepe enim confunduntur αἵματος et ἔμετος, ita ut facile h. l. ἐμέτῳ e proxime antecedente nomine oriri potuerit et πτύσι omitti. Forte igitur scriptum fuit: ἐπὶ αἵματος πτύσι φθόη κ. τ. λ. — Inter hunc vero Aphorismum et sequentem vulgata intermedium habet hunc: ἐπὶ αἵματος πτύσι πύου πτύσις καὶ ῥῦσις, ἐπὴν δὲ σίαλον ἴσχηται, ἀποθνήσκουσι. Cum Littréo eum omitto, quia manifesto debetur citationi Galeni in comm. Cf. Aph. VII. 15. 16. — Deficit in non paucis libris Parr. et in utroque Leidensi.

81. Gal., Lind., libri quatuor Parr. καὶ ἐν τοῖσι (τοῖς) κατὰ τὴν κοιλίην ὑ. — Equidem de meo delevi ἐν τοῖσι ante κατὰ τὰς σάρκας, nam intelligere deberes ex antecedentibus ἐν τοῖσι κατὰ τὰς σάρκας ὑποχωρήμασι, quod absurdum est; ἐν τοῖσι otiose ibi a librariis est invectum; vulgo καὶ ἤν που ἄλλῃ; cum Gal., Lind. et duobus libris Parr. in postremis pleniorem lect. sum secutus, sed e vulg. δέ ante πάνυ intuli. Vides autem iam, locum ita descriptum non referre aphorismum, sed exempla, quae ad aliam quamdam sententiam fuerunt adiecta. Et vero me iudice pertinent ad verba Aphorismi 67 supra: τὰ ἥκιστα οὖν ὁμοῖα τούτοισι νοσωδέστερα, τὰ δ' ὁμοῖα τοῖσι ὑγιαίνουσι ἥκιστα νοσερά. — Forte igitur referunt adnotationem ad aliam adnotationem adscriptam, modo cf. quae ad Aph. 68 adposui.

82. Codex unus Par. τά ante τεσσαράκοντα omittit, idemque liber οὗτοι οὐ πάνυ σώζονται legit. Unus cod. omittit ea, quae uncis inclusi, quod feci, quia adnotationem referunt haustam ex Aph. 34. II. Est autem minus apta, quum in ipso Aph. non ἡ φύσις eius, qui maxime laboret phrenitide describitur, sed solum aetas subindicatur. Definitur ceterum aetas Aph. 30. III., quem cf.

83. Unus cod. Par. initio eandem habet lect., quam mss. Leidd., alius in fine πονηρόν. cf. Aph. 52. IV.

84. De meo ἄν adscripsi.

85. Vulgatam lectionem describam cum varr. lectt. librorum Leidd.: ἱδρῶτες ἐν τῇσι κρισίμοισι ἡμέρῃσι γινόμενοι

μοισι ἡμέρῃσι μὴ γιγνόμενοι, σφοδροί τε καὶ ταχέως ὠθούμενοι ἐκ τοῦ μετώπου, ὥσπερ σταλαγμοὶ καὶ κρουνοί, καὶ ψυχροὶ σφόδρα καὶ πολλοί· ἀνάγκη γὰρ τοὺς τοιούτους ἱδρῶτας πορεύεσθαι μετὰ βίης καὶ πόνου ὑπερβολῆς καὶ ἐκθλίψιος πολυχρονίου.

πς'. Ἐπὶ χρονίῳ [1] νοσήματι κοιλίης καταφορὴ, κακόν.

πζ'. Ὁκόσα φάρμακα [2] μὴ ἰῆται, σίδηρος ἰῆται· ὅσα σίδηρος μὴ ἰῆται, πῦρ ἰῆται· ὅσα δὲ πῦρ μὴ ἰῆται, ταῦτα χρὴ νομίζειν ἀνίατα.

ter et velociter suborti, periculosi et qui ex fronte guttarum et scaturiginum instar propelluntur, quique copiosi sunt et valde frigidi. Eiusmodi namque sudores cum vi et summo dolore expressioneque diuturna prodire necesse est.

86. Ex morbo diuturno alvi deductio mala est.

87. Quae medicamenta non sanant, ea ferrum sanat, quae ferrum non sanat, ea ignis sanat. Quae vero ignis non sanat, ea insanabilia reputare oportet.

[1] νουσήματι Sc. V. ut vulg. — [2] μὴ Sc. V.

σφοδροὶ καὶ ταχέες (παχέες Sc. V.) ἐπικίνδυνοι οἱ ὠθούμενοι ἐκ τοῦ μετώπου, ὥσπερ σταλαγμοὶ καὶ κρουνοὶ καὶ ψυχροὶ σφόδρα καὶ πολλοί· (καὶ πολλοὶ σφόδρα Sc. V.) κ. τ. λ. — In priore parte loci Littréum sum secutus e cod. Par. C′ locum describentem. Littréus tamen οἱ ante ἐν τῇσι e cod. illo non recepit, quod mihi requiri videtur. Ex eodem cod. in posteriore parte τοὺς τοιούτους ἱδρῶτας dedi pro τὸν τοιοῦτον ἱδρῶτα ceterorum. Quod porro in varr. lectt. praeterea fertur ad corruptionem verborum spectat, nec boni quidquam suppeditat.

86. Tres libri Parr. et Aldina καί ferunt; non credo tamen aliud quid esse quam otiosam repetitionem prioris syllabae nominis κοιλίης.

87. Cum Littréo existimo, hunc aphorismum solitum fuisse concludere seriem harum sententiarum; — vel argumentum id docet. Rhetorici fuci in hoc aphorismo satis profecto. Quae v. c. in Lindani Ed. sequuntur quorsum pertineant, indicavit Littréus. In codd. Leidd. item hic aphorismus extremus est omnium. Primo loco ubi μή posui, plures libri, etiam Parr., id pro vulgato οὐ praebent; reliquis binis locis de meo pro οὐ ceterorum intuli.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 599 sur 880

©BIUM

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ ΕΣΤΙ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΚΑΙ ΑΛΛΑ, ΠΟΙΚΙΛΩΤΑΤΑ ΚΑΙ ΑΤΑΚΤΩΣ ΔΙΑΚΕΙΜΕΝΑ, ΤΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΝΕΩΤΕΡΑ.

EPIDEMIORUM LIBER SECUNDUS.

FRAGMENTA SUNT HISTORIAE EPIDEMIORUM, ALIA, ADMODUM VARIA, ORDINE CERTO MINIME DISPOSITA, HIPPOCRATEIS RECENTIORA.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ΑΠΟΣΗΜΕΙΩΜΑΤΑ ΕΣΤΙ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΚΑΙ ΛΟΓΑ,
ΠΟΙΚΙΛΩΤΑΤΑ ΚΑΙ ΑΤΑΚΤΟΣ ΔΙΑΚΕΙΜΕΝΑ, ΤΩΝ
ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΝΕΩΤΕΡΑ.

EPIDEMIORUM LIBER SECUNDUS.

MAGNAM EST HISTORIAE EPIDEMIORUM, ALIA, ADMODUM VARIA,
ORDINE CERTO MINIME DISPOSITA, HIPPOCRATIS RECENTIORA.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ

ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

α'. Ἄνθρακες [1] ἐν Κρανῶνι θερινοὶ, — ὗε ἐν καύμασι ὕδατι [2] λάβρῳ, — δι' ὅλου· ἐγίγνοντο δὲ [3] μᾶλλον ἐν νώτῳ· καὶ ὑπεγίγνοντο μὲν [4] τῷ δέρματι ἰχῶρες· ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο καὶ κνησμὸν ἐνεποίεον· εἶτα φλυκταινίδες ὥσπερ πυρίκαυστοι διανίσταντο καὶ ὑπὸ τὸ δέρμα καίεσθαι ἐδόκεον.....

β'. Ἐν καύμασι [5] μετὰ ἀνυδρίης οἱ πυρετοὶ ἀνιδρῶτες τὰ πλεῖστα· [6] ἢν δὲ ἐπιψεκάσῃ, ἱδρωτικώτεροι γίγνονται κατ' ἀρχάς. ταῦτα δυσκριτώτερα [7] μὲν, εἰ μὴ εἴη διὰ ταῦτα, ἀλλὰ διὰ τῆς νούσου τὸν τρόπον.

Οἱ καῦσοι ἐν τῇσι θερινῇσι μᾶλλον γίγνον-

[1] ἐν Κ. οἱ ὃ. — [2] λαύρῳ. — [3] μᾶλλον νότῳ. — [4] ἐν τῷ ὃ. — [5] μετὰ non habet. — [6] ἐν τούτοισι δὲ ἢν ἐπιψ. — [7] μένει ἢ ἄλλως ἀτὰρ ἧσσον εἰ μή.

1. Ἄνθρακες — καὶ ὑπεγίγνοντο μὲν τῷ δέρματι ἰχῶρες.] — Vulgo ὗεν ἐν καύμασιν ὕδατι λαύρῳ (λάβρῳ duo codd. Parr.) δι' ὅλου ἐγένετο (ἐγίνοντο cod. Par. C. et Gal. de temper. I. 4. et comm. ad Aph. III. 11. et Lind.) δὲ μᾶλλον νότῳ καὶ ὑπεγίνοντο μὲν ἐν τῷ δέρματι ἰχῶρες. — Calvus: „carbones aestivi Cranone viguerunt, sub aestu valde pluit, qui per totum corpus, sed in tergo magis fiebant; subterque cutem sanies." Hic igitur νότῳ vulgatae vertit, quasi ἐν νώτῳ legisset, et δι' ὅλου accepit, sicuti in formula in Ep. I. et III. frequente ἵδρωσε δι' ὅλου i. e. τοῦ σώματος ὅλου. Cum hoc adeo consentio, ut ἐν νώτῳ mecum emendaverim, vel antequam eius Latina inspexeram; vidi enim aliis quoque locis in hac sectione literas ο et ω confundi, v. c. §. 6. — Ante δέρματι delevi ἐν. Ad ἰχῶρες cf. v. c. § 1. additamentorum spuriorum ad lib. de V. A. — πυρίκαυστοι διανίσταντο.] — Recte pro vulgato πυριήκαυστοι Littréus revocavit πυρίκαυστοι, sed non praefero ἐπανίσταντο, quod e Gal. intulit, prae διανίσταντο, quod de pustulis hic illic per corporis superficiem erumpentibus veram lect. referre videtur.

2. ἐν καύμασι μετὰ ἀνυδρίης.] In libris scriptis et editis μετὰ non legitur; adposui de meo, quia absurdum est καύματα ἀνυδρίης.

ἢν δὲ ἐπιψεκάσῃ.] Ceteri omnes ἐν τούτοισι δὲ ἢν ἐπιψ., in quibus ἐν τούτοισι interpolatum est; auctor quod scripsi dedit, scriba vulgatam lectionem perspicuitatis causa scilicet de suo finxit. Cum hisce cf. Sect. III. § 1. huius libri.

ταῦτα δυσκριτώτερα μὲν εἰ μὴ κ. τ. λ.] Quod circumferri hic solet: δυσκριτώτερα μένει (Littréus rectius μὲν) ἢ ἄλλως· ἧσσον δὲ εἰ μὴ εἴη διὰ ταῦτα κ. τ. λ. contrarium refert eius, quod voluit auctor. Teste enim principio §. sequentis, docet symptomata forte fortuito orta minus esse gravia, quam quae a morbi indole pendeant. Librarii nempe absurdo modo intulerunt verba ἢ ἄλλως, ἀτὰρ ἧσσον, quod docet μένει vulgatae, ortum e μὲν εἰ proxime cohaerentibus, uti in nostra lectione. Emendationem igitur tum rerum nexu, tum palaeographice firmasse mihi videor.

οἱ καῦσοι — θέρεος.] Ceteri in his καί pro ἤ, et δέ pro γάρ legunt, quod ineptum. Particulae permutatae sunt. Cf.

EPIDEMIORUM

LIBER SECUNDUS.

SECTIO PRIMA.

I. Cranone aestate, — compluit affatim per aestus magnos, — carbunculi totum corpus tenebant, nascebantur tamen frequentius in dorso; ac sanies quidem sub cute oriebatur, quae intro conclusa dum incalescebat pruriginem excitabat. Dein vesiculae quasi ab adustione hic illic erumpebant et sub cute tantus erat ardoris sensus, ut uri sibi viderentur.....

2. Magnis et squalidis aestibus febres ut plurimum sine sudoribus; sin levior imber supervenerit, copiosiores febrium initio sudores fiunt. Haec difficiliorem morbi solutionem habent, quando non ab hoc rerum statu, sed ex morbi natura contingunt.

Aestivis temporibus plures oriuntur febres

©BIUM

ται [1]ἢ ἐν τῇσι ἄλλῃσι ὥρῃσι· ἐπιξηραίνονται [2]γὰρ μᾶλλον θέρεος.

γ'. Φθινοπώρου μάλιστα [3]τὸ θηριῶδες καὶ ἡ καρδιαλγίη· καίτοι καὶ [4]αὕτη ἧσσον κακουργοίη ἄν, [5]ἢ αὐτοῦ τοῦ νοσήματος [6]τοιούτου ἐόντος.

Αἱ ἀσκαρίδες δείλης, ὁμοίως τούτῳ· καὶ ἐκεῖναι τηνικαῦτα ὀχλέουσι τῆς ἡμέρης τὰ πλεῖστα, οὐ μόνον διὰ τὸ μᾶλλον πονέειν [7]τότε, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ διὰ σφᾶς [8]αὐτάς.

δ'. Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νοῦσοι καὶ θανατωδέσταται τὸ ἐπίπαν, ὁμοῖον [9]τῷ δείλης παροξύνεσθαι, — ὡς τοῦ ἐνιαυτοῦ περίοδον ἔχοντος τῶν νούσων, οἷον ἡ ἡμέρη τῆς νούσου. Οἷον τὸ δείλης παροξύνεσθαι, τοιοῦτον τῆς νούσου καὶ ἑκάστης καταστάσιος πρὸς ἀλλήλας, ὅταν μή τι νεωτεροποιηθῇ ἐν τῷ ἄνω εἴδεϊ· — εἰ δὲ μὴ, ἄλλης ταῦτα καταστάσιος ἂν ἄρχοι, ὥστε καὶ τὸν ἐνιαυτὸν [10]αὐτὸν πρὸς ἑωυτὸν οὕτως [11]ἔχειν.

ardentes, quam reliquis tempestatibus; aestate enim magis exsiccantnr hominum corpora.

3. Auctumno maxime ferinum infestat et oris ventriculi dolor. Qui tamen minus malum etiam adferet, quam si ipse morbus eiusmodi fuerit.

Ascarides vespere maxime, qui analogia respondet auctumno, infestant. Affligunt etiam illae maxime ea diei parte, non solum quia tunc magis laborant, sed ipsae per se.

4. Auctumno acutissimi et maxime exitiales morbi contingunt, quod simile est exacerbationi vespertinae, quippe annus morborum circuitus habet, sicut morbi dies. Qualis vespertina exacerbatio, talis etiam morbi et singularum constitutionum inter se, quando nihil insuetum contigit in superiore (constitutionis) forma; sin contra evenerit, alius status erit principium, ita ut annus per se etiam ita se habiturus sit.

[1] καί. — [2] δέ. — [3] τό om. — [4] αὐτῇ (sic). — [5] ἤ om. — [6] τουτέου. — [7] τότε non habet. — [8] ἑωυτάς. — [9] τό. — [10] αὐτόν non habet. — [11] ἄχειν.

cum his quae § 1. additamentorum spuriorum ad librum de V. A. de febre ardente traduntur.

3. *μάλιστα τὸ θηριῶδες.*] Ita cum Littréo scripsi cod. C. Par. secutus. Libri mss. plurimi *θηριῶδες* sine articulo, *θηριώδεες* edd. antt. excepta Aldina, quae item *θηριῶδες*. Lectionem nostram firmat locus Ep. VI. 1. 11.; cf. Coacam 285. Cf. Cats Bussem. et Daremb. ad Orib. coll. IX. 4.

καὶ αὕτη.] Ita de meo mutavi vulgatum *αὐτή*, quod incongruum. Paulo post opportune *ἤ* Littréo praebuit cod. C., qui etiam *τοιούτου* pro vulgato *τουτέου* largitur. De codice illo C. comperi, eum descriptum esse a viro perito, certe aliis librariis multo doctiore et iudicio praestantiore, vel potius profluxisse eum ex alio, qui a tali viro profectus sit. Is autem non vidit, uti mihi videtur, textum a vulgato diversum, sed eum textum emendavit subinde collatis locis similibus, subinde etiam de suo. Quod tenere est operae pretium: nempe qui eius lectiones amplectitur, quia in libro scripto habentur, falli mihi videtur; multae diversitates lectionis huius libri non maiorem habent auctoritatem, quam coniecturae uniuscuiusque nostrum, qui hodie vivimus; neque alia de causa recipi debent, quam quia bonae sint, ut bonae recipiendae sunt emendationes critici cuiuscumque.

ὁμοίως τούτῳ.] Littréus „comme cette affection" reddidit; sed rectius de similitudine inter vespertinum tempus et auctumnum accipit Foësius. Auctor noster tum h. l., tum paulo inferius versatur in comparatione diei temporum cum temporibus anni.

οὐ μόνον διὰ τὸ μᾶλλον πονέειν τότε, ἀλλὰ κ. τ. λ.] De meo *τότε* interposui, quia sine hac particula sententia claudicat. *Πονέειν* spectat aegrum in exacerbatione vespertina morbi versantem. De meo etiam *διὰ σφᾶς αὐτάς* pro *διὰ σφᾶς ἑωυτάς* dedi.

4. *ὀξύταται αἱ νοῦσοι.*] De meo articulum adscripsi, qui pone terminationem superioris adiectivi facile perire potuit et hoc rerum nexu requiritur. Cf. Aph. 9. III. Video iam cod. O. item articulum ferre.

ὁμοῖον τῷ δείλης παροξύνεσθαι.] E cod. V. *τό* enotavi, quod forte ortum e lectione *ὁκοῖον τὸ δ. π.*

οἷον ἡ ἡμέρη τῆς νούσου.] Littréus e cod. C. *οἵην* recepit, sed vulgata bene habet.

οἷον τὸ δείλης — πρὸς ἀλλήλας.] Hisce Latina quaedam adposui, sed minime mihi persuadere valeo, haec integra esse. Scio quidem, qui mordicus traditum in codd. textum tenere velit, haec quodammodo defendere posse cogitatione explendo: *οἷον τὸ δείλης· παροξύνεσθαι, τοιοῦτον τὸ παροξύνεσθαι τῆς νόσου καὶ ἑκάστης καταστάσιος πρὸς ἀλλήλας.* Sed orationis forma ita se habet, ut turbatam esse appareat; coniicio auctorem dedisse: *οἷον τὸ δείλης παροξύνεσθαι τῆς νούσου, τοιοῦτον καὶ ἑκάστης καταστάσιος τῶν νούσων πρὸς ἀλλήλας.* Sic demum ipsorum verborum horum lectio concinna erit et ipsa tum cum superioribus, tum cum sequentibus congruent.

ὅταν μή τι νεωτεροποιηθῇ ἐν τῷ ἄνω εἴδεϊ.] Illud *νεωτεροποιηθῆναι* intelligendum videtur de magna aliqua tempestatis, aut aliarum rerum in morborum indolem mutandam vim habentium conversione. *Εἶδος* reddidi *constitutionis forma*; credo fere idem valere quod *τὴν ἀγωγήν* in suis Epidd. vocavit ipse Hipp. — Quod attinet ad sequens *ἄλλης καταστάσιος ἂν ἄρχοι*, cum Littréo intelligo de initio alterius status censendo ex eiusmodi conversione; Corn. et Foësius paulo aliter acceperunt de imperio obtento; notiones sane affines sibi, nec tamen *ἄρχειν* aliud quid hic est quam *incipere, initium facere.*

ὥστε καὶ τὸν ἐνιαυτὸν αὐτὸν πρὸς ἑωυτὸν οὕτως ἔχειν.] In hisce *αὐτόν* quod pone *ἐνιαυτόν* pericrat, revocavi de meo. Cf. § 3. *αὐταὶ διὰ σφᾶς αὐτάς.*

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 604 sur 880

©BIUM

ε'. Ἐν τοῖσι καθεστεῶσι καιροῖσι [καὶ ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδοῦσι] εὐσταθέες καὶ εὐκρινέσταται αἱ νοῦσοι, ἐν δὲ τοῖσι ἀκαταστάτοισι ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι. Ἐν γοῦν Περίνθῳ, ὅταν τι ἐκλίπῃ, ἢ πλεονάσῃ, ἢ πνευμάτων, ἢ μὴ πνευμάτων, ἢ ὑδάτων, ἢ αὐχμῶν, ἢ καυμάτων, ἢ [1] ψυξίων. Τὸ δὲ ἔαρ τὸ ἐπίπαν ὑγιεινότατον καὶ ἥκιστα θανατῶδες.

5. Constantibus temporibus [et tempestive ea, quae tempestati propria sunt, reddentibus] morbi, qui facile consistunt et iudicantur, proveniunt; verum inconstantibus temporibus qui non consistunt et difficulter iudicantur. Perinthi igitur si quid defecerit, vel abundaverit sive ventorum, sive ab his tranquillitatis, sive pluviarum, sive siccitatis, sive ardoris, sive frigoris. Ver autem saluberrimum est plerumque et minime exitiale.

ς'. Πρὸς τὰς ἀρχὰς σκεπτέον τῶν [2] νοσημάτων, εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ· [3] δηλοῖ δὲ τῇ ἐπιδόσι, τὰς δὲ ἐπιδόσιας τῇσι περιόδοισι· καὶ αἱ κρίσιες ἐντεῦθεν δῆλοι καὶ τοῖσι ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυσμοῖσι, εἰ πρωϊαίτερον ἢ μὴ καὶ εἰ πλείονα χρόνον ἢ μή, καὶ εἰ μᾶλλον ἢ μή.

6. Principia morborum consideranda sunt, num statim vigeant; quod ostendunt, incremento, incrementa vero periodis; unde iudicia palam fiunt et accessionibus in periodis, prouti citius fiant an non, et diutius an non, et magis an non.

Πάντων δὲ τῶν ξυνεχέων [4] καὶ διαλειπόντων [[5] καὶ τῶν χρονίων] . . . . . [6] καὶ πτύελα καὶ τρωμάτων ὀδυνωδέων καὶ φυμάτων φλεγμοναὶ καὶ ὅσα ἄλλα ἐπιφαίνεται [7] ὕστερον, τὰ μὲν θᾶσσον βραχύτερα, τὰ δὲ βραδύτερον μακρότερα· καὶ ἐν περιόδοισι

Omnium vero febrium continuarum et intermittentium [et morborum diuturnorum] . . . . . et sputa et vulnerum dolorificorum et tuberculorum inflammationes et quaecumque alia postea apparent, ex his quae citius proveniunt breviora sunt, quae vero tardius longiora et in pe-

[1] ψύξεων. — [2] νούσων. — [3] δῆλον codd. — [4] ἢ. — [5] καί non habet. — [6] καὶ τρωμάτων καὶ πτυέλων ὀδυνωδέων καὶ φ. φλ. — [7] ὕστερον ἴσως δὲ καὶ ἄλλων πρηγμάτων κοινῶν τὰ μὲν κ. τ. λ.

5. [καὶ ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδοῦσι]. — In libris ceteris scriptis et editis ad ἀποδιδοῦσι subiicitur ἔτεσι, quod est additamentum novum ad additamentum, quod uncis intercepi. Cf. adn. ad Aph. 8. III.

ἐν γοῦν Περίνθῳ — ψυξίων.] Ex eiusmodi sententiis intelligimus aliquatenus certe, quomodo hi libri ea forma, qua hodie eos possidemus, ad nos devenerint. In verbis huius § principio ἐν τοῖσι καθεστεῶσι καιροῖσι εὐσταθέες καὶ εὐκρινέσταται αἱ νοῦσοι, ἐν δὲ τοῖσι ἀκαταστάτοισι ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι, habemus antiquiorem sententiam, quam forte iam cum glossemate, quod ex Aphorismo l. eiecimus et hic uncis inclusimus, recentior medicus, Perinthi artem faciens, arripit et ad ea, quae in ista urbe contingunt, adplicat. — Quodsi iam attendamus ad postrema τὸ δὲ ἔαρ — θανατῶδες et haec conferamus cum initio § 4., manifesto patet, sententiam divulsam esse: ἐν Φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νοῦσοι καὶ θανατωδέσταται τὸ ἐπίπαν, — τὸ δὲ ἔαρ ὑγιεινότατον καὶ ἥκιστα θανατῶδες. Est nempe Aph. 9. III. — Iam puto haec quod ad libri huius formam, quali hodie eum possidemus, contigisse. Recentior medicus possedit exemplar scriptum, in quo vetustiora illa fragmenta nescio quo ordine descripta fuerint; is autem in margine exemplaris sui adnotavit partim observata, partim placita quae invenerat meditando et vetustiora illa ad praxin applicando. Librum annotationibus refertum librarius ita descripsit, ut sententias principes, adnotationes, omnia miscens, uno tenore nobis reliquerit. Hinc farrago, quam cernimus in Epidd. libris II. IV. VI. et libro de humoribus.

6. πρὸς τὰς ἀρχὰς — τὰς δὲ ἐπιδόσιας τῇσι περιόδοισι.] — In his τῶν νούσων codd. et Edd. cett., quod propter sequens ἀνθεῖ in νοσημάτων mutavi, quippe saepe hae voces in codd. alternant. Dein e δῆλον effeci de coniectura δηλοῖ, quo facto et ad idem subiectum, ad quod ἀνθεῖ, refertur et apte τὰς ἐπιδόσιας sibi obiectum habet; quin iste accusativus ἐπιδόσιας me ad hanc locum emendandi rationem perduxit. Ad ἀνθεῖ cf. verba ex interpolatis in Epid. I. αὐτίκα γὰρ ξυνεχὴς, ἔστι οἷσι ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει μάλιστα. De meo ter ἢ μή scripsi, ubi ἢ οὔ codd.

πάντων δὲ τῶν ξυνεχέων — μακρότερα.] In his ceteri ξυνεχέων ἢ διαλειπόντων; — dedi καί, quod multo magis congruum, sic v. c. in interpolatis in Epid. I. ὁμοίως ξυνεχέων καὶ διαλειπόντων. Iam vero loco nostro statim pone διαλειπόντων libri ferunt τῶν χρονίων, aut solum χρονίων; Littréus solum χρονίων vulgatae habet, sed uncis intercepit. Mihi sic res se habere visa est: fuit, qui locum legens ad morbos diuturnos etiam extendere voluit, quod de solis acutis auctor affirmavit; is quidem interpolavit καὶ τῶν χρονίων, sed καί excidit, — nisi quod Calvus hic omnia quemadmodum descripsi legisse videtur. — Sequuntur iam in libris pone χρονίων haec: καὶ τρωμάτων καὶ πτυέλων (unus cod. Par. καὶ πτυελ. καὶ τρ. inverso ordine) ὀδυνωδέων καὶ φυμάτων φλεγμοναὶ καὶ ὅσα ἄλλα ἐπιφ. ὕστ. — Calvus: „sputa considerato; vulnerum autem dolores turunculorum (*furunculorum* voluit) et tuberculorum inflammationes." In vulgata lectione duo obtigerunt: casus confusi sunt et verba transposita, quae vitia quomodo tollenda censuerim, e textu patet; ante καὶ πτυέλων plures crisios modi enumerati fuisse videntur, ita ut h. l. lacunae signa posuerim. Venio tandem ad aliud quid: pone ὕστερον invenis apud ceteros omnes ἴσως δὲ καὶ ἄλλων πρηγμάτων κοινῶν, quae non pertinent

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 605 sur 880

©BIUM

τὸ ἐπιπρωϊαίτερον [1] καὶ τῆς ἐπιδόσιος καὶ ἀπαυδώσης τῆς νούσου· καὶ γὰρ τῶν παραχρῆμα [2] ἀπολουμένων ταχύτεραι αἱ κρίσιες, ὅτι ταχέες οἱ πόνοι καὶ ξυνεχέες καὶ ἰσχυροί. Τὰ δὲ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον μὴ αὐτίκα ἐπιφαινέσθω.

Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα.

Τὰ προκρινόμενα ἢν ὡμῶς κριθῇ, ὑποστροφαί· ἢν δὲ μὴ, ἀκρισίαι· γένοιτο δ' ἂν καὶ ὀλέθρια τὰ μὴ σμικρά.

Ὅσα [3] κρίσιμα γενόμενα, τὰ αὐτὰ ταῦτα μὴ γενόμενα δύσκριτα· τὰ ἐναντία δὲ σημαίνοντα, κακόν, οὐ μόνον ἢν παλινδρομέῃ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχαίης Φύσιος [4] ἐς τὰ ἐναντία ῥέποντα, [5] ὥσπερ καὶ τῶν καλῶν σημείων τὰ ἐπὶ τὰ ἐναντία ῥέποντα.

Θεωρεῖν δὲ οὕτω [6] δεῖ, — [7] μεταβολαὶ χρωμάτων, ξυμπτώσιες φλεβῶν, ὄγκοι ὑποχον-

riodis quod citius contingit cum morbi incrementum, tum decrementum; etenim eorum, qui brevi morientur celeriores sunt iudicationes, quia dolores et celeriter et continenter et fortiter prehendunt. Quae vero in bonam partem iudicationem adferunt, ea ne statim appareant.

Signa iudicatoria, quae nihil decernunt, partim mortem, partim difficilem morbi solutionem significant.

Quae praemature iudicant, si ante coctionem debitam iudicantur, morbi recidivas significant; sin contra, iudicii defectum; quin ea quae minime parva sunt, etiam lethalia fient.

Quae decernere nata sunt, ea si non appareant iudicationem difficilem faciunt; quae vero contraria significant mala sunt, non solum si recurrant, sed etiam quae vergunt ad ea, quae priscae naturae sunt contraria; — sicuti etiam e bonis signis ea, quae in contraria vergunt.

Spectare vero oportet ad hunc modum: mutationes coloris, collapsus venarum, praecordio-

[1] ἄλλης ἐπιδόσιος ἀποδώσης τῆς ν. — [2] ἀπολλυμένων. — [3] κρίσιμα σημεῖα. — [4] ἐς om. — [5] ὥσπερ — ῥέποντα om. — [6] δή. — [7] μεταβ. om.; tum βρωμάτων pro χρ.

ad textum, sed adnotatio sunt recentioris lectoris, quam igitur e contextu abire iussi. Cum h. l. cf. ceterum Aph. 12. I.

καὶ ἐν περιόδοισι τὸ ἐπιπρωϊαίτερον — ἰσχυροί.] Vulgata horum lectio est: καὶ ἐν περιόδοισι τὸ ἐπιπρωϊαίτερον καὶ ἄλλης ἐπιδόσιος ἀπαυδώσης τῆς νούσου· καὶ γὰρ τῶν παραχρῆμα ἀπολλυμένων ταχύτεραι αἱ κρίσιες κ. τ. λ. Calvum vix apposite ad Graeca sua latina dedisse credo. Habet enim: „similisque observatio fit in circuitu, quod enim citius quam consuevit, vel lenius vehementiusve prorumpit, mutationemque aliam, relaxationemque dat, morbum iam concedere relaxareve prae se fert." — Sed in vulgato textu vitia inesse palam est: illud καὶ ἄλλης ἐπιδόσιος sensum sanum non refert; sed antithesis est in ἐπιδόσιος et ἀπαυδώσης τῆς νούσου, Itaque putavi in ἄλλης latere repetitionem literarum postremarum copulae et articulum τῆς; revocanda etiam erat copula ante ἀπαυδώσης. Ea, quae sequuntur, Calvus ita reddidit: „nam quae celeriter dissolvunt, consumuntve, celerius decernunt, cett." Itaque in mss., quae secutus est, legit ἀπολυομένων ἢ ἀπολλυμένων, aut coniunxit, quod saepius faciunt antiquiores illi interpretes, diversas lectiones duas codicum suorum. Mihi ἀπολουμένων requiri videtur propter πόνων descriptionem eam, quae sequitur. Sentio quidem, regularem orationis cursum resque ipsas requirere antithesin, quae respondeat his ἀπολουμένοις, sed eiusmodi quid dedisse scriptorem loci non constat.

τὰ προκρινόμενα, ἢν ὡμῶς κριθῇ — ἀκρισίαι.] Parum recte Littréus hic recepit ὅμως e cod. C.; parum recte etiam de coniectura intulit ἀκρησίαι. — Quod ad προκρινόμενα, est hoc *ante debitum tempus iudicata*, quemadmodum v. c. § 28. Ep. IV. πτύαλον προπεπαινόμενον legitur; e quo intelligitur, quid sibi velit ἢν ὡμῶς κριθῇ. Contra ὅμως omnem loci sensum pessumdat; pertinet ad coniecturas viri eruditioris quam plebs librariorum, qui codicem descripsit. Quod ad ἀκρησίαι, non negligo l. ex Ep. IV., quem citavi, id legi in libris, sed mihi hic e nostro emendandus videtur, non contra.

ὅσα κρίσιμα — δύσκριτα.] Littréus in his verbis unius cod. fide suppressit negationem μή, quo facto sanus loci sensus statim perit. Quod vero affirmat „autrement la phrase sera la repetition de κρίσιμα μὴ κρίνοντα κ. τ. λ.," id secus habet; nempe longe aliud quid hic spectatur, i. e. absentia signorum iudicium praenuntiantium. In his delevi σημεῖα et aoristum participii de meo exhibeo, siquidem legebatur ὅσα κρίσιμα σημεῖα γινόμενα.

ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχαίης Φύσιος ἐς τὰ ἐναντία ῥέποντα καὶ τῶν καλῶν σημείων τὰ ἐπὶ τὰ ἐναντία ῥέποντα.] — In his duo de meo mutavi; ἐς intuli pone Φύσιος, pro quo si ἐπί malis, uti paulo inferius, non adversor, sed praepositionem excidisse certum est. Littréus fere interpretatur, quasi praep. additam legisset, non Corn. et Foës. — Calvus reddit quasi ἐπὶ τὰ ἐναντία ῥεπούσης vidisset. — Alterum quod mutavi de coniectura est κακῶν, quod καλῶν esse debet: sermo est primum de signis in pristinae naturae adversam partem repentibus; tum de signis bonis iam ortis, sed in malam partem versis.

μεταβολαὶ χρωμάτων.] — Vulgo solum βρωμάτων; codd. duo Parr. χρωμάτων. Littréus verissime supplevit μεταβολαί ex Ep. IV. 46., ubi χροιῶν μεταβολαὶ ἐκ τοῦ ἐρυθροῦ ἐς χλωρόν et paulo superius χροιῶν μεταβολαί. Ceterum in sequentibus nominibus h. l. plura genitivo leguntur in libris, in quibus partim de suo, partim e mss., Littréus nominativum restituit, qua in re eum sequor.

δριων, ἀναρροπίαι, καταρροπίαι. Πολλὰ δὲ καὶ τῶν τοιούτων· οἷον, — ἀποφθειρουσέων οἱ τιτθοὶ [1]προϊσχναίνονται· — οὐδὲ γὰρ ἐναντίον οὐδὲ βῆχες χρόνιαι ὅτι ὄρχιος οἰδήσαντος παύονται.

[Ὄρχις οἰδήσας ἀπὸ [2]βηχωδέων ὑπομνῆμα κοινωνίης [3]στηθέων, γονῆς.]

ζ'. Ἀποστάσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ διὰ κοιλίης, ἢ [4]διὰ τῶν οὔρων, ἢ διὰ δέρματος, ἢ κατὰ ὀστέα, ἢ κατὰ [5]τὸν νωτιαῖον, ἢ κατὰ τὰς ἄλλας ἐκροὰς, [6]στόμα, ὦτα, ῥῖνας, αἰδοῖον. Χρησταὶ δὲ [7]αἱ κάτω τῆς νούσου ἐκ τῶν ἄνω, οἷον ὀσφύος βάρεα· χρησταὶ δὲ μάλιστα αἱ κατωτάτω κοιλίης καὶ προσωτάτω ἀπὸ [8]τῆς νούσου, οἷον κιρσοί· καὶ αἱ κατ' ἐκροῦν, οἷον αἷμα ἐκ ῥινῶν, πῦον ἐξ ὠτὸς, πτύαλον, οὖρον, [9]ἱδρώς. Οἷσι μὴ ταῦτα, ἀποστάσιες, — [10]οἷον ἐς ὀδόντας, ὀφ-

rum tumores, quae in morbis sursum, quae deorsum vergunt. Sunt autem multa huiusmodi: v. c.: — abortiones facturis mammae antea emacrescunt; — neque etiam repugnat, quod tusses diuturnae, quum testis in tumorem sublatus sit, cessant.

[Testis tumor a tussi nos admonet de communione inter pectus ac genituram.]

7. Abscessus fiunt aut per venas, aut per alvum, aut per urinas, aut per cutem, aut ad ossa, aut medullam dorsalem, aut ad emissoria reliqua, os, aures, nares, pudendum. Utiles autem sunt, quae e superioribus infra morbi sedem contingunt, veluti lumborum gravitas; maxime vero utiles, quae quam maxime infra ventrem et quam longissime a morbo fiunt, veluti varices; et quae per effluxionem contingunt, veluti sanguis e naribus, pus ex aure, saliva, urina, sudor. Quibus haec non accidunt, abscessus fiunt, veluti

[1] προισχν. — [2] βηχίων. — [3] στηθέων, μαζῶν γ. φωνῆς. — [4] διὰ νεύρων. — [5] τδ. — [6] στ. αἰδ. ὦ. ῥ. — [7] αἱ μετὰ τῆς ν. οἷον κιρσοὶ, ὀσφύος βάρεα ἐκ τῶν ἄνω ἄριστα δὲ μάλιστα αἱ κάτω καὶ αἱ κατωτάτω. — [8] τῆς νούσου καὶ αἱ. — [9] ἱδρῶς κατ' ἐκροῦν. — [10] οἷον ὀδόντες, ὀφθαλμοὶ, ῥῖς, ἱδρώς.

προϊσχναίνονται.] Ita de meo scripsi; codd. προσισχναίνονται. Cum Littréo οἰδήσαντος e codd. 3 Parr. et Gal. scripsi pro vulg. οἰδήσοντος. Ad προϊσχναίνονται cf. Aph. 53. V.

[ὄρχις — γονῆς.] — In his vulgo βηχέων, quae vitiosa genitivi forma pro βηχῶν forte orta e cod. C lectione ὑπὸ βηχωδέων, in qua ipsa tamen ὑπό vitiosum est: de neutris pluralibus, quale τὰ βηχώδεα, dixi ad Prorrh. I. Hic puto βηχωδέων verum esse, non quia prae βηχῶν praestat, sed quia tota periodus suspecta, qua de re mox plura dicam. In sect. II. § 8. ἐκ τῶν βηχωδέων pro interpolatione fuit eliminandum, forte tota haec periodus eidem interpolatori debetur. Postrema in hac periodo apud cett. sic scripta leguntur: στηθέων, μαζῶν, γονῆς, φωνῆς. In quibus μαζῶν ab adnotatore primo non fuit adscriptum, quum de viris sermo sit, neque ille tussim in mammis quaesiverit. Puto esse recentiorem adnotationis ipsius interpolationem, profectam a viro, qui ad οἱ τιτθοὶ προϊσχναίνονται etiam respexerit. Quod ad φωνῆς, vereor ne sit dittographia ad γονῆς pertinens; nam de voce in superioribus altum silentium. Itaque solum στήθεος, γονῆς retineo; sed tota haec periodus notionem continet adeo ab iis, quae antecedunt et sequuntur, discrepantem et alienam, ut ad illorum auctorem referri non possit, sed manifesto sit adnotatio marginalis recentioris medici.

7. Ἀποστάσιες — αἰδοῖον.] — Haec verba item inferuntur apud ceteros infra in hac §. pone ἐπαλινδρόμησε· ἀπέθανε, ubi, quum otiose repeterentur, ea delevi. Hic autem minus bene scripta erant ad hunc modum: ἀποστάσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ τόνων, ἢ δι' ὀστέων, ἢ νεύρων, ἢ δέρματος, ἢ ἐκτροπέων ἑτέρων. Circa quae animadverto, ἢ τόνων glossema videri in ἢ νεύρων et ἐκτροπέων positum pro ἐκροέων. Redeo ad ea, quae huc transtuli: in quibus διὰ τῶν οὔρων scripsi de meo pro διὰ νεύρων, quod si solum δι' οὔρων velis, non adversor; tum in iis αἰδοῖον pone στόμα legebatur. Quod autem ad νεύρων attinet, licet iam antiquitus huic voci glossa ἢ τόνων adscripta videatur, haec tamen νεύρων defendere non poterit, quum hoc plane absurdum sit; quin licet plura movere noluerim, minime fidem ideo adhibere censeri velim verbis ἢ κατὰ ὀστέα, ἢ κατὰ τὸν νωτιαῖον. Nimirum haec ipsa item parum h. l. congruunt et miro modo ὁ νωτιαῖος nude ponitur pro ὁ νωτιαῖος μυελός. Coniicio potius legendum esse: ἀποστάσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ διὰ κοιλίης, ἢ δι' οὔρων, ἢ διὰ δέρματος, ἢ διὰ στόματος, ἢ δι' ὦτων, ἢ διὰ τῶν ἄλλων ἐκροέων. Vereor nempe, ne στόμα. ὦτα, ῥῖνας, αἰδοῖον recentius sit additamentum et ne κατὰ τὸ στόμα ansam praebuerit scripturae κατὰ ὀστέα, vel ne δι' ὀστέων corrupto διὰ στόματος ortum debeat, quemadmodum in νωτιαῖον, uti significavi in emendatione, lateat ὦτα. — Locum certe diligenti explorationi commendo futurorum editorum; nam in tota hac §. verum μυττωτόν nobis apponunt librarii.

χρησταὶ — ἱδρώς.] Vulgo editur χρησταὶ δὲ αἱ κάτω τῆς νούσου, οἷον κιρσοὶ, ὀσφύος βάρεα ἐκ τῶν ἄνω· ἄριστα δὲ μάλιστα αἱ κάτω καὶ αἱ κατωτάτω κοιλίης καὶ προσωτάτω ἀπὸ τῆς νούσου καὶ αἱ κατ' ἐκροῦν, οἷον αἷμα ἐκ ῥινέων, πῦον ἐξ ὠτὸς, πτύαλον, οὖρον κατ' ἐκροῦν. — In his verba partim ordine turbata sunt, partim corrupta, partim nonnulla otiose repetita. Ad repetitiones otiosas pertinet αἱ κάτω ante καὶ αἱ κατωτάτω; — tum κατ' ἐκροῦν in fine. Ad corruptionem pertinet ἄριστα δὲ μάλιστα, quod ita non scripsit auctor, sed is pro ΑΡΙΣΤΑΙ scripsit ΧΡΗΣΤΑΙ; nisi malis sumere, dittographiam fuisse et solum ἄριστα δὲ αἱ κάτω κ. τ. λ. scriptum fuisse, aut quod ego exhibui. Ordinis perturbationem video in exemplis ὀσφύος βάρεα et κιρσοί, quae quomodo distribuerim et ad locum suum referre conatus sim, e contextu patet: de meo οἷον ante ὀσφύος βάρεα adscripsi. Quod denique ad ἱδρώς attinet, id referebatur in vulg. ad abscessus in seq. periodo: equidem vocabulum huc revocavi, quum sudor ad speciem solutionum κατ' ἐκροῦν pertineat.

οἷον ἐς ὀδόντας — ῥῖνα.] Legebatur: ὀδόντες, ὀφθαλμοὶ,

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 607 sur 880

©BIUM

θαλμοὺς, ῥῖνα, — ἀτὰρ καὶ τὰ ὑπὸ δέρμα ἀφιστάμενα[1] ἐς τὸ ἔξω, οἷον φλύκταιναι, — καὶ τὰ ἐκπυοῦντα, οἷον ἕλκος, — καὶ τὰ τοιαῦτα ἐξανθήματα, — [2]ἢ μάδησις τριχῶν, ἀλφοὶ, [3]λέπραι, — καὶ ὅσα ἄλλα εἴρηται καὶ ἀποστάσιες μέν εἰσι ἀθρόως ῥέψασαι καὶ μὴ ἡμιρρόπως, [4]ἢ μὴ ἀναξίως τῆς περιβολῆς τῆς νούσου. Οἷον τῇ Τημένεω ἀδελφιδῇ ἐκ νούσου ἰσχυρῆς ἐς δάκτυλον ἀπεστήριξε οὐχ ἱκανὸν δέξασθαι τὴν νοῦσον· ἐπαλινδρόμησε· ἀπέθανε.

Ἐξ ὑστέρης ὀκταμήνῳ τὰ [5]τῶν κρισίων, ὡς ἂν ἐς τὴν ὀσφὺν, ἢ ἐς τὸν μηρόν.

Καὶ ἐς ὄρχιας ἔστι ὅτε ἐκ βηχῶν· καὶ ὄρχις αὐτὸς ἐφ' ἑωυτοῦ.

Βηχώδεες ἀποστάσιες, [6]ἅτε μὲν ἀνωτέρω τῆς κοιλίης, οὐχ ὁμοίως τελέως ῥύονται.

ad dentes, oculos, nares; — verum etiam quae sub cute collecta ad externa abscedunt, quemadmodum phlyctaenae; — et suppurantia, quale ulcus et huiusmodi efflorescentiae, — vel capillorum defluvium, vitiligines, leprae, — et quaecumque alia enumerata sunt et abscessus quidem sunt, qui statim affatim in partem aliquam vergunt, neque dimidiato impetu, neque inferiores sunt morbi magnitudini. Quemadmodum Temenei nepti ex valido morbo quiddam in digitum firmatum est, qui cum morbo excipiendo non sufficeret, is recurrit et mortua est.

Uteri affectiones octavo mense iudicationem subeunt, veluti in lumbos, aut femur decumbunt.

Quin interdum etiam ex tussi ad testes abscessus fit; aut testis per se (intumescit).

Quae in tusses abscedunt, quum supra ventrem abscessum faciunt, non aeque perfecte levant.

[1] ἐς τὸ ἔξω φύματα, οἷον ταγγαὶ καὶ τὰ ἑκπ. — [2] ἢ λοποὶ ἢ μάδισις. — [3] λέπραι ἢ τὰ τοιαῦτα, ὅσα ἀποστάσιες μὲν εἰσὶ ἀ. ῥύσασαι. — [4] καὶ ὅσα ἄλλα εἴρηται καὶ ἢν μὴ κ. τ. λ. — [5] τῶν κρισίων τῇ ὑστεραίῃ, ὡς ἄν. — [6] αἱ μέν.

ξις, ἱδρώς: et de ἱδρώς ad superiora hinc translato iam dixi in notula antecedente; sed non fero nominativos illos; ipsi ὀδόντες non sunt abscessus. Itaque dedi quod loci sensus sibi postulat.

ἀτὰρ καὶ — φλύκταιναι.] Vulgata fert: ἀτὰρ καὶ τὰ ὑπὸ δέρμα ἀφιστάμενα ἐς τὸ ἔξω φύματα, οἷον ταγγαί. Teneamus statim in his non iungenda esse τὰ ὑπὸ δέρμα ἀφιστάμενα, sed ἀφιστάμενα ἐς τὸ ἔξω; ita ut ad τὰ ὑπὸ δέρμα cogitatione supplere oporteat συλλεχθέντα, vel simile quid. — Venio ad ταγγαί: mihi alia ratio placet, quam Heringae p. 60. Obss., qui ΤΑΓΓΑΙ e ΓΑΓΓΛΙΑ ortum putat. Nimirum Heringa e syllabis sensu cassis vocabulum facit Graecum, sed eiusmodi, ut h. l. parum sit adaptatum. Latet me iudice in ΤΑΓΓΑΙ extrema pars nominis ΦΛΥΚΤΑΙΝΑΙ: quod mihi probabile propter § 1. huius sectionis, ubi ὑπεγίγνοντο μὲν τῷ δέρματι ἰχῶρες, — εἶτα φλυκταινίδες — διανίσταντο. Tale quid omnino hic spectatur. — Prorsus dissentio a Littréo affirmante: „mais ταγγή n'est pas un mot isolé dans la langue Grecque, v. ταγγίασις, ταγγίζω, ταγγός; par consequent il doit être conservé." Quis quaeso prudentior paululum e tam corrupti libri loco corruptissimo vocabulum ceterum tali sensu incognitum arripiat? et tamen prudentes sibi videntur, qui codices se sequi profitentur! — Ταγγή est *rancor*; itaque ταγγαί a ταγγός *rancidus* ducendum esset, sed hoc sensu cassum in nostris; non aliud mihi esse videtur illud ταγγαί quam quod supra significavi.

ἢ μάδησις τριχῶν.] Legebatur ἢ λόποι s. ἢ λοποί ante ἢ μάδησις τριχῶν. Ac de λόποι quidem cf. Foës. in Oecon.; sed mihi λόποι in morbis ignoti sunt et suspicor, nobis hic quoque fraudem facere nomen admodum corruptum, sed cuius tamen manifesta vestigia in his reliquiis deprehendantur. Nempe redierunt ad hunc locum mihi in mentem Alexandri Tralliani verba ἀλωπεκία πάθος ἐστὶ τριχῶν μάδησις, quo facto putavi in ϗ λοποι latere ἢ ἀλωπεκία, quod quis pro glossa ad μάδησις τριχῶν adscripserit. Syllabas, ut in ταγγαί, sensu cassas, hic eieci.

λέπραι.] Pone hoc nomen apud ceteros ἢ τὰ τοιαῦτα sequitur, quod non est nisi repetitio erronea superiorum καὶ τὰ τοιαῦτα, quapropter ea expunxi.

καὶ ὅσα ἄλλα — περιβολῆς τῆς νούσου.] Vulgo ἢ τὰ τοιαῦτα (de quo paulo ante dixi) ὅσα ἀποστάσιες μέν εἰσι ἀθρόως ῥέψασαι (ῥεύσασαι) καὶ μὴ ἡμιρρόπως καὶ ὅσα ἄλλα εἴρηται· καὶ ἢν (ἢ Gal.) μὴ ἀναξίως τῆς περιβολῆς τῆς νούσου. Credo equidem palam esse, καὶ μὴ ἡμιρρόπως et μὴ ἀναξίως κ. τ. λ. non disiungi debere intermediis καὶ ὅσα ἄλλα εἴρηται. In καὶ ἢν (ἢ) μὴ ἡμιρρ. puto esse dittographiam καὶ μὴ ἡμ. — Iam intelligetur quare, sicuti feci, textum descripserim. Non tangendum existimo ἡμιρρόπως, quod voluit Heringa l. l.; consentio cum Littréo intactum relinquente: cf. ἐπάρματα δὲ κατὰ τὰ ὦτα πολλοῖσι ἑτερόρροπα ex Ep. I. initio libri. Ad postrema verborum, de quibus agimus, cf. καὶ οὐκ ἀξίως τῆς περιβολῆς τῶν νοσημάτων ex eodem libro § 9.

ἀπέθανε.] De iis, quae in vulg. textu e principio capituli hic repetuntur, dixi in adn. ad initium §.

ἐξ ὑστέρης — κρισίων.] Pone κρίσεων vulgatae infertur in libris omnibus τῇ ὑστεραίῃ. Littréus: „Dans son comm., inquit, sur Ep. II. 1. textu 2. Galien explique τῇ ὑστεραίῃ par ὑστέρῳ χρόνῳ ἢ μηνί. Il ne faut donc pas le traduire par *postridie*." Imo Galenum cum sua interpretatione facessere iubemus: non interpretandum, sed expungendum est: τῇ ὑστεραίῃ originem duxit e verbis ἐξ ὑστέρης, seu potius τῇ ὑστέρῃ fuerit dittographia ἐξ ὑστέρης, quin forte τῇ ὑστερέῃ superscriptum fuerit male Ionice, ut fieri solet in his libris, inde τῇ ὑστεραίῃ natum! Ne nugemur, quaeso, cum Pergameno licet! — De eodem loco Gal. ad Ep. VI. l. l. p. 812. Kühn.

ἅτε μὲν ἀνωτέρω τῆς κοιλίης.] Libri: αἱ μὲν ἀνωτέρω

©BIUM

Αἱμορραγίαι λάβροι ἐκ ῥινῶν ῥύονται [1]πολλῶν· οἷον τὸ Ἡραγόρεω· οὐκ ἐγίγνωσκον οἱ ἰητροί.

η'. Ἐς [2]ἁμαρτωλὴν ἢ χρηστὸν ἡ ἀρχαίη φύσις. τὰς φωνὰς οἱ τρηχέας φύσι ἔχοντες καὶ αἱ γλῶσσαι ὑποτρηχέαι καὶ ὅσαι τρηχύτητες [3]ἀπὸ νούσων ὡσαύτως· — αἱ οὖν ἐοῦσαι σκληραὶ τῇ φύσι καὶ ἄνοσοι τοῦτ' ἔχουσι· [4]αἱ δὲ μαλθακαὶ [5]βραδύτερον.

Σκεπτέον [6]δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν διαιτέων· — τὰ μακροκέφαλα καὶ μακραύχενα ἀπὸ τῶν ἐπικυψίων· — καὶ τῶν φλεβῶν ἡ εὐρύτης καὶ παχύτης ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ καὶ [7]στε-

Largae sanguinis e naribus effluxiones a multis morbis liberant; quod in Heragorae morbo apparuit; — medici id non noverant.

8. *Locum constitui, ut potui, sed lectio nimis incerta, quam ut, quasi integra esset, eam interpreter.*

[1] πολλά. — [2] ἁμαρτωλίην cett. — [3] ὑπό cett. — [4] οἷσι δέ. — [5] καὶ βραδύτεραι. — [6] δέ codd. non ferunt. — [7] στενότητες καὶ πλατύτητες καὶ βραχύτητες.

τῆς κοιλίης —; perridicule quasi etiam κάτω τῆς κοιλίης essent ἀποστάσιες βηχώδεες; — itaque dedi quod sensus loci postulat.

ῥύονται πολλῶν.] Ceteri πολλά; de meo genitivum scripsi.

8. Ἐς κ. τ. λ.] Antequam singulatim dicam de iis, quae ut textum ita constituerem me impulerunt, locum e vulgata lectione integrum describam: τὰς φωνὰς οἱ τρηχέας φύσει ἔχοντες καὶ αἱ γλῶσσαι ὑποτρήχεες καὶ οἷσι τρηχύτητες ὑπὸ νούσων ὡσαύτως. αἱ οὖν ἐοῦσαι σκληραὶ τῇ φύσει καὶ ἄνοσοι τοῦτ' ἔχουσι. αἱ δὲ μαλθακαὶ καὶ βραδύτεραι ἐς ἁμαρτωλίην ἢ χρηστὸν (Littréus h. l. puncto distinxit et pro seq. ἤ dedit ἡ e 4 codd. Parr.) ἢ ἀρχαίη φύσις. σκεπτέον καὶ τὰ ἀπὸ τῶν διαιτέων τὰ μακροκέφαλα. καὶ μακραύχενα ἀπὸ τῶν ἐπικυψίων. καὶ τῶν φλεβῶν ἡ εὐρύτης καὶ παχύτης ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. καὶ στενότητες καὶ πλατύτητες καὶ βραχύτητες καὶ λεπτότητες. καὶ ἀπὸ τῶν ἐναντίων, ὧν αἱ φλέβες εὑρεῖαι. καὶ αἱ κοιλίαι καὶ τὰ ὀστέα εὐρέα. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ λεπτοὶ, οἱ δὲ πίονες τἀναντία τουτέων. καὶ ἐν τοῖσι λιμαγχικοῖσι αἱ μετριότητες ἀπὸ τουτέων σκεπτέον, (h. l. interpungit Littr.) αἱ προαυξήσιες ἑκάστῳ ἃ μειοῦσι. καὶ αἱ μειώσιες ἃ προαυξοῦσι. καὶ τοῖσι προαύξεσιν (τῇσι προαυξήσεσι, e Gal. τῇσι, alterum e Lind. apud Littr.) ὁποῖα συμπροαύξεται καὶ ὁποῖα συγκρατύνεται. καὶ διασφάξιες ποῖαι κοιναὶ τῶν φλεβῶν. — Haec librorum lectio est.

ἐς ἁμαρτωλὴν — φύσις.] Antequam de ceteris dicam, moneo, me ἁμαρτωλήν de meo dedisse pro ceterorum ἁμαρτωλίην. Nempe e libro tam corrupto insuetam formam, etiamsi Erotianus eam exposuerit, non recipio. Aretaeus saepius ἁμαρτωλή cf. ind. in Ed. nostra, e locis eius huc maxime facit qui p. 192. legitur, ὡς μηδὲν ἐς ἁμαρτωλὴν ἴῃ. — Iam pergo: verba haec infra inter βραδύτερον et σκεπτέον leguntur in libris scriptis et editis. Tum vero ἐς ἁμαρτωλίην ἢ χρηστόν iungi solet cum superiore αἱ δὲ μαλθακαὶ καὶ βραδύτεραι, uti vulgata habet; id autem intelligi non potest; neque melius intelligitur ἡ ἀρχαίη φύσις sive ad superiora illa item trahatur, sive cum Littréo novam periodum hic incipias: nam, quum σκεπτέον καί sequatur, ἡ ἀρχαίη φύσις in eiusmodi interpunctione per se constat et sensu idoneo prorsus destituitur. Verum lucem adfert comparatio huius capituli cum §§ superioribus et cum antecedentibus horum ipsorum comparatio. Auctor solet principem aliquam sententiam sumere, eique meletemata sua et exempla adscribere. Idem vero hic facit. Iam vero contendo, in hac §, certe in priore eius parte, principem esse sententiam e duobus membris constantem, quorum prius est ἐς ἁμαρτωλὴν ἢ χρηστὸν ἡ ἀρχαίη φύσις — scilicet ἐστί, cf. locum supra ex Aretaeo laudatum; — alterum membrum est σκεπτέον δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν διαιτέων. Sequentia vero τὰς φωνὰς — βραδύτερον exempla referunt ad prius membrum pertinentia, sed quae in vulgata perinepte principio capituli ponuntur, quum subiungi debeant sententiae principi. Hac de causa ista in alium locum transtuli.

καὶ αἱ γλῶσσαι ὑποτρηχέαι καὶ ὅσαι τρηχύτητες ἀπὸ νούσων ὡσαύτως.] In his ὑποτρηχέαι dedi pro ὑποτρηχέες: nempe in vulgato textu aut quod exhibui latet, aut καὶ οἱ γλῶσσαν s. γλώσσας ὑποτρήχεες. Hoc si malis, in seqq. pro ὅσαι dandum erit οἷσι. Tum vero ἀπὸ νούσων pro ὑπὸ νούσων scripsi; loquitur enim de residuis morborum antecedentium, neque amplius praesentium.

αἱ δὲ μαλθακαὶ βραδύτερον.] In his vulgo καὶ βραδύτεραι, quod sanum sensum non refert; puto copulam deberi repetitioni syllabae postremae vocabuli antecedentis, quae ansam praebuit adverbii mutationi in adiectivum. — Nempe antithesis est inter καὶ ἄνοσοι τοῦτ' ἔχουσι et βραδύτερον. Itaque sensus loci huc redit: qui natura sua rauca voce sunt, aut lingua aspera, aut qui e superioribus morbis relictas habent aspredines, vel sine morbo id sibi proprium habent; qui vero molli lingua, voce sunt, tardius aspredines contrahunt.

σκεπτέον δὲ καί.] In his δέ de meo interposui.

τὰ μακροκέφαλα καὶ τὰ μακραύχενα ἀπὸ τῶν ἐπικυψίων.] Est solitum neutrum plurale, de quo abunde monui ad Prorrh. I. et Coacas. Sed apertum est, priore nomine scriptorem loci respicere τοὺς μακροκεφάλους, de quibus in libro de aëre, aquis, locis § 21. sermo est. Ad τοὺς μακραύχενας ἀπὸ τῶν ἐπικυψίων puto Littréum non apposite comparare locum e lib. de Articulis § 41. ubi τῶν ἐξεχεβρόγχων mentio fit ἀπὸ κύφους. Nempe ἐπίκυψις ab eo redditur *gibbositè*, sed nomen id non significat, sed flexionem corporis antrorsum v. c. in labore peragendo. Hoc modo acceptum, quemadmodum accipi debet, demum quadrat h. l. ubi de sequelis διαιτέων sermo est; ita demum cum μακροκεφάλοις hi μακραύχενες recte coniunguntur.

καὶ τῶν φλεβῶν ἡ εὐρύτης — ἀπὸ τῶν ἐναντίων.] Libri in postremis: καὶ στενότητες καὶ πλατύτητες καὶ βραχύτητες καὶ λεπτότητες ἀπὸ τῶν ἐναντίων. Unius codicis fide et consentienter cum Lindano Littréus omisit καὶ πλα-

©BIUM

νότητες καὶ λεπτότητες [1] ἀπὸ τῶν ἐναντίων. ὧν αἱ φλέβες εὐρεῖαι καὶ αἱ κοιλίαι καὶ τὰ ὀστέα εὐρέα· εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ λεπτοὶ, οἱ δὲ πίονες τἀναντία τούτων. — καὶ ἐν τοῖσι λιμαγχικοῖσι αἱ μετριότητες ἀπὸ τούτων σκεπτέαι.

[2] Σκεπτέαι αἱ προσαυξήσιες ἑκάστῳ ἃ μειοῦσι καὶ αἱ μειώσιες ἃ προσαυξοῦσι· καὶ τῇσι προσαυξήσεσι ὁποῖα ξυμπροσαύξεται καὶ ὁποῖα ξυγκρατύνεται, — καὶ [3] διασφύξιες ποῖαι κοιναὶ τῶν φλεβῶν.

θ'. Αἱ τῶν ἤτρων ῥήξιες αἱ μὲν περὶ ἦβην τὰ πλεῖστα ἀσινέες τὸ παραυτίκα· αἱ δὲ σμικρὸν ἄνωθεν τοῦ [4] ὀμφαλοῦ ἐν δεξιᾷ [5] ὀδυνώδεες καὶ ἀσώδεες καὶ κοπριήμετοι· οἷον καὶ τὸ Πιττακοῦ· γίγνονται [6] δὲ ἢ ἀπὸ πληγῆς, ἢ σπάσιος, ἢ ἐμπηδήσιος ἑτέρου οἵσι τὸ μεταξὺ τοῦ ἤτρου καὶ τοῦ δέρματος ἐμφυσᾶται καὶ [7] μὴ καθίσταται.

ι'. Τὸ ἀπὸ τῶν χροιῶν· — οἷον τὸ [8] πουλὺ χλωρὸν τό τε ἐκ [9] λευκοχρόου, ὅτι ἀπὸ τοῦ

9. Quae ad imum ventrem rupta fiunt si circa pubem accidunt, statim sine noxa esse solent. Quae vero paulum supra umbilicum ad dextram, dolorem et corporis iactationem afferunt et stercoris per vomitum reiectionem, velut etiam Pittaco accidit. Fiunt autem rupta ex plaga, aut alterius assultu in iis, quibus quod inter imum ventrem et cutem est intermedium inflatur, neque subsidet.

10. Considerandum etiam id, quod e colore deducitur: — veluti quod admodum flavum est

[1] καὶ ἀπὸ τ. — [2] σκεπτέαι non habent codd.; tum προσαυξήσιες cett. legunt pro προσαυξ. — [3] διασφάξιες libri scripti. — [4] ὀφθαλμοῦ δεξιᾷ. [5] ὀδυνώδεες αὖται καί. — [6] δὲ αὖται ἢ. — [7] οὐ. — [8] πολυχάσιον. — [9] λευκοχροίου.

τύτητες; recte, sed insuper καὶ βραχύτητες omittendum est; utrumque enim a nihil intelligente librario interpositum est. Nam primo, quare venarum brevitas respiceretur, quae a corporis forma, non a diaeta pendet, nemo perspicit; tum vero haec postrema opponuntur εὐρύτητι et παχύτητι venarum in superioribus, ita ut solae στενότης et λεπτότης earum hic apte memorentur. — Verum minime certus sum inter ἐπικυψίων et καὶ τῶν φλεβῶν non esse lacunam: nimirum quorsum referenda in his ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ et ἀπὸ τῶν ἐναντίων? certe non ad ἐπικυψίων, itaque ad τῶν διαιτέων? sed ut tum periodus sibi constaret, certe de victu lautiore et exiliore sermo in superioribus esse deberet, ut eo ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ et mox ἀπὸ τῶν ἐναντίων spectarent. In quamcumque partem me dem, reperio quod non prorsus satisfaciat. Forte deficit aliquid eo loco, quem indicavi.

αἱ μετριότητες.] Sunt αἱ μετριότητες abstinentiae a cibis.

προσαυξήσιες — προσαυξοῦσι — προσαυξήσεσι — ξυμπροσαύξεται.] Omnia haec scribi solent cum praep. πρό composita, προαυξήσιες, cett. Corn., Foës., Littr., non interpretantur quasi προαυξήσιες legissent, sed quasi προσαυξήσιες, cett. vidissent. Calvus vulgatum expressit. Sed quin cum πρός composita auctor loci dederit, dubium non est. — De meo, sensu id postulante, σκεπτέαι bis scripsi; probabile est, semel omissum esse a librariis.

διασφύξιες.] Librorum διασφάξιες incongruum est: non video ex alio vocabulo oriri potuisse, quam ex eo quod exhibui. Littréus διαφλύξιες e Gal. glossario hic forte legendum censet, sed φλεβῶν διαφλύξιες per se ineptum, neque h. l. convenit. Altera coniectura eius, quam recepi, unice vera lectio est. Sed quomodo venarum pulsationes cum superioribus cohaereant, nemo perspicit. Sitne forte hic quoque lacuna ante καὶ διασφύξιες? — Quum plura in hac § prorsus incerta sint, neque spes affulgeat, ea unquam ad liquidum perductum iri, nolui Latina adponere. Tales loci nullius sunt pretii illis, qui Graeca non legunt.

9. αἱ τῶν ἤτρων — καθίστανται.] In hac § bis αὖται invectum est ab interpolatoribus, sicuti in Prorrh. I. et Coacis saepius idem factum vidimus. Legitur enim ὀδυνώδεες αὖται καὶ ἀσώδεες et γίνονται δὲ αὖται ἢ ἀπὸ κ. τ. λ.; equidem utroque loco αὖται eieci. — Tum interpretes verba postrema huius §. οἵσι — καθίστανται iungunt cum seqq. ad hunc modum: οὐ καθίστανται τὸ τῶν χροιῶν. — Littréus tamen interpunxit pone καθίστανται; sed me iudice ista retrahenda sunt ad hanc §. et pro οὐ reponendum est μή. Denique Littréus αἱ τῶν ἤτρων ῥήξιες reddit „des hernies." Sed ῥήξιες sunt ῥήγματα, non κῆλαι, cf. Foës. adn. ad h. l.; de herniis hic sermo non est; docet vel locus indicatus σμικρὸν ἄνωθεν τοῦ ὀμφαλοῦ ἐν δεξιᾷ. Tamen ultro fatendum mihi est, me quem morbum spectet non satis perspicere.

10. τὸ ἀπὸ τῶν χροιῶν.] In his ἀπό de meo interposui ad exemplum verborum τὸ ἀπὸ τῶν χυμῶν infra in eadem § et τὰ ἀπὸ τῶν διαιτέων e § 8.

τὸ πουλὺ χλωρὸν τό τε ἐκ λευκοχρόου.] Vulgo πουλυχλώριον, sed hoc in multis libris abiit in πουλυχάριον, unde Calvus nomen proprium legere sibi videbatur, nam Latine reddit, quasi οἷον Πολυχαρίῳ legisset. Dubium non est, quin πουλὺ χλωρόν in his lateat, sed malo voces seiungere quam πουλύχλωρον cum Littréo scribere; habemus enim τὸ πουλὺ χλωρόν et τὸ ἐκ λευκοχρόου (χλωρόν). — Ceterum iterum hic interpolata esse videntur nonnulla; equidem

©BIUM

ἧπατος πᾶν τὸ τοιοῦτον καὶ ἀπὸ τούτου ἡπατικὰ νοσήματα, ἐν τούτοισι καὶ ἴκτεροι οἱ ἀπὸ τοῦ ἥπατος· — ἐς τὸ ὑπόλευκον καὶ οἱ [1]ὑδαταινόμενοι καὶ οἱ λευκοφλεγματίαι· — οἱ δὲ ἀπὸ σπληνὸς μελάντεροι καὶ ὕδρωπες καὶ ἴκτεροι· — καὶ αἱ δυσελκίαι τῶν ἑλκεύκων· τῶν ὑποφακωδέων καὶ τὸ δέρμα καταρρήγνυται καὶ τὰ χείλεα, οἷον Ἀντίλοχος καὶ Ἀλεύας.

et quod minus eo colore saturatum, quod omnia ex isto genere ab hepate proveniunt et inde morbi hepatis, in quibus etiam morbi regii a iecinore. — In colorem subalbidum vergunt et aqua inter cutem laborantes et pituita alba; — verum tum hydropes, tum morbi regii a liene orti nigriores sunt. — Difficilia sanatu ulcera in exalbidis item advertunt; — in lenticoloribus cum cutis, tum labia fissuras ducunt, quales Antilochus et Aleuas.

Τὸ ἀπὸ τῶν χυμῶν τῶν ἐκ τοῦ σώματος· [2]τὸ ἁλμῶδες ὅτι ὑπὸ τὸ δέρμα μάλιστα καὶ ἀπὸ [3]τῆς κεφαλῆς ὅταν ἀπὸ τοῦ πνεύμονος διαθερμαίνηται.

Id quod ex humoribus in corpore ortis fit, item animadvertendum: — salsuginosum, quod sub cutem maxime defertur et a capite, quando ex pulmone calefit.

ια'. Τὰς ἀφορμὰς ὁπόθεν ἤρξατο κάμνειν σκεπτέον, εἴτε κεφαλῆς ὀδύνη, εἴτε ὠτὸς, εἴτε πλευροῦ· σημεῖον δὲ, ἐφ' οἷσι ὀδόντες καὶ ἐφ' οἷσι βουβῶνες.

11. Considerandi sunt loci, unde quis aegrotare coeperit, — sive capitis dolor sit, sive auris, sive lateris. — .....

Τὰ γενόμενα ἕλκεα [4]καὶ φύματα κρίνοντα πυρετοὺς οἷσι μὴ παραγίγνεται, ἀκρισίη· οἷσι ἐγκαταλείπεται, βεβαιόταται ὑποστροφαὶ καὶ τάχισται.

Quae ulcera et tubercula si orta sint febres iudicant, ea iis, in quibus non oriuntur, iudicii absentiam, — in quibus vero relinquuntur, certissimas et celerrimas recidivas significant.

ιβ'. Τὰ ὠμὰ διαχωρήματα καὶ ὑγρὰ κέγχρος στερεὸς ἐν ἐλαίῳ ἐφθὸς ἵστησι· οἷον [5]τὸ ναυτοπαίδιον καὶ ἡ Μυριοχαύνη.

12. Milium solidum oleo incoctum crudas et liquidas alvi deiectiones sistit. —.....

[1] ὑδαταινόμενον. — [2] τοῦ ἁλμώδεος. — [3] τῆς om. — [4] καὶ κρίνοντα πυρετοὺς καὶ φύματα, οἷσι ταῦτα μὴ codd. — [5] τὸν αὐτὸν παιδίον (sic).

hanc periodum legere vellem: τὸ ἀπὸ τῶν χροιῶν (scil. σκεπτέον); — τὸ πουλὺ χλωρὸν τό τε ἐκ λευκοχρόου ἀπὸ τοῦ ἥπατος καὶ ἀπὸ τούτου ἡπατικὰ νοσήματα καὶ ἴκτεροι οἱ ἀπὸ τοῦ ἥπατος.

λευκοφλεγματίαι.] Codd. λευκοφλέγματοι, quae forma proba non esse videtur; nota sunt λευκοφλεγματίας et λευκοφλεγματώδης, quorum illud dedi. Hi libri nimis sunt corrupti quam ut formis insuetis in iis obviis fidem adhibere liceat.

καὶ ὕδρωπες.] Littréus h. l. de suo οἱ ὕδρ., sed articulus non omissus mihi videtur a librariis, sed ab auctore: nempe οἱ ex initio periodi huc pertinet.

τῶν ἑλκεύκων· τῶν ὑποφ.] Distinxi h. l. puncto minore credens τὰς δυσελκίας referri ad τοὺς ἑλκεύκους propter Aph. 8. VI., et τὸ καταρρήγνυσθαι τοῦ δέρματος καὶ τῶν χειλέων ad τοὺς ὑποφακώδεας.

τὸ ἁλμῶδες.] Cett. τοῦ ἁλμώδεος, sed genitivus ortus est ex antecedente τοῦ σώματος, errore librariorum. Verba ὅταν ἀπὸ τοῦ πνεύμονος διαθερμαίνηται, me saltem iudice, subiectum sibi habent ἡ κεφαλή, quod Foësius vidit, non Littréus, qui Gallice „quand elles (i. e. les humeurs) sont echauffées par le poumon." Ceterum de horum postremorum lectione nihil affirmo: nolim reticere vitiosa mihi videri, permirum sonat illud ἀπὸ τοῦ πνεύμονος διαθερμαίνεσθαι. Potius exspectaveris refrigerationem s. caloris temperationem a pulmone quam contrarium; a corde potius calefactionem cogitaveris.

11. τὰς ἀφορμὰς — βουβῶνες.] — Idem locus occurrit Ep. VI. 3. 20., ubi ἤρξαντο scriptum est et ἐφ' οἷσι ante ὀδόντες omissum. Equidem postrema σημεῖον δὲ ἐφ' οἷσι ὀδόντες καὶ ἐφ' οἷσι βουβῶνες minime intelligo; cum superioribus non cohaerent apte et si per se spectes truncata esse dixeris et fragmentum aliquod referre. Quin puto, nos rursum hic habere partem aliquam principis cuiusdam moniti in verbis τὰς ἀφορμὰς ὁπόθεν ἤρξαντο κάμνειν σκεπτέον, cuius loci apodosis aliqua, s. membrum alterum quoddam desit, sed cui adscripta sint a recentiore explicationis causa εἴτε κεφαλῆς ὀδύνη, εἴτε ὠτὸς, εἴτε πλευροῦ. Quomodo vero cum his ultima σημεῖον δὲ κ. τ. λ. connectantur, minime ego intelligo.

οἷσι μὴ παραγίγνεται.] — Libri mss.: οἷσι ταῦτα μὴ παραγίνεται. Delevi ταῦτα, quod ad easdem interpolationes pertinet, ad quas αὗται §. 9., ubi vide adnn.

12. οἷον τὸ ναυτοπαίδιον καὶ ἡ Μυριοχαύνη.] Haec rursus sine interpretatione reliqui, quia lectio prorsus incerta. Illud ναυτοπαίδιον in Lexica adeo transiit, sed quaero, quare si nautae puerulum indicare voluerit, non τὸ τοῦ ναύτου παιδίον scripserit. In locis tam corruptis certe ego vocabulo, quale ναυτοπαίδιον, fidem adhibeo nullam. — Quod attinet ad ἡ Μυριοχαύνη, Calvus: „unguentaria, myriochauneve." — Erotiani μηριοχαύνη, solitae vocalium η et υ permutationi

©BIUM

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

α'. Γυνὴ ἐκαρδιάλγει .... καὶ οὐδὲν .... καθίστατο [1] πάλην ἀλφίτων ἐς ῥοιῆς χυλὸν ἐπιπάσσουσα .... καὶ μονοσιτίῃ ἤρκεσε καὶ οὐκ ἀνήμεε .... οἷα τὰ Χαρίωνος.

β'. ..... αἱ μεταβολαὶ ὠφελέουσι, ἢν μὴ ἐς πονηρὰ [2] μεταβάλῃ· [οἷον ἀπὸ φαρμάκων ἐμέουσι πυρετῶν ἕνεκα·] [3] αἱ ἐς ἀκρητέστερα * τελευταὶ [4] σῆψιν σημαίνουσι, οἷον Δεξίππῳ.

γ'. Ἡ [5] Σεραπίου ἐξ ὑγρῆς κοιλίης ᾤδησε· κνησμοὶ [6] δ' οὐκ οἶδα ποσταίῃ, οὐ πρόσω·

Sectio Altera.

1. *Locus mutilus.*

2. *Locus mutilus et corruptus.*

3. *Locus partim corruptus.*

[1] πολὺν ἐς β. χ. ἄλφιτον. — [2] μεταβάλλῃ cett. — [3] In V. h. l. nova linea litera maiuscula. — [4] σῆψον. — [5] σέραπις. — [6] δ' οὐκ οἶδ' ἀποσταίῃ.

debetur; μυοχαύνη Glossarii Galenici item corruptela est vulgatae lectionis. Meineke coniecit ἡ Μύριος χαύνη, *servam Myrios Chaunam*, a Χαύνων gente Thesprotiae, ut significaret. Si quis multa de hac voce legere velit, adire poterit Rozenbaum, die Lustseuche p. 227. seqq. — Mihi tamen turpia quaecumque ab hoc nomine alienissima esse certo persuasum est. — Quodsi respiciam πουλυχλώριον librorum in §. 10., ubi χλώριον e χλωρόν ortem, forte hic haberi compositum cum μυρόν opinor; nec mihi liquet necessario corruptum esse debere Μυροχαύνη, vel Μυριοχαύνη, quamquam illud malim: cf. Calvi interpretationem, quam supra tradidi.

1. Γυνὴ κ. τ. λ.] In loci scriptione lacunas primus notavi et id mihi sumsi, ut ἀλφίτων in locum, quem iam in textu occupat, transferrem, cum apud ceteros pone χυλόν inferatur. — Equidem locum ideo non interpretor Latine, quod nemo, semel admonitus, negare poterit, eum ita esse male habitum a librariis, ut intelligi non possit. Refert fragmenta loci alicuius, pluriumve locorum; quippe ne hoc quidem certo definiri valet. Verba γυνὴ ἐκαρδιάλγει καὶ οὐδὲν καθίστατο vulgo iunguntur ab interpretibus; verum hic iam statim apparet, iungendum esse καθίστατο πάλην ἀλφίτων ἐς ῥοιῆς χυλὸν ἐπιπάσσουσα; — quod tamen, num remedium fuerit adversus cardialgiam, merito dubites. Gal. de alim. facult. II. 24. conferatur et bella Galeni loci nostri interpretatio. Equidem opinor, pone ἐκαρδιάλγει plura symptomata fuisse enumerata, in quibus etiam diarrhoea fuerit, adversus quam remedium memoratum administratum fuerit. Καὶ οὐδέν truncatum membrum periodi esse videtur, forte reliquiae sunt dictionis, qualis καὶ οὐδὲν ὠφέλησε. Nomen ἀλφίτων, uti supra dixi, ad debitum locum retuli. Quomodo autem cum superioribus cohaereant verba καὶ μονοσιτίῃ ἤρκεσε καὶ οὐκ ἀνήμεε, incertum; video quidem, haec ipsa inter se ita cohaerere, ut dicatur μονοσιτίῃ sine vomitione arte provocata suffecisse ad morbum tollendum; sed minime liquet, non deficere nonnulla inter ἐπιπάσσουσα et μονοσιτίῃ; certe de remedii potione aliquid monitum fuerit, neque enim solum ἐπιπάσσειν suffecerit ad morbi sanationem. Neque video, quomodo postrema οἷα τὰ Χαρίωνος cum superioribus necti possint. — Iam vero quomodo, quaeso, interpretabimur huiusmodi fragmenta? quem in finem eiusmodi locum Latine reddemus, quasi nihil deësset? Sed aliud quid insuper advertit: nimirum licet haec § interposita inscriptione τμῆμα δεύτερον a superiore divulsa sit, non ausim affirmare, eas non aliquando cohaesisse. Animadversione perdignum hac in re in superiore remedium alvum sistens memorari; quod in hac item fieri videmus. Itaque res ipsae ad idem symptoma morbi pertinent, certe pro parte in utroque capitulo. Habemus autem in prioris fine fragmenta non secus atque in altero; divisio vero horum librorum in τμήματα quo tempore facta sit et cui debeatur, res est plane incognita.

2. ..... αἱ μεταβολαὶ κ. τ. λ.] Lacunae signa a me sunt posita. Ad speciem verba huius §. αἱ μεταβολαὶ — πυρετῶν ἕνεκα probabilem sententiam referunt; ἐμέουσι habetur dativus ab ὠφελέουσι pendens. Sin compares Aph. 14. II., apparet, locum esse mutilum, qui agit de alvi fluxu, non de vomitu. Itaque verba οἷον ἀπὸ φαρμάκων ἐμέουσι πυρετῶν ἕνεκα huc non pertinent. Quaesivi mecum, num forte cohaereant cum § 1. verbis καὶ οὐκ ἀνήμεε, ad hunc modum: καὶ οὐκ ἀνήμεε οἷον ἀπὸ φαρμάκων ἐμέουσι πυρετῶν ἕνεκα; sed hoc incertum est. — Postrema αἱ — Δεξίππῳ corrupta sunt: primum non nauci est αἱ ἐς ἀκρητέστερα τελευταί; in τελευταί et prima syllaba nominis σῆψις latet τελευτῶσι, vel τελευτῶσαι; neque etiam verum est, τὰ ἄκρητα significare σῆψιν. Locus cohaeret cum Prorrh. 111. et principio Coacae 613.; referri debet omnino ad alvi recrementa; itaque cohaeret cum mutilata parte prima sententiae et iam magis etiam probabile fit, intermediam forte ad § 1. esse referenda, saltem huc ea non pertinere certum indico, qua de causa ea uncinis inclusi. Postrema vero, an scripta fuerint ad hunc modum αἱ ἐς ἀκρητέστερα τελευτῶσαι διαχωρήσιες παροξυνθησόμενον σημαίνουσι τὸν πυρετόν, an alio, definire non valeo.

3. ἡ Σεραπίου κ. τ. λ.] Vulgo ἡ Σέραπις, sed articulus indicio est, uxoris cuiusdam morbum descripsisse auctorem, ita ut mariti nomen sequi debeat; sunt autem Σεράπιος et Σεραπίας nomina proxime accedentia ad vocem corruptam; horum igitur genitivum recepi.

κνησμοὶ δ' οὐκ οἶδα ποσταίῃ, οὐ πρόσω.] De hisce videre, omni diligentia adhibita, est operae pretium. Ac statim quidem miraris, medicum historiam morbi, quem ipse observaverit, describentem nescire, quo die aliquid acciderit. Tum vero οὐ πρόσω legis, *non ultra*, quod quid sibi velit, nullo modo assequeris. Sed colligemus locos alios: — Ep. IV. 13. ἐπεύετο· ποσταῖος οὐ γινώσκω; notemus, locum hunc, et eum, de quo iam agimus, ita se habere ut integrae historiae casuum observatorum haberi non possint, sed fragmenta esse videantur. Quod iam attinet ad formulas οὐκ οἶδα ποσταίῃ et ποσταῖος οὐ γιγνώσκω, possis ponere, historias conscri-

©BIUM

ἔσχε δέ τι καὶ ἀπόστημα ἐν κενεῶνι, ὅπερ μελανθὲν ἀπέκτεινε.

δ'. Καὶ ἡ Στυμάργεω ἐκ ταραχῆς ὀλιγημέρου πολλὰ στήσασα καὶ παιδίου μετάστασιν βήλεως ἀπὸ φθορῆς [1] τετραμήνου ὑγιήνασα ᾤδησε.

[1] τετράμηνον.

ptas esse aliquamdiu postquam medicus morbos ipsos observavisset, ita ut numeri dierum illi e memoria excidissent; quamquam mirum tamen videtur, eum dierum numeri vel sic mentionem facere, non tacite totam hanc rem praetermittere. Sed sunt alii loci huc facientes! Ep. IV. §. 25. legis in historia morbi, pessime descripta et lacunosa, *οὐκ οἶδα τὰ λοιπά*. Credemusne, medicum historiam morbi, quem ipse observaverit, describere et cum aliquantisper in descriptione progressus sit, subsistere et lectori *οὐκ οἶδα τὰ λοιπά* obiicere! Credat Iudaeus Apella! equidem audio hic vocem librarii, qui quum non posset legere quae sequerentur, quia in libro vetere nescio quo modo scriptura evanesceret, aut prorsus iam exesa aut deleta esset, adscriberet *οὐκ οἶδα τὰ λοιπά*. — Sed antequam iam plures huius generis locos colligamus, videamus de illo *οὐ πρόσω*, quod non intelligimus. Ep. IV. § 2. loco pessime habito legis *οὐ πρόσω ἐδ' ἡμερέων*, quae ad hunc modum iuncta non melius intelliguntur, quam loco nostro solum *οὐ πρόσω*. — Ep. IV. § 38. iterum historiam habemus, cuius pars posterior mutilata est sine dubio, et ubi legis *οὐ πρόσω ἑπτὰ ἡμερέων*, quod iterum me non intelligere profiteor. Sed Ep. IV. § 55. loco item corrupto legis: *ἡμέρῃσι οὐκ οἶδα πρόσω εἴκοσι ἀπέθανε*. Itaque iam apertum est, quid illud *οὐ πρόσω* sibi velit. Rursus librarium audimus, qui quum ea, quae sequerentur, legere non amplius posset, adnotavit *οὐκ οἶδα πρόσω*. Historiam ipsam inspice! Librarius pervenit ad *οὐ πάνυ δύσπνοος ἦν*, inde vero reliqua deficiebant in libro, quem describebat, ita ut iam formula ista uteretur, sive primum haec in margine adscripta fuerit, sive nescio quo loco alio. — Quod ad *ἡμέρῃσι εἴκοσι* et *ἀπέθανε*, numeris parum fidei tribuere potes, qua de re saepius monui et forte librarius finem legere potuerit ad hunc modum scriptum *ἡμέρῃ εἰκοστῇ ἀπέθανε*; finem eiusmodi cum librarii formula recentiores miscuerunt, uti videtur, et moretum nobis apposuere. — Sed iam luce clarius patet, *οὐ πρόσω* per se constare, librarii esse, neque ullo modo coniungendum esse cum numeris, aliisve vicinis, sed indicare *non ultra* in libri lectione progredi potuisse librarium, quia scriptura evanida erat. Quodsi luculentum velis exemplum praeter adlata, citabo § 52. Ep. IV. *καὶ ἐξ ὧτὸς ἐρρύη πυῶδες περὶ ὀγδόην οὐκ οἶδα σαφῶς*. Nimirum librarius numerum diei non amplius distinguere valebat: quod item patet ex *ἐκρηγνύμενα περὶ ἑβδόμην, ἢ ὀγδόην*, — nam duplex ille numerus librarii est, qui characterem, quo numerus significabatur, non amplius legere potuit; eadem vero de causa Ep. II. § 4. in vulgato textu legis: *ἀμφὶ ἑβδόμην ἢ ὀγδόην* et *ἀμφὶ ἐνάτην, ἢ δεκάτην*. Eodem pertinet, quod § 15. Ep. IV. legitur in libris *οὗτος παρέκρουσε, οἶμαι ὀγδόῃ, τρόπον τὸν ἀκόλαστον*, — quippe illud *οἶμαι ὀγδόῃ*, perinde ac paulo inferius ibi obvium *ἴσως περὶ δεκάτην* librarii est aut lectoris, non auctoris historiae morbi. Sed non solum ad dierum numeros illa formula *οὐκ οἶδα* obstrepit, sed etiam in aliarum rerum commemoratione: Ep. IV. § 17. sub finem legis: *γαστὴρ ἀντεχομένη, οὖρον οὐκ οἶδα περὶ κρίσιν οἷον ἔδει*, de quo loco suo tempore videbimus, sed nunc certe id moneo *οὐκ οἶδα* non esse scriptoris; quin eiusdem farinae est quod § 6.

4. *Locus corruptus.*

Ep. IV. habetur, loco item sine dubio pluribus nominibus mendoso: *ὁποσάμηνον οὐκ οἶδα· ἔρρσεν δὲ καὶ ἄλλο πρὸς τὰς εἴκοσι ἔφη, εἰ ἀληθέα οὐκ οἶδα*. Quo loco *ὁποσάμηνον οὐκ οἶδα* ad supra obvium *ἀπέφθειρε* respicit, sed de sede sua aberravit, et *εἰ ἀληθέα οὐκ οἶδα* perinde ac alterum illud interpolatum est: ipse auctor sola formula *ἔφη* saepius utitur. ut doceat, se rem non ex propria observatione, sed ex aegri narratione tradere. Itaque hoc non propter locum evanescere incipientem, sed nescio qua alia de causa adnotatum est. — Neque alius generis est, quod § 26. Ep. IV. legitur *εἰ δὲ εἶχέ τι νήπιον οὐκ οἶδα*: Ep. II. sect. 3. § 4. *οὐκ οἶδ' ὅπως ἄνευ ῥίγεος ἡ κρίσις*: — auctor solum dedit *ἄνευ ῥίγεος ἡ κρίσις*. — Unus tantum locus est, ubi nihil paene fraudis suspiceris, nisi superiora illa, de quibus dixi, hic quoque merito suspicionem moverent. Volo § 18. Ep. II. sect. 2. *οὐκ οἶδ' ὅτι ἔτεκε· κατέλιπον γὰρ ἐξάμηνον. ὥκει δὲ, ὡς ἐγὼ οἶμαι· .. τὰ Ἀρχελάου*. Mihi hic librarii formulae cum auctoris narratione ita coaluisse videntur, ut speciem referat illa miscela loci integri. Mirum tamen *ὥκει δὲ ὡς ἐγὼ οἶμαι παρὰ τὰ Ἀρχελάου*: auctor scripsit, me iudice, *ὥκει παρὰ τὰ Α.*, forte nomen non amplius rite distinguens librarius subnotata illa interposuit. Veteres illi non erant ita *ἐπιλήσμονες*, ut non meminissent loci, quo aeger, quem ipsi observassent, decubuisset; quin noster, qui aedes Archelai significavit accuratius addens *πρὸς τῷ κρημνῷ*, vix potuit illud *ὡς ἐγὼ οἶμαι* ipse adscribere. Quod attinet ad *οὐκ οἶδ' ὅ τι ἔτεκε· κατέλιπον γὰρ ἐξάμηνον*; multum vereor ne solum genuinum sit *κατέλιπον ἐξάμηνον* et ne *γάρ* illatum sit, postquam librarii formula in textum recepta erat. — Indicium denique talia interpolata esse et verosimiliter a recentiore quam cuius maxima pars interpolationis in his Epidd. libris debetur, petam ex loco § 25. Ep. IV. interpolato [*οἵσι ἐς τοὺς ὀφθ.* — .. *τὰ ῥίγεα τρομώδεσι* ...] ubi in media interpolatione novam interpolationem agnoscis in verbis [*ἴσως* — *οἶδα*] et in quibus postrema *οὐ μὴν σάφα οἶδα* manifesto alteri interpolatori recentiori debentur. Non nescio hic ea aliud quid significare: nam adscripta sunt hic, non quasi de loci lectione dubitaret, sed quasi de loco, quem proponat, esset incertus, sed eo sensu in § 18. illa et aliis supra memoratis item leguntur. — Haec de hoc genere interpolationis. — Vide etiam Ep. VI. 6. 11., ubi item *οὐ πρόσω*.

4. *ἡ Στυμάργεω.*] Dedi nomen quale legitur in vulg. Non uno tamen modo, ut fit, in libris scribitur. Quod ad accentum in vulg. *Στυμαργέω*, sed hac in re cod. C. et Gal. sequor. In glossis Galeno adscriptis *Στρυμάργου* exponitur, quam scripturam Diosc. vidisse dicitur, itemque alteram *Στομάργου*. Littréus *Στομάργεω* dedit. Calvus vulgatam reddidit, quam in voce *Στομάργου* legere *τοὺς ἄλλους* glossarii auctor dicit. Vid. Ed. Franz. p. 566. et 570.

ἐκ ταραχῆς κ. τ. λ.] Primum moneo *κοιλίης* h. l. adscriptum fuisse mihi videri; solum *ἐκ ταραχῆς* non est alvi profluvium, neque e superioris §. verbis *ἐξ ὑγρῆς κοιλίης* nomen cogitatione hic supplere licebit. *Στήσασα* corruptum est; quod e cod. C. exhibuit Littréus *νοσήσασα*, coniectura est istius libri descriptoris. Egit de loco nostro Coraës

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 613 sur 880

©BIUM

ε'. Μόσχῳ λιθιῶντι ἰσχυρῶς ἐπὶ τῷ βλεφάρῳ τῷ ἄνω κριθὴ ἐγένετο πρὸς τοῦ ὠτὸς μᾶλλον, ἔπειτα ἐξηλκώθη ἔσω· πέμπτῃ ἢ ἕκτῃ ἔσωθεν πῦον ἐρράγη· τὰ κάτωθεν ἔλυσε. Βούβων παρ' οὓς ἦν καὶ κάτω ἐπὶ τῷ τραχήλῳ κατ' ἴξιν τοῦ ἄνω βουβῶνος.

5. Moscho ex calculo graviter laboranti in superiore palpebra hordeolum innatum est, quod ad aurem magis vergebat et dein intro exulceratum est. Quinto aut sexto die pus ex internis erupit, quod inferiorum partium affectiones solvit. Glandularum ad aurem tumor aderat et infra in collo superiori tumori e directo respondens.

ς'. Ὁ τῆς Ἀρισταίου γυναικὸς ἀδελφὸς χλιαινόμενος ἐταλαιπώρει ὁδῷ κἄπειτα ἐν κνήμῃ τέρμινθοι ἐγένοντο· ἔπειτα ξυνεχὴς [1]πυρετὸς καὶ τῇ ὑστεραίῃ [2]ἱδρὼς καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἀρτίους ἐγένετο αἰεί. Ἔτι δὲ ὁ πυρετὸς εἶχε· ἦν δὲ ὑπόσπληνος· ἡμορράγει ἐξ ἀριστεροῦ πυκνὰ κατ' ὀλίγον, — ἐκρίθη. Τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἀριστερὸν παρ' οὓς οἴδημα καὶ παρὰ δεξιὸν, ἧσσον δὲ τοῦτο, — καὶ ἐπεχλίαινετο· ταῦτα κατεμωλύνθη καὶ [4]οὐκ ἀπεπύησε.

6. Aristaei uxoris frater incalescens e via delassatus est et postea ei terminthi in tibia sunt orti. Dein orta est febris continua et postridie sudor, qui et reliquis diebus paribus semper obortus est. Febris vero adhuc eum tenuit: erat autem liene aliquantum male affecto. Sanguis ex nare sinistra crebro fluxit non magna copia; — iudicatus est. Postridie secundum aurem sinistram tumor, itemque secundum dextram, sed minor; — et insuper incaluit ex febre. Hi conquieverunt sensim, nec suppurarunt.

ζ'. Τῷ παρ' Ἀλκιβιάδεω ἐλθόντι ἐκ πυρετῶν [6]ὀλίγον πρὸ κρίσιος ὄρχις ἀριστερὸς

7. Illi, qui ex Alcibiadis domo venerat, e febribus brevi ante iudicium testis sinister in-

[1] πυρετὸς ἐγένετο cett. — [2] ἱδρὼς ἐγένετο cett. — [3] τῇ ὑστεραίῃ ἀρ. παρ' οὓς οἴδημα· τῇ δὲ ὑστεραίῃ καὶ π. δ. — cett. — [4] οὐ κατεπύησε V. — [5] δ — ἐλθών codd. — [6] ὀλίγων.

ad lib. de aëre, aq., l., ubi vol. II. p. 104. primum στᾶσα, postea πονήσασα coniicit, quorum posterius, perinde ac νοσήσασα codicis C., certe maxime rerum naturae h. l. congruum. Μετάστασιν non intelligi potest: Littréus e Coraïs coniectura l. l. μετὰ στάσιν, quod hic de ventris profluvio sedato accipit. Equidem omnino credo μετὰ στάσιν librarium voluisse, sed esse additamentum, quod e corrupto στήσασα profluxerit: quo quis nempe indicare voluerit, post τὴν στάσιν, i. e. ἐκ τοῦ ἵστασθαι mulierem abortum passam fuisse. Coraës ἀποφθορῆς una voce legere voluit et τετραμήνου e codd. lect. τετράμηνον effecit, quod cum Littréo exhibui. Equidem de nomine proprio incertus sum; putavi in πολλὰ forte κοιλίης latere, quum in ποικίλα abiisse τὰ ἀπὸ κοιλίης e Prorrh. I. ostendi. Sensu cassa στήσασα et μετάστασιν s. μετὰ στάσιν huc non pertinere arbitror: suspicor vero locum totum hoc modo se habuisse: καὶ ἡ Στυμάργεω ἐκ ταραχῆς ὀλιγημέρου κοιλίης καὶ βήλεως ἀποφθορῆς τετραμήνου ὑγιήνασα ᾠδησε. — Videant etiam alii!

5. Μόσχῳ — βουβῶνος.] In his codd. ἐξελκώθη, — Littréus ἐξηλκώθη, quem sequor, licet non ignorem Iones interdum augmentum negligere. Libri porro πέμπτῃ καὶ ἕκτῃ, quod Calvus, Corn. Latine exprimunt, non Foës., qui „quinta *aut* sexta die." — Hic igitur ἢ ἕκτῃ legere voluit, qua in re prorsus cum eo consentio; ipsum verbum ῥαγῆναι non usurpatur de fluxu, qui duos dies duraverit; sed de puris copia satis magna semel effluente, quo tempore rumpatur abscessus. Descriptor non recte cernens numerum diei πέμπτῃ ἢ ἕκτῃ scripsit. Cf. adn. ad § 3. — Historia morbi quidem miro modo se habet et ab historiis in Epid. I. et III. longe distat; graviora tamen vitia scripturae non inesse videntur.

6. ἔπειτα ξυνεχὴς πυρετὸς καὶ τῇ ὑστεραίῃ ἱδρὼς καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἀρτίους ἐγένετο αἰεί.] In hisce libri πυρετὸς ἐγένετο et ἱδρὼς ἐγένετο: ridiculas verbi repetitiones a librariis invectas eieci. Lind. dein [ὃς] καὶ τὰς ἄλλας κ. τ. λ.; pronomine opus non est.

κατ' ὀλίγον.] Foës. κατ' ὀλίγον ἐκρίθη iunxit et „subinde iudicatus est" Latine dedit, pessime: vere Littréus ad ἡμορράγει retulit.

τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἀριστερὸν παρ' οὓς οἴδημα καὶ παρὰ δεξιὸν, ἧσσον δὲ τοῦτο.] Libri: τῇ ὑστεραίῃ, ἀριστερὸν παρ' οὓς οἴδημα· τῇ δὲ ὑστεραίῃ καὶ παρὰ δεξιὸν, ἧσσον δὲ τοῦτο. — Accidit idem quod supra cum verbo ἐγένετο: nam τῇ δὲ ὑστεραίῃ otiosa repetitio est superioris τῇ ὑστεραίῃ; praetuli tamen lectionem cum particula δέ addita.

καὶ ἐπεχλιαίνετο.] Haec sola vera lectio, quam Calvus recte accepit, quum „calorque supervenit" reddat. Cornarium etiam recte accepisse credo; sed Foës, Latine reddens „qui tamen minor erat et intepescebat" subiectum verbi ἐπεχλιαίνετο facit τὸ οἴδημα; minus recte profecto, nam ipse aeger ortis tumoribus ἐπεχλιαίνετο. Quod Littréus e Gal. invexit συνελειαίνετο, falsissimum est et profectum ex eodem errore, quem in Foësii Latinis notavi, in subiecto verbi ἐπεχλιαίνετο.

ταῦτα κατεμωλύνθη καὶ οὐκ ἀπεπύησε.] Littréus ταῦτα ad συνελειαίνετο traxit, cf. adn. superiorem, et καὶ ἐμωλύνθη καὶ οὐκ ἀπεπ. scripsit. Vulgata omni modo praestantior.

7. Τῷ — ἐλθόντι.] In libris legis ὁ παρ' Ἀ. ἐλθών, sed quum sequatur ὄρχις ἀριστερὸς ᾠδησε, de meo dativum reposui. Talia saepius mutanda venient in his libris.

ἐκ πυρετῶν ὀλίγον πρὸ κρίσιος.] Ceteri ἐκ πυρετῶν ὀλί-

©BIUM

ᾤδησε· ἦν δὲ σπλῆνα μέγαν [1] ἔχων αἰεί· καὶ δὴ τότε [2] ἐκρίθη εἰκοσταῖος· κἄπειτα ὑπεχλιαίνετο ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε καὶ ἔπτυε ὑπάνθηρον.

η'. Ἡ [3] ἡ χεὶρ ἡ δεξιὴ, σκέλος δὲ ἀριστερὸν [4] βραχὺ βηξάσῃ παρελύθη παραπληγικῶς, [5] οὐ μὴν ἰσχυρῶς, — ἄλλο δὲ οὐδὲν ἠλλοιώθη οὔτε πρόσωπον, οὔτε γνώμην, — ἐπὶ τὸ βέλτιον ἤρξατο χωρέειν περὶ εἰκοστήν. Σχεδὸν ἐγένετό οἱ περὶ γυναικείων κατάρρηξιν καὶ ἴσως τότε [6] πρῶτον γενομένων· παρθένος γὰρ ἦν.

θ'. Ἀπήμαντος καὶ ὁ τοῦ τέκτονος πατὴρ τοῦ τὴν κεφαλὴν κατεαγότος καὶ Νικόστρατος οὐκ ἐξέβησσον· ἦν δὲ ἑτέρωθι κατὰ νεφροὺς ἀλγήματα· [ἐρωτήματα] [7] εἴρεον [γὰρ αὐτοὺς] ἀεὶ πληροῦσθαι ποτοῦ καὶ σίτου.

ι'. Ὀδύνας τὰς ἰσχυροτάτας ὅτῳ τρόπῳ διαγνοίη ἄν τις ἰδών· ὁ φόβος, αἱ εὐφορίαι, αἱ ἐμπειρίαι καὶ αἱ δειλίαι.

tumuit. Semper vero lien illi magnus fuit. Ac tunc quidem die vigesimo iudicatus est; ac dein subinde incalescebat et aliquantum floridum exspuebat.

8. Cui manus dextra, crus vero sinistrum, postquam parum tussiverat, siderata et resoluta sunt, non tamen valde, — dum ceterum nihil, neque quod ad faciem, neque quod ad mentem attinet, mutatum est, — huic res in meliorem partem verti coepta est circa diem vicesimum. Accidit illi fere circa mensium eruptionem, eorumque fere tunc primum fluentium; illibatae enim erat virginitatis.

9. *Locus corruptus.*

10. *Locus corruptus.*

[1] ἔχων καὶ αἰεὶ ἔχων. — [2] ἐκρίθη ὁ πυρετὸς εἰκοσταῖος. — [3] ἐκ τῶν βηχωδέων βραχὺ οὐκ ἄξιον λόγου βηξ. cdd. — [4] οὐ μὴν ἰσχυρῶς ταῦτα infertur pone γνώμην in codd. — [5] πρῶτα γενόμενα cdd. — [6] ἡρέων (sic) V. — [7] ἢ V.

γων, scilicet de morbo febrili, qui vigesimo demum die iudicabatur; sed ὀλίγον mecum lege et omnia bene procedunt.

ἦν δὲ σπλῆνα μέγαν ἔχων αἰεί.] Hoc quidem latet in lect. tum aliorum librorum, tum Vossiani, quam enotavi in varr. lectt. — Non sine causa αἰεί additur: antiqui tumores lienis observarunt, qui subito orirentur et subito evanescerent; his vero opponitur σπλὴν αἰεὶ μέγας.

καὶ δὴ τότε ἐκρίθη εἰκοσταῖος.] Ceteri καὶ δὴ τότε ὁ πυρετὸς ἐκρίθη εἰκοσταῖος, in quibus ὁ πυρετός insiticium est, nempe cum antecedens ἦν tum subsequens ὑπεχλιαίνετο subiectum sibi habent ipsum aegrum, is ipse hic iudicatus fuisse dicitur, non febris. — Librariis suum reddamus!

8. ἦ ἡ χεὶρ ἡ δεξιὴ — παραπληγικῶς.] In vulgata apud ceteros loci lectione ἦ ἡ χεὶρ ἡ δεξιὴ, σκέλος δὲ ἀριστερὸν ἐκ τῶν βηχωδέων βραχὺ οὐκ ἄξιον λόγου βηξάσῃ παρελύθη παραπληγικῶς, plura abundant: nimirum βηξάσῃ respondet superiori ἐκ τῶν βηχωδέων et βραχύ respondet sequenti οὐκ ἄξιον λέγου. Itaque abundantia illa eieci; non videntur nisi scholia, aut periphrases.

ἐπὶ τὸ βέλτιον ἤρξατο χωρέειν.] Vulgo: οὐ μὴν ἰσχυρῶς ταὐτῃ (Gal. ταῦτα) ἐπὶ τὸ βέλτιον ἤρξατο χωρέειν. — Video Calvum locum satis bene interpretatum esse, Corn. et Foës. male; Littréum vero ταῦτα e Gal. recipientem deteriorem lectionem esse secutum. Omnes tamen trahunt illud ταύτῃ, sive ταῦτα, ad οὐ μὴν ἰσχυρῶς, quod in libris quidem pone γνώμην infertur, sed quod ad debitam sedem transtulimus. — Iam vero vulgatam si respicias lectionem, iungendum est ταύτῃ ἤρξατο χωρέειν ἐπὶ τὸ βέλτιον: nam vel lexicis nota est dictio χωρέει τινὶ ἐπὶ τὸ βέλτιον pro τὰ πράγματα χωρέει τινὶ ἐπὶ τὸ βέλτιον. — Sed neque ταύτῃ, neque ταῦτα ab auctoris manu, sed interpolatum est, qua de causa omisi. Structura vero universae periodi est: ἦ ἡ χεὶρ — παρελύθη — ἤρξατο χωρέειν ἐπὶ τὸ βέλτιον.

καὶ ἴσως τότε πρῶτον γενομένων.] Sensu loci id flagitante hoc effeci e vulgato τότε πρῶτα γενόμενα, quod incongruum.

9. Ἀπήμαντος κ. τ. λ.] Ep. IV. 29. iidem homines memorari videntur, idemque eorum morbus.

κατεαγότος.] In hoc participio variant codd. Ego cod. C. lectionem recepi, qui in marg. κατεαγέντος, quod Littréus dedit. Vulgata habet καταγέντος.

οὐκ ἐξέβησσον· ἦν δὲ ἑτέρωθι κατὰ νεφροὺς ἀλγήματα.] Illud ἑτέρωθι corruptum est; primum si ad vulg. mentem attendas, absurdum esse patet, quia βήχες non sunt ἀλγήματα; sed praeterea quare ἑτέρωθι ponatur, non intelligitur, quum locus doloris indicetur verbis κατὰ νεφρούς. Puto corrigendum esse ἦν δὲ ἑκατέρῳ κατὰ νεφροὺς ἀλγήματα.

[ἐρωτήματα] εἴρεον [γὰρ αὐτοὺς] ἀεὶ πληροῦσθαι ποτοῦ καὶ σίτου.] In his verbis ἐρωτήματα omisit Lind. — Cod. C. om. γὰρ αὐτούς et εἴρεον, quod recepi, habet pro vulgato ἤρεον; — vulgo ἢ σίτου, sed Gal. καὶ σίτου quod Littréus recepit. — Puto Lindanum vere ἐρωτήματα reiecisse: videtur inscriptio fuisse in margine adposita, aut forte potius glossema, quo quis locum illustrare voluerit. Cod. C. descriptor item recte alterum emblema repudiavit, quod vel sano sensu destituitur. Me iudice igitur legere oportet: — οὐκ ἐξέβησσον· ἦν δὲ ἑκατέρῳ κατὰ νεφροὺς ἀλγήματα· εἴρεον δ' ἀεὶ πληροῦσθαι ποτοῦ καὶ σίτου. — Quae de ista repletione dicuntur non intelliguntur, nisi conferas locum ex Ep. VI. l. 5.: .... ἐς νεφρὸν ὀδύνη βαρεῖα· ὅταν πληρῶνται σίτου κ. τ. λ. — Qui locus ipse tamen quum fragmentum sit, nostra quoque ex toto explicari non possunt, sed patet quae iis traduntur cohaerere cum l. l. ex Ep. VI. Forte ex isto loco patet, pone σίτου in nostris hisce esse lacunam, quae num notanda sit, alii etiam videant.

10. ὁ φόβος — δειλίαι.] In hisce ἐμπορίαι cod. unus

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 615 sur 880

©BIUM

ια'. Ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον καὶ ταχέως ψυχόμενον αἰεὶ κουφότερον.

Τὰ βρώματα καὶ τὰ πόματα πείρης [1] δεῖ εἰ ἐπὶ τὸ ἴσον μένει.

ιβ'. Ῥητέον ὅτι αἵματος ῥυέντος ἐκχλοιοῦνται, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ὅτι πρὸς τὸ ὑγραίνειν καὶ ξηραίνειν, καὶ θερμαίνειν, καὶ ψύχειν, πολλὰ ἄν τις τοιαῦτα [2] εὕροι.

ιγ'. Τὸ ἐξηκονθήμερον ἀπόφθαρμα ἄρσεν τόκων ἐν ἐπισχέσισι [3] ὑγιηρόν.

ιδ'. [4] Ἡρακλεῖς ὧδε τοῦ κακοῦ ὀγδοαίῳ....

ιε'. ..... δυσεντεριώδης μᾶλλον, ὅστις ἄρα καὶ τεινεσμώδης ....

ις'. ..... θηλάζουσα· εἶτα ἐκβύματα ἀνὰ τὸ σῶμα πάντη εἶχε, ἐπεὶ ἐπαύσατο θηλάζουσα· κατέστη θέρεος.

11. Aqua quo citius calefit et frigescit, eo semper levior est.

Locus corruptus.

12. *Fragmentum loci est.*

13. *Verba sunt sensu cassa.*

14. *Voces sine sensu.*

15. *Fragmentum loci.*

16. *Fragmentum est.*

[1] δή. V. — [2] εἴτοι V., sed superiora inter ἄλλα τοιαῦτα et εὕροι omissa sunt. — [3] ὑγιηρῶν. — [4] ἡράκλεις ὧδὴ (sic).

Par., Ald., unus cod. om. *καί* ante *δειλίαι*. Equidem in his *ἐμπορίαι* ad verum ducere opinor, nam *ἐμπειρίας* prorsus est incongruum; scilicet in *εὐφορίαι* et *ἐμπορίαι* unam eandemque vocem latere arbitror, i. e. *ἀπορία*. Totum vero locum sic se habuisse existimo:

Ὀδύνας τὰς ἰσχυροτάτας ὅτῳ τρόπῳ διαγνοίη ἄν τις ἰδών· φόβῳ, ἀπορίᾳ. δειλίᾳ.

11. ὕδωρ — κουφότερον.] Cf. Aph. 26. V.

τὰ βρώματα — μένει.] Pro *μένει* Gal. *μένῃ*, unus cod. Par. *μένοι*. Iam Galenus vidit haec intelligi non posse. Equidem haec truncata esse opinor, tum vero dubito, num *πείρης δεῖ* et *μένει* integra sint. In re tamen prorsus desperata nihil tento.

12. ῥητέον — εὕροι.] Verba sunt sensu cassa: intelligo *αἵματος ῥυέντος ἐκχλοιοῦνται*, in quo ipso tamen desideras *αἵματος πολλοῦ*, ut verum fiat. Sed quid sibi velint his praemissa *ῥητέον ὅτι*, non capio; minus etiam intelligo cum quaero, quo nexu id teneatur cum sequentibus *ὅτι πρὸς τὸ ὑγραίνειν — πολλὰ ἄν τις τοιαῦτα εὕροι*. Locum pro desperato sibi relinquo.

13. τόκων] *τόκον* in Kühniana, non *τόκου*, error est typogr. Varietas lectionis nihil boni suppeditat. Verba fragmentum loci aut fragmenta locorum plura referre videntur et corrupta esse; quum boni nihil inde elicere liceat, ad alia pergo.

14. Ἡρακλεῖς ὧδε τοῦ κακοῦ ὀγδοαίῳ.] Haec quidem vulgata huius loci lectio est, nisi quod lacunae signa adposui, ut fragmentum esse pateret. Cod. Par. C. *ἡράκλειδες* (sic), H. vero *ἡράκλεις δέ*. Calvus etiam „Heraclides," sed ceterum Latina habet Graecis non respondentia. Littréus dedit Ἡρακλεῖ ὤδει ἐπὶ τοῦ κακοῦ ὀγδοαίῳ. Reddit autem: „Heraclès exhalait une mauvaise odeur au huitième jour." Provocat autem ad Glossarium Galeno adscriptum p. 598. Ed. Franz.: Ὠδεῖ) ἐπὶ τοῦ κακοῦ. Ἀρκεσιλάῳ δὲ καὶ κακὸν ὤδει, δηλονότι χωρὶς τοῦ ῑ γράφεται, οὐχ ὡς τὸ μετ' αὐτὸ σὺν τῷ ῑ. Et dein: Ὠιδεῖ) οἰδαίνει. δῆλον δὲ ὡς σὺν τῷ ῑ τοῦτο γράφεται. ὅτι καὶ τὸ οἰδεῖν. — His traditis pergit: „De la première glose les mots Ἀρκεσιλάῳ δὲ καὶ κακὸν ὤδει appartiennent à Epid. VI. 3. 5. (cf. adnn. ad illum locum) c'etait une leçon de Dioscoride (V. le comm. de Galien). Quant a ὤδει ἐπὶ τοῦ κακοῦ, c'est evidemment le passage actuel, dans le quel, comme on le voit, il faut retablir ἐπί et prendre ὤδει pour le plusqueparfait de ὄζω. Quant à ὦδε de vulg. (l. ὤδε) les traducteurs Latins ont mis *intumuit* le faisant venir de je ne sais quel temps du verbe οἰδάω. Au reste cette phrase est une note, qui dans sa briéveté ne pouvait avoir de sens que pour celui, qui l'avait écrite." — Littréus in plerisque falsus est: putat verba ἐπὶ τοῦ κακοῦ non pertinere ad glossam, sed ad textum Epid. II. Res secus habet: ἐπὶ τοῦ κακοῦ ponitur in glossa, sicuti p. 470. glossarii ἐπὶ μὲν τῶν γυναικῶν et ἐπὶ δὲ τοῦ στυπείου ἢ τοῦ λίνου, et p. 474. εἴρηται μὲν καὶ ἐπὶ τοῦ ἥπατος, et p. 550. τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ χορίου, τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ ἐμβρύου. Itaque patet, totam glossam revera pertinere ad locum ex Ep. VI. in ea adlatum; patet etiam ἐπί loco nostro temere inferri e glossae verbis ab editore Parisiensi. Falsum est etiam, ὤδει esse plusq. perf. verbi ὄζω ibi loci. Ὤϊδεε legitur Odyss. V. 455. pro quo ὤδει legi monet Buttmann Gr. Gr. in ὄζω, sed huic lectioni fidem non adhibeo. Eust. alteram lect. exponit ἐξώγκωτο, quod congruum de Ulysse e mari emergente, cui θάλασσα κήκιε πολλὴ ἄν στόμα τε ῥῖνάς τε. — Itaque sensus loci, ut ὤδεε amplectamur, cogit nos et ut alteram lect. repudiemus. Quod ad veteres interpretes Latinos, hi probe sciverunt quid vellent; nam in ὦδε latere putabant Ionicum imperfectum ὤδεε. — Iam vero num coniectura illa ὤδεε vera sit, an falsa, nescio. Totus locus ita est mutilus et corruptus, ut pro desperato sit repudiandus; neque hic breviloquentia scriptoris accusanda est, sed conditio prava vocabulorum, quae librarii, sine culpa sua, ut puto, sed coacti corruptione librorum, quos descripserunt, tali modo ad nos transmiserunt.

15. ..... δυσεντεριώδης — τεινεσμώδης .....] In hisce cod. C. om. *μᾶλλον*, dein vero habet *ἔρρότι ἦν καὶ τηνεσμώδης*. Reliqua varietas lectionis nihil memorabile habet. Locus ita comparatus est, ut vocabula e media aliqua sententia, cuius principium et finis deficiant, desumta videantur. — Num haec cum § superiore aliquando cohaeserint, nec ne, non discerno.

16. κατέστη.] Vulgo *καθέστη*, illud dedit Littréus e pluribus codd. et Edd. antt., etiam cod. V. bene scriptum

©BIUM

ιζ'. Τῇ [1]τοῦ σκυτέως τεκούσῃ καὶ ἀπολυθείσῃ τελέως ἐδόκει τοῦ μὲν χορίου [2]τι ἀπίσχειν· ἀπῆλθε τεταρταίη κακῶς· στραγγουριώδης γὰρ ἐγένετο· αὐτίκα ξυλλαμβάνουσα ἔτεκε ἄρσεν· πολλὰ δὲ ἔτεα ἤδη εἶχε· τὰ ὕστατα [3]οὐδ' ἐπιμήνια ἦει· ὅτε δὲ τέκοι, διέλιπε ἐπ' ὀλίγον ἡ στραγγουρίη.

17. Coriarii uxori ubi peperisset et partus ex toto absolutus esset, e locellis aliquid deficere visum est, quod quarto die demissum est, nec tamen sine molestia, quum difficultate urinae premeretur. Quae quum brevi post concepisset, marem peperit. Per multos autem annos iam id duraverat et ad extremum neque menses amplius prodibant. Ubi autem peperisset, paululum urinae difficultas intermisit.

ιη'. Ἰσχίον δέ τις ἤλγει πρὶν ἴσχειν· [ἐπεὶ δὲ ἔσχε οὐκ ἔτι ἤλγει.] ἐπεὶ δὲ ἔτεκε εἰκοσταίη ἐοῦσα αὖθις ἤλγησε· ἔτεκε οὖν ἄρσεν· ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἐν κνήμῃ κάτω δεξιῇ, ἢ τρίτῳ, ἢ τετάρτῳ μηνί, ἐξανθήματα, πρὸς ἃ τῇ μάννῃ χρώμεθα, καὶ ἐν χειρὶ δεξιῇ παρὰ μέγαν δάκτυλον· οὐκ οἶδ' ὅ τι ἔτεκε· κατέλιπον γὰρ ἐξάμηνον· ᾤκει δὲ, ὡς ἐγὼ οἶμαι, [4]παρὰ τὰ Ἀρχελάου πρὸς τῷ κρημνῷ.

18. Cuidam ante conceptum coxendicis dolor commotus cessavit a conceptu. Vigesimo autem a partu die rursus doluit. Marem quidem peperit. In inferiore tibia dextra, itemque in manu dextra ad pollicem, praegnanti tertio aut quarto mense pustulae eruperunt, ad quae thuris micas concussu elisas, mannam vocant, adhibere solemus. Quid pepererit ignoro, eam enim reliqui semestrem. Habitabat autem, ni fallor, prope Archelai aedes ad rupem.

[1] τοῦ σκύτεος, ὃς τὰ σκύτινα ἐποίησε. — [2] τι τὸ ὑμενοειδὲς ἀπέσχειν. — [3] καὶ οὐδ' ἐπιμ. — [4] ὡς τὰ Ἀρχελάου.

verbum habet. Vulgata forte non nisi error typogr. — Locus hicce fragmentum est, cuius principium deficit; extrema pars forsitan integra.

17. τῇ τοῦ σκυτέως.] Pone σκυτέως libri addunt ὃς τὰ σκύτινα ἐποίησε. Glossema rectissime eiecit Lindanus; parum recte rursus intulit Littréus; quantocius abiiciendum est.

ἐδόκει τοῦ μὲν χορίου τι ἀπίσχειν.] Libri: ἐδόκει τοῦ μὲν χορίου τι τὸ ὑμενοειδὲς ἀπέσχεν, sed Gal. ἀπέχειν legit, quod Littréus exhibuit. Primum animadvertamus, pone indefinitum τι abundare τὸ ὑμενοειδές. In ἀπέσχειν latet infinitivus ἀπίσχειν, si vulgatum ἐδόκει sine lacuna hic ponatur; aut forte habemus reliquias duplicis lectionis: ἀπολυθείσῃ τελέως τοῦ χορίου τὸ ὑμενοειδὲς ἀπέσχε, vel id quod dedi. Fieri autem possit etiam, quod tamen minus probabile mihi videtur, ut scriptum fuerit τελέως ἀπολυθείσῃ ἐδόκει ..... τοῦ μὲν χορίου τι (aut τὸ ὑμενοειδὲς) ἀπίσχειν. — Calvus, Corn., Foës., Littréus omnes male interpretantur, alius quasi legisset ἐδόκει τοῦ μὲν χορίου τὸ ὑμενοειδὲς ἀπίσχειν, alius quasi legisset ἐδόκει τοῦ μὲν χορίου ὑμενοειδές τι ἀπίσχειν. Nemo eorum vidit in vulgata τὸ ὑμενοειδές abundare, et aliud quid quam vulgatam Latine reddunt. Quod ad ἀπέχειν s. ἀπίσχειν, hoc verbum hic eo sensu ponitur, quo *deficere* significat.

τὰ ὕστατα οὐδ' ἐπιμήνια ἦει.] Vulgo καὶ οὐδ' ἐπιμήνια ἦει. Littréus καί omisit cod. C. fide, qui tamen quum correctiones descriptoris fere referat in iis, ubi de vulgata deflectit, non certus sum καί vulgatae non esse indicium aliquid hic excidisse, ita ut nesciam, an forte edere oporteat: τὰ ὕστατα καὶ ..... οὐδ ἐπιμήνια ἦει. Miro quoque modo se habet illud πολλὰ δὲ ἔτεα ἤδη εἶχε: subiectum esse debebit τὸ στραγγουριῶδες, vel ἡ στραγγουρίη, sed satis remotum videtur hoc membrum a subiecto, quod subintelligi debet. Tota vero historia morbi tam distracta mihi videtur, ut facile suspiceris non ab omni parte plenam esse.

18. [ἐπεὶ δὲ ἔσχε οὐκ ἔτι ἤλγει.] Si attendas mentem ad cacophoniam in ἐπεὶ δὲ ἔσχε — ἐπεὶ δὲ ἔτεκε, miraris, aliquem ita scribere potuisse. Sed animadvertimus, voces uncinis interceptas prorsus esse otiosas, nam e superiore ἤλγει πρὶν ἴσχειν sponte sequitur, gravidam factam non amplius dolorem sensisse. Nempe est lectoris additamentum, qui rem apertam illustrare voluerit. Otiosa igitur uncinis inclusi, ut pateat alienum ἔμβλημα esse.

αὖθις.] Cod. C. solus Ionice αὖτις.

ἔτεκε οὖν ἄρσεν.] Gal. pro οὖν habet δέ. Cod. C. vero μέντοι. Sentio quidem οὖν non nimis esse urgendum, quasi deducatur e dolore, eam marem parere debuisse; forte inde μέντοι in C. ortum, sed non video scriptorem particula οὖν non uti potuisse h. l.

ἐν χειρὶ δεξιῇ] ἐν χ. τῇ δ. unus cod. Par.

παρὰ τὰ Ἀρχελάου.] Vulgo τὰ Ἀ. sine praepositione, in pluribus mss. Parr., uti etiam in V. ὡς τὰ Ἀ., in quibus ὡς e praegresso ὡς ἐγὼ οἶμαι ortum arbitror; itaque de meo supplevi, quod in eiusmodi locorum significatione solemne est. Cf. adn. ad Ep. I. p. 175. — Quod attinet ad Galeni opinionem, in hac §. forte duarum mulierum historias coaluisse, mihi itidem res incerta est; probabilius tamen puto, verbis ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ novam periodum lacunosae novae historiae morbi inchoari. Certum vero est, lacunam esse inter ἔτεκε οὖν ἄρσεν et verba paulo ante adlata; nam si diversi partus in una muliere spectentur, exspectaveris certe αὖθις δ' ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, nisi insuper alia desint. — Non notavi lacunam, quia non certo constat mihi quomodo notanda sit, quum Galeni dubitationem ad liquidum non perduci posse putem. Videatur ceterum de οὐκ οἶδ' ὅ τι ἔτεκε — πρὸς τῷ κρημνῷ, quae de his dixi in adnn. ad § 3 supra. Nempe vereor, ne solum legendum sit: — παρὰ μέγαν δάκτυλον· κατέλιπον ἐξάμηνον· ᾤκει δὲ παρὰ τὰ Ἀρχελάου πρὸς τῷ κρημνῷ. — Argumentis, quibus illic usus sum, ut reliqua non ab auctore profecta esse demonstrarem, accedit hoc, quod quid pepererit ad morbum nihil facit.

©BIUM

ιθ'. [1]Ἡ Ἀντιγένεος, [2]ἡ τῶν περὶ Νικό-
μαχον, [3]ἔτεκε παιδίον σαρκῶδες μὲν, ἔχον τε
τὰ μέγιστα διακεκριμένα, μέγεθος δὲ ὡς τε-
τραδάκτυλον, ἀόστεον, — ὕστερον δὲ παχὺ
καὶ στρογγύλον. αὐτὴ δὲ ἀσθματώδης ἐγέ-
νετο πρὸ τοῦ τόκου· ἔπειτα ἅμα τῷ τόκῳ
πῦον [4]ἀνήμεσε ὀλίγον, οἷον ἐκ δοθιῆνος.

κ'. ..... θυγατέρας τεκούσης διδύμους
καὶ δυστοκησάσης καὶ οὐ [5]πάνυ καθαρθείσης
ἐξώδησε ὅλη· ἔπειτα ἡ γαστὴρ μεγάλη ἐγέ-
νετο, τὰ δ' ἄλλα ἐταπεινώθη· καὶ ἐρυθρὰ [7]ἤει
μέχρι τοῦ ἕκτου μηνὸς, ἔπειτα λευκὰ κάρτα
πάντα ἤδη τὸν χρόνον· [8]* πρὸς δὲ τὸ ἀφρο-
δίσιον αἱ οὐραὶ ἔβλεπον καί [9]οἱ ἄκρητα ἐρυθρὰ
ἰκνεύμενα ἤει.

κα'. Τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσι ὀξυρεγμίη
[10]ἐπιγενομένη πρόσθεν μηδέποτε γενομένη,
σημεῖον χρηστόν· οἷον Δημαινέτῃ ἐγένετο.

κβ'. Ἰήθη ἐλλεβόρου πόσι Λυκίῃ· τὰ ὕ-

19. Antigenis uxor, quae e Nicomachi domo erat, edidit foetum carnosum, praecipuis partibus iam distinctis, magnitudine vero digitorum quatuor, exossem, — secundinas vero crassas et rotundas. Ipsa autem ante partum suspiriosa erat, simulque cum partu pus paucum vomitione reiecit, quale ex furunculo.

20. *Locus mutilus et corruptus.*

21. Diuturnis intestinorum laevitatibus superveniens ructus acidus, qui prius numquam adfuit, bono est: quale quid Demaenetae contigit.

22. Lycia curabatur veratri potione; tandem

[1] ἡ om. — [2] ἡ τοῦ. — [3] Νικομάχου. — [4] τεκεν. — [5] ἀνέμεσεν. — [6] πάντη. — [7] εἴη. — [8] πρὸς δὲ τὰ ἀφροδίσια οἱ βόοι ἔβλαπτον. — [9] ὃ ἄκρητο ἐρυθρὰ ἰκνεύμα εἴη. — [10] γενομένη.

19. ἡ τῶν περὶ Νικόμαχον.] Lectio est cod. C., quam cum Littréo exhibeo. Vulgo ἡ περὶ τὸ Νικόμαχον, nempe τό omissioni alterius ν debetur. Foës. Chart., Kühn. articulum iu hac lect. omm., alii aliud quid habent. Unice verum est quod cod. C. praebet. Cf. Ep. III. aegr. 10. ante st. pest.: γυναῖκα .... τῶν περὶ Παντιμίδην.

ἔχον τε τὰ μέγιστα διακ.] Ceteri δέ pro τε. De meo hoc dedi; nimirum cum antecedente hoc arcte coniungendum et δέ, quod superiori μέν respondeat, legitur in seqq. μέγεθος δέ.

ὕστερον.] De secundinis recte accepit Littréus, miror alios id non vidisse.

καὶ στρογγύλον.] Sic cum Littréo e Gal. scripsi, vulgo copula deëst.

αὐτὴ δέ.] Vulgo αὖτη, quod propter δέ ex αὐτή ortum credebam, cum vidi Foësium etiam αὐτή Latine expressisse. Αὖτη sine δέ vide Ep. I. p. 190. et alterum exemplum in notula ibid.

20. ... θυγατέρας — ὅλη.] Varietas lectionis in hisce ad meliorem loci intelligentiam nihil confert. Non est structura Graeca θυγατέρας τέκουσης — ἐξώδησε ὅλη. Mira etiam dictio ἡ γαστὴρ μεγάλη ἐγένετο. Quapropter cogitavi, num forte locus ad hunc modum sit emendandus: ..... θυγατέρας τεκούσης διδύμους καὶ δυστοκησάσης καὶ οὐ πάνυ καθαρθείσης ἐξώδησε ὅλη ἡ γαστὴρ, τὰ δ' ἄλλα ἐταπεινώθη. Sed quum loci principium desit, incertum est quid scriptum fuerit; forte enim ex iis, quae perierunt, genitivus τεκούσης dependet.

*πρὸς δὲ τὸ ἀφροδίσιον αἱ οὐραὶ ἔβλεπον.] De hoc loco videndus Gal. in praefatione ad comm. in Epid. VI. Inde discimus, hanc, quam exhibui, esse veterum codd. antiqui aevi lectionem, pro qua Heraclides legere voluerit: πρὸς δὲ τὸ ἀφροδίσιον αἱ ὑῤραι ἔβλεπον. Gal. in comm. ad hunc locum ipsum monet se coniicere οἱ βόοι, addit tamen ἤ τι ἄλλο; e verborum nexu effeceris, illum etiam ἔβλαπτον de coniectura dedisse, quamquam hoc non diserte in comm. dicitur. Ista autem lectio πρὸς δὲ τὰ ἀφροδίσια οἱ βόοι ἔβλαπτον iam in nostris codd. fertur omnibus. Causa, quare veterem lectionem exhibuerim haec est, quod non credo, structuram Graecam esse τοῦτο βλάπτει πρός τι Auctor sine dubio id, quod Galenus coniecit, scribere non potuit; itaque malui veterem scripturam dare, quam Galeni hariolationem. Quid vero in corruptis lateat non assequor.

ἰκνεύμενα ἤει.] Haec vulgata lectio est. Littréus e cod. C. edidit ἰκνευμένως ἤει, quod num prae vulgata praestet, dubito.

21. ἐπιγενομένη.] Hanc lect. recepi e cod. Ser. apud Foës. Nempe aut quod iam exhibeo scriptum fuisse puto, aut ἐν τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσι ὀξυρεγμίη γενομένη. Forte praepositio periit pone antecedens ἤει. Cf. Aph. VI. 1. Pro χρηστόν mox idem cod. ἀγαθόν, quae aphorismi scriptura est. Quod autem in libris infertur pone Δημαινέτῃ ἐγένετο his verbis: ἴσως δ' ἔστι καὶ τεχνήσασθαι· καὶ γὰρ αἱ παραχαὶ αἱ τοιαῦται ἀλλοιοῦσι· ἴσως δὲ καὶ ὀξυρεγμίαι λειεντερίην λύουσι, hoc, inquam, scholion est recens et male scriptum. In illis verbis cod. Voss. pro τεχνήσασθαι habet τεχρήσασθαι, quod tamen ad loci emendationem non confert. Pro ἀλλοιοῦσι cod. C. Par. ἀλύουσι, quod non multo plus lucis adfert, sed quo firmari puto opinionem, quam susceperam, in ἀλλοιοῦσι latere idem λύουσι, quod in fine horum verborum ponitur. Forte in marg. adscripserit aliquis: ἴσως δ' ἔστι καὶ τεχνήσασθαι· καὶ γὰρ αἱ τοιαῦται παραχαὶ λύουσι τὴν λειεντερίην. Recentior lector, idemque medicus arte inducere voluit ὀξυρεγμίην, propter bonum effectum in laevitatem intestinorum, quam ita forte curari posse putavit. Hoc utut est, additamentum recens recipere nolui.

22. Ἰήθη ἐλλεβόρου πόσι Λυκίῃ· τὰ ὕστατα σπλὴν

©BIUM

σταται σπλὴν [1] μέγας καὶ πυρετὸς καὶ ἐς ὦμον ὀδύναι· καὶ ἡ φλὲψ ἡ κατὰ σπλῆνα ἐπ' ἀγκῶνι ἐτέτατο καὶ ἔσφυζε μὲν πολλάκις, ἔστι δ' ὅτε καὶ οὔ· ἐτμήθη . . . . . ἀλλ' ἅμα ἱδρῶτι [2] διῄλθε· ἐξ οὗ διϊόντων ὁ σπλὴν . . . . . τὰ δεξιὰ ἐνετείνετο, πνεῦμα ἐνεδιπλασιάζετο, οὐ μὴν μέγα· παρεφέρετο, περιεστέλλετο· φῦσα ἐνεοῦσα οὐ διήει κάτω· [3] οὐδὲν οὖρει· ἀπέθανε πρὸ τοῦ τόκου.

κγ'. Τὰ ἀμφὶ φάρυγγα, ἐτερόρροπα ὁρμήσαντα οὐκ ἐφηλκώθη . . . , ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ μετῆλθε, ἐς σπλῆνα ὀδύνη ἦλθε ἀκρίτως.

Ἱέρωνι ἐκρίθη πεντεκαιδεκαταίῳ.

Τῇ Κῴου ἀδελφεῇ ἧπαρ ἐπήρθη σπληνικὸν τρόπον· ἀπέθανε δευτεραίῃ.

Βίων ἅμα οὖρει τε ὑπέρπουλυ ἀνυπόστατον καὶ αἷμα ἐξ ἀριστεροῦ· ἦν γὰρ καὶ ὁ σπλὴν κυρτὸς καὶ σκληρὸς [4] τὰ ἄνω· περιεγένετο· [5] ὑποστροφή.

κδ'. Ἦν δὲ τῶν κυναγχικῶν τὰ παθήματα τοιάδε· τοῦ τραχήλου οἱ σπόνδυλοι ἔσω ἔρρε-

lien magnus et febris et dolores ad claviculam tendentes. Et vena, quae ad lienem tendit, in cubitu distendebatur et plerumque quidem pulsabat; interdum vero non. Secabatur . . . . . sed una cum sudore alvus exonerabatur; e quo tempore materie per alvum secedente lien . . . . . dextrum intendebatur, spiritus reduplicabatur, nec tamen magnus fuit. Deliravit, vestimentis se contexit. Flatus, qui inerat, non prodiit infra; nihil minxit. Exstincta est ante partum.

23. *Fragmenta loci alicuius.*

Hieroni decimo quinto die morbus est iudicatus.

Coi sorori ad instar splenis iecur intumuit, die secundo obiit.

Bioni cum ex larga urina nihil subsideret, sanguis ex nare sinistra erupit: erat etiam lien incurvus et durus parte superiore. Cum emersisset, recidivam passus est.

24. Erant autem eorum, qui ex angina laborabant affectiones huiusmodi: cervicis vertebrae

[1] μέγας καὶ ὀδύναι καὶ π. — [2] διῄλθε ἡ αὐτόματον. — [3] οὐδὲν· οὐδὲ οὖρει. — [4] Δίων. — [5] καὶ ἄνω.

μέγας καὶ πυρετὸς καὶ ἐς ὦμον ὀδύναι.] Pone μέγας ceteri habent καὶ ὀδύναι, quod additamentum alienum originem traxit e sequentibus καὶ ἐς ὦμον ὀδύναι, qua de causa delevi. Licet hic lacunae signa non posuerim, quia non satis certum sum, nolim affirmare haec integra esse: puto fere lacunam esse inter Λυκίη et τὰ ὕστατα, eamque magnam, et in qua insignis historiae morbi pars, cuius finem tantum, eumque lacunosum, servatum habemus, perierit.

ἔστι δ' ὅτε καὶ οὔ: ἐτμήθη . . . . ἀλλ' ἅμα ἱδρῶτι διῄλθε· ἐξ οὗ διϊόντων ὁ σπλὴν . . . τὰ δεξιὰ ἐνετείνετο.] Vulgo καὶ οὐκ ἐτμήθη, quae quum recte animadverteret Littréus perperam coniungi, dedit: ἔστι δ' ὅτε καὶ [οὔ]· οὐκ ἐτμήθη. Sed editor Parisiensis non vidit in sequentibus lacunas inesse. Nempe ἐτμήθη ἀλλ' ἅμα ἱδρῶτι διῄλθε ἡ αὐτόματον, — sic enim libri, — non uno tenore dictum fuit: διέρχεσθαι spectat ad alvi excretionem et exciderunt alia eodem spectantia; tum ἡ αὐτόματον glossa est, ad ἅμα ἱδρῶτι διῄλθε, qua quis indicaverit, non medicamenti ope purgationem esse factam, sed sub sudore sponte sua. In seqq. ad illa de alvi excretione pertinet etiam διϊόντων, nec dubito, quin pone ὁ σπλὴν nonnulla exciderint, in quibus significaretur lienis tumorem subsedisse. Τὰ δεξιά non pertinet ad lienem, sed ad hypochondrium dextrum, quod intumuisse opinor, postquam lienis tumor imminutus fuerat.

φῦσα ἐνεοῦσα οὐ διήει κάτω· οὐδὲν οὖρει·] Vulgo: φῦσα ἐνεοῦσα· οὐ διήει κάτω οὐδὲν, οὐδὲ οὖρει, — inepte, nam pone ἐνεοῦσα non distinguendum est, tum οὐδέ, pro quo Gal. οὐδέν, abundat. Omnia iam facili oratione procedunt.

Ad περιεστέλλετο cf. Ep. III. aegr. penult.

23. τὰ ἀμφὶ φάρυγγα — ἀκρίτως.] Pone ἐφηλκώθη lacunae signa posui; unusquisque semel admonitus videbit duo fragmenta esse, quorum nexus inter se nullus apparet. Quin ne sciri quidem potest, num duo fragmenta sint unius loci cuiusdam, an singula ad locos diversos pertineant.

Ἱέρωνι ἐκρίθη ιε'.] Fragmentum esse patet.

Τῇ Κῴου — δευτεραίῃ.] Item fragmentum est.

καὶ αἷμα ἐξ ἀριστεροῦ.] Licet haec intelligi certe possint, nolim affirmare esse integra. Facile fieri potest, ut quis in libro repererit καὶ ἐξ ἀριστεροῦ, deficientibus quibusdam pone ἀριστεροῦ, et ut de suo suppleverit αἷμα: parum apta oratio est, qualem in libris traditam habemus.

ἦν ὁ σπλὴν κυρτὸς καὶ σκληρὸς τὰ ἄνω· περιεγένετο· ὑποστροφή.] In his ceteri καὶ ἄνω, sed copula propter καὶ σκληρός, quod antecedit, huc quoque illata est pro articulo, quem revocavi. Quod attinet ad περιεγένετο· ὑποστροφή, — alterutrum certum videtur: aut inverso ordine ὑποστροφή· περιεγένετο legendum est; quod si scriptum fuerit, lacuna esse videtur ante ὑποστροφή; aut verba debito ordine descripta sunt, sed pone ὑποστροφή deficiunt quaedam, in quibus, quis totius morbi decursus fuerit, expositum fuerit.

24. τὰ παθήματα τοιάδε.] Sic Gal. in comm. 2. ad Prorrh. I. Ed. Bas. p. 195. vs. 39. et apud Merc. in marg. τοιάδε, vulgo τάδε. Licet non magna auctoritate τοιάδε nitatur, praefero, quia hic habemus imitationem loci v. c. ex Ep. I. p. 161. ἦν δὲ τοῖσι πλείστοισι αὐτῶν τὰ παθήματα τοιάδε. In libris ceterum scribae talia miscuerunt, ut quid re vera scriptum fuerit ab auctore, plerumque incertum sit.

©BIUM

πον τοῖσι μὲν ἐπὶ πλέον, [1] τοῖσι δ' ἐπ' ἔλασσον· καὶ ἔξωθεν ἦν δῆλος [2] ἔγκοιλος ἐὼν ὁ τράχηλος καὶ ἤλγεε ταύτῃ ψαυόμενος· ἦν δὲ κατωτέρω τι τοῦ ὀδόντος [3] καλεομένου. Εἰ μὴ ξὺν τῷ ὀδόντι καλεομένῳ, φάρυγξ οὐ φλεγμαίνουσα, ἀνειμένη δέ. Τὰ ὑπὸ γνάθους ὀγκηρὰ, οὐ φλεγμαίνουσι ἴκελα· οὐδὲ βουβῶνες οὐδενὶ ᾤδησαν, ἀλλὰ * φύσει μὲν καὶ γλῶσσαν οὐ ῥηϊδίως στρέφοντες, ἀλλὰ μέζων τε αὐτοῖσι ἐδόκεε εἶναι καὶ προπετεστέρη· καὶ αἱ ὑπὸ γλώσσῃ φλέβες ἐμφανέες. Καταπίνειν οὐκ ἠδύναντο ἢ πάνυ χαλεπῶς, ἀλλ' ἐς τὰς ῥῖνας [4] ἐξερεύγετο, εἰ πάνυ ἐβίαζον· καὶ διὰ τῶν ῥινῶν διελέγοντο. Πνεῦμα δὲ τούτοισι οὐ πάνυ μετέωρον. Ἔστι δ' οἷσι φλέβες αἱ ἐν κροτάφοισι καὶ ἐν [5] κεφαλῇ καὶ

modo plus, modo minus intro vergebant, collumque ipsum manifesto extus cavum erat, eaque parte, si tangebatur, dolebat. Erat autem paulo infra os, quod dentem vocant. Fauces, nisi simul cum dente, quem vocant, nullo modo inflammatae, sed laxae. Partes sub maxillis tumebant, non tamen instar inflammatarum: neque glandulae cuiquam tumuerunt, sed ..... Neque linguam facile convolvebant, sed maior illis esse videbatur et prominentior et venae, quae sub lingua sunt, conspicuae erant. Nec nisi difficulter devorare aliquid poterant, sed in nares erumpebat, si multa vi urgebant; sermo etiam ipsis per nares efferebatur. Respiratio vero his non admodum erat sublimis. Quibusdam vero temporum, capitis et cervicis venae intumuerant.

[1] τοῖσι δὲ πέλας καὶ ἔσωθεν εὐδηλος. — [2] ἔγκοιλον ἔχων. — [3] καλεομένου ἐστοῦ ὃ οὐχ ὁμοίως ἐξύ ἐστι· ἔστι δ' οἷσι καὶ πάνυ περιφερὲς, μέζονι περιφερείῃ. — [4] ἔφυγεν εἰ πάνυ χαλεπῶς ἐκβ. — [5] κεφαλῇσι.

τοῖσι δ' ἐπ' ἔλασσον.] Vulgo τοῖσι δὲ πέλας, quae truncata est lectio, quam cum Littréo exhibui et quam Calvus etiam vidit et Lind. iam receperat. Occurrit in codd. duobus, tribusve et apud Gal. in lib. de locis affectis, vol. VIII. p. 238. Kühn., ubi totus hic locus citatur.

καὶ ἔξωθεν ἦν δῆλος ἔγκοιλος ἐὼν ὁ τράχηλος καὶ ἤλγεε ταύτῃ ψαυόμενος.] Vulgata in his habet: καὶ ἔσωθεν ἔνδηλος ἔγκοιλον ἔχων ὁ τρ. — Certum est, pro ἔσωθεν legendum esse ἔξωθεν, quod Littréus dedit e cod. C., aliis Galeni locis et quod iam Lind. exhibuit. — Lind. Littr. item e Gal. ἦν δῆλος. Alio loco Gal. ἔκδηλος citat. — Quod ad ἔγκοιλον ἔχων s. κοῖλον ἔχων, ut Gal. citat, et Lind. dedit, — illud vulgatum ἔγκοιλον ἔχων non ab auctore profectum est. Quippe haud ita male Graecam orationem habemus in hac Epidemiae descriptione. Cogitavi de ἔγκοιλόν τι ἔχων scribendo, sed facilior emendatio visa est ἔγκοιλος ἐών scribere, quo facto oratio recte procedit.

ἦν δὲ κατωτέρω τι τοῦ ὀδόντος καλεομένου.] Vulgo ἦν δὲ καὶ κατωτέρω τινὶ τοῦ ὀδόντος καλεομένου, sed in his καί abundat et τινί ortum e κατωτέρω, quod dativum esse crediderit librarius aliquis; itaque καί demendo et τινί in τι mutando rem restitui. Verum pone καλεομένου plura sequuntur in libris, ac vulgo quidem ὀστοῦ, ὃ οὐχ ὁμοίως ὀξύ ἐστιν· ἔστι δ' οἷσι καὶ πάνυ περιφερὲς, μέζονι περιφερείῃ. Littréus ὀστοῦ omisit: „ὀστοῦ, inquit, om. C. Gal. in cit. ad Prorrh. et de locis affectis. La suppression de ὀστοῦ est essentielle; si on le garde, ὅ, qui suit, paraitra se rapporter a ὀξύ, tandis qu'en realité, il ne s'y rapporte pas." Imo vero sine dubio ὅ refertur ad ὀστοῦ, quod si abiicias, ὅ non habet, quorsum spectet. Littréi versio Gallica nullo modo exprimit Graeca, quae ipse dedit. — In verbis οὐχ ὁμοίως ὀξύ ἐστι· ἔστι δ' οἷσι καὶ πάνυ περιφερὲς, μέζονι περιφερείῃ, habemus descriptionem τοῦ ὀδόντος, e qua nihil demo, sed quaero, quid sibi velit οὐχ ὁμοίως ὀξύ? Puto comparare scriptorem loci dentem caninum cum dente epistrophei et de hoc dicere, eum non aeque acutum esse atque illum. Sed illa descriptio miro modo interponitur morbi enarrationi, neque aliud quid est, quam glossema: ad ὀδόντος καλεομένου in margine adscripsit aliquis ὀστοῦ — περιφερείῃ. Itaque glossam exemi e textu.

φάρυγξ οὐ φλεγμαίνουσα, ἀνειμένη δέ.] Ceteri κειμένη δέ, quod quid significet non capio, verbum κεῖσθαι de tumoris absentia in partibus nusquam observavi, sed puto praecedente vocabulo in α exeunte hanc literam periisse initio huius et ita e νειμένη ortum esse κειμένη; itaque revocavi ἀνειμένη, quod optime opponitur τοῖς τεταμένοις, ξυντεταμένοις, ἐντεταμένοις in inflammatione.

οὐδὲ βουβῶνες οὐδενὶ ᾤδησαν, ἀλλὰ * φύσει μέν.] Vulgo ἀλλὰ φύσει μέν, Littréus ἀλλὰ τῇ φύσει μᾶλλον dedit e Galeni textu et eodem in lib. de locis aff. Neutra lectio integra est, Galeni vero lectio videtur esse coniectura, ut emendetur vulgata, sicuti plures in veteribus apographis fuisse novimus. Galenus in comm.: βουβῶνας, inquit, καλεῖ νῦν Ἱπποκράτης τὰς ἐν τοῖς παρισθμίοις γενομένας φλεγμονὰς καὶ τοὺς (κατὰ τοὺς?) ἀδένας. — Cogimur sane fere ita accipere. Sed redeo ad corruptum ἀλλὰ φύσει μέν: — puto in μέν vestigium latere temporis alicuius verbi μένειν et excidisse aliquid; itaque vellem: οὐδὲ βουβῶνες οὐδενὶ ᾤδησαν, ἀλλ' ἐν τῇ ἑωυτῶν φύσι ἔμενον — Videant alii, num meliora in promptu habeant!

καὶ αἱ ὑπὸ γλώσσῃ φλέβες ἐμφανέες.] Articulum αἱ de meo addidi ad exemplum infra obviorum φλέβες αἱ ἐν κροτάφοισι·

καταπίνειν οὐκ ἠδύναντο.] In his δ' οὐκ Gal. in lib. de locis aff., unde Lind. δὲ οὐκ, non male.

ἀλλ' ἐς τὰς ῥῖνας ἐξερεύγετο, εἰ πάνυ ἐβίαζον.] Vulgo ἀλλ' ἐς τὰς ῥῖνας ἔφευγεν, Gal. in comm. adscribit nonnullorum sui aevi librorum lectionem: ἀλλ' εἰς τὰς ῥῖνας ἐξέφευγε καὶ τὸ ποτὸν, εἰ πάνυ ἐβιῶτο. — Illud φεύγειν et ἐκφεύγειν ineptum est, sed ρ et ῥ confusis ortum est ex ἐρεύγειν sive potius ἐρεύγεσθαι; utrum vero simplex ἐρεύγετο, an compositum ἐξερεύγετο auctor dederit, quis definiet?

φλέβες αἱ ἐν κροτάφοισι καὶ ἐν κεφαλῇ καὶ ἐν αὐχένι κ. τ. λ.] Vulgo κεφαλῇσι, quod ortum e plurali κροτάφοισι, nam si κεφαλῇσι auctor voluisset, etiam αὐχέσι scripsisset, Tum καὶ ἐπ' αὐχένι vulgo; repono ἐν, nam ἐπ' huc devenit e seq. ἐπηρμέναι.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 620 sur 880

ἐν αὐχένι ἐπῳρμέναι. Βραχὺ δέ τι τούτων τοῖσι παλιγκοτωτάτοισι κρόταφοι θερμοὶ, εἰ καὶ τἄλλα μὴ πυρεταίνοιεν. Οὐ πνιγόμενοι οἱ πλεῖστοι, εἰ μὴ καταπίνειν προθυμέοιντο ἢ πτύαλον, ἢ ἄλλο τι· οὐδ' οἱ ὀφθαλμοὶ ἐγκαθήμενοι. Οἷσι μὲν οὖν ἦν ἐς ὀρθὸν ἐξόγκωμα, μήτε ἑτερόρροπον, [1] οὗτοι παραπληκτικοὶ οὐκ ἐγένοντο· ἀπολόμενον δὲ εἴ τινα εἶδον, ἀναμνήσομαι, οὓς δὲ οἶδα νῦν περιεγένοντο. [2] Ἦν δὲ [3] τὰ μὲν τάχιστα ῥηΐζοντα, τὰ δὲ πλεῖστα καὶ ἐς τεσσαράκοντα ἡμέρας [4] περιῄει· τούτων δὲ οἱ πλεῖστοι καὶ ἄπυροι, πολλοὶ δὲ καὶ πάνυ ἐπὶ πουλὺν χρόνον ἔχοντές τι μέρος τοῦ ἐξογκώματος· καὶ κατάπωσις καὶ φωνὴ [4] ἐπισημαίνουσα· κίονές τε τηκόμενοι μινύθησίν τινα παρεῖχον πονηρὴν, οὐδὲν δοκέοντες κακὸν ἔχειν. Οἱ δὲ ἑτερόρροπα ἔχοντες, οὗτοι ὀκόθεν ἂν ἐγκλιθείησαν οἱ σπόνδυλοι, ταύτῃ παρελύοντο, τὰ δ' ἐπὶ θάτερα εἵλκοντο. Ἦν δὲ ταῦτα ἐν προσώπῳ καταφανέα μάλιστα καὶ τῷ στόματι καὶ τῷ κατὰ γαργαρεῶνα διαφράγματι· ἀτὰρ καὶ γνάθοι αἱ κάτω παρήλλασσον κατὰ λόγον. Αἱ δὲ παραπληγίαι οὐ διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐγένοντο, οἷον ἐξ ἄλλων, ἀλλὰ μέχρι [5] χειρός. Οἷσι δ' ἐς ὀρ-

Tempora iis horum, qui vehementissime aegrotarunt, parumper calescebant, etsi ceterum minime febricitarent. Plerisque non praecludebatur spiritus, nisi si salivam, aut aliud quid deglutire cuperent. Neque intro defigebantur oculi. Quibus igitur neutram in partem deflectebat tumor, sed recte procedebat, iis membrorum resolutio non contigit. Quod si quem horum periisse mihi constiterit, eius mentionem faciam, sed ii omnes, quos iam videre licuit, superstites permanserunt. Atque horum quidam quam celerrime allevabantur, plurimis vero morbus quadraginta dies duravit. Quin plerique horum sine febre erant. Multis etiam in longum tempus tumoris aliquid protrahebatur, cuius rei indicium praebuerunt deglutitio et vox. Ipsae quoque columellae imminutionis pravam quamdam significationem prae se ferebant, etsi mali nihil subesse illis videretur. Quibus vero in alterutram partem tumores decumbebant, ii ea ex parte, unde vertebrarum inclinationes fiebant, nervorum resolutione tentabantur, atque ex parte adversa convulsione. Apparebant autem haec maxime in facie, ore, et eo, quod ad gurgulionem est, septo; quin etiam maxillae inferiores

[1] οὗτοι οὔτε παραπληκτικοὶ ἐγένοντο ἀπολλύμενον. — [2] τάχιστα μὲν sine τά. — [3] διῄει. — [4] ἐνσημαίνουσα. — [5] χειρός· τὰ ὑπὸ τοῦ κυναγχικοῦ. οὗτοι καὶ πέπονα ἀναπτύοντες καὶ βηχυμογέες ἦταν· οἷσι δ' ἐς ὀρθὸν καὶ ἀνέπτυον (ἀπέπτυον V.)· οἷσι δὲ καὶ ξὺν πυρετῷ vulgo.

παλιγκοτωτάτοισι.] Sic recte Littr. e Gal. de locis aff., παλιγκοτάτοισι errori librarii debetur. Monuit iam de emendatione Foës. in oecon. in voce.

εἰ καὶ τἄλλα μὴ πυρεταίνοιεν.] Cum Lind. εἰ Littréus e Gal. l. l.

οὐ πνιγόμενοι οἱ πλεῖστοι.] Haec vulgata lectio est. Littréus οὐ μὴν πν. e Gal. cum Lind. — Possis μήν addere, possis non adscribere, neque multum aut nocebis, aut profeceris. Ego vulg. sequi malo, quia fieri possit, ut μήν hic e dittogr. οὐ μή sit ortum, et quia non tam manifesto haec superioribus quibusdam opponuntur, ut tali particula opus sit.

πτύαλον.] Sunt etiam lectt.: πτύελον Gal., τὸ πτύαλον Merc. in marg.

οἷσι μὲν οὖν ἦν ἐς ὀρθὸν ἐξόγκωμα.] h. l. ἦν om. in cod. C. Par. — Lind. paulo post de suo pone οὐκ ἐγένοντο inseruit [οὔτε ἔθνησκον]. Eiusmodi quid non delerem, si codd. darent, sed addito opus non est; Lind. non satis mentem advertit ad οὓς δὲ οἶδα νῦν περιεγένοντο, quae dein leguntur et faciunt, ut auctor hic certe non debuerit addere, quod ille adiecit.

ἀπολόμενον.] Sic unus liber, sed plures ἀπολλόμενον, vulgo ἀπολλύμενον. Veram formam Littr. exhibuit.

τούτων δὲ οἱ πλεῖστοι καὶ ἄπυροι.] τοῦτο δέ vulgo, quod cum de meo in τούτων mutare volebam, vidi Galeni esse lectionem utique recipiendam.

ἔχοντές τι μέρος.] εἶχόν τι μέρος Gal. lib. de locis aff. Verum esse puto ἔχοντες et auctorem intellexisse περιῄεσαν e superiore περιῄει.

ἐπισημαίνουσα.] Cett. ἐνσημαίνουσα; de meo illud dedi: ἐπισημαίνειν in hac re solemne est et notum etiam, quam saepe ἐν et ἐπί a scribis confundantur.

ὀκόθεν ἂν ἐγκλιθείησαν.] ὁπόθεν vulgo, sed illud e Gal. Littr. — Calvus „qua vertebrae declinarent." Corn.: „unde verticula inclinata fuerunt." — Foës.: „ea ex parte, unde vertebrarum inclinationes fiebant." — Littréus „de quelque côté que les vertèbres s'inclinassent." Recte interpretantur; de Calvo dubium, quomodo ὀκόθεν acceperit.

τῷ κατὰ γαργαρεῶνα διαφράγματι.] Recte Littréus: „au voile du palais;" haec enim pars significatur.

παρήλλασσον.] Littréus e Gal. l. l. cum Lind. παρηλλάσσοντο, sed vulgata bene habet; verbum hoc enim intransitive sumtum frequens.

ἀλλὰ μέχρι χειρός.] Sequuntur in libris pone χειρός verba τὰ ὑπὸ τοῦ κυναγχικοῦ. Littréus adnotat: „Les editions mettent un point après χειρὸς; mais à tort, comme le montre le commentaire de Galien." Imo vero verba τὰ ὑπὸ τοῦ κυναγχικοῦ misere impediunt orationem, neque aliud quid sunt quam adnotatio lectoris quantocius repudianda.

Οἷσι δ' ἐς ὀρθὸν — σιαλόχοοι.] Locum de coniectura con-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 621 sur 880

©BIUM

θὸν καὶ ἄνευ πυρετοῦ, οὗτοι καὶ πέπονα ἀναπτύοντες καὶ βραχυμογέες ἦσαν· οἷσι δὲ ἑτερόρροπα καὶ ξὺν πυρετῷ, οὗτοι πολλῷ μᾶλλον καὶ δύσπνοοι καὶ διαλεγόμενοι σιαλόχοοι καὶ φλέβες τούτοισι μᾶλλον ἐπηρμέναι· καὶ πόδες πάντων μὲν ψυχρότατοι, τούτων δὲ μάλιστα· καὶ ὀρθοστατεῖν οὗτοι ἀδυνατώτεροι, [1] οἵτινες μὴ αὐτίκα ἔθνησκον· οὓς δὲ ἐγὼ οἶδα, πάντες ἔθνησκον.

ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

α'. Ἐς Πέρινθον περὶ ἡλίου [2] τροπὰς τὰς θερινὰς ἤλθομεν· ἐγεγόνει δὲ ὁ χειμὼν εὔδιος, νότιος· τὸ δὲ ἔαρ καὶ τὸ θέρος [3] πάνυ ἄνυδρον μέχρι πληϊάδων δύσιος· εἰ γάρ τι καὶ ἐγένετο, ἦν ὅσον ψεκάς· καὶ [4] οἱ ἐτησίαι οὐ κάρτα ἔπνευσαν καὶ οἱ πνεύσαντες διεσπασμένως. Τοῦ θέρεος καῦσοι ἐπεδήμησαν πολλοί· ἦσαν δὲ ἀνήμετοι καὶ αἱ κοιλίαι ταραχώδεες λεπτοῖσι, ὑδατώδεσι, ἀχόλοισι, ἐπάφροισι, πολλοῖσι. Ἐν τούτοισι πολλοὶ κωματώδεες

[1] καὶ οἵτινες. — [2] τροπὰς ὀλίγον τὰς θ. — [3] πᾶν. — [4] οἱ om.

pari modo e solita sede dimovebantur. Nervorum resolutiones ceterum non fiebant per corpus totum, sicuti ab aliis affectionibus fieri solet, sed ad brachium usque. Quibus vero tumor in rectum procedebat et sine febre, hi et cocta spuebant et brevi tempore laborabant; sed quibus in alterutram partem et cum febre, hi et multo difficilius spiritum duxerunt et inter loquendum salivam profundebant, et venae his multo magis intumescebant. Ac pedes quidem omnium valde frigebant, horum vero maxime. Atque hi pedibus insistere minime potuerunt, qui non statim moriebantur. Sed quos videre licuit, ii omnes sunt mortui.

Sectio Tertia.

1. Perinthum venimus circa solstitium aestivum. Fuerat autem hiems placida, australis. Ver autem et aestas valde sicca ad vergiliarum occasum usque. Quodsi quae pluvia decidisset, guttatim defluebat, eratque minutis guttulis similis. Etesiae non multum spirarunt, idque disparsim. Aestate febres ardentes plurimae grassatae sunt, in quibus nulli aderant vomitus, sed alvi perturbationes ex tenuibus, aquosis, non biliosis et spumantibus multis. In his multi

stitui, vulgo editur: οὗτοι καὶ πέπονα ἀναπτύοντες καὶ βραχυμογέες ἦσαν· οἷσι δ' ἐς ὀρθὸν καὶ ἀνέπτυον· οἷσι δὲ καὶ ξὺν πυρετῷ, οὗτοι πολλῷ μᾶλλον καὶ δύσπνοοι καὶ διαλεγόμενοι σιαλοχόοι. Sunt haec ordine turbata et lacunae insunt et vocabulorum corruptio, sed puto omnia certa emendatione restitutum iri. Manifesto antithesis inest inter eos, qui ἐς ὀρθὸν haberent tumorem et eos, qui ἑτερόρροπον. Verba οἷσι δὲ καὶ ξὺν πυρετῷ ita se habent, ut ante καί lacunam esse appareat, excidit nempe ἑτερόρροπα; — iam vero verba hic servata οἷσι δὲ καὶ ξὺν πυρετῷ ducunt ad emendationem corrupti οἷσι δ' ἐς ὀρθὸν καί ἀνέπτυον, nam in postremis latet καὶ ἄνευ πυρετοῦ. Quodsi iam debito ordine membra describamus οἷσι δ' ἐς ὀρθὸν καὶ ἄνευ πυρετοῦ praemittentes verbis οὗτοι καὶ πέπονα — ἦσαν, omnia ad pristinam integritatem restituta erunt.

ὀρθοστατεῖν ἀδυνατώτεροι, οἵτινες μὴ ἀ. ἔθν.] In his ceteri καὶ οἵτινες. Delevi otiose e superioribus huc illatum καί, quod prorsus ineptum.

1. ἐς Πέρινθον περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς θερινὰς ἤλθομεν.] In his delevi ὀλίγον, quod apud ceteros pone τροπάς inseritur. Quippe originem traxit procul dubio ex altera lectione: ἐς Πέρινθον πρὸ ἡλίου τροπῶν ὀλίγον τῶν θερινῶν ἤλθομεν.

καὶ αἱ κοιλίαι.] Articulum de meo adscripsi pone καί

periisse opinatus.

ἐπάφροισι πολλοῖσι.] Sequuntur apud ceteros seqq. ἴσχοντα ἔστιν ὅτε καὶ ὑπόστασιν τεθέντα. ἐξ οἵων δὴ καὶ ἐξαιθριαζόμενον τὸ ἴκελον ἰσατώδει διαχώρημα διὰ παντὸς κακόν. Ita nempe eduntur a Littréo: cod. C. initio ἔσχον. τὰ δὲ ἔστιν ὅτε; — tum in postremis vulgata lect. est ἴσα τῷ εἴδει διαχωρήματα δ. π. κ., sed quod ex Littréi Ed. descripsi cod. C. lectionem refert. — Hic contulit locum ex Epid. IV. 45. Διαχωρημάτων ὑδατωδῶν, ἢν ἐς αἰθρίαν τεθῇ, πέλιον ἄνωθεν λεπτὸν, κάρτα ἴκελον ἰσατώδει, κάτωθεν γίνεται ὑπόστασιν ἔχον. De quo quidem loco postea videbimus, nunc vero haec tantum adnoto: Foës. in Oeconomia monet ἰσατώδει eo loco vitiose legi; patet autem, eum ἰσάτιδι pro ἰσατώδει desideravisse. Vid. in voce ἰσάτις. — Redeo iam ad locum, qualem e Littréi Ed. descripsi. Vitia insunt: si conferas locum ex Ep. IV. statim apparet, ἐξαιθριαζομένων pro ἐξαιθριαζόμενον esse legendum; tum vero Foës. verissime vidit, pro ἰσατώδει reponendum esse ἰσάτιδι, nam ἴκελον ἰσατώδει incongruum est. Semel admonitus nemo negabit, vocabula διαχωρήματα διὰ παντὸς κακόν longe ineptissimum et alienum additamentum esse eius, qui e descriptione peculiari διαχωρημάτων voluit efficere aphorismum legem universalem referentem. Superest igitur,

©BIUM

ἦσαν καὶ παράφοροι, οἱ δὲ ἐξ ὕπνων τοιοῦτοι [1]ἐγίγνοντο, ὅτε δὲ ἐγερθεῖεν, κατενόουν πάντα. Πνεῦμα μετέωρον, οὐ μὴν πάνυ· οὖρα λεπτὰ μὲν τοῖσι πλείστοισι καὶ ὀλίγα, ἄλλως δὲ οὐκ ἄχροα. Αἱμορραγίαι ἐκ ῥινῶν οὐκ ἐγένοντο, εἰ μὴ ὀλίγοισι, οὐδὲ παρ' ὦτα, εἰ μή τισι περὶ ὧν ὕστερον γράψω. Οὐδὲ σπλῆνες ἐπήροντο, οὐδὲ δεξιὸν ὑποχόνδριον οὐδ' ἐπώδυνον κάρτα, οὐδ' ἐντεταμένον ἰσχυρῶς· ἦν δέ τι [2]ἐπισημαῖνον. Καὶ μάλιστα ἐκρίνετο [3]πάντα, τὰ πολλὰ περὶ [4]τεσσαρεσκαιδεκάτην, ὀλίγα ξὺν ἱδρῶτι, ὀλίγα ξὺν ῥίγεϊ καὶ πάνυ ὀλίγοισι ὑποστροφαὶ ἐγένοντο. Ἀπὸ δὲ τὰς ψεκάδας τὰς γενομένας ἐν τῷ θέρεϊ ἐπεφαίνετο ἱδρὼς ἐν τοῖσι πυρετοῖσι· καί τινες αὐτίκα ἱδρῶτες ἐπ' ἀρχῆς [5]ἐγίγνοντο, οὐ μὴν κακοήθως καί [6]τισι ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἐκρίθη ξὺν ἱδρῶτι. Ἐγένοντο δὲ ἐν τοῖσι θερινοῖσι πυρετοῖσι περὶ ἑβδόμην καὶ ὀγδόην καὶ ἐνάτην τρηχύσματα ἐν τῷ χρῶτι κεγχρώδεα, τοῖσι ὑπὸ κωνώπων γιγνομένοισι μάλιστα ἴκελα ἀναδήγμασι, οὐ πάνυ κνησμώδεα· ταῦτα [7]δὲ διετέλει μέχρι κρίσιος· ἄρσενι δὲ [8]οὐδενὶ εἶδον [9]τοιαῦτα ἐξανθήσαντα· γυνὴ δὲ οὐδεμία ἀπέθανε, ἣ

soporati leviterque mente emoti, nonnulli e somno tales evadebant, cum vero expergiscerent, de omnibus recte sentiebant. Respiratio elata, sed non admodum. Urinae plerisque quidem tenues et paucae, neque ceterum decolores. Sanguinis ex naribus fluxus non nisi paucis contingebant, neque ad aures tumores, nisi iis, de quibus postea scribam. Neque vero lienis tumor aderat, aut hypochondrii dextri magnus dolor, aut valida contensio: etsi quiddam erat, quod levem praeberet significationem. Iudicabantur vero maxime omnia, ut plurimum ad decimum quartum diem, partim cum sudore, partim vero cum rigore, nec nisi admodum paucis recidivae contingebant. At vero dum guttatim pluebat aestate, sudor in febribus apparebat. Quin etiam initio quidam sudores statim fiebant, neque tamen maligne et quibusdam hoc tempore iudicatio cum sudore facta est. In febribus autem aestivis circa septimum, octavum et nonum diem aspredines quaedam miliaceae, culicum morsibus fere similes, quae tamen non admodum pruriebant, in summa cute enascebantur et ad iudicationem usque perdurabant. Masculo tamen nemini has efflo-

[1] ἐγίνοντο. — [2] ἐνσημαῖνον. — [3] περὶ πάντα. — [4] τεσσαρεσκαίδεκα. — [5] ἐγίνοντο. — [6] τοῖσι. — [7] δέ om. — [8] οὐδέν. — [9] τοιαῦτα ἐξανθήματα.

ut legamus: ἴσχοντα ἔστιν ὅτε καὶ ὑπόστασιν τεθέντα et ἐξ οἵων δὴ καὶ ἐξαιθριαζομένων τὸ ἴκελον ἰσάτιδι. Certum est ἴσχοντα κ. τ. λ., nam Cod. C. lectio non nisi recentior huius libri descriptoris correctio est, — certum est, inquam, prius illud extra omnem structurae nexum inferri; certum etiam cum eo ipso sequens ἐξ οἵων κ. τ. λ. item parum apte cohaerere. Possis omnino cum ἐπάφροισι, πολλοῖσι coniungere ἐξ οἵων κ. τ. λ., omissis illis anterioribus. Nolui tamen facere, quum omnia ista mihi additamentum videantur recentius, quod misere corruptum, in legem universalem transformatum, in textum irrepserit. Quin quod prius quoddam eorum membrum esse dixi: ἴσχοντα ἔστιν ὅτε καὶ ὑπόστασιν τεθέντα, si cum altero membro et loco ex Ep. IV. conferas, fere putes esse dittographiam alterius, quae sic se habuerit: ἴσχοντα ἔστιν ὅτε καὶ ὑπόστασιν ἐξαιθριαζόμενα ἰσατώδη. Ita ut appareat forte τὸ ἴκελον ἰσάτιδι esse iterum interpretationem nominis ἰσατώδης. — Sed id affirmo, quocumque tandem modo ista legere lubeat, recentius esse emblema alienum ab hoc fragmento descriptionis Epidemiae.

πνεῦμα μετέωρον, οὐ μὴν πάνυ.] Hic πνεύματα μετέωρα ceteri, sed quum in descriptione Epid. in fine sectionis superioris πνεῦμα δὲ τούτοισι οὐ πάνυ μετέωρον legam et quum illud fragmentum et id, de quo iam agimus, ab eadem manu conscripta videantur, sing. num. reposui, quod eo facilius in pluralem a librariis mutari potuit, quum πάντα antecedat in textu et pone πάνυ statim οὖρα sequatur. — Nempe a viro qui probabiliter Graece scripsit, sicuti fecit auctor fragmenti utriusque epidemiae enarrationis, non exspecto πνεύματα plurali numero de respiratione; alio certe sensu § 8. additamentorum spuriorum ad librum de victu acutorum: μετεώρων ἐόντων πάντων τῶν λυπεόντων πνευμάτων καὶ ῥευμάτων.

οὐδὲ παρ' ὦτα, εἰ μή τισι, περὶ ὧν ὕστερον γράψω.] Vulgo οὐδὲ παρώτιδες, περὶ ὧν ὕ. γρ. — Iam vero multi libri παρ' ὦτα τοῖσι et unus cod. Par. I. pro περί habet εἰ μή, unde Littréus locum recte restituit.

περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην.] Cett. περὶ τεσσαρεσκαίδεκα. Requiritur numerus ordinalis, sicuti mox περὶ ἑβδόμην legitur.

ὑπὸ δὲ τὰς ψεκάδας — ἐπεφαίνετο ἱδρώς.] Cum his cf. § 2. sect. I. huius libri.

καί τισι.] Sic Littréus e cod. I. pro καὶ τοῖσι vulgatae.

τοῖσι ὑπὸ κωνώπων γιγνομένοισι μάλιστα ἴκελα ἀναδήγμασι.] Cod. C. participium γιγνομένοισι ante μάλιστα omittit, cuius fide suppressit Littréus. Factum nolim, nam non est additamentum librarii, sed contra vocabulum forte consulto omissum a descriptore codicis illius, sed etiamsi consulto omissum sit, sine idonea causa est factum.

ταῦτα δὲ διετέλει.] Ita ex uno ms. Littr.; ceteri δέ omittunt.

εἶδον τοιαῦτα ἐξανθήσαντα.] Littr. hic ταῦτα dedit e cod. C. Duo libri Parr. et Voss. ἐξανθήματα, quod non praestat.

γυνὴ δὲ οὐδεμία ἀπέθανε, ἣ ταῦτα ἐγένετο, βαρυήκοοι

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 623 sur 880

©BIUM

ταῦτα ἐγένετο· βαρυήκοοι δὲ ἦσαν καὶ κωματώδεες, ἦσι ἔμελλε ταῦτα ἔσεσθαι, οὐ μὴν τὸ ξύμπαν διετέλεον. Πρόσθεν δὲ οὐ κάρτα ἦσαν κωματώδεες· κωματώδεες [1] δὲ καὶ ὑπνώδεες τοῦ θέρεος καὶ μέχρι πληϊάδων δύσιος· ἔπειτα μὴν ἀγρυπνίαι μᾶλλον. Ἀτὰρ οὐδὲ τὸ ξύμπαν [2] ὑπὸ τῆς καταστάσιος ταύτης ἔθνησκον. Κοιλίην μὲν οὖν οὐκ ἐνεδέχετο οὐδὲ τοῖσι γεύμασι ἱστάναι, ἀλλὰ παρὰ λόγον ᾤετο ἄν τις ἰήσασθαι ξυμφέρειν, καίτοι ὑπέρπολλα [3] ἔστι οἷσι τὰ διιόντα ἦν. — — — —

Ἐν ψύχεϊ κεῖσθαι ἐπιβεβλημένον, ὡς ἕλκειν μὲν [4] τὸ ψυχρὸν, θάλπειν δὲ [τὸ τοιοῦτον [6] εἶδος] ἐκ προσαγωγῆς ἐπὶ μᾶλλον καὶ μηδὲν τῇ φύσι [7] πάθος γίγνεσθαι.

Ἐφ' οἷσί τε καὶ ὁκοῖα τὰ σημεῖα καὶ πλείω ἢ μείω γιγνόμενα, χάσμη, βὴξ, πταρμὸς, σκορδίνημα, ἔρευξις, φῦσα, πάντα τὰ τοιαῦτα [8] διαφέρουσι.

[1] δέ om. — [2] ἀπό. — [3] ἔστι om. — [4] τῷ ἐν. — [5] τό om. — [6] εἶδος om. — [7] πάθει γενέσθαι. — [8] διαφθείρουσι.

rescere vidi; mulier vero nulla mortua est, cui haec contigerant; hebetiore vero auditu et soporosae erant, quibus ista evenire debebant, neque tamen in totum esse pergebant. Antea vero non valde soporosae erant, sed aestate et ad vergiliarum occasum usque in soporem et somnum pronae erant; postea tamen vigiliae potius. Verum neque prorsus ob istam temporis constitutionem moriebantur. Alvum igitur non licebat sistere, ne per ea quidem, quae pro alimento assumebantur; sed citra rationem quis putavisset prodesse (alvi fluxum) sanare, quamquam nonnullis permulta erant ea, quae effluxerunt. — — — —

Loci sunt corrupti et admodum incertae lectionis.

δὲ ἦσαν.] Haec vulgata est lectio, nisi quod τε in δέ mutavi pone βαρυήκοοι. Littréus exhibuit cod. C. lectionem: ἦ ταῦτα ἐγένετο. Ὅτε δὲ ταῦτα ἐγένετο βαρυήκοοί τε ἦσαν κ. τ. λ. Quod auctorem dedisse non credo; impedit, quominus faciam, quod infra legitur ἦσι ἔμελλε ταῦτα ἔσεσθαι, displicet etiam repetitio verborum ταῦτα ἐγένετο, quippe cum facili orationis cursu in hoc fragmento non congruit. Codicis C. lectio libri descriptori rursus debetur, qui plura quam par erat movit.

βαρυήκοοι δὲ ἦσαν καὶ κωματώδεες, ἦσι ἔμελλε ταῦτα ἔσεσθαι, οὐ μὴν τὸ ξύμπαν διετέλεον. Πρόσθεν δὲ οὐ κάρτα ἦσαν κωματώδεες· κωματώδεες δὲ καὶ ὑπνώδεες τοῦ θέρεος καὶ μέχρι πληϊάδων δύσιος.] Ceteri βαρυηκοοί τε ἦσαν καὶ κωματώδεες· πρόσθεν δὲ οὐ κάρτα ἦσαν κωματώδεες, ἦσιν ἔμελλε ταῦτα ἔσεσθαι· οὐ μὴν δὲ σύμπαν διετέλεον· κωματώδεες δὲ καὶ ὑπνώδεες τὸ θέρος καὶ μέχρι πληϊάδων δύσιος. — In his unus cod. I. τὸ θέρεος, unde τοῦ θέρεος scripsi, ut initio §. τοῦ θέρεος καῦσοι ἐπεδήμησαν πολλοί. — In reliquis nihil mutavi, nisi quod membra periodi, quae inepta consecutione descripta sunt in vulgata, ad debitum ordinem redegi. Nimirum cum superioribus pugnant verba πρόσθεν δὲ οὐ κάρτα ἦσαν κωματώδεες, ἦσι ἔμελλε ταῦτα ἔσεσθαι, nam ante aestatem illa τρηχύσματα, in quibus, aut potius ante quae apparebat illud κῶμα, non fuerunt observata. Tum vero unusquisque semel admonitus videt coniungi debere βαρυήκοοι δὲ ἦσαν καὶ κωματώδεες, ἦσι ἔμελλε ταῦτα ἔσεσθαι, οὐ μὴν τὸ ξύμπαν διετέλεον. Hae causae sunt, cur de meo locum dederim, quemadmodum iam in contextu descriptus est.

κοιλίην μὲν οὖν οὐκ ἐνεδέχετο οὐδὲ τοῖσι γεύμασι ἱστάναι.] Hic Littréus e cod. C. edidit οὐδ' ἐν τοῖσι γεύμασι ἱστάναι, sed sine dubio vulgata lectione deterius est; ἐν omnino otiose invectum.

ἔστι οἷσι τὰ διιόντα ἦν.] Haec vera est lectio a Littréo e cod. C. recepta pro vulgato ἔστι οἷσι τάδ' ἰόντα ἦν.

Ἐν ψύχεϊ κεῖσθαι — γίγνεσθαι.] Descriptio morbi epidemici hic abrumpitur et nova rerum series inchoatur; sequuntur enim monita universalia de rebus diversissimis. Loco autem nostro vulgo: τῷ ἐν ψύχει κεῖσθαι, quod cum fine epidemii morbi enarrationis perperam haec coniungebant. Lind. et Littr. dederunt τό, hic e cod. C., sed mihi totus articulus illatus videtur a librariis perperam ea cum superioribus connectentibus. Ceteris, quae mutavit Littréus, ἐπιβεβλ. e Cod. C. pro ὑποβεβλημένον (conf. Ep. VI. 4. 14.) et ἕλκῃ et θάλπῃ pro ἕλκοι et θάλπει adsentirer, modo εἶδος re vera periodi finem faceret. Sed sequentia in vulgata ἐκ προσαγωγῆς ἐστὶ (ἐπὶ Gal.) μᾶλλον καὶ τὸ μηδὲν τῇ φύσει πάθει (πάθος Gal., Lind., Littr., πάθη cod. C.) γίγνεσθαι ad eandem pertinent sententiam, unde parum recte divelluntur. Etenim periodus Ἐκ προσαγωγῆς ἐστι μᾶλλον καὶ τὸ μηδὲν τῇ φύσει πάθος γίγνεσθαι, quam ita dedit Littréus, sensu idoneo prorsus destituitur. Unde factum est, ut locum ad eum, quo descripsi, modum refingerem. Quae uncis inclusa descripsi additamentum sunt recens, prorsus supervacaneum. Theoriam auctoris esse puto, frigus internum e corpore ita extrahi, calorem vero internum stragulis sensim foveri et augeri, quum colligatur, nec dissipetur, et sensim facto caloris incremento a noxis tutam servari aegri naturam.

ἐφ' οἷσι — διαφέρουσι.] Pro ἐφ' οἷσι Gal. legit ἐφ' ἧσι; patet inde, antiquos item in eiusmodi locorum corruptorum explicatione haesisse. — Διαφέρουσι dedit Littréus e cod. C.

Ἧισι ἐν πυρετοῖσι ἀσώδεσι, φρικώδεσι, ἐρεύθονται πρόσωπα, κοπιώδεες, ὀμμάτων ὀδυνώδεες, καρηβαρίαι, παραπληγίαι· καὶ γυναικεῖα, ἢν ἐπιφαίνηται, μάλιστα δὲ ἧσι πρῶτον, ἀτὰρ καὶ παρθένοισι καὶ γυναιξὶ, ἧσι διὰ χρόνου, ἀτὰρ καὶ ἧσι [2]μὴ ἐν ᾧ εἴθισται χρόνῳ, ἢ ὡς [3]δεῖ, ἐπιφαίνονται, — ἔπειτα ἔξωχροι γίγνονται.

Μέγα δ' ἐν ἅπασι καὶ τὸ ἐξῆς καὶ ἐν ᾧ χρόνῳ καὶ ἐφ' οἷσι.

Τοῖσι πάνυ χολώδεσι ἐν πυρετοῖσι μάλιστα, [1][ὅλως] ἐπὶ σκέλεα ἡ κάθαρσις.

β'. Φαρμάκων [5]δὲ τρόπους ἴσμεν, ἐξ ὧν γίγνεται ὁκοῖα ἄσσα· οὐ γὰρ πάντες [6]ὁμοίως, ἀλλ' ἄλλοι ἄλλως εὖ κεῖνται· [7]καὶ ἄλλα, ὅσα πρωϊαίτερον, ἢ ὀψιαίτερον λῃφθέντα· [8]καὶ οἱ διαχειρισμοὶ, οἷον [9]ἢ ξηρᾶναι, ἢ κόψαι, ἢ ἑψῆσαι· καὶ τὰ τοιαῦτα ἐῶ τὰ πλεῖστα [10]καὶ ὁκόσα ἑκάστῳ καὶ ἐφ' οἷσι νοσήμασι, καὶ ὁπότε τοῦ νοσήματος, ἡλικίην, [11]εἴδεα, δίαιταν, [12]ὁκοίη ὥρη ἔτεος καὶ ἧτις καὶ ὁκοίως ἀγομένη καὶ τὰ τοιαῦτα.

[1] ἢν ἐπιφέρηται. — [2] μέν. — [3] δή. — [4] ὅλως οἷσι. — [5] τε. — [6] ὁμοίως om. — [7] καὶ ἄλλοι. πρωΐτερον ἢ ὀψίτερον. — [8] διαχειρισμοῖσι sine καὶ οἱ. [9] ἢ om. — [10] καί om. — [11] ἰδέαν. — [12] ὁ ποὺς ὥρη.

pro vulgato διαφθείρουσι, nempe contulit locum ex Ep. VI. 5, l., ubi οὐ τοῦ αὐτοῦ παντάπασι τρόπου. Certum est, vulgatam lectionem διαφθείρουσι in nexu verborum, qualem hodie habemus, sensum sanum non praebere; non tamen quidquam affirmare audeo de lectione, quam, ut aliquid darem, iam consentienter cum Littréo exhibui. Ne certus quidem sum, locum ex Ep. VI. ab omni dubitatione vindicare lectionem cod. C., quum fieri etiam possit, ut διαφθείρουσι verum sit, sed reliqua simul ita sint corrupta, ut nexum huius verbi cum reliquis intelligere non amplius possimus. Quodsi διαφέρουσι verum sit, quidni καὶ εἰ πλείω ἢ μείω scripsit auctor? Quare non πάντα τὰ τοιαῦτα διαφέρει scripsit? Solet enim cum subiecto neutro plurali verbum sing. num. coniungi. — Forte et in Ep. VI. et in cod. C. diversae quidem aetatis, sed recentiorum tamen, habemus loci scripturas. — Ego hic plane dubius sum. Cf. adnn. ad Ep. VI. l. l.

ἧσι — γίγνονται.] In priore membro huius periodi structuram habemus, qualem a viro Graece scribente non exspectas; in altera vitii suspicionem confirmat duplex ἀτὰρ καί et ἧσι διὰ χρόνου et ἧσι μὴ ἐν ᾧ εἴθισται χρόνῳ, quae duplicem eiusdem membri lectionem referunt. Verbo librarii omnia miscentes suum obtinuerunt. Vellem fere: Ἧισι ἐν πυρετοῖσι ἀσώδεσι ἐρεύθονται πρόσωπα, κοπιώδεσι, ὄμματα ὀδυνώδεσι, καρηβαρικῇσι, παραπληγίαι γίγνονται· καὶ γυναικεῖα ἢν μὴ ἐπιφαίνηται, μάλιστα μὲν παρθένοισι, ἧσι πρῶτον, ἀτὰρ καὶ γυναιξὶ, ἧσι μὴ ἐν ᾧ εἴθισται χρόνῳ, ἢ μὴ ὡς δεῖ, ἐπιφαίνωνται· — ἔπειτα δ' ἔξωχροι γίγνονται.

2. *Locus prave scriptus.*

μέγα δ' ἐν ἅπασι — καὶ ἐφ' οἷσι.] In his de meo τὸ καὶ ἐξῆς in καὶ τὸ ἐξῆς mutavi. Forte lacunae signa initio ponenda et etiam in fine. Si διαφέρουσι eo loco, de quo supra dixi, veram lect. referat, paene putaveris, hanc sententiam olim statim verbo διαφέρουσι fuisse subiunctam.

τοῖσι χολώδεσι — ἡ κάθαρσις.] Vulgo ὅλως οἷσι, quas voculas Lind. transtulit ad finem superioris periodi. Rectius sane Littréus οἷσι delevit, collato loco ex Ep. IV. 20., ubi eadem leguntur. Num quid pone κάθαρσις deficiat, non discerno, sed dubito de lacuna: ὅλως in dittographia ad μάλιστα adscriptum videtur tum hic, tum l. l. ex Ep. IV.

2. Φαρμάκων — καὶ τὰ τοιαῦτα.] Percurramus singula membra huius capituli, varias lectt. praecipuas tradentes et circumspicientes, num ea, quae legimus, intelligamus, nec ne. In primo membro Φαρμάκων — ἄσσα vulgo τε legitur, ubi cum Lind., Litrr., e Gal. δέ exhibui. Lind. ὁποῖα καὶ ἄσσα dedit, quam lectionem e duobus mss. adnotat Littréus, licet eam non receperit; mihi quoque ὁκοῖα ἄσσα legendum videtur. In verbis οὐ γὰρ πάντες ὁμοίως — εὖ κεῖνται e vulgata lect. ὁμοίως abest, sed e Gal. est adscriptum a Littréo. Pro εὖ κεῖνται Gal. et Lind. συγκεῖνται: equidem puto συγκεῖνται ad melius quid ducere, sed quid velim patebit ex emendatione loci, quam infra proponam. In tertio membro καὶ ἄλλα — ληφθέντα, vulgo καὶ ἄλλοθι sine ὅσα addito, — Littréus vero e Gal. dedit καὶ ἄλλα ὅσα, quod iam Lind. exhibuerat. Equidem reliqui textum, qualem Littr. et Lind. dederunt, non quia scio, hanc lect. prae vulgata praestare, sed ne quid moveam in tenebris, nam ego neque hanc lectionem, neque vulgatam intelligo. In seq. membro

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 625 sur 880

©BIUM

γ'. Ζωΐλῳ τῷ παρὰ τὸ τεῖχος ἐκ βηχὸς πεπείρης πυρετὸς ὀξὺς καὶ προσώπου ἔρευθος, καὶ κοιλίη ἀπολελαμμένη, πλὴν πρὸς ἀνάγκην· πλευροῦ ὀδύνη ἀριστεροῦ καὶ οὖς κατ' ἴξιν ὀδυνῶδες πάνυ καὶ [1] κεφαλὴ οὐ τοσούτῳ. [2] Πτύων διὰ παντὸς ὑπόπυον ἐνόσει. Ἀλλὰ τὰ ἄλλα ἐκρίθη καὶ κατὰ οὖς ἐρράγη πῦον πουλὺ περὶ ὀγδόην, ἢ [3] ἐνάτην. Αἱ δ' ἀρχαὶ τῆς ἐνάτης ὀδύνης τοῦ ὠτὸς [4] τέλος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἄνευ ῥίγεος ἡ κρίσις· ἵδρωσε κεφαλὴν κάρτα καὶ οὗτος.

3. Zoïlo, qui ad murum habitabat ex matura tussi febris acuta suborta est et faciei rubor, alvusque intercepta nil nisi coacta reddebat. Lateris sinistri dolor, et auris, quae e directo erat, vehementer dolebat.....

δ'. Ἐμπεδοτίμῃ [5] ξὺν καύσῳ ἀριστεροῦ πλευροῦ ἄνω, ἅμα ὠτὶ, [6] ὀδύνη μάλιστα κατ'

4. Empedotimae cum febre ardente doluit sinistrum latus in superiore parte, una cum aure,

[1] κεφαλῆς. — [2] πτύον. — [3] ἐννάτην et paulo post eadem forma. — [4] τέλος abest. — [5] ξύγκαυσις καὶ ἐρ. — [6] ἀνοδύνη.

καὶ οἱ διαχειρισμοί est lectio Gal., quam Lind. et Littr. item amplexi sunt pro vulg. διαχειρισμοῖσι sine copula et articulo. Paulo inferius pro ἐῶ Gal. εὖ, sed in lib. de ther. ad Pis. vol. XIV. p. 228. Ed. Kühn. habet: ἕως τὰ πλεῖστα μειώσει πλείω καὶ ὁκοῖα ἑκάστῳ. Quibus tamen nullam adhibeo fidem, quemadmodum neque sequentibus ibid.: καὶ ἐφ' ᾗ τε τοῦ νοσήματος ἡλικίᾳ, ἰδέᾳ καὶ διαίτῃ ὁκοίᾳ, ἢ ὥρῃ ἔτεος, ὁκοίως ἄγωμεν καὶ τὰ τοιαῦτα, nisi quod ἄγωμεν in his advertit. — Ecce! loci partes singulas persecuti sumus, in pluribus plura obscura sunt; universum autem locum, quemadmodum hucusque editus fuit, nemo intelligit. Emendatio incerta est, quia locum extra omnem nexum cum iis, quibuscum aliquando cohaeserit, iam habemus. Ita statim ἴσμεν initio et ἐῶ, quod dein occurrit, num re vera ab auctore profecta sint, nescio; forte ἴσμεν ex ultima litera antecedentis τρόπους et μέν ortum est. — Fortasse eiusmodi quid scriptum fuerit: Φαρμάκων δὲ τρόπους μὲν, ἐξ ὧν γίγνεται ὁκοῖα ἅττα, — οὐ γὰρ πάντα ὁμοίως ἀλλ' ἄλλα ἄλλως συγκεῖται, — καὶ ὅσα πρωϊαίτερον, ἢ ὀψιαίτερον ληφθέντα ἐργάζεται, καὶ τοὺς διαχειρισμοὺς, οἷον ἢ ξηρᾶναι, ἢ κόψαι, ἢ ἑψῆσαι, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐῶ τὰ πλεῖστα, — καὶ ὁκόσα ἑκάστῳ καὶ ἐφ' οἷοισι νοσήμασι, καὶ ὁκότε τοῦ νοσήματος καὶ ἐφ' οἵῃ τε ἡλικίῃ τε καὶ εἴδεϊ καὶ διαίτῃ ὁκοίῃ καὶ ὥρῃ τοῦ ἔτεος καὶ ὅκως προσάγομεν, καὶ τὰ τοιαῦτα. — Certi tamen nihil affirmo, nisi id unum, textum loci in Edd. et libris intelligi non posse.

3. καὶ κεφαλὴ οὐ τοσούτῳ. Πτύων διὰ παντὸς ὑπόπυον ἐνόσει.] Prior pars huius morbi historiae integra est, sed ab his verbis inde vitia scripturae cernuntur. Librarius aliquis iam antiquo tempore hîc veterem scripturam aegre discernens partim eius reliquias dedit, partim de suo aliena intrusit. Videbimus de singulis, quae offendunt, ab his incipientes. — Ac in verbis, de quibus iam agimus, οὐ τοσούτῳ sensum quidem praebet, nec tamen integrum est. Si nexum cum sequentibus cogito, opinor historiae auctorem dedisse aliud quid: advertit multorum codd. et Edd. antiquarum lectio κεφαλῆς, nec tamen puto inde deducendum esse, quod quis facile coniiciat, πλευροῦ ὀδύνη ἀριστεροῦ καὶ κεφαλῆς κ. τ. λ. — Sed in οὐ τοσούτῳ puto repetitionem esse pronominis οὗτος, auctorem vero scripsisse πλευροῦ ὀδύνη ἀριστεροῦ καὶ οὖς κατ' ἴξιν ὀδυνῶδες πάνυ καὶ κεφαλή. Οὗτος πτύων διὰ παντὸς ὑπόπυον ἐνόσει. — Sentio fore qui vanam esse emendationem proclament loci, qui sine hac sanum sensum praebeat; videant autem, num apud hos scriptores illud οὐ τοσούτῳ s. τοσοῦτο, uti in Kühniana legitur, alio loco ita positum legerint, et an οὐ τοσούτῳ pone πάνυ, praecedente copula καί, apte inferatur; tum etiam videant, num apte πτύων διὰ παντὸς κ. τ. λ. sine praemisso pronomine legatur; denique an ουτοσουτω facile e repetitione pronominis oriatur. Est forte dittographia οὗτος et οὕτω. Patebit praeterea, nos in media locorum corruptione hic versari.

ἄλλα τὰ ἄλλα ἐκρίθη.] Neque hoc scripsisse auctorem, sed rursus e syllabarum repetitione erronea ἀλλά natum esse opinor, pristinam vero scripturam fuisse τὰ δ' ἄλλα ἐκρίθη Sin obiicias, me ipsum in emendatione §. superioris ἀλλ' ἄλλα ἄλλως συγκεῖται dare, dicam, non ab uno homine illud capitulum esse descriptum et hanc hist. morbi. Haec pertinet ad veterem epidemiae descriptionem, cuius fragmenta duo iam habuimus et quae a viro satis bene Graece scribente literis mandata sunt.

Αἱ δ' ἀρχαὶ τῆς ἐνάτης ὀδύνης τοῦ ὠτὸς τέλος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἄνευ ῥίγεος ἡ κρίσις· ἵδρωσε κεφαλὴν κάρτα καὶ οὗτος.] In hisce ea lectionis est varietas, ut τέλος abesse soleat, exhibuit vero Lind., forte e Calvo, qui „doloris finis fuit" Latine, exhibuit etiam Littréus. Cod. C. pro ἡ κρίσις legit ἐκρίθη. Voculas καὶ οὗτος ad seq. hist. morbi referre solent; ego huc retraxi, qua de re plura dicam ad § sequentem. — Offendunt in his plura: primum quaero, credendumne sit, grandiloquam formulam, qualem αἱ ἀρχαὶ τῆς ἐνάτης ὀδύνης τοῦ ὠτὸς τέλος, dedisse auctorem, simpliciter casus morborum describentem et simplici oratione in reliquis utentem? Imo vero si oraculi responsum hic haberemus, vix magis solenni oratione proferri potuisset. — Offendit porro οὐκ οἶδ' ὅπως, de qua formula iam monui ad § 3. sectionis secundae. Quodsi ceterum quaeras ex me, num quem modum noverim corruptelam tollendi, fateor me incertum esse. Possum proferre orationem, quae magis conveniat cum solito dicendi genere horum fragmentorum: v. c.: οὗτος πτύων διὰ παντὸς ὑπόπυον ἐνόσει· τὰ δ' ἄλλα ἐκρίθη καὶ κατὰ οὖς ἐρράγη πῦον πουλὺ περὶ ὀγδόην· τῇ δ' ἐνάτῃ ἡ ὀδύνη τοῦ ὠτὸς ἔλαβε· ἄνευ ῥίγεος ἡ κρίσις· ἵδρωσε κεφαλὴν κάρτα καὶ οὗτος. Sed nihil certi affirmo, nisi id unum, textum vulgatum esse corruptum.

4. Ἐμπεδοτίμῃ ξὺν καύσῳ ἀριστεροῦ πλευροῦ ἄνω, ἅμα ὠτὶ, ὀδύνη.] Littréus ad h. l. provocat ad Foës., qui in adn. retulit e cod. vetere lectionem vocularum καὶ οὗτος, quae ad superiorem §. retulimus, ita ac habentem: καὶ ὠτός. Itaque iunxit καὶ ὠτὸς ξύγκαυσις: nimirum ξύγκαυσις vul-

©BIUM

ὠμοπλάτην, ἀτὰρ καὶ ἔμπροσθεν. Πτύαλα πολλὰ κατ' ἀρχὰς [1] ἔπτυε ἀνθηρὰ καὶ ἀμφὶ ἑβδόμην ἢ ὀγδόην [2] ἐπὶ τὰ πέπονα. Κοιλίη ἐστήκει μέχρις ἀμφὶ ἐνάτην ἢ δεκάτην. [3] Ἡ ὀδύνη ἀνίει, τὸ οἴδημα ἀπέσβη καὶ ἱδρώτια ἐγένετο, οὐ μὴν ἔκρινε ..... δῆλον δὲ ἦν καὶ ἄλλοισι καὶ τῇ ἐξόδῳ· περὶ γὰρ ἀρχομένην τὴν τοῦ ὠτὸς ὀδύνην καὶ ἡ γαστὴρ ἐπεταράχθη· ἐρράγη δὲ ἐκ τοῦ ὠτὸς ἐνάτῃ καὶ ἐκρίθη τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἄνευ ῥίγεος ἡ νοῦσος· [4] ἀτὰρ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ καὶ τὸ πτύελον λαβρότερον ἦει, ἐπεὶ τὸ οὖς ἐρράγη, καὶ πεπειρότερον· ἱδρῶτες δὲ καὶ ἔπειτα ἐπὶ πουλὺν χρόνον τῆς κεφαλῆς ἐγένοντο· ἐξηράνθη ὡς τρίτῃ.

maxime ad scapulam, verum etiam in anteriore parte. Initio multa sputa florida et circa diem septimum vel octavum in coctionem tendentia. Alvus constiterat usque ad diem circiter nonum, vel decimum. Dolor remisit, tumor exstinctus est, sudorque parcus exortus, qui tamen iudicationem non attulit..... patebat autem tum ex aliis rebus, tum exitu: nam circa initia doloris auris etiam alvus deturbata est; erupit autem ex aure pus die nono et iudicabatur die decimo quarto morbus sine rigore: eodem vero die etiam sputum copiosius prodiit, quum ex aure pus fluxisset, et magis coctum: sudores vero etiam postea per longum tempus in capite orti sunt: siccabantur circa diem tertium.

Ὁκόσα ἄσημα ἀφανίζεται, δύσκριτα· [5] οἷον τῇ τοῦ Πολεμάρχου παιδίσκῃ [6] τὸ ἐρυσίπελας.

Quaecumque absque iudicationis significatione evanescunt, difficulter decernunt, quemadmodum Polemarchi ancillae erysipelas.

ε'. Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ, [7] κακοὶ, πλὴν τῶν ἐφημέρων· [καὶ [8] οἱ ἐπὶ πυρετοῖσι βου-

5. Febres ex glandularum tumoribus ortae, praeter diarias, malae. [Et glandularum tumores

[1] πτυέντα ἀνθ. — [2] ὑπειτα ἐπίπονα. — [3] ἡ ὀδ. ἀπέσβη. οἴδημα ἐνήει. — [4] τῇ ἀ. ἡμ. ἀτὰρ καί. — [5] καὶ οἷον τῇ. — [6] τό abest. — [7] κακόν. — [8] οἱ om.

gata est lectio, pro qua ξύγκαυσος Gal. — Iam vero primum dicam, ἵδρωσε κεφαλὴν κάρτα καὶ οὗτος in fine superioris historiae congruere cum extremis huius §. ἱδρῶτες δὲ καὶ ἔπειτα ἐπὶ πουλὺν χρόνον τῆς κεφαλῆς ἐγένοντο: scilicet ante hist. antecedentis §. plures iam casus descripti fuerint, hodie deperditi, in quibus illud signum observatum fuerit, Tum vero pergo dicere, prorsus ineptum esse ὠτὸς ξύγκαυσις, meque istae dictioni tum demum fidem adhibiturum, cum certis eam exemplis confirmatam videro. Nomen proprium esse ἐμπεδοτίμη, quod in aliis libris prave scriptum legitur, docuit L. Dindorf. in Thes. Steph. — Pro codd. lect. ἀνωδύνη, ἀνοδύνη, ἂν ὀδύνη recte solum ὀδύνη Littreus, quem sequor. Ceteri καὶ ἀρ. πλ. ὀδ., sed otiosum καί, quod corrupto ξύγκαυσις debetur, delevi. Quo modo factum sit, ut nemo e ξύγκαυσις hucusque ξὺν καύσῳ effecerit, non capio.

πτύαλα πολλὰ κατ' ἀρχὰς ἔπτυε ἀνθηρά.] Codd. πτυέντα ἀνθηρά, quae vero forma sit πτυέντα nemo docet; est autem hoc sensu cassum. Codd. C. H. lectio ἔπτυεν omnino refert id, quod in corrupto πτυέντα latet: nempe augmentum ε pone σ superioris nominis periit et τα non est nisi articulus otiose invectus.

ἐπὶ τὰ πέπονα.] Vulgo ἐπεὶ τὰ ἐπίπονα, sed cod. C. ἐπὶ τὰ ἐπὶ πέπονα, unde Littréus recte quod item exhibui.

ἀμφὶ ἐνάτην, ἢ δεκάτην.] Paulo superius ἀμφὶ ἑβδόμην, ἢ ὀγδόην: de duplicibus hisce numeris cf. quae ad § 3. sect. II. huius libri adnotavi.

ἡ ὀδύνη ἀνίει, τὸ οἴδημα ἀπέσβη.] In codd. verba ἀνίει et ἀπέσβη sedem invicem commutaverant: ἀποσβῆναι de dolore non dicitur, neque ἀνιέναι de tumore, sed contra cf. Ep. I. initio: κατέσβη πᾶσι ἀσινέως, οὐδ' ἐξεπύησε οὐδενί.

οὐ μὴν ἔκρινε ..... δῆλον δὲ ἦν κ. τ. λ.] Codd. haec uno tenore descripta ferunt et δῆλα legunt. Verissime Littréus animadvertit, in hac § non unam esse hist. aegrotantis, sed duas. Credo autem h. l. finem prioris lacunosum coaluisse cum principio alterius item lacunoso. Tumor ἀπέσβη in priore hist., in altera ἐρράγη δὲ ἐκ τοῦ ὠτός et ἐπεὶ τὸ οὖς ἐρράγη legimus. Haec non congruunt. Praeterea in priore κοιλίη ἐστήκει μέχρις ἀμφὶ ἐνάτην, ἢ δεκάτην, — in altera περὶ γὰρ ἀρχομένην τὴν τοῦ ὠτὸς ὀδύνην καὶ ἡ γαστὴρ ἐπεταράχθη. Haec item inter se pugnant. Puto igitur palam fieri, finem prioris et principium alterius historiae morbi deficere. — Sed quum principium alterius desit, δῆλα in δῆλον mutare non licuit! Hoc si obiicias, dicam me fecisse, quia plurale δῆλα invectum videtur a librariis propter antecedens ἱδρώτια.

ἀτὰρ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ καὶ τὸ πτύελον λαβρότερον ἦει κ. τ. λ.] Cett. τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ· ἀτὰρ καὶ τὸ πτ. λαυρότερον ἦει. Referunt igitur ad superius καὶ ἐκρίθη τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡ νοῦσος illud τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ, quod absurdum. Vocabula transposita sunt a librariis. Formam λαβρότερον de meo restitui.

ἐξηράνθη ὡς τρίτῃ.] Dici videtur de sudore capitis et tertio post crisin die.

οἷον τῇ.] Vulgo καὶ οἷον τῇ. Copulam omm. Lind., Littr.; etiam e cod. C. exsulat. De meo τὸ ἐρυσίπελας dedi, ceteris articulum non habentibus.

5. οἱ — παρακμάσαντες.] In his κακοί recepi ex uno cod. Par.; cett. κακόν. Prior pars huius loci refert Aph. IV. 55., e quo πάντες ante κακοί omissum est. Sequentia a recentiore antiquae sententiae adsuta sunt, ad imitationem antitheseos de convulsionibus in Aph. 25. II. Mirum in mo-

©BIUM

βῶνες κακίονες ἐν τοῖσι ὀξέσι ἐξ ἀρχῆς παρακμάσαντες.]

ς'. Τὰ πνεύματα [1]ἐν ὑποχονδρίοισι ἔπαρσις μαλθακὴ καὶ ἔντασις οὐδετέρη· [2]ἐπ' αὐτῶν ἄνω στρογγύλον ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, οἷον [3]περιφέρεια ἀποπυητική. ἄλλο [4]μακρότερον ἐπὶ πλέον· ἄλλο κεχυμένον, ἄλλο κάτω ῥέπον, — καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ξύντασις μέχρι τοῦ ὀμφαλοῦ ἐν πάσῃ τῇ ἄνω ἴξι, [5]ἣν ἐπανάληται καὶ ἐπίληπται ἐς τὸ περιφερές. [6]Ἢν μὲν πνεῦμα ᾖ, ἀκρίτως λεπτύνεται [7]θέρμῃ· ἢν δὲ τοῦτο διαφύγῃ, ἐς ἐμπύησιν ὁρμᾷ.

ζ'. [8]Πυκνὸν πνεῦμα σμικρόν· μέγα ἀραιόν· ἔξω μέγα, ἔσω σμικρόν· [9]ἔσω μέγα, ἔξω σμικρόν· τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον· διπλῇ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσι· [10]θερμόν· ψυχρόν.

Ἰητήριον ξυνεχέων χασμέων μακρόπνοους· τοῖσι ἀπότοισι καὶ μόγις [11]πίνουσι μικρόπνους.

6. *Locus corruptus est.*

. . . . . .

7. Respiratio frequens et parva; magna et rara; extrorsum magna, introrsum parva; introrsum magna, extrorsum parva; haec quidem protensa, illa vero urgens; duplicata intro revocatio, qualis superspirantibus; calida aut frigida.

Locus incertae lectionis.

[1] ἐν om. — [2] καὶ πάντων ἄνω. — [3] περιφέρει ἀπὸ ποιητική. — [4] μακρότερον. — [5] ἢν ἐπανείληπται καὶ ἐπίληπται. — [6] θερμή. — [7] πυκνὰ πνεύματα σμικρὰ, μεγάλα ἀραιὰ ἔξεισιν, ἔξω. — [8] ἔσω — σμικρόν om. — [9] ἐν θερμῷ. — [10] πίνουσι om.

dum etiam postremum additur ἐν τοῖσι ὀξέσι ἐξ ἀρχῆς παρακμάσαντες, quum antecedat οἱ ἐπὶ πυρετοῖσι βουβῶνες; quin ne certus quidem sum, verba ἐν τοῖσι — παρακμάσαντες huc re vera pertinere. — Non me fugit, πυρετοὺς μακρούς etiam notos fuisse veteribus, sed id nihil huc. τὰ πνεύματα — ὁρμᾷ.] Hic locus pessime habitus est: videbimus primum de varr. lectt., tum de emendatione, si quidem nonnullis certe opem ferre speramus. Primo quidem ἐν ante ὑποχονδρίοισι e cod. C. a Littréo exhibitum est, ceteris praepositionem omittentibus. Pro μακρότερον Littr. e cod. C. exhibuit πρόμακρον, quae lectio non contemnenda, sed nihil tamen est, nisi correctio descriptoris illius libri. In sequentibus ἢν ἐπανάληται καὶ ἐπίληπται ἐς τὸ περιφερές pro priore verbo codd. multi et Lind. ἐπανείληται, unus vero liber ἐπανείληπται. Littréus καὶ ἐπανειλεῖται, nempe καί e cod. C., ceteris ἤν habentibus, et ἐπανειλεῖται de coniectura. Notandum, vulgatum ἐπανάληται et librorum ἐπανείληται idem esse, in priore vocabulo ει in α transiit, uti saepius factum est. Pro altero ἐπίληπται cod. C. ἐπείληπται, quod Littréus recepit, ἐπίλημπται libri tres, πείληπται unus. — Iam vero τὰ πνεύματα initio ex ἐκ πνευμάτων ortum puto; οὐδετέρη puto absumsisse particulam ἤ ante ἐπί, ipsam autem vocem οὐδετέρη adverbium esse opinor. Pone στρογγύλον aliquid desidero, v. c. οἴδημα. In verbo καὶ ἐπίληπται forte non nisi repetitio est superioris ἐπανείληται et in ἤν, quod hoc verbum praecedit, ᾗ latere videtur. In postremis miro modo ἢν δὲ τοῦτο διαφύγῃ, pro ἢν δὲ οὕτω μὴ λύηται; etenim sermo est de morbo, non de aegrotante. Itaque vix credo, primum auctorem, qui certe medicus fuerit et Graecus, tam inepta formula usum esse. Ceterum loco nostro duo tantum, quae in praecordiis continguntur, describuntur: alterum est tumor mollis sine contentione manifesta, a spiritu ortus; — alterum tumor formae sive rotundae, sive oblongae, sive diffusae, sive deorsum vergentis cum tensione: hic quidem si a flatu sit, calore dissipari dicitur, sin contra calore non dissipetur, in suppurationem transire. — Forte Graece eiusmodi quid datum fuerit:

Ἀπὸ πνευμάτων ἐν τοῖσι ὑποχονδρίοισι ἔπαρσις μαλθακὴ καὶ ἔντασις οὐδετέρη· — ἢ ἐπ' αὐτῶν ἄνω, στρογγύλον οἴδημα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, [οἷον περιφέρεια ἀποπυητικὴ] ἄλλο μακρότερον ἐπὶ πλέον, ἄλλο κεχυμένον, ἄλλο κάτω ῥέπον, — καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ξύντασις μέχρι τοῦ ὀμφαλοῦ ἐν πάσῃ τῇ ἄνω ἴξι, ᾗ ἐπανείληται ἐς τὸ περιφερές· κἢν μὲν πνεῦμα ᾖ, ἀκρίτως λεπτύνεται θέρμῃ, ἢν δὲ οὕτω μὴ λύηται, ἐς ἐμπύησιν ὁρμᾷ.

Quae uncis inclusi, recentius glossema referunt.

7. πυκνὸν — ψυχρόν.] Vulgata lectio est, quam e cod. V. excerpsi. Galeni lectio est ψυχρὸν pro vulgato ἐν ψυχρῷ. Mutationes, quas de meo intuli, hae sunt: πυκνὸν — ἀραιόν numero singulari scripsi, licet loco ex Ep. VI. 2. 3. item plur. num. in libris habeatur, quia seqq. singulari numero prolata ultro docent, auctorem periodi hunc numerum usurpavisse. Librarii, de spiritibus locum agere putantes, numerum pluralem dederunt et ἔξεισι invexerunt pro ἔξω. Ex Ep. VI. ἔσω μέγα, ἔξω σμικρόν revocavi, nolente licet Littréo; unusquisque videbit eiusmodi membrum facile a librariis omitti potuisse. Illud ἐν ψυχρῷ debetur perpetuae illi praepositionis ἐν intrusioni, quam saepissime observamus. Cum h. l. conferri debet C. 260.

ἰητήριον — μικρόπνους.] Cf. Epid. VI. 2. 4., ubi idem locus. In nostris his πίνουσι, quod e vulg. abest, additum est a Lind. et Littr. e Galeno. — Sed lectioni nullam fidem

η'. Κατ' ἴξιν καὶ πλευρῶν [1]ὀδύνη καὶ ἐντάσιες ὑποχονδρίων καὶ σπληνὸς ἐπάρσιες [2]καὶ ἐκ ῥινῶν ῥήξιες.

Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα.

Τὸ γοῦν πρῶτον σπληνὸς ἐπάρσις, ἢν μὴ ἐς ἄρθρα τελευτήσῃ, ἢ αἱμορραγίη γένηται, — ἢ ὑποχονδρίου δεξιοῦ ἔντασις, ἢν μὴ διεξοδεύσῃ οὖρα· αὕτη γὰρ [3]ἡ ἐγκατάλειψις ἀμφοῖν καὶ αἱ ὑποστροφαί.

Ἀποστάσιας οὖν ποιέειν [4]αὐτὸν μὴ γιγνομένας, — τὰς δὲ παρακλίνειν ἤδη γιγνομένας, — [5]τὰς δὲ ἀποδέχεσθαι, ἢν ἴωσι ἧ δεῖ καὶ ὁποῖα δεῖ, — καὶ ὁκόσα μὴ [6]σφόδρα, ξυνδρᾶν. — τὰς δὲ ἀποτρέπειν, ἢν πάντῃ ἀξύμφοροι ἔωσι, μάλιστα δὲ ταύτας μελλούσας, εἰ δὲ μή, ἄρτι ἀρχομένας.

θ'. Αἱ τεταρταῖαι αἱμορραγίαι, δύσκριτοι.

ι'. Οἱ διαλείποντες μίαν τῇ ἑτέρῃ ἐπιρριγεῦσι ἅμα κρίσι ἐκ τῶν πέντε εἰς τὰς ἑπτά.

8. Secundum directionem eandem et laterum dolor et contensiones praecordiorum et lienis tumores et sanguinis e naribus fluxiones.

Quae post iudicationes relinquuntur, recidivas facere solent.

Primum igitur lienum tumores, nisi in articulos desinant, vel sanguinis eruptio fiat; — vel praecordii dextri contensio, nisi urina exeat. Hae enim aut utrorumque reliquiae aut recidivae.

Oportet igitur ipsum abscessus facere, qui non fiant; — declinare nonnullos, qui iam fiant; — alios recipere, si procedunt uti oportet et qualia oportet; — qui vero non abunde prodeant, hos adiuvare, alios avertere, si prorsus inutiles sint; ac hos quidem maxime antequam erumpant, sin contra, iam fieri coeptos.

9. Sanguinis e naribus eruptiones, quae quarto die fiunt, difficilem faciunt iudicationem.

10. *Locus prave scriptus.*

[1] ἔντασις ὀδυνώδης. — [2] καί om. — [3] ἡ κατάληψις. — [4] αὐτὸν ἡγεύμενον. — [5] τὰς δέ om. — [6] σφόδρα om. et tum ξυνδρᾶν δέ.

tribuere licet, me iudice: quid sibi volunt in hoc verborum nexu μικρόπνους et μακρόπνους? sunt adiectiva, non substantiva, modo εὔπνους, ἄπνους, δύσπνους cogites. Scriptumne aliquando fuerit ita pro μακρόπνοια, μικρόπνοια? Sed ad res si attendas; prius membrum certe intelligis, alterum quid doceat, non intelligis; quid commune inter se habent spiritus parvus et τὸ ἄποτον εἶναι et μόγις πίνειν? Quae antithesis inter ista et τὰς χασμάς? Voluitne ἀπνόοισι et μόγις πνέουσι? Sed ne hoc quidem ἴήσεται τὸ πνεῦμα σμικρόν, verum signum rei erit? Nil video, quo me ex his difficultatibus expediam.

8. κατ' ἴξιν — ῥήξιες.] In his libri omnes καὶ πλευρῶν ἔντασις ὀδυνώδης, at vero ἔντασις in praecordiis fit, non in lateribus, itaque ex Ep. VI. 2. 5. emendavi. Manifesto librarius aliquis ἔντασις e seq. ἐντάσιες hic errore scripsit, tum ὀδύνη adposuit errore animadverso, inde alii vulgatam finxerunt. In καὶ ἐκ ῥινῶν ῥήξιες copulam ex Epid. VI. l. l. revocavi; ceteri eam omittunt. Hoc fragmentum in Ep. VI. aliis intermediis a sequente seiungitur. Non credo sententiam fuisse per se constantem; sed facile fieri possit, ut tum principio tum in fine lacunae signa ponenda sint, quum locus e nexu suo pristino cum aliis divulsus sit. In Ep. VI. rursus haec ipsa cum alienis aliis cohaerent.

Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μ. κρ. ὑπ.] Cf. Ep. VI. 2. 7. Aph. II. 12. Haec antiquior est sententia, ad quam recentiores adnotarunt ea, quae dein in hac § sequuntur.

ἢ αἱμορραγίη γένηται.] Vulgo hic γίνεται, Littr. ex Ep. VI. γίνηται; malui aor. dare, qui cum τελευτήσῃ congruit.

αὕτη γὰρ ἡ ἐγκατάλειψις ἀμφοῖν καὶ αἱ ὑποστροφαί.] Cett. h. l. κατάληψις, sed Ep. VI. ἐγκατάληψις. Iam vero si attendas ad ἐγκαταλιμπανόμενα in superioribus, sponte tibi patebit, ἐγκατάληψις h. l. truncate κατάληψις legi, illud vero ortum esse ex ἐγκατάλειψις, quod tum h. l. tum in Epid. VI. legendum. — Quod in cod. Sever. apud Foës. his subiungitur τουτέων εἰκότως, ex Ep. VI. est desumtum, ubi vide adnn.

ἀποστάσιας οὖν ποιέειν αὐτὸν μὴ γιγνομένας.] Vulgo ποιέεσθαι αὐτὸν ἡγεύμενον. Ac ἡγεύμενον quidem manifesto corrupte scriptum est e μὴ γιγνομένας, quod ex Ep. VI. recepi. Sed licet ibi quoque ποιέεσθαι legatur, ita tamen auctor loci scribere non potuit. Nempe ἀπόστασιν ποιέεσθαι optime Graece dicitur, sed valet solum ἀφίστασθαι, quod hic non spectatur, sed ἀποστάσιας ποιέειν, quod facit medicus, cum procurat ut abscessus fiant in aliis.

τὰς δὲ ἀποδέχεσθαι] Vulgo τὰς δέ om.; dedi cum Lind. e l. ex Ep. VI. et Gal. — Eadem auctoritate infra σφόδρα, quod in vulg. abest, restitui. Sunt eiusmodi lectionis diversitates nihil aliud, nisi omissiones librariorum.

9. αἱ τεταρταῖαι κ. τ. λ.] Cf. Epid. VI. 2. 8.

10. οἱ — ἑπτά.] In hisce ἐκ τῶν πέντε e simili loco Ep. VI. 2. 9. adscivi, unde etiam ἐς τὰς ἑπτά pro ἐς ἑβδόμην dedi. Cum his contulerunt dudum Aph. IV. 59. Coacam 148., quibus locis sermo est de tertianis quinto aut septimo paroxysmo finiri solitis. Eiusmodi quid hic spectari certum est; — certum etiam, nos iam habere lectionem, qua meliorem e traditione librorum loci utriusque in Ep. II. et Ep. VI. nancisci non possimus, sed lubens fateor, me locum non intelligere, neque coniicere, quid scriptum olim fuerit. Puto fere ἅμα κρίσι insiticium esse, et ortum inde, quod ἐπιρριγέειν ἅμα κρίσι dictio sit solennis his scriptoribus, ita ut librario hoc ob mentem versaretur et ἅμα κρίσι perperam adponeret; forsitan igitur iis exemptis edere deberes:

Οἱ διαλείποντες μίαν τῇ ἑτέρῃ ἐπιρριγεῦσι, ἐκ τῶν πέντε εἰς τὰς ἑπτὰ. . . . . .

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 629 sur 880

©BIUM

ια'. [1] Σκόπα ἐκ κορυζωδέων χολωδέων καὶ φάρυγγος φλεγμονῆς φλαυρῶς διαιτηθέντι, ἡ κοιλίη ἀπελήφθη καὶ πυρετὸς ξυνεχὴς ἐγένετο καὶ γλῶσσα εὐανθής· — ἄγρυπνος· ὑπόπτυκνον· ὑποχόνδριον ἤλγει καὶ ἀναπνέων καὶ στρεφόμενος· ἄνευ δὲ βηχὸς ἀνεχρέμπτετο ὑποπάχεα. [2] Ὀγδοαίῳ πέπλος δοθεῖσα ἀπὸ τοῦ ὑποχονδρίου μὲν ἀπῶσε, ἐπεραιώθη δὲ οὐδέν. Τῇ δὲ ὑστεραίῃ βάλανοι δύο προστεθεῖσαι οὐκ ἐφάνησαν· οὖρον δὲ παχὺ καὶ θολερὸν λείη καὶ ὁμαλῇ καὶ [3] ἔς τι καλῇ θολερότητι· ἥ τε γαστὴρ μαλακωτέρη ἦν καὶ σπλὴν ἐπηρμένος καὶ κατάρροπος ἐγένετο· ποτῷ ἐχρῆτο ὀξυγλύκει. Δεκάτῃ αἷμα ἐξ ἀριστεροῦ ὑδαρὲς, ὀλίγον ἦλθε· οὐ πάνυ δέ τι ὁ ἄρρωστος δι' αὐτὸ τοῦτο ὠφελήθη· καὶ οὖρον ὑπόστασιν ἔχον, [4] ἐν δὲ τῇ ὑποστάσι ὑπόλευκόν τι προσεχόμενον πρὸς τῷ ἀγγείῳ, λεπτὸν, οὔτε οἷον γονοειδὲς, οὔτε ἀνόμοιον· ἐρρύη τοῦτο βραχύ. Τῇ δὲ ὑστεραίῃ κριθεὶς, ἀπύρετος· καὶ ὑπῆλθε ὑπόγλισχρον τῇ ἐνδεκάτῃ, τό δέ τι περιρροῦν χολῶδες. Οὔρου δὲ κάθαρσις πολλὴ καὶ πλήθει καὶ ὑποστάσι καὶ πρὶν μὲν οἰνοποτέειν ἤρξατο, μικροῦ λάπῃ ὁμοίη.

11. Scopae post mucosorum et biliosorum exitum et faucium inflammationem ex improba victus ratione alvus restitit et febris continua prehendit; lingua rubra; insomnia conflictabatur. Infimi ventris valida contensio et aequalis, paulatim ad imum in dextra parte vergens. Respiratio erat subfrequens cum praecordiorum dolore inter spirandum et cum se converteret; absque tussi subcrassa exscreabat. Peplos octavo die exhibita praecordium quidem allevavit, sed nihil ex alvo prodiit. Postridie glandes duae appositae non prodierunt. Urina crassa erat et turbulenta, materie vero aequabili et laevis et aliquatenus bona. Venter autem mollior erat et lien intumuit suoque momento deorsum librabatur. Potu utebatur aceto mulso. Decima sanguis ex nare sinistra aquosus et paucus prodiit, quod aegro non magnum adiumentum attulit. Urina subsidentiam habebat, in qua subalbidum quiddam inerat tenue, matulae adhaerens, quod neque erat genitalis omnino simile, neque vero dissimile: effluxerat autem brevi intervallo. Postridie ex iudicatione a febre prorsus liber. Undecima vero viscidum aliquantulum subiit, circum quod biliosum quid circumfluebat. Multa urinae perpurgatio cum copia, tum etiam subsidentia, quae ante vini

[1] σκοπῷ. — [2] ὀγδοαίῳ om. — [3] ἔστι κοιλίη ἐν ὀ. — [4] ἐν τῇ ὑποστ.

Quomodo vero lacunam explere debeam, uon video et insuper suspicor corruptum esse ἐκ τῶν πέντε εἰς τὰς ἑπτά. Integrum esse possit, si liceat explere lacunam: περιόδους ἔχουσι. — Ad hunc modum:

οἳ διαλείποντες μίαν τῇ ἑτέρῃ ἐπιρριγεῦσι, ἐκ τῶν πέντε εἰς τὰς ἑπτὰ περιόδους ἔχουσι.

Mihi in mentem venit reputanti Coacam et Aph. l. l., sed nihil affirmo.

11. Σκόπα.] Ita nomen recte scripsit Littréus e cod. C., ubi σκοπαί; vulgo σκόπῳ.

καὶ γλῶσσα εὐανθής· — ἄγρυπνος·] In libris καὶ ἄγρυπνος; malui copulam omittere et puncto minore pone εὐανθής distinguere; nam ceteroquin καὶ ἄγρυπνος refertur tanquam subiectum ad ἐγένετο, quod fieri nequit in hocce vocabulorum nexu. Γλῶσσα εὐανθής hic idem, quod Ep. III. aegro 5, γλῶσσα ἐρυθρή.

ὑποχόνδριον ἤλγει.] Vulgo plur. num ὑποχόνδρια, sed Littr. e cod. C. singularem dedit.

ὀγδοαίῳ.] Adscripsit Littr. e libris duobus Parisiensibus; cett. omittunt vocabulum; forte in libris plurimis η' ante π vocabuli sequentis interiit.

βάλανοι δύο προστεθεῖσαι οὐκ ἐφάνησαν.] Nisi in ἐφάνησαν vitium lateat, — scilicet eiusmodi dictionem nusquam me legere memini, adeo ut aliquando ὠφέλησαν coniicerem, — ex h. l. efficio, veteres supposuisse glandes ita ut penitus immitterent in intestinum rectum, nec quidquam glandis suppositae extus conspici posset. Hoc demum modo si rem nobis repraesentemus, intelligimus nostrum οὐκ ἐφάνησαν; debuissent enim glandes φανῆναι, si materies ex alvo exonerata fuisset. Quin tamen si quid eiusmodi auctor innuisset, potius ἀνεφάνησαν, κάτω ἀνεφάνησαν aut eiusmodi quid exspectaveris.

καὶ ὁμαλῇ καὶ ἔς τι καλῇ θολερότητι.] Vulgatam in varr lectt. cod. V enotavi; Littréus locum recte emendavit e cod. C., in quo ἑστηκάλη θολερότητι.

οὐ πάνυ δέ τι ὁ ἄρρωστος δι' αὐτὸ τοῦτο ὠφελήθη.] Ita haec dedit Littr. e Gal. comm. In vulgata οὐ πάνυ δέ τι ἄρρωστος αὐτὸ τοῦτο excidisse videtur ὠφέλησε, dein ἄρρωστος pro accusativo scriptum esse: itaque haec sic se habuerit: οὐ πάνυ δέ τι τὸν ἄρρωστον αὐτὸ τοῦτο ὠφέλησε.

ἐν δὲ τῇ ὑποστάσι.] Haec vulgata librorum lectio; praestantior non est ὑπὸ δὲ τῇ ὑ., a Littréo invecta.

μικροῦ λάπῃ ὁμοίη.] Illud μικροῦ absolute h. l. ponitur eodem sensu quo μικροῦ δεῖν.

©BIUM

Διῆλθε δὲ τῇ ἐνδεκάτῃ [ὡς [1]ὀλίγων ἐόντων] γλίσχρα τε καὶ κοπρώδεα, θολερά· [τὸ τοιοῦτον] ἧει κρισίμως, ὅ τι καὶ τῷ Ἀντιγένεος ἐν Περίνθῳ.

ιβ'. Τὰ περὶ τὰς γλώσσας αἰρόμενα ξυστρέμματα καὶ [2]ταπεινὰ ἐόντα λιθίδια καὶ τὰ τοῖσι ποδαγρικοῖσι τὰ ἀσθενέα παρ' ἄρθρα ἐκείνων ἐστί· καὶ γὰρ ἡ ὀστέων φύσις καὶ τοῦ σκληρύνεσθαι τοῦτο αἴτιον καὶ [3]τοῦ ξυντείνεσθαι.

ιγ'. Τὸ τῆς Ἱπποκράτου ἐκ τεταρταίου ἐνιαυσίου ἀπεκορύφου· ὑπόψυχρος [4]φανερῶς δοκέουσα· ἔφοδος ἐπὶ πᾶν τὸ σῶμα καὶ ἱδρώς· ἐκρίθη ταύτῃ· καὶ μετὰ ταῦτα γυναικεῖα πλείω πλήθεϊ καὶ χρόνῳ· τότε γὰρ ἐπεῖχε· μὴ ἑστάναι ἔδοξε ἀπόστασις.

ιδ'. Ἐν [5]τῇσι φλυζούσῃσι αἱμορραγίῃσι σχῆμα εὑρετέον καὶ τὸ ξύμπαν εἰ ἐκ τοῦ [6]πάνυ κατάντεος ἄναντες ποιοῖτο. Διὸ καὶ αἱ ἀποδέσιες αἱ ἐν τῇσι φλεβοτομίῃσι ὀρμῶσι αἱ δὲ ἰσχυραὶ κωλύουσι [7]αἷμα.

[1] ὡς ὀλίγων ἰόντων γλίσχρα δὲ καί. — [2] τὰ πεινά. — [3] τὸ συντ. — [4] φάνερός. — [5] τοῖσι σφύζουσι αἱμορραγίσι σχ. εὑρύ τε ὄν. — [6] πάντη. — [7] οἶμαι.

usum tenui pituitae fere erat similis. Undecima vero prodierunt ex alvo materies stercoraceae et viscosae, cum conturbatione. Id quidem criseos modo prodiit, quod etiam contigit Antigenis filio Perinthi.

12. *Verba sunt sensu cassa.*

13. *Locus corruptus, sensu vacuus.*

14. *Locus prave scriptus.*

διῆλθε δὲ τῇ ἐνδεκάτῃ [ὡς ὀλίγων ἐόντων] γλίσχρα τε καὶ κοπρώδεα, θολερά· [τὸ τοιοῦτον] ἧει κρισίμως.] In his δὲ καὶ κοπρώδεα solita lectio est, quam de meo mutavi. Nimirum verba ὡς ὀλίγων ἐόντων, extra omnem structurae nexum illata, non nisi emblema sunt alienum, quod eximendum est e textu. De θολερά dubito; de urinis apte dicitur, de materie per alvum excreta si dicatur, ad modum quo prodeat referri poterit, sicuti Latine exprimere sum conatus, de ipsa materie vix dici posse videtur. In ὀλίγων habemus lect. multorum codd., ὀλίγον vulgatae omnino corruptum ex illo. Lind. δέ, quod in τε mutavi, omisit. — Τὸ τοιοῦτον item additamentum est recentius eiusdem generis, de quo dixi ad Prorrh. I. — Sitne iungendum θολερὰ ἧει κρισίμως?

12. τὰ περὶ — ξυντείνεσθαι.] Lind. τὰ περὶ τὰς ἀγκῶνας edidit et τά ante ἀσθενέα om. — Gal. om. γὰρ ἡ; — lectio τὸ συντείνεσθαι, quam e ms. V. enotavi, in pluribus Parr. vidit Littréus. Hic adnotat: „note obscure sur les concrétions." Imo vero locus ita corruptus est, ut eum pro desperato sibi relinquam. Video quidem, probabiliter παρ' ἄρθρα τὰ ἀσθενέα legendum esse et in τοῦτο forte ταὐτό latere; video quidem, ἡ ὀστέων φύσις e genitivo τῆς ὀστέων φύσιος verosimiliter esse natum, forteque in ταπεινά aliud quid latere, sed quomodo, etiamsi ἀγκῶνας legere liceret, e periodo sensum probabilem eliciam, non video. — Initium lacunosum videtur; num τὰ περὶ τὰς γλώσσας συστρέμματα intelligendum sit de *ranula*, quam vocant, et de calculis salivalibus, huius causis, nescio. Ut brevi dicam, locus ita se habet ut certi nihil de eo affirmari posse mihi videatur. Meras hic tenebras, non propter scriptoris ipsius orationem, sed sine dubio propter corruptelas lectionis a scribis profectas et quibus mederi non amplius possumus sine subsidiis melioribus.

13. τὸ τῆς — ἀπόστασις.] In his τοῖς pro τῆς Ald. ὑποστράτου cod. C. Littréus pro ἀπεκορύφου forte ἀπεκορυφοῦτο legendum esse vere monet. Paulo post pro πᾶν Gal. τῶν. Lind. ἐς τότε. Plures codd. ἐπεῖχεν, vulgo ἀπεῖχεν. Initio videntur quaedam deficere, nam τὸ τῆς Ἱπποκράτους ἀπεκορυφοῦτο nemo scripsit, nisi nexus cum antecedentibus faciat, ut id dici possit. Quid sibi velit et quorsum spectet ὑπόψυχρος φανερῶς δοκέουσα, non intelligo. Quid sit ἔφοδος ἐπὶ πᾶν τὸ σῶμα, nescio. Denique μὴ ἑστάναι ἔδοξε ἀπόστασις miro modo dicitur. Locum desperatum esse existimo.

14. ἐν τῇσι — αἷμα.] De lectione φλυζούσῃσι αἱμορραγίῃσι σχῆμα εὑρετέον pro corrupta vulg., quam e V. enotavi in varr. lectt., iam Foës. in Oecon. monuit. Latet tamen in εὐρύ τε ὄν, potius εὑρητέον. — Cod. C. εἰ ante ἐκ om., eidemque libro debetur πάνυ pro vulg. πάντη. Οἶμαι, quod e V. adnotavi, in pluribus mss. Parr. habetur; — non multum desiderarem αἷμα, si abesset; facileque fieri possit, ut οἶμαι a lectore aliquo, uti saepius fit, sit adscriptum, idque dein in αἷμα abierit. Locus descriptus est, quemadmodum eum descripsit Littréus, sed eum non intelligo. Quomodo altera periodus διὸ καὶ κ. τ. λ. cum superiore cohaereat, non apparet. In prioris membri verbis καὶ τὸ ξύμπαν εἰ — ποιοῖτο item aptum cum antecedentibus nexum desidero. Neque video, quomodo res ad liquidum perduci possit. Ad φλυζούσῃσι αἱμορραγίῃσι cf. Ep. VI. 7. 2. cum adnn.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 631 sur 880

©BIUM

ιε'. Τὸ ἔναιμον καὶ τὸ ὑπόχολον, ὀξυρεγμιῶδες· ἴσως δὲ ἐς μέλαιναν τούτοισι τελευτᾶν.

ις'. Ῥίγη ἄρχεται γυναιξὶ μὲν μᾶλλον ἀπὸ ὀσφύος .. διὰ νώτου ἐς κεφαλὴν ..... ἀτὰρ καὶ ἄνδρασι ὄπισθεν μᾶλλον, ἢ τὰ ἔξωθεν τοῦ σώματος· [οἷον πηχέων, μηρῶν ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιόν· δηλοῖ δὲ ἡ θρὶξ (τῶν ζώων)].

ιζ'. Ἧισι οὐδὲν ἔσω τοῦ τεταγμένου χρόνου, ἑκάστῃσι τὰ [τικτόμενα] [1] ἀπόγονα γίγνεται ....

Τὰ ἐπιφαινόμενα ἐν οἷσι μησὶ γίγνεται. –

Οἱ πόνοι ἐν περιόδοισι, ὅ τι ἐν ἑβδομήκοντα κινέεται ἐν [2] τριπλασίῃσι τελειοῦται.

Ὅτι [3] μετὰ τὰ γυναικεῖα τὰ μὲν δεξιὰ, τὰ δὲ ἀριστερὰ χάσκων, ὑγρότης διὰ τῶν ἀπιόντων, [4] διαίτης ξηρότης.

15. *Locus corruptus.*

16. *Locus prave scriptus.*

17. *Loci plerumque ita corrupti, ut boni nihil inde elicias.*

[1] ὑπόγονα. — [2] τριπασίοισι (sic). — [3] μὴ τὰ γ. δ. — [4] διαίτους ξηρότητος.

15. τὸ ἔναιμον — τελευτᾶν.] De toto hoc loco nihil omnino statuere possis, nisi eum comparare liceret cum Epid. VI. 6. 14. Ὡσαύτως τὸ ἐπίχολον καὶ ἔναιμον σῶμα μελαγχολικὸν, μὴ ἔχον ἐξαρύσιας. Unde statim certe deduxeris, postrema loci nostri esse legenda ἴσως δὲ ἐς χολὴν μέλαιναν τούτοισι τελευτᾷ. In loco ex Ep. VI. vereor ne σῶμα sit insiticium. De membro priore loci nostri non sum certus: vereor ne in ὀξυρεγμιῶδες aliquid lateat ab ἐξαρύω ductum v. c. μὴ ἐξαρυόμενον. — Tum si μελαγχολικόν ex Ep. VI. cum ἴσως δὲ ἐς χολὴν μέλαιναν τελευτᾷ conferas, vides hoc recentiorem esse illius periphrasin. Contra μὴ ἔχον ἐξαρύσιας periphrasis est vocabulorum μὴ ἐξαρυόμενον, quae in ὀξυρεγμιῶδες mihi latere videntur. Diligenter igitur comparatis his locis, fere dixerim, mutata paululum scriptura in utroque natos esse ex aphorismo eiusmodi:

Τὸ ἐπίχολον καὶ ἔναιμον μὴ ἐξαρυόμενον, μελαγχολικόν.

Videant etiam alii!

16. ῥίγη — ζώων.] De hoc loco iam dixi ad Aph. V. 69. et ad eum redibo ad Ep. VI. 3. 11. In cod. C. pone ὄπισθεν μᾶλλον legitur: φρίσσουσι τὰ ἔνδοθεν μᾶλλον. — Lind. οἷον [ἀπό τε] πηχέων [καὶ] μηρῶν edidit. De τῶν ζώων et de reliquis, quae uncis intercepi, cf. adnn. ad l. l., e quibus cum hocce collatis patebit, quare lacunae signa binis locis interposuerim. — Animadvertas ineptam antithesin inter ὄπισθεν μᾶλλον et ἢ τὰ ἔξωθεν; cuius origo est quaerenda in librarii errore, qui hic plura omisit et ita membra periodi diversa miscuit; quod patet, si locum ex Ep. VI. conferas.

17. ἧισι — γίγνεται.] In hisce οἷσι cod. I. Par., qui etiam ἑκάστοισι. — Lind. om. χρόνου. — ἄπονα cod. D. Par. — Quis τεταγμένος χρόνος spectetur, non apparet; Gal. in comm. accipit de mense septimo vel nono graviditatis. Ac de graviditate sermonem esse, facile quidem illi concedimus; sed num iure septimum vel nonum mensem hic spectari affirmet, non satis mihi liquet. Οὐδέν accipit de rebus malis non contingentibus, quod vix fieri posse contendo. De voce ἀπόγονα veteres in contrarias partes abierunt, teste Gal. in Comm. et glossario. — Cf. adnn. ad Ep. VI. 8. 6., unde apparebit, quare lacunae signa posuerim et τικτόμενα uncis interceperim. Hesych. ἀπόγονος· ὁ υἱὸς, ἢ ἔγγονος (ἔκγονος leg.) Suidas ἀπόγονοι, οἱ ἔκγονοι.

τὰ ἐπιφαινόμενα — γίγνεται. ...] Lacunae signa in fine adposui; quae forte etiam initio adpingenda. Fragmentum ita abruptum est, ut quid significet nescias; nempe quod interpretes supplere solent „videndum," aut, „considérons," id num supplere liceat, neminem iudicio certo discernere posse puto; — quin si ad ἐν οἷσι attendas, quod praeeunte Galeno accipiunt, quasi ἐν τίσι esset scriptum, patet certe, eos libidine uti in interpretando. Legitur fragmentum iisdem verbis l. l. ex Ep. VI., ita ut neque inde discas, quae ἐπιφαινόμενα velit auctor.

οἱ πόνοι — τελειοῦται.] Cum hisce cf. Ep. VI. 8. 6. et adnn. ad istum locum. Cum Lind. ὅ τι scripsi, pro vulg. ὅτι. Vulgo τριπλασίοισι; cum Littréo femininum exhibeo e libris C. H. — Littr. adnotat: „in marg. σήμαινε ταῦτα ἐπίστησας H. l." — Quid sibi velint, nec quorsum spectent, intelligo. — In ipso loco nostro quos πόνους scriptor velit, non capio; non innuit τὰς ὠδῖνας, quod patet e loco, qui mox sequitur in hac ipsa §. et e loco ex Ep. VI. 8. 6. οἱ πόνοι τρίτῳ κ. τ. λ.

ὅτι — ξηρότης.] Initio ὅ τι Lind. Pro μετά unus cod. D. μὲν τά, quod tamen vitiosum. Articulum pone μετά ex uno cod. I. adscivit Littr.; vulgata eum om. — Cum Littréo τὰ μέν ad exemplum Lindani ex Ep. VI. adscripsi, deëst in vulg. Pro χάσκων Lind. χάσκει [ὁτὲ μὲν ἄρρεν, ὁτὲ δὲ θῆλυ γίνεται]. Ξηροστάτης vulg., ξηρότητος C. K. ξηρότητι H. l. Q'. Calvum cum Littr. sequor. Calvus: „dextera foemella, sinistra mas sese motitat, quod per humiditatem abeuntium cum hiat, fit, victus siccitas, citius motum parat." cett. — Itaque diversa a nostris legit; nam verbis „citius motum parat" iam inchoat seq. periodum, superiora vero Graecis non respondent. Cf. Epid. VI. l. l. — de veterum nugis ad h. l. Cf. Littréum in adn. — Equidem sic censeo: ὅτι puto esse recentioris interpolatoris; tum duo fragmenta habemus inter se non cohaerentia. Participium χάσ-

Ὅτι βᾶσσον κινηθὲν, διακριθὲν, αὖθις αὔξεται [1]βραδύτερον ἐπὶ πλείονα χρόνον.

Οἱ πόνοι περὶ τρίτην ἡμέρην πρὸς [2]τῇσι πεντήκοντα καὶ ἕκτην πρὸς [3]τῇσι ἑκατόν· μηνιαῖοι, [4]δευτεραίῳ καὶ τεταρταίῳ. ἃ δεῖ εἰδέναι ἐς τὸν ἑπτάμηνον· [5]εἰ ἀπὸ τῶν γυναικείων ἀριθμητέοι οἱ ἐννέα μῆνες, ἢ ἀπὸ τῆς ξυλλήψιος καὶ [6]εἰ ἑβδομήκοντα καὶ διακοσίῃσι οἱ ἑλληνικοὶ μῆνες γίγνονται καὶ εἴ τι προσέτι τούτοισι καὶ [7]εἴ τι τοῖς ἄρσεσι, ἢ καὶ τῇσι θηλείῃσι ταὐτὰ ποιέεται, ἢ τἀναντία.

Τῶν βρωμάτων καὶ πομάτων οἱ ὦμοι καὶ οἱ μαστοὶ ἐμφυσῶνται· καὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ αἱ [8]ἀκρησίαι καὶ τὰ ἐμφυσήματα ποιέουσι· [9]αὔξησις ἔστ' ἂν τὰ ὀστέα στερεωθῇ.

Τῶν ἐπιμηνίων περίοδος τὰ πρὸ τούτων βάρεα ἀδελφὰ τῶν ὀκταμήνων πόνων.

Πρὸ τῶν τόκων τὰ γάλακτα, [9]τῆς μὲν ὀκταμήνου ἀπαρτιζούσης, τῆς δὲ τροφῆς μεταβαλλούσης· [διὸ τὰ γάλακτα, ἀδελφὰ τῶν ἐπιμηνίων·] πρὸς δὲ δεκάμηνον τεινόντων γενόμενα, κακόν.

[1] καὶ βραδ. — [2] τοῖσι. — [3] δευτέρῳ. — [4] ἢ. — [5] εἰς. — [6] ἢ τοι. — [7] ἀκρισίαι. — [8] αὐξήσιας. — [9] τῆς μὲν τροφῆς μεταβάλλουσης, τῆς δὲ ὀκταμήνου ἀπαρτιζούσης — reliqua ad finem capituli usque desunt.

κων, quum ad uterum referri debeat, nomen vero masculinum, quo *uterus* significetur, in his libris certe insuetum sit, nisi forte κόλπος uterque spectetur, verosimiliter χάσκουσα esse debet, aut χάσκουσαι. Itaque forte edendum:

..... μετὰ τὰ γυναικεῖα τὰ μὲν ἐπὶ δεξιὰ. τὰ δὲ ἐπ' ἀριστερὰ χάσκουσα ..... ὑγρότης τῶν ἀπιόντων ..... διαίτης ξηρότης .....

Et ne hoc quidem certum est.

ὅτι βᾶσσον — πλείονα χρόνον.] Lind. ὅ τι [τὸ] βᾶσσον διακριθὲν, κινηθέν. Ante βραδύτερον vulg. καὶ fert, quod om. Littr. cum cod. C. et vero Lind. — Locum turbatum esse ultro apparet: διακριθέν eodem hic legitur sensu, quo § 19. sect. II. huius libri διακεκριμένα; sed tum certe τῆς διακρίσεως mentio fieri debet, antequam sermo fiat de motu foetus. Praeterea βραδύτερον ἐπὶ πλείονα χρόνον sibi subsequentia item docent vocabula debito ordine non esse collocata in libris scriptis. De ὅτι item rursus existimo esse recens additamentum. Vellem:

..... βᾶσσον διακριθὲν, ἐπὶ πλείονα χρόνον κινηθὲν, αὖθις αὔξεται βραδύτερον .....

οἱ πόνοι — ἢ τἀναντία.] In his περί ante ἕκτην de suo supplevisse videtur Lind. Pro εἰ ἀπὸ τῶν γυν. vulgata ἢ ἀπὸ γυν. — Antiquae tamen Edd. et libri mss. plurimi τῶν habent, quod Littréus revocavit. Littr. e cod. C εἰ ἑβδομήκοντα; vulg. εἰς ἑβδ. — Ex eodum cod. εἴ τι dedit pro vulg. ἤτοι. Recte idem de suo ταὐτά pro vulg. ταῦτα. — Vulgo τἀναντία, cod. C τὰ ἐν. itemque Gal. — Hic in comm.: πόνους, inquit, καλεῖ πάντα τὰ καθ' ὅλον τοῦ κυήματος χρόνον συμβαίνοντα, ἤτοι ἐν τῇ διαπλάσει, ἤτοι ἐν τῇ κινήσει, ἤτοι ἐν φθορᾷ, ἤτοι ἐν τελειώσει, ἤτοι ἐν τόκοις γένηταί τι. Legendum tamen καθ' ὅλον τὸν τοῦ κ. χρ. et singulis locis ἤτοι in εἴτε mutandum. Conferenda sunt postrema verba § 6. Ep. sect. 6., ad quae vide adnn. Locum minime intelligo; quos πόνους velit, non liquet; quomodo numeri 53 et 106 inferantur, ubi computatio fit mensium 30 dierum, ignoro. Nexus insuper singulorum membrorum periodi inter se non perspicuus, neque aptus.

τῶν βρωμάτων — στερεωθῇ.] Lind. in his dedit: καὶ τούτων αἱ ἀκρησίαι καὶ τὰ ἐμφυσήματα ποιέουσιν ἐν τῇ κεφαλῇ αὐξήσιας. Articulum ante κεφαλῇ om. cod. C. Illud ἀκρισίαι, quod e V. enotavi, occurrit etiam in duobus libris Parr. — Gal. ἀκρασίαι habet. Αὔξησις cod. C. lectio est, a Littréo recepta; αὐξήσιας vulg. αὐξήσιες plures codd. Parr. — Locus corruptus est, nec boni quid ex eo elicere valeo; id unum video, iungenda esse καὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ αὔξησις ἔστ' ἂν τὰ ὀστέα στερεωθῇ. In reliquis nulla lux mihi affulget.

τῶν ἐπιμηνίων — πόνων.] Lind. in his τὰ γοῦν. — Vulgo βαρέα, accentum e duobus codd. primae syllabae superscripsit Littr. — Fragmentum rursus habemus, cuius initium aliquando cum deperditis aliis cohaeserit.

πρὸ τῶν τόκων — κακόν.] Vulgo: πρωτοτόκων τὰ γάλακτα τῆς μὲν τροφῆς μεταβαλλούσης. τῆς δὲ ὀκταμήνου ἀπαρτιζούσης· διὸ τὰ ἐπιμήνια ἀδελφὰ τῶν ὀκταμήνων πρὸς δεκάμηνον τεινόντων γενόμενα κακόν. Lectio, qualem e V. enotavi, — cf. etiam varr. lectt. ad § 18., — in multis

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 633 sur 880

©BIUM

ιη'. Τρωμάτων ἢν ἰσχυρῶν ἐόντων οἴδημα μὴ φαίνηται, μέγα κακόν. τὰ χαῦνα, χρηστά· τὰ ἔνωμα, [1] κακίω.

Οἵσι οἰδήματα ἐφ' ἕλκεσι, οὐ μάλα σπῶνται, οὐδὲ μαίνονται· τούτων δὲ ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, οἵσι μὲν ἐς τὸ ὄπισθεν, σπασμοὶ μετὰ πόνων, οἵσι δὲ ἐς τοὔμπροσθεν, ἢ μανίαι, ἢ ὀδύναι πλευροῦ ὀξέαι, ἢ δυσεντερίη, ἢν ἐρυθρὰ ᾖ τὰ οἰδήματα.

Τὰ παραλόγως ῥιζόντα, [2] κίβδηλα· οἷον τῷ τοῦ Ἀνδρονίκου [3] παιδίῳ τὸ ἐρυσίπελας ἐπαλινδρόμησε· ἢν μὴ ἐς τὸ αὐτὸ ἐλθὸν χρηστόν τι σημαίνῃ τοῦτο. ἔκ τε γενέσιος περὶ τὸ οὖς περὶ ἥβην διεδόθη, ἑτέρῳ τριταίῳ ἐκ γενετῆς [4] γενόμενον ἀπεπύησε ἑνατάίῳ, γίγνεται οὗτος ἑβδομαῖος ὑγιής.

Κακοηθέστερα τὰ ἀφανιζόμενα ἐξαίφνης.

18. Ubi vulneribus magnis et profundis inflictis tumor nullus apparet, magno malo est. Laxi hi et molles boni sunt; crudi vero deteriores.

Tumores in vulneribus a convulsione et insania vindicant. Qui si derepente evanescant, his quidem, quibus a tergo fuerant, convulsionem cum dolore; illis vero, quibus a fronte, insaniam, aut acutos laterum dolores, aut intestinorum difficultatem convehunt, si tumores rubeant.

Locus integer non est.

[1] κάκιον· διὰ τὰ ἐπιμήνια ἀδελφὰ τῶν ἑκταμηνίων πρὸς δεκάμηνον τεινόντων γενόμενα. κακόν. — [2] κίβδηλον codd. — [3] παιδίον. — [4] γενομένῳ.

libris Parr. habetur et in Edd. antt. Descripsi locum fere, quemadmodum eum refecit Littr. ad Galeni comm. et ad locum Galeni e lib. XIV. de usu partium p. 177. vs. ult. vol. IV. Kühn. — Nec tamen credo recte habere apud ceteros *πρωτοτόκων*, sed in eo latere *πρὸ τῶν τόκων*; tum demum *τεινόντων* in seqq. habet, quorsum spectet, et ita demum principio affirmatur aliquid de lactis ortu, quod quare de primiparis solis affirmaretur, non liquet; itaque *πρὸ τῶν τόκων* de meo dedi. — Ceterum fere verba *διὰ τὰ ἐπιμ. ἀδελφὰ τῶν ἑκταμήνων* sibi requirunt additum *πόνων* et vero forte non sunt, nisi adnotatio recentior, quam quis e superiore periodo deducens hic adscripserit. Tandem *πρὸς δὲ δεκαμ.* legendum fuit; ceteri *δέ* omittunt. Non reticeo mihi *κακόν* non magnam fidem facere: fieri possit ut suppletum sit a librario, ut modo qualicumque lacunam expleret.

18. *τρωμάτων — κακίω*]. Idem locus legitur Aph. 66., 67. Sect. V. Sine dubio hic quoque *ἔνωμα* recipiendum pro vulgato *τὰ ἄνω νεμόμενα*. Ubi Gal. dicit in comm. *τὰ ἄνω νεμόμενα δὲ λέγει τοὺς σκληροὺς καὶ ἀντιτύπους ὄγκους, οἳ ὡς τὰ πολλὰ ὠμοὶ ὄντες τυγχάνουσι*, ineptus est. Ipsum vero *οἰδήματα ἄνω νεμόμενα* neque opponi potest superiori *οἰδήματα χαῦνα*, neque congruum est, sed vel per se absurdum, quum *τὸ νέμεσθαι* de ulceribus rodentibus dici possit, non de tumoribus in altum sublatis. Totum illud *ἄνω νεμόμενα* librario alicui debetur, qui putaverit, se in *ἔνωμα* videre compendium, in quo illud lateret. — De meo *χρηστά, κακίω* scripsi pro vulgatis *χρηστόν, κάκιον*.

οἵσι — ἢν ἐρυθρὰ ᾖ τὰ οἰδήματα.] Lind. in his *ἐφ' ἕλκεσι* [*φαίνεται*] ex Aph. 65. V, quem cf. cum adn. Extremum huius loci scribi solet *ἢ δυσεντερίη ἐρυθρή*, tum statim sequitur *τὰ οἰδήματα*, quod ad seq. sententiam a plerisque refertur. Lindanus ex Aph. l. partim: [*ἢν*] *ἐρυθρὰ ᾖ τὰ οἰδήματα*. [*Οἰδήματα*] *τὰ κ. τ. λ.* Primum teneamus, vulgatum *ἢ δυσεντερίη ἐρυθρή* verum non videri. Video quidem Foës. in Oecon. id cum *δυσεντερίη αἱματηρᾷ* apud Gal. conferre, sed me hoc in nostri loci lectionis cum aphorismo comparatione minime movet. Lind. me iudice vere *οἰδήματα* huc traxit, nolim nomen de coniectura repetivisset. Nam *τὰ παραλόγως ῥιζόντα* mox apte dicitur, non *τὰ οἰδήματα τὰ παραλόγως ῥιζόντα*; quin hoc vel minus apte, si horum exempli loco proponatur *ἐρυσίπελας*; ipsum enim *ἐρυσίπελας* ad tumores non refertur: licet ut partes tumeant faciat. Sed etiamsi velis affirmare, *ἐρυσίπελας* hic re vera exemplum *οἰδήματος* esse, non tamen hic sermo est de *dysenteria rubra* — Ad Aphorismum vero iam dixi, me non satis perspicere, quem nexum auctor statuat inter tumoris ruborem et morbos memoratos. Forte *τὸ ἐρυθρόν* hic illi signum est *τοῦ ἐνώμου* in superioribus, ita ut sermo sit de tumoribus, in quibus suppurationem exspectes, sed tumor durus et ruber maneat, donec alia organa afficiantur. Non dubito, quin altera haec capituli nostri sententia sit adnotatio ad primam: in aphorismis quidem inverso ordine ponuntur, sed hoc nihil huc.

τὰ παραλόγως — ἀφανιζόμενα ἐξαίφνης.] Articulum in vulg. omiserunt pone *οἰδήματα*; revocavit Littr. e pluribus libris scriptis; *παρὰ λόγον* Gal. et *ὡς* pro *οἷον*. In cod. C *τῷ* om. — Lind. *ἐλθόντα*. — Vulg. *σημαίνει*, Littréus subiunctivum invexit ex Edd. antt., Gal., multis libris mss.; eidem debetur *γενόμενον*, quod de suo pro vulg. *γενομένῳ* dedit. Lind. *γίνεται δ' οὗτος*. — De principio huius sententiae, vulgo scribi solito *τὰ οἰδήματα παραλόγως ῥιζόμενα*, ad superiorem periodum monui. — Quod de Lindano dixi, eum *ἐλθόντα* dedisse, eo spectat, ut *τοῦτο* referret ad seqq. et scriberet *τοῦτο ἔκ τε γενέσιος*. Omnia vero, quae includuntur verbis *οἷον τῷ τοῦ Ἀ. π.* et *γίγνεται οὗτος ἑβδομαῖος ὑγιής*, pessime habita sunt, nec probabilem sensum ex iis elicere contigit. Nescis quid sit *ἐς τὸ αὐτὸ ἐλθόν* s. *ἐλθόντα*; sitne reditus ad sanitatem? Verba *ἔκ τε γενέσιος περὶ τὸ οὖς περὶ ἥβην διεδόθη* ita se habent, ut corrupta esse sponte appareat, sed quum nihil hic intelligam, ignoro,

©BIUM

ΤΜΗΜΑ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

Περὶ φλεβῶν.

α'. [1]Ἡ δὲ ἡπατῖτις ἐν ὀσφύϊ μέχρι τοῦ μεγάλου [2]σπονδύλου κάτωθεν καὶ σπονδύλοισι προσδιδοῖ· ἐντεῦθεν μετέωρος δι' ἥπατος καὶ διὰ Φρενῶν ἐς καρδίην. καὶ ἡ μὲν εὐθεῖα ἐς κληῖδας· ἐντεῦθεν δὲ αἱ μὲν ἐς τράχηλον, αἱ δὲ ἐπ' ὠμοπλάτας, αἱ δὲ ἑκατέρωθεν ἀποκαμφθεῖσαι κάτω παρὰ σπονδύλους καὶ πλευρὰς ἀποκλίνουσι [3]ἐξ ἀριστερῶν μὲν μία ἐγγὺς κληῖδων, ἐκ δεξιῶν δὲ [4]ἐπί τι ταύτῃ χωρίον ἄλλη. Ἀλλ' ἥδε σμικρὸν κατωτέρω ἀποκαμφθεῖσα, ἢ ὅθεν μὲν ἐκείνη ἀπέλιπε, προσέδωκε τῇσι πλευρῇσι, ἔστ' ἂν τῇ ἐξ αὐτῆς τῆς καρδίης προσ-

Sectio Quarta.

De venis

1. Vena autem *hepatica* per lumbos extenditur usque ad vertebram magnam infra et cum vertebris ramos communicat; deinceps sublimis per iecur et septum transversum ad cor fertur et *recta* ad claviculas: dein aliae ad cervicem, aliae ad scapulas tendunt; aliae ab utroque latere deflectentes deorsum ad vertebras et costas declinant, a parte sinistra una prope claviculas, a dextra vero altera ibi per spatium quoddam decurrit. Sed haec paulo inferius, quam ubi illa discessit, ramos communicat cum costis, donec obvia fiat ei, quae e corde prodit, deflectens ad latus sinistrum. Deflectens vero infra ad ver-

[1] ἡπατῖτις solum. — [2] δακτύλου σπονδύλου. — [3] καὶ ἐξ ἀριστερῶν μία ἐγγύς. — [4] ἐπί τι αὐτῇ χωρίον. ἄλλη ἥδε σμικρὸν κ. α.

num Lind. τοῦτο recte huc traxerit, licet sentiam ἐλθόντα probabilem esse correctionem; quam si recipias, τοῦτο eo loco, quorsum referri solet, abundat. Quid sibi vult praesens γίγνεται? Una res certo mihi constat: nos sententiam habere principem antiquiorem cum adnotatione pessime perturbata. Aphorismus ille, ad quem reliqua adnotantur hic est, in quo κίβδηλα pro vulg. κίβδηλον de meo dedi.

Τὰ παραλόγως ἐπιζόντα κίβδηλα· κακοηθέστερα δὲ τὰ ἀφανιζόμενα ἐξαίφνης.

Fieri iam potest, ut illud ἐς τὸ αὐτό accipiendum sit, quemadmodum supra dixi, et ut verba ἢν μὴ ἐς τὸ αὐτὸ ἐλθόντα χρηστόν τι σημαίνῃ faciant adnotationem ad prius membrum. — In ceteris apparet, exemplum unum aut duo proponi, quibus veritas aphorismi observatione adhibita comprobatur. Dico exemplum unum duove, quia ἑτέρῳ forte ad τὸ οὖς spectat, neque alter puerulus significatur. Illius vero morbi enarrationis restitutionem aliis relinquo me peritioribus et felicioribus; equidem meditando nihil profeci.

1. ἡ δὲ ἡπατῖτις.] Vulgo solum ἡπατῖτις, quod Littréus servavit; malui e cod. N. et lect. libri de ossium natura ἡ δὲ ἡπ. scribere. Articulus sane ante nomen, cuius prima litera ἢ est, facile interire potuit.

καὶ ἡ μὲν εὐθεῖα ἐς κληῖδας.] Littréus pro vulgato ἡ dedit ἧσι, quod e cod. C. lect. εἴη effecisse videtur. Tum ἰθεῖα scripsit e Gal. locum nostrum citante in fine libri VI. de Hipp. et Platonis dogm. Equidem ἧσι minime probo, vel propter tempus verbi parum placet, praeterea post ἧσι non ἰθεῖα, sed potius adverbium ἰθύ exspectaveris. Sed aliud quid me iudice observandum est: nimirum ἡ εὐθεῖα hic nomen proprium est venae, quo *venam cavam superiorem* indicari puto, quemadmodum etiam infra in hac §. et quemadmodum initio ἡ ἡπατῖτις. Est autem partitio inter ἡ μὲν εὐθεῖα et ἐντεῦθεν δὲ αἱ μὲν — αἱ δέ.

αἱ δὲ ἑκατέρωθεν ἀποκαμφθεῖσαι.] Apud ceteros ἑκατέρωθεν h. l. non legitur; quare adscripserim et unde sumserim, infra dicam.

ἐξ ἀριστερῶν δὲ κ. τ. λ.] Vulgo καὶ ἐξ ἀριστερῶν δέ. Recte copulam reiicere mihi visus est Littréus, fretus codd. C., N., lectione libri de nat. oss. et Galeni.

ἐκ δεξιῶν δὲ ἐπί τι ταύτῃ χωρίον ἄλλη.] Pro ταύτῃ, quae coniectura mea est, vulgo αὐτῇ, Gal. vero αὐτή, quod recepit Littr.; αὐτῆς cod. N. Equidem in his lectt. latere puto, quod exhibui, neque quidquam intellexi e mss. diversis scripturis. Vulgata χωρίων, quod in χωρίον mutavit Littréus e pluribus codd. Infra ἐπί τι χωρίον iterum occurrit, ita ut formula huic scriptori familiaris fuisse videatur. De ἄλλη, quod hic superiori μία respondet in partitione, et a Littréo minus recte, ut opinor, ad sequentem periodum, seu membrum periodi, refertur, paulo post plura dicam.

Ἀλλ' ἥδε σμικρὸν ἀνωτέρω ἀποκαμφθεῖσα, ἢ ὅθι μὲν ἐκείνη ἀπέλιπε, προσέδωκε τῇσι πλευρῇσι.] Vulgata ἡ δὲ σμικρὸν κ. τ. λ., tum vero in ea ἧ ante ὅθι non legitur, quod de meo adscripsi. Littréus hic longe diversa habet secutus cod. N.; legit enim: Ἄλλη δὲ ἑκατέρωθεν ἀποκαμφθεῖσα, ἄλλη δὲ σμικρὸν κατωτέρω ἀποκαμφθεῖσα, ὅθεν μὲν ἐκείνη ἀπέλιπε, προσέδωκε τῇσι πλευρῇσι. Verum plura in his offendunt; ac primum quidem ipsa oratio perturbationem loci arguit; nam duo membra periodi iisdem verbis descripta, si ἑκατέρωθεν et σμικρὸν κατωτέρω excipias, suspicionem movent; tum vero, quomodo unica vena dici possit ἑκατέρωθεν ἀποκαμφθῆναι? Sed, inquis; σμικρὸν κατωτέρω et ἑκατέρωθεν in dittographia poni non potuerunt. Neque ego credo, sed ideo sic censeo, supra inferendum esse ἑκατέρωθεν, in verbis αἱ δὲ ἀποκαμφθεῖσαι, qua de re supra iam monere coeperam. Porro credidi, in ἄλλη δὲ codicis N. latere ἀλλ' ἥδε, quod extruserit ἄλλη e fine periodi superioris. Tandem in comparatione ἧ ante ὅθεν requirebam, quam voculam periisse opinatus, restitui. Probe mihi sum conscius, me hic coniecturis uti, sed certum iudico, textus scriptos et editos nullo modo defendi posse, ea vero ratione, quam dixi, probabiliter restitui. — Verba ἢ ὅθεν μὲν ἐκείνη ἀπέλιπε ita sunt accipienda, ut ἐκείνη dicatur de μιᾷ illa ἐξ ἀριστερῶν; est autem ἀπέλιπε intransitivum.

ἔστ' ἂν τῇ ἐξ αὐτῆς τῆς καρδίης — τῇσι πλευρῇσι.] Haec verba in vulgata omissa sunt perfrequenti librariorum errore, quo intermedia inter duo vocabula similia transsilire

©BIUM

τύχῃ ἀποκαμπτομένη ἐς τὰ ἀριστερά· ἀποκαμφθεῖσα δὲ κάτω ἐπὶ σπονδύλους καταβαίνει, ἔστ' ἂν ἀφίκηται ὅθεν ἡ ἡπατῖτις ἤρξατο μετεωρίζεσθαι ἀποδιδοῦσα τῇσι πλευρῇσι, τῇσι ἐπιλοίπῃσι ἁπάσαις [1]καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀποσχίδας παρ' ἑκάστην διδοῦσα [2]μία ἐοῦσα, ἀπὸ μὲν τῆς καρδίης [3]ἐπί τι χωρίον ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι μᾶλλον ἐοῦσα, ἔπειτα ὑποκάτω τῆς ἀρτηρίης ἔστ' ἂν καταναλωθῇ καὶ ἔλθῃ ὅθεν ἡ ἡπατῖτις [4]ἐμετεωρίσθη. Πρότερον δὲ πρὶν ἢ ἐνταῦθα ἐλθεῖν παρὰ τὰς ἐσχάτας δύο πλευρὰς [5]ἐδικραιώθη καὶ ἡ μὲν ἔνθα, ἡ δὲ ἔνθα τῶν σπονδύλων ἐλθοῦσα [6]κατηναλώθη. Ἡ εὐθεῖα δὲ ἀπὸ τῆς καρδίης πρὸς [7]κληῖδας τείνουσα ἄνωθεν τῆς ἀρτηρίης ἐστὶ, ὥσπερ καὶ παρ' ὀσφὺν κάτωθεν τῆς ἀρτηρίης· καὶ ἀπὸ ταύτης ἀΐσσει ἐς τὸ ἦπαρ, [8]ἡ μὲν ἐπὶ πύλας καὶ λοβὸν, ἡ δὲ ἐς τὸ ἄλλο ἐξῆς ἀφωρμήκει σμικρὸν κάτωθεν Φρενῶν. Φρένες δὲ προσπεφύκασι τῷ ἥπατι, ἃς οὐ ῥηϊδίον χωρίσαι. Δισσαὶ δὲ ἀπὸ κληίδων ἡ μὲν ἔνθεν, ἡ δὲ ἔνθεν ὑπὸ στῆθος ἐς ἧτρον· [9]ὅπη δὲ ἐντεῦθεν οὕπω οἶδα. Φρένες δὲ κάτω κατὰ τὸν σπόνδυλον τὸν κάτω τῶν πλευρέων, ᾗ νεφρὸς ἐξ ἀρτηρίης ἐξήρτηται, ταύτῃ [10]ἀμφιβεβηκυῖαι μὲν ἐκ τούτου ἐκπεφύκασι ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς ἀρτηρίης τόνον ἔχουσαι. Ταύτῃ δέ

tebras descendit, donec perveniat ad locum, unde *hepatica* sublimis ferri coepta erat, ramos praebens reliquis costis omnibus et utrinque ramificationes ad singulas emittens, ipsaque una manens a corde inde per aliquod spatium magis ad sinistram decurrens et postea sub arteria sita, donec evanescat et pervenerit ad locum, unde *hepatica* sublimis fertur. Antea vero quam eo pervenit, iuxta costas ultimas duas in duas partes abiit, quarum altera ab uno, altera ab altero latere vertebrarum abiens evanida fit. *Recta* vero *vena* a corde ad claviculas tendens supra arteriam sita est, sicuti infra ad lumbos sub ea, et ab hac pergit ad iecur, altera parte ad portas et fibram, altera ad reliquas (visceris) partes dein abierat paululum infra septum transversum. Septum autem transversum hepati adnatum est, quod ab eo separare est difficile. Duae vero venae a claviculis hinc et illinc sub sterno ad imum tendunt ventrem, sed quorsum inde abeant, ignoro. Septum vero transversum iuxta vertebram, quae infra costas est, quo loco ren ab arteria suspensa est, eam circumiens ex ipsa enascitur ab utroque latere nervum habens. Ibi vero a corde recurrens *vena hepatica* terminabatur. A *vena hepatica* vero duae maximae perforant utrinque septum transversum et sublimes feruntur.....

[1] ἢ ἔνθεν ἀποσχ. — [2] μίαν ἐοῦσαν. — [3] ἐπὶ τὸ χ. — [4] διηρίθη. — [5] καταναλώθη. — [6] κληῖδα. — [7] καὶ ἡ μέν. — [8] Ἥτη δὲ ἐντ. — [9] ἀμφιβεβήκει. αἳς ἀρτηρίαι μὲν ἐκ τοῦ τένοντος ἐκπεφ.

solent. Veram eorum lectionem maximam partem restituit Littréus, qui hoc loco consulendus; restituit autem e codd. Suspicor tamen, in eius lectione vitium adhuc superesse, de quo ille non monuit. Nempe in verbis, quae dedit sic scripta ὅθεν ἤρξατο μετεωρίζεσθαι, puto deficere aliquid quod subiectum expresserit illius ἤρξατο μετεωρίζεσθαι. In loci lectione, qualem Littréum dare dixi, ἤρξατο μετεωρίζεσθαι subiectum sibi habet e superioribus repetendum, istam venam ἄλλην in superiore sententia, quae eadem, quae ἥδε in hacce. Sed in huius venae decursu, qualem auctor describit, de isto μετεωρίζεσθαι ne verbulum quidem legimus. At supra ἡ ἡπατῖτις dicebatur μετέωρος δι' ἧπατος, et paulo inferius legimus de vena nostra hac: ἔστ' ἂν καταναλωθῇ καὶ ἔλθῃ; ὅθεν ἡ ἡπατῖτις ἐμετεωρίσθη; itaque patet, h. l. nomen ἡ ἡπατῖτις periisse et scribendum esse ὅθεν ἡ ἡπατῖτις ἤρξατο μετεωρίζεσθαι. Itaque de coniectura adscivi quod abesse nequit.

ἡ εὐθεῖα — σμικρὸν κάτωθεν Φρενῶν.] Initio huius periodi articulum adscivi e lib. de nat. oss. Ceterum vocabula καὶ ἀπὸ ταύτης inseri solent inter ἄνωθεν τῆς ἀρτηρίης ἐστί et ὥσπερ καὶ παρ' ὀσφύν, unde ad locum illis debitum, uti mihi videtur, de coniectura transtuli. Partitio ἡ μὲν — ἡ δὲ spectat partem superiorem et inferiorem huius venae. Apposite Littréus ad h. l. contulit eum, qui habetur in lib. de natura ossium p. 506. Ed. Kühn.: ἔστι δὲ κατὰ μὲν τὴν ὀσφὺν ἄνω ἡ ἀρτηρίη. ὑποκάτω δὲ ἡ αἱμόρρους, ἡ ἀπὸ τοῦ ἥπατος διὰ Φρενῶν ἐλθοῦσα μετέωρος.

Δισσαὶ δὲ ἀπὸ κληίδων, ἡ μὲν — ἡ δέ.] Libri omnes h. l. αἱ μὲν — αἱ δέ —, sed puto id librariis deberi; sermo est de duabus venis, — saepe enim δισσοί pro δύο usurpatur; — quodsi vero duae tantum innuuntur, non potest ferri αἱ μὲν — αἱ δέ, — sed dandum est quod exhibui.

Φρένες δὲ — τόνον ἔχουσαι.] Vulgata lectio haec est: Φρένες δὲ κάτω κατὰ τὸν σπόνδυλον τὸν κάτω τῶν πλευρῶν, ἡ νεφρὸς ἐξ ἀρτηρίης ταύτῃ ἀμφιβεβήκει. αἳς ἀρτηρίαι μὲν ἐκ τοῦ τένοντος ἐκπεφύκασι ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀρτηρίης τόνον ἔχουσι. — In his κάτω omisit Littr. cum cod. N. et lectione libri de nat. ossium et Gal. — Ex ἀμφιβεβήκει αἳς, pro quo αἱ libri duo Parr. et liber de nat. oss., verissime, me iudice, ἀμφιβεβηκυῖαι effecit. Tum novam periodum

πη παλινδρομήσασα ἀπὸ καρδίης ἡ ἡπατῖτις ἔλῃγε. Ἀπὸ δὲ τῆς ἡπατίτιδος [1]διὰ τῶν φρενῶν αἱ μέγισται δύο, ἡ μὲν ἔνθεν, ἡ δὲ ἔνθεν φέρονται μετέωροι, πολυσχιδεῖς τε [2]διὰ τῶν φρενῶν εἰσι, ἀμφὶ ταύτας καὶ πεφύκασι ἄνωθεν δὴ φρενῶν. αὗται δὲ μᾶλλόν τι ἐμφανέες.

β'. Δύο δὲ [3]παχέες τόνοι ἀπ' ἐγκεφάλου ὑπὸ τὸ ὀστέον τοῦ μεγάλου σπονδύλου ἄνωθεν καὶ πρὸς τοῦ στομάχου μᾶλλον ἑκατέρωθεν τῆς ἀρτηρίης παρελθὼν ἑκάτερος [4]ἐς τὸν ἕτερον ἦλθε ἶκελος ἑνί. ἔπειτα [5]ἦ οἱ σπόνδυλοι καὶ αἱ φρένες [6]ξυμπεφύκασι, ἐνταῦθα ἐτελεύτων καί τινες ἐνδοιαστοὶ πρὸς ἦπαρ καὶ σπλῆνα ἀπὸ τούτου τοῦ κοινωνήματος ἐδόκεον τείνειν. Ἄλλος τόνος [7]ἑκατέρωθεν ἐκ τῶν [8]κατὰ κληῖδα σπονδύλων παρὰ ῥάχιν παρέτεινε ἐκ πλαγίου σπονδύ-

Reliqua non intelliguntur.

2. Duorum autem crassorum nervorum a cerebro sub magnae vertebrae osse superiore parte et magis gulam versus ab utroque arteriae latere pergentium uterque ad alterum accessit instar unius. Dein ubi vertebrae et septum transversum coaluerunt, ibi finiuntur et nonnulli dubii ad iecur et lienem ab hac communione tendere videbantur. Alius nervus utrinque e vertebris iuxta claviculam secundum columnam vertebrarum pergit ex obliquo vertebrarum et costis ramos praebuit. Ad eundem vero quo

[1] διὰ νεφρῶν. — [2] διὰ νεφρῶν. — [3] παχίες om. — [4] ἐς ἑωυτὸν ἦλθε. — [5] ἦ om. — [6] πεφύκασι. — [7] ἐκ τῶν ἑκατέρωθεν σπονδύλων. — [8] κατὰ κληῖδα om.

incipit nomine Ἀρτηρίαι. Sed praestat omnem eius lectionem describere: *Φρένες δὲ κατὰ τὸν σπόνδυλον τὸν κάτω τῶν πλευρέων ἦ νεφρὸς ἐξ ἀρτηρίης ταύτῃ ἀμφιβεβηκυῖαι. Ἀρτηρίαι μὲν ἐκ τουτέου ἐκπεφύκασι ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀρτηρίης τόνον ἔχουσαι.* — Videamus iam de vulgata et Littréi lectione: — non certus sum, *κάτω* e vulg. eiiciendum esse ante *κατὰ τὸν σπόνδυλον τὸν κάτω τῶν πλ.*; quin in hac septi transversi descriptione auctorem omnino adverbium illud dedisse arbitror. Verba *ἦ*. — nam vulgatum *ἦ* sensum sanum non refert, — *ἦ νεφρὸς ἐξ ἀρτηρίης* non praebent nobis plenam dictionem, sed truncatam. Quid enim *νεφρὸς ἐξ ἀρτηρίης*? Ita nemo Graecus scripsit; sed facile videbis *ἐξ ἀρτηρίης* in textu remansisse, omissum contra esse propter literarum similitudinem *ἐξήρτηται*; itaque hoc verbum de meo interposui. Iam vero egregie cum his congruit sequens *ταύτῃ*, i. e. *τῇ ἀρτηρίῃ ἀμφιβεβηκυῖαι*; nam non potest hic non spectari *hiatus aorticus* in diaphragmate. Prorsus autem inepta ratione in vulgata ponitur *ἀρτηρίαι*. Quid, quaeso, *ἀρτηρίαι ἐκ τοῦ τένοντος ἐκπεφύκασι*? Quid in Littréi lectione *ἀρτηρίαι μὲν ἐκ τουτέου* (i. e. *ἐκ τοῦ νεφροῦ ἐκπεφύκασι*)? Editor Parisiensis falsissime reddit: „Des artères en ce point naissent deça et delà *de l'artère* ayant un cordon." — Dele otiosum *ἀρτηρίαι* et statim apte cohaerent verba: *ταύτῃ* (i. e. *τῇ ἀρτηρίῃ*) *ἀμφιβεβηκυῖαι μὲν ἐκ τούτου* (i. e. *τοῦ σπονδύλου*) *ἐκπεφύκασι* (*αἱ φρένες*) *ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς* (articulum de meo addam) *ἀρτηρίης τόνον ἔχουσαι*. — Ita quidem omnis e loco difficultas sublata est.

Ἀπὸ δὲ τῆς ἡπατίτιδος — ἐμφανέες.] Multum vereor, ne in hisce rursus aliqua corruptela lateat: quodsi enim respiciamus verba §. sequentis *ὥσπερ αἱ φλέβες, οὕτως οὗτοι διὰ φρενῶν ἐς μεσεντέριόν μοι δοκέουσι τείνειν, ἐν δὲ τούτῳ ἐξέλιπον· αὖθις δ' ὦδεν φρένες ἐξεπεφύκεισαν ἀπὸ τούτου ξυνεχέες ἐόντες κατὰ μέσον κάτωθεν ἀρτηρίης τὸ ἐπίλοιπον παρὰ σπονδύλους ἀπεδίδουν, ὥσπερ αἱ φλέβες, μέχρι κατηναλώθησαν πᾶν διελθόντες τὸ ἱερὸν ὀστέον.* Haec, inquam, si respiciamus, suspicio oritur, in verbis periodi nostrae *φέρονται μετέωροι* latere *φέρονται μετέωροι ἐς τὸ μεσεντέριον*. Quodsi dicas, ipsum nomen *μετέωροι* id satis significare, quum *μετέωροι φέρονται* indicet decursum ad illam membranam, — invitus licet iam concedam; sed tamen vitiosa sunt seqq. Nam *πολυσχιδεῖς δὲ διὰ τῶν φρενῶν εἰσι* intelligi nequit: Littréus: „et elle se ramifient à travers du diaphragme." Itaque *εἰσι* ab *ἰέναι* eum duxisse dixeris, quasi *ἴασι* scriptum fuisset. Neque intelligo *ἀμφὶ ταύτας καὶ πεφύκασι ἄνωθεν δὴ φρενῶν*: latetne in his *ἀμφὶ ταύτας* (i. e. *τὰς φλέβας ταύτας*) *καὶ πεφύκασι ἄνωθεν αἱ φρένες*? Variae lectt. nihil quidquam, quod operae pretium sit, ad has difficultates tollendas obferunt. Proponam iam lectionem, de qua non certus sum, sed ut aliorum studia excitem: *Ἀπὸ δὲ τῆς ἡπατίτιδος αἱ μέγισται δύο ἡ μὲν ἔνθεν, ἡ δὲ ἔνθεν, φέρονται μετέωροι ἐς τὸ μεσεντέριον· πολυσχιδεῖς τε διὰ τῶν φρενῶν ἄλλαι, καὶ ἀμφὶ ταύτας καὶ πεφύκασι ἄνωθεν αἱ φρένες· αὗται δὲ μᾶλλον τι ἐμφανέες.*

2. *δύο δὲ παχέες τόνοι.*] *παχέες* h. l. e cod. N. Par. et Sever. cod. adnotat Littr.; recepit iam Lind, — Non vidi causam, cur vocem a librariis omissam, uti patet e loco libri de nat. ossium, non restituerem cum Lindano.

ὑπὸ τὸ ὀστέον.] Gal. in comm. ad lib. de artic. citat *παρὰ τὸ ὀστέον*. I. 46. p. 380. Ed. Kühn. Sensus eodem redibit, sive *ὑπό*, quod in lib. de nat. oss. item legitur, scribas, sive *παρά*. — Nam *ὑπό* cum acc. hic propinquitatem loci significat.

πρὸς τοῦ στομάχου.] Cod. unus *πρό* praebet, sed *πρός* cum superiore *ὑπὸ τὸ ὀστέον* bene congruit; *πρός* cum genit. hic est *versus*.

ἑκάτερος ἐς τὸν ἕτερον ἦλθε ἶκελος ἑνί.] In his de meo *τὸν ἕτερον* scripsi; vulgo *ἐς ἑαυτόν*. et cod. C. *ἐς αὐτόν*. Quid significetur apertum est, sed *ἐς ἑαυτόν* incongruum est; solum *ἐς τὸν ἕτερον* hic quadrat.

ἐκ πλαγίου σπονδύλων.] Littréus *ἐκ πλαγίων σπονδύλων* recepit e cod. C. et Merc. in marg. Alia lectio est *ἐκ πλα-*

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 637 sur 880

©BIUM

λων καὶ [1] τῇσι πλευρῇσι ἀπένεμε. Ὥσπερ αἱ φλέβες, [2] οὕτως οὗτοι διὰ φρενῶν ἐς μεσεντέριόν μοι δοκέουσι τείνειν, ἐν δὲ [3] τούτῳ ἐξέλιπον· αὖθις δ' ὅθεν φρένες [4] ἐξεπεφύκεσαν ἀπὸ τούτου ξυνεχέες ἐόντες κατὰ μέσον κάτωθεν ἀρτηρίης τὸ ἐπίλοιπον παρὰ σπονδύλους ἀπεδίδουν, ὥσπερ αἱ φλέβες, μέχρι κατηναλώθησαν πᾶν [5] διελθόντες τὸ ἱερὸν ὀστέον.

venae modum, ita hi per septum transversum ad mesenterium pertendere mihi videbantur, in quo ipso evanescebant. Rursus vero a loco, unde septum transversum enascitur, contigui in parte media sub arteria ceterum secundum vertebras decurrebant, sicuti venae, donec os sacrum totum percurrentes evanidi fierent.

γ'. [6] Ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγεῦντες ξυνεχέως, [θήλειαι, ἄρσενες,] σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο καὶ διετέλεον· ἀτὰρ καὶ ὀροβοφαγέοντες γονυαλγέες .....

3. Aeni continenter leguminibus vescentes crurum impotentia conflictabantur, cum qua vitam tolerabant; et vero qui ervo in cibum utebantur ex genuum dolore laborabant.

δ'. Ἐπιτηδεύειν ὀξυθυμίην ἐμποιέειν καὶ χρώματος ἀναλήψιος ἕνεκα [7] καὶ ἐγχυμώσιος, — καὶ [8] εὐθυμίαν καὶ φόβους καὶ τὰ τοιαῦτα· καὶ ἢν μὲν τὸ ἄλλο σῶμα ξυννοσέῃ, ξυνιῆσθαι, εἰ δὲ μὴ, τοῦτο.

4. Adhibenda diligentia est, ut praeceps acerbaque iracundia inducatur, cum coloris reficiendi, tum succos infundendi gratia, — item ut laetitia et metus et similia inducantur. Quodsi reliquum simul corpus aegrotet, id simul curare oportet; sin secus illud faciendum.

ε'. [9] Τῇ Στυμάργεω οἰκέτιδι οἰδήματα ἐγένετο, ὡς ἔτεκε θυγατέρα· [10] ἀπέστραπτο τὸ στόμα τοῦ αἰδοίου καὶ ἐς ἰσχίον καὶ σκέλος ὀδύνη· παρὰ σφυρὸν τμηθεῖσα ἐρρήϊσε καί τοι καὶ τρόμοι [11] τὸ σῶμα πᾶν κατεῖχον ....

5. Stymargi ancillae oedemata orta sunt, quum filiam peperisset, et aversum est pudendi orificium et dolor est ortus ad coxendicem et crus. Quum vena ad malleolum secta esset, levabatur; attamen tremores totum corpus etiam invaserunt .....

Ἀλλ' ἐπὶ τὴν πρόφασιν [12] δεῖ ἐλθεῖν καὶ τῆς προφάσιος τὴν ἀρχήν.

Sed ad causam et causae initium venire oportet.

[1] τοῖσι πλευροῖσι. — [2] οὕτως om. — [3] τουτέοισι. — [4] ἐξεπεφύκεσαν. — [5] διέλθουσαι. — [6] ἐναίῳ δ. ἐναίνῳ ξυνεχέες. — [7] καί om. — [8] εὐθυμίης. — [9] ἡ στ. οἰκέτις ἡ Ἰδουμαία ἐγένετο. — [10] ἐπέστραπτο. — [11] κατὰ σῶμα. — [12] διελθεῖν.

γίου σπονδύλου. — Et lectio, quam Littréus recepit, et haec vitiosae sunt: unice verum hic est vulgatum, quod exhibui.

ἐν δὲ τούτῳ ἐξέλιπον.] Cett. ἐν δὲ τωυτέοισι ἐξέλ. Sed in cod. M. et libro de nat. ossium alia est lectio, ad hunc modum: ὅθεν δὲ αὖται ἐξέλιπον αὖθις ἔνθεν φρένες ἐξεπεφύκεσαν ἀπὸ τοῦ ξυνεχέες κ. τ. λ. De his lectt. monet Foës. in adn. et: „nec insolens, inquit, admodum lectio mihi visa est, si ἐν τουτέοισι τόποις, aut χωρίοις addas." Scilicet virum eximium offendit idem quod me: i. e. ἐν τούτοισι, quod quorsum referas, in vulg. lectione nescis. Itaque ἐν τούτῳ correxi, ut sit ἐν τούτῳ (τῷ μεσεντερίῳ).

μέχρι — κατηναλώθησαν — ἱερὸν ὀστέον.] Vulgo μέχρι καταναλώθησαν διελθοῦσαι ἐς τὸ ἱερὸν ὀστέον. Id, quod exhibui, legitur in lib. de natura ossium et a Littréo est exhibitum. — Ceterum de toto hoc fragmento, quod ad libros Epid., nescio quo modo, delatum est, ad lib. de natura ossium iterum videbimus.

3. [θήλειαι, ἄρσενες.] Haec duo vocabula interpolata sunt: ipse nominat. plur. ὀσπριοφαγεῦντες in eiusmodi narratione indicat, morbum fuisse communem incolis diversae aetatis et sexus diversi. Recentiores eiusmodi ineptias intulerunt. Locus autem fragmentum est, et principium descriptionis morbi refert, quapropter in fine lacunae signa adieci. — Idem locus legitur Ep. VI. 4. 11.; eiusdem Thraciae urbis mentio fit Ep. IV. 48.

4. ἐπιτήδειον — τοῦτο.] Hic locus vix intelligeretur, nisi comparare liceret Ep. VI. 5. 5. Quod ad lectionem attinet, καί ante ἐγχυμ. etiam in multis libris Parr. abesse vidit Littréus. Legi solet εὐθυμίας: mihi num. plur. librariis deberi videtur, quum φόβους sequatur; itaque de coniectura εὐθυμίαν scripsi. Ista ἐγχύμωσις, quae memoratur, mihi de attractione humorum ad caput, s. potius ad vultum intelligenda videtur.

5. τῇ Στυμάργεω οἰκέτιδι οἰδήματα ἐγένετο, ὡς ἔτεκε θυγατέρα.] Vulgata lectio est: ἡ Στυμάργεω οἰκέτις ἡ Ἰδουμαῖα ἐγένετο, ὡς ἔτεκε θυγατέρα. Lectionem vitiosam esse dudum viderunt, quum vel sola nominis proprii Ἰδουμαῖα mentio hic non quadret. Littréus recepit Galeni e lib. de tremore et fere etiam e lib. de venae sect. eiusdem lectionem: ἧ οὐδὲ αἷμα ἐγένετο, quam falso Gallice reddit: „qui n'eut pas même un écoulement de sang." Id autem, quod re vera exprimit illa lectio, perridiculum est. Longe his praestat, quod Coraës ad lib. de aëre, aq. et locis coniecit, vol. II. p. 103. Neque tamen ἡ οἰδαλέα, vel ὑδαλέα

©BIUM

ΤΜΗΜΑ ΠΕΜΠΤΟΝ.

Sectio Quinta.

Φυσιογνωμονική.

Animi per naturales notas cognitio.

α'. Ὁκόσοι πυρροὶ, ὀξύρρινες, [1] ὀφθαλμοῖς μικροῖς, πονηροί· ὁκόσοι πυρροὶ, σιμοὶ, [2] ὀφθαλμοῖς μεγάλοις, ἐσθλοί.

Ὑδρωπιώδεες χαροποὶ, [πυρροὶ, ὀξύρρινες,] ἢν μὴ φαλακροὶ ἔωσι.

Ἰσχνοφωνίην κιρσὸς λύει ἐς τὸν ἀριστερὸν, [3] ἢ τὸν δεξιὸν ὄρχιν· ἄνευ τούτων τοῦ ἑτέρου οὐχ οἷόν τε λύεσθαι.

Μεγάλοι, φαλακροὶ, τραυλοὶ, ἰσχνόφωνοι, ἐσθλοί. νοσήματα δὲ ἔχουσι τραυλὸς, ἢ φαλακρὸς, ἢ ἰσχνόφωνος, ἢ δασὺς ἰσχυρῶς [4] μελαγχολικά.

1. Qui fulvo sunt colore, naribus acutis, oculis parvis, ii maligni sunt. Qui vero fulvi, simi, et grandioribus sunt oculis, boni.

Locus incertae lectionis.

A voce tenui liberat varix ad dextrum aut sinistrum testem enatus et absque horum altero solvi non potest.

Qui magni sunt, calvi, balbi, voce tenui, boni. Balbus vero, aut calvus, aut qui voce est tenui, aut corpus hispidum habet admodum, morbis conflictantur melancholicis.

β'. Ὅσοι τῇ γλώσσῃ παφλάζουσι, χειλῶν μὴ ἐγκρατέες ἐόντες, ἀνάγκη λυομένων ἐμπύους γίγνεσθαι, — ἢ ὀδύνη ἐν τοῖσι κάτω

2. *Locus admodum incertae lectionis.*

[1] ὀφθαλμοὶ σμικροί. — [2] δὲ ὀφθαλμοὶ ἐ. — [3] καί. — [4] μελαγχολικὰ νοσήματα δὲ ἔχουσι.

ἐγένετο scriptum fuisse credo; — sed in ΙΔΟΥΜΑΙΑ latet ΟΙΔΗΜΑΤΑ. Iam vero initio, ut sexcentis locis aliis ἡ — οἰκέτις extra structuram nominativo profertur, quum tamen dativo auctor dederit; itaque locus describendus, sicuti ego feci, quum omnia ad ὀδύνη usque ad dativum illum referantur; nempe primum, ut minore molimine rem absolverem ἡ Σ. οἰκέτις, ἢ οἰδήματα ἐγένετο dare volueram, sed ne hoc quidem licet. — Pone κατεῖχον lacunam notavi, neque enim absolvitur morbi historia; a qua seiunxi verba ἀλλ' ἐπὶ — τὴν ἀρχήν, quae apud ceteros ad casus morbi enarrationem trahuntur, quia inter hanc et illa nullus nexus idoneus apparet. Potius dixerim ad finem § 4. ista pertinere, quam huc referenda esse. — De una re fere monere praetermisissem: in verbis καί τοι καὶ τρόμοι τὸ σῶμα πᾶν κατεῖχον, vulgata habet κατὰ σῶμα et καί ante τρόμοι apud Gal. in utroque libello abest. Cum Littréo in his describendis cod. C. sum secutus.

1. Ὁκόσοι πυρροὶ — πονηροί·] h. l. de meo ὀφθαλμοῖς μικροῖς dedi pro vulgato ὀφθαλμοὶ σμικροί, sicuti paulo post etiam ὀφθαλμοῖς μεγάλοις de meo pro nominativo plur. invexi. Foës. ὀξύρρινες reddit *qui naso sunt aduncо*, sed proprie id non significat, nam γρυποί sunt hi; non ausim tamen affirmare non id, quod Foës. innuit, cogitavisse scriptorem, qui, quod recte ille vidit, iis opponit τοὺς σιμούς.

ὑδρωπιώδεες — ἔωσι.] Hunc locum Latine non reddidi, quia lectioni fidem minime habeo. Primum puto ea, quae uncinis inclusi, e prima periodo huc devenisse. Foës. item ea omittere in Latinis video; sed hic vertit: „aqua inter cutem laborantes caesios habent oculos et capillorum defluvium patiuntur." Itaque pro ἢν μὴ φαλακροὶ ἔωσι legendum putavit καὶ φαλακροί. — Calvus hic omnia miscet. Equidem e codd. lectione unum hoc elicio ὑδρωπιώδεες χαροποὶ, ἢν μὴ φαλακροὶ ἔωσι. Quae sententia, utut simplex, non tamen intelligitur: quis enim nexus inter calvitiei absentiam et τὸ χαροπόν in hydropicis?

ἢ τὸν δεξιὸν ὄρχιν.] De meo ἤ pro vulgato καί intuli; Foes. idem expressit Latine; quin auctorem procul dubio particulam disiunctivam posuisse docet sequens ἄνευ τούτων τοῦ ἑτέρου. Procul tamen absum, ut certi quid de hac periodo affirmem: primum suspectum mihi κιρσὸς ἐς ὄρχιν, quod nusquam legi; οἴδημα ἐς ὄρχιν, certe ὄγκος οἴδησας in hoc ipso libro non semel occurrit et κιρσός per se occurrit. Itaque suspicor auctorem dedisse ἰσχνοφωνίην κιρσὸς λύει ἢ ἀπόστασις ἐς τὸν ἀριστερὸν ἢ δεξιὸν ὄρχιν. Non urgeo ἀπόστασις, forte ἀποστήριξις, οἴδημα, ὀδύνη, forte aliud quid dedit; κιρσὸς ἐς ὄρχιν vix eum dedisse puto. Porro opinor postrema ἄνευ τούτων τοῦ ἑτέρου firmare meam coniecturam, quum τοῦ ἑτέρου vix apte ad varicem aut dextri aut sinistri testis solam referri credam. — Sed insuper illud ἄνευ τούτων τοῦ ἑτέρου οὐ λύεται olet adnotationem lectoris recentioris, quales permultas in his libris habemus.

μελαγχολικά.] Quae in vulgata sequuntur: νοσήματα δ' ἔχουσι, ea repetita sunt e superioribus, ita ut litura sananda viderentur. In hac sententia iterum plura suspicionem movent: postremum membrum, in quo repetuntur illa nomina e priore, statim mirum sonat; tum vero nexus inter prius membrum et alterum nullus apparet. Quaerere mecum coepi, num forte δασεῖς solum, aut δασεῖς ἰσχυρῶς e priore membro perierit et alterum non nisi pannus adsutus sit recentioris originis. Videant alii!

2. ὅσοι — Ἡ μανίη .....] Hunc locum in librum de crisibus transtulit, qui hunc consarcinavit. In eo legitur ἐὰν ταῦτα παύσηται pro λυομένων, et tum ἔμπυοι γίνονται pro ἀνάγκη — ἐμπύους γίγνεσθαι; porro ἢ αἷμα πολὺ ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυέν. — Vulgo loco nostro ἢ μανίη, sed Gal. (p. 469. Kühn.) ὀδύνην ἐν τοῖσι κάτω χωρίοισιν ἰσχυρὴ κωφότης λύει καὶ κ. τ. λ. — Tum vero hic habet, ἡ μανίη ἡ μεγάλης νούσου ἐν ἕδει γενομένης. — (sic). Liber de crisibus ἡ μανίη τοῦ μεγάλου νοσήματος ἐν ἕδει γενομένου

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 639 sur 880

©BIUM

χωρίοισι ἰσχυρὴ, ἢ κωφότης λύει καὶ αἷμα πολλὸν ἐκ τῶν ῥινῶν.

[1] Ἡ μανίη .....

γ'. Ἢν λεχοῖ σπασμὸς ἐπιγένηται, πῦρ ποιεῖν καὶ ἐς κύστιν κηρωτὴν ἐγχέας πολλὴν, χλιαρὴν κλύζειν.

δ'. Ἢν τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον [2] κατεαγῇ, διδόναι γάλα καὶ οἶνον [3] [πίνειν] ἴσον ἴσῳ· ἢν δὲ ἕλκος ᾖ, φλεβοτομέειν τὰς εἴσω, ἢν μὴ πυρεταίνῃ· ἢν δὲ παραφρονέῃ, τὴν κεφαλὴν καταβρέχειν, ἢν μὴ τὰ ὑποχόνδρια ἐπηρμένα ᾖ.

Ἢν τὴν κεφαλὴν ἀλγέῃ ἐς στῆθος ἔρχεται, ἔπειτα ἐς τὸ ὑποχόνδριον, ἔπειτα ἐς τὸ ἰσχίον· [πάντα δὲ οὐχ οἷόν τε ἀλγέειν.]

ε'. [4] Ἀνεμέειν, φλεβοτομίη.

ς'. ..... [5] τῷ φαρμάκῳ τὸν ῥόον ἴσχειν ἐπαλείφων· ὅδε γὰρ ὁ ῥόος ἐκ τῆς μεγάλης φλεβός· ἢν δὲ αὐτόματον ῥέῃ πολλὸν, νηστευέτω, ἢ γάλα, δύο ὕδατος, τέσσαρας γάλακτος .....

3. Puerperas si convulsio prehenderit, ignem accendere convenit et inmisso in vesicam cerato multo, tepido infuso colluere.

4. Si capitis os fractum fuerit, lac et vinum aequali aquae mixtura dilutum propinandum. Quodsi vulnus sit, interiores venas secare oportet, nisi febris prehenderit; sin delirium accesserit, caput perfundendum est, dum ne praecordiorum tumor adsit.

Si caput doluerit, ad pectus, deinde ad praecordia, tum demum ad coxam procedit.

5. Vomitio, venae sectio.

6. ..... remedio fluxum sistere oportet illito: hic enim fluxus e magna vena est. Quodsi sponte multum fluat, ieiunium iuvabit, vel lac, duas partes aquae, quatuor lactis.....

[1] ἡ μ. codd. — [2] καταγῇ. — [3] πίνειν om. — [4] ἀνενεμείην. — [5] τῶν φαρμάκων.

λύσις. Itaque si hic cum Lind. ἡ μανίη legimus, habemus plenam lect., quam truncatam habemus in Galenico textu: plenam autem illam lectionem Latine exprimit Foës. Fateor mihi locum admodum suspectum esse. Quid ἀνάγκη ἐμπύους γίγνεσθαι s. ἔμπυοι γίγνονται cum superioribus? Nexum inter priora signa et eventum, qui necessarius dicitur, video nullum. — Sitne ὀδύνην legendum cum Galeno, an ὀδύνη, non certo scio, licet hocce probabilius videatur. Κυφότης pro κωφότης libri de criss. vitiosum esse videtur et tamen κωφότης hic miro modo interponitur. Verbis ἡ μανίη, sic enim legendum, truncatam periodum inchoari, certum est. Itaque lacunam notavi et ea a superioribus seiunxi. — De superioribus vix quidquam affirmare audeo: redibo ad locum cum librum de crisibus tractabo. — Maxime vereor, ne fragmenta locorum a librariis consuta hic habeamus pro sententia uno tenore a nescio quo descripta. — Cf. infra § 11. cum adnn.

ἢν λεχοῖ — κλύζειν.] Foës. πῦρ ποιεῖν „febrem excitare convenit," reddit. Ego cum Littréo de igne, quo calefaciendum sit ceratum, accipio. Dubium est, quomodo κλύζειν accipiendum sit, infusumne velit ceratum in uterum, an in intestinum rectum. — Nobis eiusmodi infusum mirum videtur: veteres tamen κηρωτάς omnino in clysmate usurpavisse docet v. c. Gal. in comm. ad hunc librum locus p. 352. Ed. Kühn. .. ἐπὶ δυσεντερικοῖς ἐκκρίσεσι — ἤτοι τράγου χυλὸν ἐνίεμεν, ἢ στέαρ αἴγειον, ἢ ῥοδίνην κηρωτήν κ. τ. λ. Ex nostro loco patet, antiquos vesicis tubo praeditis usos fuisse, ut eiusmodi materiem infunderent; ceteroquin non intelligitur, quare vesicae mentio fiat.

4. ἢν — ἐπηρμένα ᾖ.] In aliis codd. πίνειν legitur, in aliis omittitur. Cum monitu φλεβοτομέειν — ἢν μὴ πυρεταίνῃ cf. § 7. paulo inferius. Causa, quare caput in delirio perfundere praecipiat, si praecordia tumore sint vacua, puto, haec est: ubi tument hypochondria, non caput perfundere, sed alvum subducere volet. Sed quid sibi vult illa vini et lactis potio in fracturis ossium capitis? — Suspectum mihi hoc maxime, quum illud διδόναι γάλα καὶ οἶνον ἴσον ἴσῳ saepius recurrat in hoc libro cf. § 13. sect. 6. et § 23. ibid. — Dubium non est, quin in eiusmodi rebus saepe nubem pro Iunone hucusque amplexi sint editores.

ἢν — ἀλγέειν.] Mihi haec sententiam per se constantem referre videntur, neque ad superiora de capitis vulnere aut fractura pertinere. Quae ceterum capitis affectio et quae eius metastases spectentur, ignoro. Sed neutiquam credo, verba πάντα δὲ οὐχ οἷον τε ἀλγέειν ab eadem esse manu, a qua antecedentia. Sunt descriptoris alicuius, e quo haec extorserit superiorum metastasium mira consecutio, cui fidem non adhibuerit.

5. Ἀνεμέειν, φλεβοτομίη.] Vulgo ἀνεμίην. Varr. lectt. codd. Parr. duorum praebent ἠναιμίην et ἠνεμίην. Cod. Vossiani lect. vide supra. Ἀνεμίη a Foës. ex h. l. solo in Oecon. est translatum, ubi adposuit Cornarii interpretationem *ventositas flatuosa*. Amplam de voce hac adn. adscripsit ad h. l. in editione. Littréus: „pneumatose." — Mirum est, neminem de voce, non Graeca me iudice, licet propter νηνεμίη in errorem ducti sint qui admiserint, emendanda cogitavisse; simplex vero emendatio est ἀνεμέειν. — Vel sequens nominativus suspicionem movet. Cf. adn. ad 12. sectionis ult. — Aliud quid est definire, quorsum pertineat illud ἀνεμέειν, φλεβοτομίη; estne curatio adscripta ad dolores illos migrantes, de quibus in fine § 4. sermo est? Fragmentum esse, certum est.

6. .... τῷ φαρμάκῳ — γάλακτος ....] Fragmentum loci est, cuius principium et finis desunt, quapropter lacunae

©BIUM

Τὰς ἀγόνους πυριῆν [1] καὶ φαρμακεύειν.

ζ'. Ὅσοι ἐξαίφνης ἄφωνοι [2] ἂν ἀπύρετοι ἔωσι, φλεβοτομέειν.

η'. Φλέγματος κατάρροοι ἐκ τῶν μαζῶν ἕλκουσι οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἐξερεύγεται κατὰ τὰς ῥῖνας ἐς τὸν πνεύμονα.

θ'. Οἷσι βὴξ ξηρὴ, οὐ λύεται, ἢν μὴ [3] ὀδύνη ἰσχυρὴ ἐς τὰ ἰσχία, ἢ ἐς τὰ σκέλεα, ἢ ἐς τὸν ὄρχιν.

ι'. Ἢν ὑδρωπιῶντα βὴξ ἔχῃ, ἢν μὲν αὐτίκα λιποθυμέῃ, θερμοῖσι πᾶσι διαχρήσθω· ἢν δὲ μὴ, θωρῆξαι καὶ σιτίων ἐμπλῆσαι, τάμνειν δὲ τὰς ἔσω.

ια'. .... τοῦ νοσήματος τοῦ μεγάλου ἐν ἕβδει γενομένου λύσις ..... ἰσχίων ὀδύνη, ὀφθαλμῶν διαστροφαὶ, τύφλωσις, ὀρχίων οἴδησις, μαζῶν ἄρσις .....

ιβ'. Ἢν [4] πυρετοῦ ἔχοντος τὰ περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχνὰ ᾖ ἐν ἡμέρῃ [5] γονίμῳ, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν λύσις.

ιγ'. [6] Ὑδρωπικὸς ἢν οἴδημα ἔχων ἐν τοῖσι σκέλεσι βήσσῃ, [7] κακόν.

ιδ'. Ἢν τὸ οὖς ἀλγέῃ, τῷ γάλακτι διαχρήσθω.

Steriles fomento et medicamine purgante curare oportet.

7. Qui derepente sine febre voce deficiunt, iis venam secare oportet.

8. *Loci lectio incerta admodum.*

9. Quibus tussis sicca est, non nisi valido coxendicum dolore, aut crurum, aut testis solvitur.

10. Aqua inter cutem laborantem dum tussis prehenderit, si quidem protinus animo deficiat, calida omnia adhibeat necesse est. Sin minus, vinum et cibos ingerere convenit. Venas vero internas secare oportet.

11. *Fragmenta locorum. cf. adnn.*

12. Febris si apprehenderit et facies die impari subsidat, in sequentem diem solutio exspectanda est.

13. Hydropicus si cruribus tumentibus tussi vexetur, malo est.

14. Ad aurium dolorem lacte utendum est.

[1] καί om. — [2] ἤν. — [3] ὀδύνη ἰσχυρή. — [4] τάσει γινομένου. — [5] πυρετούς. — [6] γονίμῃ. — [7] ὕδρῳ. — [8] κακόν om.

signa utroque loco adposui. Lind. γάλα [πινέτω] dedit, quum tamen in lacuna in fine aliquid eiusmodi perire potuerit, nolui in medio loco item lacunam notare.

7. ὅσοι — ἂν — ἔωσι.] Abesse solet ἄν, quare Lind. pro ἔωσι scripsit εἶσί. Littr. in multis libris ἤν vidit ante ἄφωνοι, ego in codd. Voss. pone hoc vocabulum. Quum ἄν et ἤν frequenter permutentur, illam voculam reposui.

8. φλέγματος — πνεύμονα.] Lindanus de suo, uti videtur, καταῤῥόους scripsit, ut obiectum faceret verbi ἕλκουσι. Littréus puncto minore pone κατάῤῥοοι distinxit. — Equidem locum pro desperato sibi relinquo: quid existimandum de ἐκ τῶν μαζῶν ἕλκουσι οἱ ὀφθαλμοί? Quid ἐξερεύγεται? οἱ κατάῤῥοοι? et ἐξερεύγεται numero singulari? Quid huc ἐξερεύγεται κατὰ τὰς ῥῖνας ἐς τὸν πνεύμονα? — Puto nos hic habere verba casu fortuito aliquo huc delata, quae forte nemo quisquam ita scribere voluit, sed quorum concursum debemus librariis.

9. οἷσι — ὄρχιν.] Pro λύεται cod. C. γίνεται habere adnotat Littréus. Ceteri omnes ὀδύνη ἰσχυρή nominativo, quod si serves, verbum aliquod v. c. ἔλθῃ in fine supplere debebis; sed malui dativo nomen scribere, quo facto periodus probe sibi constat. Cf. cum h. l. Ep. II. 1. 7. et IV. 61. et Ep. VI.

10. τάμνειν δὲ τὰς ἔσω.] Haec verba a Foës. ad seq. § referuntur in interpretatione Latina, itemque a Cornario. Equidem cum Littréo ea huc traxi: in cod. V. distinguitur ita, ut ad seqq. haec pertinere videantur.

11. ..... τοῦ νοσήματος — ἄρσις ....] Vulgo hic ἐν τάσει γενομένου; sequor Littréum, e lib. de criss. ἐν ἕβδει recipientem; cod. C. Par. mihi γενομένου praebuit. — Confer iam § 2. abruptum ἡ μανίη ... cum adnn. et apparebit, quare lacunae signa illic et hic adposuerim. Quod vero hic ante ἰσχίων et pone ἄρσις item lacunam notavi, factum est propter locum e libro de cris., ubi pleniora haec leguntur et quem iam totum describam e vulg. textu Kühnii p, 146. ἢ (lego ἡ) μανίη τοῦ μεγάλου νοσήματος ἐν ἕβδει γενομένου λύσις. Ὅσοις ἐν τοῖσι καύσοισι ἰσχίων ὀδύνη, ὀφθαλμῶν διαστροφὴ, ἢ τύφλωσις, ἢ ὀρχέων οἰδήσεις, ἢ τιτθῶν ἄρσις, καῦσον λύει, ἢ καὶ αἵματος ἐκ ῥινῶν ῥύσις.

12. ἢν — λύσις.] Cf. Coacam 211. et locum ex initio libelli de diebus critt. Vulgo λύσει; emendavit Littr. e codd. Parr., λύσις etiam in Voss. lego. — Locos laudatos si conferas, videbis, h. l. in vulgata ἐς ante τὴν ἐπιοῦσαν excidisse, quod revocavi.

13. ὑδρωπικὸς — κακόν.] Libri ὕδρωψ; de meo mutavi, cf. Aph. 35. VI. Hic locus est, qui respicitur in Gloss. Galeno adscripto: ὕδρωψ) Διοσκουρίδης ἐν δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ὀξυτόνως ἀναγινώσκει καὶ δηλοῦσθαί φησι τὸν

©BIUM

ιε'. Ἢν μὴ ἐν γονίμῃ μεθῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπιάζειν ἀνάγκη.

ις'. Οὗ ἂν ἡ φλὲψ ἡ ἐν τῷ ἀγκῶνι σφύζῃ, μανικὸς καὶ ὀξύθυμος· ᾧ δ' ἂν ἀτρεμέῃ, τυφώδης.

ιζ'. Τρῶμα ἢν αἱμορραγήσῃ, μὴ βρέχειν τὸ ἕλκος, [1] τὴν κεφαλὴν δὲ βρέχειν θερμῷ.

ιη'. Ἢν καρδιώσσῃ, θερμὸν ἄρτον [2] μετ' οἴνου ἀκρήτου διδόναι.

ιθ'. Ἐμέτου λύσις· ὕδωρ θερμὸν διδόναι [3] πίνειν καὶ ἐμεέτω.

κ'. Ὅσα σφακελίζει ἀπολαβόντα τὴν φλέβα ἑλκῶσαι καὶ [4] ὑγιάσαι.

κα'. Σπασμοῦ χειρὸς δακτύλων ἄνευ πυρετοῦ· — σχάσαι, ἢν μὴ τὴν κεφαλὴν ἀλγέῃ· εἰ δὲ μὴ, ὕδωρ θερμὸν καταχεῖν.

κβ'. Ὀφθαλμῶν· — σποδίου δωδέκατον, κρόκου πέμπτον, πυρῆνος ἓν, ψιμυθίου ἓν, σμύρνης [5] ἓν .....

..... τὸ ὕδωρ κατὰ τῆς κεφαλῆς ψυχρὸν καταχεῖν καὶ διδόναι σκόροδα ξὺν μάζῃ.

15. Febris nisi die impari remiserit, recidivam timere necesse est.

16. Qui venae in cubito conspicuum pulsum habet, is furibundus et in acerbam iracundiam facile praeceps est. Cui vero quiescit, lentus est et quodammodo torpet.

17. *Locus incertae lectionis.*

18. Si quis oris ventriculi morsu vexetur, panem calidum cum mero praebere oportet.

19. Vomitum sedat calida in potu adhibita et vomitione reddita.

20. Quae sideratione prehenduntur vena intercepta ad ulcerationem perducere et sanare oportet.

21. Convulsionis digitorum manus sine febre curatio: — venam secare oportet, ubi capitis dolor non adsit; sin adsit, calidam affundere.

22. Ad oculos: — spodii partem duodecimam, croci quintam, — — —, cerussae, myrrhae unam .....

..... frigida caput aspergito et allia cum maza comedenda praebe.

[1] τὴν δὲ κεφ. — [2] καὶ μετ' ὀ. — [3] πίνειν om. — [4] ὑγιῶσαι. — [5] ἓν om.

ὑδρωποειδῆ. — Hinc in Lexicis ὕδρωψ pro hydropico poni, — accuratius si velis, ὑδρώψ scribi, — reperies. — Eiusmodi quid si niti debeat auctoritate libri tam corrupti, quam hic iam fuit, quo tempore Dioscorides illud scriberet, rei fidem non adhibeo. — Desidero exempla! κακόν in fine in libris deëst: Littr. adscripsit e Martino apud Foës. et huius cod. quodam.

15. ἢν μὴ — ἀνάγκη.] Cf. Aph. 61. IV. Coaca 146. Ceteri ἐν τῇ γονίμῃ, sed non est sermo de uno certo aliquo die; itaque articulum omittere malui.

16. οὗ ἄν.] Gal. ᾧ δ' ἄν, ubi locum citat, de Hipp. et Plat. dogm. p. 574. Kühn. et ὧν ἡ φλὲψ ἡ ἐν ἀγκῶνι σφύζει, μανικοὶ καὶ ὀξύθυμοι, ὧν δ' ἂν ἀτρεμέῃ τυφώδεις. lib. Quod animi mores p. 803. Kühn.

17. τρῶμα — θερμῷ.] Loci lectio mihi suspecta est. Veteres caput lavabant, ut haemorrhagia promoveretur, cf. 67. in fine libri de victu acutorum. Quomodo igitur sibi respondeant bina membra aphorismi, non intelligo. Tum vero in priore membro βρέχειν universe ponitur, in altero βρέχειν θερμῷ. Locum non satis intelligo, ut rectene nec ne habeat, definire audeam; sed suspectum mihi facit antithesis inter utrumque membrum, quae qualis esse debeat, ego certe non capio. Τρῶμα initio estne de capitis vulnere accipiendum?

20. ὅσα σφακελίζει — ὑγιάσαι] De meo ὑγιάσαι ab ὑγιάζω, *sano*, scripsi, libris ὑγιῶσαι praebentibus; unus cod. ὑγυῶσαι, cod. vero C ὑγιής. — Est autem huius libri lectio correctio descriptoris, quales multae in eo. — Hesychius habet ὑγιοῦν. τὸ σαροῦν καὶ τὸ θεραπεύεσθαι, ubi Steph. corrigit θεραπεύειν et Pergerus σαρκοῦν, quod tamen minus recte *corpulentum esse* reddit, quum sit potius *ita curare vulnus ut caro in eo crescat*. Ὑγιότης in Lexicis citatur e Sexto Empirico. — Itaque manus abstinere debueram, nec quidquam mutare! Unde Hesychius ὑγιοῦν habeat, nescio; nescio, utrum apud Sext. Emp. ὑγιότης ferre oporteat, quia illum scriptorem non satis teneo, ut eiusmodi quid diiudicem. — Sed si e loco, qualis noster, ὑγιόω in Lexica transferatur, puto imprudenter agere eos, qui ita faciant. Quid enim? Manifesto forma librariorum culpa hic nata est propter praecedens ἑλκῶσαι; itaque solitam formam ὑγιάσαι, ab ὑγιάζω revocavi; ὑγιόω ab ὑγιής duci nequit. — Quod ad rem ipsam; quomodo voluerit auctor ἀπολαβεῖν τὴν φλέβα non constat; si quaeras, quare facere voluerit, dixerim, experientia doctos praevertere voluisse hoc modo haemorrhagias. — Alia vero quaestio est, num sanationi per σάρκωσιν admodum fuerit proficua ista venae ἀπόληψις.

21. σπασμοῦ — καταχεῖν.] Corn. interpretatur: „venam secato." — Foës. pro σχάσαι Latine „scarificatione opus est." Etiam Littréus „scarifier." — Ego cum Corn. consentio; vid. Oecon. Hipp. in voce. Genitivus σπασμοῦ — ἄνευ πυρετοῦ hic simili modo ponitur atque ὀφθαλμῶν initio §. seq. cf. §§. 61. 64.—66. partis spuriae libri de victu acutorum. — Illud εἰ δὲ μὴ, ὕδωρ θερμὸν καταχεῖν ambiguum est; neque enim constat, num capiti, an manui aquam affundere praecipiat. — Neque certus sum, auctorem non in superioribus ἢν μὲν τὴν κεφαλὴν ἀλγέῃ dedisse; nolim tamen tangere, quia plura, quae mira videantur, in his libris occurrunt.

22. ὀφθαλμῶν — μάζῃ.] Pro πυρῆνος legis in libris varr. lectt. πύρρινος, πύρινος. Vulgo ἓν pone σμύρνης abest, sed addiderunt Lind., Littr. e Sever. cod. — Omnes huc usque

©BIUM

κγ'. Κιρσοὶ δὲ φαλακρῶν, ἢν μὴ μεγάλοι ἔωσι, μανιώδεις.

κδ'. Ἀλφοῦ καὶ λέπρης· τίτανος ἐν ὕδατι, ὡς μὴ ἑλκώσῃς.

κε'. Χορίων κάθαρσις, ἢν ὑπερέχῃ· [1] ἐλλέβορον πρὸς τὰς ῥῖνας [2] προστιθέναι, ὥστε πτάρνυσθαι καὶ ἐπιλαμβάνειν τὰς ῥῖνας τῆς πταρνυμένης καὶ τὸ στόμα.

23. Varices in calvis apparentes, nisi magni fuerint, furorem iis portendunt.

24. Ad alphos et lepram: calcem elotam adhibe, ita ut ne ulcera facias.

25. Ut secundinae, quae remanserint, excidant, veratrum ad nares appone, ita ut sternutet, quod dum facit, nares et os comprime.

ΤΜΗΜΑ ΕΚΤΟΝ.

Φυσιογνωμονικόν.

α'. Ἢν ἡ κεφαλὴ μεγάλη καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ σμικροὶ, τραυλοὶ, ὀξύθυμοι.

Οἱ μακρόβιοι [3] πλείους ὀδόντας ἔχουσι.

Οἱ τραυλοὶ, [4] ταχύγλωσσοι, μελαγχολικοὶ κατακορέως, ἀσκαρδαμύκται, ὀξύθυμοι.

[5] Μεγάλην κεφαλὴν, ὀφθαλμοὺς μέλανας καὶ μεγάλους, ῥῖνα [6] παχεῖαν καὶ σιμὴν [7] ἔχοντες, ἐσθλοί.

Sectio Sexta.

Animi cognitionem per naturales notas referens.

1. Quibus caput magnum, oculi parvi, si balbutiant, in iracundiam sunt praecipites.

Quibus longa vita promittitur, ii plures dentes habent.

Balbutientes, celeriter loquentes, atra bile saturati, oculos non conniventes, in iram proni sunt.

Qui caput habent magnum, oculos nigros et magnos, nares crassas et simas, boni sunt.

[1] ἐλλέβ. om. — [2] προστ. — τὰς ῥῖνας om. — [3] πλείστους. — [4] παχυγλ. — [5] μεγάλην κεφαλὴν ὀφθαλμοὶ μέλανες καὶ μεγάλοι. — [6] παχείην. παχείην καὶ σμικρήν. — [7] ἔχοντες abest.

locum descripserunt, quasi nihil deësset. Prior tamen pars usque ad τὸ ὕδωρ pertinet ad remedii ad oculos descriptionem; posterior ipsis verbis τὸ ὕδωρ incipiens quorsum pertineat, non liquet, sed manifesto fragmentum est loci, cuius principium deficit, et qui num intermediis aliis cum priore connexus fuerit, nec ne, ignoratur. Sed neque formula remedii ophthalmici absoluta est; nam modus praeparandi et administrandi remedium periit. — Inter medicaminum in eo nomina unum est, quod non intelligo, scilicet πυρῆνος ἕν i. e. μέρος ἕν. — Calvus: „nuclei." — Corn.: „nuclei olivae." Hunc sequuntur Foës., Littr. — Puto Corn. ita esse interpretatum propter Dioscorid. locum I. 136. 137., nec tamen hac de re certus sum. Sed etiamsi inde deduxerint hic ita esse accipiendum, nemo tamen docet πυρήν dici de olivae nucleo in specie. — Loci apud Foës. in oecon. adlati in voce nihil me docent: — quod πύρεθρον etiam πύρινον vocatur Diosc. III. 78. nihil huc. — Puto hic corruptelam latere, quam quomodo tollam, nec qualis sit, video.

23. κιρσοὶ — μανιώδεις.] Cf. Aph. 34. VI. ubi saltem de nexu inter calvitiem et varices item sermo est. — Ceterum κιρσοὶ — μανιώδεις mira sane dictio est. Ne certus quidem sum, locum in fine esse integrum.

24. ὡς μὴ ἑλκώσῃς.] Gal. ὡς μὴ ἑλκώσῃ, quod ne quis praeferat, cf. § 20. supra, ubi ἑλκῶσαι item ad medicum refertur.

25. ἐλλέβορον.] In vulg. om., a Calvo Latine exprimitur, a Littréo e codd. C. H. in textum receptum est. Vid. Aph. 49. V.

1. ἢν ἡ κεφ.] Articulum e mss. Parr. Littr. adposuit; reperi item in V.

πλείους ὀδόντας.] Superl. πλείστους, quem e V. enotavi, habent etiam Ald. et duo codd. Parr.

ταχύγλωσσοι.] Lectio παχυγλ., quam e V. enotavi, e Sever. cod. apud Foës. notatur. Et τραυλόν simul esse posse παχύγλωσσον facile credo; sed ταχύγλωσσος i. e. celeriter verba fundens, facile is erit, qui animo est mobili. Itaque credo vulgatam lectionem esse veram.

μελαγχολικοὶ κατακορέως.] Ceteri μελαγχολικοὶ, κατακορέες, quod offendit. Vidi quidem, Foës. in Oecon. scribere: „Et κατακορεῖς ἀνθρώπους similiter dici Hip. annotat Gal., h. e. abunde biliosos, aut sincera bile abunde coloratos. Sic enim κατακορής cum ad hominem refertur, exquisite biliosum indicat, ut Lib. IV. Ep. ὁ ἐν τῷ σκυτείῳ ἡμορράγησε κατακορής. Et lib. II. Ep. οἱ τραυλοὶ ταχύγλωσσοι, μελαγχολικοὶ, κατακορέες." Sed Ep. IV. 20. legis: ὁ ἐν τῷ σκυτείῳ ἡμορράγησε κατακορὴς διαχώρησις ὀλίγη· ἐκρίθη ἑβδομαῖος ῥίγεϊ. Itaque potius iungo κατακορὴς διαχώρησις ὀλίγη. — Nempe κατακορής de rebus, non de personis dicitur, et loco nostro μελαγχολικοὶ κατακορέως, uti aliis locis ἰκτεριώδεες κατακορέως; nam ἰκτεριώδεες κατακορέες item librariis debetur; cf. adn. ad Coacam 36., cuius verba postrema repetuntur Coaca 64. nec maiore fide digna sunt, cum Ep. IV. 7., ubi unus tantum cod. I. κατακορέες et Lind., ceteris ἰκτεριώδεες ἐγένοντο κατακορέως recte legentibus.

μεγάλην κεφαλὴν — ἔχοντες, ἐσθλοί.] Libri mss.: με-

©BIUM

Χαροποὶ, μεγάλοι, [1]εἰ κεφαλὴ σμικρὴ, αὐχὴν λεπτὸς, στήθεα στενὰ, εὐάρμοστοι.

Qui oculos ravos habent, magni sunt, si caput est parvum, cervix tenuis, pectus angustum, ii a natura concinnam partium proportionem acceperunt.

[2]Ὦῖ κεφαλὴ σμικρὴ, οὐδ' ἂν εἴη τραυλὸς, οὐδὲ φαλακρὸς, ἢν μὴ γλαυκὸς ᾖ.

Qui capite est parvo, neque balbutiet, neque calvescet, nisi caesios habuerit oculos.

β'. Σπασμῶν φωνὴ ἐν γονίμῳ λύεται . . . . . ἀπήλλακται τοῦ μεγάλου νοσήματος.

2. Die impari vox a convulsione solvitur . . . . . liberatus est a morbo comitiali.

γ'. Λεχοῖ δὲ πυρεταινούσῃ καὶ ἀλγεούσῃ ὕδωρ καταχεῖν καὶ πτισάνην [3]παχεῖαν διδόναι τρὶς τῆς ἡμέρης θερμήν.

3. Febricitantem vero puerperam et ex dolore laborantem aqua perfundito, eique ptisanam crassam calidam ter die praebeto.

δ'. [4]Παιδίον τρέφεται ἑβδόμῳ μηνὶ, ἢ ἐνάτῳ, ἢ δεκάτῳ καὶ [5]ἵσταται τῇ φωνῇ, καὶ ἰσχὺς ἔπεται καὶ τῶν χειρῶν κρατέει.

4. Puer mense septimo, nono aut decimo nutricationem accipit, voce pollet, invaluit et manuum compos est.

Τῆς φωνῆς λυομένης πάντα λύεται· ἡ γὰρ [6]λύσις τῇ φθέγξι ὁμοίη· λύεται δὲ ἐν γονίμῃ.

Locus incertae lect., cf. adnn.

[1] εἰ abest et κεφαλὴν μεγάλη αὐχ. scribitur. — [2] κεφαλὴ σμικρὴ — sine ᾧ. — [3] παχεῖαν om. — [4] παιδία. — [5] ἥκιστα — [6] φύσις.

γάλη κεφαλὴ, ὀφθαλμοὶ μέλανες καὶ μεγάλοι nominativo, — tum ῥῖνα παχείην καὶ σιμήν accusativo, sine ullo vocabulo, unde accusativus pendeat. Ita sane nemo scripsit: itaque putavi accusativum indicio esse, periisse verbum, ad quod etiam superiora iam nominativo descripta aliquando accusativo relata fuerunt. Inde intelliges, quare ἔχοντες supplerim et superiora huius participii obiectum fecerim.

εἰ κεφαλὴ σμικρὴ] particulam εἰ de meo adposui, ne claudicaret oratio.

ᾧ κεφαλὴ σμικρή.] De meo relativum dandi casu adposui, ut certe cohaererent vocabula; fieri potuisse credidi, ut pone terminationem in οι nominis superioris ωι periret. Ceterum de universo hoc capitulo animadverto seqq.: Inter multa quae minime intelliguntur, subinde talia legis, quibus assentiri possis. Ea, quae non intelliguntur, partim non capiuntur propter miras horum scriptorum opiniones, partim tamen, quia adhuc latent, ut puto, scripturae vitia. Haec autem ideo minus certo deprehenduntur, quia cum falsis opinionibus permista sunt, neque alterum vitiorum genus ab altero satis discerni potest. Utrum v. c. τραυλοί in tertiam periodum loci huius e prima librariorum errore invectum sit, nec ne, non definio. De ultima et penultima periodo vix quidquam affirmare audeo. In penultima χαροποὶ, μεγάλοι a Foës. ad oculos refertur; nec tamen patet e Graecis, auctorem id voluisse; μεγάλοι certe in hoc verborum nexu ad oculos spectare non potest. In eadem sententia utrum εὐάρμοστοι ad corpus, an ad animum referri debeat, non satis scio. Si nexum cum superioribus respicias ad animum referas, sin nominis formam et originem, cum Foës. de corpore intellexeris fere. De signorum nexu in postrema periodo dubius prorsus haeres: nobis quidem hodie sententia huiusmodi prorsus absurda videatur necesse est.

2. σπασμῶν — νοσήματος.] In libris haec uno tenore describuntur, quasi nihil deësset; sunt autem fragmenta unius pluriumve locorum. Non capio, qui scriptor inter diem γόνιμον et morbi comitialis sanationem nexum esse aliquem indicare voluerit. Perfectum ἀπήλλακται facit, ut eo confidentius lacunae signa ponam. Nondum tamen existimandum, cetera iam recte habere. Redibo ad haec ad § 4.

4. παιδίον κ. τ. λ.] Plurale παιδία, quod e V. enotavi, in pluribus codd. Parr. vidit Littréus. In altera periodo huius §. φύσις, quod V habet, item e pluribus mss. adnotat editor Par.; quin expressit adeo Latine Foës., olimque Calvus, non Corn. — Mihi λύσις unice verum videtur; maxime propter seqq. λύεται δὲ ἐν γονίμῳ ἡμέρᾳ. — Iam vero tenendum, nullum esse nexum inter periodum priorem et alteram: priore de formatione et evolutione foetus agitur, in altera de re longe diversa. In priore unum illud ἵστασθαι τῇ φωνῇ advertit, quod de vocis edendae facultate in foetu iam praesente cum aliis accipio. — Sed videndum de altera periodo: equidem puto fragmentum esse loci, qui cohaeserit cum fragmentis in § 2. Nimirum si uno tenore legis σπασμῶν φωνὴ ἐν γονίμῳ λύεται· τῆς φωνῆς λυομένης πάντα λύεται· ἡ γὰρ λύσις τῇ φθέγξι ὁμοίη· λύεται δὲ ἐν γονίμῃ, habes quae referunt orationem, qualem in his fragmentis saepius animadvertas. Sed iam dixeris, etiam illud ἀπήλλακται τοῦ μεγάλου νοσήματος huc omnino pertinere: nam in hoc morbo profecto si ad loquelam redeant, reliqui spasmi soluti sunt, quod iam Foës. animadvertisse ad h. l. video. Non intelligo tamen, quod ad § 2. iam dixi, quomodo scriptor die impari s. critico illam solutionem contingere dicat; sed doctrina eius de hoc morbo ignoratur a nobis. Locus igitur, qui in § 2. et posteriore parte huius § 4. distractus et lacunosus habetur, mihi ad hunc modum describendus videtur:

. . . . . σπασμῶν φωνὴ ἐν γονίμῳ λύεται· τῆς δὲ φωνῆς λυομένης, πάντα λύεται· ἡ γὰρ λύσις τῇ φθέγξι ὁμοίη· λύεται δὲ ἐν γονίμῃ . . . . . ἀπήλλακται τοῦ μεγάλου νοσήματος.

In his non plane intelligo ἡ λύσις τῇ φθέγξι ὁμοίη; — sed forte in deperditis id aliquando clarius propositum fuerit. Quid inter γονίμῃ et ἀπήλλακται deficiat, ignoramus; exciditne καὶ οὕτω? — Littréus adnotat ad posteriorem § huius partem: „cette phrase se rapporte sans doute à quelque observation comme celle de la Coaque 77." Si locus conferatur, ex iis, quae de loci scriptura protuli, patet, Coacam aliud quid spectare; nec vero Foësius mihi eiusmodi quid innuere videtur in adn.

©BIUM

ε'. Ἢν αἱ φλέβες σφύζωσι ἐν τῇσι χερσὶ, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρρωμένον καὶ [1]τὰ ὑποχόνδρια μὴ λαπαρὰ ᾖ, χρονίη ἡ νοῦσος γίγνεται [2]καὶ ἄνευ σπασμοῦ οὐ λύεται, ἢ αἵματος πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινῶν, ἢ ὀδύνης ἐς τὰ ἰσχία.

5. Venarum in manibus conspicua pulsatio et facies bene habita cum praecordiorum contensione et tumore diuturnum morbum significat, qui fere non sine convulsione, aut multi sanguinis e naribus fluxu, aut coxendicum dolore solvitur.

ς'. Τοῦ λαιμοῦ· — ὕδωρ θερμὸν κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχεῖν, ἢν μὴ ψῦχος ᾖ· ἢν δε μὴ, ἄλητον ὡς θερμότατον διδόναι καὶ οἶνον ἄκρητον.

6. Gulae affectae curatio: — calida caput perfundere oportet, dum ne frigus adsit; sin minus, farinam quam calidissimam et merum praebeto.

ζ'. Ταραχῆς γαστρός· — κυάμους ἐφθοὺς διδόναι, ἢν μὴ τὰ ἄνω κατακορέα ᾖ· καὶ κύμινον διδόναι τρώγειν μετὰ τῶν κυάμων.

7. Ad alvi perturbationem remedium: — fabas coctas praebere oportet, nisi partes corporis superiores bile redundent, et cuminum cum fabis comedendum praebeto.

η'. [3]Ἀπόλειψις δὲ τοῦ νοσήματος οὐκ ἂν γένοιτο εἰ μὴ ἐν γονίμῃ ἡμέρῃ· οὐδὲ ἂν ἀρχὴ γένοιτο, ἢν μὴ ἀγόνῳ ἡμέρῃ καὶ μηνὶ, [4]ἔτεϊ δὲ γονίμῳ.

8. Morbi cessatio non poterit contingere, nisi die impari; neque eius principium futurum est, nisi die pari et mense, sed anno impari.

θ'. ..... [5]νίτρον Αἰγύπτιον καὶ κορίανον καὶ κύμινον τρίβοντα ξὺν ἀλείφατι ξυναλείφειν.

9. *Fragmentum incertae lectionis.*

ι'. Ὅσα θνήσκει ἀνάγκη γονίμῳ ἡμέρῃ καὶ γονίμῳ μηνὶ καὶ γονίμῳ ἔτεϊ. Προλέγειν δὲ ὀρθῶς ἂν ἔχοι θάνατον ἢ ὀδύνας ἰσχυρὰς, οἷον [6]ὧν τὰ ὄμματα μὴ ἔρρωται, ὁ θάνατος

10. *Fragmentum incertae lectionis.*

[1] τά abest. — [2] καί abest. — [3] ἀπόληψις. — [4] ἔτι. — [5] λίτρον. — [6] ἦν.

5. ἢν αἱ φλέβες — ἢ ὀδύνης ἐς τὰ ἰσχία.] In his duo de meo mutavi: τά ante ὑποχόνδρια adposui et καί ante ἄνευ. Libro de crisibus p. 54. vs. 42. eadem sententia. Cf. etiam Coacas 128. 296.

6. τοῦ λαιμοῦ· κ. τ. λ.] Unica var. lect., quae advertit, est ψυχρός pro ψῦχος apud Gal. — Ceterum locus utrum integer sit, nec ne, non certo scio: non negligendum, τοῦ λαιμοῦ esse inscriptionem, quae partem affectam, non morbum quo sit affecta, denotat.

7. ταραχῆς κ. τ. λ.] In his ceteri ἢ κύμινον διδόναι, sed particula disiunctiva h. l. non congruit, itaque in καί mutavi de meo. Pro ἢν μὴ τὰ ἄνω κατακορέα ᾖ Calvus habet „superiora si satis valeant," quod quomodo e Graecis, quae a nostris diversa videre vix potuit, eliciat, me latet. — Equidem accepi, quemadmodum Foës., Littr.; — Corn. quomodo intellexerit, vix satis liquet. Similem dictionem vide infra § 14.

8. ἀπόλειψις — γονίμῳ.] Recepi ἀπόλειψις e cod. C. pro vulgato ἀπόληψις; credo enim illius libri descriptorem verum vidisse; similem correctionem de meo intuli § 8. sectionis 3. in voce ἐγκατάλειψις. — Ante ἀγόνῳ Lind. ἐν supplevit; lectio ἔτι pro ἔτεϊ in edd. antt. et duobus codd. Parr. habetur etiam; falsam esse patet e § 10. infra. Certum iudico, nomina γόνιμος et ἄγονος in his §§ sumi pro *gignendi facultate praeditus* et *gignendi facultate destitutus:* Verum quidem est, saepe γόνιμος poni pro περισσός et hoc a recentioribus pro κρισιμός poni, sed antithesis hic docet, scriptorem nomen apud alios eo significatu usurpatum, hic in sensum, quem dixi, cum opposito ἄγονος, convertisse. Verum de alia re monendum est: si hanc § conferas cum § 2. et 4. et 10., animadvertimus in singulis eandem doctrinam, ita ut loci videantur ex eodem scripto, sed diverso ab origine aliarum in his libris et hac ipsa sectione sententiarum. Utrum vero hic locus noster per se accipiendus sit universe de morbo qualicumque, an vero sine intermediis aliis cohaeserit cum verbis ἀπήλλακται τοῦ μεγάλου νοσήματος, non liquet. Verba ista e § 2. citata si respicias, putes fere nostra haec cum iis coniuncta fuisse; sin § 10. argumentum teneas, potius in contrariam opinionem inclines.

9. .... νίτριον — ξυναλείφειν.] Unde hoc fragmentum huc devenerit, mihi non constat, sed minime cohaerere cum vicinis certum est. Principio saltem deëst indicatio morbi, in quo remedium praescriptum fuerit. Utrum in fine συναλείφειν, uti edd. legunt, ortum sit ex antecedente ξὺν ἀλείφατι et alia contra deficiant, nec ne, incertum iudico. Formae λίτρον hic fidem non adhibeo; νίτρον apud Herodotum legitur, cf. Greg. Cor. Ed. Schaefer p. 148. et quae olim collegi ad librum de V. A. p. 116.

10. ὅσα — ἡμέρῃ.] In his cod. C. ὅσα θνήσκειν initio: οἷον ante ὧν e vulg. abest, sed a Littr. e codd. est revocatum; idem etiam in pluribus libris οἷον ἦν vidit. In verbis ἢν δὲ ἐν γονίμῳ ἔτεϊ cod. C. om. δέ; itemque omittunt alii

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 645 sur 880

©BIUM

ἐν τάχεϊ. Ἢν δὲ ἐν γονίμῳ ἔτεϊ γίγνηται, ἀπ' ἀμφοτέρων γονίμων ἀνάγκη γενέσθαι· ἢν δὲ ἀγόνῳ ἔτεϊ καὶ ἀγόνῳ ἡμέρῃ, θνήσκειν ἀνάγκη γονίμῳ ἡμέρῃ.

ια'. Τοῦ ἀριθμοῦ τρίτη, ἰσχυροτάτη.

ιβ'. Κυνάγχην καὶ ὀφθαλμίην [1] φλεβοτομέειν.

ιγ'. Τρωθέντος [2] ἐντοσθιδίου ἡ ἀναπνοὴ ἔρχεται κάτω ἀφανὴς κατὰ τὸ τρῶμα καὶ κενοῦται τὰ στήθεα.

.... διδόναι οὖν γάλα καὶ οἶνον ἴσον ἴσῳ.

ιδ'. Ὧν κατακορέα τὰ στήθεα, ψελλοὶ, μανιώδεες καὶ φαλακροί· τούτων ὅσοι ἐκ γενεῆς καὶ στρεβλοὶ, [ἀξύνετοι,] [3] ἠλιβιῶντες, ἢ μαινόμενοι. [οἷσι δὲ μὴ, ἑτέρου κακοῦ λύσις.]

ιε'. Περὶ φύσιος· Δύναμιν πλείστην ἔχει

[1] φλεβοτομίην. — [2] ἐντέρου. — [3] sic etiam V.

11. Numero tertia summam habet potestatem.

12. Anginam et lippitudinem venae sectione curare oportet.

13. Vulnerato viscere quod in pectore est, spiritus infra per vulnus evanidus exit et pectus vacuum fit.

..... lac igitur cum vino pari aquae mixtura temperato exhibe.

14. Qui pectus admodum biliosum habent, balbutiunt, furibundi sunt et calvi: ex his ii, qui etiam ab ortu distortum corpus habent, stolidi sunt, aut insanientes.

15. *Locus incertae lectionis.*

libri Parr.; pro ἀμφοτέρων γονίμων vulgo ἀμφ. γονίμους, sed genitivum Foës. in cod. vetere aliquo legit et Littréus exhibuit. Verba θνήσκειν — ἡμέρῃ in nonnullis libris omittuntur. — Cf. adnn. ad § 8. Lectio loci mihi incerta videtur: non sine causa cod. C. descriptor ὅσα θνήσκειν initio; sed hoc si recipias, dandum erit: ὅσα θνήσκειν ἀνάγκη, γονίμῳ ἡμέρῃ καὶ γονίμῳ μηνὶ καὶ γονίμῳ ἔτεϊ θνήσκει. Aut ὅσα θνήσκει, θνήσκειν ἀνάγκη γονίμῳ ἡμέρῃ καὶ γονίμῳ μηνὶ καὶ γονίμῳ ἔτεϊ. Quin hoc forte facilius e codd. scriptura deducitur, quum infinitivus pone tertiam personam praesentis facile perire potuerit. Sed quomodo iam cum his cohaerent seqq. προλέγειν — ἐν τάχεϊ? Ego nexum nullum video, quum in iis prognosis non e certis temporibus deducitur, sed e pravis in aegrotante signis. Quis nexus inter superiora et προλέγειν θάνατον ἢ ὀδύνας ἰσχυράς? In illis enim de morte sola sermo est. — Videntur ea, de quibus dico, pannus adsutus esse; forte adnotatio est adscripta in libro antiquo, unde haec fragmenta desumta sunt. Videant etiam alii; ego difficultates, quas cernere mihi videbar, reticere nolui. — Forte fragmentum in § 11. ad eundem librum pertinuit, unde haec desumpta fuerunt.

12. φλεβοτομέειν.] Vulgo φλεβοτομίη. Sed cod. V. mihi φλεβοτομίην praebuit, quo facto vidi in eo latere φλεβοτομέειν, quam emendationem postea mihi praeripuisse vidi cod. C. descriptorem. Est simile vitium, ac quod supra sustulimus 5. 5. ἀνεμίην in ἀνεμέειν mutantes. Mira quidem dictio „morbo venam secare," non tamen ab his fragmentis aliena.

13. τρωθέντος ἐντοσθιδίου.] Libri omnes ἐντέρου, nisi quod unus Par. ἔντερα in ἔντερον mutatum habet. Foës. adnotat: „Quodsi codicis unius nostri lectionem sequaris, quae non omnino spernenda est, et ἐντοστιδίου pro ἐντέρου scribas, thoracis cavum et capacitatem intelligere licebit. Qua in significatione ἔντερον pro intestina quavis parte sumi potest." Hinc Littréus edidit ἐντοσθιδίου, de hac lect. monens: „elle m'a paru une bonne fortune dans un passage aussi obscur." Cum Littréo lectionem membranae Foësii recipiendam duxi: firmat lectionem et locum illustrat pars Coacae 509. θνήσκει δὲ κἢν ἐς ἀρτηρίην καὶ πνεύμονα μεγάλαι σφόδρα αἱ πληγαὶ γένωνται, ὥστε τοῦ πνεύμονος πληγέντος ἔλασσον προσερχόμενον πνεῦμα κατὰ τὸ στόμα γίγνεσθαι, ἢ τὸ ἐκπῖπτον ἐκ τοῦ τρώματος. — Scio tamen dubitari posse, num ἐντοσθίδιον, s. ἐντοστηθίδιον sit recens correctio, ἔντερον vetus scriptura, quae, uti vult Foësius, latiore sensu sumta, viscus in thorace situm significet h. l.; sed τὸ ἔντερον et τὰ ἔντερα vulgo tamen in libris Hipp. arctiore significatu de intestinis, quae vocare solemus, accipi solet. Primum credidi, κάτω indicio esse, auctorem re vera ἐντέρου scripsisse et de intestino intellexisse; sed vulnus thoracis, quum infra os et nares, per quas partes spiritum ducimus, infligatur, illud me non retinuit, quominus reciperem id, quod rem ex toto illustrat.

... διδόναι — ἴσῳ.] Hoc fragmentum non pertinet ad superiora, cum quibus nullo nexu tenetur. Quin οὖν forte invectum, postquam superioribus haec adhaerere modo qualicumque coeperant. Advertit verba διδόναι γάλα καὶ οἶνον ἴσον ἴσῳ, (nam πίνειν ibi in libris pluribus Parr. et Voss. omittitur) etiam miro modo et sine idoneo nexu cum antecedentibus legi § 4. sect. 5. supra.

14. ἠλιβιῶντες.] Vulgo ἢ λιβιῶντες; id, quod exhibui, tamen in pluribus codd. Parr. et Vossiano legitur; neque neglexit hanc lectionem Foësius, qui Latine cum vulgatam, tum hanc expressit. Dubium non est, quid auctor voluerit: λιβιῶντες a λίβος huc nihil; ab ἠλίβιος apud Aristoph. Ἱππῆς vs. 1124. ἠλιβιάζω et hic ἠλιβιάω. Sed simul apparet, ἀξύνετοι nihil esse nisi glossema, ipsi huic ἠλιβιῶντες adscriptum, quapropter uncis inclusi. Hic locus ceterum pertinet ad φυσιογνωμονικά illa e § 1. huius sectionis et superioris.

[οἷσι δὲ μὴ, ἑτέρου κακοῦ λύσις.] Etiam haec uncinis intercepi, quia nihil iis cum antecedentibus commune est; — fragmentum loci referunt, quod quorsum pertineat, nondum reperi.

15. περὶ φύσιος· — τὰ ἄρσενα.] Verissime Littréus περὶ

τιτθὸς, ὀφθαλμὸς δεξιός· ταῦτα τῶν κάτω καὶ ὅτι ἐμπέφυκε τοῖσι δεξιοῖσι τὰ ἄρσενα.

ις'. Γυναιξὶ ἐπιμήνια ὥστε ἴσχειν, σικύην μεγίστην παρὰ τὸν τιτθὸν προσβάλλειν.

ιζ'. Τρίμηνον παιδίον πάντα δηλοῖ καὶ [1]γάλα τότε ἔχει.

ιη'. Ἢν πολλὸν ῥέῃ γάλα, ἀνάγκη ἀσθενέειν τὸ ἐν γαστρί. Ἢν στερεώτεροι ἔωσι οἱ τιτθοὶ, [2]ὑγιηρότερον τὸ ἔμβρυον.

ιθ'. Φλὲψ [ἔχει] [3]παχεῖα ἐν ἑκατέρῳ τιτθῷ· ταῦτα μέγιστον ἔχει μόριον ξυνέσιος.

κ'. Στραγγουρίην λύει φλεβοτομίη.

κα'. κβ'. Ἢν τὰ ἄνω χωρία σπαργᾷ, τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν, ἑλκέων κάθαρσις, ἔμετος, [4]ἰδρώς.

Ἀπὸ γαστρὸς ταραχῆς ἢ ἀπὸ βηχὸς καρκίνου γενομένου, τὸ στόμα πικραίνεται· διδόναι δὲ πίνειν ἐλατήριον δὶς, ἢ τρὶς, ἢν μὴ [5]ψελλὸς ᾖ· ἐπιδεῖν δεῖ χαλκοῦ ἄνθος καύσας ἕως ἂν πυρρὸν ᾖ, καὶ σπογγίην ἢν μὴ [5]ψελλὸς ᾖ.

[1] μέγα. — [2] ὑγιεινότερον. — [3] παχείη. — [4] ὕδρωψ. — [5] ψελός.

16. Mulieribus ut purgationes menstruas sistas, cucurbitulam maximam ad mammam adfigito.

17. Foetum trimestrem omnia manifestum reddunt et mulier eo tempore lac habet.

18. Si lac magna copia profluat, foetum imbecillum esse necesse est. Quodsi mammae solidiores fuerint, foetum esse saniorem indicant.

19. In utraque mamma vena crassa est. Haec maximam partem prudentiae habent.

20. Lotium substillum venae sectio solvit.

21. 22. *Loci perturbati.*

φύσιος inscriptionem esse vidit, quam forte e margine in textum irrepsisse item vere monuit. Editor Par. ταῦτα in ταὐτά mutavit, qua in re illum non sequor, quoniam ταὐτὰ τῶν κάτω ineptum est, ταὐτά sibi dativum requireret. Sed praeterea locum neque tango, neque interpretor, quod eum non intelligo: neque enim video, quid sit ταῦτα τῶν κάτω, etiamsi cum Littréo ταὐτά scribas, neque capio quod sequitur καὶ ὅτι ἐμπέφυκε κ. τ. λ. Nexus verborum in hac periodo intelligi nequit: forte sunt fragmenta, quae utcumque conglutenaverint librarii Ad postrema cf. sententiam quartam § 17. sect. III.

16. γυναιξὶ — προσβάλλειν.] Locus huic similis est Aph. V. 50. Dixeris paene hunc nostrum antiquiorem referre scripturam. Quemadmodum hic ὥστε ponitur, legis etiam § 29. infra.

17. καὶ γάλα τότε ἔχει.] Hic locus iterum fragmentum est, unde explicandum censeo, ἔχει sibi non habere subiectum; satis apertum tamen, mulierem gravidam esse. Vulg. habet μέγα τότε, cod. H. Par. ex emendatione μεγάλα. Forte illud μέγα e prima syllaba nominis γάλα et particula aliqua orta, ita ut scriptum olim fuerit καὶ μὴν γάλα τότε ἔχει.

18. ἢν — ἔμβρυον.] In uno cod. Par. pro ἀσθενέειν legitur διαφθαρῆναι; pro ἐν γαστρὶ cod. G. παιδίον. Cf. cum h. l. Aph. 52. V.

19. φλὲψ — ξυνέσιος.] In his verbis prius illud ἔχει ex otiosa sequentis repetitione natum puto: ταῦτα mirum sonat; malis αὗται — ἔχουσι, — aut αὕτη ἔχει. Littréus vere monet cum h. l. conferendum esse Aph. 40. V., cum quo rursus cf. § postremam huius libri. — Fieri potest, uti dixi, ut olim αὕτη — ἔχει in altero membro hic scriptum fuerit, sed fieri etiam potest, ut aliae corruptelae lateant; nam haec libri pars vel peius se habet quam aliae.

21. 22. ἢν τὰ ἄνω — σπογγίην, ἢν μὴ ψελλὸς ᾖ.] Hos locos esse perturbatos unusquisque semel admonitus statim videbit; antequam tamen de hac re monemus, varr. lectt. persequemur. Alii iam σπαργᾷ in Erotiani et Galeno adscripto glossario exponi monuerunt. Huius auctor ὀργᾷ, ille ὀρέγεται ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμεῖ exponit. Sed vereor, ne vitium irrepserit in Erotianeis: nam σπαργᾷ) ὀρέγεται. Ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμεῖ. mira scriptura mihi videtur. Fueritne scriptum σπαργᾷ.) ὀργᾷ· ἀντι τοῦ ἐπιθυμεῖ? Hesych. ὀργᾷ· ἐπιτεταμένως ἐπιθυμεῖ. Ὀρέγεται valet quidem idem, quod ἐπιθυμεῖ, sed dixerim, vocabulum nimis esse tritum hoc sensu, quam ut ulteriore interpretatione indiguerit. Res tamen ad hunc locum nihil facit. — Ἰδρώς e Gal. invectum est a Littréo, tum e cod. Foësii aliquo, qui ὑδρώς, tum e cod. C, qui ὕδρωτες habet. — Littr. ψιλὸς dedit e cod. K. pro librorum lectione vulgata ψελλός. Adscribit autem: „ἢν ἔτι ἰσχυρὴν ἐοῦσαν λαμβάνῃς dit dans un passage tout à fait semblable l'auteur du livre *des maladies des femmes* II. 24." Locum iam frustra quaero; sed ἢν μὴ ψιλὸς ᾖ a Littréo redditur „à moins que l'individu soit grêle." Ad hanc rem redibo infra, quum dubitem, num recte talia cum his conferantur. Pro δεῖ cod. C. δέ; idem liber ἔστ' ἂν pro ἕως ἄν. In fine loci ψιλὸς Littréus ad similitudinem superiorum. — Videamus iam de loci restitutione; nam perturbationem ipsam absurda rerum consecutio ostendit. Primum τὰ περὶ κεφαλὴν mihi videtur esse interpretatio antecedentis τὰ ἄνω χωρία; est autem glossema falsum ab eo, qui res non intelligeret. Cum hoc glossemate etiam reiiciendum est postremum ἢν μὴ ψελλὸς ᾖ, quum sit otiosa repetitio superioris. Iam coniungenda mihi videntur:

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 647 sur 880

©BIUM

κγ'. Ἀλύκης, Φρίκης, χάσμης. — οἶνος ἴσος ἴσῳ καὶ γάλα.

κδ'. Ὠτὸς [1]περιωδυνίης· — σικύην προσβάλλειν.

κε'. Ὅ τι ἂν τῶν ἄνω πονέῃ, ὀδύνη ἐς τὰ ἰσχία, ἢ ἐς τὰ γούνατα, ἢ σκελέων ὀδύνη λύει· λύει δὲ καὶ πυρετὸς καὶ δυσεντερίη· καὶ [2]ἄσθμα λύει πᾶν ὅ τι τούτων γιγνόμενον.

κς'. Ἑλεοῦ· ψυχρὸν οἶνον πολλὸν, ἄκρητον [3]κατ' ὀλίγον διδόναι, ἔστ' ἂν ὕπνος γένηται. [4]κἢν τὸ ὑποχόνδριον ἐντεταμένον ᾖ λαπαρῶς ἄνευ ὀδύνης, πιέζειν τῇ χειρὶ καὶ λούειν.

[1] περιωδυνίησικύην. — [2] ἄσθα. — [3] κατὰ λόγον. — [4] ἤν.

23. Anxietatis, horroris et oscitationis remedium est vinum pari aquae mixtura temperatum et lac.

24. Ad gravissimum auris dolorem: — cucurbitulam appone.

25. Superiorum partium dolorem, coxendicum, aut genuum, aut crurum dolor solvit; solvit etiam febris et intestinorum difficultas. Solvit etiam anhelationem quodcumque horum omnium contingit.

26. Ad volvulum: — Frigidum vinum multum et meracum sensim dandum, donec somnus oriatur; ac praecordia si molliter sine dolore intendantur, manu premito et balneum administrato.

Ἢν τὰ ἄνω σπαργᾷ, τὸ στόμα πικραίνεται· διδόναι δὲ πίνειν ἐλατήριον δὶς ἢ τρὶς, ἢν μὴ ψελλὸς ᾖ.

Miraris postremum ἢν μὴ ψελλὸς ᾖ! Puto intelligendum esse ex Aph. 32. VI. Τραυλοὶ ὑπὸ διαρροίης μάλιστα ἁλίσκονται μακρῆς. Quo loco collato puto, hunc nostrum nihil commune habere cum verbis a Littr. e lib. II. de morbis adlatis; eumque sine causa idonea ψιλός scripsisse. Neque credo nobis licere ψιλός interpretari, sicuti ille fecit.

Ex iis, quae supersunt, alteram compono sententiam ad hunc modum:

Καρκίνου γενομένου ἐπιδεῖν χαλκοῦ ἄνθος καύσας ἕως ἂν πυρρὸν ᾖ, καὶ σπογγίην.....

Quippe non credo coniungenda esse ἀπὸ γαστρὸς ταραχῆς ἢ ἀπὸ βηχὸς καρκίνου γενομένου. Est hoc nimis ridiculum! Δεῖ aut δή pone ἐπιδεῖν e postrema syllaba huius verbi ortum existimo, quapropter omitto. Pone σπογγίην deficiunt quae ad remedii parationem et administrationem spectaverint.

Supersunt ἑλκέων κάθαρσις, ἔμετος, ὕδρωψ, seu ἱδρώς, — et ἀπὸ γαστρὸς ταραχῆς ἢ ἀπὸ βηχός, — quae neque inter se, neque cum reliquis apte coniungi possunt; sed quae fragmenta nescio quorum monitorum referunt, quorum reliquae partes interierint.

23. ἀλύκης — γάλα.] Cf. Aph. VII. 56. De meo καί pro ἤ dedi; cf. § 13. et sect. 5. § 4.

24. ὠτὸς περιωδυνίης.] De meo dedi genitivum περιωδυνίης pro nominativo, quum genitivi ς ante primam literam sequentis σικύης periisse videatur. Vulgo περιωδυνίην, sed Littr. e C. περιωδυνίη, cf. lect. cod. V.

25. ὅτι — γιγνόμενον.] Vulgo: ὅ τι ἂν τῶν ἄνω πονέῃ, ὀδύνη ἐς τὰ ἰσχία, ἢ ἐς τὰ γούνατα καὶ ἄσθμα λύει πάντα τούτων γιγνόμενον. Libri Parr. C. H. in fine γινομένων pro vulg. γινόμενον exhibent, unde Littréus genitivum illum dedit. Lind. καὶ ἄσθμα λύει πᾶν ὅ τι τουτέων γινόμενον. Hic postrema feliciter restituere mihi videtur, sed cum superioribus non apte tamen coniunguntur in eius lectione. Credo primum scriptum fuisse: ὅ τι ἂν τῶν ἄνω πονέῃ, ὀδύνη ἐς τὰ ἰσχία, ἢ ἐς τὰ γούνατα λύει. Dein alius subiunxisse videtur καὶ ἄσθμα λύει πᾶν ὅ τι τούτων γιγνόμενον. Nimirum quod universe auctor prioris sententiae posuerat, idem de anhelatione affirmavit alter. Sed praeterea vocabula e media § seq. ad primam illam sententiam pertinent, nempe ἢ σκελέων ὀδύνη, quam si eo referas, habebis: ὅ τι ἂν τῶν ἄνω πονέῃ, ὀδύνη ἐς τὰ ἰσχία, ἢ ἐς τὰ γούνατα, ἢ σκελέων ὀδύνη λύει. καὶ ἄσθμα λύει πᾶν ὅ τι τούτων γιγνόμενον. Sed praeterea huc quoque pertinere certum est verba sequentis § λύει δὲ καὶ πυρετὸς καὶ δυσεντερίη. Quum enim in illa § nihil sit, quorsum λύει δὲ καί spectet, non dubito, quin ea huius sint loci et sic demum, multis et diversis signis in priore sententia enumeratis, congruet πᾶν ὅ τι τούτων in altera. — Omnia illa igitur ita describenda, uti iam exhibui, cf. adn. seq.:

Ὅ τι ἂν τῶν ἄνω πονέῃ, ὀδύνη ἐς τὰ ἰσχία, ἢ ἐς τὰ γούνατα, ἢ σκελέων ὀδύνη λύει· λύει δὲ καὶ πυρετὸς καὶ δυσεντερίη. καὶ ἄσθμα λύει πᾶν ὅ τι τούτων γιγνόμενον.

26. εἰλεοῦ — λούειν.] Describam locum, quemadmodum edi solet: Εἰλεοῦ λαπαροῦ· ψυχρὸν οἶνον πολλὸν ἄκρητον κατὰ λόγον διδόναι, ἔστ' ἂν ὕπνος, ἢ σκελέων ὀδύνη γένηται· λύει δὲ καὶ πυρετὸς καὶ δυσεντερίη ἄνευ ὀδύνης. Ἢν ὑποχόνδριον τεταμένον ᾖ, πιέζειν τῇ χειρὶ καὶ λούειν. Locus legitur etiam in lib. de criss. sub finem; pro λαπαροῦ Lind. λαπάρης, tum pone ψυχροῦ inseruit [ἐπιγενομένου]. In lib. de crisibus λαπαροῦ abest, sed εἰλεοῦ ἐπιγενομένου legitur, unde hoc desumsit Lind. Quid autem voluerit suo εἰλεου λαπάρης ψυχροῦ ἐπιγενομένου, non capio. — Pro vulgato κατὰ λόγον rectissime Littr. κατ' ὀλίγον e lib. de crisibus. — Iam primum detrahamus verba ἢ σκελέων ὀδύνη, quae ad § superiorem retuli; quis enim credat, medicum praescribere, ut quis sensim vinum bibat, donec crurum dolor oriatur? Detrahamus porro λύει δὲ καὶ πυρετὸς καὶ δυσεντερίη, quae huc non pertinere ipsum illud λύει δὲ καί docet, quum in superioribus λύειν non occurrat. Cave dein, ne iungas δυσεντερίη ἄνευ ὀδύνης; nam dysenteria sive cum dolore sit, sive sine eo, huc nihil, quin sine dolore vix esse poterit. Teneamus etiam, λαπαροῦ e lib. de crisibus abesse, et simul comparemus dictionem, qualis Ep. IV. 25. κατὰ τὰ δεξιὰ ὑπολάπαρος ἔντασις, aliamve similem, nam in Epidemiis germanis et spuriis saepius recurrunt. Patebit tum iungendum esse ἢν ὑποχόνδριον τεταμένον ᾖ λαπαρῶς ἄνευ ὀδύνης. — Sed hoc ipsum omnino cohaeret cum illo de quo sermo est, quapropter id mihi sumsi, ut ἤν in κἢν et ut τεταμένον in usitatissimum in hac re compositum ἐντεταμένον mutarem. — Sic tandem e § 25. et § 26. natae sunt sententiae probabiles. — Locus vero e libro de crisibus ma-

κζ'. Παρωνυχίης· — κηκὶς μέλαινα ἐν μέλιτι.

κη'. ..... ὕδατος ἀφιεμένου γάλακτος ὀκτὼ κοτύλας δοῦναι πιεῖν [1] ἢν δὲ πίνῃ καὶ μὴ ἐμέῃ, μυττωτὸν δριμύν.....

κθ'. Ὥστε ἔχειν γυναῖκα ἐν γαστρί· πωλύπια ὑπὲρ φλογὸς [2] ὀπτῶντα ὡς θερμότατα καὶ πλεῖστα ἡμίφλεκτα διδόναι τρώγειν καὶ τρίψαντα [3] νίτρου αἰγύπτιου καὶ κορίανον καὶ κύμινον, κόλλικας [4] ποιεῦντα, προστιθέναι τῷ αἰδοίῳ.

λ'. Ἢν ἐκ κραιπάλης κεφαλὴν ἀλγέῃ, οἴνου ἀκρήτου κοτύλην πίνειν· ἢν δὲ ἄλλως κεφαλὴν ἀλγέῃ, ἄρτον ὡς θερμότατον [5] ἐξ οἴνου ἀκρήτου ἐσθίειν.

λα'. Ἢν ἄνθρωπον θέρμη ἔχῃ μὴ ἀπὸ χολῆς, μηδὲ ἀπὸ φλέγματος, ἀλλ' ἢ ἀπὸ κόπου, ἢ ἄλλως πυρεταίνῃ, ὕδωρ θερμῆναι πολλὸν, ἔπειτα ὑπερχέων τὴν κεφαλὴν βρέχειν, μέχρις ἂν τοὺς πόδας ἱδρώσῃ· καὶ ἄλητον ἕψεσθαι ὡς παχύτατον· ἐπὴν δὲ ἱδρώσῃ τοὺς πόδας, ἄλητον ὡς πλεῖστον καὶ θερμότατον ἐσθίων καὶ οἶνον ἄκρητον ἐπιπίνων, περιστειλάμενος ἱματίοις, ἀναπαυέσθω [6] εὐκόπως· [7] ἢ μὴν ναρκίσσου δύο, ἢ τρεῖς κεφαλὰς ἐπὶ τῷ δείπνῳ ἐσθιέτω.

27. Ad reduviam galla nigra cum melle facit.

28. *Fragmentum incertae interpretationis.*

29. Ad conceptum: polypos parvos in prunis assatos quam plurimos et calidissimos et semiustos esui dato et pastillos ex nitro Aegyptio trito, coriandro et cumino naturalibus subdito.

30. In capitis dolore ex crapula, meri cotyla potui danda; sin alia ex causa caput doleat, panis quam calidissimus cum mero in escam exhibendus.

31. Si quem calor prehendat, neque ex bile, neque ex pituita, sed aut ex lassitudine, aliave de causa febricitet, calida multa affusa caput irrigato, quoad in pedibus sudor excitetur, farinamque quam crassissimam coquito. Excitato vero in pedibus sudore, farinam plurimam et calidissimam edat, superebibito mero et stragulis coöpertus placide quiescat. Aut certe narcissi duo aut tria capita post coenam edat.

[1] ἢν δὲ ἐμέῃ καὶ μὴ πίνῃ. — [2] ὀπτῶν. — [3] λίτρου. — [4] ποιοῦντα. — [5] σὺν οἴνῳ ἀκρήτῳ. — [6] εὐκόπως. — [7] ἡμῖν.

nifesto ibi descriptus est, quum magna pars turbarum in h. l. iam orta esset: nimirum neque locus similis § 25ae, antecedit, neque verba ἢν ὑποχόνδριον κ. τ. λ. sequuntur, et tamen ibi quoque iam ineptum illud ἢ σκελέων ὀδύνη legitur, et λύει δὲ καὶ πυρετὸς καὶ δυσεντερίη. — Omnia in eiusmodi libris ita mista sunt ab antiquissimis temporibus, ut lyncei oculi vix sufficiant ad omnes librariorum fraudes detegendas.

28 ... ὕδατος ἀφιεμένου — δριμύν ...] Locus in vulgata legitur hoc modo: Ὕδατος ἐφιεμένου γάλακτος ὀκτὼ κοτύλας διδόναι πιεῖν· ἢν δὲ ἐμέῃ καὶ μὴ πίνῃ, μυττωτὸν δριμύν. Pro ἐφιεμένου Littréus ἀφιεμένου e multis mss. Parr., quemadmodum etiam in Voss. vidi. Calvus item legisse videtur, quum „cum aqua fuerit emissa" reddat. — Gal. ὑφιεμένου habet. Lind. vocabulum in ἐψημένου mutavit, de suo, uti videtur. Corn.: „aqua secedente" Latine. Foës. amplam adn. adscripsit ad h. l., e qua excerpo: „sic ὕδωρ ἐφιέμενον impendentem et imminentem aquam significare videtur." — Equidem parum sum certus de loci scriptura: sine dubio ἢν δὲ ἐμέῃ καὶ μὴ πίνῃ absurdum est et ortum ex ἢν δὲ πίνῃ καὶ μὴ ἐμέῃ; praebetur magna copia lactis aegro, ut vomat, quod si non faciat, myttoto ad vomitum est perducendus. Itaque ita scripsi de meo! De meo etiam lacunae signa loco praemisi et subiunxi, quia ὕδατος ἀφιεμένου non est principium sententiae, sed cum aliis cohaesit deperditis. — Illud ὕδατος ἀφιεμένου de re ad morbum pertinente accipiunt fere, quasi praescriberentur v. c. remedia post paracentesin hydropici; sed hoc incertum, facile enim fieri potest, ut ὕδατος ἀφιεμένου spectet ad remedii alicuius parationem, et ne certus quidem es, non inter γάλακτος et illud ἀφιεμένου aliquid deësse. Hac de causa loco interpretationem Latinam adscribere nolui; nimis incerta sunt omnia, quam ut interpreteris.

29. καὶ πλεῖστα ἡμίφλεκτα.] Ita accipiunt πλεῖστα Corn. et Foës., ut hic „prope," alter „fere" reddat. Littréus non interpretatus est. — Si πλεῖστα hic „fere" significaret, fere potius τὰ πλεῖστα exspectaveram. Puto omnino de copia polyporum maxima dici: sed nolim affirmare non scriptum fuisse: πωλύπια ὑπὲρ φλογὸς ὀπτῶντα, ὡς πλεῖστα καὶ θερμότατα ἡμίφλεκτα διδόναι τρώγειν.

30. ἢν — ἐσθίειν] In hac § cod. C. πίνειν, vulgo πιεῖν; quod etiam in V. lego. Cod. C. pro vulgato σὺν οἴνῳ ἀκρήτῳ habet ἐξ οἴνου ἀκρήτου; — Littréus hanc lectionem cod. C. recepit; ego utramque.

31. ἢν — ἐσθιέτω.] Varr. lectt. praecipuas excerpam: ἀλλ' ἢν ἀπὸ κόπου Gal.; μέχρι τοὺς πόδας ἱδρώσει cod. C., sine ἄν. — τοὺς πόδας περιστειλάμενος ἱματίοις ἀναπαύεσθαι εὐκόπως ἡμῖν, πρότερον ἄλητον ὡς πλεῖστον καὶ

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 649 sur 880

©BIUM

λβ'. Τῷ μέλλοντι μαίνεσθαι τόδε προσημαίνει τὸ σημεῖον· αἷμα ξυλλέγεται [1] αὐτῷ ἐπὶ τοὺς τιτθούς.

[1] αὐτοῦ.

32. Venturum furorem praenunciat, cui in mammis sanguis colligitur.

θερμότατον ἐσθίων καὶ οἶνον ἄκρητον ἐπιπίνων, ἢ ναρκίσσου cod. D. Par.; τοὺς πόδας περιστειλάμενος ἱματίοις ἀναπαύεσθαι εὐκόπως, ἄλητον ὡς πλεῖστον καὶ θερμότατον ἐσθίων καὶ οἶνον ἄκρητον ἐπιπίνων, ἢ μήν Lind. Pro vulgato εὐκόπως cod. C. εὐσκόπως; volueritne libri descriptor εὐσκεπῶς? — Quod κεφαλαί narcissi dixit scriptor, non alio modo accipiendum quam de bulbo; est radix plantae βολβοειδής; ναρκίσσου βολβοί appellari solent. Ceterum advertit orationis huius § diversitas a reliquarum huius libri dictione. Convenit fere cum ea, quam in §§ nonnullis partis spuriae libri de V. A. vidimus. Cf. cum hac § Aph. VII. 42.

32. τῷ μέλλοντι — τιτθούς.] Cf. Aph. V. 40. Forma huius sententiae ita comparata est, ut a recentioribus descripta videatur ex alia, quae forte sic se habuerit: τῷ μέλλοντι μαίνεσθαι αἷμα ξυλλέγεται ἐπὶ τοὺς τιτθούς. Quin magis vero simile, τῇ μελλούσῃ μαίνεσθαι αἷμα ξυλλέγεται ἐπὶ τοὺς τιτθούς scriptum fuisse in loco illo antiquiore, unde noster fluxerit; quin Aph. V. 40. forte ex eiusmodi loci scriptura item prodiit.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΟΣΩΝ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΑΛΛΩΝ
ΟΙΣ ΠΑΡΕΓΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΑΛΛΑ ΙΑΤΡΙΚΑ.
ΠΑΝΤΑ ΤΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΝΕΩΤΕΡΑ.

EPIDEMIORUM LIBER QUARTUS.

FRAGMENTA HISTORIAE MORBORUM CUM EPIDEMIORUM TUM ALIORUM,
QUIBUS ALIA MEDICI ARGUMENTI ADMISTA SUNT.
OMNIA HIPPOCRATEIS RECENTIORA.

©BIUM

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ.

ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

α'. Μετ' ἰσημερίην καὶ μετὰ πλειάδα οἷα τὰ ἀνεσθιόμενα καὶ βλεννώδεα ..... ἃ τὴν κεφαλὴν [1] ὦξε, ἀπῆλθε ὑπὲρ τοῦ ὠτός· ..... τῷ παρὰ Λεωκύδεος, ἐν ποδί ..... [2] Φανοδίκῳ οἱ δάκτυλοι οἱ ἐν τῷ ποδὶ ... ἐπὶ τοῦ στήθεος .....

Ὁ τμηθεὶς τὴν κνήμην, ταύτῃ μὲν ἐμελάνθη, [3] ἤ τὸ μέγα ἕλκος ἐν τῷ ἔξω τῆς κνήμης καὶ ἐκ τοὔπισθεν [4] ἦν· ἐπεὶ καθαρὸν ἐγένετο, πλευροῦ ὀδύνη καὶ στήθεος κατ' ἴξιν ἀριστεροῦ καὶ πυρετοί· ἀπέθανε ἀπὸ τοῦ πυρετοῦ .....

[1] ὦξα. — [2] φανοδίκου. — [3] ἤ. — [4] ἦει. ἐπὶ κ.

1. μετ' ἰσημερίην — ὑπὲρ τοῦ ὠτός ...] De lacunae signis a me his interpositis mox dicam; varr. lectt. praecipuae sunt: ᾧ τὴν κεφ. cod. C, quod recepit Littréus pro vulgato ἃ τὴν κεφ. — Pro vulg. ὦξε Littréus ὤιξα recepit e codd. 5. Parr. et Glossario Erotiani, ubi exponitur ἀνέωξα, ἄι ἔτεμον. Par. G. ὤξα, uti Voss., ὦξα cod. Par. D., ὤξε Edd. antt. — His collectis videamus de singulis: verba μετ' ἰσημερίην — βλεννώδεα ita sensu cassa sunt, ut interpretari nemo possit; utrum οἷα insiticium sit, nec ne, non discerno. Certum est deficere plura pone βλεννώδεα, quare lacunam notavi; incertum, an non inter πλειάδα et seqq. item lacuna sit; probabile mihi videtur, sed non satis certum, ut lacunam notem. Quae sequuntur ἃ — ὠτός non intelliguntur, etiamsi cum cod. C. et Erotiano ᾧ τὴν κεφαλὴν ὤιξα legas: ὤιξα mihi emendatio videtur antiqua, an Erotiani, an alius cuiusdam non constat; sed Erotiano fidem denegandam censeo, ubi τὴν κεφαλὴν ὤιξα exponit ἀνέωξα, ἔτεμον. Non credo medicum veterem quemquam dixisse τὴν κεφαλὴν ὤιξα, ut significaret *cutem capitis incidi*. Erotianus videtur corruptam vidisse lectionem, quam utcumque interpretatus fuerit. Forte in vulgata latet ὃς τὴν κεφαλὴν ἔαξε, neque tamen certo affirmo. — Neutiquam intelligo ἀπῆλθε ὑπὲρ τοῦ ὠτός, est hoc sensu cassum; utrum inter ὦξε et ἀπῆλθε lacuna sit, non certo scio. Pone ὠτός sine dubio plura desunt. — Mihi videor hic habere fragmenta a librariis nihil intelligentibus conglutinata, quorum nexus nullus et quae omnem interpretandi spem idcirco eludunt. Idem in continuo sequentibus apparebit.

τῷ παρὰ Λ. — στήθεος ....] Variae lectt. nullae traduntur, quas commemorare sit operae pretium; lacunas alii non animadvertisse videntur. Certum tamen est abrumpi periodum inchoatam pone ποδί et ante Φανοδίκῳ. In verbis vero Φανοδίκῳ — στήθεος lacunam esse non videntes interpretes στήθεος alii alio modo acceperunt. Foës., Littr. accipiunt de pedis parte, Calvus, Corn. de pectore. Nempe Pollux: τὸ δὲ κάτωθεν (τοῦ ποδὸς) τὸ μὲν ὅλον τύλωμα· τούτου δὲ τὸ μὲν προῦχον ὑπὸ τοὺς δακτύλους στῆθος ποδὸς, ἡ προστηθίς. — Ut iam redeamus ad nostra, primum quaero, possintne iungi οἱ δάκτυλοι οἱ ἐν τῷ ποδὶ ἐπὶ τοῦ στήθεος? Digiti pedis non sunt ἐπὶ τοῦ στήθεος! Tum vero dubito, num στῆθος sine addito ποδὸς usurpari pro ea pedis parte, pro planta pedis, possit. — Sed inter ἐν τῷ ποδὶ et ἐπὶ τοῦ στήθεος lacuna est; neque certus fieri potes, num στῆθος hic de pedis parte an de pectore ponatur; nam quantum desit nec quid desit novisti. Itaque rursus haec omnem interpretationis accuratae spem eludunt.

ταύτῃ μὲν ἐμελάνθη.] Non video causam, cur ταύτην e cod. C. cum Littréo praeferam prae vulgata, quam exhibui. Plurium codd. lectio ἤ utique corrupta. Lind. miro modo: ταύτῃ μὲν καὶ ἐμελάνθη [καὶ] μέγα ἤ (sic) τὸ ἕλκος ἐν τῷ ἔξω τῆς κνήμης.

καὶ ἐκ τοὔπισθεν ἦν.] Vulgo ἦει, cod. C. ἦκει, unus liber Par. εἶη. — Quid ἦει hic significare debeat, etiamsi ulcus ἀνεσθιόμενον cogites, non video. Solum ἦν hic congruum; num forte forma Ionica errori in scribendo ansam praebuerit, nescio. Paulo post ἐγένετο e cod. C. recepi pro vulg.

EPIDEMIORUM.

LIBER QUARTUS.

I. *Loci propter lacunas et corruptelam intelligi nequeunt.*

Illi, cui in tibia sectio facta est, ibi loci partes denigratae sunt, ubi magnum erat ulcus in exteriore tibiae parte et a posteriore. Postquam perpurgatum fuit, dolor lateris et pectoris sinistri e directo ulceris et febres exoriebantur; post febrem periit .....

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 653 sur 880

©BIUM

β'. Τὸ χολῶδες τῷ σχοινοπλόκῳ κατακορὲς καὶ τὰ καυστικά· καταφερομένῳ περὶ ἰσημερίην κάτω αἷμα πουλὺ διῆλθε .....

Γέροντι πάνυ σφόδρα ἀπεγένετο, οὐ πρόσω τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων.

Τῷ δὲ στιγματίῃ παρ' Ἀντιφίλου [1] καυστικῶν κριθέντων ἑβδόμῃ, χολώδει, τυφώδει, [2] τρίτῃ μετὰ κρίσιν ἢ οὕτως αἷμα ἔπτυσε· περιεγένετο· καὶ ὑποστροφὴ ὕστερον ἐγένετο· ἐκρίθη, ὡς εἰκὸς, περὶ [3] πλῃάδων δύσιν τὸ πρῶτον· μετὰ δὲ [πλῃάδων δύσιν] [4] χολώδης ἐς μανίην· κρίσις [5] περὶ ἐνάτην ἄνευ ἱδρῶτος.

γ'. Περὶ ἰσημερίην ὁ [6] Χαλκηδόνιος ἀπὸ [7] πυλέων μετακομισθεὶς παρ' ἀγορὴν [8] ἐκ ῥήγματος περὶ μαζὸν δεξιὸν ὀδυνώμενος ἔπτυε ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ὑπόχλωρον· γαστὴρ ..... ἱδρὼς ἀρξάμενος ἑβδόμῃ εἶχε

2. Spartario bilis erat saturata et febris ardens. Quum alto sopore detineretur circa aequinoctium sanguis multus deorsum prodiit....

Locus corruptus.

Locus corruptus.

3. Sub aequinoctium Chalcedonius, qui a portis in forum delatus ex ruptione ad mammam dextram dolebat, subinde aliquantulum ex virore pallescens spuebat; alvus ..... sudor cum septimo die coepisset, fere ad octavum usque

[1] καυστικῷ. — [2] ἡ τρίτη. — [3] πλειάδων. — [4] χολώδεις εἰς μ. — [5] περιεγένετο περὶ ἐν. — [6] καλχηδόνιος — [7] πολλέων. — [8] ἐκ abest.

ἐγίνετο. Denique lacunae signa ponenda fuerunt in loci fine; nam manifesto dies, quo mortuus sit, indicatus fuit.

2. τὰ καυστικά.] Simpliciter interpretor *febris ardens*. Quod sequitur καταφερομένῳ de sopore illi in febre oborto accipio. Ceterum in priore hac § 2. parte orationis forma corruptelam arguit: mira dictio in τὸ χολῶδες — καυστικά. Probabilis dictio in καταφερομ. — διῆλθε. Lacunam pone hoc verbum notavi, quia fragmentum est historiae morbi.

Γέροντι πάνυ σφόδρα ἀπεγένετο, οὐ πρόσω τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων.] De οὐ πρόσω iam dixi ad Ep. II. sect. 2. § 3., ubi vide admn. — Sed in pessime habito h. l. plura advertunt. Interpretes ad unum omnes nihil vitii suspicantes iungunt γέροντι — ἀπεγένετο et e fine superioris historiae morbi αἷμα pro subiecto repetunt. Sed infra § 20. in fine hist. morbi Moschi legimus ιθ' ἀπεγένετο νυκτός. De ἀποθανομένου δὲ εὐθέως § 31. infra in admn. monui. His exemplis constat, verbum ἀποθνήσκεσθαι pro *e vita decedere* notum fuisse et usitatum his scriptoribus. Sed contra quaero, num αἷμά τινι ἀποθνήσκειν dixerint? Foësius de ipso illo ἀπεγένετο notulam adscripsit, sed e qua nihil boni disco. Brevi res eo redit: fragmentum ita scribendum videtur:

Γέροντι πάνυ σφόδρα ..... ἀπεγένετο τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.

Seni admodum ..... obiit die decimoquarto.

Nego ἀποθνήσκεσθαι de sanguine evacuato dici; nego παύσασθαι aut διαφορεῖσθαι significare, quod Foës. voluit; nego ἀπεγένετο hic esse ἀπέστη, quomodo interpretes sumpsisse vir eximius scribit. Nihil est nisi *diem supremum obire*. In οὐ πρόσω indicium habemus, librarium plura legere non potuisse, vid. adn. ad Ep. II. 2. 3. — Et in verbis οὐ πρόσω ιδ' ἡμερέων habemus moretum a scribis nobis confectum e verbis quae supererant et formula librarii, quam certo restituere non possis, sed in qua, si quid veri superstes est, erit quod descripsi i. e. numerus ordinalis τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.

καυστικῶν κριθέντων.] Vulgo καυστικῷ, sed iungendum est καυστικῶν κριθέντων; dativus ortus inde, quod librarii, non videntes iungendum esse quemadmodum dixi, καυστικῷ ad στιγματίῃ retulerunt.

τρίτῃ μετὰ κρίσιν ἢ οὕτως αἷμα ἔπτυσε· περιεγένετο κ. τ. λ.] Haec vulgata est lectio; codicis C. scriptura, quam Littréus recepit pro vulgata, ita se habet: τρίτῃ μετὰ κρίσιν ἤει οὕτως αἷμα· περιεγένετο. — Procul abest, ut affirmare ausim veram loci scripturam e Cod. C. a Littréo datam esse: illius cod. descriptoris coniecturam habemus, sed qua locum non persanari οὕτως docet, quod quorsum spectet non constat. — Tenendum, ἤει ex ἢ formatum esse a correctore et ἔπτυσε reiectum esse: — sed fieri possit, ut scriptum fuerit τρίτῃ μετὰ κρίσιν ἢ ..... οὕτος αἷμα ἔπτυσε· et ut dativus τῷ δὲ στιγμι κ. τ. λ. ab aliis dependerit olim, quae cum superioribus coniunxerint ista. Ad amussim si rem exigas, omnia hic rursus incerta habenda sunt.

ἐκρίθη, ὡς εἰκὸς, περὶ πλῃάδων δ. κ. τ. λ.] Vellem esset qui me doceret, quid sibi velit hic ὡς εἰκός. Neque satis scio, quid significet χολώδης ἐς μανίην. Forte lacuna hic nobis fraudem facit, certe dictionem illam non intelligere me ultro profiteor.

κρίσις περὶ ἐνάτην.] Quod hic περιεγένετο ante περί omissum est, factum est consentienter cum correctore textus codicis C, quem cum Littréo sequor; sed quae uncis intercepi item tuto omitti possint, quippe e superioribus repetita.

3. ἐκ ῥήγματος ὀδυνώμενος.] In codd. abest ἐκ, quod de meo supplere volens, vidi emendationem mihi a Lindano esse praereptam. Littréus non recepit, nec tamen constat, unde genitivus pendeat, nisi suppleas.

γαστὴρ .....] Vulgo solum γαστήρ, quod nonnulli interpretes pro aposiopesi acceperunt et „venter egerebat," „alvus bene habuit" interpretati sunt. Littréus e cod. C. recepit γαστὴρ χαριέντως, quod reddit „le ventre, favorable." — Calvum idem vidisse patet ex eius Latinis, quum „venter gratiose demisit" scribat. Unde descriptor cod. C. illud χαριέντως duxerit, non constat, sed videtur in mss. Calvi item lectum fuisse, ita ut non sit descriptoris correctio. Num iocus sit librarii legentis ἔπτυε ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ὑπόχλωρον γαστήρ, ita ut vocabulis ita iunctis adscriberet χα-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 654 sur 880

τὰ πολλὰ ἄχρις ὀγδόης· ἐκρίθη τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. περὶ δὲ τεσσαρακοστὴν ἤρθη περὶ τὰ ὦτά οἱ ἀμφότερα· οὐκ ἀπεοικὸς ἐδόκει ἔμπυος ἔσεσθαι· οὐκ ἐγένετο.

δ'. Στῆθος Ἀριστοδήμῳ ἐκαύθη ...

Τῷ Φιλίδος * οἱ ὡς ἀπέβη ἐκ πτώματος καὶ τούτῳ προϋπῆρχε δὲ ὀδύνη τις ἀνωτέρω.

ε'. Μετὰ ἰσημερίην φθινοπωρινὴν ὑποστροφαὶ καὶ ἄλλως μέχρι τροπέων χειμερινῶν.

ς'. Μεθ' ἡλίου θερινοῦ ... ἡ Ἀχελῴου ἑκταίη ἀπέφθειρε ἐμετώδης ἐοῦσα καὶ φρικώδης· καὶ ἱδρῶτες· κρίσις τεσσαρεσκαιδεκάτῃ· ὁποσάμηνον οὐκ οἶδα· ἄρσεν δὲ καὶ ἄλλο πρὸς τὰς εἴκοσι ἔφη, εἰ ἀληθέα, οὐκ οἶδα.

tenuit; decimo quarto iudicatione absolutus est. Sub quadragesimum vero ei tubercula ad utramque aurem sublata sunt. Non abs re credebatur purulentus fore; quod non accidit.

4. Fragmenta incertae lectionis.

5. Fragmentum incertae lectionis.

6. Locus lacunosus, turbatus.

[1] περὶ ὦτα. — [2] ἐπισημερίῃσ (sic). — [3] χειμεριῶν. μεθ' ἡλίου τοῦ θερινοῦ. — [4] αἱματώδης. — [5] ὁποσάμην (sic).

μιέντως, non definio, Sed certum mihi esse affirmo, ipsum auctorem ita non scripsisse; sine ullo dubio lacuna est pone γαστήρ et χαμιέντως recens emblema undecumque illatum.

ἄχρις ὀγδόης.] Cod. C. μέχρι ὀγδόης; in eodem libro δὲ pone περί paulo inferius omittitur.

4. στῆθος Ἀριστοδήμῳ ἐκαύθη ...] Fragmentum historiae morbi est; lacunae signa in fine posui, forte etiam principio adpingenda sunt. Nescis an re vera στῆθος ἐκαύθη iungere oporteat, quod facere hic solent interpretes, an distinguendum sit pone Ἀριστοδήμῳ et tum per se ἐκαύθη sumendum. — Omnia mihi in eiusmodi fragmenti interpretatione incerta esse videntur.

τῷ Φιλίδος * οἱ ὡς ἀπέβη ἐκ πτώματος καὶ τούτῳ προϋπῆρχε δὲ ὀδύνη τις ἀνωτέρω.] In his Φιλίδος cod. unus, cuius lectio in seqq. item differt. In οἱ ὡς vulgatam servavi, plures codd. Parr. οἵως, Lind. ὡς, Littréus ὁμοίως. uterque de coniectura. Iam vero cod. ille Q', e quo Φιλίδος enotavi, ἐκ πτώματός οἱ ὡς ἀπέβη οὐκ οἶδα· προϋπῆρχε κ. τ. λ. Primum dicam, Calvum item vidisse postremam hanc lect., sed eum omnia coniungere; habet enim: „Pectus Aristodemo Philidis filio casu combustum est, qualiter abscesserit nescio, partem superiorem hic prius doluerat, cett.," nam etiam seq. § huc trahit. — Corn.: „Philidis filio, quum abscessus factus esset ex casu et ipsi pectus ustum est. Erat autem dolor quidam etiam antea," cett. — Hic etiam seqq. huc trahit. — Foës.: „Philidis filio, cui quod aliquid ex casu abscessit, etiam ei pectus inustum est, supra dolor aliquis prius exstiterat." Item seqq. huc trahit. Patet, veteres hos interpretes accepisse ἀπέβη, quasi ἀπέστη scriptum esset, quod tamen non idem est. Lindani et Littréi coniecturae difficultatem non tollunt, nec sensum sanum praebent. — Equidem locum desperatum esse existimo; nescio an τῷ Φιλίδος cohaereat cum ἀπέβη, an non; nescio an eodem verba ἐκ πτώματος καὶ τούτῳ pertineant, an non; — solum rite intelligo postrema προϋπῆρχε — ἀνωτέρω, in quibus ἀνωτέρω non de loco, sed de tempore superiore aliquo accipio. Forte pone ἀνωτέρω item lacunae signa ponenda. Ego in hac § nulla posui, quia ne satis certo quidem distinguere vales, ubi re ipsa ponenda sint. — De formula οὐκ οἶδα vide ad Ep. II. 2. 3.

5. μετ' ἰσημερίην φθινοπωρινὴν κ. τ. λ.] Vulgo ἰσημερίας φθινοπωρινάς, unde in cod. H. emendatur, quod Lind., Littr. exhibent μετ' ἰσημερίας φθ. Credo tamen vicinas voces plur. numero prolatas scriptioni isti ansam praebuisse, nam ἡ ἰσημερίη sing. num dici solet, sed τροπαὶ θερινάι v. c. plur. num. — Ceterum miro modo sequitur καὶ ἄλλως μέχρι τρ. χειμ. — Credo nos hic rursus fragmenta locorum habere a librariis utcumque conglutinata. Quod ad interpunctionem in cod. V., ubi, licet interpungatur pone χειμερινῶν, tamen μεθ' ἡλίου τοῦ θερινοῦ ad hanc § trahitur et ἡ Ἀχελῴου in novi versus principio ponitur, nescis an verba illa huc pertineant, an non. Ceterum puto non cohaerere inter se μεθ' ἡλίου τοῦ θερινοῦ ἡ Ἀ. ἑκταίη ἀπέφθειρε, nam eiusmodi temporis computationem nusquam vidi; praeterea his alia vitia insunt, de quibus statim ad § seq. dicam.

6. μεθ' ἡλίου θερινοῦ — οὐκ οἶδα.] De primis vocabulis huius periodi, ad superiorem sententiam in cod. V. relatis, iam ad § 5. dixi. — Ceterum, lacunae notis exceptis, locum descripsi, quemadmodum Littr. illum edidit. Hic ἐμετώδης pro vulg. αἱματ. e cod. C. duxit; idem liber ἄρσεν δή habet et cod. D. ἔφυ pro ἔφη; ac lectt. istae quidem solae memoratu dignae ad h. l. — Iam vero statim dicam, locum ita scriptum intelligi non posse, itaque videamus de singulis. — Pone θερινοῦ lacunam notavi, quae num forte ante hoc vocabulum etiam notanda sit, non definio, quum nesciam quid perierit. Nonnulla tamen periisse certum est: μεθ' ἡλίου θερινοῦ nihil est; puto scriptum fuisse μεθ' ἡλίου θερινὰς τροπάς, aut μεθ' ἡλίου τροπὰς θερινάς. Sed non credo ἑκταίη numeratum fuisse a solstitii tempore, quippe vulgo tale temporis momentum ad latius patentes temporis definitiones spectat, non ad singulorum dierum computationem. Haec causa est, cur lacunae signa posuerim eo loco, ubi minimum τροπάς, sed probabiliter etiam plura perierunt, quae occasionem abortus descripserint. Vulgatum Ἀχελῴου proba forma non est, itaque Ἀχελῴου dedi; non sum certus tamen, non aliud in eo nomen, v. c. Ἀρχελάου, latere. In seqq. continuo cohaerent haec: ἀπέφθειρε ἐμετώδης ἐοῦσα καὶ φρικώδης ὁποσάμηνον οὐκ οἶδα. Sed procul absum ut affirmare audeam, verba ὁποσάμηνον οὐκ οἶδα re vera ab ipso auctore esse; descriptoris adnotatio esse videntur. cf. adnn. ad Ep. II. 2. 3. Cum hisce cohaerere etiam videntur postrema illa ἄρσεν δὲ — οὐκ οἶδα; sed haec verba adeo sensu sano sunt vacua, ut de iis nihil omnino certo statuere liceat. Quod istis et principio intermedium est, καὶ ἱδρῶτες· κρίσις, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, videtur ad finem historiae morbi pertinere et simul lacunosum esse: nam ante καὶ ἱδρῶτες plura alia

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 655 sur 880

©BIUM

ζ'. Περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς βόρεια ἦν· ἰκτεριώδεες ἐγένοντο κατάκορέως καὶ οἱ μὲν φρικώδεες, οἱ δὲ οὔ· γλῶσσαι ξυγκεκαυμέναι πρίτῃ καὶ [1]ἐκχλοιούμενοι περὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην καὶ οὗτοι μακρὰν ἀποτείνοντες· [2]ἐς τεσσαρεσκαιδεκάτην γαστέρες ἀντεχόμεναι καὶ τῇσι φαρμακείῃσι οὐχ ὑπακούουσαι κατὰ λόγον τῶν πυρετῶν· καὶ [3]ἀνιδρῶντες· σπλῆνες ἔστι οἷσι σκληροί· ὑποχόνδρια δεξιὰ ἐντεταμένοι καὶ πρὸς χεῖρα ὑποβορβορύζοντες· αἱμόρροοι καὶ οὔροισι ἡ κάθαρσις καὶ ἡ κρίσις. πολλῷ δὲ μᾶλλον εἴχοντο κάτω· καὶ γὰρ τοῦτο [4]ἐπελαμβάνετο ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον· οἷσι μὲν οὕτως ἦν, σπλῆνες δὲ καὶ ἐπηρμένοι, αἱμορραγίη ἐξ ἀριστεροῦ.

7. Sub brumam aquilonii status erant; aurigine abunde foedati erant, ac partim quidem cum horroris sensu, partim vero minime. Tertio die linguae adustae et aegrotantes ex virore pallescentes circa diem sextum et septimum, qui etiam diu morbum trahebant: versus diem decimum quartum venter restitit, neque purgationibus obsequebatur pro febrium ratione et sudabant. Nonnullis lienes duri; praecordia dextra intenta erant et ad manum tangentem borborygmi audiebantur; — sanguinem fundebant et per urinas cum purgatio tum iudicium contigit. Multo vero magis alvus inferior restitit, nam id quoque eo tempore illis contigit; quod quibus fiebat, si simul lien tumebat, e nare sanguis fluxit.

[1] ὄχλοι. — [2] τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. — [3] ἀνιδρῶντες. — [4] ὑπελαμβ.

signa morbi fuisse prolata nemo negabit, qui haec nihil aliud agens legat. — Redeo ad formulam *οὐκ οἶδα*: cf. lect. Cod. Q.' in adn. ad § 4. cum his nostris; in seqq. plura similia observare licebit.

οἱ δὲ οὔ.] Cod. Par. C. *οἱ δὲ καὶ οὔ.*

καὶ ἐκχλοιούμενοι.] E cod. I. Par. *καὶ ἔκχολοι* adnotat Littréus. Vulgata habet *καὶ ὄχλοι*; sed apud Calvum lego: „lingua pustulabatur, tertio *virescebant*, sexto septimoque," cett. Itaque neque *ὄχλοι* legit, neque *ἔκχολοι*; — Foës. illum *ὠχροί* legisse coniicit. Equidem in diversis illis lectt. latere puto *ἐκχλοιούμενοι*, quod vocabulum tam saepe male habitum fuisse a librariis in Prorrh. I. et Coacis apparuit. Me iudice *ὄχλοι* sine dubio corruptum est et ad *ὠχροί*, aut *ἐκχλοιούμενοι* confugere oportet, quorum hoc praefero, quia in icteri descriptione in Prorrh. et Coacis frequenter usurpatur. Sequens *οὗτοι — ἀποτείνοντες* multo melius quadrat cum ad personas, quam cum ad *ὄχλους* refertur.

ἐς τεσσαρεσκαιδεκάτην.] Vulgatae *τεσσαρεσκαιδεκάτῃ* praefero cod. C. lectionem; facile *ἐς* pone *ἀποτείνοντες* omitti potuit et locus melius descriptus est in cod. C. quam in reliquis. Nec tamen negare poteris hunc dierum numerum hic miro modo inferri, ita ut fere suspiceris continua serie scriptum fuisse *καὶ οὗτοι μακρὰν ἀποτείνοντες· γαστέρες ἀντεχόμεναι κ. τ. λ.* Illud *ἐς τεσσαρεσκαίδεκα* non potest trahi ad superiora, sed neque mihi ab omni parte satisfacit: *ἐς τεσσ. γαστέρες ἀντεχόμεναι*; vereor ne hic rursus aliqua corruptela lateat; quam non amplius assequi valemus. Quaero, quare dies criseos morbi non indicetur infra in verbis *ἡ κάθαρσις καὶ ἡ κρίσις*? Pertineatne eò iste numerus? Non quadraret cum *ἐς μακρὰν ἀποτείνοντες*, nisi *καὶ ἐκχλοιούμενοι περὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην* de crisi imperfecta accipias, aliis iudicio perfecto contingente.

ἀνιδρῶντες.] *ἀνιδρῶτες* cett., cui formae fidem denego: *ἀνιδρωτί* notum est adverbium: *ἄνιδρος* et *ἀνίδρωτος* nota sunt adiectiva; sed non novi adiectivum *ἀνιδρώς*, *ἀνιδρῶτος*. Itaque usitatam in his libris participii formam Doricam repono. — Paulo superius *ὑπακούουσαι* e pluribus libris Littr., vulgata *ὑπακοῦσαι* minus recte habente.

σπλῆνες ἔστι οἷσι σκληροί.] Pro *σκληροί* vulgo *σμικροί*; cod. C. *σμικροὶ, σκληροί*, quod recepit Littr. — Vulgata ferebat *σμικροί*, sed in cod. C., relicta pristina scriptura, *σκληροί* pro emendatione adpositum est; *σμικροί* omittendum tum hac de causa, tum quia pugnat cum iis, quae infra legis: *σπλῆνες δὲ ἐπηρμένοι.*

ὑποχόνδρια δεξιὰ ἐντεταμένοι καὶ πρὸς χεῖρα ὑποβορβορύζοντες.] Vulgo *πρὸς ὑποχ. δεξιὰ ἐκτεταμένοι*, sed cod. C. *πρὸς ὑποχ. δ. ἐντεταμένοι*, quod recepit Littr. Ego sic sentio: praepositio *πρὸς* e vicino *πρὸς χεῖρα* hic otiose repetita fuit, inde effecerunt *πρὸς ὑποχ. δ. ἐκτεταμένοι*, ut lienis ad praecordia dextra se extendisse significaretur, sed auctor dedit quod iam exhibui; nam cum ictero symptoma iecoris affecti consentaneum est. Hoc autem symptoma tumentis iecoris plerisque affuerit, lienis tumor et durities paucioribus.

πολλῷ δὲ μᾶλλον εἴχοντο κάτω· καὶ γὰρ τοῦτο ἐπελαμβάνετο ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον.] In his praeter variet. lect., quam e V. enotavi, nihil in scriptura apparet variationis. Sed licet Latina quaedam adposuerim, locus integer esse non videtur. Interpretes, ut fit, discedunt in varias partes: Calvus: „sed magis inferna, quae aliquando morabantur." Corn.: „multo autem magis infra nitebantur." Foës.: „multo vero magis deorsum tendebant." — Littr.: „la tendance n'en était que plus manifeste vers le bas." — Equidem primum quaero, quid subiectum sit verbi *εἴχοντο*? Non nisi *αἱ γαστέρες* s. *αἱ κοιλίαι* esse posse mihi videntur, sed quare non expressum sit, non video, — nisi sumas vitium subesse. Sed neque bene habet *καὶ γὰρ τοῦτο ἐπελαμβάνετο ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον.* Quid est *τοῦτο*? significatne *τὸ ἔχεσθαι τὰς κοιλίας*? sed fac id significari, quare *ἐπελάμβανετο τοῦτο* scribitur? Exspectaveris *ἐπελάμβανε*! — Verbo ut absolvam, licet quodammodo assequi forte possis, quorsum universe sententia auctoris tenderit, vocabula integra non sunt, nec me ex hac corruptela expedire valeo.

οἷσι μὲν οὕτως ἦν σπλῆνες δὲ καὶ ἐπηρμένοι, αἱμορραγίη ἐξ ἀριστεροῦ.] Ceteri *μή*, ubi de meo *μέν* scripsi: e cod. C. *καί* ante *ἐπηρμένοι* recepi. Nimirum *αἱμορραγίη ἐξ ἀριστεροῦ* profecto potius exspectabitur alvo restitante, quam non; — sed *καί* in cod. C. item advertit, nam sine *μέν* id inepte infertur. — Quod ad *οἷσι μὲν οὕτως ἦν*, integrum non est, me iudice; si quid eiusmodi significare auctor voluisset, *οἷσι*

©BIUM

Ἥλιος ἐτράπετο· τὰ χειμερινὰ μετρίως ἐν βορείοισι· μετὰ δὲ ὀλίγον νότια ἦν. ἐφ' ἡμέρας πεντεκαίδεκα· μετὰ δὲ ταῦτα νιφετὸς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι· ἀμφὶ ταῦτα τοῦ ἔτεος ἰκτεριώδεες [1] κατακορέως, οὐ κρινόμενοι εἰλικρινέως· φιλυποστροφώδεες. Μετὰ δὲ χιόνας νότια [2] ἐπεγένετο καὶ ὑέτια· κόρυζαι κατερράγησαν καὶ ξὺν πυρετοῖσι καὶ ἄνευ πυρετῶν· [ἐνὶ δέ τινι καὶ ἐς ὀδόντας [3] ἐκ τοῦ ἀπὸ μέσου προηλγηκότι [4] ἐπὶ δεξιὰ καὶ ὀφρὺν καὶ ὄμμα.] ἦσαν δὲ καὶ βραγχώδεες καὶ φάρυγγες φλεγμαίνουσαι καὶ οἱ σπόγγοι καλεόμενοι ἀνεῖχον καὶ παρὰ τὰ ὦτα καὶ γνάθον ἐπάρματα μαλθακὰ καὶ ξὺν πυρετῷ καθίστατο. Ἀρχομένοισι πυρεταίνειν ἐγένετο ἐπάνω καὶ ἐπὶ θάτερα τὰ πολλὰ τούτων καὶ οἱ σπόγγοι εἰσὶ οἷσι ὑπὸ τὸ μετόπωρον καὶ τὸν χειμῶνα· ἀτὰρ καὶ τὰ πιτυρώδεα· καὶ ἀπέφθειραν πολλαὶ καὶ παντοίως ἐδυστόκεον. [5] Ἕκτῃ παρθένῳ κριθέντα, ἕκτῃ ὑπετροπίασε· ἐκρίθη δὲ ἕκτῃ. πάντα ἐν τούτοισι τοῖσι χρόνοισι ἐκταῖα ὀγδοαῖα ἐκρίνετο.

Solstitio tempestas hiemalis modice flante borea; paulo post vero tempestas australis dies quindecim; postea vero nives dies quatuordecim; circa quod tempus anni saturate aurigine colorabantur, non perfecte iudicati, in morborum recidivas proclives. Post nives vero tempestas austrina et pluviae exiguae, gravedines cum febribus et sine his proruperunt; erant autem raucedines et faucium inflammationes et tonsillae tumuerunt et ad aures et maxillam tumores molles enascebantur, cum febre. Febricitare incipientibus horum pleraque superne et ad utramque partem enascebantur et quibusdam tonsillarum tumores sub auctumnum et hiemem, quin etiam et porrigines aderant. Multae etiam abortu et partu quovis modo difficili periclitabantur. Virgini morbus sexto die iudicabatur, sexto rediit, iudicabatur vero sexto. Omnia illo tempore die sexto, octavo iudicabantur.

[1] κατακορές. — [2] ὑπεγένετο. — [3] sic etiam V. — [4] ἐπί abest. — [5] ἕκτῃ τῇ π.

μὲν ταῦτα ἦν scripsisset; — quin forte hoc scriptum fuit, sed loco male habito librarii de suo alia substituerunt.

Ἥλιος ἐτράπετο· τὰ χειμερινὰ μετρίως ἐν βορείοισι.] Ex cod. H. Littréus adnotat χειμῶνος μετρίως: vulgata habet χειμερίως pro μετρίως. Mihi utraque lect. displicet, vulgata, habens τὰ χειμερινὰ χειμερίως, accipi deberet de hyeme valida ἐν βορείοισι, sed quum mox μετὰ δὲ ὀλίγον νότια sequatur, non puto id voluisse auctorem. Cod. H. lectio τὰ χειμερινὰ χειμῶνος μετρίως melius quodammodo congruit, sed χειμῶνος abundat, quum verbis Ἥλιος ἐτράπετο anni tempus iam sit indicatum. Itaque puto in vulgata latere quod iam exhibeo: librarius χει bis scripserit, unde χειμετρίως, χειμερίως natum fuerit.

ἰκτερώδεες κατακορέως.] Sic de meo scripsi ad exemplum verborum initio § obviorum; ceteri κατακορέες.

φιλυποστροφώδεες.] Cett. φιλυποστροφώδεα, sed quum vicina omnia referantur ad aegrotantes, hocce epitheton item eò referre malui.

μετὰ δὲ χιόνας.] δέ om. cod. C.

κορύζαι κατερράγησαν.] Advertit κορύζαι κατερράγησαν: nempe καταρρήγνυσθαι hic sumitur eodem sensu quo simplex verbum in dictione v. c. ἐρράγη πουλὺ ἐκ δεξιοῦ, nam respicitur magna copia muci sive crudi sive cocti in coryzis istis per nares excreta.

καὶ ξὺν πυρετοῖσι καὶ ἄνευ πυρετῶν· ἦσαν δὲ καὶ βραγχώδεες —] Haec sibi consequuntur et ita cohaerent, ut intermediis aliis interrumpi non possint. Itaque uncis intercepi inter πυρετῶν et ἦσαν in vulgata obvia: ἐνὶ δέ τινι καὶ ἐς ὀδόντας ἐκ τοῦ ἀπὸ (praepositionem cod. C. fide om. Littréus) μέσου προηλγηκότι ἐπὶ δεξιὰ καὶ ὀφρὺν καὶ ὄμμα, neque Latine reddidi. — Haec ab auctore quidem sunt scripta, sed fragmentum est, quod huc non pertinet et quod quorsum referendum sit, non certo constat. Pertinetne forsitan ad locum lacunosum § 52?

καὶ παρὰ τὰ ὦτα καὶ γνάθον ἐπάρματα μαλθακὰ καὶ ξὺν πυρετῷ καθίστατο.] Ceteri καὶ τὰ παρὰ τὰ ὦτα κ.τ.λ., unde factum puto, ut Corn., Foës. καθίστασθαι hic intelligerent de subsidentibus tumoribus illis. — Calvus καθίστατο reddit „suscitabantur" Littr. „qui s'établissaient avec fièvre." Cum his de huius verbi interpretatione consentio, sed ita si accipias, τά ante παρὰ τὰ ὦτα abundat, quapropter e contextu sustuli.

ἐγένετο.] Sic cod. unus Par.; cett. ἐγίνετο.

καὶ ἀπέφθειραν πολλοὶ καὶ παντοίως ἐδυστόκεον.] Ita transpositis vocabulis scripsi; cett. παντοίως καί, sed tum παντοίως ad ἀπέφ'ειραν refertur, quod minus congruum, quam si ad ἐδυστόκεον referas.

ἕκτῃ — ἐκρίνετο.] Vulgo: ἕκτῃ τῇ παρθένῳ κριθέντα, ἕκτῃ ὑπετροπίασε, ἐκρίθη δὲ δι' ἕκτης. πάντα κ. τ. λ. — Iam vero τῇ παρθένῳ constare nequit, quum de definita aliqua virgine non sit sermo, itaque τῇ e postrema syllaba superioris numeralis ortum putans omisi. Tum absurdum est ἐκρίθη δι' ἕκτης, *iudicabatur sexto quoque die*, credo vero δι' e δέ ortum duxisse, quapropter omissa praepositione δὲ ἕκτῃ dedi. — Plura tamen desidero, nam exspectaveram ἐκρίθη δὲ ἕκτῃ ἐκ τῆς ὑποστροφῆς. Neque magnam fidem adhibeo postremis ἐκταῖα, ὀκταῖα ἐκρίνετο, nempe quum morbus sexto die iudicaretur, sexto a crisi die reverteretur et

©BIUM

η'. Περὶ πληϊάδων δύσιν [1] ἡ Μαιανδρίου τοῦ τυφλοῦ αὐτίκα χλωρὸν [2] καὶ πυῶδες ἔπτυσε· περὶ ἕκτην καὶ ἥπατος ζύμωσις καὶ κάτω ὑποχώρησις ὀλίγη· σαρκοπυώδεα ἄνω [3] ὀλίγα, λευκὰ, πλατέα ἀνέπτυσε· ἀπόσιτος· ἀπέθανε ἐγγὺς εἰκοστῆς.

8. Sub vergiliarum occasum Maeandrii coeci uxor, statim ex virore pallescentem et purulentam materiem exspuit; circa sextum diem hepatis fermentatio et deorsum pauca demissa sunt; superne carni cum pure mistae similia reddita, pauca alba, larga reiecit; cibos aversata est; mortem obiit circa diem vigesimum.

θ'. Ἐκ τῶν γειτόνων Θέστορος οἰκέτιδι ἐκ καυστικῶν ὑποχώρησις χολώδης, συχνὴ, ὑποχονδρίου ἐντεταμένου· τῇ ἕκτῃ ἐξ ἐπισχέσιος λεπτὰ, συχνὰ ἐς ἅπαξ διῆλθε καὶ εὐθέως ἵδρωσε καὶ ἐκρίθη καὶ ἡ κοιλίη ἔστη· ἐς δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην ῥιγώσασα ἐπυρέτηνε καὶ ἐς τὴν αὐτὴν [4] πάλιν ὥρην .....

9. Ex vicinis Thestoris famulae ex febre ardente alvi deiectio biliosa, copiosa, intentis praecordiis. Post alvi suppressionem sexto die tenuia, copiosa semel prodierunt ac statim sudavit et iudicata est et alvus restitit. Eadem vero hora correpta rigore febricitavit, eademque rursus hora .....

ι'. Ἡ Θερσάνδρου λευκοφλεγματώδης οὐ πάνυ ἐοῦσα, θηλάζουσα ἐπυρέταινε ὀξύ· ταύτῃ ἡ γλῶσσα ξυνεκαύθη τῶν ἄλλων ξυγκαιομένων· .... ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον ἡ γλῶσσα τε ἐτρηχύνετο ὥσπερ χαλαζώδεϊ πυκνῷ ...

10. Thersandri uxor pituita alba non multum laborans cum lactaret graviter febricitavit. Huic ex reliquorum incendio lingua succensa est .... Sub hoc tempus lingua etiam velut densa grandine exasperabatur .... et lumbrici ore reiecti

[1] ἡ abest. — [2] καὶ αὐτίκα π. — [3] Pone ὀλίγα lacuna est in V.; desunt verba usque ad λεπτὰ, συχνά §. seq. — [4] πάλιν abest.

iterum sexto iudicaretur, suspicor in ἑκταῖα ὀγδοαῖα latere ὀκτωκαιδεκάτῃ. Videant etiam alii!

8. περὶ πληϊάδων δύσιν.] Ceteri δύσιας, quod plurali numero saepius recurrit in hoc libro; vitium tamen est librariorum, quod ubivis vel de meo corrigam: ἡ δύσις τῶν πληϊάδων, ἡ ἰσημερίη sing. num. usurpaverunt, αἱ τροπαὶ, αἱ δυσμαὶ τοῦ ἡλίου plurali. Quod ab hac norma recedit nauci non est, me iudice. Non mihi obiectum iri confido locum e libro de aëre, aq. locis p. 243., ubi εἶδος — τῶν ἄστρων ἐπιτολάς τε καὶ δύσιας. Nam ibi de pluribus uno sermo est.

αὐτίκα χλωρὸν καὶ πυῶδες.] Libri αὐτίκα χλ. καὶ αὐτίκα πυῶδες: alterum αὐτίκα abundat, ita ut eiecerim. Vulgo πτυῶδες, sed πυῶδες Littréo praebuerunt libri duo Parr., mihi etiam V.

περὶ ἕκτην — ἀνέπτυσε.] Istam ἥπατος ζύμωσιν alii alio modo intelligunt: „iecoris fermentatio." Calvus, „hepatis fervor." Corn., „iecur in tumorem sublatus est." Foës., „gonflement du foie" Littr. — Ac hi quidem sequuntur Erotianeum ἥπατος ζύμωσις) οἰδηματώδης ὄγκος. Est autem haec interpretatio prorsus arbitraria, neque enim certum, auctorem e tumore visceris ad eius ζύμωσιν conclusisse; potuit facile hypothesin e materie per alvum excreta ducere aut e sputis, aut ex icterico colore. — Itaque malui cum Calvo veram vocis significationem Latine reddere. — Sed in his advertunt alia: suspicor locum corruptum esse: primum cum hepatis illa fermentatione parum congruere mihi videtur ὑποχώρησις ὀλίγη. — Miro modo se habet σαρκοπυώδεα ἄνω ὀλίγα λευκὰ πλατέα ἀνέπτυσε, nam ἄνω ἀνέπτυσε mirus pleonasmus, neque enim ἄνω hic temporis significatio est, sed loci s. partis, et vero dubito, num ista σαρκοπυώδεα fuerint λευκά. — Suspicor igitur vitium latere. Mecum cogitavi, num σαρκοπυώδεα ἄνω per se sumendum esset, ita ut pone ἄνω distinguendum et dictio de vomitu accipienda esset: sed hoc parum probabile, quum ἐμέειν, ἀνεμέειν usurpaturus fuisse videatur scriptor, si tale quid denotare voluisset. Itaque coniicio: περὶ ἕκτην ἥπατος ζύμωσις καὶ κάτω ὑποχώρησις σαρκοπυώδης· ἄνω ὀλίγα, λευκὰ, πλατέα ἀνέπτυσε· ἀπόσιτος κ. τ. λ. — Nimirum vereor, ne ex his ὀλίγη parum recte ad τὴν ὑποχώρησιν e seqq. tractum sit. Una res tantum potest fidem facere isti ὑποχωρήσι ὀλίγῃ, nempe si aegrum pertinere statuas ad constitutionem epidemicam initio § 7. descriptam, quod tamen vix fieri posse dixerim cum propter tempus anni, quod utroque loco indicatur, tum propter aegrotantem seq., in qua diarrhoea omnino describitur. Sed licet tum alio modo locus vitiosus videatur, non minus certum tamen vitia inesse: tum quidem vellem περὶ ἕκτην καὶ ἥπατος ζύμωσις καὶ κάτω ὑποχώρησις ὀλίγη σαρκοπυωδέων· ἄνω λευκὰ, πλατέα ἀνέπτυσε. Nimirum ἄνω ἀνέπτυσε in his lectt. facilius fero, quum adverbio κάτω opponatur ἄνω, quod si quis tamen totam voculam emblema alienum esse existimaret, vix puto eam satis ab hac suspicione defendi posse. — Hepatis fermentatio tum pertinebit ad ἐκχλοιούμενοι περὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην in § 7.

ἐγγὺς εἰκοστῆς.] Cett. ἐγγὺς εἰκοσταίης, sed quum numeralibus istis fidem, ut saepius dixi, adhibere nequeas, de meo dedi, quod aptius videbatur.

9. ἐκ τῶν γειτόνων — ἐντεταμένου.] Edi solet: Ἡ (sic certe Littr. e 2 codd., ceteris ἡ omittentibus) ἐκ τῶν γειτόνων Θέστορος οἰκέτις ἐκ καυστικῶν ὑποχωρήσιος χολώδεος συχνῆς, ὑποχονδρίου ἐντεταμένου. — Malui articulum initio non recipere et nominibus casus cum verborum et rerum nexu congruos restituere.

λεπτὰ, συχνὰ ἐς ἅπαξ διῆλθε.] Ceteri ἡ κοιλίη λεπτὰ — διῆλθε, sed quamquam διαχωρέειν in re simili transitive sumatur, de διέρχεσθαι, διιέναι idem affirmari non potest; vid. infra § 26. huius libri cum adnn.; — itaque insitīcium illud ἡ κοιλίη sustuli.

τὴν αὐτὴν πάλιν ὥρην .....] Pone ὥρην nonnulla deficere, unusquisque semel admonitus sentiet; lacunam igitur signo indicavi.

10. γλῶσσά τε ἐτρηχύνετο.] Cod. C. h. l. δέ legit,

©BIUM

καὶ ἐλμίνθια κατὰ στόμα ..... περὶ δὲ τὴν εἰκοστὴν οὐ τελέως ἐκρίθη.

ια'. Περὶ δὲ πληϊάδων [1] δύσιν ὁ Μητροφάντου τὴν κεφαλὴν πληγεὶς ὑπὸ ἑτέρου παιδὸς ὀστράκῳ καὶ ἀπογενόμενος, δωδεκαταῖος ἐπύρεσσε· πρόφασις δέ· — σμήχων ἔτριψε τὰ περὶ τὸ ἕλκος καὶ μετεψύχθη· ἐξήρθη τὰ χείλεα αὐτίκα καὶ διελεπτύνθη τὸ δέρμα [2] πανταχῆ ἀπὸ τοῦ ἕλκεος [πρόσω.] Πρισθέντι δὲ οὐ [3] βραδέως, οὔτε πῦον ἐρρύη, οὔτε ἐκουφίσθη· παρὰ δὲ τὸ οὖς ἐδόκει παραπυΐσκειν ἐπὶ τῇ γένυϊ ἐπὶ τὰ ἀριστερά· ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ ἕλκος· ἔπειτα τοῦτό τε οὐκ ἀπεπύει καὶ ὁ ὦμος ὁ δεξιὸς ἐνεπύησε ταχέως. Ἀπέθανε περὶ [4] εἰκοστὴν τετάρτην.

ιβ'. Μετὰ πληϊάδων [5] δύσιν ὁ τὸ οὖς ἀλ-

sunt..... Ad vigesimum vero diem non est absolute iudicata.

11. Sub vergiliarum occasum Metrophanti puer, qui ab altero testa in caput ictus periit, die duodecimo febricitavit. In causa autem fuit, quod, cum ulcus abstergeret, partes ambientes perfricuit et dein refrigeratus fuit. Statimque labia intumuerunt et cutis undique circa ulcus est extenuata. Quum vero non cunctanter sectus fuisset, neque pus efluxit, neque levamentum adfuit; sed secundum aurem ad maxillam sinistram videbatur pus colligi; ab ea parte enim ulcus fuit. Dein neque hoc suppuravit et in humerum dextrum pus subito collectum est. Exstinctus est circa diem vigesimum quartum.

12. Post vergiliarum occasum cui auris do-

[1] δύσιας cdd. — sed V. δύσιν. — [2] ὁ εὐμητροφάντου (sic). — [3] πολλαχῆ. — [4] βαρέως. — [4] sic V. — [5] δύσιας.

omittit vero δέ paulo post in περὶ δὲ τὴν εἰκ. — ubi pro τὴν εἰκ. legit τὰς εἴκοσι.

εἰκοστήν.] Ex uno cod. Littr. recepit η'. — Vere sane monet η et κ subinde confundi solere; sed ceterum ita se legere dicit propter § 7. verba postrema. Mihi vero neque certum est, illum locum recte habere, neque hanc hist. pertinere ad epidemiam ibi descriptam. — Iam vero licet Latine locum dederim, non idcirco affirmo esse integrum: quorsum enim refertur ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον? Dixeris subesse vitium et in superioribus quibusdam hodie deperditis fuisse descripta talia, quorsum id referri potuerit; lacunam igitur esse suspicor inter ξυγκαιομένων et ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον. Quod dein de lingua dicitur ἐτρηχύνετο ὥσπερ χαλαζώδει πυκνῷ non plenum mihi videtur, nam quodnam χαλαζώδες πυκνόν spectetur, non constat, quod tamen expressum fuerit; — τρηχύσματι vel eiusmodi quid periisse puto. Neque integrum est ἐλμίνθια κατὰ στόμα, ubi ἐξιέσαν vel eiusmodi quid aliud periit. — Scio quidem accusare solere codicum lectionis defensores breviloquentiam scriptorum et sumere aposiopeses in eiusmodi casibus, sed conferre debemus melius servatos locos tum descriptionum epidemiorum, tum historiarum morborum et apparebit insolitam dictionem non fuisse propriam eorum descriptoribus.

11. ὁ M.] Lectionem, quam e V. enotavi, melius scriptam vidit Littr. in pluribus codd. Parr., ubi ὁ ἐν Μητροφάντου, *puer in aedibus Metrophanti*. — In Voss. his verbis novus adeo versus inchoatur, ita ut superiora ab his prorsus seiuncta sint.

καὶ ἀπογενόμενος, δωδεκαταῖος ἐπύρεσσε.] Calvus hic habet: „quod cum sprevisset." Quid legerit non assequor. Ceteri interpretes iungunt ἀπογενόμενος δωδεκαταῖος, quod „cum ad duodecimum diem pervenisset" exponit Foës., ceteris simili modo accipientibus. Non credo eos verum vidisse, primum requiro exempla proba et fida eiusmodi usus verbi ἀπογίγνεσθαι; simplex γενόμενος δωδεκαταῖος exspectaverim. Sed ἀπογενόμενος dicitur hic eodem sensu, ac de quo § 2. supra monui, nam puer ἀπέθανε. Itaque cohaerent πληγεὶς — ὀστράκῳ καὶ ἀπογενόμενος; hoc ut significarem, commate distinxi ante δωδεκαταῖος.

ἐπύρεσσε.] Sic V. et Parr. cdd. tres; idem latet in vulgato ἐπύρετηνε. Littr. e C. solo ἐπυρέτηνε, sed πυρεταίνειν, licet frequenter hodie in his libris Hippocraticis occurrat, recentior forma, πυρέσσειν contra antiquior est.

πρόφασις δέ· κ. τ. λ.] Ceteri omnes προφάσιος quod librariis debetur; idem vitium passim aliis locis animadverti et emendavi. Ceteri ὅτι σμήχων, sed in cod. C. ὅτι omittitur; puto libri descriptorem consulto omisisse et recentius emblema esse existimavisse, qua in re cum eo consentiens item delevi. Mirum est, librum eundem σμήχουσα habere, cum tamen initio ὁ ἐκ. M. habet; quid sibi velit in eodem cod. τις pone ἕλκος, nemo, puto, intelligit.

ἐξήρθη τὰ χείλεα.] Vulgo καὶ ἐξήρθη τὰ χ., sed cum Littréo, cod. C. secuto, copulam omitto; sed pone αὐτίκα eam adscripsi, ubi Lind. item eam dederat et facile interire potuit pone ultimam adverbii syllabam. Quod ad nomen χείλεα attinet, interpretes fere accipiunt de vulneris labiis; malui id non exprimere Latine, quia non certus sum, re vera id voluisse auctorem; antecedit μετεψύχθη, quod ipsum aegrotantem spectat, itaque an τὰ χείλεα nude ita pro vulneris labiis ponatur, dubito.

πανταχῆ.] Sic cod. C., unde Littr. recepit; vulgo πολλαχῆ. Iam Foës. lect. nostram Latine expressit, quam Calvus etiam sequi videtur. Quod attinet ad πρόσω, cf. adnn. ad Ep. II. 2. 3. — Quid hic sibi velit, non capio; quin hic locus si solus esset, ubi occurreret, coniungerem, cum ceteris interprett., τὸ δέρμα διελεπτύνθη πανταχῆ πρόσω ἀπὸ τοῦ ἕλκεος. Nunc locis illis multis, ubi οὐ πρόσω occurrit, collatis, non mihi possum persuadere ab ipso auctore esse profectum; sed lubens fateor, me hic minime quid significet affirmare posse.

παραπυΐσκειν.] Cod. C. παραπνήσειν. Non sum certus παραπυΐσκειν non esse natum e superiore παρὰ τὸ οὖς, librario istam praepositionem etiam ad hoc compositum trahente, ubi auctor fortasse aliam dederit, v. c. ἐκπυΐσκειν.

περὶ εἰκοστὴν τετ.] Vulgo κδ', sed malui numerum ordinalem, quam cum Littréo cardinalem exhibere. — Historia morbi ceterum memorabilis; abscessus metastaticos, quos vocant, factos fuisse dixeris.

12. μετὰ πληϊάδων δύσιν.] Cett. δύσιας. cf. adn. ad § 8.

©BIUM

γήσας περὶ [1]εἰκοστὴν ὕστερον ἄφωνος τὰ [2]ἐπὶ δεξιά τε ἀκρατής· ἀπύρετος· ἴδρωσε· [δεξιὸν οὖς,] δεξιὸς ὀφθαλμὸς ἑστήκει οὐ κάρτα καὶ ἐφείλκετό τι ἐκ τοῦ κάτω μέρεος· [3]ἀριστερῷ δὲ ἴλλαινε [4]αἰνῶς ὀδυνώμενος· τράχηλος σκληρὸς ἐπεγένετο· τρίτην ὥρην [5]ὕστερον ἀπέθανε.

Post vergiliarum occasum Attici famulus quartana correptus stupidus permansit. Sub idem tempus alteri in vera typhomania ad coxendicem et crura dolor accessit; liberatus est. Illo tempore horrore tentati quidam sunt et vomitionibus, post iudicationem cibos aversabantur et biliosi erant, — et lienes magni ac duri, dolentes, — etiam sanguinem fundebant; nonnullis vero sanguis ex virore pallidus profluxit lienem tumentem habentibus.

ιγ'. Μετὰ πληϊάδων δύσιν ὁ θεράπων ὁ τοῦ Ἀττικοῦ ὑπὸ τεταρταίου ἁλισκόμενος [6]τυφώδης ἱδρύθη. [7]Ἑτέρῳ τὴν αὐτὴν ὥρην ἐν ἀληθέϊ τυφωμανίῃ ἔς ἰσχία καὶ σκέλεα ἦλθε ὀδύνη· ἐπαύετο, — [ποσταῖος οὐ γιγνώσκω.]

Ταύτην τὴν ὥρην φρικώδεες, ἐμετώδεες, καὶ μετὰ κρίσιν ἀπόσιτοι καὶ χολώδεες, — καὶ σπλῆνες μεγάλοι, σκληροὶ, ὀδυνώδεες, — καὶ αἱμορραγικοί· [8]τισὶ δὲ ἐκ ῥινῶν αἷμα [9]χλοιῶδες ἐπισπλήνοισι.

13. Post vergiliarum occasum Attici famulus quartana correptus stupidus permansit. Sub idem tempus alteri in vera typhomania ad coxendicem et crura dolor accessit; liberatus est.

Illo tempore horrore tentati quidam sunt et vomitionibus, post iudicationem cibos aversabantur et biliosi erant, — et lienes magni ac duri, dolentes, — etiam sanguinem fundebant; nonnullis vero sanguis ex virore pallidus profluxit lienem tumentem habentibus.

ιδ'. Ἐν Κρανῶνι τῇ Νικοστράτου [10]ληφθεί-

14. Nicostrati uxori Cranone simul ac cor-

[1] εἴκοσι. — [2] ἐπί om. — [3] ἀριστερά. — [4] αἰνῶς ὁ ὀφθαλμὸς ὀδυν. — [5] ἴσως ὠδυνήθη. — [6] τυφλώδης. — [7] Ἕτερος τὴν ἀ. ὥρην ἀληθεῖ. — [8] τοῖσι δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην μετὰ πληϊάδων δύσιας ἐκ ῥινῶν. — [9] χολῶδες ἐπὴ σπλήνοισι. — [10] ληφθείσῃ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.

περὶ εἰκοστήν.] Ita scripsi e cod. K., qui κην (sic); ceteri εἴκοσι.

τὰ ἐπὶ δεξιά τε ἀκρατής.] Lind. γε pro τε; de suo, ut opinor.

ἀπύρετος.] Licet mutare non ausim, quum talia fere incerta sint, nolo tamen reticere suspicionem ἀπύρετος ortum esse e πυρετός. Symptomatum congeries probabile reddit adfuisse febrem; si sudor criticus fuisset, potius inverso ordine ἴδρωσε· ἀπύρετος exspectaverim, quod in Ep. I. et III. non semel legitur. Potuerunt autem facile librarii, praecedente ἀκρατής, e πυρετός vocabulum contrarium indicans exhibere.

[δεξιὸν οὖς,] δεξιὸς ὀφθαλμὸς ἑστήκει οὐ κάρτα.] Iterum nihil deleo, sed neque magnam fidem tribuo vulgatae. Verborum consecutio mira est et δεξιὸν οὖς omnino ita ponitur, quasi librarius errore ita scripsisset et continuo quod solum dare debuerat, subiunxisset. Illud ἵστασθαι de oculo usurpari solet, de aure mirum sonat. cf. adn. ad Progn. § 3. Itaque uncinis intercepi illud δεξιὸν οὖς.

ἀριστερῷ δὲ ἴλλαινε αἰνῶς ὀδυνώμενος.] Vulgo ἀριστερὰ δὲ ἴλλαινε αἰνῶς ὁ ὀφθαλμὸς ὀδυνώμενος. Sed Littréus cod. C. secutus ὁ ὀφθαλμός omisit. Verum vidisse cod. C. descriptorem, quum glossam omitteret, certum iudico; sed neque ἀριστερά bene habet, quum ex ἀριστερῷ sit ortum. Ep. III. aegro 3. ante st. pest. die nono δεξιῷ ἴλλαινε; item aegro 11. die quarto ibid. Profecto non certum est, quod iam dicam, sed operae pretium tamen existimo hac de re monere: ἴλλαινε αἰνῶς ὀδυνώμενος me advertit propter syllabarum postremarum verbi et duarum adverbii similitudinem, ita ut paene quaeras, an non adverbium e postremis syllabis verbi ἴλλαινε natum sit.

τρίτην ὥρην ὕστερον ἀπέθανε.] Vulgo τρίτην ὥρην ἴσως ὠδυνήθη ὕστερον, quod ita natum esse puto, ut verbum evanidum fugeret librarii oculos et inepte is de suo expleret ἴσως ὠδυνήθη. — Calvus: „tertiam horam post dolorem luit circiter vigesimo die post voce destitutus et dextra corporis parte ad motum impotens factus est, febre vacans sudavit. [Auris dextra,] dexterque oculus non valde constitit et attrahebatur aliquantum ex parte inferiore. E sinistra autem parte oculus cum gravi dolore distortus est; cervix induruit. Tertia hora post mortuus est.“ — Hinc locum restitui, s. potius id mihi firmavit meam coniecturam. Ista τοῦ τμαχήλου σκληρότης nihil est, nisi opisthotoni invasio, unde mors brevi post.

13. μετὰ πληϊάδων δύσιν.] Hic omnes libri sing. num. δύσιν, similiterque infra § 16. πρὸ πληϊάδων δύσιος. cf. adnn. ad § 8.

τυφώδης ἱδρύθη.] Lectionem cod. Voss. etiam in multis Parr. vidit Littr., habetur etiam in Edd. antt. — Codd. Parr. C. D. ἱδρύνθη.

ἑτέρῳ — ἐν ἀληθεῖ τυφομ.] Hunc locum de meo ita refeci, ut structura sibi constaret; librariis vulgata debetur, quam e cod. V. adscripsi. — In ea ἕτερος in dativum mutavi; pone ὥρην supplevi ἐν, quam praep. eo loco facile interire potuisse negabit nemo.

[ποσταῖος οὐ γιγνώσκω.] — De his ab auctore non scriptis, sed interpolatis iam dixi ad Ep. II. Sect. 2. § 3.

τισὶ δὲ ἐκ ῥινῶν αἷμα χλοιῶδες ἐπισπλήνοισι.] In his τισί Littréi emendatio est vulgati in libris τοῖσι. Sed pone δέ inseri solent seqq.: τὴν αὐτὴν ὥρην μετὰ πληϊάδων δύσιας, quae mihi emblema recentius esse visa sunt; tempus, quo ista contingerent, initio periodi indicatum est. — Unus librarius τὴν αὐτὴν ὥρην adscripsisse videtur, alter id ipsum esse interpretatus μετὰ πλ. δύσιας adponens ex initio §. Abundare aliena ista certum est. Lectio χολῶδες, quam e libb. Parr. etiam adnotat Littréus, e χλοῶδες, s. χλοιῶδες, quod praefero, orta est. Vulgo legitur in fine ἐπὶ σπλήνοισι, sed ἐπισπλήνοισι Ald. habet, ex uno cod. adnotat Littréus. Hanc quidem lect. veram puto, conferens ἦν δὲ ὑπόσπληνος ex aegro 6. Ep. III. post st. pest. cod. C. ἐπὶ πλάνησι, quod recepit Littr.; mihi emendatio videtur, eaque falsa, descriptoris illius libri. Lindanus de suo, uti videtur, ἐπὶ σπληνικοῖσι, quod minime probandum.

14. ληφθείσῃ ἔφθασε αὐτίκα ἀκράτειμ.] Vulgo pone λη-

©BIUM

σῃ ἔφθασε αὐτίκα ἀκράτεια τραχήλου καὶ τῶν ἄλλων· καὶ σῖτος ἐγκατεκλείσθη μέχρι δεκάτης. Πνεῦμα πυκνὸν, σμικρόν· ἀκρασίη· ψηλαφῶσα δακτύλοις· παραλέγουσα· ἱδρῶτες· εἰλκύσθη ἐπὶ τὰ δεξιὰ τράχηλος, στόμα, ὄμμα, ῥίς .....

[Οὖρων ὑπόστασις λευκὴ, [1] ὀροβώδης· ἑτέρη λευκὴ, ξυσματώδης· ἄλλη ὑπόχλωρος, λεκιθώδης· ταύτῃ ἔστι ὅτε ὡς [2] πιμελὴ ἐφίσταται τοῦτο ἀθρόον οὐκ ἐπιπολὺ διεσκεδασμένον, οἷον τὸ ἐναιώρημα διεστηκός· [3] οἷον ἐξ οἵου τὸ ὑφιστάμενον ἔπειτα οὐρεῖται· καὶ τὸ μέν τι τοιοῦτον, τὸ δὲ ἱδρύμενον· ἄλλο τοιοῦτον ὀλίγον ἐπὶ πλατὺ διεσκεδασμένον· ἄλλο τεταραγμένον· ἕτερον τοιοῦτον· ἐναιώρημα νεφελίου ὑπομέλανος, δοκέοντος πάχος ἔχειν, χαύνου δέ· ἄλλο λεπτόν· ἄλλο ἐναιώρημα λεπτὸν τοιοῦτον· ἄλλο οἷον ἴπτου· ἄλλο οἷον τὰ ζοφώδεα.]

[1] ὑρεβάδης. — [2] ἐπιμελῶς δὲ ἐφ. — [3] οἷον ἔξω ἐξ οἵου οὐ τὸ ὀφ.

repta est statim impotentia colli et reliquarum partium contigit; et cibus intro conclusus fuit ad decimum usque diem. Spiratio crebra, parva, et incontinentia; digitis palpabat, delirabat, sudabat. In dextram partem cervix, oculus, nasus contrahebantur.....

Insiticia, magnam partem sensu cassa.

φθείσῃ sequitur τεσσαρεσκαιδεκάτῃ; iam vero Littréus in cod. C. reperit ληφθεῖσαν et τεσσαρεσκαιδεκάτην, unde dedit: λειφθείσῃ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἔφθασεν αὐτίκα ἀκράτεια. Reddit autem: „chez qui la maladie cessa le quatorzième jour." Profecto λειφθεῖσαν falsa emendatio est descriptoris codicis C.; nam verbum eo loco incongruum, nec dubium, quin ληφθείσῃ αὐτίκα ἀκράτεια ἔφθασε sit prima manus. — Sed τεσσαρεσκαιδεκάτῃ adeo inepte infertur, ut sine dubio repudiandum sit. Forte ex ΙΔ exstitit, in quo I. ad dativum ΛΗΦΘΕΙΣΗΙ pertinuerit et Δ fuerit δ'. — ita ut praecesserint alia inter Νικοστράτου et ληφθείσῃ, v. c. Ἐν Κρανῶνι τῇ Νικοστράτου πυρετὸς ὀξύς· ληφθείσῃ δ' αὐτίκα ἔφθασε ἀκράτεια κ. τ. λ. Potuit etiam, alio modo collocatis vocabulis quam in vulgata, δ̄ originem trahere ex α̅ adverbii αὐτίκα, nominisve ἀκράτεια. Id certe dubio exemptum est, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ auctorem ibi loci non dedisse.

ψηλαφῶσα δακτύλοις.] Vulgo δακτύλους, quod in dativum mutavi ad exemplum Latinorum Foësii, quae servavi: nimirum quum impotentia cervicis et aliarum partium adesset, manuum etiam, solis digitis ἐψηλάφα.

παραλέγουσα.] Multi codd. Parr. et Ald. παραλγέουσα.

ῥίς.....] Lacuna hic notanda erat: historia morbi non absolvitur; sequentia vero ab ea prorsus sunt aliena et ceteris interpolata.

οὖρων — ζοφώδεα.] Horum verborum auctor, quisquis fuerit, h. l. tradit enumerationem variorum in urina subsidentium et innatantium; sed verba passim turbata sunt, ita ut sensum sanum non referant; sunt praeterea, si quid video, partim male scripta, partim ipsa rursus interpolata. Age! percurramus locum et singula perlustremus, varr. lectt. simul colligentes. Statim mirum ὑπόστασις λευκὴ, ὀροβώδης, nam vulgo ὀροβώδης ad rubras urinas refertur, aut sedimenta rubra. Mirum dein ξυσματώδης de subsidentibus in urinis, quum de alvi excretis usurpari soleat; non fugit me locus ex Ep. VII. 83., sed ista morbi historia item pessime habita est. Iam vero de utrisque his sic iudico, mira quidem esse, sed ab auctore eiusmodi interpolationis certe dari potuisse. Pergo ad ἄλλη ὑπόχλωρος, λεκιθώδης. Si ἄλλη scribatur, ὑποχλ. et λεκιθ. ad ὑπόστασιν pertinent, quodsi tamen sequens ἐφίσταται conferam, vero simile existimo, scriptorem hic non significare voluisse ea quae in urina subsideant, sed ipsam, ita ut ἄλλο ὑπόχλωρον, λεκιθῶδες ac dein τούτῳ pro ταύτῃ vellem, nam ἐφίστασθαι non de iis, quae sedimento supernatent, sed de ipsi urinae innatantibus, aut supernatantibus potius dici solet. — Dein vulgo ἔστιν ὅτε ὡς πιμελῶδες; tres vero codd. Parr. ὡς πιμελῶς δὲ ἐφ., unus ὡς πιμελὴ διεφίστατο; codicis V. lect. item in uno Par. vidit Littr. In his aut πιμελῶδές τι, — aut ὡς πιμελή, seu potius οἷον πιμελή latere arbitror. — Porro illud οἷον ἔξω ἐξ οἵου οὐ, s. οἷον ἔξω ἐξ ὅτου οὐ, seu οἷον ἐξ οἵου, — hae enim sunt varr. lectt., — mihi deberi videtur dittographiae ἐξ οὗ, e qua alterutrum sumendum esse. Pro paulo post obvio καὶ τὸ μέν τι est lectio καὶ τὸ μέν τοι. — Τὸ δὲ ἱδρύμενον antithesin facit τοῦ τεταραγμένου, quorsum referendum est. Verba ἕτερον τοιοῦτον et paulo post obvia ἄλλο λεπτόν inscriptiones videntur marginales, quae in textum irrepserint. Pro χαύνου, quae plurium mss. lectio est, vulgo χαῦνον. — Quod ad ζοφώδεα, Coaca 581. idem nomen usurpatur de urinis. Cod. C. habet ζοφώδεα πόσα, quod sensu sano caret. — Locum iam describam, ut potero eum corrigens: ecce! haec fere scripta fuerint.

Οὖρων ὑπόστασις λευκὴ, ὀροβώδης· ἑτέρη λευκὴ, ξυσματώδης· οὗρον ἄλλο ὑπόχλωρον, λεκιθῶδες· τούτῳ ἔστι ὅτε πιμελῶδές τι ἐφίσταται ἀθρόον, οὐ διεσκεδασμένον, οἷον τὸ ἐναιώρημα διεστηκὸς, ἐξ οὗ τὸ ὑφιστάμενον ἔπειτα οὐρεῖται· καὶ τὸ μέν τοι τοιοῦτον, ἄλλο τοιοῦτον ὀλίγον, ἐπὶ πλατὺ διεσκεδασμένον· τὸ μὲν ἱδρύμενον· ἄλλο δὲ τεταραγμένον· ἄλλο ἐναιώρημα ἔχον νεφελίου ὑπομέλανος δοκέοντος μὲν πάχος ἔχειν, χαύνου δέ· ἄλλο

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 661 sur 880

©BIUM

ιε'. [1]Μειρακίῳ οὖρον καθαρὸν, λεπτόν· πάντων διαχώρησις πολλὴ, λεπτὴ, ἄχολος· γλῶσσα τρηχεῖα πάνυ· πυρετὸς περικαής· ἄγρυπνος. κοιλίη κύρτη· [2]παρέκρουσε τρόπον τὸν [3]ἀκόλαστον οὐ τοιοῦτος ἐών. [4]Ἀθρόων οὔρων πολλῶν ἐλθόντων λεπτῶν ἐξ ἐπισχέσιος, ὕπνος ἐγένετο ξυνεχὴς καὶ ἰδρὼς κρίσιμος δοκέων [5]ἐξ οὐ τοιούτου. ἔπειτα ἐξεμάνη τε αὖθις καὶ ἀπέθανε ταχέως ἐνδεκαταῖος. [6]Πρόφασις, πιεῖν ἄκρητον, συχνὸν, πρὶν ἐκμανῆναι. [7]Ὀλίγα ἔτεα [8]αὐτῷ.

15. Adolescens urinam reddidit puram, tenuem; omnium deiectio tenuis, multa, sine bile fuit; lingua admodum aspera, febris cum partium externarum ardore; pervigil erat; alvus intumescebat. Desipuit lascive admodum, cum ea non erat indoles eius. Post effusas multas tenues urinas ex earum suppressione, somnus eum continuus cepit et sudor, qui criticus esse videbatur, cum antea non fuisset. Postea rursus vehementer insanivit et brevi post mortuus est die undecimo. Causa fuit, quod merum multum, antequam desiperet, potaverat. Pauci erant anni.

ις'. Τοῦ Φθινοπώρου ἥμεσε χολὴν μέλαιναν ἡ Εὐμένεος καὶ αἱ [8]ὀδμαὶ δὲ πρόδηλοι καὶ οἱ Φρικώδεες πυρετοὶ καὶ αἱ καρδιαλγίαι χολώδεα βραχέα ἀνεμοῦσα καί τι ἐλμίνθιον· διαχωρήματα λεπτὰ πάντα τὸν χρόνον....

16. *Locus corruptus.*

[1] ὁ πρῶτος παρενεχθείς, μειράκιον. τούτῳ οὖρον. — [2] οὗτος παρέκρουσε οἶμαι ὀγδόῃ. — [3] ἀκόλαστον ἀνίστασθαι μάχεσθαι αἰσχρομυθέειν ἰσχυρῶς. [4] Τούτῳ ἀθρ. — [5] ἐξ οὗ τοιοῦτον ἴσως περὶ δεκάτην. — [6] προφάσει, ὡς οἶμαι τοῦ πιεῖν. — [7] αὐτῷ εἴκοσι ἐγγύς. — [8] ὀδμω (sic) sine δέ.

ἐναιώρημα ἔχον λεπτόν· ἄλλο οἷον ἵππου· ἄλλο οἷον τὰ ζοφώδεα.

Neque tamen haec pro certis exhibeo, nec bene Graeca oratione perscripta esse contendo; sed huc fere res redire potuisse et oratione non multum diversa ab interpolatore proponi potuisse existimo.

15. *μειρακίῳ οὖρον καθαρὸν κ. τ. λ.*] Vulgatam in mss. nostri loci lectionem e cod. V. supra in varr. lectt. adposui; interpolata est: illud *ὁ πρῶτος παρενεχθείς* inscriptio marginalis est. Quod *τούτῳ* delevi et *μειρακίῳ* scripsi, ideo factum est, quod descriptores nomina aegrotantium pro inscriptione habentes anacolutham effecerunt sententiam, quam alii rursus expleverunt pronomine adposito. Idem in aliis Epidd. libris item factum vidimus. Praeterea haec § interpolationibus permultis in vulgata inquinata est.

πάντων διαχώρησις πολλή.] Lind. de suo, uti videtur, *πάντως* scripsit, quod tamen ad *διαχ. πολλὴ* retulit; si quid eiusmodi innovarem, coniungerem *οὖρον καθαρὸν, λεπτὸν πάντως· διαχ. πολλὴ κ. τ. λ.* — De emendatione Lindani observandum tantum, eam esse otiosam: *πάντων* recte interpretari possumus et de omnibus, quae per os ingeruntur, sumendum erit.

παρέκρουσε τρόπον τὸν ἀκόλαστον οὐ τοιοῦτος ἐών.] Primum *οὗτος* ante *παρέκρουσε* pro interpolato eieci: quemadmodum supra *τούτῳ*, sic h. l. *οὗτος* et paulo inferius rursus *τούτῳ* in vulgata recentioribus debentur; modo interpolationes tollamus, in hac § habemus satis bene Graece conscriptam et veteris sermonis usum referentem historiam morbi. — Pone *παρέκρουσε* delevi *οἶμαι ὀγδόῃ*; — solus numerus ab auctore profectus est numerus diei, quo mortuus est aeger. Ab eo die computationem facere voluerunt recentiores lectores redeuntes ad dies superiores; itaque annotarunt *οἶμαι ὀγδόῃ*; ipse auctor id non dedit. Cf. adnn. ad Ep. II. 2. 3. — Pone *ἀκόλαστον* eieci *ἀνίστασθαι, μάχεσθαι, αἰσχρομυθέειν ἰσχυρῶς*: nimirum in his glossema habemus ad *παρακρούειν τρόπον τὸν ἀκόλαστον*, quod ipsum est *ἀνίστασθαι κ. τ. λ.*

ἀθρόων οὔρων κ. τ. λ.] De *τούτῳ* ante *ἀθρόων* a me deleto iam supra dixi.

κρίσιμος δοκέων ἐξ οὐ τοιούτου.] Haec est cod. C. lectio, quam Littréus recepit pro vulg., quam e cod. V. enotavi. Calvus cod. C. lectionem fere reddidit, cum scriberet: „cum non fuisset." Pone *τοιούτου* delevi *ἴσως περὶ δεκάτην* eadem de causa, propter quam supra *οἶμαι ὀγδόῃ* reieci, non sunt nisi interpolationes.

Πρόφασις — ὀλίγα ἔτεα αὐτῷ.] Libri *προφάσιος οἶμαι πιεῖν*. Lind. *πρόφασιν οἶμαι τὸ πιεῖν*. Primum *πρόφασις* scripsit auctor, quod § 11. supra item restituimus: tum *οἶμαι* interpolatio est, qua quis significare voluerit, se facile scriptori fidem habere quod aeger e meri potione in morbum inciderit. Sed interpolatum etiam erat postremum in vulgata: *ὀλίγα ἔτεα αὐτῷ εἴκοσι ἐγγύς.* — Quid sibi vult *εἴκοσι ἔγγυς*? Iam *μειράκιον* principio appellatur aeger; hic universe *ὀλίγα ἔτεα αὐτῷ* dicitur, sed quare hoc praemitteret auctor et dein *εἴκοσι ἔγγυς* adscriberet, quum sponte aetas e nomine *μειράκιον* deduci possit? — Interpolator adscripsit, qui perspiceret hanc fere aetatem fuisse debere aegrotantis *μειρακίου*.

16. *τοῦ Φθινοπώρου — τὸν χρόνον.*] Articulus *αἱ* ante *ὀδμαί* om. in cod. C. Pro *χολώδεα* multi codd. Parr. *χολώδεες*; unus cod. *ἀνεμοῦσαι.* — Ecce! varietatem lectionis, e qua nihil proficimus. Locum autem si nihil aliud agentes persequamur, patet eum sano sensu destitui. Quid, quaeso, sibi vult *καὶ αἱ ὀδμαὶ δὲ πρόδηλοι*? Quid sibi vult quod his subiungitur *καὶ αἱ Φρικώδεες πυρετοὶ καὶ αἱ καρδιαλγίαι*? Suntne hae quoque *πρόδηλοι*? quid tum sibi vult illud *πρόδηλοι*? Quare, quum de una muliere sermo sit, *οἱ Φρικώδεες πυρετοὶ* et *αἱ καρδιαλγίαι* plurali? Dixeris verba ista ad Epidemii morbi descriptionem pertinere. Utrum verba *χολώδεα βραχέα ἀνεμοῦσα καί τι ἐλμίνθιον* (nempe in his *τὸ ἔλμ.*, quod libri habent, in *τι ἔλμ.* mutavi); — utrum haec, inquam, rursus ad *τὴν Εὐμένεος* spectent, an ad ali-

Πρὸ πληϊάδων δύσιος [1]ὀλίγον ἔληγον τὸ παραυτίκα αἵ τε αἱμορραγίαι καὶ βραχύτεροι οἱ πυρετοὶ καὶ ὑποστροφώδεες αὐτίκα [2]βραχέῃσι ὑποστροφῇσι· καὶ ἀπόσιτοι καὶ ἐφθοὶ καὶ ἀσώδεες καὶ καρδιαλγέες καὶ θηριώδεες ἐν τῇσι κρίσισι καὶ [3]ῥιγώδεες καὶ χολώδεες.

ιζ'. [4]Μειρακίῳ ξένῳ τρίτῃ αἷμα ἐκ ῥινῶν πουλὺ καὶ τετάρτῃ καὶ πέμπτῃ· ἕκτῃ ἴστατο· κοσμίως παρέκρουσε ἑβδομαῖος· γαστὴρ ἐστήκει· [5]κωματώδης ἦν· ὑποστροφή· τριταίῳ ἐξέλιπε· γαστὴρ ἀντεχομένη· [6]οὖρον περὶ κρίσιν οἷον ἔδει.

ιη'. Περὶ δὲ πληϊάδων δύσιν νότια καὶ [7]ὑέτια· μειρακίῳ μυξώδεα, ὑπόχολα, [8]πέπονα γλίσχρα συχνὰ διαχωρήματα· πῦρ ξυνεχές· γλῶσσα ξηρή· ἐκρίθη ἑκταῖος· ἑβδομαῖον αὖθις ἔλαβε· ἀφῆκε αὐθημερὸν τρόμῳ· ὠτὸς ῥεῦμα κατ' ἀριστερὸν, γλίσχρον, παχὺ ἕκτῃ.

Brevi ante vergiliarum occasum statim et sanguinis fluxiones cessaverunt et febres fiebant breviores ac statim recidivae, quae contigerunt, breves erant, et cibos aversabantur, et cocti erant et corporis incontinenti iactatione et oris ventriculi dolore vexabantur; lumbricis infestabantur circa iudicationes et rigebant et biliosi erant.

17. Peregrino adolescenti tertio die et quarto et quinto multus e naribus sanguis profluxit; sexto sanguinis fluxus cessavit; septimo non ferociter deliravit; alvus restitit; sopore detinebatur: febris ex recidiva die tertio cessavit; alvus substitit; urina circa iudicium, qualem esse oportebat.

18. Sub vergiliarum autem occasum austrini status et pluviae. Adolescenti mucosa, aliquantum biliosa, cocta, glutinosa, et crebra alvi deiectio. Febris continua, lingua sicca. Iudicatione absolutus est die sexto; septimo iterum febris eum prehendit, dimisitque cum tremore eodem die: in aurem sinistram fluxio glutinosa, crassa decubuit sexto die.

[1] ὀλίγοντο (sic) sine ἔληγον. — [2] βραδίες καὶ καρδιαλγίες. — [3] τὸ ῥιγώδεες. — [4] μειράκιον ξένον codd. — [5] καυματώδης. — [6] οὖρον οὐκ οἶδα περί. — [7] ὑέτια ἦν κατὰ τότε μειράκιον. — [8] πέπονα ὑπεχώρει.

am morbi historiam, quis novit? — Ut brevi absolvam: loci partes nullo modo inter se cohaerent, ita ut totus sano sensu destituatur; puto vero fragmenta esse locorum diversorum; sed ne hoc quidem quomodo se habeat, certo effici posse videtur. In fine igitur tantum lacunas notavi, quae signa quibus locis in media sententia ponenda sint, propter nexus defectum, non satis certo mihi constat; puto vero pone Εὐμενέος et pone καρδιαλγίαι.

πρὸ πληϊάδων δύσιος ὀλίγον ἔληγον τὸ παραυτίκα αἵ τε αἱμορραγίαι καὶ βραχύτεροι οἱ π.] Vulgo πρὸ πληϊάδων δύσιος ἔληγον περὶ αὐτὰς αἵ τε αἱμ. κ. τ. λ. Codd. vero has habent lectt. diversas: pro ἔληγον cod. C. ὀλίγον τὸ, idemque alii corrupte scriptum habent; unus ἐλέγοντο, quod ex ἔληγον ortum. Pro περὶ αὐτάς unus liber παραυτίκα. Itaque loci lectionem ita constitui, ut utrumque ὀλίγον et ἔληγον reciperem et e codicis C. ὀλίγον τό reciperem articulum, ut cum παραυτίκα coniungerem. Iam habemus certe loci scripturam, quae intelligi possit; forte pone χολώδεες lacunae signa ponenda sunt, quod non feci, quum non satis certus sim. Littréus ἔληγον ferri non posse contendit: „car, inquit, dans l'observation suivante et qui se rapporte certainement à cette constitution, on voit que les hemorrhagies furent très frequentes." Ut hoc argumentum me moveret, non solum affirmare debuisset Littréus, historiam τοῦ μειρακίου ξενοῦ pertinere ad constitutionem, de qua in § huius parte postrema sermo est, sed id demonstrare et probare debuisset. Quod num fieri possit, dubito, quia de ordine, quo res se excipiunt in his libris, minime certi sumus et ordinis perturbationis manifesta indicia cernantur. Itaque ἔληγον, quod omnino huc pertinet, tali ratiocinio expelli legitime non potest.

καὶ ἐφθοί.] cf. καὶ ἐφθότητα ἐμποιέει e § 48. libri de V. A.

17. ἕκτῃ.] codd. duo καὶ ς'.

οὖρον περὶ κρίσιν, οἷον ἔδει.] Ceteri οὖρον οὐκ οἶδα περὶ κρίσιν οἷον ἔδει. — Ac hic quidem manifesto interpolatum est οὐκ οἶδα, sed forte οὐκ οἶδα ποσταίη, ut aliis locis, sic hic quoque scriptum fuit. — Ex eiusmodi locis, quales haec § et 15ª, magis magisque probabile fit, formulas illas οὐκ οἶδα, οἶμαι descriptoribus, partim aliquid desiderantibus, partim aliquid legere nequeuntibus ortum suum debere. Cf. adnn. ad Ep. II. 2. 3. Quin mihi illud οἷον ἔδει ita facile oriri potuisse videtur, ut idem qui οὐκ οἶδα adscriberet, de suo etiam οἷον ἔδει daret, utcumque lacunam explens.

18. περὶ δὲ πληϊάδων δύσιν — διαχωρήματα.] In his vulgo ὑέτια ἦν κατὰ τότε, pro quo Lind. καὶ τότε scripsit. — Littréus καὶ τότε codicis C. fide suppressit; puto vero codicis C. descriptorem vidisse interpolatum esse, ideoque omisisse, sed ἦν item cum καὶ τότε eiiciendum est et textus describendus, quemadmodum eum iam exhibui. E correctione in cod. H. δύσιν pro δύσιας dedi. De μειρακίῳ pro μειράκιον a me scripto mox plura.

πέπονα, γλίσχρα.] Ceteri πέπονα ὑπεχώρει γλίσχρα, sed cod. C. om. ὑπεχώρει. — Quodsi iam librorum lectionem μειράκιον — ὑπεχώρει — διαχωρήματα teneamus, animadvertimus, codicis C. descriptorem rursus interpolatum putavisse

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 663 sur 880

©BIUM

ιθ'. Τῷ παιδίῳ τῷ Φαγεδαινωθέντι ὀδόντες οἱ ὑποκάτω [1] καὶ τῶν ἄνω οἱ ἐμπρόσθιοι [2] ἀνέπλεον ....

[Ὧν μὲν [3] ὀστέον ἐκ τῆς ὑπερῴης ἀπέρχεται, μέσῃ ἵζει ἡ ῥίς· ὧν δὲ οἱ ἄνω ὀδόντες οἱ ἔμπροσθεν, πλατεῖα ἄκρη.

Ἀριθμούμενος ὁ πέμπτος ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν τέσσαρας ῥίζας κατὰ δύο ξυνεζευγμένας ὡς πρὸς ἑκάτερον τῶν γειτόνων ὀδόντων ἄκρας [4] ἀποκεκαμμένας ἐς τὸ ἔσω μέρος [5] πάσας ἔχει.

Παρὰ τὸν τρίτον ὀδόντα ἀποπυήματα πλείω, ἢ παρὰ τοὺς ἄλλους πάντας· καὶ τὰ ἐκ ῥινῶν παχέα ῥεύματα καὶ ἀπὸ κροτάφων ὀδύναι ἐκ τούτου μάλιστα γίγνονται· καὶ ἐσθίεται οὗτος μάλιστα.

19. Pueri ulcere exedente affecti inferiores dentes et e superioribus anteriores ex alveolis sublevabantur.....

[Quibus quidem os a palato discedit, iis medius desidet nasus, sed quibus superiores dentes anteriores, iis nasi apex latus est.

Qui quintus ab anterioribus numeratur quatuor habet radices, quarum binas coniunctas a parte dentium vicinorum, extremis omnes ad interiora reflexas.

Ad dentem tertium plures suppurationes quam ad ceteros omnes et ex naribus crassae fluxiones et ex temporibus dolores inde maxime contingunt, et hic praecipue exeditur.

[1] καὶ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω. — [2] ἀνέπλεον ἔγκοιλον εἶχεν (sic) ὀστέον. — [3] ὀστέον h. l. abest. — [4] ἀποκεκαυμένας. — [5] πεύσας sine ἔχει.

ὑπεχώρει, ideoque omissie. Cum eo consentio, sed iam μειράκιον ceterorum etiam in μειρακίῳ mutandum erat. — Ceterum possit etiam edi: μειρακίῳ μυξώδεα, ὑπόχολα πέπονα ὑπεχώρει γλίσχρα, συχνά· πῦρ κ. τ. λ.

19. καὶ τῶν ἄνω οἱ ἐμπρόσθιοι ἀνέπλεον.] Vulgo καὶ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω; sed recte emendatum est a Littréo καὶ τῶν κάτω omittente e correctione in cod. H. — Pone ἀνέπλεον vero libri legunt ἔγκοιλον εἶχον ὀστέον, de quibus sic sentio: verba ἔγκοιλον εἶχον sunt glossema ad ἀνέπλεον adscriptum: Erotianus ἀνάπλοον exponit τὸ κοῦφον καὶ ἔχον εὐρυχωρίαν τινά, cum parte vero extrema huius exegeseos ad amussim convenit glossema quod indicavi. Sed me iudice ἔγκοιλον εἶχον non vere interpretantur ἀνέπλεον de dentibus hic usurpatum. In ipsa hac §. ἐσθίεσθαι, βιβρώσκεσθαι de carie dentium usurpari videmus, quamquam illi loci non ab eodem auctore scripti videntur, qui hic ἀνέπλεον dedit. Ἀναπλέειν vero de osse exfoliato usurpari potuit, non de dente carie exeavato; praepositio ἀνά in hoc composito isto sensu sumto valet ἄνω, itaque de dentibus usurpatum indicare videtur solutionem et sublevationem dentium ex alveolis. Quod ad nomen ὀστέον in vulgata attinet, id de sede sua aberravit et pone ὧν μέν initio sequentis periodi collocari debet, modo cf. Ep. VI. 43. Lindanus ibi loci item [τὸ ὀστέον] interponit. — Ad ἀνέπλεον cf. Oecon. Foësii in ἀναπλεῦσις, ubi ἀνέπεσον alios legere voluisse monet. — Ceterum hist. haec non absolvitur.

ἀριθμούμενος — ἔχει.] In his πέμπτος de meo dedi pro ceterorum πεμπταῖος. Locus autem probabilem descriptionem dentis molaris refert; sed cuius? Primum mihi videtur, h. l. sermo esse de dentibus adulti: nam licet in hist. morbi παιδίον memoretur et in ea, quae in fine capituli habetur, iterum idem fiat, in interpolatis hisce describuntur plures dentes, quam lactei. Sed in interpolatione hac, — neque enim dubito, quin omnia, quae uncis intercepi, a recentiore manu sint, — statim dubium quid inest. Describitne interpolator alio loco dentes sanos hominis sani adulti universe, alio dentes in casu peculiari observatos, ac morbosos? Ita fere statuere cogeris, modo ne in his ipsis quoque hîc illîc nos fallant librarii! Si ad ἔχει in hac periodo mentem advertas, videtur nunc dentem describere, qualis esse soleat homini adulto. Sin contra legas ῥίζαν μίαν, παχεῖαν, ὀξεῖαν εἶχε ὁ ἕβδομος in extrema interpolatione, dixeris, illum casum peculiarem describere, non typum solitum. Attamen tota illa, quam citavi, descriptio ita se habet, ut eum molarem postremum s. dentem sapientiae significare dixeris; quapropter coniicio, ibi ἔχει dedisse interpolatorem; nisi velis obiicere, non semper radices molaris illius in unam coalescere, itaque casum peculiarem respici posse. — At ex ipso hoc dente, qui septimus illi est, eius methodus dentes numerandi deduci potest. Numerat ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν, sed qui sunt οἱ ἔμπροσθεν et quomodo ab his initium faciens computat dentes? In singulis lateribus octo sunt dentes, quorum ultimus illi septimus, nobis octavus est; docet nempe ῥίζα ἡ μία, quam illi tribuit. Itaque duo incisivi medii eius ἐμπρόσθιοι esse videntur. Primus igitur illi est incisivus iuxta caninum; secundus caninus, tertius bicuspidatus primus, quartus alter bicuspidatus; quintus molaris primus, sextus molaris alter; septimus ultimus s. dens sapientiae. Eius descriptio radicum dentis, quem quintum appellat, ad amussim congruit cum solita forma molarium maxillae inferioris, et e rerum nexu tamen patere dixerim, illum de dentibus maxillae superioris agere, modo respiciamus verba παρὰ τὸν τρίτον — οὗτος μάλιστα. Minus vero aperta est eius descriptio τῶν κονδύλων dentis paulo inferius. Ibi: ἐκ μέσου μέν, inquit, κόνδυλον εἶχε, δύο δὲ ἔμπροσθεν, ac dein ὁ σμικρὸς πρῶτος ἔνδοθεν κατὰ τοὺς δύο ἐβέβρωτο; modo ne haec verba pertineant ad alium locum, ab alio quam istorum scriptore profectum. Sed hoc utut est, neque numerus τῶν κονδύλων, cuspidum nobis, neque locus, quo haberi dicuntur, facile intelligitur. Ut ab hoc ordiamur, quid illi descriptori est ἔμπροσθεν? quid ἔνδοθεν? Puto fere ἔμπροσθεν esse ab exteriore i. e. a parte genae; ἔνδοθεν esse a parte cavi oris. Solent porro molares primi quatuor habere mucrones, sed quum de dente exeso ibi sermo sit, periisse potest unus aliquis, aut duo. Ita igitur et locus, ubi τοὺς κονδύλους describit, et numerus eorum, quem indicat, cum rerum natura congruere videntur.

καὶ ἀπὸ κροτάφων ὀδύναι.] Lind. de suo, uti videtur, καὶ αἱ ἀπὸ κρ. ὀδ. Hunc sequitur Littréus, mihi articulo non opus esse videtur.

καὶ ἐσθίεται οὗτος μάλιστα. Ὁ πέμπτος ἐκ μέσου μὲν

Ὁ πέμπτος ἐκ μέσου μὲν κόνδυλον εἶχε, δύο δὲ ἔμπροσθεν· ὁ σμικρὸς πρῶτος ἔνδοθεν κατὰ τοὺς δύο ἐβέβρωτο. Ῥίζαν μίαν, παχεῖαν, ὀξεῖαν εἶχε ὁ ἕβδομος.]

[1]Τῷ Ἀθηνάδεω παιδίῳ ἄρσενι [2]ὀδόντες οἱ ἐπ' ἀριστερὰ κάτω, [3]ἄνω δὲ οἱ ἐπὶ δεξιὰ .... τούτου οὖς δεξιὸν ἐνεπύησε οὐκ ἔτι ἀλγέοντος.

κ'. Μετὰ δὲ πληϊάδα [4]εὐδίαι ἐπινέφελοι καὶ ὁμίχλαι· κρίσιες πεμπταῖαι καὶ ἑκταῖαι καὶ ἑβδομαῖαι, ἔτι δὲ καὶ μακρότεραι. ὑποστροφώδεες οἱ πυρετοὶ καὶ [5]ἔς τι πλανώδεες καὶ ἀπόσιτοι καὶ χολώδεες καὶ δυσεντερίαι πυρώδεες.

Περὶ πληϊάδων δύσιν νότια ἰσχυρῶς· αἱμορραγίαι καὶ τριταιοφυέες καὶ ἡπιαλώδεες.

[6]Ὁ ἐν τῷ σκυτείῳ ἡμορράγησε· κατακορὴς

Quintus a parte media tuberculum habebat, duo autem ab anteriore; primum parvum intus a parte binorum exesum erat. Radicem unicam, crassam, acutam habebat septimus.]

Athenadae puero masculo dentes inferiores sinistri, dextri autem superiores ..... huius auris dextra suppuravit cum ipse non amplius dolorem sentiret.

20. Post vergilias autem tempus placidum nubilosum et caliginosum fuit. Iudicationes quinto et sexto et septimo die fiebant, itemque longius procedebant. Febres revertebantur et ad erraticas vergebant et cibos aversabantur et biliosi erant et intestinorum difficultates cum febre vexabant.

Sub vergiliarum occasum austrini flatus vehementer spirabant: sanguinis profluvia et febres ad tertianarum naturam accedentes et cum rigore algidae grassabantur.

Qui in sutrina erat sanguinem profudit; bile

[1] τῷ Ἀθηναίῳ δὲ π. — [2] ὀδοὺς ἐπ' ἀρ. — [3] ἄνω ὁ ἐπί. — [4] εὐδία. ἐπινέφελος. — [5] ἐς τὸ πλανώδεες. — [6] ὁ om.

κ. τ. λ.] Solent iungere καὶ ἐσθίεται οὗτος μάλιστα ὁ πέμπτος. Ἐκ μέσου μὲν κ. τ. λ. Sed infra in hoc libro § 52. ἔστι δὲ οἷσι καὶ ὀδοὺς ὑπῆρχε βεβρωμένος, μάλιστα ὁ τρίτος τῶν ἄνω· ἀντὶ πάντων δὲ οὗτος εὑρίσκεται βεβρωμένος· ἐς τοῦτον ὀδύνη καὶ ἔστι οἷσι καὶ περιπύημα. Itaque putavi distinguendum esse quemadmodum feci, ut ἐσθίεται οὗτος μάλιστα ad dentem tertium referatur, et καί adscripsi de meo. Nemo quoque non videt, οὗτος μάλιστα ὁ πέμπτος h. l. ineptum esse, quum supra de tertio, non de quinto sit locutus.

ὁ σμικρὸς πρῶτος.] Subintelligo κόνδυλος. Moneo, quia paene dixerim Foës. de dente accepisse, licet non certo pateat ex eius Latinis.

τῷ Ἀθηνάδεω παιδίῳ.] Vulgo τῷ Ἀθηναίῳ δὲ π., sed cod. C. tum h. l. tum infra § 52. illam lect. Littréo praebuit. Equidem item eam recepi, licet sentiam, emendationem esse libri descriptoris et quid verum sit, quid non, diiudicari non amplius posse.

ὀδόντες οἱ ἐπ' ἀριστερὰ κάτω, ἄνω δὲ οἱ ἐπὶ δεξιά...] Vulgata habet ὀδὼν ἐπ' ἀριστερὰ κάτω, ἄνω ὁ ἐπὶ δεξιά. τούτου κ. τ. λ. In hac scriptura ὀδόντων codd. 3.; — ὧδει unus. Lindanus ὧδει ὀδόντων [ὁ μὲν] ἐπ' ἀριστερὰ κάτω, ἄνω [δ'] ὁ ἐπὶ δεξιά. τούτου κ. τ. λ. Equidem cod. C. Par. lectionem exhibui; nec tamen negligo locum ex Ep. V. § 44., ubi ὀδὼν ὁ ἐν ἀριστερῷ κάτω, ἄνω δὲ ὁ ἐν δεξιᾷ. Equidem primum puto lectionem cod. C. correctionem esse descriptoris; tum eam praeferendam existimo, quia unus dens miro modo definitur addito ἐπ' ἀριστερά; porro etiam praeferendam arbitror, quia ex l. l. ex Ep. V. patet, puerum Athenadae eundem esse, cuius initio huius § 19. fit mentio: ibi autem plur. num. οἱ ὀδόντες. Patet autem e locis collatis, quam miro modo haec scripta mista et corrupta ad nos pervenerint. Iam vero ἐν παρέργῳ moneo de illo ὀδών, quod Ionicum esse aiunt et apud Herodotum quoque habetur, et probabiliter latet in Hesychii Ὁ δῶν. ὁ δούς, quippe legendum videtur Ὁ δών. ὀδούς. — Quod denique attinet ad lacunam, quam notavi: unusquisque semel monitus videbit saltem verbum deësse; forte ἀνέπλεον supplendum.

οὐκ ἔτι ἀλγέοντος.] Ad finem § de eius partibus singulis, de quibus iam in superioribus notulis dicere coepi, plenius monere lubet. Prima periodus et ultima eandem historiam morbi spectare, patuit e comparatione cum Ep. V. 44. — Sententia secunda et tertia sunt adnotationes marginales, itemque quarta. De quinta dubito, num forte pars fuerit historiae morbi pueri Athenadae, sed tamen pars certe postrema inde excipienda videtur, uti supra dixi; nec vero certus sum de altera. Videant etiam alii!

20. ἔτι δὲ καὶ μακρότεραι.] In vulgata abest καί; revocavit ex Edd. antt. et codd. Parr. Littréus; lego etiam in V.

καὶ ἔς τι πλανώδεες.] Vulgo ἐς τὸ πλανώδεες, unde Lind. dedit, quod cum Littréo recepi. Monet hic etiam ἐς τὸ πλανῶδες scribi posse; et vero possit sane, sed puto tamen Lindanum verum vidisse, nam § 16. item τὸ ἑλμίνθιον e τι ἑλμίνθιον ortum fuisse vidimus.

καὶ δυσεντερίαι πυρώδεες —] Ceteri omnes pone δυσεντερίαι legunt ἀπόσιτοι, quod tamen manifesto e superioribus otiose repetitum est. Equidem coniungo δυσεντερίαι πυρώδεες, et accipio de intestinorum difficultate, quam febris comitata sit; sed iterum dicendum, modo ne vitium subsit!

νοτία ἰσχυρῶς.] Pone ἰσχυρῶς in libris ἦν additur. Voculam a recentiore manu interpolatam eieci, numquam inducar ut credam, hos scriptores νοτία ἰσχυρῶς ἦν scripsisse. Initio huius periodi περὶ πλ. δύσιας ceteri.

ἡμορράγησε· κατακορὴς διαχώρησις ὀλίγη.] Dissentio cum Littréo a Foës., aliis, κατακορής per se sumentibus et ad aegrum referentibus. Vide adnn. ad Ep. II. 6. 1. Paene dixerim numeros dierum in hac hist. tractu temporis periisse, quod item in aliis observandum censeo.

©BIUM

διαχώρησις ὀλίγη· ἐκρίθη ἑβδομαῖος ῥίγεϊ.

Ὁ παῖς [1] ὁ παρὰ τὸ ἔσχατον καπηλεῖον ἡμορράγησε τεταρταῖος· πολλὸν αὐτίκα [2] ἐφλυήρει· γαστὴρ ἀντίσχετο· ὑποχόνδριον ὀδυνῶδες, σκληρόν· πρὸς βάλανον ἐκταίῳ [3] ὑπῆλθε κάτω χλωρά· ἑβδόμῃ πρωὶ ῥιπτασμὸς, πολλὴ βοὴ, φλεβῶν σφυγμοὶ παρ' ὀμφαλόν .....

[Ἐν τοῖσι ὀξυτάτοισι τῶν πυρετῶν οἱ σφυγμοὶ πυκνότατοι καὶ μέγιστοι.

Οἷον τὸ ἐς δείλην παροξύνεσθαι, τοιοῦτον ἐν πάσῃ τῇ νούσῳ .....

Πρὸς τὰς ἀρχὰς δὲ καὶ οἱ παροξυσμοὶ καὶ τὸ [4] πρωϊαίτερον σκεπτέον καὶ τὸ ξυνεχέων καὶ τὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ ....]

Μετὰ πληϊάδων δύσιν, νότια .... πέμπτῃ κρινόμενα, [5] διαλιπόντα, μίαν ἐλάμβανε.... τὰ δὲ [6] φολικώδεα, ἐπιφλυκταινούμενα, οἷα τῷ Ἀκανθίῳ [7] λατύπῳ. Περὶ δὲ πληϊάδων δύσιν ὑποψωρώδεα καὶ τρηχέα τὰ κνησμώδεα οὐκ ἐπιδακρύοντα μᾶλλον μὲν ταύτην τὴν ὥρην· ἀτὰρ καὶ τὰ λειχηνώδεα ἐξαιρόμενα ταῦτα [8] ἦν οἷα τῇ Πυθοδώρου καὶ τῷ [9] καπήλῳ ξὺν πυρετῷ ἅμα ἀρχομένῳ σχεδὸν τῇ Πυθοδώρου ἰσχία ἀκρατέα .....

saturata alvi deiectio parca; die septimo cum rigore iudicio est absolutus.

Puer ad extremam cauponam die quarto sanguinem e naribus profudit; statim multum deliravit; alvus restitit; praecordium dolebat ac durum erat, sexto die glande supposita ex albido viridia infra demissa sunt; septimo mane corporis iactatio, multus clamor, venarum ad umbilicum pulsatio.....

In febribus gravissimis pulsus creberrimi et maximi.

Loci corrupti.

[1] ὁ abest. — [2] ἐφλυάρει. — [3] ἀπῆλθε κατὰ χλ. — [4] πρωίτερον. — [5] διαλείποντα. — [6] φυλλικ. — [7] λαπύτῳ. — [8] ἦν οἱ τῇ. — [9] καπηλίῳ.

πολλὸν αὐτίκα ἐφλυήρει.] Sic interpungo cum Corn. Foës., quippe infra ῥιπτασμὸς, πολλὴ βοή. Littréus ἡμορράγησε τεταρταῖος πολλόν iunxit secus ac fieri debet. Calvus interpunxit sicuti Littréus.

ὑπῆλθε κάτω χλωρά.] Ceteri κακὰ χλ., sed cod. V. κατὰ χλ., in quo latere putavi quod exhibui; non placet κακὰ, χλωρά, quia per se alvi recrementa illius coloris prava sunt, neque opus est, ut significetur, neque consueta dictio est; contra ὑπῆλθε — κάτω usitatissimum.

παρ' ὀμφαλόν ....] In extrema historia morbi sine dubio deficiunt ea, in quibus morbi exitus fuerit descriptus, itaque lacuna notanda erat.

ἐν τοῖσι ὀξυτάτοισι — μέγιστοι.] Manifesto patet, hanc sententiam et seqq., quas uncinis inclusi, pertinere ad recentiorum adnotationes ad antiquiores morborum descriptiones.

οἷον τὸ δείλης — τῇ νούσῳ ....] Locus truncatus ideoque sensu sano carens: fragmentum est sententiae, qualis initio § 4. sect. 1. Ep. II. legitur, ubi vide.

πρὸς τὰς ἀρχὰς — τοῦ ἐνιαυτοῦ.] Haec quoque fragmenta sunt non cohaerentia; locum plenius scriptum habes § 6. sect. 1. Ep. II. Postremum καὶ τὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ forte vestigium loci, qualis § 4. ibid. — Lacunas non notavi, quia verba ita se habent, ut non facile certus fias, quae olim cohaeserint, quae non; collatis tamen locis ex Ep. II., quos indicavi, ultro patebit verum esse, quod universe de iis moneo.

μετὰ πληϊάδων δύσιν — ἐλάμβανε.] Ceteri δύσιας; — tum lacunas, quas discernere mihi videbar, notavi. — Vulgo διαλείπουσα μίην λαμβάνει editur, sed διαλιπόντα certe scribendum et ἐλάμβανε, quia haec non ad monitum aliquod universale, sed ad morbi descriptionem pertinent, einsque epidemici, uti videtur. — Ceterum licet neutrum plurale intactum reliquerim, non affirmo id in his ab auctore datum esse, multo probabilius est ad τοὺς πυρετούς haec spectare, adeoque auctorem κρινόμενοι cett. et ἐλάμβανον dedisse, librarios vero ad νότια omnia retulisse, postquam fragmenta coaluerant.

τὰ δὲ φολικώδεα — λατύπῳ.] — In hisce λατύπῳ e mss. Parr. edidit Littr., vulgata λατύτῳ ferente, tum φολικώδεα pro vulgato φολλικώδεα. De hac voce videantur soliti fontes. Mox ad haec redibo.

περὶ δὲ πληϊάδων δύσιν — ἰσχία ἀκρατέα.] Hic quoque ceteri δύσιας: — cod. C καὶ ὑποψ. καὶ τὰ τρηχέα οὐκ ἐπιδακρύοντα μὲν μᾶλλον. Paulo inferius vulgata: ταῦτα ἦν οἱ τῇ, sed cod. C ταῦτα οἷα τῇ, — K. τωῦτα μὲν ἦν οἷα τῇ. Pro vulgato οἱ iam Lindanus οἷον, quum Edd. antt. οἱ haberent; Littréus οἷα, quem sequor. Dein in his καπήλῳ cod. C, vulgo καπηλίῳ, quod rectius in uno cod.

©BIUM

Μετὰ πληϊάδων δύσιν, φρικώδεες, αἱμορραγικοὶ ἐκ ῥινῶν. [1]Ὁ μὲν σκυτεὺς τρίτῃ λάβρως .... ἐκρίθη ἑβδομαῖος μίαν διαλιπὼν, μίαν ἐλάμβανε αὖθις· τετάρτῃ ἐκρίθη. Ἄλλος τῶν παρὰ Λεωκύδεος ἐκρίθη ἑβδόμῃ, ἄλλος τετάρτῃ. Μόσχος ἐνάτῃ [2]λάβρον ἐξ ἀριστεροῦ, βραχὺ δὲ ἐκ δεξιοῦ μυκτῆρος· πρὸς τὰς [3]τεσσαρεσκαίδεκα τῶν ἐς κρίσιν ἢ ἔδει ἀρξαμένων παρωξύνετο· ἁμαρτάδες βρωμάτων ἑπτακαιδεκάτῃ ἐγένοντο. παρὰ τὸ οὖς ἐπὶ δεξιὰ σμικρὸν ἔσωθεν σκληρὸν, ἔξωθεν χαῦνον, ὀδυνῶδες· οὐδὲν [4]ἐπεδίδου· ἐννεακαιδεκάτῃ ἀπεγένετο νυκτός.

Post vergiliarum occasum horrores aegros tenuerunt et sanguinis e naribus profluvia. Sutor quidem die tertio largiter sanguinem effudit; iudicatus est septimo; unum diem intermittens altero rursus prehendit febris; iudicio absolutus est quarto die. Quidam ex his qui apud Leocydem erant, septimo iudicatus est; quarto alius. Moscho nono die largus ex nare sinistra, paucus autem e dextra sanguis effluxit, — versus decimum quartum diem, quum iudicium uti oportebat fieri coeptum erat, exacerbatus est. Decimo septimo errata in ciborum ratione contingebant: ad aurem dextram tumor parvus enatus est intus durus, extus mollis, dolens; non remittebat, die decimo nono obiit noctu.

[Τοῖσι πάνυ χολώδεσι [5]ἐν πυρετοῖσι μάλιστα ἐπὶ σκέλεα ἡ κάθαρσις· οἷον ὁ τὴν σικύην προσβαλλόμενος· ἐπεὶ ἐς τὸ ἰσχίον ὀδύνη τούτῳ ἐς σκέλος κάτω ἦλθε, ἐρρήϊσε.]

[In iis, qui admodum biliosi sunt, praecipue in febribus ad crura purgatio contingit; quemadmodum factum in eo, cui cucurbitula adposita erat, quum in illo dolor coxendicis ad crus descendit, allevatus est.]

Ὁ ἀπὸ τοῦ [6]κεραμείου, [6]ἵππου καταπε-

Qui habitabat in figlina, cui cum ab equo

[1] ὁ μέντοι σκ. — [2] λαῦρον. — [3] δεκατέσσαρας. — [4] ἐπιδίδον. — [5] ἐμπύοις μ. ὅρῳ ἰκέλη ἡ κ. — [6] κεραμέου ἵππου.

καπηλείῳ scribitur. — Atque ex hac quidem lectionis varietate non admodum multum proficimus; locum vero ita descriptum me non intelligere lubens profiteor. Equidem puto, nos hic habere locum perturbatum et glossematis refertum. Τὰ φολικώδεα sine dubio antiquum vocabulum est; id ipsum autem Erotianus exponit his verbis: φολλικώδη) τὰ ἐφιλλώδη καὶ λεπρώδη. Οἱ γὰρ παλαιοὶ φολλίκας ἐκάλουν τὰς ψωρώδεις τραχύτητας. — In quo glossemate ἐφιλλώδη nomen esse debet ex ἐφηλίς formatum; ἐφηλώδη Steph. coniecisse monetur in Ed. Franzii; forte ἐφηλιδώδη scripserit Erotianus. — Itaque suspicor ἐπιφλυκταινούμενα et ὑποψωρώδεα καὶ τρηχέα τὰ κνησμώδεα, forte etiam οὐκ ἐπιδακρύοντα μᾶλλον, membra disiecta esse glossematis ad φολικώδεα adscripti, quod forsitan ita se habuerit: τὰ ἐπιφλυκταινούμενα οὐκ ἐπιδακρύοντα, μᾶλλον δὲ ὑποψωρώδεα καὶ τρηχέα καὶ κνησμώδεα. — Τὰ λειχηνώδεα alterum vocabulum antiquum videtur, quo altera species exanthematis indicata fuerit. Puto autem, glossis in textum receptis, extitisse alia vocabula: ταύτην τὴν ὥρην et ἐξαιρόμενα ταῦτα ἦν. — Itaque, licet haec minime pro certis venditem, putaverim totum locum forte ita describendum esse:

Μετὰ πληϊάδων δύσιν νότια ..... πέμπτῃ κρινόμενοι, διαλιπόντες μίαν, ἐλάμβανον ..... Περὶ δὲ πληϊάδων δύσιν ..... τὰ δὲ φολικώδεα, οἷα τῷ Ἀκανθίῳ λατύπῳ· ἀτὰρ καὶ τὰ λειχηνώδεα, οἷα τῇ Πυθοδώρου .....

De postremis καὶ τῷ καπήλῳ — τῇ Π. ἰσχία ἀκρατέα nihil affirmo, neque videntur ad exanthematum observationem pertinere. Fortasse in his pessima est confusio, ita ut τῇ Πυθοδώρου et rursus τῇ Πυθοδώρου referat otiosam repetitionem. Quin καπήλῳ codicis C. quum nihil sit nisi correctio descriptoris istius libri, forte καὶ τῷ καπήλῳ esse debet ἐν τῷ καπηλείῳ, ita ut ipsum hoc καπηλεῖον item magis definitum fuerit vocabulis hodie deperditis. — Mihi haec omnem emendationis spem eludere videntur. Id unum satis certum puto, pone ἀκρατέα item lacunam esse, quam igitur indicavi.

ὁ μὲν σκυτεὺς τρίτῃ λάβρως ..... ἐκρίθη ἑβδομαῖος.] Vulgo ὁ μέντοι σκ. ἐκρίθη ἑβδομαῖος, Sed cod. C. ὁ μὲν γ' λαύρως ὁ σκ., quam lectionem recepit Littréus; ego lacunam notavi, ubi ἡμορράγησε excidisse videbatur, ac ceterum locum de meo emendare studui.

Μόσχος — μυκτῆρος.] Licet nihil tangam, probabile tamen censeo haec vitiata esse: exspectaveram Μόσχῳ ἐνάτῃ λάβρον ἐξ ἀριστεροῦ, βραχὺ δὲ ἐκ δεξιοῦ μυκτῆρος ἐρρύη· πρὸς τὰς ιδ' κ. τ. λ.

τῶν ἐς κρίσιν ἢ ἔδει ἀρξαμένων.] Vulgata lectio est ἐς κρίσιν ἢ ἔδει ἀρξάμενα, sed requiritur genitivus, quem absolutum vocant, itaque τῶν — ἀρξαμένων dedi.

παρὰ τὸ οὖς — χαῦνον, ὀδυνῶδες.] In his pone ἔξωθεν delevi otiose repetitum σμικρόν, quod ceteri omnes legunt. Quod ad ἀπεγένετο attinet in fine periodi, de morte aegrotantis non de evanescente tumore sumendum mihi videtur.

τοῖσι πάνυ χολώδεσι ἐν πυρετοῖσι.] Falsa lectio ἐμπύοις in multis codd. reperta est a Littréo, cf. Ep. II. 3. 1. in fine §. Nempe vulg. lectio est: τοῖσι πάνυ χολ. ἐκπύοις (ἐμπύοις) μάλιστα ὅλῳ ἰκέλη ἡ κάθαρσις. Equidem in emendata lectione ὅλως eximendum putavi, perinde ac καί ante ἐρρήϊσε; utraque vocula abundat. Hic locus ad interpolationes pertinet.

ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμείου, ἵππου καταπεσών.] In hac lectione loci secutus sum codicem regium, quem Foës. pro κεραμέου legere κεραμείου notavit, et cod. D. Littréi κεραμίου, quod

©BIUM

σὼν, ᾧ οὐ προσεβλήθη αὐτίκα σικύη, ἐκαύθη ἔσω καὶ εἰκοστῇ ἐπαλιγκότησε· αἱμορραγικὰ καὶ [1]τρυγώδεα καὶ ἐσθιόμενα.....

Ἡ Τενεδίη τεταρταίη ἀπέφθειρε, ὡς ἔφη, τριηκοσταῖον ἄρρεν· γαστὴρ ὑγρὰ, λεπτὰ... ξυνεκαύθη ἡ γλῶσσα· κρίσις τεταρταίη.

Μετὰ πληϊάδων δύσιν, σπληνώδεα καὶ μέχρι πέμπτης ἔρρει ..... ἐκρίθη ἑβδομαίῳ [2]ἐόντι· οὖρον οἷον ὀρόβων πλύμα, ὁμοῖον αὐτὸ ἑωυτῷ, ἔπειτα καθαρόν· ὑποστροφή. Διέλιπέ τε καὶ [3]τῷ Μεγαρέος, πλὴν αἷμα οὐκ ἐρρύη· οὖρον οἷον τῷ Ἀντιγενέος, λευκὸν, παχὺ, ὁμοῖον.

κα'. Ἡλίου χειμερινέων τροπέων ἄστρον οὐ σμικρόν· [4]πέμπτῃ δ' ὕστερον καὶ ἕκτῃ σεισμὸς, ὅτ' ἐν Περίνθῳ ἦμεν.

decidisset, non illico admota est cucurbitula, intus urebatur et die vigesimo malum incruduit; sanguinem fudit et faeculenta et erodentia....

Mulier Tenedia quarto die masculum triginta dierum, ut aiebat, abortione reiecit; alvus liquida tenuia demisit; lingua exusta est, quarto die iudicatio contigit.

Post vergiliarum occasum lienis affectus observabantur et sanguis fluxit ad quintum diem usque..... iudicatus est die septimo; urina ervi loturam referens, similis sibi, dein pura; recidiva facta est. Intermisit quoque filio Megarensis, sed sanguis non effluxit; urina, qualis Antigenis, alba, crassa, similis.

21. Sub brumam sidus insigne visum est, quinto autem sextoque die post terrae motus exstitit, quum Perinthi essemus.

[1] τρυχώδεα. — [2] δ' ἐόντι. — [3] τὸ μεγαρέος. — [4] πέμπτῃ δ' ὕστερον ἑκάστων σεισμὸς, ᾗ τ' ἐν περίνθῳ ἡ μένη ἀσματώδην (sic).

item κεραμεῖον est, ferentem. — Videndus est de h. l. Heringa p. 162. seqq. —; constabit ἀπὸ κεραμέου ἵππου esse vitiosum, sed legi posse:

ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμείου, ἵππου καταπεσών.
ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμείου, ἵπνου καταπεσών.
ὁ ἀπὸ τοῦ κενεβρείου, ἵππου καταπεσών.
ὁ ἀπὸ τοῦ κενεβρείου, ἵπνου καταπεσών.

Probabile est, postremam lect. vidisse Erotianum; quid vero ab ipso auctore sit datum antiquitus, quis definiat? — Potuit in figlina habitare homo, potuit in morticinorum foro; potuit ab equo, potuit a camino decidere. Id unum dici possit: ab iis qui κενέβρειον legerent, facilius id in κεραμείου, quam contra mutari potuisse, idemque de ἵπνου valere. Qua ratione possis perduci, ut postremam lect. praeferas; equidem in re incerta proxime librorum mss. hodiernorum vestigia sequor.

ἐκαύθη ἔσω — καὶ ἐσθιόμενα.] ἐκαύθη ἔσω accipio de ardore, quem intus sensit. Αἱμορραγικὰ καὶ τρυγώδεα καὶ ἐσθιόμενα quomodo acceperit Corn., ex eius Latinis non intelligo; Foës. materiae secessum per alvum cogitare videtur, ubi: „cum sanguinis profluvio foeculenta et erodentia prodierunt." Latine reddit. Littrêus: „Haemorrhagies, matières comme de la lie, corrosives." — Sermo est de narium haemorrhagia, me iudice, quam Littr. significare videtur. Cf. Coacam 553. Loci extremum lacunosum est.

ἔρρει ..... ἐκρίθη.] Hic habemus locos mutilatos. In μετὰ πληϊάδων δυσιν (δύσιας legunt ceteri), σπληνώδεα καὶ μετὰ πέμπτης ἔρρει habemus alterutrum, aut epidemiae descriptionis fragmentum, aut morbi historiae; illud tamen vero similius puto. In verbis ἐκρίθη ἑβδομαίῳ ἐόντι habemus partem historiae aegrotantis, cuius introitus desideratur. Vulgata hic habet ἑβδομαίῳ δὲ ἐόντι, sed Littr. recepit codicis C. lectionem, in qua δέ omittitur. Nexus inter epidemiae descriptionis partem et partem historiae morbi desidero. Itaque lacunae signa posui. — Possit quis alio modo forte defendere, lacunam esse pone δύσιν, — non pone ἔρρει; ita ut coniungeret μετὰ πληϊάδων δύσιν ..... σπληνώδεα καὶ μέχρι πέμπτης ἔρρει· ἐκρίθη ἑβδομαίῳ et supponeret pone δύσιν initium esse casus peculiaris. Profecto non certo demonstrari potest ita non rem se habuisse, sed exempla seqq. tamen potius me impellunt, ut prius expositam rationem in loci constitutione sequar.

ὁμοῖον αὐτὸ ἑωυτῷ.] Quid hoc significet, quaero. Cogitavi mecum, eum forte τὸ ὁμαλὸν significare voluisse; certe si comparem infra obvium λευκὸν, παχὺ, ὁμοῖον, ubi ὁμαλές malim. Erotianus ὁμαλῶς exponit ὁμοίως et facile fieri possit, ut hic vocabula recentiora habeamus, quae extruserint antiquiora.

ὑποστροφή. διέλιπε κ. τ. λ.] Cod. C. legit: ὑποστροφή τις διέλειπε ε καὶ τὸ μεγαλόσπληνον αἷμα οὐκ ἐρρύη. In quibus postrema certe corrupta esse dixerim; num quid veri lateat in διέλειπε ε non discerno. Pro διέλιπέ τε καὶ τῷ M. sane potius δ. δὲ καὶ τῷ M. exspectavisses. — Illud πλὴν αἷμα οὐκ ἐρρύη facit, ut supponam in superioribus aliquid quale ὡσαύτως periisse; ita ut forte scriptum fuerit: διέλιπε δὲ καὶ τῷ Μεγαρέος ὡσαύτως, πλὴν κ. τ. λ, cf. infra § 25. hist. vinitoris Menandri et in hist. ult. ibid. ἀνδρὶ ταὐτὰ. πλὴν κ. τ. λ. In nostris solum καί in superioribus, etiamsi intensive dictum putes, non satis πλήν firmare mihi videtur. Sed certi quid assequi in locis adeo corruptis res est non facilis.

Ἀντιγενέος.] Vulgo Ἀρτιγένεος; Littr. illud dedit; reperit in correctione unius cod.; ms. C ἀντιγένεος (sic). — Lind. Ἀρχιγένεος dederat. Eodem modo, ac fert correctio illa in isto cod., Meinekius emendavit loco ex Ep. V. 20. — Vid. Littr. vol. VIII. p. XIII.

21. ἡλίου χειμερινέων τροπέων — ὅτ' ἐν Περίνθῳ ἦμεν.] In his καὶ ἕκτῃ pro vulgato ἑκάστων a Lindano iam est exhibitum, idemque Calvus, Corn., Foës. Latine expresserunt. Littréus item e cod. C exhibuit. Consentienter cum eo descripsi postrema ὅτ' ἐν Π. ἦμεν, sed ille ad casum morbi, qui sequitur, ista retulit, quum mihi potius trahenda videantur ad insignia naturae phaenomena, quae in superioribus commemorantur. Vulgata ferebat ᾗ τ' ἐν Π. ἔμεινε, sed Edd. antt., codd. Parr. et V. ἡμένη, unde egregie Littréus ἦμεν ἡ. Quod ad ὅτ' ἐν attinet, id item cod. C praebuit editori Parisiensi. Iamque hanc periodum salvam esse puto.

Ἡ ἀσθματώδης, ἡ Ἀντιγενέος, [1] ἧ οὐκ εἰδυίη εἰ ἔχοι, ἐρυθρῶν ἐπιφαινομένων ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, γαστὴρ ἄλλοτε σμικρὴ, καὶ ἄλλοτε μεγάλη, [2] βήσσουσα ἐτύγχανε ὁδοιπορήσασα θᾶσσον· μὴν ἦν ὄγδοος· ἱδρύθη προπυρεταίνουσα.

κβ'. Ἡ δὲ τοῦ Ἀπημάντου [3] ἀδελφεοῦ ἀπέφθειρε [4] ἑξηκονθήμερον, ὡς ἔφη, ἑβδομαίη θῇλυ· περὶ δὲ ἐνάτην ἐθορυβήθη· μετὰ δὲ κρίσιν τὰ δεξιὰ ἤλγει ὡς ἂν ὑπὸ ἀποστροφῆς· [5] αὖθις εἶχε ταχέως καὶ ἀπέφθειρε.

Ἑτέρη λευκοῖς θυγατέρα ἔτεκε· [6] ἑτέρη ἐρυθροῖς, ὡς ἔδει.

κγ'. .... Φρικώδεες, ἀσώδεες, ἀπόσιτοι, ὑποστροφώδεες, [7] χολώδεες, ὑπόσπληνοι ὀδυνώδεα τρόπον, αἱμορραγικοὶ ἐκ τῶν ἀριστερῶν οἱ πλεῖστοι ....

Mulier suspiriosa, uxor Antigenis, cui nesciae num concepisset, fluxu rubro subinde apparente, venter alio tempore parvus, alio magnus erat, tussivit, quum celerius iter confecisset; mensis erat octavus, constitit febre prius tentata.

22. Coniux fratris Apemanti septimo die femellam, uti dixit, sexaginta dierum abortione reiecit; ad nonum vero diem perturbata est. Post iudicationem a dextra parte dolor erat, ac si ex uteri aversione accidisset. Iterum celeriter concepit et abortum passa est.

Altera quaedam cum albo fluore filiam peperit, altera cum rubro, ut conveniebat.

23. ..... horrore vexabantur aegri, corporis incontinentia iactabantur, cibos aversabantur, morborum reversionibus tentabantur, biliosi, lienis affectibus aliquantum tentabantur cum dolore, sanguis plerisque a sinistra erumpebat....

[1] ἡ οὐκ ἠδυία εἰ ἔχει ἐρυθρὰ ἐπιφαινόμενα ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε γαστὴρ σμικρὴ ἄλλοτε μεγάλη. — [2] οἴομαι βήσσουσα γὰρ Ἑτ. ὁδοιπορῆσαι. — [3] ἀδ. μυή. — [4] ἑξήκοντθ' ὡς ἔφη ἡμερῶν. — [5] αὐτῇ. — [6] ἐν. ἐρ. — [7] χολ., αἱμ., ὑποσπλ., ὀδυν. τρ. ἐκ τῶν ἀρ. οἱ πλ.

ἡ ἀσθματώδης ἡ Ἀ. — προπυρεταίνουσα.] In hisce ἧ οὐκ εἰδυίη εἰ ἔχοι de meo dedi pro ἡ οὐκ εἰδυῖα εἰ ἔχοι, in quibus cod. C. ἧ οὐκ ἤδει. Equidem leni mutatione ita scripsi, ut eo referrem sequens γαστὴρ ἄλλοτε σμικρὴ καὶ ἄλλοτε μεγάλη, de quibus antequam dicam, moneo me etiam ἐρυθρῶν ἐπιφαινομένων de meo scripsisse pro ceterorum ἐρυθρὰ ἐπιφαινόμενα, quod extra omnem structurae nexum cum vicinis manet in vulgata et in Littréi lectione. „Ut iam redeam ad γαστὴρ — μεγάλη, adscripsi de meo ἄλλοτε etiam ante σμικρή, quia sine vocula illa mancum est hoc periodi membrum. Porro eieci e ceterorum lectione οἷον ante βήσσουσα, particula saepius recurrit in his libris et otiose hic invecta est a librariis; forte nata ex οἴομαι, quod V. habet; eiusdem farinae γάρ videbatur, quod ceteri pone βήσσουσα legunt; — itaque item e textu eieci. In infinitivo vero ὁδοιπορῆσαι latebat participium, quod in textu descripsi. Iamque haec etiam periodus ad sensum certe probabilem revocatam dixerim, nisi me offenderet postremum προπυρεταίνουσα ἱδρύθη s. ἱδρύνθη, uti alii libri habent. — Primum προπυρέξασα ab antiquiore forma προπυρέσσω exspectaveram, saltem προπυρετήνασα, aoristum, non praesens participii; sed etiam ἱδρύθη miro modo poni mihi videtur, pro quo potius ἐκρίθη exspectaveram, sed fieri posse puto, ut nescio quod vitium aliud hic lateat. Videant alii quoque!

22. ἀδελφεοῦ.] Sequitur apud ceteros γυνή, quod a recentiore interpretandi gratia adscriptum puto.

ἑξηκονθήμερον.] Ita una voce scribere malui, quam servare vulgatum ἑξήκοντθ' ἡμερῶν.

ὑπὸ ἀποστροφῆς.] Cod. Sev. apud Foës. ἀπὸ ὑποστροφῆς, quod post Lindanum recipiens Littréus adnotat: „Lind. a adopté la leçon de L. judicieusement, ce me semble." — Dissentio, uterque falsus esse mihi videtur: ὑπὸ ἀποστροφῆς est *ex uteri inclinatione*, uti hodie dicunt; de recidivis hic sermo non est, me iudice. Video Calvum utramque lect. sub oculos habuisse, Corn. falsam Latine reddidisse.

αὖθις εἶχε.] Vulgo αὐτὴ εἶχε. Codd. Parr. C. K. αὖτη, duo alii αὐτῇ, uti V. Pronomen qualecumque h. l. ineptum; latet in eo Ionicum αὖτις, vel αὖθις, uti hodie certe plerumque in his libris legimus.

ἑτέρη λευκοῖς — ὡς ἔδει.] Lind. in hisce dedit ἐν λευκοῖς et ἐν ἐρυθροῖς: duxit e codd. lect. ἐν ἐρυθροῖς pro ἑτέρη ἐρυθροῖς, quam Littréus in pluribus mss. Parr. vidit et ipse in V. reperi. Lubens profiteor, me locum hunc non satis intelligere: spectaturne fluxus durante κυήσιος tempore? an lochia indicantur? quorsum tendit illud ὡς ἔδει? Vultne conceptionem locum habuisse in altera, dum fluore albo laborabat, in altera, cum menses debito modo fluerent? — Hic incertus sum; forte fragmentum corruptum est.

23. ... Φρικώδεες — οἱ πλεῖστοι ...] Solitus in his verborum ordo in libris est χολώδεες, αἱμορραγικοὶ, ὑπόσπληνοι ὀδυνώδεα τρόπον ἐκ τῶν ἀριστερῶν οἱ πλεῖστοι. — Sed proxime cohaerent ὑπόσπληνοι ὀδυνώδεα τρόπον et αἱμορραγικοὶ ἐκ τῶν ἀριστερῶν, quae causa est, cur ordinem verborum de meo mutaverim. Absurde enim in lect. codicum: ὑπόσπληνοι ἐκ τῶν ἀριστερῶν ὀδυνώδεα τρόπον coniungitur, quasi ἐκ τῶν δεξιῶν etiam ὑπόσπληνοι esse possint. Non negligo sub finem § 25. legi in libris ζ' ἐκρίθη ὑπόσπληνος ἐς τὰ ἀριστερά, sed illud fragmentum suo loco explorabimus. § 7. legimus οἷσι μὲν οὕτως ἦν, σπλῆνες δὲ καὶ ἐπηρμένοι, αἱμορραγίη ἐξ ἀριστεροῦ, quod docet, eum fuisse nostrorum verborum ordinem, quem indicavi. — Ceterum sponte patet, haec verba facere partem descriptionis epidemiae; initio igitur periit temporis, quo ita se haberent, significatio; et in fine alios crisios modos subiunctos fuisse suspicor. Circumspexi, num liceret apte coniungere cum significatione aliqua temporis, qualis v. c. § 21. initio legimus, sed huc usque spes me fefellit.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 669 sur 880

©BIUM

[1] Ἡ Ἀπημάντου ἔστραπτο τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιὸν, τὸν δὲ [2] κενεῶνα ἐπὶ τὰ ἕτερα....

Ἡ Ἀριστοφῶντος θυγάτηρ τῇ τρίτῃ καὶ τῇ πέμπτῃ [3] ἐπυρέτηνε· ξηρὴ διετέλει τὰ πλεῖστα γαστὴρ ..... μέντοι [4] ταραχώδης· δύσκριτα· ὑπὲρ τριήκοντα ἐπαύσατο.

[Φλύκταιναι μὲν ἐκ κόπων οὐ κάρτα ἰσχυρῶν ἀφικνεῦνται ἐς ἑβδόμην ὑποπέλιοι.]

Ῥῖγος τῇ ὄπισθεν τοῦ ἡρωΐου παιδίσκῃ ἐγένετο .... [.... αἱ δὲ λευκαὶ μεγάλαι, οὐδ' αὗται πάνυ χρησταὶ, τῶν κατοχέων καὶ ὑπνωδέων καὶ μὴ ξυμπιπτόντων καὶ χολῆς [5] ἀντεχομένης καὶ ἦν ὑγρὴ ἢ ἡ σκληρὴ, οὐ ξυμπίπτοντες.]

Ζωΐλου τοῦ τέκτονος τρομώδεες σφυγμοὶ, νωθροί· οὖρησις καὶ κοιλίη μετρίως ἄχροος· ἥτρου ἔντασις ἑκατέρωθεν ἐς ἰθὺ μέχρις [6] ὀμφαλοῦ ξὺν ὀξέϊ .... ἀπόσιτος· διψώδης.....

Locus corruptus.

Aristophontis filiam febris tertio et quinto die prehendit; sicca fere permansit alvus..... tamen ei conturbata est; difficilis iudicatio fuit; supra triginta dies cessavit.

[Pustulae quidem ex laboribus non vehementibus ad septimum diem perveniunt sublividae.]

Rigor ancillae, quae pone templum heroïs habitabat, contigit.....

Fragmentum corruptum.

Zoïlo fabro pulsus tremuli, tardi, lotium et alvi recrementa modice decolorata; imi ventris contensio utrimque ad umbilicum pertingens in directum cum gravi febre, cibos aversabatur, siticulosus erat.....

κδ'. [7] Τῇ Κυμαίου ἀγορηνόμου θυγατρὶ ἐν

24. Filiae praefecti annonae Cymaei, quae

[1] τῇ Λ. ἢ ἐστρ. ταύτῃ τὸν ὀφθ. — [2] κεῶνα. — [3] ἐπυρέταινε. — [4] ταραχ. ταύτη. — [5] ἐντυχομένης. — [6] ὀφθαλμοῦ σὺν ὀξύ. — [7] ἡ παρὰ τηκομαίῳ ἀγορηνόμου θυγάτηρ ἐν γαστρὶ ἀσήμως ἀρξαμένη δίμηνον.

ἡ Ἀπημάντου — ἐπὶ τὰ ἕτερα.] Vulgata τῇ Α. ἢ ἔστραπτο ταύτῃ τὸν ὀφθ. initio corruptelam habet frequentem in exordiis harum historiarum morborum, quam eatenus sustuli, ut abundantia ἢ et ταύτῃ resecarem et τῇ in casum mutarem, quem locus demtis superfluis illis requirit; sed non mihi persuadeo locum integrum esse, vetat primum mira antithesis inter oculum et laterum inanitatem; nimis frequenter ὀμφαλός et ὀφθαλμός confunduntur, quam ut non credam hic quoque istorum nominum permutationem locum habuisse; tum δεξιόν exstitit, postquam ὀμφαλός in ὀφθαλμός abierat, et quid sit, unde natum sit, docet ἐπ' ἀριστερά. — Itaque fragmentum puto sic se habuisse:

Τῇ Ἀπημάντου ἔστραπτο ὁ ὀμφαλὸς ἐπὶ τὰ δεξιὰ, ὁ δὲ κενεὼν ἐπὶ τὰ ἀριστερά.....

Littréus vulgatam servat, sed in adn. ad h. l. p. 162. notula 11. et verba et res omni modo miscet. — „ἔστραπτο doit vouloir dire ici une retrocession, comme ἀπετρέπετο plus loin p. 168. l. 11." — Quasi vero στρέφεσθαι et ἀποτρέπεσθαι idem essent! — Tum vero: „cette phrase, inquit, fort obscure est sans doute relative à des metastases sur l'oeil, comme celles dont il est question plus bas p. 170." Nusquam inducar ut credam: aut sermo hic est de ventris forma externa in uteri ἀποστροφῇ, aut de utero ipso: illa si descripta fuerit, locus fere se habuit, uti dixi; sin ad uterum ipsum spectet ἔστραπτο, forte:

τῇ Ἀπημάντου ἔστραπτο κατὰ τὸν ὀμφαλὸν ἐπὶ δεξιὰ, κατὰ δὲ τὸν κενεῶνα ἐπὶ τὰ ἀριστερά....

Calvus interpretatus est, quasi legisset τὸν δὲ κενεῶνα ἐπὶ τὰ ἕτερα ἤλγησε; sed hoc flocci pendo. In vulgata lect. ἔστραπτο et ἐπὶ τὰ ἕτερα sibi apte respondent et integra sunt.

ξηρὴ διετέλει τὰ πλεῖστα γαστὴρ .... μέντοι ταραχώδης.] Lacunam hic non agnoscentes interpretes ξηρὴ διετέλει subiectum sibi habere ἡ Ἀριστ. θυγάτηρ putarunt, unde mirus sensus emergit v. c.: „elle resta sèche la plupart du temps." — Res mihi ita se habere videtur: diei numerus, quo γαστὴρ fuerit ταραχώδης, excidit et uno tenore scriptum fuerit ξηρὴ διετέλει τὰ πλεῖστα γαστήρ· [δεκάτῃ] μέντοι ταραχώδης. Intelligis, me exempli causa δεκάτῃ supplere; nam forte aliquot dierum spatium indicatum fuerit, forte alius dies, quod sciri non amplius potest.

φλύκταιναι — ὑποπέλιοι.] Ecce verba, quae potes Latine interpretari, nec tamen intelliges. Fueritne hoc pro regula universali descriptum, an forma observationis alicuius, nescio; nec magis novi, quid spectetur.

.... αἱ δὲ λευκαὶ μεγάλαι — ξυμπίπτοντες.] In his οὐδ' αὗται vulgo; secutus sum cod. I. Par. scripturam; — in reliquis nulla lectionis varietas, quae ad rem faciat. Interpretes λευκαὶ μεγάλαι pertinere putant ad φλύκταιναι in superioribus. — Fieri potest, ut eò pertineant et ut αἱ δὲ λευκαί respondeat superiori φλύκταιναι μὲν — ὑποπέλιοι, sed locum non intelligo: corruptum esse docet καὶ μὴ ξυμπιπτόντων et mox iterum illatum οὐ ξυμπίπτοντες. Quodsi intermedium ῥῖγος — ἐγένετο demas et locum utrumque coniungas, non magis perspicuus fit. Ex his me non expedio et locum pro desperato sibi relinquo.

μετρίως ἄχροος.] Hoc quidem certe recte praebet cod. V. Vulgo ἀχρόως, quod e postremis literis adverbii μετρίως huc tractis natum; aut ἄχροος, aut ἄχροοι scribere oportet.

ξὺν ὀξέϊ...] Illud ξὺν ὀξέϊ non est ellipsis, sed lacuna incuria librariorum orta, quam notavi. — Ceterum ad calcem huius § moneo, me uncis intercepisse ea, quae ad morborum descriptiones non pertinere videbantur et interpolationis fragmenta referre mista cum fragmentis Epidemiorum et singulorum morborum.

τῇ Κυμαίου — αἱμορροΐδας.] Vulgatam reperis in varr. lectt. e cod. V, supra descriptis. Meinekius tentavit ἡ παρὰ

©BIUM

γαστρὶ ἔχειν ἀσήμως ἀρξαμένη, διμήνω ἔμετος φλεγματώδης, ὀτὲ δὲ χολώδης· ἐρρήϊσε· χαλεπῶς ἔτεκε· τελέως ἐκαθάρθη· ἔμετος ὁμοῖος μέχρι τριηκοστῆς· ἔπειτα γαστὴρ ἐταράχθη καὶ ὁ ἔμετος ἐπαύσατο· λειεντερίη· γυναικεῖα οὐκ ἐγένετο δύο ἐτέων· χειμῶνος ἔσχε αἱμορροΐδας.

gravida esse coeperat, sine rei signis, mense altero vomitus contigit pituitae, interdumque bilis; melius se habuit; difficulter peperit; integre purgata est; ad trigesimum diem usque similis vomitus; deinde alvo conturbata vomitus cessavit; laevitas intestinorum aderat, neque menses prodierunt biennio; hieme haemorrhoïdas habuit.

κε'. Οἱ δύο ἀδελφεοὶ, οἱ τοῦ Κέκροπος οἰκεῖοι, οἷσι τὰ μέλανα κατ' ἀρχὰς [2]διήει, ὑπότρυγα, καρυκοειδέα ἐκ κατακορέων ἀφρωδέων, χλοιώδεες ἦσαν.

25. Duo fratres Cecropis propinqui, quibus circa initia nigra demittebantur, aliquantum vini faecibus similia et condimentis e sanguine paratis, post alvi recrementa spumantia bile saturata, ex virore pallescebant.

Ὃς τὸν ὄνον ἐκ ξυνθήκης ἦρε ἐπυρέτηνε αὐτίκα· τρίτῃ ἡμορράγησε, τετάρτῃ καὶ πέμπτῃ καὶ ἑβδόμῃ καὶ ὀγδόῃ ἐκρίθη· κοιλίη ὑγρή.

Is qui ex pacto molae lapidem sustulit, statim febricitavit, tertio die sanguinem e naribus profudit....

Reliqua corrupta et incerta sunt.

[3]Τῷ ἐκ μετάλλων ὑποχόνδριον δεξιὸν ἐντεταμένον, σπλὴν μέγας, [4]κοιλίη ὑπόσκληρος· πνευματώδης, ἄχροος· τούτῳ ἐς γόνυ ἀριστερὸν .... ὑποστροφή· .... δι' ὅλου· ἐκρίθη.

Is, qui circa fodinas versabatur, praecordia dextra contenta habebat; lien magnus erat et alvus aliquantum dura; inflatus erat, decolor. Huic ad genu sinistrum ..... morbi reversio facta est,..... per totum corpus; iudicatione est absolutus.

[1] ἔρρηξε. — [2] διήκει. — [3] ὁ ἐκ μ. — [4] καὶ κοιλίη ἐντεταμένη πν. sine ὑπόσκληρος.

τῇ Κόμεω ἀγορηνόμου θυγάτηρ, cf. Littréi vol. VIII. p. XVII. praefat. — Simplicissima emendatio corrupti Τηκομαίω ἀγορηνόμου mihi visa est τῇ Κυμαίου ἀγορηνόμου, — qua vetustissima scriptura e corruptelae latebris in lucem protracta, cetera facile reperiuntur. Nimirum ἡ παρά abundat, sive initium sit alius morbi descriptionis, sive natum sit, postquam aliae corruptelae in textum illatae erant, quod probabilius existimo. In ἐν γαστρὶ ἀσήμως ἀρξαμένη lacuna est, quam ἔχειν adponendo explevi. Ad pristinum dativum τῇ initio § accommodavi θυγάτηρ, ἀρξαμένη et διμήνου vulgatae. Supererat ἔρρηξε, quod ad ἔμετος referunt interpretes, sed ἔμετος χολώδης ἔρρηξε nusquam legi; itaque aliam rationem inire malui et verbum aliud ἐρρήϊσε substitui, quod cum sequente ἔμετος ἐπαύσατο satis congruit. Pro ἔμετος ὁμοῖος, in multis libris Parr. et V. etiam ἔ. ὁμοίως; quod non praestare videtur; corrupta lect. est ἑτέρων pro ἐτέων in Ald. et multis codd.

25. καρυκοείδεα.] Vocem abunde exposuit Foës. in Oecon. Apud Hesych. καρύκη est περίεργος ζωμός. βρῶμα Λύδιον ἐξ αἵματος καὶ ἄλλων ἡδυσμάτων συγκείμενον, ἀφ' οὗ τὸ συνταράττειν καὶ ἀναδεύειν καρυκεύειν φασί. — Schol. Aristoph. ad Pl. 627. ἐκαρύκευον δὲ ζωμόν.

χλοιώδεες.] Hanc formam datam fuisse puto ab auctore. Vulg. χολώδεα, χλοώδεες, alii cdd., quos sequitur Littr.

Ὃς τὸν ὄνον ἐκ ξυνθήκης ἦρε.] Pro ὄνον libri alii οἶνον. Sed lepidum est interpretes audire: Calvus: „qui compacto vinum sumsit, tulitve." Corn.: „qui asinum ex pacto elevavit." Foës.: „qui ex pacto asinum sustulit." Littréus: „celui, qui emporta le vin après convention." Nemo igitur vidit ὄνον hic esse *molae lapidem?* mira certe eius metamorphosis in vinum aut asinum!

τρίτῃ ἡμορράγησε — ἐκρίθη.] Nemo semel admonitus negabit corruptelam hic latere: primum ἐκρίθη· κοιλίη ὑγρή inepta est consecutio rerum; tum vero dies iudicii sine dubio hic indicatus fuit. Iam vero nullum sane negotium est in postremis καὶ ὀγδόῃ κοιλίη ὑγρή· .... ἐκρίθη scribere; sed nescis, quo die iudicatus fuerit, itaque nescis, num quod iam descripsi, an vero τετάρτῃ καὶ πέμπτῃ καὶ ἑβδόμῃ κοιλίη ὑγρὴ καὶ τῇ ὀγδόῃ ἐκρίθη dandum sit; neque omnino multis illis dierum numeris magnam fidem tribuo, quum facile evanidis literis a descriptoribus dari potuerint et forte καί ex ἡ natum sit.

τῷ ἐκ μετάλλων.] Cett. ὁ ἐκ μετάλλων, quod de meo mutavi, neque enim a prima manu est eiusmodi nominativus, sed librarii titulos cum principiis morborum historiarum confuderunt. Porro ceteri legunt κοιλίη ἐντεταμένη ὑπόσκληρος, sed rursus fraudem illis faciunt librarii, qui ἐντεταμένου e superioribus hic repetiverunt et feminino genere dein ad κοιλίη retulerunt; itaque eieci. — De τούτῳ nihil affirmo, potest facile librariorum manui ortum debere, sed propter lacunas in seqq. non sum certus: pone ἀριστερόν deficiunt talia, quae denotaverint, quid in genu factum sit. Sed iungunt δι' ὅλου ἐκρίθη! vellem exemplum mihi certum afferrent, ut credere possim ista iungenda esse. Sed nunc potius credam, ἴδρωσε, aut ἱδρώς, aut eiusmodi quid periisse ante δι' ὅλου; itaque alteram lacunam indicavi.

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 671 sur 880

©BIUM

Ὁ Τημένεω εἶχέ τι πνευματῶδες, χλοιώδης· [1]ἐς νῶτα, ἐς χεῖρας ὀδύνη .....

Ὁ τῆς λεχοῦς ἀνὴρ, ὁ παρὰ τὰ σιτοδόκα ὁ ἰκτεριώδης, πρὸς ὃν ἑβδομαῖον [2]ἐσῆλθον, ὀγδόῃ ἀπώλετο, οὔτε οὐρέων, οὔτε διαχωρέων· ὑποχόνδρια μεγάλα καὶ σκληρά· καὶ πνεῦμα πυκνόν· οὗτος ἀπολλύμενος, οὐδ' ὑπὸ [3]πόνου ἐνότισε τὸ μέτωπον.

Ἡ τούτου γυνὴ ἐξέβαλε θῆλυ ἑβδόμῃ ἑβδόμῳ μηνί· ἐφάνη δὲ τετάρτῃ· [4]ταύτην μὲν ἐν ἀρχῇ ποδῶν ὀδύνη εἶχε· λήγοντος δὲ τοῦ πυρετοῦ οὐκ ἐλύθη, ἀλλ' ἐγκατελείφθη ἐς χεῖρας ὀδύνη καὶ βραχίονα· ὑποστροφή· διὰ μηκίστου ἔλαβε ῥῖγος· ἐπέσχετο οὖρα πρὸ κρίσιος.

Ἡ παρὰ Τημένεω ἀδελφεῇ ξὺν ῥίγεϊ ἐκρίθη· τοῦ [5]χλοιώδεος δὲ λήγοντος, ταχέως χεῖρες καὶ ὦμοι .... τούτων δὲ ληγόντων κεφαλῆς, ὀφθαλμῶν ..... τὰ ἄνω βλέφαρα ἐπήρθη καὶ ἐδακρυρρόει ..... ἐκρίθη περὶ ἑβδόμην τοῦ πρώτου.

Ὁ δὲ [6]Μενάνδρου ἀμπελουργὸς ὡσαύτως,

Temenei filius aliquantum inflatus erat, e viridi pallescens; dolor ad dorsum, ad manus....

Puerperae maritus, qui prope horrea frumentaria habitabat, aurigine conflictatus, quem septimo morbi die adii, mortuus est octavo, neque urinam reddens, neque alvi excrementa deiiciens. Praecordia magna et dura erant et spiratio crebra. Hic moriens ne prae dolore quidem frontem madefecit.

Principium loci corruptum est.

.... Eam circa initia pedum dolor tenuit. Desinente autem febre non est solutus, sed intro relictus manuum et brachii dolor. Reversus est morbus; rigor diutissime tenuit. Urina ante iudicium retenta est.

Mulier apud sororem Temenei cum rigore iudicatione est absoluta: statim autem postquam evanuit color e viridi pallidus manus et humeri..... atque his cessantibus capitis, oculorum ..... palpebrae superiores in tumorem sublatae sunt et lacrymas profudit.....

Eodem modo se habuit Menandri vinitor, nisi

[1] ἐς νῶτα — ὀδύνη om. — [2] ἐσῆλθεν. — [3] πόνων ἐνόησε τὸ μ. — [4] ταύτη. — [5] χολώδεος. — [6] μένανδρος.

ὁ Τημένεω — ὀδύνη.] Vulgata habet ὁ Τημένεω εἶχέ τι πνεύματος ὡς χλοώδης εἰς νῶτα ἐς χεῖρας χλοώδης. — In his cod. V. et Par. unus omm. εἰς νῶτα ἐς χ. χλ. — Littréus, videns in fine χλοώδης absurdum esse, de suo, collatis locis proxime seqq., dedit ὀδύνη. Non nego vero similem esse coniecturam, eamque h. l. recipiendam putavi; sed non minus absurdum est εἶχέ τι πνεύματος ὡς χλοώδης; sed vitium facile intelligitur. πνεύματος ὡς ortum est descriptorum vitio e πνευματῶδες, quod si reponas, locus probabiliter descriptus erit, nisi quod semper vel post suppletum ὀδύνη lacuna maneat.

ὁ τῆς λεχοῦς ἀνὴρ, ὁ παρὰ τὰ σιτοδόκα.] Vulgata lectio hic est παρὰ τὰ σιτοδόκου; cod. C. παρὰ τὰ σιτοδόκα, quam lect. puto esse descriptoris correctionem. Gal. Ed. Bas. παρὰ Σιτοδόκα. Gal. Kühnii παρὰ Σιτοδόκῳ. Cf. lib. III. de Dyspn. p. 197. vs. 39. in Bas. p. 952. Kühnio. — Duo tenenda esse puto: primum codd. lectt. non respicere nomen proprium; tum eas neque munere publico fungentem hominem significare: nam quod v. c. Littréus παρὰ τὰ σιτοδόκου reddit: „près du logis du garde du blé" ineptum est, quum σιτοδόκος sit „capiens s. suscipiens frumentum." Itaque equidem acquiesco in cod. C. lectione τὰ σιτοδόκα, quod σιτοδοχεῖον significabit, quod Latine exprimo *horreum frumentarium*, s. *horrea frumentaria*. — Si velis vulgatam tueri, Steph. in Thes. citat σιτοδόκος pro *panis receptatore* ex epigr.

οὗτος ἀπολλύμενος οὐδ' ὑπὸ πόνου ἐνότισε τὸ μέτωπον.] Mihi οὐδ' hic admodum suspectum est; multumque vereor ne aut ex οὗτος, quod antecedit, ortum sit; aut ne οὗτος οὔτε ἀπολλύμενος, οὔτε ὑπὸ πόνου ἐνότισε τὸ μέτωπον, forte οὗτος οὐδ' ἀπολλύμενος ὑπὸ πόνου ἐν. τ. μ. — sit legendum.

ἡ τούτου γυνὴ ἐξέβαλε θῆλυ ἑβδόμῃ ἑβδόμῳ μηνί· ἐφάνη δὲ τετάρτῃ.] Equidem haec sine dubio corrupta esse affirmo: ἑβδόμῃ ἑβδόμῳ μηνί librariorum esse puto ζ' legentium, nec scientium num dies morbi an mensis κυήσιος indicaretur: neque intelligo ἐφάνη δὲ τετάρτῃ. Non me fugit ἐφάνησαν ex Ep. II. 3. 11., sed hic, puto, aliud quid habemus: vereor ne ἔφη scriptum fuerit, cf. § 20. ἡ Τενεδίη κ. τ. λ. § 22. Itaque suspicor scriptorem voluisse: ἡ τούτου γυνὴ ἐξέβαλε θῆλυ ἑβδόμῃ, ἔφη δὲ τετράμηνον εἶναι· ταύτην κ. τ. λ. — Sed licet certo corruptum esse locum pronunciem, de emendatione nihil certi affirmandum habeo. Ante οὐκ ἐλύθη, vulgo πνεῦμα legitur et interpungitur pone ἐγκατελείφθη, sed πνεῦμα delendum et punctum eo loco auferendum erat.

ἡ παρὰ Τημένεω ἀδελφεῇ — τοῦ πρώτου.] Cett. ἡ παρὰ Τ. ἀδελφεή, sed sunt libri, qui ἀδελφεῇ, alii qui ἀδελφῇ legunt. Dativus igitur recipiendus: filius huius mulieris memoratur infra § 27. Pone χεῖρες καὶ ὦμοι aliquid excidit, quale v. c. ἤλγησαν et pone ὀφθαλμῶν item lacuna est, ubi forte ὀδύναι fuerit datum ab auctore. Pone ἐδακρυρρόει sequitur in libris mss. et editis οὐκ οἶδα τὰ λοιπά, quod quin adnotatio sit librarii librum veterem, quum literae evanidae essent, non amplius h. l. legere queuntis, nullus dubito; itaque lacunam notavi et notulam e textu exemi; cf. adnn. ad Ep. II. 2. 3. Quid sibi velit τοῦ πρώτου in fine, non capio: abundetne, an ortum debeat aliis vitiis, ita ut τὸ πρῶτον dictum fuerit de prima aliqua crisi in morbo, qui recidivas fecerit, non discerno; sed hoc affirmo, τοῦ πρώτου vitiosum esse.

πλὴν γαστὴρ κατ' ἀρχὰς λεπτὰ [1] διεδίδου, ἔπειτα ἔστη καὶ τὸ οὖρον .... ἐκρίθη· οὐκ ἐρρίγωσε ἑβδόμῃ.

[2] Τῷ Ποτάμωνος κοιλίη οὐ διήει ἑβδομαίῳ πρὸ κρίσιος δύο ἡμέρας· οὐκ ἐρρίγωσε διὰ τοῦτο, οὐδὲ τὸ οὖρον ἴσχετο.

Ὁ ὀδοὺς τοῦ [3] Ηγησιστρατίου, ὅτῳ ἀποπύημα παρ' [4] ὀφθαλμὸν καὶ ἀπεπύησε παρὰ τὸν ἔσχατον καὶ αὖθις ἐξιήθη ὁ ὀφθαλμὸς καὶ κατὰ ῥῖνας πῦον [5] ἧκε παχύ· παρὰ τὸ [6] οὖλον σαρκία σμικρὰ, στρογγύλα ἀπῆλθε· τούτῳ παρὰ τὸν τρίτον ἐδόκει ἀποπυήσειν, ἔπειτα ἀπετρέπετο, ἐξαίφνης δὲ ᾤδησε ἡ γνάθος καὶ οἱ ὀφθαλμοί.

[Οἵσι ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποστάσιες ἐν καύσοις ἐξέρυθροι γνάθους, — καὶ αἱμορραγικοὶ, ἀτὰρ καὶ οἵσι παρὰ τὰ ὦτά ἐστι [ἴσως δὲ καὶ ἀποστάσιες ἐς ἄρθρα μᾶλλον, οὐ μὴν σάφα οἶδα.

.... τὰ ῥίγεα τρομώδεσι...]

..... ὑποχονδρίου ἔντασις, γυναικεῖα ἐπεφάνη δεκάτῃ καὶ ἑβδόμῃ· ἐκρίθη· [7] διὰ τέλεος ....

quod alvus circa initia tenuia reddidit, deinde substitit et urina.... iudicatus est. Septimo die rigor non adfuit.

Locus corruptus.

Dens Hegesistrati, cui suppuratio ad oculum et item ad dentem ultimum orta est ac cui dein sanatus est oculus et pus natum est crassum ad nares. Ad gingivas exierunt carunculae parvae, rotundae. Videbatur huic suppuratio fore ad tertium dentem, dein avertebatur; derepente vero intumuerunt gena et oculi.

[Quibus ad oculos abscessus fiunt in febribus ardentibus, genas rubras habent; — ii etiam, qui sanguinem fundunt, verum etiam illi, quibus abscessus ad aures sunt.

Reliqua interpolata et partim lacunosa sunt.]

Fragmenta locorum.

[1] ἐδίδου. — [2] ὁ Π. τούτῳ κ. — [3] ἡγησιστράτου, ὅ τω Δ. (sic). — [4] ὀφθαλμῶν. — [5] εἶχε. — [6] οὖρον. — [7] sic V.

λεπτὰ διεδίδου.] Vulgo ἐδίδου, de meo διεδίδου scripsi: similem emendationem vide Ep. III. aegro 13. sect. ult. — Hic et illic ΔΙ propter vicinarum literarum similitudinem perierat.

ἔπειτα ἔστη καὶ τὸ οὖρον ....] Hoc loco pone οὖρον lacuna est: ἔστη ad alvum liquidam antea, iamque consistentem, pertinet, non ad urinam; forte aliquid quale καὶ τὸ οὖρον ἐπεπάνθη scriptum fuit, forte aliud quid. Puto etiam numerum diei critici periisse, nisi forte transpositis vocabulis legendum sit: ἑβδόμῃ ἐκρίθη, οὐκ ἐρρίγωσε, cf. finem superioris historiae morbi. Quod in libris in fine additur ὥρα ὅτι ἡ γαστὴρ προεταράχθη; quaestio est a lectore recentiore adposita, quam igitur omisi. Cf. p. 175. Ep. I., ubi similem adnotationem e textu eieci.

τῷ Ποτάμωνος — ἴσχετο.] Cet. ὁ Ποτάμωνος τούτῳ κοιλίη, — emendavi, uti in talibus facere soleo. — Ceterum unica varietas lect., quam tenere sit operae pretium, est εἴχετο codicis C. Par. Sed integer locus non est: κοιλίη οὐ διήει ἑβδομαίῳ πρὸ κρίσιος δύο ἡμέρας absurde dictum est et quamvis inde effeceris alvum duos dies ante iudicium substitisse, ipsumque iudicium, uti in superioribus, septimo die contigisse, non assequor, quid ab auctore scriptum fuerit. Suspectum mihi quoque est διὰ τοῦτο, quod interpolatori deberi dixerim. In historiis morborum enim nudam habemus factorum enarrationem.

ὁ ὀδοὺς τοῦ Ἡγησιστρατίου.] Mira inscriptio est: multumque vereor ne sit a librariis mutata, ita ut auctor dederit Ἡγησιστράτῳ ἀποπύημα κ. τ. λ. — Si conferas sententiam infra obviam τῷ Ἡγ. — στρογγύλη, suspiceris fere, inscriptionem pertinere ad dentis delineationem, quam auctor in margine adposuerit. Hac de causa hic nihil muto.

ὅτῳ ἀποπύημα.] Vulgata in libris lectio est, quam exhibeo; Lind. ᾧ τό dedit, quod in cod. C. reperiens etiam Littréus recepit; sed hic corrector in cod. illo falsus est, pariterque Lind., nam Ionicum ὅτῳ pro ᾧ bene habet.

παρὰ τὸν ἔσχατον.] Sic codd. Parr. tres, unde Littr. recepit; vulgo τό, sed τόν unice congruum, est enim τὸν ὀδόντα. — In fine articulum ante ὀφθαλμοί de meo adscripsi.

[Οἵσι — τὰ ῥίγεα τρομώδεσι.] Haec omnia interpolata sunt et interpolationis interpolatorem audimus in ἴσως — οὐ μὴν σάφα οἶδα. Iam vero interpretes insuper locum minus recte acceperunt, nam καὶ αἱμορραγικοί trahunt ad ἐξέρυθροι γνάθους, quod fieri non debere docet ἀτὰρ καὶ οἵσι κ. τ. λ. Auctor voluit, genas rubras habere primum eos, quibus ad oculos aliquid abscedit, tum eos, qui sanguinem fundunt, denique eos, quibus tumores ad aures futuri sint: nempe me iudice scriptum fuit ἀτὰρ καὶ οἵσι τὰ παρὰ τὰ ὦτα ἔσται, — nam ἐστι minus aptum. — Apparet iam, quam inepte his novus interpolator subiunxerit ἴσως κ. τ. λ. — Quod adtinet ad postremum fragmentum, cod. C. praemittit τί, itaque Littréus dedit τί τὰ ῥίγεα τρομώδεσι; — sed descriptor cod. C. de suo τί supplevit, itaque coniectura est, quae quam parum firma sit, unusquisque statim videt. Malui igitur lacunas et ante et pone vulgatae verba notare, quam supplere quod non nisi sine veri specie expleri possit. Ad οὐ μὴν σάφα οἶδα cf. adnn. ad Ep. II. 2. 3.

.... ὑποχονδρίου — διὰ τέλεος.] Fragmentum est historiae morbi, cuius finis superstes, principium vero periit. Lit-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 673 sur 880

©BIUM

.... [1] εἴ γε μὴν οὕτως ἐπέμεινε ἐκρίθη τρίτῃ· ἄλλῃ πέμπτῃ· ἄλλῃ ἑβδόμῃ ἐκρίθη.

Τῷ [2] Ἡγησιστρατίῳ οἱ δύο [3] ὀδόντες οἱ ἔσχατοι τὰ πρὸς ἀλλήλους ἐβέβρωντο· ὁ ἔσχατος εἶχε ἄνωθεν τοῦ οὔλου δύο κονδύλους [ἕνα μὲν] κατὰ [4] τὸ βρῶμα, ἕνα δὲ ἐπὶ θάτερον. ᾗ δὲ οἱ δύο, ταύτῃ ῥίζα πλατεῖα, [5] ἰκέλη ἐκ δύο [6] ξυμπεφυκυίῃ· ἐπὶ τὰ ἕτερα μία, ἡμισεῖα, [7] στρογγύλη.

Γυναικὶ ἡμορράγησε τετάρτῃ καὶ ἕκτῃ· ἑβδομαίῃ ἐκρίθη. ἐξέρυθρος.

Γυναικὶ καρηβαρικῇ ἰσχυρῶς ἐκρίθη [8] περὶ εἰκοστήν. καυσώδης· ὑποχόνδρια .... ἑβδόμῃ οὐ κάρτα ἡμορράγησε· διαχωρήματα λεπτά· ἐς ὀφθαλμὸν δεξιὸν περὶ ὀγδόην .....

Ἀνδρὶ ταὐτὰ, πλὴν [9] ἑβδόμῃ ἐκρίθη ὑπόσπληνος· ἐς τὰ ἀριστερὰ, ὀγδοηκοσταῖα καὶ [10] χρονιώτερα τούτῳ τὰ τοῦ [11] ὀφθαλμοῦ ....

Hegesistratio ultimi duo dentes, qua parte se mutuo attingunt, exesi erant; ultimus supra gingivas prominentes duos habebat mucrones ad erosionem, unum ab altera parte. Qua parte vero duo mucrones erant, radix erat lata, similis e duabus coalescentibus compositae; ab altera parte una dimidia, rotunda.

Mulieri sanguis erupit die quarto et sexto; iudicata est septimo; valde rubebat.

Mulieri forti capitis gravitate laboranti iudicium contigit circa diem vicesimum. Febris erat ardens, praecordia..... septimo die sanguis non multus effluxit. Alvi deiectiones liquidae. Ad oculum dextrum circa diem octavum.....

Viro eadem contigerunt, nisi quod iudicatio septimo die facta est; lienem subtumidum habuit. Huic in sinistra parte ad octoginta dies et ultra oculi affectio contigit.....

[1] ἤδη μὴν οὕτως ἐνέμεινεν. — [2] ἡγησυστράτῳ. — [3] ὀδόντες abest. — [4] τό om. — [5] sic V. — [6] ξυνέπιπτεν. — [7] πρὸς στρογγύλοι. — [8] περὶ εἰκοστὴν εἰκοστῇ. — [9] ἑβδόμης. — [10] χρονιώτερον τοῦτο. — [11] ὀφθαλμοῦ ἴσως ὕστι ὕστερον τῆς κρίσιος καὶ ὕτι πολλά cett.

tréus in fine διατελέως dedit, sed διὰ τέλεος recte Edd. antt. et cod. C., idemque latet in vulgato διατέλεος. — Iam alibi dixi διατελέως nihili esse vocabulum.

.... εἰ γε μὴν — ἐκρίθη.] Alterum esse videtur fragmentum historiae morbi. Vulgo εἴ γε μήν, sed plures libri ᾗ γε μήν. V. ἤδη μήν. — Littréus ᾗ γε μή dedit; unus liber οὕτος pro οὕτως. — Equidem in loco, quem minime intelligo, nihil muto. Ipsum ἐπέμεινε num integrum sit, dubito; sed nihil certi hic affirmari posse contendo.

Ἡγησιστρατίῳ — στρογγύλη.] De hoc loco agens a postremis incipio: libri ferunt ᾗ δὲ οἱ δύο, ταύτῃ ῥίζαι πλατεῖαι ἵκελοι ἐκ δύο ξυνέπιπτε, quibus magis corrupta non facile videbis et est tamen certae emendationis spes. Primum in his ἵκελοι deberet esse ἵκελαι, si cetera recte haberent, sed ἵκελοι ortum est ex ἰκέλη, pro quo εἰκέλη omnino cod. C. habet; sermo autem est non de duabus radicibus, sed de una, ita ut ῥίζα πλατεῖα ἰκέλη scriptum fuerit, notum autem quam saepe α et αι in vocabulorum fine confundantur. Sensu cassum est ξυνέπιπτε, sed nexus rerum ultro docet, unde natum sit, nam auctor sine dubio ξυμπεφυκυίῃ scripsit. Verum iam de superioribus dicamus; auctor in vulgata duos describit κονδύλους, quorum alter sit a parte dentis erosionis, alter a parte opposita. Dein pergit ᾗ δὲ οἱ δύο, quum tamen in antecedentibus de unico tantum condylo in singulis dentis lateribus sit locutus. Haec igitur non congruunt. Itaque ἕνα μέν, quod uncis intercepi, insiticium est, quo exempto demum singulae descriptionis partes recte sibi respondent. Notandum cod. C. ἄνωθεν τοῦ ὅλου habere, quod num descriptoris emendationem referat, an omissionem, non discerno, forte ita scribendo significare voluit ἄνωθεν τοῦ μέρεος τοῦ μὴ καταβεβρωμένου. — Idem cod. tantum οἱ δύο ἔσχατοι legit. — In loci fine tandem vulgo πρὸς στρογγύλη, Littréus, quem secutus sum, cum cod. C. πρός omittit; sed hic non certum me esse profiteor, nam πρός vestigium potest esse accuratioris descriptionis, qua πρόσθεν aut πρὸς τὸ τέλος ad στρογγύλη fuerit adscriptum.

γυναικὶ — ἐξέρυθρος.] Primum puto, ᾗ ante ἡμορράγησε in vulgata nihil aliud esse, nisi repetitionem primae literae verbi illius. Utrum porro γυνὴ ἡμορράγησε, an γυναικὶ ἡμ. scriptum fuerit, nemo facile dixerit. Quod ad ἐξέρυθρος attinet, id fortasse intelligendum ex Ep. VI. l. 14., ubi inter alias febrium species οἱ δὲ ἐξέρυθροι enumerantur. Cf. § 25. in fine. — Littréus cum istum locum ex Ep. VI. adfert, tum alterum e sect. 2. § 6., ubi ἔχουσι δὲ οὗτοι οἱ πλεῖστοι καὶ ἐξέρυθρα, de quo suo loco dicetur, nunc id unum tantum adnoto, me illum, Galeno licet πρόσωπα subintelligente, non satis intelligere, ut inde hic aliquid explicari posse credam.

γυναικὶ — ὀγδόην....] In hac morbi historia ταύτῃ, quod pone ἰσχυρῶς in libris legitur, abundat et eximendum erat. Testis est, quam saepe pronomina eiusmodi solis descriptoribus codicum debeantur. Iungunt interpretes καυσώδης ὑποχόνδρια et locum integrum esse putant; equidem credam, quando certa et fida exempla eiusmodi dictionis afferentur; itaque nunc interpungo pone καυσώδης et lacunam noto pone ὑποχόνδρια, opinor autem, ἐντεταμένα, vel eiusmodi quid excidisse. Item lacunosus mihi videtur finis loci in libris, neque enim nude ἐς ὀφθαλμὸν δεξιὸν περὶ ὀγδόην scriptum fuisse mihi persuadeo; aliquid excidit, quale ὀδύνη, ἀπόστασις, ἀπεστήριξε, cett. Sed insuper deficere videntur plura, quae descriptionem exhibuerint eorum, quae inter octavum diem et vicesimum acciderint.

ἀνδρὶ — τοῦ ὀφθαλμοῦ.] Primum hic dicam, me pone ὀφθαλμοῦ omisisse verba, quae in varr. lectt. e V. enotavi

κς'. [1] Ἡ Τημένεω ἀδελφιδῆ πνευματώδης ἦν· καὶ ὑποχόνδρια ἐντεταμένα ἐφάνη διὰ χρόνου· [εἰ δὲ καὶ εἶχέ τι νήπιον, οὐκ οἶδα.] Γαστὴρ τὰ πρῶτα ἐστηκυῖα καὶ ἐμετώδης τότε, ἔπειτα οὐκ ἔτι· [2] διῄει γὰρ πολλὰ γλισχρόχολα· ὑποχόνδριον οὐκ [3] ἐμώλυε. Ἐνδεκάτῃ ἐς τὸν μέγαν ... τῆς [4] δεξιῆς καταστήριξις καὶ ἐπεχώρει ἀνωτέρω. Τούτου γενομένου βελτίων ἐγένετο· καὶ γὰρ καταφορὴ [5] ἧσσων καὶ πυρετὸς [6] καί τι καὶ εὐπνοωτέρη, [ὅτι ἄνω ἤμει ἔμετον κακόν.] [7] Ἐκκαιδεκάτῃ ἰσχυὸν ἐγένετο ... καὶ πνεῦμα πυκνὸν καὶ ... πυρετός· ἀπέθανε. [8] Αὕτη ἐπύρεξε πρὸ τῆς ἀποστάσιος· ἑβδόμῃ μετὰ τὴν ἀπόστασιν ἀπώλετο. ἦν καὶ αὕτη τοῦ ἐξερύθρου τρόπου.

κζ'. [9] Τῷ παιδὶ τῆς γυναικὸς τῆς τοῦ Ἀ-

26. Temenei neptis inflata erat; hypochondria ex longo tempore intenta apparuerunt. Alvus primum restiterat, tuncque vomitu conflictabatur, qui postea non amplius aderat. Multa namque glutinosa et biliosa infra prodierunt; quae praecordium non emolliverunt. Undecimo ad dextrae pollicem defixus est morbus et versus superiora adscendit. Quo facto melius se habuit; nam et in somnum delatio et febris minuebantur et quodammodo facilior etiam erat respiratio. Decimo sexto tumor concidit et respiratio facta est brevis et febris emicuit; mortua est. Haec febricitavit ante abscessum factum; septimo post factum periit. Fuit et haec e genere febrium praerubrarum.

27. Puero mulieris sororis Apemanti praecor-

[1] ἡ μενέω ἀδελφὴ πν. ὑποχ. καὶ ἐντετ. — [2] γαστὴρ διῄει πολλά κ. τ. λ. — [3] ἐκώλυε. — [4] δεξιῆς Φλεγμονὴ καταῤῥηξις. — [5] ἧσσον. — [6] καί τινι. — [7] ἐξκαιδεκάτῃ. — [8] αὕτη. — ἐξερύθρου τρόπου abest. — [9] ὁ παῖς ὃς ἦν τῆς γ.

et quae non sunt nisi recentioris lectoris adnotatio. Tum vero ὀγδοηκοσταῖα scripsi pro ὀγδοηκοσταίῳ propter sequens χρονιώτερα; notandum vero, id minus familiari usu pro *dies octoginta persistens* hic poni, si re vera huius formae numerale auctor dederit. — Tandem iungunt interpretes ὑπόσπληνος ἐς τὰ ἀριστερά, quasi ὑπόσπληνος ἐς τὰ δεξιά quis etiam possit esse; aut fallor, aut ad oculi affectionem referendum est. — Cf. adn. ad initium § 23. — Fateor denique suspicionem mihi movere totum illud ὀγδοηκοσταίῳ s. ὀγδοηκοσταῖα, quum in superiore hist. morbi octavo die oculus affectus fuisse videatur. — Videant alii!

26. ἡ Τημένεω ἀδελφιδῆ.] Vulgo Τημένεω ἀδελφή. Sed ἡ τιμαίνεω Gal. de Dyspn. III. p. 952. Ed. Kühn.; cod. C. ἀδελφιδή. Littréus igitur Τημένεω ἀδελφιδῆ dedit, respiciens Ep. II. 1. 7., ubi hic casus citatur; equidem item, ut loci consentiant, ἀδελφιδῆ scripsi, sed simul articulum ἡ ante Τημένεω recepi e Gal. l. l.

πνευματώδης ἦν καὶ ὑποχόνδρια ἐντεταμένα ἐφάνη.] Ceteri πνευματώδης ὑποχόνδρια καὶ ἐντεταμένα ἐφ. — sine ἦν. Refeci locum de meo, ut potui; non nego tamen alia ratione id item fieri posse, neque reticeo suspicionem, iam principio interpolatam et mutatam esse scripturam, eamque forte sic se habuisse: Τῇ Τημένεω ἀδελφιδῇ πνευματώδεϊ ὑποχόνδρια ἐντεταμένα διὰ χρόνου. — Nempe dativum articuli praecessisse nomen Τημένεω coniicio propter varr. lectt. ἡ μενέω et Τημενέω sine articulo praemisso.

εἰ δὲ καὶ εἶχέ τι νήπιον οὐκ οἶδα.] Haec uncinis intercepi, quia adnotatio recentior videntur esse. Dicat quis, haec certe ab ipso medico, qui historiam morbi descripsit, esse profecta; respondeo, illud οὐκ οἶδα tam saepe nobis obstrepuisse a libri descriptoribus invectum, ut omnem fidem talibus denegem. Neque vero hic solus est locus interpolatus aut mutatus a scribis, qua de re mox videbimus et initio iam vidimus. Cf. adnn. ad Ep. II. 2. 3.

γαστὴρ τὰ πρῶτα ἐστηκυῖα.] Saepius nomen γαστήρ in his Ep. II. et IV. occurrit, locis ubi in Ep. I. et III. κοιλίῃ usurpari solet; ex eiusmodi observationibus orationis medicae diversis temporibus mutationes observare licet.

διῄει γὰρ πολλὰ γλισχρόχολα.] Vulg. habet: γαστὴρ γὰρ διῄει πολλὰ γλισχρόχολα, in quibus γάρ omm. codd. Parr. C. D., quapropter omisit etiam Littr. Sed praestat γάρ servare et reiicere γαστήρ e superioribus repetitum; neque enim defendes διϊέναι esse verbum transitivum.

ὑποχόνδριον οὐκ ἐμώλυε.] Ceteri οὐκ ἐκώλυε, quod sensu cassum; sed si ἐμώλυε legas, omnia in tuto sunt, nempe τὰ πολλά illa γλισχρόχολα οὐκ ἐμώλυε τὸ ὑποχόνδριον, nam verbum transitivum est certe h. l.

ἐνδεκάτῃ — καταστήριξις.] Primum in his advertit τὸν μέγαν i. e. δάκτυλον et τῆς δεξιῆς i. e. χειρός. — Et ellipsis nominis χειρός non habet quod offendat, sed utrum δάκτυλον consulto a scriptore omissum sit, an fortuito a librariis, non certum; vereor ne librariorum culpa perierit. Ante καταστήριξις legitur in vulgata φλεγμονή, quod licet omnes libri ferant, non est nisi glossema sequentis nominis. Hic autem omnes κατάῤῥηξις legunt; pessime! librorum lectio κατάῤῥηξις non est nisi prave scriptum καταστήριξις, modo cf. Ep. II. 1. 7. Τημένεω ἀδελφιδῇ ἐκ νούσου ἰσχυρῆς ἐς δάκτυλον ἀπεστήριξε.

καὶ γὰρ καταφορὴ ἧσσων καὶ πυρετὸς καί τι καὶ εὐπνοωτέρη.] In his ἧσσων de meo dedi pro vulgato ἧσσον; tum καί τι καὶ εὐπν. scripsi pro vulgato καί τινι καὶ εὐπν. Denique quae in vulgata apud omnes lectione hic sequuntur ὅτι ἄνω ἤμει ἔμετον κακόν e textu eximenda sunt, pro inepta scioli adnotatione. Auctor ipse manifesto decubitui facto in digitum et manum tribuit emendationem conditionis aegri, sicuti die sexto et decimo, postquam ἰσχνὸν ἐγένετο τὸ οἴδημα, statim adnotat καὶ πνεῦμα πυκνὸν κ. τ. λ. Itaque illud ὅτι ἄνω ἤμει ἔμετον κακόν, in quo ἄνω tempus, non locum denotat, est adnotatio marginalis recentioris lectoris. Neque etiam vomitus iste κακός descriptus est in superioribus, sed adnotator κακόν fuisse ἔμετον de suo affirmat.

ἐκκαιδεκάτῃ — ἀπέθανε.] In vulgata lectione nulla lacuna notatur, sed mira tamen ellipsis est ἰσχνὸν ἐγένετο pro ἰσχνὸν ἐγένετο τὸ μέλος, equidem sive μέλος s. τὸ οἴδημα, s. aliud quid periisse opinor. Sed etiam aut ante aut pone πυρετός aliquid deëst, quale ὀξύτερος ὁ verbi gratia. Itaque ibi quoque lacunam notavi.

27. Τῷ παιδὶ τῆς γυναικὸς τῆς τοῦ Ἀπημάντου ἀδελ-

©BIUM

πημάντου ἀδελφεῆς ὑποχόνδρια μεγάλα καὶ σπλήν· πνευματώδης· διαχώρησις γλισχρόχολος, ὑπόκοπρος· κοπιώδης ἐξ ἔργων· εἰκοσταίῳ ἐς πόδας .... καὶ [1]κρίσις .... Τὰ ὑποχόνδρια δὲ [2]ἐντεταμένα ἦν· καὶ δὴ καὶ ἦν τι βηχίον ξηρὸν [3]ἠσυχῇ.

κη'. [Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα· καὶ τὰ ἐν αὐτῇσι τῇσι νούσοισι ἀποκρινόμενα, πτύαλον προπεπαινόμενον, ἢ γαστὴρ, [4]ἀκρισίαι καὶ ταῦτα.]

κθ'. [5]Ἀπημάντῳ ἐν τῇ ἕδρῃ ἀλγήματα [6]καὶ ἐν τῷ δεξιῷ κενεῶνι καὶ παρὰ τὸν [7]ὀμφαλὸν κάτωθεν ὀλίγον καὶ ἐκ δεξιοῦ· πρὸ τοῦ ἀλγήματος προούρει αἱματῶδες· ἔληξε τρίτῃ. Καὶ ὁ τέκτων ἐπὶ τὰ ἕτερα ἐκ τῆς αὐτῆς ἴξιος· καὶ οὗτος προούρει αἱματῶδες. Λήγοντος δὲ ἀμφότεροι ἀποστάσιας [8]εἶχον· ἐπεχλιαίνετο δὲ πλεῖστα Ἀπήμαντος· ὁ δ'

dia magna et lien. Inflatus erat; alvi egestio glutinosa et biliosa quibusdam stercoreis permixtis; defatigatus erat e laboribus; ad pedes..... et iudicium..... praecordia vero intenta erant et praeterea aderat tussicula sicca...

28. [Quae relinquuntur post iudicationem recidivas adferre solent....

Reliqua non sunt integra.]

29. Apemantum dolores sedis vexabant et dextri lateris inanitatis et ad umbilicum, paulum infra et a dextra; ante dolorem urinam cruentam reddidit; cessavit autem die tertio. Et faber ex opposito latere in eadem regione; qui item antea urinam sanguinolentam reddidit. Cessante autem dolore uterque abscessum habuit. Incalescebat autem plurimum Apeman-

[1] κρίσις. ἦρα τοῖσι κοπιώδεσι ἐς ἥβρα καὶ οὐκ ἐς ὀφθαλμόν; — [2] ἐκτετ. — [3] ἰσχύη (sic). — [4] ἀκρησία. — [5] Ἀπημάντῳ ᾧ τὰ ἐγ. — [6] καί om. [7] ὀφθαλμόν. — [8] εἶχον καὶ τοῦτο τρίτῃ.

φεῆς.] Ita refeci principium hist. huius de meo: patet statim, in vulgata, quam in varr. lectt. e V. enotavi, ὃς ἦν esse insiticium, quo exempto casum debitum pro ὁ παῖς reposui. Mater pueri videtur memorari supra § 26. — Ionismum ἀδελφεῆς pro vulg. ἀδελφῆς e cod. C. dedit Littréus.

πνευματώδης.] Haec vulgata est lectio, utique servanda. Littréus πνεῦμα dedit e cod. C. et Gal. in citatione l., sed loci vicini ultro docent, πνεῦμα non esse nisi truncatum πνευματώδης.

εἰκοσταίῳ ἐς πόδας ..... καὶ κρίσις .....] Cett. εἰκοσταῖος, quod de meo in dativum mutavi. Pone ἐς πόδας excidit aliquid, forte consulto omissum a librariis brevitati studentibus, non ab auctore ipso. Lacunam etiam notavi pone κρίσις, quia certe numerus diei, quo iudicium factum sit, periit. Delevi ceterum quaestionem, quam omnes libri eo loco habent et quam in varr. lectt. e V. enotavi, quum sit adnotatio lectoris libri, quales plures sustuli. Cf. supra adnn. ad § 25.

τὰ ὑποχόνδρια δὲ ἐντεταμένα ἦν καὶ δὴ καὶ ἦν τι βηχίον ξηρὸν ἠσυχῇ.] Miraris adnotationem de praecordiis h. l., quum principio historiae morbi iam sint descripta. E cod. C. Littr. ἐντετ. dedit pro vulg. ἐκτετ.; idem Lind. iam fecerat. Moneo tandem de ἠσυχῇ, nempe ἰσχύη legitur in plurimis libris quoque Parr. —; iam vero puto ἠσυχῇ esse correctionem nescio cuius, corruptam vocem emendare studentis. Sed mirum sonat ἦν τι βηχίον ξηρὸν ἠσυχῇ; multo vero similius puto scriptum fuisse καὶ ἦν τι βηχίον ξηρὸν ξύνηθες.

28. τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα — καὶ ταῦτα.] Ad loci lectionem quod attinet, libri omnes ἡ γαστήρ, nec tamen dubium, quin ἤ pro articulo sit legendum. Pro vulgato ἀκρασίαι Littr. ἀκρησίαι, sed ἀκρισίαι legendum esse, vel ipsi loci docent, quos ad huncce citavit. Prior pars saepius in his libris legitur: v. c. Ep. II. 1. 11. ibid. 3. 8. VI. 3. 21. ibid. 2. 7. Aph. II. 12. Pars posterior cohaeret omnino cum sententia § 6. sect. 1. Ep. II.: τὰ προκρινόμενα ἦν ὠμῶς κριθῇ, ὑποστρεφαί· ἢν δὲ μὴ, ἀκρισίαι. Sed haec pars altera nostrae § integra non est: verba sensum sanum non referunt. Video collato l. l. ex Ep. II. ἀποκρινόμενα probabiliter fuisse προκρινόμενα, sed ἢ γαστήρ truncatum est, nec mihi suppeditat quo expleri possit. Forte καὶ ταῦτα fuit καὶ τὰ τοιαῦτα. — Ceterum totus locus hic pertinet ad interpolationes historiarum morborum.

29. Ἀπημάντῳ ἐν τῇ ἕδρῃ κ. τ. λ.] Vulgata Ἀπημάντῳ ᾧ τὰ ἐν τῇ ἕδρῃ ἀλγ. manifesto orta est e lect., qualem saepius in codd. in principio harum historiarum legimus, Ἀπήμαντος, ᾧ τὰ ἐν κ. τ. λ. Credo tamen, uti aliis locis, talem lect. recentioris esse originis. — Cum Lind. καί ante ἐν τῷ δεξιῷ adscripsi et simul de meo principium enarrationis morbi dedi, quemadmodum alias feci.

ὁ τέκτων ἐπὶ τὰ ἕτερα ἐκ τῆς αὐτῆς ἴξιος.] Haec vulgata est lectio, pro qua Littréus intulit ἴξυος ex Edd. antt. et mss. 3. Parr., quod mihi prorsus displicet. Primum in superioribus ἰξύος nulla facta mentio est, ita ut ἐκ τῆς αὐτῆς ἰξύος non habeat, quorsum referatur. Sed praeterea, si, uti narrat auctor, hominis morbus sedem habuit in opposito latere et alter ille ἐν τῷ δεξιῷ κενεῶνι καὶ παρὰ τὸν ὀμφαλὸν κάτωθεν ὀλίγον καὶ ἐκ δεξιοῦ, quomodo ἐκ τῆς αὐτῆς ἰξύος poni hic potuisset, ego perspicere nequeo. Solum ἐκ τῆς αὐτῆς ἴξιος ab auctore ipso datum fuit; cogitatione supplebis ἤλγησε.

ἀποστάσιας εἶχον.] Cett. ὑποστάσεις εἶχον, quod de subsidentibus in urinis accipiunt; sed licet frequentissimum sit τὰ οὖρα ὑποστάσεις εἶχον, de hominibus ὑποστάσεις habentibus nusquam loquentes audivi scriptores hos. Longe certissimum est, ὑποστάσεις ex ἀποστάσεις librariorum incuria natum esse, quod Ionica forma revocavi. Sed praeterea pone ἀποστάσεις εἶχον, nam id legendum esse certum est, libri subiungunt καὶ τοῦτο τρίτῃ, quod rursus adnotatorem redolet, qui quum in superioribus ἔληξε τρίτῃ legisset, hic adnotavit, ὑποστάσεις scilicet illas item tertio die i. e. λήγοντος τοῦ ἀλγήματος apparuisse.

ἕτερος οὐκ ἐνόει, εἰ μὴ ἐπὶ τὰ ἀριστερά. Καὶ Νικοστράτῳ προσεγένετό τι τὰ ὕστατα ἐκ τῶν δεξιῶν κατωτέρω ἢ [1] ᾧ ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι· πρόμακρα δὲ πρὸς τοῦ κενεῶνος μέχρι πρὸς [2] ὀμφαλὸν ἀμφοτέροισι.

λ'. [3] Τῇ γραίῃ τῇ κατὰ Σωσίλεω κνῆμαι [4] σκληροῖσι, λευκοῖσι, φολικώδεσι· [5] καὶ πόδες, ἧσσον δέ· καὶ ἐν τοῖσι κάτω τῶν [6] μηρῶν· ἀτὰρ καὶ ὀσφύϊ· [7] λεπτόγαστρος· ὑποχόνδρια ὑπολάπαρα· πνευματώδης δὲ οὐ κάρτα· [8] ληγόντων τῶν πλείστων ἐγλαυκώθη ἡ ὄψις. [9] Τὰ μὲν τῶν ὀμμάτων ἡσυχώτερα δή τι [10] σμικρὸν, ἰσχίου δὲ καὶ σκέλεος [11] ὑστερικὰ δοκέοντα [12] ἀλγήματα εἶναι. Προσβεμένη εὐῶδες ἐξ ἀλήτου καὶ μύρου ξυνέβη ταχέως [13] ἀναδοθῆναι καὶ τελευτῆσαι. Χρόνος

tus; alter vero id non sentiebat, nisi in latere sinistro. Etiam Nicostrato accidit aliquid tandem a dextro latere paulo inferius quam cui in sinistro; oblongum vero erat a lateris inanitate ad umbilicum usque extensum utrique.

30. Vetulae, quae iuxta Sosilis aedes habitabat, in tibiis erant durae, albae, squamosae efflorescentiae; item in pedibus, sed minus; et in inferioribus femorum partibus; quin etiam in lumbis. Ventrem habebat tenuem; praecordia submollia erant; neque ipsa multum inflata. Plerisque cessantibus oculorum acies caesia reddebatur. Oculorum affectiones paulo mitiores erant; coxendicis vero et cruris affectiones, quae ab utero videbantur esse. Quas supposito medicamento odorato e farina et unguento, statim

[1] οἷσι — [2] ὀφθαλμόν. — [3] ἡ γραίη ἡ κατὰ Σ. λευκοφλέγματος κνῆμαι. — [4] σκληροῖσι οἰδήμασι, λ. — [5] καὶ πόδες ἧσσον δὲ, ἢν δὲ καί. — [6] μηρῶν· τοῖσι δὲ πολλοῖσι δυσέξοδον τοῦτο· ἀτὰρ καὶ κ. τ. λ. — [7] καὶ λ. — [8] ἢν δὲ ληγόντων τῶν πλείστων μελέτη καὶ ἄλλη· ἐγλ. — [9] ταύτῃ μέν. [10] σμικρὸν ἦν. — [11] ὑστερικὰ ἦν. — [12] τὰ ἀλγ. — [13] ἀναδοθῆναι.

ὁ ἕτερος δ' οὐκ ἐνόει.] De meo particulam δέ in antithesi necessariam hic adscripsi.

κατωτέρω ἢ ᾧ ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι.] Vulgo pro ᾧ legitur οἷσι; Littréus de suo illud praebens annotat: „Il me semble qu'il faut lire ᾧ, puisque sur ces trois personnes affectées d'un engorgement dans l'abdomen, il n'y en a qu'un, *le charpentier*, qui l'ait eu à gauche." Haec quidem probabiliter disputat, quin firmat eius coniecturam ἀμφοτέροισι in fine loci; et tamen mirum quid est in descriptione, quod quale sit exponam. Quare dicit auctor κατωτέρω ἢ ᾧ ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι, quum uterque, et ille qui dextro et ille qui sinistro latere laboravit, doluerit ἐκ τῆς αὐτῆς ἴξιος? Quare in fine ἀμφοτέροισι fuisse ista πρόμακρα, quum nexus rerum faciat, ut omnes tres aegrotantes illi id habuisse putandi videantur. — Prior et altera difficultas sponte inter legendum se obferunt et utraque forte indicio est, aliquid hic latere corruptelae, quod non amplius assequi valeamus.

πρὸς τοῦ κενεῶνος μέχρι πρὸς ὀμφαλόν.] Ceteri πρὸ τοῦ κενεῶνος, sed quam saepe πρό et πρός confundantur, omnes novimus, et μέχρι πρὸς ὀμφαλόν facit, ut in antecedentibus πρός non πρό exspectes. — Sed praeterea significatio regionis per πρὸ τοῦ κενεῶνος me iudice prorsus incongrua est. His de causis de meo πρός exhibeo.

30. τῇ γραίῃ τῇ κατὰ Σωσίλεω κνῆμαι.] Vulgatam lect. descripsi e cod. V. in varr. lectt. — Notemus statim in ea vitiosum esse γραίῃ; nam quum γραῖα scribatur α brevi, Ionismus falsus est; sed vestigium refert veteris dativi γραίῃ, quem revocavi. Quod iam delevi λευκοφλέγματος pone Σωσίλεω, factum est, quia puto pertinere ad interpolationes, quibus referta est haec hist. morbi. Quin ne formae quidem multum fidei tribuo; nam pro ea consuetae sunt λευκοφλεγματώδης et λευκοφλεγματίας, multumque vereor, ne λευκοφλέγματος sit librariorum foetus.

κνῆμαι σκληροῖσι, λευκοῖσι, φολικώδεσι· καὶ πόδες, ἧσσον δέ· καὶ ἐν τοῖσι κάτω τῶν μηρῶν· ἀτὰρ καὶ ὀσφύϊ·] In his delevi οἰδήμασι, quod omnes libri pone σκληροῖσι inferunt; nempe ineptum est glossema; auctor non describit οἰδήματα, sed ἐξανθήματα et totum illud λευκοφλέγματος,

quod paulo ante eiicere me dixi, cohaeret cum falso illo glossemate οἰδήμασι. Sermo est de siccis simul ac duris, albi coloris squamiformibus eruptionibus cutaneis. An exspectas quaeso in leucophlegmatode tumores in lumbis, dum venter esset λεπτός? — Abundantibus et stulte interpolatis resectis, omnia plana fiunt. — Quod pone μηρῶν in libris legitur, τοῖσι δὲ πολλοῖσι δυσέξοδον τοῦτο, interpolatori forte eidem debetur, ad historiam morbi non pertinet; nam in ea καὶ ἐν τοῖσι κάτω τῶν μηρῶν ἀτὰρ καὶ ὀσφύϊ non aliis intermediis abrupta fuerunt.

λεπτόγαστρος.] Ceteri καὶ λεπτόγαστρος. Mihi copula hic inepte inferri videtur, licet ad sensum mutandum nihil faciat; sed puto originem traxisse e vicinis καί et ἀτὰρ καί.

ληγόντων τῶν πλείστων ἐγλαυκώθη ἡ ὄψις.] Haec sibi contigua fuisse certum est, sed unde devenerit ἦν δὲ — μελέτη καὶ ἄλλη, quod ante ληγόντων et pone πλείστων legebatur, haud equidem capio. Forte adnotatio est recens; nam licet infra de curatione morbi partis sermo sit, hic tamen incongrua est illa notula, nec sedem sibi aptam habet. Itaque reieci.

τὰ τῶν ὀμμάτων ἡσυχώτερα δή τι σμικρὸν, ἰσχίου δὲ καὶ σκέλεος ὑστερικὰ δοκέοντα ἀλγήματα εἶναι.] Ceteri ταύτῃ τῶν ὀμμ. ἡσ. — Sed tum certe ταύτῃ τὰ τῶν ὀμμ. ἡσ. scribendum esset. — Iam vero ταύτῃ me iudice pertinet ad frequentes pronominum interpolationes, eoque facile careo; simili modo interpolatum est ἦν tum pone σμικρόν, tum pone ὑστερικά in vulgata. — Notemus in iis, quae de glaucomate hic narrantur, nihil contra naturam rerum pugnare; glaucoma forma acutioris phlogoseos chorioïdeae intra paucos dies evolvi potest; neque absonum est, lapso aliquo tempore inflammatione remanente quidem, sed remittente de vehementia, ἡσυχώτερα fuisse τὰ τῶν ὀμμάτων — De ἀλγήμασι ὑστερικοῖς εἶναι δοκέουσι nihil hic affirmo.

προσβεμένη.] Vulgo προσβεμένη nominativo, sed ξυνέβη dativum hic ut requiras, facit.

χρόνος — τελέως.] Excerpam locum ex Littréi Ed. cum varr. lectt. ibi notatis, vulgatam describens: χρόνος τῇ ἐς ὀφθαλμοὺς ἀποστάσει ἐνιαυτός, περιομφακώδης (ἐνιαυτὸς

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 677 sur 880

©BIUM

τῇ ἐς ὀφθαλμοὺς ἀποστάσι ἐνιαυτὸς καὶ τὰ ἐξανθήματα ἐξετάκη οὐ τελέως.

λα'. [1]Τῷ ἐν τῇ Ἱπολόχου κώμῃ παιδὶ ἐν τοῖσι ὑποχονδρίοισι τὸ περιλαμβανόμενον [2]ἐπὶ ἀμφότερα τωὐτὸ, σκληρὸν δὲ καὶ κάτωθεν ἔχον [3]ὑπόλαμψιν ἐμφερῆ τῇ τοῦ [4]χαλκοῦ· λεπτὰ διελθόντα μέρος τι ἐλάπαξε. [5]Ἦν δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο πρὸς τοῦ δεξιοῦ ὁμαλόν τι ὑπερεξηρμένον τῶν ὑπό τι περιφέρειαν ἐχόντων. [6]Τούτῳ ὁ ὀμφαλὸς ἐκ γονῆς ἐμελάνθη καὶ ἕλκος βαθὺ ἐγένετο καὶ ὁ ὀμφαλὸς οὐ μάλα οὐλὴ ἐγεγόνει καὶ τὸ αἰδοῖον [7]ἀκρόψιλον, οὐ τοιοῦτον αὐτίκα ἐὸν, οὐδὲ ξυγγενικὸν, [8]ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἐγένετο. Οὗτος ἀνήμει τὰ πλεῖστα· πυρετός· ἀποσιτίη· [9]ἐγυιώθη. Περὶ δὲ ἑβδόμην ἀπὸ τῆς κατακλίσιος, πρόσθεν γὰρ προέκαμνε, ὕδωρ τε πουλὺ πίνων καὶ ἴσως ἄλλως [10]ὑποπαρεφρόνει, ἐρριπτάζετο καί τι ἐσπᾶτο· λήγοντος δὲ τοῦ σπασμοῦ ἔλαθε ἀποσβείς. Πρὸ

[1] τῷ om. et mox παῖς ᾧ ἐν. — [2] πυρί. — [3] ὑπέλαψιν. — [4] χαλκέως τῇ ὑδρωπιώδει ἡ λεπτὰ ἰλδ. — [5] τοῦτο. — [6] ἀκρεψ. ἐγεγόνει. — [7] ἐπεί τε. [8] ἐγίνετο. — [9] ὑγιάνθη. — [10] ὑποκατεφρόνει.

discuti et finiri contigit. — Tempus abscessus ad oculos erat annuum et efflorescentiae evanuerunt, sed non ex toto.

31. Puero in Hippolochi vico in praecordiis idem ab utroque latere aliquid contentum erat, durum et infra splendorem aliquem habens, similem aeris: tenuia per alvum demissa partim mollitudinem attulerunt. Habuit autem ipsum illud etiam in dextra parte aequabile aliquid proëminens, eorum quae fere circuitum quemdam habent. Huic ab ortu umbilicus denigratus fuit et profundum ulcus erat, neque umbilicus fere cicatrice obductus fuit, pudendumque extrema parte denudatum erat, cum nihil eiusmodi statim exstitisset, neque connatum esset, sed sensim magis magisque factum erat. Hic plerumque vomuit, febris aderat, cibos aversabatur, debilitabatur. At circa septimum decubitus diem, namque antea laboraverat, multa epota aqua et forte alia de causa aliquantum deliravit, corporis iactatione torquebatur et nonnihil convellebatur;

πέρι ὀμφακώδης cod. G. ἐνιαυτὸν πέρι. ὀμφακώδης cod. C. ἐνιαυτὸν πέρι· ὁ φακώδης Littréus) ᾧ καὶ τὰ ἐξανθήματα περιετάκη οὐ τελέως. ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν συρμάτων τοιαῦτα. — Cod. Voss. in his περὶ ὀμφακώδης. — Duo ex his elicio: primum sermonem esse de glaucomate et efflorescentiis in ano nostra, tum exitum horum morborum describi. Itaque in textum verborum partem recepi, quae sine dubio ad historiam morbi pertinent et quorum postrema τὰ ἐξανθήματα ἐτάκη, egregie confirmant quod de οἰδήμασι interpolato initio dixi. — E reliquis i. e. e περιομφακώδης nihil boni elicio. — Et vero ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν συρμάτων τοιαῦτα non plus boni habet. Foës. in Oecon. σύρματα ex unico hoc loco excitat et adfert Gal. de comp. med. p. 320. vs. 55. Ed. Basil. ὠφελεῖ γερόντων ἕλκη καὶ ἀπαλοχρώτων καὶ πᾶν ἕλκος ἰᾶται, ὅσα ὑγρότερα καὶ δυσαπούλωτα καὶ ἀποσύρματα, ὡς ἀποκρέμασθαι τὸ δέρμα ἐνίοτε μελαινόμενον ἐπ' ὠλεκράνου κ. τ. λ. — Iam vero quaero, an non sit forte adnotatio, quae ad καὶ τὰ ἐξανθήματα ἐξετάκη οὐ τελέως fuerit adscripta et sic se habuerit: ἔστι δὲ καὶ τὰ ἀποσύρματα τοιαῦτα. Puto igitur iam historiam morbi maximam partem restitutam esse.

31. τῷ ἐν τῇ Ἱπολόχου κώμῃ παιδὶ ἐν τοῖσι ὑ.] Vulgo ἐν τῇ Ἱ. κ. παῖς, ᾧ ἐν — verum hoc ipsum non est integrum, quum sine dubio ὁ ἐν τῇ Ἱ. κ. παῖς scriptum fuerit. Refeci, uti facere soleo in his principiis historiarum morborum.

ἐπὶ ἀμφότερα.] Ceteri περὶ ἀμφότερα; unus cod. D. περὶ τὰ ἀμφ.; sed περί ortum est ex antecedente περιλαμβανόμενον; perfrequentem igitur formulam ἐπ' ἀμφότερα revocavi.

ὑπόλαμψιν ἐμφερῆ τῇ τοῦ χαλκοῦ.] Ceteri: ὑπόλαμψιν ἐμφερῆ τῇ τοῦ χαλκέως ὑδρωπιώδη (ὑδροπιώδει multi codd. Parr. et Littr.), ᾗ κ. τ. λ. —, quae mihi integra esse non videntur. Quare quaeso similitudinem indicavisset auctor cum hydropica fabri muliere? Ineptum hoc, maxime ineptum, quum in vulgata splendor similis dicatur mulieri ipsi aqua inter cutem laboranti. Sed agnoscis interpolatorem, auctor dedit ἐμφερῆ τῇ τοῦ χαλκοῦ; haec apta sane comparatio, alius adscripsit ὑδρωπιώδει i. e. ὑπόλαμψιν ἐμφερῆ ὑδρωπιώδει, inde moretum nobis apposuere scribae. Dedit autem ὑπόλαμψιν auctor, quum haec κάτωθεν appareret.

ἦν δὲ καὶ αὐτὸ ταῦτο — ὑπό τι περιφέρειαν ἐχόντων.] Cum his cf. Ep. II. 3. 6. ἐπ' αὐτῶν (τῶν ὑποχ.) ἄνω στρογγύλον ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, οἷον περιφέρεια ἀποπυητική.

καὶ τὸ αἰδοῖον ἀκρόψιλον.] Quod hic in libris e superioribus otiose repetitur pone ἀκρόψιλον, verbum ἐγεγόνει, id eieci e textu.

οὐδὲ ξυγγενικὸν. ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἐγένετο· οὗτος κ.τ.λ.] Cett. οὐδὲ ξυγγενικόν· ἐπεί τε μᾶλλον ἐγένετο, οὗτος κ.τ.λ. Me quidem ἐπεί τε μᾶλλον ἐγένετο offendit: sed origo eius in aprico est, nam natum est ex ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἐγένετο, eo sensu, quo *quod sensim magis factum sit* significetur.

ἐγυιώθη.] Ceteri ὑγιάνθη, quod incongruum, nam ἀποσβείς et ἀπογενομένου εὐθέως in seqq. de morte aegri accipienda sunt, nisi vim afferre velis rerum nexui et consecutioni. Itaque recepi, quod ipse Littréus cogitavit, sed reiecit, ἐγυιώθη. — Hoc ipso loco quae, quaeso, est rerum consecutio in vulgato πυρετός, ἀποσιτίη, ὑγιάνθη? — Littréus ἔλαθε ἀποσβείς de tumore evanido intelligit; sed obstat ἀπογενομένου δέ, quod si de tumore item velis intelligere, quomodo sequi potest κεῖνά τε ἐλαπάχθη? Idem enim est ἀπογενέσθαι τὸ οἴδημα et λαπαχθῆναι τὰ οἰδέοντα?

ὑποπαρεφρόνει.] Ex hoc verbo ortum est vulgatum ὑπο-

δὲ τούτου οὖρησε ἀθρόον καὶ φῦσαι διῆλθον [1]βρωμώδεες καὶ τὰ ἄνω οὐκ ἐλάπαξε οὐδέν· ἀπογενομένου [2]δὲ εὐθέως κεῖνά τε ἐλαπάχθη ἰσχυρῶς καὶ τἆλλα διεφοινίχθη ὡς μάστιξι πᾶν τὸ σῶμα πλὴν τούτου, ᾗ μάλιστα [3]τὸ ἔξαρμα, καὶ θερμὸς ἐπὶ συχνὸν ἦν.

[1]Τῷ δ' ἐν Ἀβδήροισι ἐρράγη κάτω· [5]ἔμπροσθεν ἀνῴδει [6]ἀπύρετος· τὸ δὲ ἔπαρμα ψαυόμενον ἴκελον [7]ἐμπύῳ.

λβ'. Ἀσθματώδεϊ οἰκέτιδι [8] ἔνθα ὅταν [9]ἐταγγεία ἡμορράγησε τοῖσι ἐπιμηνίοισι ἐγένετο δὲ ἄσθματα· ἐκεῖνα ἐπαύσατο, [9]πυρετὸς ἐγένετο. μαζὸς ἐνεπύησε ἀριστερὸς ὕπερθεν καὶ ἀπ' ἀρχῆς καὶ οὖς.

λγ'. Τῇ Ὀλυμπιοδώρου παιδίσκῃ αἷμα ἐκ τοῦ δεξιοῦ καὶ ἐκρίθη ὡς εἰκοσταίη ....

[1] ἐν βρόμῳ. — [2] τέ. — [3] ἔξαρμα ἦν. — [4] ᾧ. — [5] ἐν δ' ἐν προσθεν. — [6] ἀπύρετο (sic). — [7] ἐμπύῳ ἦν. — [8] ἐταγγία. — [9] πυρετόν.

ubi vero convulsio desiit, nemine advertente animum, exstinctus est. Antea autem affatim minxit et flatus erumpebant foetidi, superioresque partes neutiquam sunt emollitae. Sed statim postquam decesserat, vehementer sunt emollitae et alioqui totum corpus velut scuticis caesum rubore infectum est, praeterquam qua parte praecipue tumor sublatus fuit; multoque tempore calor perseveravit.

Abderensi vero per inferiora erupit; intumuit antea sine febre; contactu vero tumor ille purulento erat affinis.

32. Anhelatione laboranti famulae..... sanguis erupit..... fiebant autem anhelationes; hae cessarunt, febris exorta est; mamma suppuravit sinistra superne et principio auris etiam.

33. *Fragmenta sunt.*

καταφρόνει, quod prorsus sensu cassum h. l. — Itaque de coniectura emendo.

καὶ φῦσαι διῆλθον βρωμώδεες.] Pro βρωμώδεες ceteri ἐν βρόμῳ, cui dictioni ne tantillum quidem fidei tribuo. Nemo nescit, quam frequenter ἐν absurde ubivis a librariis inferatur, et ipsa scripta horum medicorum veterum exemplis scatent. Itaque putavi βρόμῳ esse truncatum βρωμώδεες, sicuti πνεῦμα locis vicinis truncatum est πνευματώδεες. Frequens apud Aretaeum φῦσαι βρωμώδεες. Cf. indicem in hunc scriptorem.

τῷ δ' ἐν Ἀβδήροισι ἐρράγη κάτω·] Vulgo ᾧ δ' ἐν Ἀβδήροις ἐρράγη κάτω ᾧ δ ἔμπρ. — Sed ᾧ δ' initio natum est e τῷ δ', spatio vacuo relicto, ut maiuscula adpingeretur. Alterum ᾧ δ' aut repetitio est erronea prioris, aut ex ᾠδεε item vitiose, uti videtur, illato originem duxit. — Cod. C. ᾧ δέε προσθέντα ἄνω δειδιότα ἀπυρέτῳ, unde Littr. ἐρράγη κάτω, ᾠδεε πρόσθεν· τὰ ἀνωδηκότα, ἀπυρέτῳ· τὸ δὲ κ. τ. λ. — Mihi in his ᾠδεε πρόσθεν· τὰ ἀνωδηκότα ἀπυρέτῳ displicet, neque talem orationem a nostro auctore exspecto. Codicis C. lectio recentiorem correctionem refert, quam num recte restituerit Littréus dubito. In lect., quam exhibui, Ἀβδήροισι Ionice dedi, quum ι finale ante ε vocabuli sequentis periisse videretur. Utrum ἔμπροσθεν de tempore, quemadmodum fere accipiunt, an de loco accipiendum sit, vix certo scio, sed nolui de solita interpretatione deflectere. Vulgo ἀπυρέτῳ, sed praestat ἀνῴδει ἀπύρετος. Cod. V. lectio eò spectare videtur..

32. ἀσθματώδεϊ οἰκέτιδι — καὶ οὖς.] Ego vulgatam textus scripturam exhibui asterisco adposito; εἰ ἱκετίδι pro οἰκέτιδι cod. unus Par., ἐταγγία, uti Voss., codd. 3. Parr., ἐτεγγία unus, ἐν τοῖσι ἐπιμηνίοισι unus cod. C., nullo praeter hunc ἐν ferente. — Pro ἐνεπύησε cod. C. ἀνεπύησε. — Ecce! varr. librorum lectiones adposui! Heringa de hoc loco agens: „pro ἐταγγεία, inquit, Foës. coniecerat ἔτ' ἀγγεῖα et ἀγγεῖα illud arripuit etiam Lindanus, qui more solito sua pro Hippocrateis audacter obtrudit." Lindanus autem habet: ἀσθματώδει οἰκέτι δέ ἐστιν ὅτε τἀγγεῖα ἡμορράγησε τοῖσι ἐπιμηνίοισι κ. τ. λ. De Calvo Foës. in adn.: „Calvus, inquit, illud ὅταν ἐταγγεῖα *cum valde angeretur* vertit, quod ἀγγεῖα interdum *angustias* significent." E Foësii emendatione pendent interpretationes Cornarii et ipsius, ita ut inde nihil novi discamus. Heringa obss. p. 113. seqq. locum hunc tractat et στλεγγίδα apud Erotianum ad h. l. referens, quippe cui locum alium nullum adtribuere in hoc libro potuit, quum tamen ex Ep. IV. ab Heraclide Tarent. nomen explicatum sit, tentavit: ἀσθματώδει οἰκέτιδι ἐπάνω τῶν ὤτων κατὰ στλεγγίδα ἡμορράγησε τοῖσι ἐπιμηνίοισι, ἐγένετο δὲ ἄσθματα, vel si hoc displicuerit, ἔνθα τὴν στλεγγίδα εἶχεν ἡμορράγησε τοῖσι ἐπιμηνίοισι. Littréus postremum hoc recepit εἶχεν omittens, scribens igitur οἰκέτιδι ἔνθα τὴν στλεγγίδα, ἡμορράγησε ἐν τοῖσι ἐπιμ. — Mihi Heringae emendatio non satis certa videtur, ut eam recipiam: τοῖσι ἐπιμηνίοισι significare deberet „tempore fluxus menstrui et hoc ipso non apparente;" dubito tamen, num medicus Graecus id nude verbis τοῖσι ἐπιμηνίοισι significavisset. Quin, licet non negem, sanguinem ubivis per cutem erumpere posse in morbis certis, satis audax tamen est, medice sumta, illa haemorrhagia ad aures, seu supra aures tempore fluxus menstrui, ipsoque silente: malim eiusmodi observationem legere loco integro, quam e corrupto fingere. Equidem locum pro desperato sibi relinquo; non dicam, Heringae coniecturam non habere, quo se commendet, — procul absum; — locum, quo corrupta illa legantur, literarum formae similitudinem; sed tamen tum ea, de quibus dixi, impedimento sunt, quo minus eam pro vera et evicta amplectar, tum hocce: nempe incertus sum, non etiam lacunas esse praeter verborum corruptionem, qua de re nemo huc usque cogitavisse videtur.

33. Τῇ Ὀλυμπιοδώρου παιδίσκῃ — ὀγδόῃ.] De lacuna a me notata paulo post dicam, sed praeter huius significationem a vulg. tantum hac in re deflexi, quod ἡ ante Ἱππώνακτος e cod. C. adscivi cum Littréo; duo id facere suadent, primum casus nominis proprii, tum litera initialis, ante quam ἡ facile perire potuit. Pro postremis Littréus recepit cod. C.

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 679 sur 880

©BIUM

. . . . οἷα καὶ τοῖσι πυρεταίνουσι καὶ διαχωρήσιες οἷαι καὶ τοῦ θέρεος ἐπεδήμησαν, καὶ οἷα [1] ἡ Ἱππώνακτος καὶ [2] Θλη ἡ οἰκέτις ἡ Ἀριστείδου, — ὀγδόῃ.

λδ'. [Ἐν [3] τῇσι διὰ τῶν φαρμάκων καθάρσισι κάτω σημεῖα, οἷα εὐφόρως φέρουσι, [4] εἰ μὴ παρὰ λόγον γυιοῦνται καὶ μήτε ἔπαφρα, μήτε ὕφαιμα, ἀλλ' οἷα ὠά ἐστι· οἷα ἡ [5] Ἡρακλείδεω· ἐκαθάρθη πολλὰ καὶ ῥηϊδίως ἔφερε.]

λε'. [6] Τῇ ἐν τῇ Βουλαγόρεω κώμῃ ἀποκαθαρθείσῃ [7] ἤρξατο ἐπὶ σπληνί, ἐχούσῃ δὲ καὶ δεξιὸν [8] ὑποχόνδριον μετέωρον μὲν οὔ, ἐντεταμένον δὲ, μᾶλλόν τι ἐξερύθρῳ ἐούσῃ. [9] Κοιλίῃ ἐν ἀρχῇσι τεταραγμένῃ· προσεδε-

34. [In purgationibus per medicamenta signa eorum, quae facile ferunt haec sunt: si non debilitantur praeter rationem, nec materies sit spumans, nec sanguinolenta, sed qualia ova. Sicuti in muliere Heraclidis contigit: multum purgata est, facileque tulit.]

35. Mulierem in Bulagorae vico perpurgatam febris prehendit, quum lien tumeret et haberet praecordium dextrum non quidem in tumorem sublatum, sed tensum et potius ruberet aliquantum. Alvus principio conturbata est. Exspecta-

[1] ἡ abest. — [2] ὑλη οἰκέτις. — [3] τῇ τῶν φ. καθάρσει. — [4] κἂν μὴ παρὰ λ. γυιοῦται. — [5] ἡρακλειδείω. — [6] τῇ ἐν Β. — [7] ἤρξατο πυρεταίνειν. [8] ὑπό τι μειτ. — [9] κοιλίην ἐν Δ. τεταραγμένην.

lectionem καὶ οἷα ἡ οἰκέτις ἡ Ἀριστ., nisi quod in cod. C. Ἀριστῆος legitur, quod non exhibuit. Sed Θλη non insuetum est nomen mulieris apud Graecos, itaque non video, cur cod. C. unius fide abiiciendum hic sit. Ceterum interpunctionem loci Littréus mutavit; in vulg. pone ὀγδόῃ non distinguitur. Calvus ὀγδόῃ ad seqq. refert. Corn. et Lind. alter Latine, alter Graece ordiuntur sententiam: „Hyle, famula Aristidis, octava die in pharmacorum purgatione," cett. Itaque pone οἷα Ἱππώνακτος, ut illi legerunt, distinguunt. Neque alio modo Foës. — Equidem cum Littréo consentio. Redeo iam ad loci principium: primum ὡς ante εἰκοσταίῃ non intelligo; tum lacunam non animadvertentes, sequens οἷα καὶ τοῖσι πυρεταίνουσι iungunt cum ἐκρίθη; sed aut multum fallor, aut οἷα καὶ τοῖσι πυρεταίνουσι καὶ διαχωρήσιες οἷαι καὶ τοῦ θέρεος ἐπεδήμησαν pertinet ad epidemiae descriptionem, non ad casum peculiarem. Vides, quare lacunam notem! — Sed praeterea quaero, an non τῇ Ἱππώνακτος et Θλῃ τῇ οἰκέτιδι τῇ Ἀριστείδου sit scribendum; in talibus codd. parum fidei tribuo. — Verbo, habemus hic iterum locum tam male habitum et mancum, ut de paucis certus fias, nam de οἷα, οἷαι, οἷα ἡ quomodo iudicium feram in verbis tam distractis, non video. — Quippe ne certus quidem sum, non plures esse lacunas: v. c. inter τοῦ δεξιοῦ et καὶ ἐκρίθη facile lacuna potest nobis fraudem facere.

34. ἐν τῇσι διὰ τῶν φαρμάκων καθάρσισι.] Vulgo τῇ καθάρσει, plures tamen libri mss. τῇσι — καθάρσεις; cod. C. τῇσι — καθάρσισι; hinc cum Littréo numerum pluralem dedi. Sed insuper praepositionem διά supplevi, nam ἡ τῶν φαρμάκων κάθαρσις hic non spectatur.

εἰ μὴ παρὰ λόγον γυιοῦνται.] Vulgo κἂν μὴ παρὰ λόγον γυιοῦται, — quam lect. ita servavit Littréus, ut tantum γυιῶνται pro γυιοῦται scripserit. Sed in verborum nexu, qualem habemus, κἂν sensum bonum non praebet; itaque εἰ pro eo dedi. — Non affirmo omnia iam descripta esse, quemadmodum auctor ipse voluerit, si quidem κἂν tum vera scriptura esse possit, si ante hoc membrum quaedam perierint. Nec certus sum igitur, an non edendum sit: τὰς διὰ τῶν φαρμάκων κάτω καθάρσιας εὐφόρως φέρουσι . . . . . κἂν μὴ παρὰ λόγον γυιῶνται καὶ μήτε ἔπαφρα, μήτε ὕφαιμα διέλθωσι ἀλλ' οἷα ὠά κ. τ. λ. — Et forte ὠά natum est ex ipso οἷα quod sequitur, ita ut perierit vocabulum aliquod aut plura, quae comparationem aliam retulerint.

οἷα ἡ Ἡρακλείδεω.] Articulum de meo adscripsi, propter easdem causas, ac supra § 33. — Si loci prior pars describatur, quemadmodum supra indicavi, hic οἷον τῇ Ἡρακλ. dandum esset.

35. τῇ ἐν τῇ Βουλαγόρεω κώμῃ ἀποκαθαρθείσῃ ἤρξατο ἐπὶ σπληνί.] Haec vulgata lectio est, id unum si excipias, quod πυρεταίνειν pone ἤρξατο delevi. Littréus πυρεταίνειν, uti ceteri omnes, servavit, sed pro vulgato ἐπὶ σπληνί e cod. C. ἐπισπλήνῳ intulit. Iam vero luculenta rursus haec historia praebet documenta, quam foede a recentioribus hi libri corrupti sint, et quam falso accusentur ineptae dictionis eorum auctores. — Illud ἤρξατο πυρεταίνειν solum videtur offendisse Lindanum, de cuius lectione mox dicam: iam vero hoc accipe! Non dicunt ἤρξατο τινὶ πυρεταίνειν, sed ἤρξατό τις πυρέσσειν, — tum dicunt ἤρξατο τούτῳ, quod in Ep. I. et III. saepius reperies: dici etiam potest οὗτος ἤρξατο. Iam vero h. l. aut dandum est quod ego exhibui, aut cum Lind. ἡ ἐν τῇ Β. κώμῃ ἀποκαθαρθεῖσα ἤρξατο. Et tamen Lind. mox ἔχουσι, quod etiam cod. V. habet, et reliqua pessime miscuit. Ἐπισπλήνῳ est manifesto emendatio descriptoris cod. C.; sed nulla emendatione opus est: recte dicitur ἤρξατο αὐτῷ ἐπὶ σπληνί i. e. incepit febricitare postquam lienis tumorem contraxerat; aliud quid esset ἤρξατο ἀπὸ σπληνός, quod quivis intelligit.

ἐχούσῃ δὲ καὶ δεξιὸν ὑποχόνδριον μετέωρον μὲν οὔ, ἐντεταμένον δέ.] Ceteri ἐχούσῃ δὲ καὶ δεξιὸν ὑπό τι μετέωρον μὲν οὔ, ἐντεταμένον δέ. Verum non solum δεξιόν, subintellecto scilicet ὑποχόνδριον, non est ellipsis, quae admitti possit, in huius hist. oratione, sed ineptum est etiam ὑπό τι in commemoratione rei, quae negatur: itaque ὑπό τι nihil est nisi vestigium truncati ὑποχόνδριον.

μᾶλλον τι ἐξερύθρῳ ἐούσῃ.] Cett. ἐξέρυθρος ἐοῦσα· quod tantum ortum e confusione formularum ἡ ἐκ τῆς Β. κ. ἤρξατο πυρεταίνειν et τῇ ἐκ τῆς Β. κ. ἤρξατο, de quibus supra dixi. Iam vero ante μᾶλλον libri omnes ferunt: οὗτοι καὶ ἐξέρυθροι γίνονται, quod delevi, quia nihil est, nisi lectoris adnotatio marginalis ad locum, qualem iam descripsi. Lector adposuit legem universalem sibi visam ad casus singularis observationem.

προσεδεχόμην ἐς ὀφθαλμὸν στηρίξειν.] Ceteri στήριξιν,

χόμην ἐς ὀφθαλμὸν [1]στηρίξειν· ἑβδόμῃ ἀλμώδες ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἦλθε δάκνον [2]ῥεῦμα καὶ κατὰ ῥῖνα καὶ κατὰ φάρυγγα καὶ οὖς ἀριστερόν. Πεντεκαιδεκάτῃ ἵδρωσε ξὺν ῥίγεϊ· οὐκ ἐκρίνετο πρὸ τοῦ ῥίγεος· ἐχλωρίασε κάρτα· καὶ προσώπου περίτασις καὶ ξύμπτωσις. τὸ οὖς κατ' ἴξιν τοῦ σπληνὸς καὶ [3]τὸ πλευρὸν ἤλγει.

λς'. Τοῖσι παιδίοισι γαστέρες ταραχώδεες καὶ βῆχες ξηραί· ἐς ὦμον ἔστι ὅτε ἀπεπύει ἐν τῇσι βηξὶ τῇσι ὑστέρῃσι.

Ὁ κναφεὺς τράχηλον, κεφαλὴν ....., ἑβδόμῃ χεὶρ ναρκώδης· [4]τῇ ἐνάτῃ σκέλος· βὴξ ἐπαύσατο.

Ἡ τὴν γνάθον ἐρυσθεῖσα [5]πέμπτῳ μηνὶ ἐν γαστρὶ .... εἴλκυστο ἐς τὰ ἀριστερά.

λζ'. Ἐν Κρανῶνι Λυκίνῳ γραμματικῷ ἐκ πυρετοῦ χολώδεος [6]ἐπὶ σπληνὶ καρηβαρίη· [7]αἱμόκερχνα κατὰ πνεύμονα· ἐν χείλεσι ἀμφοτέροισι ἕλκεα ἔνδοθεν στρογγύλα, σμικρά· ἔπειτά τι καὶ αἷμα ἐκ τοῦ κατ' ἴξιν σμικρὸν ἐρρύη.

bam fore ut in oculum morbus decumberet; septimo die salsuginosa mordax fluxio ex oculis prodiit et ad nares et fauces et aurem sinistram. Decimo quinto die sudavit cum rigore, neque ante rigorem iudicata est; palluit admodum ex virore et facies circumtensa est et collapsa; doluit auris e directo lienis et latus.

36. Pueris alvus conturbabatur et tusses erant siccae, interdum postremas inter tusses pus ad humerum colligebatur.

Fulloni cervix, caput..... septimo die manus, nono crus obtorpuit; tussis cessavit.

Quae maxillam distractam habuit, quinto mense gravida.... distracta erat ad sinistram.

37. Cranone Lycino grammatico ex febre biliosa post lienis tumorem capitis gravitas; sanguinolenta materies ac strepitum faciens in pulmone; in labio utroque intus ulcera rotunda, parva; dein etiam paucus sanguis e nare e directo lienis effluxit.

[1] στήριξιν. — [2] δάκρυον. — [3] τοῦ πλεύρου. — [4] ἐν τῇ ἐν. σκ. ἐνάρκα. — [5] ἐν πέμπτῳ. — [6] ἐπὶ σπληνί etiam V. — [7] ἐκέρχα κατὰ σπλῆνα ἐν χείλεσι κ. τ. λ.

sed in rei exspectatione futuri significatio requiri mihi videbatur, quam leni mutatione obtines.

ἀλμῶδες ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἦλθε δάκνον ῥεῦμα καὶ κατὰ ῥῖνα κ. τ. λ.] Pro ῥεῦμα ceteri δάκρυον. Miror neminem animadvertisse, δάκρυον scribere non potuisse auctorem; quid enim? num δάκρυα κατὰ ῥῖνα καὶ κατὰ φάρυγγα? Immo alterutrum factum est, aut vocabulum periit et librarii, de suo utcumque lacunam explentes, δάκρυον obtruserunt nostro; — aut pone δάκνον repetitis prioribus participii literis, ex his ipsis et ῥεῦμα, aut ῥέον τι, aut similibus quibusdam natum est δάκρυον. Equidem ἀλμῶδες ῥεῦμα δάκνον auctorem significavisse paene certum iudico. — Id unum insuper quaeri posse sentio, an non ἦλθε item sit interpolatum; ego certe si abesset, non requirerem.

36. τοῖσι παιδίοισι — ἐς τὰ ἀριστερά.] In tota hac § lectionis varietas vix quidquam memorabile habet; sed exponam, quid mutaverim et quare fecerim. — Pone κεφαλήν lacunam notavi; excidit ἤλγησε vel eiusmodi quid, nisi forte plura interierint. Fieri possit, ut ante κεφαλήν copula καί evanuerit. Ante τῇ ἐνάτῃ, itemque infra ante πέμπτῳ, otiose solito more a librariis invectam praepos. ἐν eieci. Vulgo σκέλος ναρκῶδες, — unus tamen cod. Par. om. ναρκῶδες; — mihi a librariis invectum videtur, facile enim ex antecedente ναρκώδης hic repetitur cogitatione, ut aiunt. — Fieri tamen possit, ut alia perierint et lacunam ista voce expleverint librarii. Sitne in ἐνάρκα, quod minus bene scriptum libri nonnulli Parr. etiam habent, vestigium aoristi ἐναρκώθη? — Postremum εἴλκυστο ἐς τὰ ἀριστερά procul dubio ad τὴν γνάθον spectat, miro modo Calvus, qui in priore § parte quoque a solita lect. diversa, sed non meliora habet, haec verba ad foetum, Corn., Foës., Littr. ad ventrem retulerunt. Scilicet lacunam hic esse non sunt suspicati. Ad βηξὶ τῇσι ὑστέρῃσι, cf. § 47. τῆς βηχὸς τῆς ὕστερον; moneo, quia fuerunt, qui ad ὑστέρῃσι cogitaverunt ἡμέρῃσι, quod falsum est.

37. ἐν Κράνωνι — σμικρὸν ἐρρύη.] Hunc locum ex aliorum emendationibus ita constitui; videbimus de singulis. Dedi e pluribus codd. Parr. et V. ἐπὶ σπληνί, ubi vulg. ἐπὶ σπληνός, quod in ἐπίσπληνος mutavit Heringa, ubi hunc locum tractat, p. 118. seq. Obss., et unde Littréus ἐπισπλήνῳ etiam in superioribus, dativum servans, exhibuit. Cf. adn. ad § 35. Non ausim affirmare ἐπὶ σπληνί non recte habere, aut eo antiquius esse ἐπισπλήνῳ, itaque multorum codd. lect. recepi in hisce. — Pergo ad αἱμόκερχνα κατὰ πνεύμονα, pro quibus codd. praebent quod e Voss. in varr. lectt. enotavi, nisi quod etiam αἷμα καρτά in cod. C. reperit Littréus, quod rursus indicio est, recentiorem correctorem librum hunc emendavisse, ita ut cum cautela adhibendus sit. — Heringa verissime docuit, αἱμόκερχνα hic legisse Erotianum et Galenum, nec dubitavi, quin cum Littréo reciperem. Sed simul κατὰ πνεύμονα e Cornarii emendatione, de qua monuit Foës. in notulis, recepi pro κατὰ σπλῆνα, quod, licet Littréus defendat, absurde infertur. Legendus est Foës. in Oecon. in κέρχνω et patebit αἱμόκερχνα neque ad κατὰ σπλῆνα referri posse, neque apte de ulceribus dici, quod Heringa voluit. Errore librariorum pro κατὰ πνεύμονα ortum, ut κατὰ σπλῆνα e superiore ἐπὶ σπληνί. Quod Heringa κατὰ σπλῆνα eiectum cupit, satis docet, eum item nescivisse, quomodo acciperet; Littréus servat et adnotat: „dans sa correction il supprime κατὰ σπλῆνα, mais il n'y a aucun motif pour cette suppression. Κατὰ σπλῆνα signifie *du côté*

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 681 sur 880

©BIUM

λη'. Τῇ οἰκέτιδι, ἣν νεώνητον ἐοῦσαν κατεῖδον, ἦ τὸ [1]σκλήρυσμα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι ἐνῆν μέγα, οὐ κάρτα ὀδυνῶδες, καὶ γαστὴρ μεγάλη καὶ περιτεταμένη, οὐκ ἰκέλη ὑδατώδεϊ, καὶ τἆλλα [2]λιπαρῇ καὶ οὐ πάνυ [3]δυσπνόῳ, ἀχρόῳ δὲ, τὰ γυναικεῖα [4]δι' ἑπτὰ ἐτέων οὐκ ἐλήλυθει. [5]Ἐγένετο [6]δὲ δυσεντεριώδης καὶ οὐ τεινεσμώδης· καὶ ὑπὸ ταῦτα ὀδυνῶδες [7]τὸ ἐν δεξιῷ ἦν καὶ πυρετοὶ [8]βληχροὶ οὐ πρόσω ἑπτὰ ἡμερέων· καὶ [9]κοιλίης ταραχὴ ἠλεκτριώδης, ὑπόγλισχρος, ὑπερπόλλη ἐφ' ἡμέρας [10]τινὰς, καὶ γυναικεῖα μετὰ ταῦτα· ἐγένετο καὶ [11]τὰ κατὰ τὴν γαστέρα λαπαρὰ καὶ [12]τὸ χρῶμα εὔχροον καὶ [13]παχύ.

λθ'. Τῇ Μίνωος, [14]ἧ ἐκ τομῆς πιεσάντων ἐσφακελίσθη, καθισταμένου ἐς πνεύμονα ἐπεσήμαινε βραχέως [15]ὅσῃσι περιῆν καὶ [16]ἄλλο τι ἐς ἔνδον.....

38. Famulae, quam nuper emptam vidi, cui durities magna in dextra parte aderat, non magnum dolorem adferens et venter magnus et tensus, non instar hydropici, et ceterum pingui, neque admodum difficulter spiranti, sed pallidae, menses a septem annis non processerant. Intestinorum difficultate premebatur, nec tamen inanis egerendi conatus aderat, et tunc dolor erat in latere dextro tumoris et febres lenes.....; et alvus conturbata erat et materiem succino similem, subviscidam, multam per aliquot dies reddidit et postea menses fluxerunt. Venter etiam mollis fiebat et corporis habitus externus bene coloratus et crassus.

39. Minois uxori, cui propter compressionem post sectionem sphacelus erat ortus, hoc consistente morbus aliquam ad pulmonem sui significationem praebuit, quot diebus supererat et aliud quid ad interna.....

[1] sic etiam V. — [2] λιπαρή. — [3] δύσπνοος, ἄχροος. — [4] δι' abest. — [5] δέ praebet V. — [6] τῷ ἐν τῷ δ. ἦ. — [7] γλίσχροι καὶ οὐ πρόσω. — [8] κοιλίη ἐταράχθη ἠλ. — [9] τινὰς ὑγιής. — [10] τά abest. — [11] τό abest. — [12] παχὺ ἦν αὐτῇ. — [13] ἧ. — [14] ὅσοισι. — [15] ἄλλότι (sic).

de la râte, comme Ep. II. 22." — Reddit autem Gallice: „il lui survint aux deux lèvres, du côté de la rate, à l'interieur des ulcerations." At quis quaeso sive Parisiis, sive in Graecia partem aliquam labiorum ita definivit, ut a latere lienis eam esse diceret? — Locus autem, quem Littréus adfert, optime habet, sed ad longe diversa spectat: legimus enim: καὶ ἡ φλὲψ, ἣ κατὰ σπλῆνα ἐπ' ἀγκῶνι ἐτέτατο. Talia sane comparari invicem mirum est, magis mirum, similia ea haberi.

38. σκλήρυσμα.] Vulgo σκλήρωμα; sed altera forma in insigni codd. Parr. numero legitur et in V. — Lindanus pro ἦ τὸ σκλ. dedit ἤπατος σκληρ., puto fere eum fecisse, quod verborum nexus qualis esset, non satis perspiceret. In sequentibus interpunctionem et casus nominum mutavi; nam dativus τῇ οἰκέτιδι pendet a postremis periodi verbis τὰ γυναικεῖα δι' ἑπτὰ ἐτέων οὐκ ἐλήλυθει; itaque λιπαρῇ, δυσπνόῳ, ἀχρόῳ scripsi pro nominativis vulgatae lectionis apud ceteros. In illis ipsis vero τά et praepositionem δι' de meo interposui; talia librariorum incuria perierunt, non sunt ab auctore omissa.

ἐγένετο δὲ δυσεντ.] δέ hic recepi e cod. V. Non nego, mihi suspicionem movere verba καὶ οὐ τεινεσμώδης; fieri possit, ut οὐ τεινεσμώδης sit ab auctore, sed si ita sit, non copulam καί adscriptam ab eo puto, sed potius ἀλλ' οὐ τεινεσμώδης datum fuisse, aut nude οὐ τεινεσμ.

καὶ πυρετοὶ βληχροὶ οὐ πρόσω ἑπτὰ ἡμερέων.] Vulgo γλίσχροι, sed βληχροί Littréo praebuerunt libri duo Parr. Quod attinet ad temporis definitionem οὐ πρόσω ἑπτὰ ἡμερέων, puto auctorem aliud quid dedisse, librarios hoc nobis obtrudere; sed quid in eo lateat non perspicio. De οὐ πρόσω abunde dixi ad Ep. II. 2. 3. Sed hic suspicionem mihi insuper movet ἑπτά ἡμερέων, tum propter modum, quo cum οὐ πρόσω cohaeret, tum propter similitudinem numeri cum supra obvio δι' ἑπτὰ ἐτέων. Vereor ne is, qui adscripsit οὐ πρόσω, numerum etiam inde desumserit et ne nullam omnino fidem adhibere liceat toti οὐ πρόσω ἑπτὰ ἡμερέων.

καὶ κοιλίης ταραχὴ ἠλεκτριώδης.] Ita Littréus recte scribere visus est ex Erotiani glossario; vulgatam in varr. lectt. e cod. V. enotavi.

ὑπερπόλλη.] Sic de meo scripsi, ceteri ὑπέρπολλος.

ἐφ' ἡμέρας τινὰς, καὶ γυναικεῖα μετὰ ταῦτα.] Pone τινάς ceteri omnes legunt ὑγιής; sed ultro apparet κοιλίης ταραχὴ — ὑπερπόλλη ἐφ' ἡμέρας τινὰς, καὶ γυναικεῖα μετὰ ταῦτα tam arcte cohaerere, ut ὑγιής non possit esse non interpolatum.

ἐγένετο καὶ τὰ κατὰ τὴν γαστέρα λαπαρὰ, καὶ τὸ χρῶμα εὔχροον καὶ παχύ.] De meo ἐγένετο dedi pro imperfecto ἐγίνετο. Τὰ κατὰ τὴν γαστέρα ex uno cod. Par. D. Littréus, ceteris τά omittentibus; sed simul malui τὸ χρῶμα, articulo, quem ceteri omittunt, addito exhibere. Τὸ χρῶμα hic est *corporis superficies*, — externus eius habitus. Pone παχύ omnes reliqui addunt ἦν αὐτῇ, quod eiusdem farinae ac ὑγιής in superioribus; recentior manus supplevit.

39. τῇ Μίνωος — ἐς ἔνδον....] Ad varias lectt. quod attinet, initio τῇ pro ceterorum ἡ de meo dedi; porro mss. praebent pro ἦ, quod Littréus dedit, ἡ, ἥ, ἤ. — Vulgo ἄλλο τι, sed Littréus ἀλλ' ὅ τι, quod forte item in V. lect. latet. In fine loci lacunae signa posui, quia locus historiam morbi refert, quae abrupta est, non absoluta. Ceterum nescio an in parte superstite etiam aliquid perierit; nempe quae pars sphacelo tacta fuerit, quis aut quid fuerit quod presserit, non memoratur. Potest hoc intelligi, ubi de definito τῆς τομῆς loco sermo est, sicuti erit, ubi τομή hic de venae sectione, in cubito fieri solita, accipimus, quemadmodum in libro de victu acutorum solum τομή est venae sectio; — πιεσάντων tum erit πιεσάντων τῶν ἰατρῶν s. τῶν θεραπευόντων. — Quod ad καθισταμένου, spectat ad τὸν σφακελισμόν non latius serpentem, sed consistentem et in sana-

©BIUM

μ'. [Τὰ ἐντεθέντα [1] ἐς τὴν ῥῖνα ἢν πυρετήνωσι ἢν μὲν λυθῇ ἡ ὀδύνη, παχέα κατὰ τὸν μυκτῆρα ῥεῖ. ἢν δὲ μήτε ὀδύνη, μήτε ὁ πυρετὸς, λεπτὰ καὶ [ἴσως πυρώδεα]. Οἷον τὸ μὲν λεπτὸν Ἡγησίππῳ ἐς νύκτα προσθεμένῳ. τὸ δὲ παχὺ [2] τῷ ἐν [τῷ] Περίνθῳ εὐνουχοειδεῖ τῷ Κελεύρεος ἦν. πέπειροι.]

μα'. Αἱ ἐπὶ τῇσι νούσοισι ἀποστάσιες [3] εἰ κρινοῦσι σημεῖον, ἢν [4] πυρετώδεες ἐόντες μὴ πυρεταίνωσι, καὶ δύσφοροι ἐόντες εὐφόρως φέρωσι· οἷον τὰ ἐν τῇ ἕδρῃ Χάρωνι. Τῷ δὲ [5] Λεάνδρῳ ἑλκώδεος ἐντέρου δοκέοντος εἶ-

[1] ἐς τὴν τρίτην ἡμέραν πυρετήνωσι. — [2] τὸ ἐν Κορίνθῳ. — [3] ἐκρίνουσι. — [4] πυρετώδεα. — [5] λεαβίῳ.

tionem tendentem; βραχέως de levitate illius σημασίης accipio, non de brevi tempore. Ad initium ut redeam τῇ Μίνωος — ἐπεσήμαινε coniungo, adeoque dativum requiro, nam ipse aeger non ἐπισημαίνει, sed τῷ νοσέοντι ἐπισημαίνει ἐς τὸν πνεύμονα dicere solent. — Puto casum esse phlebitidis cum abscessibus, quos vocant, metastaticis ad organa interna plura.

40. τὰ ἐντεθέντα — πέπειροι.] Hunc locum corruptum et qui non certo restitui posse videtur, descripsi quemadmodum in vulgata circumfertur, hisce exceptis: primum Περίνθῳ pro Κορίνθῳ reposui, monente Meinekio; vid. Littr. vol. VIII. p. XIX. seqq., tum uncis intercepi quae manifesto interpolata sunt; tandem πέπειροι, quod in vulgata ad principium loci sequentis refertur, huc traxi. — Iam vero excerpam varr. lectt., ut videamus, num quid inde proficere liceat. — Pro ἐς τὴν ῥῖνα libri plures ἐς τὴν τρίτην, aliis ἢν pone τρίτην omittentibus, aliis addentibus. Calvus utrumque et τρίτην et ῥῖνα legisse videtur; certe utramque lect. expressit, forte e mss. diversis. In cod. C., ubi ἢν omissum est, πυρεταίνωσι legitur, quod iterum manifesto correctionem refert libri descriptoris. Pro ἢν μέν, quod plures codd. ferunt, et Kühnius habet, vulgata ἤ, Lind. εἰ legit. Dein μήτε πυρετός cod. C. Idem cod. τῶν ἐν Κορίνθῳ pro τῷ ἐν τῷ K. vulgatae; sed posterius illud τῷ, vulgata licet ferente, in plerisque codd. abest. — Littréus ex εὐνουχοειδεῖ effecit εὐνούχῳ· εἰ δεῖ. Integram vero Littréi adn. de seqq. describam: „τῷ (τό I.) Κελεύρεος (κελευραῖος I. σκελέβρεος C.) ἦν, πέπειροι (πέπειρι F. I., πέπερι C.) αἱ ἐπὶ κ. τ. λ. vulg. — Le passage parallèle Ep. VI. 6. 13. montre qu'il faut lire πέπερι (donné par trois mss.) au lieu de πέπειροι. Une fois averti on s'apperçoit combien πέπειροι est inutile dans la phrase, où vulg. le met. Quant à σκαλεύειν, l'etrangeté du nom propre Κελευρέος, la variante remarquable de C., et surtout le verbe προσεσκαλεύθη dans le passage parallèle Ep. VI., assurent, ce me semble, ma correction." Itaque scripsit: τὸ δὲ παχὺ τῷ ἐν Κορίνθῳ εὐνούχῳ· εἰ δεῖ τὸ σκαλεύειν· πέπερι. — Videamus iam de singulis! — Quod principio legitur τὰ ἐντεθέντα ἐς τὴν ῥῖνα extra omnem structurae nexum cum ceteris ponitur: poterit haberi inscriptio fortasse. — In seqq. ἢν πυρετήνωσι — [ἴσως πυρώδεα] plura vitia animadverto: duo sunt membra sibi opposita et in quibus singulis aliquid deficit; posterius puto sic se habuisse: ἢν δὲ μήτε ἡ ὀδύνη, μήτε ὁ πυρετὸς μεθῇ, λεπτὰ καὶ δακνώδεα; — nam ἴσως πυρώδεα manifesto librarii est, vocabulum evanidum in antiquo cod. legere nequeuntis et de suo ex initio § sequentis πυρώδεα supplentis; iam vero λεπτὰ καὶ δακνώδεα frequens de his fluxionibus apud hos veteres. — Redeo ad prius membrum, in quo propter necessariam antithesin iam requiro ἢν ἧσσον πυρετήνωσι, ἢν μὴ πυρετήνωσι, forte ἢν μὴ πυρεταίνωσι ex initio § seq. Itaque eiusmodi quid hic latere puto ἢν μὴ πυρεταίνωσι, κἢν μὲν λυθῇ ἡ ὀδύνη, παχέα κατὰ τὸν μυκτῆρα ῥεῖ· ἢν δὲ μήτε ἡ ὀδύνη, μήτε ὁ πυρετὸς μεθῇ, λεπτὰ καὶ δακνώδεα. Quod ad postrema, consentio cum Littréo τὸ δὲ παχὺ τῷ ἐν Περίνθῳ εὐνούχῳ legente, sed de postremis nihil affirmare audeo. Credo quidem πέπερι veram scripturam esse; probabile aliquantum mihi videtur in κελεύρεος latere aliquid quod ad verbum σκαλεύειν pertineat; sed non audeo affirmare infinitivum esse, neque audeo affirmare εὐνουχοειδεῖ re vera esse εὐνούχῳ· εἰ δεῖ. Nempe ἤδη in eo latere possit. Quodsi iam in κελεύρεος ην cum Littréo sumamus latere σκαλεύειν, restant syllabae ρεος, e quibus possis ῥῖνα efficere, τῷ non est nisi repetitio superioris. Sed πέπερι per se non constitisse credo, sed notatam fuisse utendi methodum. — Quodsi iam exempla demas, habebis fere:

τὰ ἐντεθέντα ἐς τὴν ῥῖνα.

... ἢν μὴ πυρεταίνωσι, κἢν μὲν λυθῇ ἡ ὀδύνη, παχέα κατὰ τὸν μυκτῆρα ῥεῖ· ἢν δὲ μήτε ὁ πυρετὸς μεθῇ, μήτε ἡ ὀδύνη, λεπτὰ καὶ δακνώδεα· καὶ ἤδη σκαλεύειν ῥῖνα, ἢ πέπερι ἐντιθέναι.

Sed sunt haec incerta et principium sane cum aliis cohaeserit hodie deperditis. Tota autem § ad interpolata inter historias morborum pertinet.

41. εἰ κρινοῦσι.] Futurum hic de meo dedi, quum requiri videretur; cett. κρίνουσι praesenti tempore.

ἢν πυρετώδεες ἐόντες μὴ πυρεταίνωσι καὶ δύσφοροι ἐόντες εὐφόρως φέρωσι.] Vulgo editur pro hisce ἢν πυρώδεα ἐόντα μὴ πυρεταίνωσι καὶ δύσφορα ἐόντα εὐφόρως φέρωσι. — Quae vero sunt, quaeso, ista πυρώδεα ἐόντα et δύσφορα? Interpretes de ipsis abscessibus acceperunt, licet ἀποστάσιες, nomen femininum, antecedat. Me iudice hic idem contigit, quod in Prorrh. I. et Coacis sexcenties factum est; librarii intulerunt neutrum plurale pro masculino, quod igitur restitui. E cod. V. πυρετώδεες dedi. Sentio quidem, minus accuratam esse omnem huius loci principii orationem, — minimum, si rem ad amussim exigas, requiri ἢν — μηκέτι πυρεταίνωσι et ἤδη εὐφόρως φέρωσι; sed talia non nimis urgenda in oratione huiusmodi horum librorum partium.

Λεάνδρῳ.] Cett. Λεαμβίῳ, Λεαβίῳ, quod nomen Graecum non esse iam Meinekius monuit, qui Λεάνδριος forte nomen debitum esse credit; malui pervulgare nomen exhibere; isti ῑ in Λεαμβίῳ non multum fidei tribuo, s. potius e male pronunciato p̄ ortum esse puto.

©BIUM

ναι ἐν δυσεντερίῃ [1] ὁμοίως καὶ ἕδρη [2] ἐφηλκώθη ἀπυρέτῳ ἐπ' ἀριστερά. Ὁ [3] ἀπὸ ..... μετεωριζόμενος ἐπῆρτο καὶ [4] ὑπήλγει τὸν κενεῶνα· τούτῳ γάλα πλεῖον καὶ ἀκρητέστερον πιόντι καὶ ἐπικοιμηθέντι αὐτίκα ναυσίη καὶ θέρμη ἐγένετο. [5] ἔπειτα .... πιόντι καὶ ἀντὶ σιτίων [6] ἐσχαρόπεπτα κρίμνα ἀποφαγόντι ξυνέστη ἡ γαστὴρ καὶ πυῶδές τι ἐπιδιῆγε· ἕδρης δὲ ἐπιφλεγμηνάσης ἀπύρετος καὶ ἀνώδυνος [7] ἦν.

μβ'. Ὁ ἐν τοῖσι λιθίνοισι προπύλοισι πρέσβυς ὀσφὺν ἤλγησε καὶ σκέλεα ἄμφω· καὶ [8] ἡ ὀδύνη κατέβαινε ἐπὶ μηροὺς καί ποτε κνήμας καί ποτε γούνατα. Ἐγχρονιζούσης μάλιστα πολλαὶ [9] παλινδρομίαι ἐγένοντο· οἴδημα ἐν ποσὶ, ὀσφύϊ, κνήμῃ· βραχὺ βουβῶνες· [10] γαστὴρ σκληρὴ ἡ πᾶσα καὶ ὀδυνώδης τὰ πλεῖστα καὶ ἔντασιν ἥτρου εὑρέθη ἔχων καὶ κύστιν σκληρὴν καὶ ὀδυνώδεα· καὶ βλαστήματα καὶ θέρμαι. [11] Καὶ μετὰ ταῦτα

ceratum esse intestinum existimaretur in difficultate intestinorum medicamenti ope purgato, sedes pariter citra febrem exulcerabatur. Qui erat e ..... ventre in tumorem sublato ex laterum inanitate aliquantum doluit. Huic post multum lactis et meracioris vini potum, cum superdormivisset, statim nausea et calor accessit. Dein quum ..... bibisset et prunis coctam farinam pro cibariis comedisset, substitit alvus et purulentum quid insuper transmisit. At sede inflammata, febris omnino expers et doloris fuit.

42. Senem, qui in lapideis vestibulis degebat, lumborum dolor cepit et utriusque cruris et ad femora interdum et quandoque genua descendit. Dolore diutissime perseverante multae recursationes fiebant. Tumor fuit pedum, lumborum, tibiae; inguinum tumores parvi. Venter totus durus et plerumque dolens et imi ventris tensionem, et vesicam duram et dolentem habere deprehensus est et progermina quaedam et dolores aderant. Ac dein ad aurem dolor fuit,

[1] ὦμος. — [2] ἀφηκώθη. — [3] ἀπὸ τῶν φυσέων μετ. — [4] ἐπήλγει. — [5] ἔπειτα ἐπόντι (sic). — [6] ἐσχαροπέπων. — [7] ἦν ἱκανῶς τοῦτο λέγω — [8] θάτερον pro ἡ ὀδ. — [9] παλινδρομαί. — [10] γ. σκλ. καὶ ἔντασις ἥτρου ἡ πᾶσα καὶ ὀδ. — [7] καὶ μετὰ — ἐπυρέτηνε in V. legitur pone ὄψθρα ϛ seq.

ἀπυρέτῳ ἐπ' ἀριστερά.] Ceteri ἀπυρέτου et ἐν ἀριστερᾷ, sed ἐν ἀριστερᾷ auctor non dedit, natum est ex ἐπ' ἀριστερά: ἀπυρέτῳ autem scribendum erat, ut cum τῷ Λεάνδρῳ casu conveniret.

ὁ ἀπὸ ..... μετεωριζόμενος ἐπῆρτο καὶ ὑπήλγει τὸν κενεῶνα.] Edi solet ὁ ἀπὸ τῶν φυσέων μετεωριζόμενος et ὑπήλγει ἐν κενεῶνι. Postremum hoc recentiorum est librariorum, quemadmodum supra ἐν ἀριστερᾷ; itaque de meo solum accusativum dedi. — Sed neque auctor dedit ὁ ἀπὸ τῶν φυσέων μετεωριζόμενος ἐπῆρτο: haec dictio inepta est, sed facile intelligis eius ortum, modo ad personarum significationes in his libris attendas. § 20. ὁ ἀπὸ τοῦ κηραμείου: sic hic ὁ ἀπό .... pertinet ad loci aut personae significationem, ubi aut apud quem aeger habitaverit, aut decubuerit; nomen vero illud periit, aut evanidum factum est, tum librarius explevit τῶν φυσέων, quod cum μετεωριζόμενος apte coniungi putabat; sed, uti dicere coeperam, ἀπὸ φυσέων μετεωρίζεσθαι non est nauci, pro ἐμπνευματοῦσθαι, ἐμφυσᾶσθαι, — contra μετεωριζόμενος ἐπῆρτο dici potuit. Hac de causa lacunam notavi.

ἔπειτα .... πιόντι καὶ ἀντὶ σιτίων ἐσχαρόπεπτα κρίμνα ἀποφαγόντι ξυνέστη ἡ γαστήρ.] Vulgo sine lacuna notata pro πιόντι, quod de meo dedi, ἀπτῶντι, unus cod. Par. ἀπτῶντι; Voss. ἀπόντι. Lind. ἀπέχοντο, Littr. ὀπτῶντι. — Lindani lectio coniectura esse videtur, Littréi lectionem coniecturam esse novimus. — Lindani lectio sano sensu caret: Littréi emendatio lenis sane, sed constare tamen non potest: primum enim cur fieret mentio ὀπτήσεως, quum e voce ἐσχαροπέπτων sponte pateat factam esse; sed praeterea praesens non congruit, sed certe ὀπτήσαντι dedisset auctor. — Me iudice vocabulum excidit sive ante sive pone corruptam vocem, quae nata est ex ᾱ finali superioris ἔπειτα et πιόντι; quid vero biberit in lacuna periit, quae orta est sive ante, sive una cum corruptione illa. Loci sensus et nexus rerum me ad emendationem eam invitarunt et facilis est lapsus ab ΕΠΕΙΤΑΠΙΟΝΤΙ ad ΕΠΕΙΤΑΠΤΟΝΤΙ. Iam vero porro legi solet ἐσχαροπέπων κρίμνων, sed cod. C. ἐσχαροπέπτων, quod unice verum et unde alterum natum est; sed genitivus ἐσχαροπέπτων κρίμνων ortus est ex antecedente σιτίων ab ἀντί pendente; itaque accusativum, quem ἀποφαγόντι sibi requirit, revocavi. Quare Littréus ξυνεστάκη requirat pro ξυνέστη, perspicere neutiquam valeo.

ἀπύρετος καὶ ἀνώδυνος ἦν.] Pone ἦν ceteri legunt ἱκανῶς τοῦτο λέγω; quod additamentum est inopportune iocosi librarii, e quo taedium eiusmodi insulsos iocos extorsit.

42. καὶ ἡ ὀδύνη κατέβαινε ἐπὶ μηροὺς κ. τ. λ.] Ceteri καὶ θάτερον κατέβαινε ἐ. μ. —, quod absurdum. Forte dittographia fuit σκέλεα ἄμφω et σκέλος θάτερον. Sed si θάτερον eximas, apparet, κατέβαινε non habere sibi subiectum, quod fuerit ἡ ὀδύνη, nam huic respondet ἐγχρονιζούσης in periodo sequente.

ἐγένοντο.] Id dedi cum Lind. et Kühn.; codd. plusq. perf. ἐγεγένηντο, quod auctor tamen neque hic dedit, neque infra in ultima periodo, ubi ἤλγησε codd., sed item de meo ἤλγησε scripsi.

γαστὴρ — ἥτρου εὑρέθη ἔχων κ. τ. λ.] Cett. γαστὴρ σκληρὴ καὶ ἔντασις ἥτρου ἡ πᾶσα καὶ ὀδυνώδης τὰ πλεῖστα εὑρέθη ἔχων κ. τ. λ. In his τὰ πλεῖστα alii ad ὀδυνώδης, alii ad seqq. referunt; sed ordo verborum est turbatus; quid enim καὶ ἔντασις ἥτρου ἡ πᾶσα? Itaque pristinam consecutionem vocabulorum restitui et καὶ ἔντασιν pro nominativo scripsi, quia ista ἥτρου ἔντασις cum vesicae inflammatione arctissime cohaeret.

καὶ μετὰ ταῦτα — ἐπυρέτηνε.] Vulgo haec verba pone

ἤλγησε [1] παρ' οὗς· οὐκ ἀποπυοῦν ἐμωλύνθη· καὶ τότε εὐθὺς ἐπυρέτηνε.

μγ'. [Ὅτι τοῖσι ὄμμασι, τοῖσι οὔασι, τῇσι ῥισὶ, τῇ χειρὶ αἱ κρίσιες καὶ τἆλλα οἷσι γιγνώσκομεν. Ὁ ἀσθενέων, [2] ὁ δρῶν, ἢ θιγὼν, ἢ ὀσφρανθεὶς, ἢ γευσάμενος, τὰ δ' ἄλλα γνούς· τρίχες, χροιὴ, [3] δέρμα, φλέβες, νεῦρα, μύες, σάρκες, ὀστέα, μυελὸς, ἐγκέφαλος καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ αἵματος, σπλάγχνα, κοιλίη, χολὴ, οἱ ἄλλοι χυμοὶ, ἄρθρα, σφυγμοὶ, τρόμοι, σπασμοὶ, λύγγες, [4] πνεῦμα, ἄφοδοι.]

μδ'. [Τοῖσι ἐμπύοισι τὰ ὄμματα καὶ ἐκρηγνύμενα μεγάλα ἕλκεα γίγνεται καὶ ταμνόμενα βαθέα, ἀμφοτέρως αἱ ὄψιες [5] ἑλκοῦνται.]

με'. [6] Ὁ ἀπ' Ἀμφιλόχου κώμης Ἀριστέης τετάρτῃ παρέκρουσε· [7] κατὰ κοιλίην ὑπόχλωρα διήει καὶ ὕπνοι [8] οὐχ ὑγιέες. [9] ἀρχό-

44. *Locus integer non est.*

45. Aristeas ex vico Amphilochi quarto die deliravit, per alvum aliquantum ex virore pallescentia prodierunt, nec somni erant sani. Quum

[1] παρ' οὗς ταὐτὸν σύστρεμμα ἀδένος οὐκ ἐπιψαύοντος ὥστε κ. τ. λ. — [2] ἢ ἰδρῶν (sic) — ἢ θίγων (sic). — [3] δέρματα. — [4] ἀμφὶ πν. ἄφοδοι οἷσι γιγνώσκομεν. — [5] sic etiam V. — [6] ἡ. — [7] κοιλίη sine κατά. — [8] οὐχ abest. — [9] λευκοχρόων ἀρχομένων οἷον ὑποτρομώδες.

ἄρθρα in § seq. inseruntur; retraxit inde Littréus et huc retulit, quod rectissime eum fecisse omnes concedemus. Ceterum haec est vulgata eorum lectio: καὶ μετὰ ταῦτα ἤλγήκει παρ' οὗς ταὐτὸν σύστρεμμα, ἀδένος οὐκ ἐπιψαύοντος, ὀστέον οὐκ ἀποπυοῦν καὶ τοῦτο ἐμωλύνθη. Circa quam lectionem plura observanda veniunt: primum ἤλγήκει incongruum est et ex ἤλγησε natum, qua de re supra iam monui. Tum vero vitiosum ἤλγησε παρ' οὗς ταὐτὸν σύστρεμμα; itemque absurdum ὀστέον οὐκ ἀποπυοῦν, sed facile apparet ὀστέον natum esse ex ὥστε. Iam vero ταὐτὸν σύστρεμμα, ἀδένος οὐκ ἐπιψαύοντος ὥστε est scholion, quo quis auctoris verba, qualia descripsi, interpretatus est: per ταὐτὸν σύστρεμμα voluit indicare idem, quod in causa fuit ceterorum signorum supra enumeratorum; verbis vero ἀδένος οὐκ ἐπιψαύοντος causam indicare voluit, cur tumor sine suppuratione ἐμωλύνθη, interpretationem illam sive ipse, sive alius cum vicinis conglutinare studuit ὥστε adponendo, sed in hac ipsa connexione falsus est, quia certe μή requireretur. Exemi igitur turpem interpolationem et cum eo cohaerens καὶ τοῦτο; sic demum scriptoris verba ab admixtis pura legemus. Miror tamen postremum ἐπυρέτηνε; dixeris paene, auctorem potius ἀπύρετος ἦν eo loco daturum fuisse.

43. ὅτι τοῖσι κ. τ. λ.] In hisce δέρματα in δέρμα mutavi, quum plur. num. nominum sequentium in causa sit, cur hic δέρματα a librariis sit scriptum. — Porro in loci fine ἀμφὶ ante πνεῦμα delevi, quum solis librariis debeatur et forte e seq. ἄφοδοι natum sit, forte alio nescio quo modo illatum; abundare certissimum est. Vocabula pone ἄφοδοι obvia in vulgata οἷσι γιγνώσκομεν item omisi, quippe e superioribus initio § otiose repetita. — Locum hunc cohaerere cum iis, quae principio libri κατ' ἰητρεῖον habentur, certo constat. Eum inter morborum descriptiones esse interpolatum, neque cum iis ab eodem auctore profectum, neminem admonitum negaturum esse confido. — Qui haec perlustraverit, statim videbit, sanum sensum his non inesse, neque interpretari quemquam posse; ego certe in quisquiliis et nugis eiusmodi rimandis bonas horas non teram.

44. τοῖσι ἐμπύοισι — ἑλκοῦνται.] In fine vulgo ἑλκοῦντο, sed id, quod cum Littréo exhibui in codd. tribus Parr. et V. reperitur, et dudum a Lindano datum est. Lectio tamen loci manifesto corrupta est, neque sensum aptum refert. Primum quomodo ἐκρηγνύμενα grammatice cum vicinis cohaereat, non apparet; idemque de ταμνόμενα affirmandum est. Quid sibi velit ἀμφοτέρως αἱ ὄψιες ἑλκοῦνται non intelligo. Puto autem locum universum ad hunc fere modum fuisse descriptum:

Οἷσι ἔμπυα τὰ ὄμματα, ἐκρηγνυμένων [ἢ ταμνομένων] μεγάλα ἕλκεα γίγνεται καὶ βαθέα· τὰ πλεῖστα δ' ἀμφότερα αἱ ὄψιες ἑλκοῦνται.

Prioris partis emendationem satis certam existimo; prorsus incertam postremae, τὰ πλεῖστα — ἑλκοῦνται.

45. κατὰ κοιλίην ὑπόχλωρα διήει καὶ ὕπνοι οὐχ ὑγιέες.] Antequam de hisce aliquid dicam, idem moneo, quod Littréus recte vidit, nos in hac § duas habere historias morborum, quae secum invicem a scriptore comparantur. Vulgatae lectioni si fidem adhibeas, ordo, quo res proponuntur, miram perturbationem indicat: incipit agere auctor de uno Aristea et antequam alterius nomen significavit, iam de utroque simul loquitur. At ita nemo quisquam unquam fecit! Praeterea interpolationis vestigia manifesta obfert oratio; itaque dubium non est, quin dictio inepta debeatur librariis, non ipsi auctori. — Haec moneo, ut ostendam, me non pro lubito hic textum mutasse, sed re vera vi coactum. — Ad verba descripta iam redeo: de meo κατὰ κοιλίην dedi pro nudo κοιλίη, quod non ferendum; si putas, leniorem esse mutationem κοιλίῃ scribere, per me licebit, modo ne διΐέναι, uti in vulgata, aut διῇσι transitivum facias. Littréus ex uno cod. I. edidit ὕπνοι οὐχ ὑγιέες, quod mihi item faciendum vi-

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 685 sur 880

©BIUM

μενος ὑποτρομώδης καὶ δακτύλους καὶ χείλεα [1] καὶ τἆλλα διαλεγόμενος προπετέως· ἔρευθος ἐπὶ προσώπου [2] μάλιστα ἐκ θωρήξιος χρηστῶς ἐμέσαντι. [3] Τῷ δὲ κατὰ Μηδοσάδεω λεπτὰ, ἄχολα, ὑδατώδεα, πολλὰ διεχώρει· ὑποχόνδριον [4] ὕπεικον, κυρτόν· κωματώδης [5] ἐγένετο· πρὸς κρίσιν μάλιστα ἰόντι ῥῖγος ἄτρομον, διάλυσις, πάρεσις, [6] ξύμπτωσις· παραφερόμενος ἐξ ὕπνου οὐκ ἐξεμάνη· ἐκρίθη περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην· οὐδὲν τῶν κρινόντων ἐναντίον. [7] Ὁμοίως ὁ ἕτερος· ἐν ἀρχῇσι ὑπόγλισχρα [8] διαχωρήματα ὑπόχολα ἀγρύπνῳ· μετὰ ταῦτα [9] πέπονα, χολώδεα, μὴ [10] λεπτά· ὑποχόνδριον ἐντεταμέ-

aegrotare inciperet, paulum tremuere digiti et labra, ceterumque loquebatur velociter; rubebat facies praecipue, quum post largam vini potionem debito modo vomuisset. Qui autem apud Medosadae aedes habitabat, illi tenuia, bile non permista, aquosa, multa pertransibant; praecordium cedens et tumidum erat; soporosus factus est. Quum ad crisin prope accederet, rigor illi accidit sine tremore, virium prostratio, membrorum resolutio, collapsus; e somno delirans in furorem non incidit; iudicatus est circa quartum decimum diem, neque quidquam eorum, quae decernere solent, obstitit. Eodem modo alter circa initia nonnihil glutinosa alvi recre-

[1] διαλεγόμενοι καὶ τἆλλα καὶ ταχυγλωσσότεροι πρ. — [2] μ. τούτοισιν ἦν οὗτοι ἰθώριξαν ἢ ἐμέτου χρ. ἐμέσαντες. — [3] ὦδεον. ὁ δὲ κατὰ Μ. ὦ λ. [4] ὑπακοῦον καὶ κ. — [5] ἐγένετο περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην. — [6] σύμπτωσις τὰ τῶν ἀπιόντων κωματώδης παραφ. — [7] ὁμοίως. — [8] διαχ. ἢ εἶα ταχυχρήσιμον. — [9] ὑπόχολα; dein omm. plura. — [10] λεπτά. ἐπὴν δὲ ἄρξηται συνίστασθαι ταχεῖαι αἱ κρήσιες.

sum est. — Ceterum pone ὑγιέες inseritur in vulg. λευκόχροος, in aliis libris λευκόχρως, quod h. l. abundat et e fine hist. morbi huc translatum videbatur, quapropter omisi.

ἀρχόμενος ὑποτρομώδης καὶ δακτύλους και χείλεα καὶ τἆλλα διαλεγόμενος προπετέως.] Cett. ἀρχόμενον (Littr. ἀρχομένων) οἷον ὑποτρομῶδες, καὶ δάκτυλοι καὶ χείλεα (sed δακτύλους in codd. C. H. legit Littr.) διαλεγόμενοι καὶ τἆλλα καὶ ταχυγλωσσότεροι προπετέως. — Textum huc usque optimum praebuit Littr. scribens: ἀρχομένων οἷον ὑποτρομώδεες καὶ δακτύλους καὶ χείλεα διαλεγόμενοι καὶ τἆλλα ταχυγλωσσότεροι προπετέως, — sed insunt plura vitia: primum glossa inest, tum ordinis verborum perturbatio, tandem singulari numero describenda sunt, quum ad unum Aristean spectent. — Glossa est ταχυγλωσσότεροι, qua exponitur διαλεγόμενοι προπετέως; ordinis perturbatio est in διαλεγόμενοι καὶ τἆλλα, quae inverso sunt describenda. — Illud οἷον cohaeret cum numerorum et casuum confusione in hisce: ἀρχομένων natum e dativo ἀρχομένῳ, quum consequebantur verba: ὑποτρομώδεες δάκτυλοι et inde plura nomina pluraliter describi coepta sunt, quae sing. numero describere oportet, quum, nisi facias, ad ineptum illum rerum ordinem devenias, de quo iam in superiore notula dixi. Ipsum οι autem illud οἷον e diversis terminationibus participii ἀρχομενῳ ortum duxit.

ἔρευθος ἐπὶ προσώπου μάλιστα ἐκ θωρήξιος χρηστῶς ἐμέσαντι.] Describam vulgatam horum lect.: ἔρευθος ἐπὶ προσώπου μάλιστα τούτοισι ἦν. Οὗτοι ἐκ θωρήξιος ἢ ἐμέτου χρηστῶς ἐμέσαντες ὦδεον. Hic rursus locum habemus interpolatis refertum: illud τούτοισι ἦν οὗτοι interpositum est, quum numeri nominum ad solum Aristeam spectantium singulariter describi coepti essent; ἢ ἐμέτου ineptum glossema videtur ad θωρήξιος adscriptum, certe ita ineptum est, ut abiiciendum sit. Quod ad ὦδεον natum est e seq. τῷ δέ, omissa litera prima, forte ut maiuscula adpingeretur.

ὑποχόνδριον ὕπεικον καὶ κυρτόν.] Pro ὕπεικον libri omnes ὑπακοῦον, quod quid sibi velit, nescis; verum in Progn. legimus: τὰ δὲ μαλθακὰ τῶν οἰδημάτων καὶ τῷ δακτύλῳ ὑπείκοντα; hinc persanabimus illud ὑπακοῦον, quod ex ὕπεικον confusis diphthongo ει et litera α natum est.

πρὸς κρίσιν μάλιστα ἰόντι — τῶν κρινόντων ἐναντίον.] In vulg. ante πρὸς κρίσιν infertur περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην, quod ad antecedens κωματώδης ἐγένετο referunt. Sed temporis definitio haec sumta est e paulo inferius obviis ἐκρίθη περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην et a lectore aliquo et interpolatore huc illata et ad verba πρὸς κρίσιν ἰόντι adscripta, in quibus ipsis vulgo ἐόντι scribitur, sed meliorem lect. Littréus e libris dedit. Legitur paulo post in vulg.: ῥῖγος ἄτρομον, διάλυσις, πάρεσις, σύμπτωσις· τὰ τῶν ἀπιόντων. Quid sibi vult. τὰ τῶν ἀπιόντων? Ad διάλυσις, πάρεσις, σύμπτωσις in marg. aliquis adposuit τὰ τῶν ἀπιόντων, i. e. τὰ σημεῖα τῶν ἀποθανουμένων. Itaque eximemus foedum emblema. Pone ἀπιόντων in vulg. sequitur κωματώδης, quod omisi, quum paulo ante κωματώδης ἐγένετο legatur. Sed forte indicio est ordinis perturbationis et interpolationis, ita ut olim scriptum fuerit: ὑποχόνδριον ὕπεικον. κυρτόν· κωματώδης· παραφερόμενος ἐξ ὕπνου οὐκ ἐξεμάνη· πρὸς κρίσιν μάλιστα ἰόντι ῥῖγος ἄτρομον. διάλυσις, πάρεσις, ξύμπτωσις· ἐκρίθη περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην κ. τ. λ. — Quod interpolatum forte esse dixi, de ἐγένετο monui.

ἐν ἀρχῇσι ὑπόγλισχρα διαχωρήματα ὑπόχολα ἀγρύπνῳ.] In his pone διαχωρήματα sequebatur ἐξ οἵων τὸ παχὺ, κρίσιμον, quod interpolatoris est significantis talia διαχωρήματα, qualia descripsit auctor, consequi solere τὸ διαχώρημα παχὺ, ὃ κρίσιμόν ἐστι. — Itaque primum exemi interpolata, tum huc retuli ὑπόχολα, quod in vulg. ante πέπονα paulo inferius infertur; sed quum ibi mox χολώδεα dicantur alvi recrementa, patet vocabulum de sede sua aberrasse; ideoque ὑπόγλισχρα, quod ibi repetebatur pone μετὰ ταῦτα, delevi et hic contra servavi, quum de excretis nondum iudicium denunciantibus apte dicatur. Vulgata autem ferebat: ἐν ἀρχῇσι ὑπόγλισχρα διαχωρήματα, ἐξ οἵων τὸ παχὺ κρίσιμον, ἄγρυπνος· μετὰ ταῦτα ὑπόγλισχρα, ὑπόχολα, πέπονα, χολώδεα, μὴ λεπτά. Quod ad ἀγρύπνῳ attinet, id e libris pluribus Littréus duxit; vulgo ἄγρυπνος, alii libri ἄγρυπνα.

μὴ λεπτά.] Pone λεπτά legi solet: ἐπὴν δὲ ἄρξηται ξυνίστασθαι, ταχεῖαι αἱ κρίσιες, quae minime ad morbi enarrationem pertinent, et ab eodem interpolatore sunt adscripta, a quo supra ἐξ οἵων τὸ παχὺ κρίσιμον.

ὑποχόνδριον ἐντεταμένον ἐφάνη φλεδονώδεα τρόπον.] Illud φλεδονώδεα τρόπον ἐντεταμένον ὑποχ. accipio de prae-

νον ἐφάνη [1] φλεδονώδεα τρόπον περὶ ἔκτην· ἔπειτα ἐκοιμήθη ἑβδόμῃ, ἐκρίθη περὶ ἐνάτην. [2] Λευκόχροοι ἀμφότεροι.

[Διαχωρημάτων ὑδατωδῶν, [3] ἢν ἐς αἰθρίην [4] τεθῇ, πέλιον, ἄνωθεν λεπτὸν, κάρτα ἴκελον [5] ἰσάτιδι, κάτωθεν γίγνεται ὑπόστασιν ἔχον.

Οἷσι κατὰ τὰ δεξιὰ ὑπολάπαρος ἔντασις, φρενιτικοὶ, ἢν μὴ λύηται λήγοντος τοῦ πυρετοῦ· οἷσι δὲ ὑπὸ λαπαρότητος κοιλίης ἐν αὐτῷ τούτῳ οἷον περιλαμβανόμενον ἢ σκληρὸν [6] ὀδυνῶδες γίγνεται καὶ πάνυ κακόηθες οὐκ ἐθέλει διαχεῖσθαι· ἴσως ἐκ τῶν τοιούτων [7] ἐκπυΐσκονται.

Ἐν δὲ τοῖσι δεξιοῖσι αἱ ἐπάρσιες, ὅσαι μὲν ἐπὶ πουλὺ [8] μαλακαὶ καὶ μάλιστα πιέζοντι ἢν ὑποβορβορύζῃ, οὐ πάνυ τι κακοήθεες· [9] οἷα τῷ ἀπ' Ἀμφιλόχου καὶ [10] τῷ κατὰ Μηδοσάδεω. Οὗτοι κωματώδεες καὶ ἐν τοῖσι ὕπνοισι παραφερόμενοι.]

[At in dextris sublati tumores, qui magna quidem ex parte molles sunt, maximeque prementi si quid submurmurarit, non admodum maligni sunt. Quale quid ei accidit, qui ex Amphilochi vico erat, et ei, qui iuxta Medosadae aedes habitabat, qui sopore detinebantur et in somno delirabant.]

[1] φλεβωνώδεα — [2] λευκόχολοι οὐ πυρροί ἀ. — [3] ἢν om. — [4] τέθριπται λεῖον ἄνωθεν. — [5] ἰσατώδει. — [6] ἢ ὀδ. — [7] ἐμτ. — [8] καὶ μάλα. — [9] εἴνυτο τῷ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι ἀπ' ἀ. — [10] τό.

cordiis ita intentis, ut vulgo delirium afferre soleat illa contentio.

λευκόχροοι ἀμφότεροι.] Ceteri λευκόχροοι, οὐ πυρροὶ, ἀμφότεροι. — Quare auctor οὐ πυρρούς vocaret eos, postquam λευκοχρόους esse affirmaverat, non perspicio. Sed totum illud οὐ πυρροί ab interpolatore est, qui lib. II. sect. 5. 6. ista physiognomonica adscripsit, ubi τῶν πυρρῶν mentio facta. Ab eodem in illis superioribus glossa ταχυγλωσσότεροι est profecta, quippe idem vocabulum ibi itidem legimus.

διαχωρημάτων — ὑπόστασιν ἔχον.] In his id mihi sumsi, ut ἰσάτιδι pro ἰσατώδει ceterorum inferrem: nempe cum his conferre oportet ea, quae leguntur Ep. II. 3. 1., non procul ab initio §, cum adnotatis; tum cf. Prorrh. 156. et Coacam 578., ubi item ὑπόστασις ἰλυώδης ὑποπέλιος e materia per alvum excreta memoratur. — Verba ceterum, de quibus agimus, sanum sensum non referunt, uti quivis videt. Correctio mihi incerta videtur, sed puto eiusmodi quid scriptum fuisse: ἐκ διαχωρημάτων ὑδατωδῶν, ἢν ἐς αἰθρίην τεθῇ, γίγνεται ἄνωθεν τὸ λεπτὸν κάρτα, ἴκελον ἰσάτιδι, ἔχον τὸ κάτωθεν ὑφιστάμενον πέλιον.

Aut si malis ἔχον κάτωθεν ὑπόστασιν πελίην. — Sed incerta tamen haec esse, ultro profiteor.

οἷσι δὲ ὑπὸ λαπαρότητος — ἐκπυΐσκονται.] Haec verba corrupta sunt: non intelligo ὑπὸ λαπαρότητος κοιλίης; id unum fieri possit, ut sub mollitudine ventris intus profundiore loco durum quid sentiri significetur, neque hoc tamen placet; puto ἐν αὐτῷ τούτῳ esse debere ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ. Cf. § 31. initio, sed tamen huius nominis nulla ante facta erat mentio. Itaque ἐν αὐτῷ τούτῳ non habet quorsum referatur. Verba οὐκ ἐθέλει διαχεῖσθαι, de sede sua aberravisse videntur et ἴσως — ἐκπυΐσκονται recentioris lectoris est adnotatio. — Ut ad principium redeam, φρενιτικοί vocabulum est, quod eò non pertinet, puto ἔμπυοι datum fuisse, vel eiusmodi quid; itaque fere tale quid interpolatorem voluisse, quale quod infra verbis ἴσως — ἐκπυΐσκονται exprimitur, sed haec tamen num ad initium, ad φρενιτικοί adscripta fuerint, an eo loco, ubi iam in vulg. leguntur, non discerno. — Sententia huc fere redierit:

Οἷσι ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ κατὰ δεξιὰ ὑπολάπαρος ἔντασις, ἐκπυΐσκονται, ἢν μὴ λύηται λήγοντος τοῦ πυρετοῦ· οἷσι δὲ τὸ ἐν αὐτῷ τούτῳ περιλαμβανόμενον οὐκ ἐθέλει διαχεῖσθαι, ἀλλὰ σκληρὸν καὶ ὀδυνῶδες γίγνεται, πάνυ κακόηθες.

Verba ὑπὸ λαπαρότητος κοιλίης non recipio, quum quomodo cum ceteris cohaereant, non perspiciam et forte e superiore ὑπολάπαρος sint nata, quod mirum sane non esset in tanta loci corruptione et perturbatione.

ἐν δὲ τοῖσι δεξιοῖσι — παραφερόμενοι.] Ceteri in horum fine καταφερόμενοι, excepto Littréo, qui e Cornarii Latinis restituit; respiciuntur verba historiae morbi antecedentis παραφερόμενος ἐξ ὕπνου οὐκ ἐξεμάνη. Advertit in sequentibus καὶ μάλιστα πιέζοντι ἢν ὑποβορβορύζῃ; in quibus hoc modo scriptis ὑποβορβορύζῃ impersonaliter ponitur; modo ne ita sit ortum, ut librarius initio non ἐπάρσιες sed ἐπάρματα se scripsisse putans, ὑποβορβορύζῃ pro plurali ὑποβορβορύζωσι dederit.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 687 sur 880

©BIUM

μς'. [Αἱ καταστάσιες καὶ οἷα ἐν ἧσι μᾶλλον καὶ ἧσσον [2]γίγνεται ὧρῃσι, χώρῃσι· τὰς ἀκμὰς ὅτε τῶν νούσων καὶ πρὸς κρίσιν καὶ τὸ καθ' ἡμέρην καὶ τὸ πρωϊαίτερον καὶ ὀψιαίτερον, [3]τρίτῃ, τετάρτῃ περιόδῳ καὶ περιόδων ἐν ἧσι τὰ κρίνοντα, [4]οἷα τὰ ἐμεύμενα καὶ μή· αἱ ἀποστάσιες, ἧσι ὑποστροφαί· φλέβες κροτάφων καὶ ξυμπτώσιες καὶ χροιῶν μεταβολαὶ πρὸ τῶν κρισίων καὶ οἷσι μὴ κρίνεται καὶ οἱ ἀλυσμοὶ, περιτάσιες, χροιῶν μεταβολαὶ ἐκ τοῦ ἐρυθροῦ ἐς χλωρὸν, ἢν μὴ κρίνῃ· καὶ αἱ δέρματος περιτάσιες ἄνευ κρίσιος καὶ ξύμπτωσις ὄμματος, τοῦ σώματος [5]σκληρότης ξηρή.

Οἳ μὲν ἔκοντες δακρύουσι, οὐ κακόν· οἷσι δὲ ἀκουσίως παραρρεῖ, κακόν.

Οἷσι δ' ἐπὶ τῶν ὀδόντων περίγλισχρα γίγνεται, κακὸν ὑποχάσκειν.]

μζ'. [6]Ὃς ἐν τῇ κνήμῃ ἕλκος ἴσχε καὶ τῷ ἀττικῷ ἐχρήσατο, τούτῳ ἐξανθήματα ἐξαιρόμενα ἐρυθρὰ, μεγάλα [7]ἀντὶ τῆς βηχὸς τῆς [8]ὕστερον .....

μη'. Ἐν [9]Αἴνῳ ὅσοι φρικώδεες, τρωματίαι

46. [*Vocabula sine nexu idoneo descripta.*

Quibus quidem volentibus lacrimae emittuntur, nil mali portenditur, at quibus invitis effluunt, malum.

Quibus vero ad dentes lentor circumnascitur viscidus, iis os hiare malum est signum.]

47. Qui ulcus in tibia habuit et attico usus est, huic pustulae sublatae sunt, rubrae, magnae, tussis vice, quae ceteroquin postea vexabat.....

48. *Locus corruptus.*

[1] οἱ κ. καὶ οἱ ἐν ἧσι. — [2] γίνονται. — [3] γίνεται. — [4] οἰδοῦντα αἱμεύμενα. — [5] εὐσκληροτὴς ξηρός. — [6] τοῦτ' ἀντὶ τῆς β. — [7] ὕστερον οὐ γὰρ ἔβηξε τὸ δὲ πρότερον. — [8] αἰνῷ.

46. καὶ οἷα ἐν ἧσι.] Haec est lect. cod. C a Littréo recepta: καὶ οἷαι vulgo. Lind. de suo, uti videtur, οἷαι καὶ ἐν ἧσι.

γίγνεται.] Vulgo γίνονται. Cod. C illud praebuit.

οἷα τὰ ἐμεύμενα.] Lect. est cod. C a Littréo recepta. Vulgatam e V. enotavi.

περιτάσιες.] Lind. περὶ κρίσιας.

σκληρότης ξηρή.] Cod. C ἀσκλήρωτος καὶ ξηρός; latetne in illo εὐσκλήρωτος? Nimirum in V. εῦ ita est pictum, ut nisi diligenter mentem advertas, ᾱ legere tibi videaris. — Verum videamus iam de toto loco huc usque perlustrato. Pertinet autem ad plures alios in his libris, uti et in aliis spuriis obvios, qui non nisi congeriem nominum obferunt, et quae si quid significarint, fere primam scripti alicuius delineationem referre videntur. Propter hanc causam non interpretor illum, quippe debito modo sensum assequi non licet. Vitia pauca indicari posse existimo. Primum καὶ πρὸς κρίσιν miro modo iam infertur pone τῶν νούσων; suspicor πρὸς κρίσιν sine copula pone ὀψιαίτερον esse legendum. Tum in verbis καὶ οἱ ἀλυσμοὶ, περιτάσιες, χροιῶν μ. puto περιτάσιες otiose a librariis esse descriptum e verbis infra obviis αἱ δέρματος περιτάσιες. Possis defendere velle ita, ut accipias de praecordiorum, aut melius de ventris περιτάσι; sed hoc tamen mihi vere fieri posse non videtur. Fieri facile potest, ut alia etiam insuper sint σφάλματα, sed in loco eiusmodi pleraeque aliae coniecturae erunt incertae, itaque abstinere malo.

οἱ μὲν ἔκοντες κ. τ. λ.] Similia legebantur Ep. I. § 20. initio, ubi e contextu relegavi; leguntur item Ep. VI. s. 1. § 13. et VI. s. 8. § 8. cf. Aph. IV. 52.

οἷσι δ' ἐπὶ κ. τ. λ.] Cf. Aph. IV. 53.

47. καὶ τῷ ἀττικῷ ἐχρήσατο.] Quid hic τῷ ἀττικῷ? Foës. „Atticum, inquit, videtur esse emplastri nomen." Littréus: „peut-être faudroit-il lire comme Ep. VII. 118. τῷ σὺν κνήκῳ." — Non video in τῷ ἀττικῷ corruptelam latere, neque tantam esse puto inter hunc casum et Ep. VII. l. l. memoratos similitudinem, ut ad idem remediorum genus in utrisque usurpatum concludere liceat. Foësii sententia mihi maxime arridet.

ἐξανθήματα ἐξαιρόμενα ἐρυθρὰ, μεγάλα ἀντὶ τῆς βηχὸς τῆς ὕστερον.] Ceteri legunt τοῦτο ἀντὶ τῆς βηχὸς τῆς ὕστερον· οὐ γὰρ ἔβηξε. τὸ δὲ πρότερον. Lind. τόδε πρότερον parum recte. Vide supra § 36. βηξὶ τῇσι ὑστέρῃσι. — Locum verissime interpretatur Littréus ex Ep. VI. 7. 1. πάντα δὲ ταῦτα ἐπὶ τῇσι ὑποστροφῇσι ἐγένετο, ἐν ἀρχῇσι δὲ οὐ μάλα. Sunt nempe recidivae tussis epidemice grassatae, modo relegas totum illum locum. — Sed mihi in vulgata cum τοῦτο, tum οὐ γὰρ ἔβηξε, τὸ δὲ πρότερον i. e., uti rite vidit Littréus, τὸ δὲ πρότερον ἔβηξε interpolata videntur. Auctor solum dedit quod in textum recepi, atque ita plane et perspicue quid factum esset, significavit. Recens descriptor, quae luce clariora erant interpretatione illustrare volens, orationem deturpavit. — Tandem animadverte historiae morbi fragmentum esse, quapropter in fine lacunae signa posui.

48. Ἐν Αἴνῳ — πόδες ἐπῳδέον.] Excerpam primum varr.

κεφαλῆς, κακοήθεις καὶ [1] ἐμπυητικοὶ ἐκ τεινεσμοῦ, ὀδοιπόροισι ὀδύνη ποδῶν καὶ ἐν τῇσι ταραχῇσι οἱ κόποι· [2] οἷον ἡ Κλινία ἀπόσιτος, τηκομένη, πυῶδες, ἄλλοτε σμικρὸν αἱματῶδες· [3] πόδες ἐπῴδεον.

μβ'. Ἡ [4] Ἱστιαίου ὑδρωπιώδης [5] ἤδη ἐπὶ τρία ἔτεα, ἦρος ἀρχομένου ἔβησσε· [6] ὑπὸ πληϊάδα διεπύησε, ἐς χειμῶνα ἐξυδατώθη· κείνων δὲ φαρμακευθεῖσα ἐρρήϊσε .... ἀπέθανε ἡ παιδίσκη.

ν'. Τῶν βησσόντων οἱ μὲν τῇσι [7] χερσὶ ταλαιπωρέοντες, οἷον ὁ παῖς ὁ τὰ κλήματα στρέφων καὶ ὁ Ἀμύντεω παραλυθέντες αὐτὴν μοῦνον τὴν δεξιὴν ἀμφότεροι, [8] ἐπαύσαντο βήσσοντες ἐπεὶ ἔπαθον τοῦτο· οἱ δὲ ἢ ἵππευ-

49. Histiaei filia iam per annos tres aqua inter cutem laborans, sub veris initia tussi vexabatur; sub vergilias puris copiam intro collegit; sub hiemem aquosa facta est. Ab illis vero medicamentis repurgata melius habuit..... mortua est puella.

50. In tussientibus iis quidem, qui manibus laborabant, velut puero, qui sarmenta contorquebat, et Amyntae filio, ubi utrique solius dextrae resolutio contigisset, tussis cessabat, postquam id passi erant. Qui vero aut equi-

[1] ἐμπυητικός. — [2] ὧν ἡ λινία. — [3] πυῶδες. — [4] ἱππέου. — [5] ἢ καί. — [6] ἐπὶ πλέον δέ. — [7] χείρεσι. — [8] ἐπαύσαντο ἔπειτα ἔπαθον τοῦτο βήσσοντες.

lectt., dein de toto loco dicam: ὀδοιπόροισι, scripsit Littréus de suo pro vulg. ὀδοιπορήσει; recte, uti videtur. Lindanus hic dedit [ὅσοι] ἐμπυητικοὶ ἐκ τεινεσμοῦ [ἐν] ὀδοιπορήσει. In seqq. οἷον Litt. e cod. C., cett. ὧν; plures libri λινία, itaque quum Κλινία vix nomen foeminae possit esse, Meinekius coniecit Αἰνία; mihi mira hic videtur mulieris significatio, si Αἰνία dicatur, quum ἐν Αἴνῳ paulo ante ponatur. — Codd. lectio λινία parum mihi firmare videtur Meinekii coniecturam, quum prima litera nominis proprii facile omittatur, ut maiuscula postea adpingatur, quod dein negligitur. Itaque si Κλινία vitiosum sit, nolim e λινία remedium petere; sed quid dandum sit, ignoro, quapropter nihil certe muto. — Quod attinet ad οἷον, nihil est nisi correctio illius libri descriptoris pro vulg. ὧν, unde ὦν effecerunt. — Non sine iure tamen quaesiveris, an non ων sit fragmentum vocabuli alius, cuius reliquae literae perierint; ita ut lacunam notare debeas et nomine proprio novam periodum incipere, quae cum superioribus non coniuncta fuerit, sed per se constiterit. — Pro πόδες ἐποίδεον, quae Littréi correctio est sine dubio vera, vulgo πυῶδες ἐποιδέον. Lind. parum recte: πυῶδες ἄλλοτε σμικρὸν αἱματῶδες [ἄλλοτε] πυῶδες ἐποίδεον. — Iam vero locum me non intelligere fateor: τρωματίας κεφαλῆς num dicatur pro τρῶμα ἔχων ἐν τῇ κεφαλῇ, dubito, sive potius non credo: sed praeterea nemo negabit, miro modo hoc capite vulneratorum mentionem fieri. Equidem puto in τρωματίας latere τρομώδεες et κεφαλῆς fragmentum esse dictionis, qualis v. c. κεφαλὴν ὀδυνώδεες, vel eiusmodi quid. Mirum item est ἐμπυητικοὶ ἐκ τεινεσμοῦ; sed licet vitiosum videatur, medelam video nullam. Ferrem forte ἐμπυητικοὶ ἐκ δυσεντερίης; sed vulgata integra esse non potest, nî fallor. Quis porro sit nexus inter ὀδοιπόροισι ὀδύνη ποδῶν et καὶ ἐν τῇσι ταραχῇσι οἱ κόποι, non apparet; — possis quaedam fingere, ut quivis ubivis poterit; sed aptus nexus hic non est, nec quae ταραχαί sint, quas spectet scriptor, apparet. De οἷον ἡ Κλινία supra iam dixi. In πυῶδες — αἱματῶδες sententia claudicat, exspectas τηκομένη ἔπτυε πυῶδες ἄλλοτε, ἄλλοτε αἱματῶδες· πόδες ἐποίδεον ..... Nempe in fine lacunam notandam censeo, quum historia morbi non absolvatur, sed abrupta sit. — Littréus ad h. l. citat Ep. II. 4. 3. et VI. 4. 11., qui idem locus est, sed neuter horum cum nostro cohaerere mihi videtur. Citat Ep. VI. 1. 9., ubi vide. — Et Ep. VII. 82., ubi καὶ οἵσι φρῖκαι ἐπιγίγνονται, οὗτοι ἔστι ὅτε κακοήθεις γίγνονται, καὶ ἐς ὀξέα ὑοσήματα καθίστανται.

49. ἡ Ἱστιαίου.] Bonam hanc lect. Littr. e cod. C recepit pro vulgato Ἱππέου, aliorem codd. lectio ἱσπέου item ad cod. C lect. ducit. — Idem liber mox ἤδη καί pro vulgato ἢ καί; illud recepit Littr., equidem ἤδη amplector, καί repudio; abundat.

ὑπὸ πληϊάδα.] Ita egregie emendavit codd. lect. ἐπὶ πλέον δέ Coraës ad lib. de aëre, aq., locis vol. II. p. 198. Littréus item recepit.

ἐς χειμῶνα ἐξυδατώθη.] Advertit hoc, quum principio ὑδρωπιώδης ἤδη ἐπὶ τρία ἔτεα dicatur; postea demum ἦρος ἀρχομένου ἔβησσε, uti videtur, — sed quid iam ἐξυδατώθη de ea, quae iam tres annos hydropica erat? Sitne intelligendum de vehementi hydropis incremento? An vero narrantur verbis ἦρος ἀρχομένου — ἐξυδατώθη ea, quae contigerant antequam tres annos aqua inter cutem laboravit; ita ut ἡ βήξ totius morbi principium fuerit. Vix scio utrum spectetur.

..... ἀπέθανε ἡ παιδίσκη.] Lacunae signa de meo noto; si ἡ παιδίσκη re vera ἡ Ἱστιαίου est, certe temporis, quo mortua sit, significatio deest; desunt autem, ut puto, plura, quae ad morbi exitum pertinuerint. Auctor profecto non scripsit uno tenore φαρμακευθεῖσα ἐρρήϊσε, ἀπέθανε ἡ παιδίσκη. Sed ne certo quidem demonstrari potest, ἀπέθανε ἡ παιδίσκη non esse fragmentum alterius morbi historiae. Quum tamen probabilius videatur unam eandemque personam hic spectari, nolui παιδίσκη interpretari *ancilla* cum Foësio, Cornario.

50. αὐτὴν μοῦνον τὴν δεξιήν.] Cod. C hic μούνην, quod tamen non praestare videtur.

ἐπαύσαντο βήσσοντες ἐπεὶ ἔπαθον τοῦτο.] Libri omnes cum mss. tum editi: ἐπαύσαντο, ἔπειτα ἔπαθον τοῦτο βήσσοντες. Unusquisque semel admonitus videbit ordinem verborum esse turbatum, nam proxime cohaerent ἐπαύσαντο βήσσοντες, quod si restituatur, ἔπειτα in ἐπεί mutandum est; cogitavi de ἐπεί τοι, sed puto simplex ἐπεί praestare.

οἱ δὲ ἢ ἵππευσαν, ἢ ὠδοιπόρησαν, ἐς ὀσφὺν, ἐς μηρόν.] Haec integra esse non credo; Latina Foësii servavi, sed quam-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 689 sur 880

©BIUM

σαν, ἢ [1] ὠδοιπόρησαν, ἐς ὀσφὺν, ἐς μηρόν· ξηραὶ δὲ αἱ πλεῖσται, εἰ δὲ μὴ, βίαιοί γε.

να'. [2] Ἡ ἐν Μύριος ἄνευ πυρετοῦ τυφώδης ἐοῦσα ἐς τρόμον ἦλθε παντὸς τοῦ σώματος καὶ τῆξιν καὶ ἀποσιτίην καὶ δίψαν καὶ ψυχρὴ ἦν ....

νβ'. Οἱ δὲ νυκτάλωπες οἱ πλεῖστοι [3] οὐ βήσσοντες τὸ ὕστερον, ἢ [4] βραχύ τι βήσσοντες καὶ ἐπιπυρεταίνοντες· ἐς δὲ τὰ ὦτα ἐκρηγνύμενα περὶ ἑβδόμην ἢ ὀγδόην. [5] Ἡ ἐν Μύριος ἐπυρέτηνε καὶ ἐξ ὠτὸς ἐρρύη πυώδες [6] περὶ ..... [7] Ἔστι δ' οἷσι καὶ ὀδὼν [8] βεβρωμένος, μάλιστα ὁ τρίτος [9] τῶν ἄνω· ἐς τοῦτον ὀδύνη καὶ ἔστι οἷσι καὶ περιπύημα. Οἷσι δὲ ἐς τὰ ὦτα, ἰσχυρῶς βήσσοντες μᾶλλον ἢ ἐκεῖνοι. Οἷσι δὲ καὶ ἐς ἐκπύησιν, ξὺν πυρετοῖσι .....

tarunt, aut pedibus iter fecerunt, iis ad lumbos, ad femora morbus decubuit. Magna vero ex parte tusses siccae erant, aut certe violentae.

51. Quae in Myrios aedibus decumbebat, quum stupore teneretur citra febrem, in tremorem totius corporis devenit et colliquationem et ciborum aversationem et sitim et frigida erat.....

52. Nyctalopes plerique non tussiebant postea, aut aliquantum tussiculosi superfebricitabant; ad aures vero tumores erumpebant circa diem septimum, aut octavum. Quae vero in domo Myrios decumbebat, febricitavit et ex aure materies purulenta effluxit circa..... Nonnullis etiam dens exesus, maxime vero tertius in maxilla superiore; ad hunc dolor defigebatur, nonnullis etiam suppuratio facta est. Isti vero, quibus tumores ad aures, vehementius tussiebant quam illi. Quibus vero res etiam ad suppurationem devenit, cum febribus.....

[1] ὁδοιπ. — [2] Ὃν μύριος, sed maiuscula adpicta est, postquam cetera descripta fuerunt. — [3] οὐρήσαντες. — [4] βραχύ τι. ἐς δὲ τὰ ὦτα βήσσοντες καὶ ἐπιπυρετ. ἐκρ. — [5] Ὃν μύριος παῖς ἐπυρέταινε. — [6] περὶ ὀγδόην οὐκ οἶδα σαφῶς. — [7] ὑπῆρχε βεβρ. — [8] τῶν ἄνω· ἀντὶ πάντων δὲ οὗτος εὑρίσκεται βεβρωμένος.

quam auctor voluisse videtur quod Latine expressum est, non probabile est, eum id Graecis, qualia textus fert, expressisse. Primum non certus sum, οἳ δὲ κ. τ. λ. eum dedisse, sed fac eum dedisse, certe ἐς μηρόν ἐπόνησαν, vel aliud quid addiderit; sin ἀπεστήριξε ἡ νοῦσος pone μηρόν scriptum fuerit, initio τοῖσι δὲ ἱππεύσασι, ἢ ὁδοιπορήσασι legi oportebat. Me iudice aposiopeses, quales textus hic fert, non debentur scriptori, sed librariis. Sequens ξηραί omnino βῆχες ξηραί est.

51. ἡ ἐν Μύριος — ψυχρὴ ἦν ....] Locum e vulg. lect. hic describam: en! sic se habet in libris: ἡ Ἐνμύριος τρόπῳ οὐ νοσώδης (νοσώδει Littr. e libris Parr. aliquot) ἐδόκει ἄνευ πυρετοῦ τυφώδης ἐοῦσα· ἔπειτα ἐς τρόμον (οἱ e libb. aliquot interponit Littr.) ἦλθε παντὸς τοῦ σώματος, καὶ τῆξιν, καὶ ἀποσιτίην καὶ δίψαν καὶ ψυχρὴ ἦν (ἀπεγένετο C. et H. in margine). Videamus iam de singulis: ἡ Ἐνμύριος, iam Littréo suspectum, a Meinekio emendatum est, quemadmodum descripsi. — Τρόπῳ οὐ νοσώδεϊ interpolatum est et interpretationem refert verborum ἄνευ πυρετοῦ. — Ἐδόκει — τυφώδης ἐοῦσα Graecum non est, si quid eiusmodi voluisset auctor, scripsisset ἐδόκει τυφώδης εἶναι; sed solum τυφώδης ἐοῦσα ab auctoris manu est, ἐδόκει ab interpolatore insertum. Quemadmodum autem haec, de quibus dixi, interpolata esse certum est, ita apparet iam, et ἔπειτα et οἱ, quorum alterum ne fert quidem vulgata, esse additamenta aliena, a quibus item liberanda erat auctoris scriptura. Quod ad ἀπεγένετο codicis C et marginis ms. H., coniectura est descriptoris, neutiquam recipienda; nam ψυχρὴ ἦν textus ipse fert; lacunae autem signa posui, ubi plura periisse videntur, quae ad reliquum morbi decursum et eius exitum pertinuerint, modo conferas, quae § seq. leguntur de eadem, uti videtur, aegrotante.

52. οἱ δὲ νυκτάλωπες — ἢ ὀγδόην.] Vulgata habet: οἱ δὲ νυκτάλωπες οἱ πλεῖστον (πλεῖστοι V.) οὐρήσαντες τὸ ὕστερον βραχύ τι. ἐς δὲ τὰ ὦτα βήσσοντες καὶ ἐπιπυρεταίνοντες, ἐκρηγνύμενα περὶ ἑβδόμην ἢ καὶ (καί om. V.) ὀγδόην. Statim vides haec ordine turbata esse et legendum esse: οἱ πλεῖστον οὐρήσαντες τὸ ὕστερον βραχύ τι βήσσοντες καὶ ἐπιπ., ἐς δὲ τὰ ὦτα ἐκρ. κ. τ. λ. — Sed si compares locum ex Ep. VI. 7. 1. νυκτάλωπες μὲν οὖν οὐδὲν βήξασι τὸ ὕστερον, ἢ πάνυ βραχὺ, ἀντὶ τῆς βηχὸς ἐγένοντο κ. τ. λ. —, apparet, in οὐρήσαντες latere οὐ et participium verbi βήσσειν, quod rerum nexus hic docet praesens fuisse βήσσοντες. Simul autem patet, πλεῖστοι codicis V., non πλεῖστον esse veram lect. — Ita quidem verba, quae sensum sanum non referebant, ad pristinam integritatem restituta videntur.

ἐμπύη πυῶδες περὶ ....] Ceteri περὶ ὀγδόην οὐκ οἶδα σαφῶς. — Quis sit, qui dicat οὐκ οἶδα σαφῶς, in aprico est: scilicet librarius, qui numerum evanidum legere non potuit et simul ὀγδόην ex antea obvio περὶ ἑβδόμην ἢ ὀγδόην de suo describens, affirmavit se non certo numerum novisse. Itaque illi suum reddidi et lacunam notavi pro numero, quem ille, quum legere eum non posset, de suo finxit. Cf. adnn. ad Ep. II. 2. 3.

ἡ ἐν Μύριος.] Ceteri ἡ ἐν Μ. παῖς, sed hoc quoque vocabulum interpolator adiecit, auctor idem scripserat, quod supra § 51 initio. Hinc iam ἡ in ὁ mutato, in nonnullis libris e muliere puer factus est.

ἔστι δ' οἷσι καὶ ὀδὼν βεβρωμένος.] Cett. ἔστι δ' οἷσι καὶ ὀδὼν ὑπῆρχε βεβρωμένος; sed quemadmodum auctor paulo ante ἐς δὲ τὰ ὦτα ἐκρηγνύμενα dixit, ita hic ἔστι δ' οἷσι καὶ ὀδὼν βεβρ. sine verbo alio addito: ὑπῆρχε vero interpolatum est.

ὁ τρίτος τῶν ἄνω.] Quod pone ἄνω legi solet ἀντὶ πάντων δὲ οὗτος εὑρίσκεται βεβρωμένος ad morbi enarrationem non pertinet, sed universale monitum est de illo dente, quod quis in margine adscripserit, quin verosimiliter idem, qui reliqua illa interposuit. Cf. cum his § 19. huius libri, καὶ ἐσθίεται οὗτος μάλιστα.

οἷσι δὲ καὶ ἐς ἐκπύησιν, ξὺν πυρετοῖσι .... καὶ ἀπαλ-

..... καὶ ἀπαλλάσσει ἑβδόμῃ· ἐπιπαρωξύνθη· ὑποχόνδριον οὐκ ἐλύθη, ... μαλαχθείσης, [1]σμικρὰ, ὑπόγλισχρα, οὐ χρηστὰ ..... [2]οὖρον ..... ἔπτυε δὲ ἀφρῶδες αἱμόχροον .....

νγ'. Πρὸς ὃν [3]Κύνισκος εἰσήγαγέ με, ἑβδόμῃ παρωξύνθη, περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐκρίθη· *μωλύσει κακά· καθαρὸς φάρυγγα ὀλίγα πλατέα πέπονα [4]ἀναπτύσας ἐκ ῥινῶν μικρὸν ἔσταξε· ἐκαρηβάρει· χειρῶν καὶ σκελέων [5]κατάκλασις· κοιλίη λυθεῖσα ὤνησε· πόδες αἰεὶ θερμοί· ὕπνοι ἦσαν οἱ παρ' οὓς οὐ γενέσθαι, ὅτι πέπονα ἔπτυσε.

νδ'. Ἡ Δημαράτου γυνὴ πόδες καὶ ἐν τῇσι φρίκῃσι θερμοί· εἴτε ἐς τὸ ἔμπυον, ἢ μὴ, ἀπολεῖται.

..... et absolvitur die septimo; novus insultus fiebat; hypochondrium non solvebatur ..... relaxato, parca, subviscida, non probanda ..... urina ..... spuebat materiem sanguinolentam, spumosam .....

53. *Locus corruptus.*

54. *Locus corruptus.*

[1] ἐνῆν τὰ σμ. ὑπογλ. ξυστρέμματα. — [2] οὖρον αἱμοχροῶδες ἔπτυε δὲ ἀφρ. — [3] κυνικός. — [4] πτύσας. — [5] κατάκλεισις.

λάσσει ἑβδόμῃ· ἐπιπαρωξύνθη.] Si in his ἐμπύῃσιν legas, nam de meo ἐκπύῃσιν repono, et lacunam non notatam tibi fingas, habes paene vulgatam. Littréus rectissime vidit, postrema non pertinere ad universalem epidemiae descriptionem, sed ad casus singularis morbi enarrationem, itaque edidit: Οἵσι δὲ καὶ ἐς ἐμπύῃσιν, σὺν πυρετοῖσι, καὶ ἐλάπασσεν ἑβδόμῃ. [οἷον ᾧ] ἐπιπαρωξύνθη. In qua lectione ἐπιπαρωξύνθη est cod. C. lectio, quam ipse etiam recepi, pro vulgato ἐπεὶ παρωξύνθη. Quod ad ἐλάπασσεν attinet, quod de suo intulit, „la comparaison, inquit, de cette observation avec la suivante m'a porté a croire qu'il s'agissait de l'affaissement de la tumeur sans suppuration, phenomène souvent rendu par λαπάσσειν." At vero ipse auctor dicit, οἵσι δὲ καὶ ἐς ἐκπύῃσιν! Certe ἔστι δ' οἵσι καὶ ἐλάπασσεν ἑβδόμῃ scripsisset auctor. Sed illud vulgatum ἀπαλλάσσει, quod forte imperfectum ἀπήλλασσε debet esse, licet certo id effici nequeat, pertinet ad fragmentum historiae casus singularis, eique respondet sequens ἐπιπαρωξύνθη, quod post febris, vel aliorum signorum, intermissionem contigerit. — Illud οἷον ᾧ, quod Littréus de suo interponit, neque lacunam explere valet, neque ab auctore datum est.

ὑποχόνδριον οὐκ ἐλύθη — αἱμόχροον . . .] Vulgatam iterum describam, ut quid mutandum censuerim appareat; ὑποχόνδριον οὐκ ἐλύθη; μαλαχθείσης ἐνῆν τὰ σμικρὰ, ὑπόγλισχρα ξυστρέμματα, οὐ χρηστά· οὖρον αἱμοχροῶδες ἔπτυε δὲ ἀφρῶδες. — Si priorem morbi historiae partem possideremus, melius de ὑποχόνδριον οὐκ ἐλύθη iudicare possemus, at dubium vix est, quin in superioribus ὑποχονδρίου σκληροῦ, vel ἐντεταμένου, vel eiusmodi alius mentio facta fuerit, et quin ὑποχόνδριον οὐκ ἐλύθη sit ἡ ἔντασις τοῦ ὑποχ, οὐκ ἐλύθη, quam breviloquentiam ferri posse credo. Sed quid iam putandum de μαλαχθείσης ἐνῆν τὰ σμικρὰ, ὑπόγλισχρα ξυστρέμματα οὐ χρηστά? Nihil hic intelliges nisi emendes: μαλαχθείσης spectat ad τὴν γαστέρα, seu τὴν κοιλίην; — nomina σμικρὰ, ὑπόγλισχρα, οὐ χρηστά ad alvi excretionem pertinent; interpolator vero nobis ξυστρέμματα ex his effecit, quemadmodum sub finem § 32. ταὐτὸν σύστρεμμα nobis obtrusit, ubi vide adnn. — Itaque tuto licet eximere e contextu ἐνῆν τὰ — ξυστρέμματα. — Lacunas, quas in textu notavi, fere hoc modo expleverim: ὑποχόνδριον οὐκ ἐλύθη κοιλίης μαλαχθείσης, σμικρὰ, ὑπόγλισχρα, οὐ χρηστὰ διαδιδούσης.. — Pergimus ad ultima οὖρον αἱμοχροῶδες, ἔπτυε δὲ ἀφρῶδες! In his αἱμοχροῶδες vocabulum nihili est, sed terminatio nominis ἀφρῶδες translata ad αἱμόχροον, monstrum progenuit. Iam non negabo urinam esse posse αἱμόχροον, — sed si advertas, quam apte ἔπτυε αἱμόχροον, ἀφρῶδες coniungantur, et si ad translationem terminationis unius nominis ad alterum, de qua dixi, respicias, non negabis, auctorem scripsisse quod exhibui, aut inverso ordine ἀφρῶδες, αἱμόχροον. Ad οὖρον vero adscripta fuerint alia, quae eius modum et rationem omnem significaverint, ita ut lacunam ibi notare oporteat. — Equidem sic demum locum intelligo.

53. Κύνισκος.] κυνικός vulgo; emendavit vere Littréus conferens Ep. VI. 7. 10.

*μωλύσει κακά.] Vulgatus textus habet μωλυόμενα κακά; id, quod exhibui in textu, codicum lectio est, et quae apud Aldum asterisco notatur; μωλυόμενα debetur Cornarii Latinis et a Foësio est receptum. Littréus κακά omisit, e καθαρός natum putans, et ἐμωλύνθη scripsit, credens hoc propius accedere ad librorum lectionem. Equidem nec vulgatam, nec codicum, nec Littréi lectionem intelligo; sed neque quidquam, quod ad rem faciat, in promptu habeo. Forte μωλύσει κακά prorsus alienum est a toto loco nostro, nam mentio non fit tumoris, qui μωλύσει evanesceret.

καθαρός.] Cod. C. καθαρῶς.

χειρῶν καὶ σκελέων κατάκλασις.] Vulg. κατάλυσις, sed codd. Parr. κατάκλυσις praebuerunt Littréo; ego in V. κατάκλεισις legi, quod ad verum sponte ducit; κατάκλασις scripsit auctor.

ὕπνοι ἦσαν οἱ καὶ παρ' οὓς οὐ γενέσθαι, ὅτι πέπονα ἔπτυσε.] Corrupta haec esse ultro apparet; sed corruptionis genus non assequor.

54. ἡ Δημαράτου — ἀπολεῖται.] Pro εἴ τε cod. Par. unus ἅ τε, quod tamen illius corruptio est. Vulgo ἢ μή; — cod. C. Littréo εἰ μή praebuit. Lind. ἀπώλετο. — Hic locus corruptus est; non sine causa Lind. voluit ἀπώλετο, quippe vidit eiusmodi futuri eventus in singularis casus enarratione praedictionem esse absurdam, neque occurrunt rei exempla alia. — Totum illud εἴτε ἐς τὸ ἔμπυον, ἢ μὴ, ἀπολεῖται

©BIUM

νε'. . . . . εἶχε ὁ πρεσβύτης ὁ ἀπογενόμενος ἅμα ἠσθένει τῇ ἑωυτοῦ [1]τῇ κεκρυμμένον μανικόν τι ἐνῆν, [2]ἐπιδιελθούσης ἕλμινθος ὑποπαχέης καὶ σίτου ὀλίγου, αὐτίκα ἐπαύσατο καὶ ἐκοιμήθη [καὶ ὑγιὴς ἦν ὁ [3]πρεσβύτης οὗτος] καὶ τοῦ σώματος περίτασις τοῦ δέρματος· ἄκρα ψυχρά· λαπαρός· τρομώδης ἐν ἀρχῇσι καὶ χείλεα καὶ [4]χεῖρας καὶ φωνήν· παρενέχθη κοσμίως· ἔχασκε· οὐ πάνυ δύσπνοος [5]ἦν· ἡμέρῃσι οὐκ οἶδα πρόσω εἴκοσι ἀπέθανε.

55. *Locus corruptus.*

νς'. [Οἷσι ὑποχόνδρια . . . καὶ κοιλίη ὑποχωρέει πιεζόμενα ἀλέα ξὺν βορβορυγμῷ . . . , ὡς ἐν Ἀβδήροισι . . . . [6]κωλωτοειδέα . . . .

56. *Locus corruptus.*

[1] τι. — [2] ἐπεὶ διελθούσης. — [3] πρὸσβυσ (sic). — [4] χεῖρες. — [5] ᾖ. — [6] κωλοτοειδέα.

est sententia e reliquiis non cohaerentibus ἐς τὸ ἔμπυον et forte aliquo vocabulo ad ἀπόλλυμι pertinente, v. c. ἀπώλετο, conglutinatum; ut sensum aliquem saltem praeberent, sed auctor id non dedit. — Initium restituetur, si γυνή pro interpolato demas et τῇ initio scribas. Forte edendum erat:

Τῇ Δημαράτου πόδες καὶ ἐν τῇσι φρίκῃσι θερμοί . . . . . ἐς τὸ ἔμπυον . . . . .

55. . . . . εἶχε — ἀπέθανε.] In hac historia morbi, quae admodum vitiose descripta est, librarii formula in fine οὐκ οἶδα πρόσω satis indicat, eum vix amplius librum, quem describebat, legere potuisse, quae res in causa, cur locum tam misere corruptum hodie habeamus. De singulis vero videamus! — Principio . . . . . εἶχε ὁ πρ. scripsi, lacunam de meo notans; unusquisque videbit ante εἶχε plura deficere. Iam vero vulg. habet εἴχετο πρ.; sed codd. plerorumque lectio est εἶχε ὁ, et εἶχεν ὁ — Ante εἶχεν cod. C. legit οἷον, quod recepit Littréus; ac recte quidem cod. C. descriptor vidit principium lacunosum esse, neque tamen οἷον adponendo deficientia recte explevisse censendus est, quapropter eius οἷον non recipio, sed lacunam, quam quomodo recte expleas non video, nec sciri amplius potest, notandam credidi. Paulo post ἠσθένει lectio est mss.; unde vulgatum ἀσθένει fluxerit, mihi non constat. Dein τῇ ἑωυτοῦ cett., solus C. γυναικί addit, quod librarii additamentum non recipio. In iis, quae iam sequuntur, pro vulg. κεκρυμμένον cod. C. κεκριμμένον, unde Littréus κεκριμένη; sed mira tamen personae significatio ἡ κεκριμένη! Nec vero nexus rerum aptus est in Littréi lectione ἅμα ἠσθένει τῇ ἑωυτοῦ γυναικὶ, τῇ κεκριμένῃ, μανικόν τι ἐνῆν. — Sed cod. C. κεκριμμένον non est nisi corruptela vulgatae lect., quam ceterum recte habere non pro certo affirmo, sed potuit tamen, puto, scribi, κεκρυμμένον μανικόν τι ἐνῆν. — Quod ad ἐπιδιελθούσης, ita certo emendari mihi visum est vulgatum ἐπεὶ δὲ ἐλθούσης; cod. V. lect. ad eandem correctionem invitat; cod. C. ἐλθούσης δέ, quod Littr. recepit, librarii est emendatio, qui ἐπεί in vulg. abundare viderit et cui non in mentem venerit id, unde natum sit. — Quae iam sequuntur καὶ ὑγιὴς ἦν ὁ πρεσβύτης οὗτος, interpolata sunt ab eo, qui minime intelligens locum, crederet, in verbis huc usque descriptis haberi symptomatum in sene illo observatorum enumerationem et qui inepte καὶ ὑγιὴς ἦν κ. τ. λ. interponeret, quum tamen initio ἀπογενόμενος dicatur ὁ πρεσβύτης. — Sed si nexum inter αὐτίκα ἐπαύσατο καὶ ἐκοιμήθη et καὶ τοῦ κ. τ. λ. respicias, hunc nullum omnino esse, apparet; itaque inepta ista interpolatione lacunam explere voluerit librarius. In verbis καὶ τοῦ σώματος περίτασις τοῦ δέρματος puto τοῦ σώματος et τοῦ δέρματος esse dittographiam, errore scribae nescio cuius natam; verum sine dubio est καὶ περίτασις τοῦ δέρματος, cum quo congruit ἄκρα ψυχρά. Sed quorsum referre oporteat λαπαρός non video, neque coniectura assequi datur. Paulo inferius χεῖρας Lind., Littr. recte pro vulgato χεῖρες: De οὐκ οἶδα πρόσω non facile dubitaveris, quin sit librarii, quae sequebantur legere nequeuntis, uti dixi; (cf. adnn. ad Ep. II. 2. 3.) forte εἴκοσι coniectura librarii; si quid eiusmodi servetur, certe εἴκοστῇ legere oporteret. Quodsi iam omnia, ad quae mentem advertendam esse dixi, respiciam, dixerim locum ita probabiliter descriptum iri:

. . . . . εἶχε ὁ πρεσβύτης, ὁ ἀπογενόμενος, ὃς ἅμα ἠσθένει τῇ ἑωυτοῦ, ᾗ κεκρυμμένον μανικόν τι ἐνῆν· ἐπιδιελθούσης ἕλμινθος ὑποπαχέης καὶ σίτου ὀλίγου, αὐτίκα ἐπαύσατο καὶ ἐκοιμήθη . . . . . καὶ περίτασις τοῦ δέρματος, ἄκρα ψυχρά· [λαπαρός·] τρομώδης ἐν ἀρχῇσι καὶ χεῖρας καὶ χείλεα καὶ φωνήν· παρενέχθη κοσμίως· ἔχασκε· οὐ πάνυ δύσπνοος ἦν· ἡμέρῃ . . . . . ἀπέθανε.

56. οἷσι ὑποχόνδρια . . . — κωλωτοειδέα . . .] Initium hoc integrum non est, periit aliquid ad ὑποχόνδρια pertinens; tum vero πιεζόμενα potius ad ventrem, quam ad hypochondria referendum videtur. Itaque legere vellem: οἷσι ὑποχόνδρια ἐπημένα καὶ κοιλίη ὑποχωρέει πιεζομένη ἀλέα ξὺν βορβορυγμῷ κ. τ. λ. — Iam vero Littréus ante ὡς recepit οἷα ἑλμίνθια; nempe in cod. C. reperit οἷα ἀνέλμινθα (sic); in quo latet οἷα ἂν ἕλμινθες, vel ἑλμίνθια; sed vereor ne sit glossema, — falsum sane, — ad κωλωτοειδέα, — profectum ab homine, qui nomen non probe intelligeret. — Pro vulg. ὡς, cod. C. καὶ ὁ, unde Littréus καὶ ᾧ. — legit igitur: οἷσιν ὑποχ. καὶ κοιλίη ὑποχωρέει πιεζεύμενα ἀλέα, σὺν βορβορυγμῷ, οἷα ἑλμίνθια, καὶ ᾧ ἐν Ἀβδήροισι κωλωτοειδέα. — Quam loci scripturam non melius quam vulgatam intelligo. — Sed mihi lacuna esse videtur pone ὑποχ., quae quomodo expleri possit, supra dixi; tum πιεζομένη legendum puto. Porro pone βορβορυγμῷ lacuna est, nam apodosis sententiae verbis οἷσι ὑποχ. inchoatae deficit; utrum ceterum κωλωτοειδέα olim sedem habuerit pone βορβορυγμῷ et iuncta fuerint καὶ κοιλίη ὑποχωρέει πιεζομένη ἀλέα ξὺν βορβορυγμῷ κωλωτοειδέα . . . et tum apodosis secuta sit, quam iam desideramus, an vero alio modo sententia se ha-

. . . . ὅ τι [ἐστὶ] πρὸ τῶν κρισίμων ἡμερέων τῇ προτεραίῃ [καὶ τὰ κακὰ καὶ τἀγαθὰ σημεῖα] γίγνεται. τὰς ἡμέρας ᾖσι ἐπιπαροξυνόμενοι χρονίζουσι καὶ ᾖσι λήγοντες [1] βράχύνουσι καὶ τὰ ἄπιστα τῶν ῥιζόντων καὶ τὰ διὰ σφῶν αὐτῶν [2] παροξυνόμενα. Πτυάλων τοῖσι περιπνευμονικοῖσι, οἷσι χολώδεα, ὅταν μέλλῃ λήγειν τὰ πάνυ ξανθὰ βραχέα γίγνεται. Οἷα τὰ ἐν ἀρχῇσι ἐόντα τοιαῦτα ἐπιφαίνεται, οὐ πάνυ δοκέω ταῦτα ἐκπεπαίνεσθαι, ἀλλὰ κρίνειν, οἷον τῷ παρὰ τῷ διδασκάλῳ καὶ ἄλλοτε οἷον εἶδον.]

νζ'. Νίκιππος ἐν πυρετοῖσι [3] ἐξωνείρωσσε καὶ οὐδὲν ἐπέδωκε ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ τὸ αὐτὸ οἱ [4] τοῦτο πλεονάκις ἐγένετο καὶ οὐδὲν ἔβλαψε· προερρέθη ὅτι παύσεται, ὅταν οἱ πυρετοὶ κριθῶσι, καὶ ἐγένετο οὕτως.

Κριτίας ἐν πυρετοῖσι ὑπὸ ἐνυπνίων [5] ὠχλεῖτο· ἐπαύσατο καὶ [6] οὗτος ἅμα κρίσι.

νη'. Ἄλκιππος ἔχων αἱμορροΐδας ἐκωλύετο θεραπευθῆναι· θεραπευθεὶς ἐμάνη· πυρετοῦ ὀξέος ἐπιγενομένου ἐπαύσατο.

57. Nicippus in febribus per somnum semen emisit, nihiloque magis in deteriorem partem inclinavit idcirco, ipsumque illud saepius ei contigit neque ullum damnum attulit. Praedicebant eum liberatum ab hac re iri, quando febres iudicatae forent, atque ita evenit.

Critias in febribus insomniis vexabatur; hic quoque simul cum iudicatione ab iis liberatus est.

58. Alcippus per ora venarum, quae in ano sunt, sanguinem fundere solitus a curatione detinebatur; curatus insania correptus est, quae febre acuta succedente cessavit.

[1] πρῶτον. — [2] βραδύνουσι. — [3] παρωξύνοντο. — [4] ἐξωνείρωσε. — [5] τοιοῦτον. — [6] ὠχλεῖτο ὑφ' οἵων οἴδαμεν. — [7] αὐτός.

buerit, non certo definire licet hodie. Sed hoc certum esse arbitror, pone Ἀβδήρoισι item lacunam esse notandam; id unum incertum, utrum κωλωτοειδέα referre oporteat, quorsum dixi, an in sede, quam in libris tenet hodie, relinquendum.

. . . . . ὅ τι ἐστὶ πρὸ τῶν κρισίμων ἡμερέων τῇ προτεραίῃ καὶ τὰ κακὰ καὶ τἀγαθὰ σημεῖα γίγνεται.] In his Littréus πρὸ τῶν recte dedisse videtur pro ceterorum πρῶτον, sed plura advertunt: primum verborum consecutio longe ineptissima est, quod ducit ad detectionem alterius vitii, i. e. interpolationis. Sine dubio eximendum est τὰ κακὰ καὶ τἀγαθὰ σημεῖα, quod interpretatur superius ὅ τι, aut certe interpretari debet. Hisce in contextum receptis demum ἐστί initio adscriptum fuisse puto; itaque legere vellem . . . . ὅ τι πρὸ τῶν κρισίμων τῇ προτεραίῃ γίγνεται. — Lacunam esse ante ὅ τι, quivis semel admonitus statim videbit.

βραχύνουσι.] Ita Littréus recte pro ceterorum βραδύνουσι; sed maximopere iam advertit χρονίζουσι in superioribus, cui iam βραχύνουσι h. l. respondet. Puto auctorem pro χρονίζουσι βραδύνουσι dedisse, glossam vero principem vocem expulisse. Itaque vellem: ᾖσι ἐπιπαροξυνόμενοι βραδύνουσι καὶ ᾖσι λήγοντες βραχύνουσι.

παροξυνόμενα.] Ita Littréus pro vulgato παρωξύνοντο; cod. C. παροξύνονται.

πτυάλων.] Haec codd. est lectio, sed vulgata nescio quo modo πτύαλον. — Non credo alterutrum recte habere, sed πτύαλα vellem et locum ad hunc modum describere: τῶν περιπνευμονικῶν οἷσι πτύαλα χολώδεα, ὅταν μέλλῃ λήγειν, πάνυ ξανθὰ βραχέα γίγνεται.

τῷ παρὰ τῷ διδασκ.] Aliquot codd. τὸ παρὰ τῷ δ. Spectantur h. l. τὰ προκρινόμενα, uti Ep. II. 1. 6. Ego postrema ad hunc modum descripta vellem: ὅσα δὲ ἐν ἀρχῇσι ἐόντα, τοιαῦτα ἐπιφαίνεται, οὐ πάνυ δοκέω ἐκπεπαίνεσθαι, ἀλλὰ κρίνειν οἷον τῷ διδασκάλῳ καὶ οἷον ἄλλοτε εἶδον. Et ne sic quidem ἀλλὰ κρίνειν apte dicitur, itaque vereor ne hic vitia lateant alia, quorum rationem non detego. — Exempla illi videntur esse obversata crisium imperfectarum! Itaque quaero, num ἀλλὰ προκρίνειν legere oporteat. Videant alii!

57. ἐξωνείρωσσε.] Littréus ἐξωνείρωξε pro ceterorum ἐξωνείρωσε, aliisque verbi depravationibus, in quibus tamen omnibus terminatio in σε servatur; itaque imperfectum dandum erat, sicuti in seq. casu morbi ὠχλεῖτο ponitur.

ὑπὸ ἐνυπνίων ὠχλεῖτο.] Sequitur apud omnes pone ὠχλεῖτο formula ὑφ' οἵων οἴδαμεν. — Nemo semel admonitus negabit esse adnotationem iocosi librarii, qui quum in superiore parte § ἐξωνείρωσσε legisset, ad hunc locum perveniens et ὑπὸ ἐνυπνίων ὠχλεῖτο legens, respiciens ad superiora illa, lepidus sibi visus adscripsit: ὑφ' οἵων οἴδαμεν!

καὶ οὗτος.] Ceteri καὶ αὐτός. Debitum pronomen de coniectura restitui.

58. ἐκωλύετο.] Nempe prudentiores medici ei suaserunt,

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 693 sur 880

©BIUM

νθ'. [Ἐν τοῖσι ὀξέσι πυρετοῖσι [1]καυσώδεες, ὑπὸ ἰητρῶν πεπιεσμένοι τῷ ποτῷ, ἢ καὶ ὑπὸ σφέων αὐτῶν, δοκέουσι πουλὺ ἂν [2]ἐκπιεῖν. Ὕδωρ ψυχρὸν δοθὲν, ἵνα ἀπεμέσῃ, ὠφελέει· χολώδεα γὰρ παρέσται.

ξ'. Ὅτι τὰ νεῦρα αὐτὰ ἐφ' ἑωυτὰ ἕλκει σημεῖον· ἢν μὲν τὰ ἐν τοῖσι ἄνω τῆς χειρὸς τρωθῇ νεῦρα, ἐς τὸ κάτω νεύσει ἡ χεὶρ ὑπὸ τῶν κάτω νεύρων ἑλκομένη· ἢν δὲ τἀναντία, ἄλλως.

ξα'. Βήσσουσι ξηρὰ οἱ τὰς ὄρχιας ..... καὶ ἐκ τῶν βηχῶν ἐς ὄρχιν .... καὶ φλεγμαίνοντες βήσσουσι· οἱ ἐν [3]τοῖσι ἐπὶ βουβῶσι πυρετοῖσι ἐπιβήσσουσι.]

[1] διψώδεες. — [2] ἐκπίνειν. — [3] τοῖς — πυρετοῖς cett

59. [In febribus acutis ardore laborantes, a medicis, aut sua sponte, potu interdicto vexati, multum bibere posse videntur. Frigida exhibita, ut vomitio provocetur, conducit; biliosa enim evomitis inerunt.

60. Nervos per se attrahere id indicat. Siquidem manus nervi superiores vulnerati fuerint, manus ab inferioribus nervis tracta deorsum inclinabit, sin contra, aliter continget.

61. Quibus testes..... tussi sicca vexantur et e tussi ad testes.... Et inflammatione tentati tussiunt. Quin etiam febribus ex inguinum tumoribus obortis tusses succedunt.]

ut ne curationi se committeret; aliis imprudenter eum curantibus, morbus ei supervenit.

59. ἐν τοῖσι ὀξέσι κ. τ. λ.] Pro καυσώδεες ceteri διψώδεες, sed cod. C. ante διψώδεες habet μᾶλλον καυσώδεες, quod sine dubio in margine aliquando adscriptum fuit. Nempe lector ad διψώδεες, quod ei displicebat, adposuit in margine μᾶλλον καυσώδεες. Quae mihi felix omnino coniectura videtur, quam lubentissime sum amplexus. Ex eodem codice Littréus σφέων, πουλὺ, ἐκπιεῖν, ὠφελέει dedit pro vulgatis σφῶς, πολὺ, ἐκπίνειν, ὠφελεῖ.

61. οἱ τοὺς ὄρχιας.] Hic deficit aliquid, ita ut lacunam notaverim, forte οἰδέοντες excidit, quod Latine supplevit Foës. — Sed etiam pone ἐς ὄρχιν lacuna est, in qua ἀφίσταται, aut eiusmodi quid interiit. — Quod autem pone ἐς ὄρχιν in libris omnibus legitur, λύεται φλεβοτομηθέντα ex eodem genere adnotationum est, e quo φλεβοτομίη λύει, quod in Coacis, Aphorismis, passim expunxi.

ἐπιβήσσουσι.] Cod. Par. C. his subiungit: οἱ δύο ἀδελφεοὶ τοῦ κρωπὸς (sic) ὁκοίοισι τὰ μέλανα κατ' ἀρχὰς διῆει ὑπόστρυγα καὶ ῥυκοειδέα ἐκ κατακορέων ἀφροδέων (sic) χολώδεες ἦσαν. — Est principium § 25. huius libri, ubi vide.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΕΚΤΟΝ.

ΤΑ ΠΛΕΙΣΤΑ ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ ΙΑΤΡΙΚΟΙ, ΟΛΙΓΑ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΟΣΩΝ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ ΚΑΙ ΑΛΛΑ ΤΙΝΑ, ΠΑΝΤΑ ΔΕ ΤΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΝΕΩΤΕΡΑ.

EPIDEMIORUM LIBER SEXTUS.

MAGNAM PARTEM BREVES SENTENTIAE MEDICI ARGUMENTI, PAUCA HISTORIAE MORBORUM EPIDEMIORUM ET ALIA FRAGMENTA QUAEDAM, OMNIA VERO HIPPOCRATEIS RECENTIORA.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΕΚΤΟΝ.

ΤΑ ΠΑΛΑΙΤΑ ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ ΙΑΤΡΙΚΟΙ, ΟΔΑΙ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΟΣΩΝ
ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ ΚΑΙ ΑΛΛΑ ΤΙΝΑ, ΠΑΝΤΑ ΔΕ
ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΝΕΩΤΕΡΑ.

EPIDEMIORUM LIBER SEXTUS.

MAGNAM PARTEM BREVES SENTENTIAE MEDICI ARGUMENTI, PAUCA
HISTORIAE MORBORUM EPIDEMIORUM ET ALIA FRAGMENTA
QUAEDAM, OMNIA VERO HIPPOCRATIS RECENTIORA.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ.

ΤΟ ΕΚΤΟΝ.

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

α'. Ὀκόσῃσι [1] ἐξ ἀποφθορῆς περὶ ὑστέρην καὶ οἰδημάτων ἐς καρηβαρίην τρέπεται, κατὰ τὸ βρέγμα αἱ ὀδύναι μάλιστα. καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀπὸ ὑστερέων· ταύτῃσι ἐν ὀκτὼ ἢ δέκα μησὶ ἐς ἰσχίον τελευτᾷ.

β'. Οἱ φοξοὶ, οἱ μὲν καρτεραύχενες, ἰσχυροὶ [2] καὶ τἆλλα καὶ ὀστέοισι· οἱ δὲ κεφαλαλγέες καὶ ὠτόρρυτοι· [3] τούτοισι ὑπερῷαι κοῖλαι καὶ ὀδόντες παρηλλαγμένοι.

[1] ἐξ ἀποφθ. οἰβδήματα περὶ ὑστέρην ἐς κ. τρέπονται. — [2] κατὰ τἄλλα καὶ ὀστ. — [3] τούτοις.

Ὀκόσῃσι — τελευτᾷ.] Gal. in comm. monet h. l. alios ὅσῃσι, alios ὀκόσῃσι, alios ὁπόσῃσι scripsisse; ex his quidem fuisse Capitonem, qui non solum h. l. istam vocem, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ita scripserit. Itaque Capito in dialecto praeposterarum innovationum auctor habendus est. Veteres membranae Galeni tempore ἀπὸ φθορῆς tulisse, alios ἐξ ἀποφθορῆς scripsisse monet; unde efficias, vulgatum hodie textum horum vocabulorum a recentioribus illis apud Galenum ita esse exhibitum. Gal. memorat etiam lectt. περὶ ὑστέρας, περὶ ὑστέρης et Pall. p. 5. ἀπὸ ὑστέρης; Gal. etiam ἐς καρηβαρίας. — In mensium numeris Gal. mentionem facit lectionum ὀκτὼ καὶ δέκα et ὀκτὼ ἢ δέκα μησί; tum etiam lectionis ἐν ὀγδόῳ ἢ δεκάτῳ μηνί (p. 809. Kühn.), quam tamen non vidisse, sed fingere videtur. Infra in comm. (p. 813.) memorat lect. καὶ κατὰ βρ. ὀδ. (sine μάλιστα) καὶ κ. τ. λ., quam Pall. et ipse in textu habent. Lindanus de suo, uti videtur, καὶ ὅσαι μάλιστα ἀπὸ ὑστερέων, servato etiam μάλιστα pone ὀδύναι. — Iam vero omnibus computatis, unam puto esse lect. vetustam, quam non negligere oportet; i. e. ἀπὸ φθορῆς, quod quum postea unam vocem esse crederent ἐξ ἀποφθορῆς scripserunt. Advertit etiam ms. V. lectio, propter decursum principii loci. Equidem vero sic sentio: locus corruptus est: primum in vulgata ὀκόσῃσι — ἐς καρηβαρίην τρέπεται ita se habet, quasi ante καὶ οἰδημάτων aliquid excidisset; nullam fidem tribuo genitivo οἰδημάτων; — verba καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀπὸ ὑστερέων nullo apto nexu cum vicinis coniunguntur et emblema recens esse videntur. Ut brevis sim, suspicor eiusmodi quid scriptum fuisse:

Ὀκόσῃσι ἀπὸ φθορῆς ἀλγήματα περὶ ὑστέρην καὶ οἰδήματα ἐς καρηβαρίην τρέπεται, κατὰ τὸ βρέγμα αἱ ὀδύναι μάλιστα· ταύτῃσι ἐν ὀκτὼ ἢ δέκα μησὶ ἐς ἰσχίον τελευτᾷ.

Ad tempus abscessus cf. Ep. II. 1. 7.

2. οἱ φόξοι — ὠτόρρυτοι.] In verbis οἱ μὲν καρτ. Ald. et duo libri Parr. ἦν μὲν κ.; porro κρατεραύχενες Gal. et cod. unus. In comm. Gal. legis, recentiores quosdam de suo μακραύχενες scripsisse, fuisse etiam qui κραταύχενες legerent. Lind. καὶ ἰσχ. — In textu schol. legitur καὶ τὰ ἄλλα καὶ τοῖσι ὀστέοισι. — Lind. de suo, uti opinor, οἷσι pro τούτοισι ante ὑπερῷαι. Ad quam lect. redibo, sed lubet antea pauca annotare, quae huc usque in Gal. comm. observavi: p. 795. vs. 9. Ed. Kühn.: εἰ μὲν τῷ μήκει τῶν ὑπομνημάτων οὐδεὶς ἔμελλε ἀναγνωσομένων αὐτὰ δυσχεραίνειν. Galenus, puto, scripsit — οὐδεὶς — τῶν ἀναγνωσομένων. p. 800. vs. 13. ὁθὲν ἐγὼ Γαληνὸς παρητησάμην καὶ τοιαύτας ἐν τῇ λέξει διαφωνίας κρίνειν. Me iudice, tuto ἐγὼ Γ. pro emblemate alieno eiicietur. p. 822. vs. 1. συντερήσεις mutandum videtur in συντρήσεις. Iam redeamus ad locum nostrum. — Non intelligo nexum inter τὴν φοξότητα τῆς κεφαλῆς et cephalalgiam et otorrhoeam. Sed pariter obscurus mihi nexus membri τούτοισι ὑπερῷαι κοῖλαι et superioris. Quin posterius hoc membrum magis cohaerere mihi videtur cum § 3., quam cum antecedentibus. Itaque non absonam dixerim Lind. lectionem, sed cogitavi ipse quoque, num forte οἷσι ὑπερῴη κοίλη καὶ ὀδόντες παρηλλαγμένοι....

EPIDEMIORUM.

LIBER SEXTUS.

SECTIO PRIMA.

1. *Locus integer non est.*

2. Eorum, qui acuminato sunt capite, alii quidem valida sunt cervice et cum ceterorum membrorum, tum etiam ossium robore insignes, alii vero capitis doloribus et aurium fluxionibus tentantur, his palatum cavum est, nec dentes e directo sibi respondent.

©BIUM

γ'. [1] Ὀκόσοισι ὀστέον ἀπὸ ὑπερῴης ἀπῆλθε, τούτοισι μέσῃ ἴζει ἡ ῥίς· [2] οἷσι δὲ ὄφεν οἱ ὀδόντες, ἄκρη σιμοῦται.

δ'. Αἱ τῶν νηπίων [3] ἐκλάμψιες ἅμα ἦβῃ [4] ἔστι οἷσι μεταβολὰς ἴσχουσι καὶ ἄλλας....

ε'. ..... ἐς νέφρον ὀδύνη βαρεῖα· ὅταν πληρῶνται σίτου ἐμέουσί γε φλέγμα, ὅταν δὲ πλεονάζωσι αἱ ὀδύναι, ἰωδέα καὶ ῥάους μὲν γίγνονται, λύονται δὲ, ὅταν σίτου κενωθῶσι· ψαμμία τε πυρρὰ ὑφίστανται, αἱματῶ-

3. Quibus ex palato os discessit, iis medius desidet nasus. Quibus vero ex parte, unde dentes procedunt, summus nasus simus efficitur.

4. Puerorum morbi comitiales in nonnullis mutationes habent una cum pubertate.....

5. ..... ad renes dolor gravis. Cum cibo replentur, pituitam vomunt; ubi vero dolores plurimum exercuerunt, aeruginosa, et levius quidem habent. Liberantur autem doloribus, ubi cibi vacuati fuerint. Et arenulae fulvae

[1] ὅσοις. — [2] οἷσι — σιμοῦται om. — [3] ἐπιλήψιες. — [4] εἰσί — cett. omm. usquo ad νάρκη μηροῦ.

fuerit scriptum, et huius protaseos apodosis deficiat. Certum est praecedente ὠτόρρυτοι facile οἷσι in τοίοισι, τούτοισι abire potuisse. Sed nihil certi hic affirmari potest, quum ipsas res propositas non satis intelligamus. Id unum fateor, locum mihi non parum suspectum esse.

3. ὀκόσοισι κ. τ. λ.] Cum h. l. cf. Ep. IV. 19. Mochl. § 39. Vulgo ὅσοις, — Cod. C. schol. Ionismum praebuerunt Littréo; dederitne forte Lind. οἷσι e Mochl.? Pro οἷσι δέ Gal. ὅσοισι δέ; multi autem libri Parr. et schol. δέ om. e vulgata lect. Vulgo ὄφεν, cod. C. ἔνθεν, quod Littréus dedit; parum refert utrum legas. Multi codd. ὄφεν omm., quod item fit l. l. ex Ep. IV. Hic tamen plenam loci lectionem nos habere opinor.

4. αἱ τῶν νηπίων κ. τ. λ.] Gal. in comm.: ταύτην, inquit, τὴν γραφὴν ἁπάντων μὲν τῶν ἐξηγητῶν εἰδότων, ἁπάντων δὲ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων ἐχόντων, ἔνιοι τῶν νεωτέρων μεταγράφειν ἐπεχείρησαν ἄλλος ἄλλως, οἱ μὲν ἐπιλήψιες γράφοντες, οἱ δὲ καταλήψιες, οἱ δὲ ἐπιλάμψιες. Monet dein, sensum loci illis visum fuisse, quem in Aph. 45. II. et 7. V. de epilepsia pubertatis tempore sponte sanata legimus. Tradit dein Hippocrateorum quorumdam exegesin et porro Zeuxidis, quam nuper amplexus est Littréus et quam ideo ex Galeno desumo: ὁ δέ γε Ζεῦξις, inquit, ὡσαύτως δ' αὐτῷ καὶ τῶν ἐμπειρικῶν τινες οὐχ οὕτως ἀκούουσι τὴν ἔκλαμψιν, ἀλλ' ἑτέρῳ τινὶ τρόπῳ· μαθήσῃ δὲ τῆς τοῦ Ζεύξιδος ῥήσεως παραγραφείσης ὧδε. Νήπια λέγει ὁ Ἱπποκράτης τὰ μέχρι ἥβης, ταῦτα δὲ κατὰ τὸν τοῦ ἡβάσκειν χρόνον ἐκλάμπει (puto legendum esse ἐκλάμπειν φησὶ) ἐμφατικῶς ἄγων τῇ μεταφορᾷ χρησάμενος· καὶ γὰρ σαρκοῦται τὰ (vellem τε pro articulo) τηνικαῦτα μᾶλλον καὶ εὐερνέστερα γίνεται καὶ τῷ χρώματι καὶ τῷ εἴδει χαριέστερα καὶ τῇ δυνάμει καὶ λογισμῷ βελτίονα. ἁθρόως δὲ γίνεται τοιαῦτα ὥστε καὶ τῶν εὐειδῶν φύσει τότε μᾶλλον ἐκλάμπει τὸ κάλλος. — Hanc Zeuxidis interpretationem amplexus Littréus pervenit ad versionem hancce; „La revolution qui s'opère chez les enfants à la puberté amène aussi parfois à d'autres revolutions." — Videatur ceterum tota adnotatio; ipse lector iudicet! Mihi tales nugae veterum silentio opprimendae, non in lucem protrahendae videntur. Redeo ad locum nostrum. — Libri hodie ἐπιλήψιες et ἐπιλήμψιες praebent; vulgata est antiqua illa Galeni tempore lectio. Schol. dein legit: ἔστιν οἷσιν ἅμα ἥβῃ μεταβολὴν ἴσχουσι καὶ ἄλλαι. — Lind. de suo, uti videtur, καὶ ἄλλως scripsit. — Liceat iam quid ipse de loco sentiam proferre. Sermonem esse de epilepsia, idemque fere doceri, quod Aphorismis l. l., certum est. Zeuxidem et quoscumque alios ineptos huius generis interpretes facessere iubemus. — In loci lectione advertit ἐκλάμψιες, quod in ἐπιλάμψιες mutasse nonnullos Gal. referre vidimus. Nimirum equidem item cum veteribus illis correctoribus ἔκλαμψιν a veteribus appellatam fuisse ἐπιληψίαν dubitabam. Cum formam saepius obviam ἀπολελαμμέναι κοιλίαι v. c. cogitarem, multum verebar, ne vocabulum duplici modo corruptum esset: i. e. ne λήψιες in λάμψιες transiisset, quod non a λάμπειν, sed a λαμβάνειν duxisse videbantur, et ne in ἐκ haberemus solitam confusionem huius praepositionis cum ἐπί. Hinc ortum fortasse correctorum illorum apud Galenum ἐπιλάμψιες, — quod fere Doricum ἐπίλαψις esset. — Unum quid tamen me retinet, quominus aliquid innovem: i. e. Prorrh. 124. et Coaca 351.: οἷσι σπασμώδεσι ὀφθαλμοὶ ἐκλάμπουσι ἀτενέως κ. τ. λ. Nam iam fieri posse contendo, ut ex habitu oculorum nomen morbi desumpserint et a verbo ἐκλάμπειν formarint ἔκλαμψις, quod licet longe alius originis sit quam ἐπιληψία, tamen simile quid denotat. Hoc nomen a subita invasione morbi est ductum, alterum ab oculorum adspectu. — Alterum, quod in lectione advertit, est καὶ ἄλλας. Equidem cum Lindano legere vellem καὶ ἄλλως et lacunam notare: aliquid enim periit; quod quale sit, ignoro, sed verosimile est potius καὶ ἄλλως quam καὶ ἄλλας scriptum fuisse. — Haec de hoc loco. — Sed videndum est de Gal. comm., in quo locus vitiosus, qui non est negligendus: p. 827. legimus καθάπερ αὐτὸς ἐδήλωσεν ἐν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ ἀέρων καὶ τόπων ὧδέ πως γράψας· τοῖς παιδίοις συμπίπτειν σπασμούς τε καὶ ἄσθματα, ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον ποιέειν καὶ νοῦσον εἶναι. κατὰ ταύτην τὴν ῥῆσιν εὔδηλον ὅτι προσυπακοῦσαι δεῖ τὸ παιδίον πάθος, ὡς εἶναι τὴν λέξιν ταύτην· ἃ νομίζουσι τὸ παιδίων πάθος ποιεῖν καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. — In his καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι legendum esse in ipsa citatione ex Hipp., alii iam viderunt. Sed Galeni verba non congruunt cum textu, quem adfert; neque enim προσυπακοῦσαι δεῖ τὸ παιδίων πάθος cum superioribus convenit. Sed quum nomen subst. πάθος subintelligendum dicat, adiectivum eum legisse patet, non deminitivum παιδίον. Itaque locum, cuius prior pars integra, a citatione inde ita se habuisse opinor: τοῖς παιδίοις συμπίπτειν σπασμούς τε καὶ ἄσθματα, ἃ νομίζουσι τὸ παιδεῖον ποιέειν καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. κατὰ ταύτην τὴν ῥῆσιν εὔδηλον ὅτι προσυπακοῦσαι δεῖ τὸ παιδεῖον πάθος, ὡς εἶναι τὴν λέξιν ταύτην· ἃ νομίζουσι τὸ παιδεῖον πάθος ποιεῖν καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. Est solita permutatio literae ι cum diphthongo ει et literarum ο et ω.

5. ... ἐς νεφρὸν κ. τ. λ.] Apud Galenum fini superioris §. continuo subiungitur haecce ad hunc modum: καὶ ἄλλας καὶ ἐς νεφρὸν κ. τ. λ. Qua de re: προκειμένου, inquit, (lege vero προσκειμένου) δὲ τοῦ καὶ συνδεσμοῦ, τοῦτον πάλιν ἀφαιροῦσιν ἔνιοι, δύο βουλόμενοι λέγους εἶναι κατ' οὐδὲν ἀλλήλοις κοινωνοῦντας κ. τ. λ. (p. 829). In vulg. καί om.; in Edd. antt., multis mss. Parr. additur; cod. C ἀτὰρ καί fert; schol. non habet copulam. Littréus contulit Ep. II. 2. 9. ideoque omisit. Consentio, nam sine dubio haec §

©BIUM

δές τε οὐρέουσι· νάρκη μηροῦ τοῦ κατ' ἴξιν· [1] ἑλινύειν οὐ ξυμφέρει, [2] ἀλλὰ γυμνάσια· μὴ ἐμπίπλασθαι· τοὺς νέους ἑλλεβορίζειν, ἰγνύην τάμνειν, οὐρητικοῖσι καθαίρειν, λεπτῦναι καὶ ἀπαλῦναι.

ς'. Γυναικεῖα τῇσι ὑδαταινούσῃσι [3] ἐπιπουλὺ παραμένει· ὅταν δὲ μὴ ταχὺ ἴῃ, ἐποιδέει.

ζ'. Ἐν Κρανῶνι αἱ παλαιαὶ ὀδύναι ψυχραί· αἱ δὲ νεαραὶ θερμαὶ, αἵματι δὲ αἱ πλεῖσται· καὶ τὰ ἀπὸ ἰσχίου ψυχρά.

subsident et cruentam urinam reddunt. Femoris, quod e directo respondet, stupor sentitur. Quietem agere non conducit, sed exercitationes; non repleri. Invenibus veratrum exhibere oportet, poplitem caedere, urinam cientibus vacuare, attenuare atque emollire.

6. *Locus incertae lectionis esse videtur.*

7. *Locus corruptus.*

[1] ἑλινύειν. — [2] ἄλλα ἢ γ. μὴ ἐπίμπλασθαι τοὺς ν. ἀλλ' ἑλλεβορίειν (sic). — [3] ἐπιπολύ. — [4] κρανεῶνι, tum pone θερμαί cetera omm. usque ad ἀποστάσιες οὐ μάλα κ. τ. λ.

refert fragmentum a superiore prorsus diversum et cuius principium lacunosum est. Ceterum locus Ep. II., a Littréo comparatus, facit ut fere suspicer, hanc § proprie referre ἀπόσπασμα descriptionis epidemiae, quod postea in formam moniti universalis mutaverint descriptores antiquissimo tempore, cuius rei plura exempla in libris Epidd. spuriis reperiuntur. Quod ad varietatem lect. porro attinet, pro *σίτου* schol. *σιτίου*, cod. C τοῦ σιτίου ἢ ποτοῦ. Lind. *ἐμέουσί τε* φλ., forte e Gal., idemque in mss. suis vidit Littréus; fateor me nescire quid dandum sit, quia ignoro, quod sententiae principium fuerit. Schol. ὁκόταν utroque loco seq. pro ὅταν, sed legit ὁκόταν δὲ πλεονάσωσι αἱ ὀδύναι ἰώδεα· καὶ ἰχῶνες μὲν γίγνονται, λύονται δὲ ὁκόταν ἐμέσῃ τῶν κενωθέντων. Pro vulg. plur. ὑφίστανται Littr. e libris et Gal. sing. num. dedit. Vulgo *ῥέουσι*, sed οὐρέουσι Gal. schol., libri nonnulli; vel sine his sponte correxeris. Schol. *νάρκη τε μηροῦ*, idemque ἀλλὰ γυμνάζεσθαι μέν; item Gal., sed sine *μέν* addito. Porro Pall. *μὴ ἐμπίπλασθαι δέ*. — Gal. καθῆραι. Schol. denique *λεπτύνειν τε ἅμα καὶ ἀπαλύνειν*. — In comm. Gal. p. 838. vs. 6. pro οὐρητηροῖσι legendum esse οὐρητικοῖσι, quivis videbit.

6. γυναικεῖα — ἐποιδέει.] Gal. in comm. ὑδαταινούσας duplici modo fuisse acceptum refert: alios intellexisse τὰς ἐχούσας ἐπιτηδείως ἀλῶναι τῷ κατὰ τὸν ὕδερον πάθει, — alios τὰς φύσει λεπτὸν καὶ ὑδατῶδες ἐχούσας αἷμα. Idem fuisse, qui *παραμένειν* addito ν scriberent, ibidem monet, intelligentes: γυναικεῖα τῇσι ὑδαταινούσῃσι ἐπὶ πολὺ χρὴ παραμένειν. Ac nihil quidem horum bene habet: e rerum nexu patet ὑδαταίνειν hic esse *aqua inter cutem laborare*, sed leviore modo, quum τὸ ἐποιδέειν in altero membro incrementum morbi denotet. Locum Calvus interpretatur: „Menses humidis tardant, cum vero celeriter non decurrunt, tumescunt." Corn. *παραμένει* „permanent" reddit, Foës. „perseverant." Littr. „se prolongent." — Adpono interpretationes, quia locus ambigui quid habet: si *παραμένει* hic re vera accipiendum sit de menstruis fluere pergentibus, longe ineptissime se habet antithesis in altero membro ἢν δὲ μὴ ταχὺ ἴῃ. Sed hoc utut est, ἐποιδέει in ἐποιδέουσι mutandum, quum αἱ ὑδαταίνουσαι sint, quae ἐποιδέουσι; quod vetustiores illi interpretes omnes senserunt, dum Littréus reddendo „il survient des gonflements" forte indicare voluit, ἐποιδέει sibi impersonale videri. Redeo ad *παραμένειν* et Calvi interpretationem: si hoc unum sit h. l. vitium, quod ἐποιδέει pro ἐποιδέουσι librariorum socordia scriptum est, *παραμένει* vero sit integrum, omnino accipiendum est tanquam oppositum verbo *ἰέναι* et Calvi interpretatio admittenda est. Sed quum ἐκλείπειν de deficientibus menstruis sit usitatissimum, *παραμένειν* hic eodem sensu usurpatum fuisse vix statuere licet, itaque dixerim negationem periisse; nam regula universalis medico nulli umquam fuerit: *mulieribus hydropicis, aut in hunc morbum proclivibus, menstrua plerumque fluere pergere*, licet non sim nescius, exceptiones hic observari posse. Nisi igitur quodammodo ambiguum illud in significatione verbi *παραμένειν* me retineret, locum scripsissem:

Γυναικεῖα τῇσι ὑδαταινούσῃσι ἐπὶ πουλὺ οὐ παραμένει· ὅταν δὲ μὴ ταχὺ ἴῃ. ἐποιδέουσι.

7. ἐν Κρανῶνι κ. τ. λ.] Apud schol. καὶ ἐν Κρ. legitur; Gal. in comm. ad Aph. II. 6. locum citans αἱ μὲν παλαιαί legit, facile tamen, memoriter locum adferens, *μέν* de suo supplere potuit. Lind. e Gal. dedit *αἵματι δὲ αἱ πλ.* pro vulg. *αἱματίαι αἱ πλ.*, — idem dedit Littr.; in schol. textu vulgata lectio exhibita est, sed adnotatur „αἵματι δὲ πλ. codd." — Veterum nugas sibi relinquentes, locum diligentius persequamur: statim ἐν Κρανῶνι longe ineptissime praemittitur in commemoratione rei, quae minime ad illud oppidum adstricta est, sed per totum terrarum orbem patet. Est hoc fortasse recentioris inepti hominis, qualis qui Ep. II. l. 5. praemisso praecepto universali subiungit ἐν γοῦν Περίνθῳ κ. τ. λ., quasi magno molimine quod ubivis valet ad unam Perinthi civitatem transferant. Sed fieri etiam possit, ut ἐν Κρανῶνι hic non sit nisi vestigium loci deperditi, nam in hoc turbarum pleno libro vix quidquam eiusmodi locis certum est. Qui vero putant, *αἵματι δὲ αἱ πλ.* eo sensu, quo ἀφ' αἵματος δὲ γίγνονται αἱ πλεῖσται dicitur, Graecum esse, falluntur; hic vitium latet. At fac bene habere, nonne mirum esset in eiusmodi brevi sententia dolores calidos a sanguine repeti, frigidos non alteri cuidam humori adscribi? Hinc factum est, ut crederem, in vulgato *αιματιαι* latere quod ad vitium detegendum ducat, nempe id ipsum indicare, librarium repetivisse per errorem syllabam postremam antecedentis *θερμαί*, postquam articulum iam descripserat, eumque dedisse ΘΕΡΜΑΙΑΙΜΑΙΑΙΠΛΕΙΣΤΑΙ, unde primum *θερμαὶ αἱματίαι πλ.*, dein *θερμαὶ αἱματίαι αἱ πλ.*, tandem lectio quam exhibui, nata sit. Itaque forte scribendum omisso ἐν Κρανῶνι:

Αἱ μὲν παλαιαὶ ὀδύναι ψυχραί· αἱ δὲ νεαραὶ ἱερμαὶ αἱ πλεῖσται.

Huic regulae, quae medice sumpta nihil habet quod offendat, alius adscripserit καὶ τὰ ἀπὸ ἰσχίου ψυχρά. Quod in vulgata inepte ceteris adhaeret, quum τὰ ἀπὸ ἰσχίου cum *παλαιά*, tum *νεαρά* esse possint; sed quod adnotator iste de diuturnis doloribus ischiadicis intellexerit.

©BIUM

η'. Τὰ ἐς ῥίγεα ἰσχυρὰ ἰόντα οὐ πάνυ τι πρηΰνεται, ἀλλ' ἐγγὺς τῆς ἀκμῆς.

Πρὸ ῥίγεος αἱ ἐπισχέσιες τῶν οὔρων. [ἦν ἐκ χρηστῶν ἴωσι καὶ κοιλίη ἦν μὴ ὑποδιέλθῃ καὶ ὕπνοι ἦν ἔωσι· ἴσως δὲ καὶ ὁ τρόπος τοῦ πυρετοῦ· ἴσως δὲ καὶ τὰ ἐκ κόπων.]

Ἀποστάσιες οὐ μάλα οἷσι ῥίγεα.

θ'. [1] Αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες, οἷον ἢ πρὸ νούσου ὁδοιπορήσαντι, ἢ ἐκ νούσου αὐτίκα διότι ἴσως τὸ ἐκ κόπων ἐς ἄρθρα ἀπέστη, διὸ καὶ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες.

8. Quae in vehementes rigores tendunt, non multum mitescunt, nisi prope vigorem.

Rigorem urinarum suppressiones praecedere solent.

Cetera non intelliguntur.

Quibus rigores fiunt, nil fere abscedere solet.

9. *Voces sunt sensu cassae.*

[1] Totus locus om.

8. τὰ ἐς ῥίγεα ἰσχυρὰ ἰόντα οὐ πάνυ τι πρηΰνεται, ἀλλ' ἐγγὺς τῆς ἀκμῆς.] Gal. in comm. refert hanc fuisse loci scriptionem, quam cognoverunt οἱ παλαιότεροι τῶν ἐξηγητῶν; recentiores vero scripsisse: τὰ ῥίγεα ἰσχυρὰ ἐόντα οὐ πάνυ τι πρηΰνεται, ἀλλ' ἐγγὺς τῆς ἀκμῆς; cui quidem scripturae hanc tribuerunt significationem: ὅσα τοῖς νοσοῦσι ἰσχυρὰ γίνονται ῥίγη, μὴ πάνυ τι ταῦτα πρηΰνεσθαι κατ' ἄλλον τινὰ καιρὸν τῆς νόσου, ἀλλὰ μόνον ὅταν ἐγγὺς ᾖ τῆς ἀκμῆς. Alteram vero scripturam acceperunt τὰ ἐς ῥίγεα ἰσχυρὰ — ἀφικνούμενα πάθη — μὴ πρηΰνεσθαι πρὸ τῆς ἀκμῆς. Accipiunt hi veteres, perinde ac recentiores interpretes ἀλλά, quasi ἀλλ' ἤ esset scriptum; hoc ipsum vero in textu schol. fertur, ubi οὐ πάνυ τι πρηΰνει ἀλλ' ἢ ἐν τοῖς ἀκμαῖς scriptum est. — Nihil tamen mutandum; locus, quemadmodum Littr. descripsit, bene habet, nec dubius sensus eius. Quod cod. C. προπρηΰνεται habet, id iterum correctoris manum demonstrat.

πρὸ ῥίγεος αἱ ἐπισχέσιες τῶν οὔρων — τὰ ἐκ κόπων.] Schol. πρὸ ῥίγεος om., s. potius non legitur in eius textu, qualem Dietzius edidit, sed ipse legisse videtur, nam p. 23. ἀκούω δή, inquit, καὶ ἄλλου σημείου· λέγει γὰρ ῥιγῶ, quod vix intulerit, nisi in textu viderit πρὸ ῥίγεος. Quod Lind. edidit πρὸ [κρίσιος] ῥῖγος καὶ ἐπισχέσιες τῶν οὔρων, id forte propter Galeni comm. fecit, quem confer. Simplex σχέσιες multi libri et Ald. et schol.; hic porro ἦν ἐς χρηστὸν ἴωσι. — Vulgo κοιλίην, sed nominativum habent Gal., schol., cod. C. et dederunt Lind., Littr. Negatio ante ὑποδιέλθῃ a Littréo e Pall. adscripta est. Pro ἐνέωσι Gal. ἐνίωσι manifesto calami lapsu, neque Latine expressit eius interpres; schol. simplex ἔωσιν, idemque tandem ἐς κόπον. — Ad πρὸ ῥίγεος αἱ ἐπισχέσιες τῶν οὔρων Littr. citat exemplum mulieris, cuius mentio facta Ep. IV. 25., ubi ῥῖγος· ἐπέσχετο οὖρα πρὸ κρίσιος. Ecce! ne quid neglexisse videar, congessi quae ad loci intelligentiam facere videantur; cf. porro Prorrh. 51. Coaca 5. et videbis, si l. l. ex Ep. IV. item adhibeas, Lindanum omnino assecutum esse sensum, quem auctor exprimere voluisse videtur. — Sed sequentia, quae uncis intercepi, ita comparata sunt, ut sensum idoneum ex illis elicere nequeas et sine dubio recentiora referant additamenta; ad quem vero locum pertineant, incertum dixerim, nam cum πρὸ ῥίγεος — οὔρων vix cohaerere videntur, vix apto nexu coniungi. Itaque nolui in toto loco quidquam moliri, sed adventitia a ceteris seclusi. Si quaeras, an nihil pelluceat ex corruptis illis, puto omnino haec dici posse: significare adnotator voluisse videtur, iudicium praecedere rigorem et urinae retentionem, si retentio fiat post emissionem urinae laudabilis; rigorem autem oriri, si alvum non demiserit aeger, neque somnus fuerit, — nempe ὕπνοι ἦν μὴ ἔωσι scriptum fuisse suspicor. — Quae iam sequuntur, ἴσως praemissum habentia, additamenta rursus sunt superioribus recentiora, in margine aliquando adiecta: priore adnotator docere voluit, febris rationem etiam esse computandam, ut sciat, num signa memorata in sententia principe critica sint, nec ne; — altero vero docere voluit, e defatigatione item eiusmodi rigores contingere posse.

ἀποστάσιες οὐ μάλα κ. τ. λ.] Palladii textus fert σὺν ῥίγεσι. — Si quid veri sit in hoc monito, quod ex observatione ductum videtur, esse debet in rigoribus per se crisin facientibus, ita ut haec alio modo non adveheretur.

9. αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες κ. τ. λ.] Locus hicce, qualis in libris fertur, omni sano sensu destituitur: varr. lectt. excerpam, ne intelligendi instrumenta neglexisse videar. Apud schol. ἀλλ' οἷς ἐκ τῶν σκ. legimus, sed cohaeret sententia apud eum cum superiore ἀποστάσιες οὐ μάλα σὺν ῥίγεσι. In cod. H. eandem lect. Palladii vidit Littr., excepto ἐκ. Pro ἢ πρὸ νούσου schol. εἰ πρὸ ν. et tum ὁδοιπορήσαντες. Schol. ἤ ante ἐκ νούσου om. et cod. C. om. αὐτίκα. Dein schol. ὅτι ἴσον τὸ ἐκ κόπων. Gal. διὸ ὅ. — Ex hisce ad loci intelligentiam admodum nihil proficimus. Eum autem corruptum fuisse dudum ante Galeni tempora, docent variae loci scriptiones apud veteres, de quibus in comm. narrat. Primum dicit, sciri non posse, num ἐκθηλύνσιες sint debilitates solum, an debilitates cum atrophia. Cf. Foës. in Oecon. et adnn. ad h. l. et vid. glossaria antiqua. Postea autem: τὸ δὲ ἐπὶ τῷ τέλει, inquit: προσκείμενον δι' ὃ αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες, εἴρηται καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ῥήσεως. ὅθεν ἔνιοι τῶν ἐφεξῆς γεγραμμένων ἡγούμενον αὐτὸ ποιοῦσι. πρῶτον μὲν ἀφαιροῦντες τὸ διότι, συμμετακοσμοῦντες δὲ αὐτῷ τινὰ καὶ τῶν ἐκ τῆς ἑπομένης ῥήσεως. Sed operae pretium etiam tenere, quae dicere pergit: ὅπερ δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν εἶπον ἀναμνήσω καὶ νῦν, ἔστι δὲ τοῦτο τὸ πολυειδῶς γεγράφθαι τὰς ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ ῥήσεις, ὥσπερ καὶ τήνδε μετὰ τοῦ διεσπάσθαι τινὰς οὐκ ὀρθῶς, ἢ συνῆφθαι πάλιν οὐ προσηκόντως. ὧν εἰ μνημονεύσοιμι πάντων ἅμα τῷ διελέγχειν τοὺς ἁμαρτάνοντας, εἰς ἄπειρον ἐκταθήσεται μῆκος ὁ λόγος. Res ideo memorabilis, quoniam ipsi veteres locos non tam varie scribebant, nisi corrupti essent; ubi integros describebant locos, quos saltem intelligebant, neque corrigere textum studebant. Foës. in adnn. et Littr. citant ad h. l. plures alios ex Epidd. spuriis, quos cum nostro conferunt et cum eo eandem rem attingere affirmant: res mihi non constat. — Equidem sic sentio: fragmentum est corrupte scriptum, unde sine dubio eximere oportet ἴσως τὸ ἐκ κόπων: postremum διὸ καὶ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες omnino otiosum est, ea saltem forma, qua hodie periodum possidemus. Vellem potissimum fragmentum ad hunc modum describere:

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 700 sur 880

©BIUM

ι'. Φύματα ἔξω ἐξοιδέοντα καὶ τὰ [1]ἀποξέα καὶ κορυφώδεα καὶ τὰ ὁμαλῶς ξυμπεπαινόμενα καὶ μὴ περίσκληρα καὶ κατάρροπα καὶ μὴ δίκραια, ἀμείνω· τὰ δὲ ἐναντία κακὰ, καὶ ὅσα πλεῖστον ἐναντία, κάκιστα.

10. Tubercula meliora existimanda sunt, quae foras protuberant et in acutum sublata sunt, ac fastigiata aequabiliterque maturescentia, neque in ambitu dura et deorsum tendentia, neque bifida; contraria vero mala, quaeque plurimum distant, ea pessima.

ια'. Τὸ θηριῶδες Φθινοπώρου καὶ αἱ καρδιαλγίαι καὶ τὸ Φρικῶδες καὶ μελαγχολικόν.

11. Auctumno vermes intestinales et oris ventriculi dolores et horrores et atra bilis.

Πρὸς τὰς ἀρχὰς [2]τοὺς παροξυσμοὺς σκέπτεσθαι καὶ ἐν ἁπάσῃ τῇ νούσῳ, οἷον τὸ ἐς δείλην παροξύνεσθαι [3]καὶ ὁ ἐνιαυτός· ἐς δείλην καὶ αἱ ἀσκαρίδες.

Verba sunt sensu vacua.

ιβ'. Νηπίοισι βηχίον ξὺν γαστρὸς ταραχῇ καὶ πυρετῷ ξυνεχέϊ σημαίνει μετὰ κρίσιν, διμηνιαίῳ τὸ ξύμπαν εἰκοσταίῳ καὶ οἰδήματα ἐς ἄρθρα· καὶ ἢν μὲν κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ καταστῇ [τὰ ἄνω ἐν τοῖσι κάτω ἄρθροισι], ἀγαθόν· ἢν δὲ ἄνω, οὐχ ὁμοίως λύει τὴν νοῦσον, ἢν μὴ ἐκπυήσῃ· τὰ δὲ ἐν ὦμοισι ἐκπυεῦντα τοῖσι τοιούτοισι γαλιάγκωνας ποιέει· λύσειε δ' ἂν καὶ ἑλκυδρίων κάτω ἔκθυσις, ἢν μὴ στρογγύλα καὶ βαθέα ᾖ, τὰ δὲ τοιαῦτα ὀλέθρια καὶ ἄλλως παιδίοισι· καὶ αἷμα λύσειε ἂν ῥαγὲν, μᾶλλον δὲ τοῖσι τελειοτέροισι ἐπιφαίνεται.

12. *Locus prave scriptus.*

[1] ἀπόξημα. — [2] τῶν παροξυσμῶν. — [3] καί — ἀσκαρίδες om. — [4] Totus locus om.

..... αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες, οἷον ἢ πρὸ νούσου ὀδοιπορήσαντι, ἢ ἐκ νούσου αὐτίκα, διότι ἐς ἄρθρα ἀπέστη .....

10. *Φύματα ἔξω — κάκιστα.*] cf. Prognost. § 13., e quo loco hicce totus dependet. Palladii textus a vulg. differt; habet enim: *Φύματα ἐξογκέοντα ἀποξέα καὶ κορυφώδεα καὶ ὁμαλῶς ξυμπ. καὶ μὴ περισκλ. καὶ μὴ καταρρ. καὶ τὰ μὴ δικέρα, ἀγαθά· τὰ δ' ἐναντία ἀγαθὰ* (error librarii pro *κακά*) *τὰ δὲ ὡς πλεῖστον ἐναντία, κακά* (error rursus librarii pro *κάκιστα*). — Gal. lectio maximam partem cum vulgata consentit; habet autem *καὶ τὰ κορυφ.* et *καὶ τὰ μὴ δικρ.* et *καὶ ὅσα πλείστως κ. τ. λ.* Erot. *δίκραια* exposuit ex h. l., uti videtur, sed *δίκρατα* apud eum legitur, codd. tamen apud Franz. meliorem praebent lect. — Vulg. *ὅσα πλεῖστα ἐναντία*, descriptor cod. C. *πλείστῳ* correxit, quod Littr. recepit; malui *πλεῖστον* reponere. Notandum *ἀπόξη* habere cod. C. *ἀπόξηρα* Ald. et plerosque libros Parr. cf. sect. 8. §. 26.

11. *τὸ θηριῶδες Φθινοπώρου — μελαγχολικόν.*] Schol. *καὶ αἱ* ante *καρδ.* omittit. In Galeni textu deficit *τὸ Φρικῶδες*, sed apud eum in textu reponendum esse docent comm. verba; *οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν εἰ καὶ καρδιαλγίαι καὶ τὸ φρικῶδες καὶ τὸ μελαγχολικὸν ἐπικρατεῖ κατὰ τὴν φθινοπωρινὴν ὥραν.* Cf. cum loco nostro Ep. II. 1. 3. et Ep. IV. 16.

πρὸς τὰς ἀρχὰς — καὶ αἱ ἀσκαρίδες.] Apud Gal. in hisce *ἐπισκέπτεσθαι*, tum *ἐν δείλῃ*. Apud schol. *ἐν πάσῃ, εἰ τῇ δείλῃ παροξύνεται, ὁ ἐνιαυτὸς ἐς δείλην, ἀσκαρίδες.* Locum sanum sensum non referre quivis semel admonitus videt; eius principium ductum videtur ex Ep. II. 1. 6. et Ep. IV. 20., ubi *πρὸς τὰς ἀρχὰς δὲ καὶ οἱ παροξυσμοὶ καὶ τὸ πρωϊαίτερον σκεπτέον καὶ τὸ ξυνεχέων καὶ τὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ*, quae pariter sensu vacua. Posterior pars partim cum Ep. II. 1. 4., partim cum Ep. II. 1. 3. cohaeret, ubi vide. Vix plus inest quam merae ineptiae.

12. *Νηπίοισι κ. τ. λ.*] Loci insigniter corrupti varietatem lectionis primum excerpam, dein de aliis videbimus. Schol. *βηξία* — Littr. *διμηνιαίῳ*, vulg. *διμηναίῳ*, sed schol. *διμηνιαίαν.* — Schol. *ἢ εἰκοστήν.* Pro *καὶ ἢν μέν*, Gal. *ἢν μέν.* Schol. *εἰ μέν.* Pro *καταστῇ* schol. *καταστηρίζει* et tum *τὰ ἄνωθεν.* — *Ἐκπυέοντα* Gal., schol.; in seqq. *λύσειε δ' ἂν καὶ αἷμα ῥυέν* — Lindanus initio *καὶ διμηνιαίῳ* — idemque sub finem *καὶ ἄλλως* [*καὶ*] *παιδίοισι* [*μάλιστα*]. — E codd. Parr. lectt. *ἢ εἰκοσταίῳ* adnotatur a Littr. e cod. H.; tum C. habet *λύσειε δ' ἂν καὶ αἷμα ῥαγέν.* Hinc sane non multum lucramur. Ad verba huius § Littréus, alii contulerunt Ep. VI. 7. 1. et Ep. IV. 36., qui loci certe principii § nostrae originem illustrant: ad *καὶ ἢν μὲν κάτωθεν* omnino comparandus locus ex Ep. II. 1. 7. Ad *γαλιάγκωνας* cf. Foës. in Oecon. Quod attinet ad *διμηνιαίῳ τὸ ξύμπαν εἰκοσταίῳ*, Littréus opportune contulit locum ex Ep. VI. 7. 1. *Πρὸ ἰσημερίης αὖθις ὑπέστρεφε τοῖσι πλείστοισι ὡς ἐπὶ τὸ*

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 701 sur 880

©BIUM

ιγ'. Δάκρυον ἐν τοῖσι ὀξέσι τῶν φλαυρῶς ἐχόντων ἐκόντων μὲν χρηστόν· ἀκόντων δὲ παραρρέον, κακόν· καὶ οἷσι περιτείνεται [1]τὰ βλέφαρα, κακόν· κακὸν δὲ καὶ τὸ ἐπιξηραινόμενον οἷον ἄχνη· καὶ [2]τὸ ἀμαυρὸν καὶ αὐχμηρὸν, κακόν· καὶ οἱ ῥυτιδούμενοι ἔνδοθεν καὶ οἱ πεπηγότες καὶ οἱ μόλις στρεφόμενοι καὶ οἱ ἐνδεδινημένοι [καὶ τἆλλα ὅσα παρεῖται.]

13. *Locus male scriptus.*

ιδ'. Πυρετοὶ οἱ μὲν δακνώδεες τῇ χειρὶ, οἱ δὲ πρηέες· οἱ δὲ οὐ δακνώδεες μὲν, ἐπαναδίδοντες δέ· οἱ δ' ὀξέες μὲν, ἡσσώμενοι δὲ τῆς χειρός· οἱ δὲ περικαέες εὐθέως, οἱ δὲ διὰ παντὸς [3]βληχροί· οἱ δὲ ξηροὶ, οἱ δὲ

14. Febrium partim quaedam manui mordaces apparent, quaedam vero mites. Partim vero quaedam minime mordaces apparent, increscentes tamen. Aliae autem acutae quidem, at quae manui cedant. Partim vero confestim

[1] τά om. — [2] τό om. — [3] βληχροὶ ξηροί. De ordine verborum cf. adnn.

πουλὺ τεσσαρακοσταίοις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. Sed inde sponte patet locum nostrum corruptum esse; nam auctor indicare voluit, non εἰκοσταίῳ μετὰ κρίσιν τὸ βηχίον σημαίνειν, sed εἴκοσι ἡμέρας μετὰ κρίσιν, morbum vero totum duravisse duos menses s. sexaginta dies. Quo modo autem locus ad pristinam integritatem restitui possit, non video; omnia tam inepte descripta videntur, ut boni quid inde non elicias. Si initium cum seqq. conferas, vides ineptos nescio quos homines fragmentum descriptionis epidemiae corrupisse, cui dein adsuerint monita universalia non cohaerentia, forte ex eadem epidemiae descriptione ducta, sed quorum inter se nexum, aut aptam consecutionem in hac loci scriptura discernere non valemus. — Postrema καὶ αἷμα — τοῖσι τελειοτέροισι ἐπιφαίνεται videntur referre locum Prognostici e fine § 42. μᾶλλον δὲ καὶ ἐνταῦθα τοῖσι νέοισι τοῦ αἵματος τὴν ῥῆξιν προσδέχεσθαι. In periodo καὶ ἢν μὲν κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ — ἐκπυήσῃ, si deleas quae uncis intercepi, certe sensum idoneum in isto membro habebis et vero uncis inclusa illa omnino referre videntur scholion, quod e margine in textum irrepserit et in quo profecto ἄνωθεν, quod schol. habet, fuerit scriptum, locus ex Ep. II. 1. 7. id docet. — Principium comm. Galenici ad h. l. p. 861. ita se habet ἅπαντες ὁμοίως πιστεύοντες τοῖς γεγραμμένοις οἱ ἐξηγησάμενοι, μετὰ τοῦ μηδὲ νοεῖν, ὧν ἐπαινοῦσιν, ἔνια. — Hic locus claudicat. Non certus sum de emendatione, sed vide num forte legi possit μετὰ τοῦ μηδὲ νοεῖν. ὧν ἐπαινοῦσιν ἔνια θαυμάζουσι.

13. δάκρυον κ. τ. λ.] Δάκρυα et παραρρέοντα Gal. — δάκρυα — χρηστὰ — παραρρέοντα — κακά schol. Dein sine copula Gal. οἷσι περιτείνεται βλέφαρον, — equidem cum schol. τὰ βλ. scripsi; idem omittit κακὸν δὲ καὶ τὸ ἐπιξηραινόμενον οἷον ἄχνη καὶ τὸ ἀμαυρόν. Quum tamen in ipso scholio legamus καὶ λῆμαι δὲ περὶ τὸν ὀφθαλμὸν κακόν, credo e textu illa excidisse post Palladii aevum. Pone ἀμαυρόν apud Gal. quidem κακόν legitur, sed adscriptum fuerit, quia singulas loci partes pedetentim sequitur. Ἐρρυτιδωμένον schol.; μόγις pro μόλις Gal., schol., cod. C. Verba quae in fine loci uncis inclusi, non sunt scriptoris, sed alicuius descriptoris, qui indigne ferens, non omnia, quae ipse novisset, signa ex oculis hic enumerari, ioco isti indulsit. Ad verba δάκρυον — παραρρέον, κακόν cf. locum ex Ep. I. exemptum et relegatum ad notulas ad § 18., tum Ep. IV. 46. Ep. VI. 8. 8. Aph. IV. 52. ad reliqua cf. Coacam 218. et Progn. §. 3. — Si malis cum Palladii textu δάκρυα cett.

plurali numero legere, per me licet. Sed mirae perturbationis vestigia deprehendimus: quippe ineptissime membrum periodi, quod de palpebra agit, inter antecedens de lacrymis et subsequens de sordibus in oculis interponitur. Tum vero in ipso illo καὶ οἷσι περιτείνεται τὰ βλέφαρα s. τὸ βλέφαρον, quaero quae sit illa περίτασις τοῦ βλεφάρου? In Progn. memoratur quidem τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον σκληρόν τε καὶ περιτεταμένον, sed de palpebris aliud quid e regione oppositum profertur verbis § 3. ἢν δὲ ἰκνὸν γένηται — βλέφαρον. Verum ipsum illud ἰκνόν significat id, quod infra de oculo dicitur τὸ ἐρρυτιδωμένον s. ῥυτιδούμενον. Iam vero quaero quid sit τὸ ῥυτιδούμενον ἔνδοθεν in oculo? Quae Gal. in comm. adfert nullius sunt pretii et nemo quisquam, puto, unquam in homine vivo ῥυτιδούμενον quid vidit intus in oculo. Itaque suspicor locum perturbatione ordinis verborum, aliis etiam modis corruptum esse, quam corruptelam non nisi incertis coniecturis tolli posse existimo. Ut redeam ad καὶ οἷσι περιτείνεται τὰ βλέφαρα, quaerere coeperam, num in περιτείνεται forte πελιαίνεται lateat, sicuti πελιαινόμενον — βλέφαρον legitur Coaca 212. — Videant alii!

14. πυρετοὶ οἱ μὲν κ. τ. λ.] Varr. lectt. praecipuae fere hae sunt: οἱ δὲ πραεῖς καὶ οὐ δακνώδεες schol. — Gal. lib. de febrium diff. vol. VII. p. 274. Kühn. μέν pone δακνώδεες om. Cod. C. ἡσσώμενοι δὲ τῇ χειρί. Gal. οἱ δὲ περικαέες μὲν εὐθ. Schol. καὶ διὰ παντὸς βληχροί. Verum pone βληχροί omnes legunt ξηροί, de quo vocabulo eodem modo sentio ac Lindanus, nempe opponi sequenti οἱ δὲ πρὸς τὴν χεῖρα νοτιώδεες et ante id omissum esse οἱ δέ. Iam vero Lind. οἱ δὲ ξηροὶ — νοτιώδεες inter δεινοί et οἱ δὲ ἐξέρυθροι intulit; equidem eo, quo iam descripsi, loco, ista melius congruere credidi. De meo ἐσιδεῖν scripsi pro simplici ἰδεῖν, praepositionem propter ultimam syllabam vocabuli antecedentis periisse ratus. Schol. πελιδνοί. Gal. in fine καὶ τἆλλα τοιαῦτα τοιουτότροπα; sed mihi haec eiusdem farinae videntur, cuius § 13. postrema, i. e. a librario aliquo profecta, quapropter uncinis inclusi. — Galenus miram dictionem οἱ δ' ὀξέες μὲν, ἡσσώμενοι δὲ τῆς χειρός sic explicat: ἐν ἀρχῇ γὰρ φανέντες ὀξεῖς ἐκλύονται κατὰ βραχύ. τὸ δὲ ὀξέες ἐπὶ τῆς ταχέως ἀπαντώσης τῇ χειρὶ θερμασίας, ἐνδεικνυμένης τε τὴν ἑαυτῆς κίνησιν ὠκεῖαν ἀκούειν σε χρή. At in superioribus per antithesin haec exponit verbis: δηλῶν ἐνταῦθα τοὺς ἐξ ἀρχῆς μὲν οὐ φανέντας δακνώδεις ἐπικειμένῃ τῇ χειρὶ μέχρι πλείονος αἰ-

©BIUM

πρὸς τὴν χεῖρα νοτιώδεες· οἱ δὲ ἁλμυρώδεες· οἱ δὲ πεμφιγώδεες [1]ἐσιδεῖν δεινοί· οἱ δὲ ἐξέρυθροι· οἱ δὲ πέλιοι· οἱ δὲ ἔξωχροι. [καὶ τἆλλα τοιουτότροπα.]

ιε'. Αἱ ξυντάσιες τοῦ σώματος καὶ οἱ σκληρυσμοὶ τῶν ἄρθρων, κακόν· καὶ αὐτὸς διαλελυμένος, κακόν· καὶ αἱ κατακλάσιες τῶν ἄρθρων, κακαί.

[2]Ὄμματος θράσος παρακρουστικόν· καὶ ἔρριψις καὶ κατάκλασις, κακόν.

exardescunt, aliae autem in totum debiles apparent. Et aridae aliae sunt, aliae tactui madentes. Aliae salsae, aliae cum pustularum eruptione, aspectu horrendae. Aliae quoque praerubrae, quaedam etiam lividae, quaedam praepallidae.

15. Corporis distentio et articulorum duritas malo est; ipseque aeger dissolutus et artuum confractiones malum portendunt.

Oculus ferox et truculentus delirium portendit, crebra quoque eius in diversas partes intentio ac perfractio mala est.

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

α'. Εὐρῦναι, στενυγρῶσαι, τὰ μὲν ναί, τὰ δὲ μή.

Χυμοὺς τοὺς μὲν ἐξῶσαι, τοὺς δὲ ξηρᾶναι, τοὺς δὲ ἐνθεῖναι, καὶ τῇ μὲν, τῇ δὲ μή.

Sectio Secunda.

1. Dilatare, coarctare, alia quidem omnino, alia vero minime.

Succi hi quidem expellendi, illi vero exsiccandi, alii autem inferendi, idque interdum quidem, interdum vero minime.

[1] ἰδεῖν. — [2] Haec sententia postrema est, quae e lib. Ep. VI. in cod. V. habetur; reliquae libri partes et Ep. VII. in eo deficiunt.

σθησιν ἐργαζομένους δακνώδη. Equidem e tota Galeni interpretatione nihil paene disco, nisi quod mihi videor perspicere, ipsum Pergamenum non multo melius me dictionem ἡσσώμενοι τῆς χειρός intellexisse, quae quidem mihi perobscura est: vultne has febres a manu calore superari, quod fere significari istis verbis dixeris? sed id vix congruit cum notione τῆς ὀξύτητος! Hic aqua mihi haeret. Loquitur porro de obscuritate verborum οἱ δὲ ἁλμυρώδεες; sed licet nesciam, quam febris speciem auctor respiciat, vix alio modo hoc accipi potest, quam de febribus e supposito humore salso ortis. Eius febres πεμφιγώδεες esse debebunt exanthematicae, sed quodnam exanthema e nobis cognitis auctor velit, quis dicat? Est autem operae pretium tenere quae de loci scriptione Gal. monet: εὑρίσκομεν δέ, inquit, ἐνταῦθα διάφορον τὴν γραφήν. ἐν μὲν τοῖς πλείστοις τῶν ἀντιγράφων προκειμένου (lege προσκειμένου) τοῦ ἰδεῖν τῷ πεμφιγώδεες, ἐν ὀλίγοις δὲ μετὰ τὸ ἰδεῖν καὶ τὸ (lege τοῦ) δεινοὶ προσγεγραμμένον (lege προσγεγραμμένου) — μόνον δὲ τῶν ἐξηγητῶν εὗρον οὕτως γεγραμμένον εἰδότα Σαβῖνον, ᾧ καὶ Μητρόδωρος ἠκολούθησε, ὅσοι τ' ἀπ' αὐτῶν εἰσι μέχρι νῦν. καὶ μὴν κατ' ὀλίγιστα τῶν ἀντιγράφων εὗρον ἁπλῶς γεγραμμένον οἱ δὲ πεμφιγώδεες, οὔτε τοῦ ἰδεῖν, οὔτε τοῦ δεινοὶ προσγεγραμμένου. Incertus sum an forte ἐσιδεῖν δεινοί sit interpolatio antiqua.

15. Αἱ ξυντάσιες κ. τ. λ.] Varr. lectt. praebent e libris Parr. 3. ξυντάξιες, ex uno ξυντήξιες. Pone καὶ αὐτὸς διαλελυμένος Gal. om. κακόν: hic locus in memoriam revocat Coacae 99. partem καὶ αὐτοὶ τρομώδεες γενόμενοι. Gal. monet fuisse, qui κατακλίσιες legerent pro κατακλάσιες, sed hoc puto iterum solitae permutationi literae ᾱ et diphthongi ει deberi, ita ut κατάκλισις e κατάκλεισις ortum fuerit. In postrema § parte καὶ ῥίψεις καὶ κατακλάσεις Galenus; καὶ αἱ ῥίψιες καὶ αἱ κατακλάσιες schol. — Iam vero fateor, licet Latina adposuerim, locum non uno nomine mihi suspectum esse. Insunt certe dictiones minus solitae: ξύντασις τοῦ σώματος, ubi frequens est ξύντασις τοῦ ὑποχονδρίου, — nec tamen credo in varr. lect. veri quid inesse; insuetum est σκληρυσμὸς τῶν ἄρθρων, quod ex h. l. solo in Oecon. recepit Foës., σκληρυσμός per se, quod σκληρυσμός totius corporis est, consuetum; κατάκλασις duplici fere modo ponitur per se et de oculo, ἄρθρων κατάκλασις contra insuetum; mirum praeterea τῶν ἄρθρων tam brevi spatio intermedio repeti; miro modo illud καὶ αὐτὸς διαλελυμένος infertur. In posteriore parte ἔρριψις et κατάκλασις videntur de oculo dici, nec tamen certus es, non forte de corpore toto poni loco, in quo puto similia contigisse atque ea, quae in § 13. observavi. Hinc factum est, ut iam ad Prorrh. 84. adnotarem, me his non satis magnam fidem adhibere; nam fortasse κατάκλασις, in postrema parte scriptum, eo devenit e superiore et in hac ipsa verosimiliter turbae sunt. Quid scriptum fuerit incertum sane, sed forte eiusmodi quid voluerit auctor: αἱ ξυντάσιες τῶν ἄρθρων καὶ τοῦ σώματος σκληρυσμὸς καὶ ἔρριψις καὶ κατάκλασις, κακόν. ὄμματος θράσος παρακρουστικόν. — Nec tamen hoc urgeo, sed id unum mihi persuasum est, nos loco, qualem possidemus, perparum fidei tribuere posse.

1. εὐρῦναι, στενυγρῶσαι κ. τ. λ.] In his schol. ναί om.; Gal. pro eo καί habet, vitio manifesto, forte errore typogr. Quod ad στενυγρῶσαι cf. Oecon., Foës., Thesaurum novum, ubi antiquiores fontes interpretationis citantur. Mihi non persuadet Gal., στενυγρός idem esse quod στενός, Simonidis locus omnino admittit notionem semitae angustae simul et madidae, ita ut in coeno viator pedem figere difficulter possit. Sed praeterea analogica requiro exempla eiusmodi adiectivi

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 703 sur 880

©BIUM

Λεπτῦναι, παχῦναι τεῦχος, δέρμα, σάρκας καὶ τἆλλα καὶ τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.

Corpus, cutem, carnes extenuare, incrassare oportet, atque reliqua partim quidem, partim vero minime.

Λειῆναι, τρηχῦναι, σκληρῦναι, μαλθάξαι, τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.

Lenire, exasperare, indurare, emollire, et haec quidem, illa vero minime.

Ἐπεγεῖραι, ναρκῶσαι· [καὶ τἆλλα ὅσα τοιαῦτα.]

Excitare, torporem inducere [aliaque quaecumque id genus.]

Παροχετεύειν, ὑπείξαντα ἀντισπᾶν αὐτίκα, ἀντιτείναντα ὑπεῖξαι.

Reliqua non intelliguntur cf. adnn.

Ἄλλον χυμὸν, μὴ τὸν ἰόντα ἄγειν, τὸν δὲ ἰόντα συνεκχυμοῦν.

terminationis, quod non sit compositum. — Manifesto, qui haec et similia his scripsit, affectatae gravitati operam dedit, talia vocabula seligens.

λεπτῦναι, παχῦναι τεῦχος κ. τ. λ.] Hoc loco libri nonnulli, ut fit, alium habent verborum ordinem; unus cod. K. σάρκα, totum autem vocabulum om. schol.; cum eodem plures libri omm. καί ante τἆλλα. — Quod attinet ad τεῦχος, Gal.: τεῦχος, inquit, ἀκουστέον ἐστὶν ὅλον τὸ σῶμα. Erotianus: τὸ ἀγγεῖον ἀκουστέον τὸ περιέχον τὰς σάρκας καὶ τὰ νεῦρα. δέρμα δὲ τὸ κάλυμμα τοῦ τεύχους ὀνομαστέον. — Galenum cum aliis sum secutus in loci interpretatione; Erotiani explicatio obscura, multumque vereor, ut ipse quid voluerit noverit. — Auctor manifesto obscuritati operam dedit; non latet hic vitium, sed affectata gravitas dictionis auctori propria videtur.

λειῆναι — τὰ δὲ μή.] Verba τὰ μὲν, τὰ δε μή in haud paucis libris omittuntur.

ἐπεγεῖραι, ναρκῶσαι κ. τ. λ.] Equidem verba καὶ τἆλλα ὅσα τοιαῦτα librarii esse contendo, non auctoris. Vid. ad § 13. 14. sect. I. huius libri. Ferrem fortasse tum h. l., tum § 14. sect. I.; sed illud καὶ τἆλλα ὅσα παρεῖται e § 13ae fine non potest ab ipso auctore adscriptum esse; — ideo haec quoque insiticia videntur. Librarium taeduerit plurium antithesium, quas describendas habebat, et ut finem faceret, hac formula usus fuerit.

παροχετεύειν — ὑπεῖξαι.] In his ἀντιτείναντα pro vulg. ἀντιτείνοντα Littr. e codd. Ald. schol. — Galeni ἀντιπίπτοντα e vulgata lect. corruptum videtur. — Schol. ἐπεῖξαι. — Equidem his verbis sanum sensum non inesse contendo; frustraque in eorum interpretatione operam consumi. Παροχετεύειν explicuerim per alias vias, quam per quas humores foras tendunt, eos derivare. Et in hoc quidem verbo acquiesco, quippe ab hoc auctore eiusmodi vocabulum exspectare licet. De reliquis non dicam, eum non ita scripsisse, sed ipsum non intellexisse quid ipse scriberet. Ὑπείξαντα ad medicum spectat, sed in ὑπείξαντα ἀντισπᾶν αὐτίκα sensus sanus non inest, voluitne primum humorum impetui cedere debere medicum et tum ἀντισπᾶν eum oportere? — sed quid sibi vult tum αὐτίκα? Quis quaeso sensus in antithesi ἀντιτείναντα, — hoc enim cum Littréo praefero prae ἀντιτείνοντα propter antecedens ὑπείξαντα, — quid sibi vult ἀντιτείναντα ὑπεῖξαι, vultne medicum primum humorum impetui aliquid debere opponere, dein ei cedere? Est hoc eiusmodi, ut nihil ex eo intelligas. Tales nugas sibi relinquo.

ἄλλον χυμὸν — ἀφαιρέεται.] Partem Galeni comm. describo, ut de vocabulorum tum scriptura, tum interpretatione constet. Ad συνεκχυμοῦν adnotat: ἐκχυμώσεις γὰρ εἴωθε τὰς ἐκ τῶν ἀγγείων ἐκχύσεις καὶ κενώσεις ὀνομάζειν, τὸ δὲ ἐργάσασθαι μεμάθηκας ἐπὶ τοῦ μεταλλάττειν ἢ μιγνύναι λεγόμενον (Equidem me non μεμαθηκέναι profiteor!) ἄδηλον οὖν εἴτε τῷ προειρημένῳ συντακτέον, εἴτε τῷ ἑξῆς εἰρημένῳ αὐτὸ προσακτέον, ἑκατέρως γὰρ οὐκ οἰκείως φαίνεται λέγεσθαι. διὸ καί τινες μὲν ὡς ἑπόμενον αὐτὸ τοῖς προειρημένοις ἐκείνοις συνῆψαν, εἶτ' ἀφ' ἑτέρης τὸ ὁμοῖον, οἷον ὀδύνην ἢ ὀδύνη παύει. τινὲς δὲ ἀρχὴν ἐποιήσαντο (lege ἐποίησαν) τῶν ἐφεξῆς τὸ ἐργάσασθαι τὸ ὁμοῖον, ἐπεὶ δὲ, ὡς ἔφην, ἑκατέρως λεγόμενον οὐδετέρως ἐστὶ πιθανὸν, ἐπὶ τὸ μεταγράφειν αὐτὸ παρεγένοντο πολλοὶ, καθάπερ καὶ τἆλλα ὅσα καθ' ἕν ὄνομα τὴν ἀσάφειαν ἔχει. καί τινες μὲν τὴν δευτέραν συλλαβὴν διὰ τοῦ γ καὶ ῑ γράφουσι ὀργίσασθαι, τινὲς δὲ τὴν πρώτην διὰ τοῦ ε̄ καὶ ρ̄, τὴν δὲ δευτέραν διὰ τοῦ γ̄ καὶ ᾱ, ἐργάσασθαι τὸ ὁμοῖον, εἶτ' ἐφεξῆς φασιν ἐν παραδείγματος μοίρᾳ λελέχθαι τὸ οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει. γέγραπται μὲν οὖν ταῦτα κατὰ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων, ὀρθῶς δὲ ἐν τοῖς κατὰ Διοσκορίδην οὐ γέγραπται — — — — — τό γε μὴν διὰ τοῦ γ̄ καὶ ῑ γραφόμενον ὀργίσασθαι πάνυ κακόζηλόν ἐστι καὶ πόρρω τῆς Ἱπποκράτους ἑρμηνείας. Sequitur dein apud eum, verum non esse τὴν ὀδύνην ἐργάζεσθαι τὴν θεραπείαν τῆς ὀδύνης, sed quod hac de re scriptum est niti videtur Aph. 46. II. de duobus doloribus simul obortis, quorum vehementior obtundit alterum. — Pergo ad codd. hodiernorum lectt. varias: — vulgo ἐόντα, sed Gal., mss. Parr., Ald., Gal. schol. ἰόντα, quod Lind., Littr. dederunt. Cod. C. μὴ συνεκχυμοῦν, quae coniectura esse videtur libri descriptoris, ad quam redibo. Schol. συνεγχυμοῦν, qua de re item postea. Οἷον ante ὀδύνη om. schol., ubi ista verba, tanquam Aph. per se constans, sunt descripta. Vulg. ἧπερ, non ἥπῃ habet, hinc forte in aliis libris ἥ scribitur, quod ex εἰ ortum fuerit. Τοιαῦτα recepi e schol. pro vulg. ταῦτα, quod minus congruum. Gal. loquitur etiam de ἀνόμοια cum superioribus aut subsequentibus coniungendo. — Liceat iam quid ipse de his sentiam in medium proferre. — In priore sententia συνεκχυμοῦν sensum sanum non habet; κενοῦν enim significare debebit, quum tamen contrarium flagitet antithesis. Ut plures aliae emendationes in cod. C., sic admodum placet μή praemissum huic verbo; num συνεγχυμοῦν cum schol. scribendum sit, quod contrarium esse debebit alterius, dubito; vocabulum insuetum mihi videtur. Vellem igitur potissimum coniecturam descriptoris codicis C. admittere. In altera sententia ἐργάσασθαι solum placet; verum puto esse οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει referre exemplum, quod quis sententiae principi adscripserit. Sed non sentio alio modo de verbis ἧν ἧπερ — ἀφαιρέεται, in quibus pro ἄνωθεν legendum videtur ἄνω. — Itaque puto auctorem duas has sententias dedisse:

Ἄλλον χυμὸν, μὴ τὸν ἰόντα, ἄγειν· τὸν δὲ ἰόντα μὴ συνεκχυμοῦν.

©BIUM

Ἐργάσασθαι τὸ ὁμοῖον, [οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει,] τὰ ἀνόμοια, [ἢν ῥέπῃ ἄνωθεν ἀρθέντα, κάτωθεν λύειν καὶ τὰ ἐναντία τοιαῦτα, οἷον κεφαλῆς κάθαρσις φλεβοτομίῃ, ὅτε οὐκ εἰκῇ ἀφαιρέεται.]

β'. Αἱ ἀποστάσιες, οἷον βουβῶνες, τῶν τὰ βλαστήματα ἐχόντων, ἀτὰρ καὶ ἄλλων, μάλιστα δὲ περὶ τὰ σπλάγχνα, κακοήθεες δὲ οὗτοι.

γ'. Πνεῦμα σμικρὸν, πυκνόν· μέγα, ἀραιόν· σμικρὸν, ἀραιόν· πυκνὸν, μέγα· ἔξω μέγα, εἴσω σμικρόν· εἴσω μέγα, ἔξω σμικρόν· τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον· διπλῇ εἴσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσι· θερμόν· ψυχρόν.

δ'. Ἰητήριον ξυνεχέων χασμέων, μακρόπνους, ἐν τοῖσι ἀπότοισι καὶ μόγις βραχύπνους.

ε'. Κατ' ἴξιν καὶ πλευρέων ὀδύνη καὶ ξυντάσιες ὑποχονδρίων καὶ σπληνὸς ἐπάρσιες καὶ ἐκ ῥινῶν ῥήξιες [καὶ .... ὦτα κατ' ἴξιν· τούτων τὰ πλεῖστα [ταῦτα] καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσι· πότερον ἦρα πάντα ἢ τὰ μὲν κάτωθεν ἄνω κατ' ἴξιν, οἷα τὰ παρὰ γνάθους ἢ

2. *Locus sensu cassus.*

3. Spiratio parva, frequens; magna, rara; parva, rara; frequens, magna; foras magna procedens, intro parva; intro magna, foras parva. Haec quidem protensa, illa vero urgens. Duplicata intro revocatio, qualis superspirantibus. Calida item et frigida.

4. *Locus incertae lectionis.*

5. *Locus partim corruptus, quod sanum est legitur Ep.* II. 3. 8.

Ἐργάσασθαι τὸ ὁμοῖον, τὸ ἀνόμοιον. Textum ita descripsissem, si certus fuissem, quid praeferendum sit, μὴ συνεκχυμοῦν, an συνεγχυμοῦν; et utrum τὸ ὁμοῖον, τὸ ἀνόμοιον, an vero τὰ ὁμοῖα, τὰ ἀνόμοια dandum sit.

2. αἱ ἀποστάσιες κ. τ. λ.] Articulum ante βλαστήματα om. schol. et cod. C.; sed hic contra μάλιστα δὲ τὰ περὶ τὰ σπλάγχνα. — Galeni comm. ad hunc locum silet, aut, quod potius crediderim, periit. Non audeo definire, num inter hunc locum et Ep. IV. 42. nexus sit aliquis. Id scio, verba esse, quae sanum sensum non praebent et quae quomodo restituantur, non video. — Forte fragmenta sunt nescio quo casu isto ordine descripta.

3. Πνεῦμα κ. τ. λ.] Hoc loco singulari numero descripsi quae initio usque ad εἴσω μεγάλα, ἔξω σμικρά plurali numero legebantur; nempe singularis vestigia supererant in postremis et in cod. C. lectione ἔξω μέγα, εἴσω μικρόν, εἴσω μέγα, ἔξω μικρόν. Iam vero πνεύματα plur. num. de respiratione non nisi inepte dicitur; crederem tamen auctorem corrigere, non librarios, nisi postrema et cod. C. lectio docerent, omnino librariis deberi pluralem in priore parte numerum. — Ἐπεισπνέουσι pro vulg. ἐπιπνέουσι Littréus recte e codd. C. H. et schol. Reliqua varietas lect. prave scripta vocabula et vocabulorum omissiones refert, nulliusque est pretii. — Cum hac § cff. Coaca 260. Prognost. § 8. Ep. II. 3. 7.

4. Ἰητήριον κ. τ. λ.] Idem locus legitur Ep. II. 3. 7. paululum diverso modo scriptus. Lind. ἐν τοῖσι δ' ἀποσίτοισι καὶ μόλις βραχύπνους. Nescio quare; oblitusne fuerit loci ex Epid. II.? Verum est legi ἀποσίτοισι in codd. Parr. duobus; itaque non de suo Lind. illud dedit; sed fortasse e Calvi Latinis, si quis codex id illi non suggesserit. — Vide ceterum quae ad Ep. II. l. l. adnotavi.

5. κατ' ἴξιν — διὰ τί;] Vulgo ὀδύνην, sed nominativum dedit Littr. e Gal., schol., cod. C. Meminit Gal. lectionis pauciorum librorum antiquorum: κατ' ἴξιν καὶ πλευρέων ὀδύνη καὶ τῶν ὑποχονδρίων τάσις καὶ σπληνὸς ἐπάρσιος καὶ ἐκ ῥινῶν ῥήξιος. Statim autem subiungit: ἦν τινα κἀγὼ προσίεμαι γραφὴν οὖσαν ἰατρικήν τε καὶ σαφῆ. — Ante ὦτα lacunae signa posui, quia procul dubio τὰ παρ' ὦτα scriptum fuerit. In vulgato τούτων τὰ πλεῖστα ταῦτα καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσι dittographiam cernere mihi videor: e qua aut τούτων, aut ταῦτα reiiciendum, quapropter hoc uncinis inclusi; nimirum aut τούτων τὰ πλεῖστα, aut τὰ πλεῖστα ταῦτα legendum; mecum vidi num forte loco opem ferre liceret ταὐτά scribendo, sed hoc minus probabile videbatur. Cod. C. hic legit ἐς ὀφθαλμούς. Galenus initium facit novae sententiae verba πότερον μὴν ἄρα πάντων, uti ille legit, et ad Ep. II. 3. 8. provocans, haec eo loco non προσκεῖσθαι refert, ad quam rem redibo. Pro verbis κάτωθεν — τὰ δὲ ἄνωθεν cod. G. eandem quam Aldus lect. habet ἄνωθεν κάτω οἷα κατ' ἴξιν, τὰ δὲ κάτωθεν ἄνω οἷα τά; ita nempe legunt usque ad τά in verbis τὰ δὲ ἄνωθεν. — Παρὰ γνάθον cod. D. ἢ καὶ ὀφθ., ἢ καὶ οὖς Gal. — Totum τὰ δὲ ἄνωθεν — ἀλγήματα κατ' ἴξιν in cod. G. om. Pro οὐ κατ' ἴξιν plures libri οἷα κατ' ἴξιν, quae varietas cum omissione et additione membrorum aliorum cohaeret. Verba καίτοι — κατ' ἴξιν in codd. omitti refert Littréus; desunt

©BIUM

παρ' ὀφθαλμὸν καὶ οὖς, τὰ δὲ ἄνωθεν κάτω, οὐ κατ' ἴξιν; [καίτοι καὶ τὰ ξυναγχικὰ ἐρυθήματα καὶ πλευρέων ἀλγήματα κατ' ἴξιν·] ἢ καὶ τὰ κάτω ἤπατος ἄνωθεν διαδιδόντα, οἷον τὰ ἐς ὄρχιας καὶ κιρσούς; σκεπτέα ταῦτα ὅπη καὶ ὅθεν καὶ διὰ τί.]

ς'. Φλέβες κροτάφων οὐχ ἱδρυμέναι, οὐδὲ χλώρασμα λαμπρὸν, ἢ πνεῦμα ἐγκαταλείπηται, ἢ βὴξ ξηρὴ, μὴ θηριώδης, ἐς ἄρθρα στήριξιν προσδέχεσθαι δεῖ κατ' ἴξιν τῶν ἐντασίων τῶν κατὰ κοιλίην ὡς ἐπιτοπολύ· ἔχουσι δὲ οὗτοι οἱ πλεῖστοι καὶ ἐξέρυθρα καὶ τῇ φύσι τοῦ λευκοχροωτέρου τρόπου καὶ οὐχ αἱμορραγέουσι ῥῖνες, ἢ σμικρὰ αἱμορραγέουσι· καὶ ἢν μὲν ῥυέντων ἐγκαταλείπηται, ἔτοιμον· [δίψα ἐγκαταλειφθεῖσα καὶ στόματος ἐπιξηρασίη καὶ ἀηδίη καὶ ἀποσιτίη τοῦτον τὸν τρόπον·] πυρετοὶ δὲ οὐκ ὀξέες οἱ τοιοίδε, ὑποστροφώδεες δέ.

6. *Locus pessime corruptus.*

in Edd. antt., itaque uncinis inclusi, qua de re postea dicam. Κυναγχικά schol. et hic et Gal. ὀδυνήματα. Pro vulg. κατά Lind., Littr. κάτω, quod Gal. et schol. habent. Cod. C. σκεπτέον. Schol. οἵσι καὶ ὅπη legit; vulgo διότι, Littréus διὰ τί; e Gal., schol. Vide ceterum ad finem loci adn. ad § seq. — Antequam ad alia transeo, describo e Gal. comm. seqq. — De loco ex Ep. II. loquitur et tum: ἄδηλον, inquit, οὖν ἐστιν ὁπότερα γέγραπται πρότερον, τὰ κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν ἢ ταῦτα. οὐ γὰρ δήπου ἐκ τοῦ δευτέρου μὲν ἐκεῖνο, τοῦτο δ' ἔκτον ἐπιγεγράφθαι πρότερον τὰ κατ' ἐκεῖνο γεγράφθαι νομιστέον, ἐν μὲν τοῖς πρὸς ἔκδοσιν ὑπ' αὐτοῦ γεγονόσιν, εὐλόγως τῆς τοιαύτης λέξεως ἐμφαινομένης, ἐν δὲ τοῖς ὑπομνήμασι οὐκ ἔτι. τὰ γὰρ ἐν διαφόροις ἢ χάρταις, ἢ δέλτοις ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένα τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεσσαλὸν ἀθροίσαντά φασι ταὐτὶ τὰ δύο βιβλία συνθεῖναι, τό τε δεύτερον καὶ τὸ ἕκτον, ἔνιοι δὲ καὶ τὸ τέταρτόν φασι. πρὸς ἔκδοσιν δ' ὁμολογεῖται γεγονέναι τὸ πρῶτον καὶ τρίτον. Haec verba in adn. recepi, quia ad veterum horum librorum existimationem pertinent. Ad ipsum locum quod attinet, haec de eo sentio. Omnia, quae Ep. II. non legi dicit Gal., sunt additamenta recentiora, quae uncinis igitur inclusi; ipsa illa additamenta rursus sunt interpolata. De lacuna et dittographia initio eorum obviis iam dixi: verba καίτοι — κατ' ἴξιν quum in codd. et Edd. antt. deficiant, in ipso additamento sunt insiticia, neque enim debito nexu cum reliquis cohaerent, sed referunt omnino adnotationem. Quin ipsa exempla, num ab additamenti auctore profecta sint, dubito. In verbis ἢ καὶ τὰ κάτω paene dixerim ἦρα καὶ τὰ κάτω legendum esse. — Forte igitur primum ad sententiam principem adscriptum fuerit: πότερον ἦρα πάντα, ἢ τὰ μὲν κάτωθεν ἄνω κατ' ἴξιν, τὰ δὲ ἄνωθεν κάτω οὐ κατ' ἴξιν; huic quaestioni postea accessisse opinor exempla adscripta. In his ipsis τούτων τὰ πλεῖστα καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσι ineptum est, neque intelligitur; quae sunt illa πλεῖστα? Quorsum spectent uncinis inclusa illa, uti dixi, perspicere non valeo. Quid sit ἢ καὶ τὰ κάτω ἤπατος non intelligo, vitium hic latere certum est, quod utrum eo modo, quem dixi, tollatur, nec ne, alii videant.

6. Φλεβῶν κ. τ. λ.] Gal. in comm. dicit, initium huius loci coniungi posse cum fine superioris ad hunc modum: σκεπτέα ταῦτα ὅπη καὶ ὅθεν καὶ διά τι φλέβες κροτάφων οὐχ ἱδρυμέναι, οὐδὲ χλ. λ. — Me iudice falso id affirmat. Tum incertae significationis esse affirmat χλώρασμα λαμπρόν, quum ipsa significatio nominis χλωρός fluctuet apud Graecos. Ut omnem ambiguitatem fugerent, alii et Sabinus scripserunt οὐ χρῶμα λαμπρόν. Littréus emendatam adfert glossam Galenicam: χλώρασμα λαμπρόν· — χλωρίτης διαυγουμένη καὶ ἐπὶ τὸ ὑδαρὲς ἐέπουσα, quam probabilem interpretationem referre opinor. Idem ad πνεῦμα ἐγκαταλείπηται confert Ep. IV. 25., ubi πνεῦμα οὐκ ἐλύθη ἀλλ' ἐγκατελείφθη. Schol. ἢ βὴξ ἢ ξηρὴ, μὴ θ., libri duo Parr. et Lind. καὶ μὴ ξ. Nomini θηριώδης triplicem veteres tribuerunt significationem: alii cogitarunt tussim a vermibus, alii satis ridicule tussim phthisicorum unguibus recurvis instar ferarum; alii tussim vehementem; itaque vocabulum non multo melius quam nos hodie intellexerunt. Pro στήριξιν schol. habet τὴν ῥῆξιν, quae emendatio falsa est. Cod. C. προσδέχ. χρή. Gal. τῶν κατὰ τὴν κοιλίην. Idem in comm. haec monet: ὁ δὲ ἐπὶ τῷ τέλει τῆς ῥήσεως ἔγραψεν. ἔνθα φησὶ τῶν ἐντασίων τῶν κατὰ τὴν κοιλίην, οἱ πλεῖστοι μὲν τοῖς προειρημένοις (συνάπτουσι excidit), ἔνιοι δὲ καὶ καθ' ἑαυτὸ μόνον ἰδίαν ἔχειν φασὶ τὴν διάνοιαν κ. τ. λ. Ad ἐξέρυθρα Gal. monet subintelligendum esse πρόσωπα, cuiusmodi ellipsis tamen admitti nequit, vocabulum periit, quod puto vere supplere Galenum. Schol. legit καὶ μᾶλλον ἐν τῇ φύσει τοῦ λευκοχρ. — Ad καὶ ἢν μὲν ἐγκαταλ. ἕτοιμον Gal. monet haec magis perspicua fore, si μέν abesset; supplet autem ἕτοιμόν ἐστι τὸ νόσημα ἐς ἀπόστασιν; lacunam hic esse, certum est. Laudat dein Dioscoridem, qui antiquam lect. servaverit, nec cum aliis μή pro μέν scripserit. Ipsius verba de ista vocula adponam: ἢν χωρὶς τοῦ μὲν ἐγέγραπτο συνδεσμοῦ, σαφὴς ἡ λέξις ἦν· εἰρηκὼς γὰρ ὅτι τοῖς ἐξέρυθρον ἔχουσι τὸ πρόσω-

©BIUM

ζ'. Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα.

[Τὸ γοῦν πρῶτον σπληνῶν ἐπάρσιες, ἢν μὴ ἐς ἄρθρα τελευτήσῃ, ἢ αἱμορραγίη γένηται, ἢ δεξιοῦ ὑποχονδρίου ἔντασις, ἢν μὴ διεξοδεύσῃ οὖρα· αὕτη γὰρ ἡ ἐγκατάλειψις ἀμφοτέρων καὶ αἱ ὑποστροφαὶ ἀπὸ τούτων εἰκότως.

Ἀποστάσιας οὖν ποιέειν αὐτὸν μὴ γιγνομένας· τὰς δὲ ἐκκλίνειν γιγνομένας, τὰς δὲ ἀποδέχεσθαι, ἢν ἴωσι οἷα δεῖ καὶ ἢ δεῖ· ὁκόσαι δὲ μὴ σφόδρα, ξυνδρᾶν· τὰς δὲ ἀποτρέπειν, ἢν πάντη ἀξύμφοροι ἔωσι, μάλιστα δὲ [ταύτας] μελλούσας, εἰ δὲ μὴ, ἀρχομένας ἄρτι.]

η'. Αἱ τεταρταῖαι αἱμορραγίαι δύσκριτοι.

θ'. Οἱ διαλείποντες μίαν τῇ ἑτέρῃ ἐπιρριγεύσι ἅμα κρίσι ἐκ τῶν πέντε εἰς τὰς ἑπτά.

ι'. Ὁκόσοι τριταιοφυέες, τούτοισι ἡ νὺξ

7. Quae post iudicationem relinquuntur, recidivas facere solent.

[Primum igitur tumores lienis fiunt, nisi morbus in articulos desinat, aut sanguis e naribus profluat; aut contensio fit hypochondrii dextri, nisi urinae exiverint. Hae enim utriusque reliquiae sunt, et ab his probabiliter reversiones fient.

Abscessus igitur procurare convenit, si non fiant; alios, qui iam fiunt, declinare; eos, qui quales et qua oportet prodeunt, recipere. Qui vero non admodum procedunt, coadiuvandi sunt; quidam etiam, qui minime prosunt, avertendi. Maxime vero avertendi, si futuri sint, alioqui cum recens coeperint.]

8. Sanguinis e naribus eruptiones, quae quarto die fiunt, dificilem faciunt iudicationem.

9. *Locus corruptus.*

10. *Locus corruptus.*

πον αἱ ὑποστάσιες (immo ἀποστάσιες) γίνονται, μὴ ἐνέντος αἵματος ἐκ ῥινὸς, ἢ σμικροῦ ἐνέντος, εἰκότως ἂν ἐπήνεγκεν ἐὰν λείπηταί τι ἐνέντος, ἕτοιμόν ἐστι τὸ νόσημα πρὸς ἀπόστασιν. Reliquae lectt. varr. non sunt magni momenti: noto solum, Gal. τοῦτον τὸν λόγον legere pro τοῦτον τὸν τρόπον. Ut quid ipse iam de eo sentiam exponam, primum dicam, locum, quemadmodum describi solet, sanum sensum non referre; cuius rei causae sunt lacunae et scripturae vitia. Quae uncinis intercepi, emblema sunt recentius. Tota § aliquando unum per se constantem locum retulit, ita ut de partibus per se sumendis separatim ab aliis, aut de initio cum superioris fine coniungendo, nihil vere affirmetur. Vere autem Littréus inter hunc locum et narrationem Ep. IV. 25. similitudinem aliquam sumere videtur, aut certe nexum quemdam inter locum utrumque. Ne ceterum longus sim, locum describam, quemadmodum fere legendus videtur:

..... ἢν φλέβες κροτάφων μὴ ἰδρυμέναι, χλώρασμα δὲ λαμπρὸν, ἢ πνεῦμα ἐγκαταλείπηται, ἢ βηξ ἢ ξηρὴ, μὴ ὑηριώδης, ἐς ἄρθρα στηρίξειν προσδέχεσθαι κατ' ἴξιν τῶν ἐντασίων τῶν κατὰ κοιλίην ὡς ἐπιτοπουλύ. ἔχουσι δὲ οὗτοι οἱ πλεῖστοι ἐξέρυθρα τὰ πρόσωπα, κἢν φύσι τοῦ λευκοχροωτέρου τρόπου ἔωσι· καὶ οὐχ αἱμορραγέουσι, ἢ σμικρά· καὶ ἢν μὲν ἐνέντος τι ἐγκαταλείπηται, ἑτοῖμοι ἐς ὑποστροφήν· πυρετοὶ δὲ οὐκ ὀξέες οἱ τοιοίδε, ὑποστροφώδεες δέ.

Quod malo pone ἑτοῖμοι supplere ἐς ὑποστροφήν, quam cum Gal. ἐς ἀπόστασιν, huius rei causa est in notissimo Aph. τὰ μετὰ κρίσιν ἐγκαταλιμπανόμενα ὑποστροφώδεα. Initio lacunam notavi et ἢν supplevi: videndum autem erit, num forte huc pertineant verba ex initio § 10. ὁκόσοι τριταιοφυέες, quae ibi loci incongrua esse in adnn. ostendi. Quodsi huc pertinerent, deberent principio loci nostri describi et cum eo coniungi possent hoc modo: Ὁκόσοισι ἂν ἐν τριταιοφυέσι φλέβες κ. τ. λ.

7. τὸ γοῦν πρῶτον — εἰκότως.] τί γοῦν πρ. schol. Ad vulgatum ἐξοδεύῃ varr. lectt. ferunt: διεξοδεύῃ cod H. Par. in m., unus cod. et Lind. διεξοδεύσῃ. Pro vulgato αὐτὴ γὰρ ἡ ἐγκατάλειψις cod. C. αὕτη γὰρ ἡ ἐγκ. — Equidem Lindani διεξοδεύσῃ et correctionem cod. C. αὕτη γάρ recepi; tum vero ἐγκατάλειψις de meo dedi, quum respiciantur τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα in superioribus. ἀπό ante τούτων recepi e cod. H. et schol.; hic om. εἰκότως. Tenendum, nos in hac § habere sententiam principem cum duobus scholiis, quae uncinis intercepi. Ad sententiam principem cf. Ep. II. 1. 11. ibid. 2. 8. Ep. IV. 28. Ep. VI. 3. 21. Aph. II. 12.

Ἀποστάσιας οὖν ποιέειν κ. τ. λ.] Vulgo ἀπόστασιν, sed Littr. plur. num. dedit e schol., cod. H.; οὖν abest apud schol. Iam vero ceteri ποιέεσθαι minus recte; sermo hic est de medico, qui ἀποστάσιας ποιεῖ, — morbus ipse ἀφίσταται, quod idem est atque ἀπόστασιν ποιέεσθαι, itaque verbo medio hic locus non est. — Αὐτόν pro vulg. αὐτῶν egregie Littr. e schol. — Quod iam in cod. H. ἡγοῦμαι ante μή additur, manifesto descriptoris aut lectoris illius libri est, sententiam de suo explentis. Cod. C. om. τὰς δὲ ἐκ κλ. γιγν. — De meo οἷα δεῖ effeci e reliquorum οἷαι δεῖ. Reliqua varietas lectt. nil magni momenti habet; apud schol. locus corruptus est. Ante μελλούσας pronomen abundat; pertinet ad interpolationes de quibus iam principio adnotationis ad Prorrh. I. monui. — Cf. ad h. l. quem iam laudavi supra Ep. II. 3. 8.

8. αἱ τεταρταῖαι κ. τ. λ..] Hic aph. et seq. apud Gal., qualem habemus, non leguntur, sed in hac istius comm. conditione potius credo periisse sententias cum comm. ad eas pertinente, quam Galenum eas non vidisse. Cf. Ep. II. 3. 9. Coac. 133.

9. διαλείποντες.] Sic Littr. e pluribus mss. et iam ante illum Lind.; vulg. διαλιπόντες habet. Ad hunc locum cf. Ep. II. 3. 10. cum adnn. Coac. 148. Aph. IV. 59.

10. ὁκόσοι — ἐπιτοπουλύ.] Vulgo hic ὅσοι, Ionismum

©BIUM

δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ· ἡ δὲ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπιτοπουλύ.

ια'. Βῆχες ξηραὶ, βραχὺ ἐρεθίζουσαι ἀπὸ πυρετοῦ περικαέος, οὐ κατὰ λόγον διψώδεες, οὐδὲ γλῶσσαι καταπεφρυγμέναι, οὐ τῷ θηριώδεϊ, ἀλλὰ τῷ πνεύματι· δῆλον δέ· ὅταν γὰρ διαλέγωνται ἢ χασμῶσι, τότε βήσσουσι· ὅταν δὲ μὴ, οὔ· τοῦτο ἐν τοῖσι κοπιώδεσι μάλιστα πυρετοῖσι γίγνεται.

ιβ'. Μηδὲν εἰκῇ· μηδὲν ὑπερορᾶν.

Ἐκ προσαγωγῆς τἀναντία προσάγειν καὶ διαναπαύειν.

ιγ'. Τῷ ὄπισθεν κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ ἡ ἐν μετώπῳ ὀρθίη φλὲψ τμηθεῖσα ὠφέλησε.

ιδ'. Αἱ διαδέξιες τῶν ὑποχονδρίων ἐξ οἵων ἐς οἷα· [καὶ ἄλλαι καὶ τῶν σπλάγχνων τῶν φλεγμονῶν οἷα δύνανται, εἴτ' ἐξ ἥπατος σπλὴν καὶ τἀναντία καὶ ὅσα τοιαῦτα.]

11. *Locus integer non est.*

12. Nihil temere faciendum; nec quidquam negligendum.

Paulatim contraria adducere oportet et per intervalla quietem ab iis imperare.

13. Capitis posteriore parte dolenti secta vena, quae recta in fronte in altum tendit, prodesse solet.

14. *Fragmenta locorum sunt, eaque non integra.*

dedi e schol., ceterae varr. lectt. parvi momenti sunt. Cum hoc loco si conferas Aph. II. 13., videbis, hunc pro ὁκόσοι τριταιοφυέες habere ὁκόσοισι κρίσις γίγνεται. Est autem Aphorismus integer; huic vero loco nostro librarii principium alienum dederunt, quod quorsum pertineat, non certum est; ad § 6. supra iam dixi, fieri posse, ut ad istum locum sit referendum. Locus noster sine dubio corruptus est.

11. βῆχες ξηραὶ — γίγνεται.] Primum varr. lectt. excerpam, dein de toto loco dicam. Gal., schol. βραχέα. Gal. ἐν πυρετοῖσι, quod fortasse ex Aph. in comm. laudato ortum est. Schol. ὡς ἀπὸ πυρετοῦ περικ. — Littr. πυρικαέος. Gal. κἂν οὐ κατὰ λόγον, schol. καὶ οὐ κατὰ λ. In vulgata κἂν, nam id etiam in scholiastae καί latere videtur, om. γλώσσῃ πεφρυγμένοι cod. K. χάσκωσι Gal. et cod. C. Cetera minoris momenti sunt. Cohaerere videtur locus cum Ep. VI. 7. 7. ibid. 7. 1. cf. IV. 27. — Ex eo ductus videtur Aph. IV. 54. Ad οὐ τῷ θηριώδει Littr. confert § 6. huius sectionis, ubi βὴξ ξηρὴ καὶ θηριώδης, de qua postrema voce vide Gal. in comm. p. 948. Ed. Kühn. Equidem locum turbatum esse puto: nimirum in verborum nexu, qualem in textu videmus, οὐ τῷ θηριώδεϊ. ἀλλα τῷ πνεύματι pertinere videtur ad οὐδὲ γλῶσσαι καταπεφρυγμέναι, quod tamen ineptum, quum ita causa exponeretur signi morbi, quod non adesse dicitur; sed praeterea sequens ὅταν γὰρ — ὅταν δὲ μὴ, οὔ docet, ad tusses illa verba referri debere, quod item docet locus e § 5. a Littréo laudatus. Ego igitur puto verba βῆχες ξ. βρ. ἐρεθ. pone καταπεφρ. esse inferenda. — Pro δῆλον potius δηλεῖ exspectaveris; nomen hoc et verbum saepius confusa vidi. Sed praeterea totus loci habitus ita est comparatus, quasi fragmentum esset epidemiae descriptionis, quod in formám moniti universalis transtulerint et cui subiunxerint postrema τοῦτο — γίγνεται. Itaque videndum, num forte locus ita sit edendus in posterum:

..... ἀπὸ πυρετοῦ περικαέος οὐ κατὰ λόγον διψώδεες, οὐδὲ γλῶσσαι καταπεφρυγμέναι· βῆχες ξηραὶ, βραχὺ ἐρεθίζουσαι, οὐ τῷ θηριώδεϊ, ἀλλὰ τῷ πνεύματι· δηλοῖ δὲ, — ὅταν γὰρ διαλέγωνται, ἢ χασμῶσι, βήσσουσι· ὅταν δὲ μὴ, οὔ· .....

12. μηδὲν κ. τ. λ.] In his ὑπερορῇν Littr. e schol. et cod. C.; Gal. inverso ordine μηδὲν ὑπερορᾶν, μηδὲν εἰκῇ. Recte sane Littr. cum Gal. et schol. omisit ineptum ἅ ante προσάγειν; debetur repetitioni literae postremae antecedentis τἀναντία.

13. τῷ ὄπισθεν — ὠφέλησε.] Cum h. l. cf. Aph. 68. V. Forte loco nostro τά, quod in Aph. legitur, periit pone τῷ; ἡ in cod. C. om. Vulgo ὀρθή, in Aph. ὀρθίη, quod item in cod. D. et schol. textu habetur; debet vero in Galenico textu huius loci restitui, quia e comm. patet, eum re vera id ligisse. Lind., duo codd. Parr. ὠφελέει, sed Gal. in comm. dicit aoristum veterem lect. esse; credo vero eum h. l. poni de re saepius fieri solita.

14. αἱ διαδέξιες — τοιαῦτα.] Schol. διαλήξιες, corrupte. Gal. in comm.: οὐ μόνον, inquit, ἐξ οἵων καὶ ἄλλαι (excidit fortasse pone οἵων, quod in textu legitur, εἰς οἷα) γεγραμμένον εὑρίσκομεν, ἀλλὰ καὶ ἐξ οἵων οἷα ἀλλοιοῦσι (forte ἐς οἷα ἀλλοιοῦσι, uti legit schol. et Lind. scripsit) καὶ ἐξ οἵων οἷα ποιοῦσι· καὶ τὴν μὲν πρώτην γραφὴν εἴτε παλαιοὶ τῶν ἐξηγητῶν ἴσασι καὶ Ῥοῦφος. τὴν δ' ἐξ οἵων οἷα (εἰς οἷα legendum videtur) ἀλλοιοῦσι οἱ περὶ Σαβῖνον καὶ Διοσκορίδην· τὸ δ' ἐξ οἵων οἷα ποιοῦσι οἱ περὶ τὸν Λύκον. Et in fine comm. καὶ ἄλλαι δέ τινές εἰσι γραφαὶ, παρ' ἃς ἔγραψα κατά τε τήνδε καὶ πολλὰς ἄλλας ῥήσεις κ. τ. λ. In vulg. ἐς ante οἷα om., sed Lind., Littr. adscripserunt e Gal. textu; vulgata etiam ἄλλοισι pro καὶ ἄλλα, sed hoc Littr. exhibuit e Gal.; Cod. C. eidem δύνανται praebuit pro cett. δύναται; ego vero pro vulg. σπληνί e Gal., schol. scripsi σπλήν; nimirum subauditum velim εἴτ' ἐξ ἥπατος σπλὴν διαδέχεται. Sed ideo etiam vereor ut recte habeat καὶ τἀναντία, certe potius exspectaveris εἴτε τἀναντία. Quod attinet ad καὶ ὅσα τοιαῦτα, videtur eiusdem originis ac de quibus monui ad § 13.

©BIUM

Ἀντισπᾶν, ἢν μὴ ᾖ δεῖ ῥέπῃ· ἢν δὲ ὅπῃ δεῖ, τούτοισι δὲ στομοῦν, οἷως ἕκαστα ῥέπει.

[Οἷον ὀμμάτων ῥοωδέων, ἢν ἄλλως φαίνηται ξυμφέρειν, ἀντισπᾶν ἐς φάρυγγα καὶ ὅπῃ ἔρευξις λυσιτελέει καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα.]

ιε'. Πλατέα ἐξανθήματα, οὐ πάνυ τι κνησμώδεα Σίμωνι χείμωνος, ὅτε πρὸς πῦρ ἀλείψαιτο, ἢ θερμῷ λούσαιτο, ἀνίστατο· ἔμετοι οὐκ ὠφέλεον· οἶομαι εἴ τις ἐξεπυρία, ὀνίνασθαι ἄν.

ις'. Ὁκόσα πεπαίνεσθαι δεῖ, κατακεκλεῖσθαι δεῖ· τἀναντία δὲ ξηραίνειν καὶ ἀνεῳχθαι.

15. Pustulae latae in cute efflorescentes, non valde prurientes hieme Simoni, quando ad ignem inungeretur, aut si calida lavaretur, exoriebantur. Vomitiones non conducebant. Puto vero profuturum fuisse, si quis fomenta calida adhibuisset.

16. Quae maturationem desiderant, ea occludi convenit; contraria vero exsiccare et aperta esse.

14. sectionis primae et ad § 1. huius secundae. Tandem una in his esse videtur sententia antiquior *αἱ διαδέξιες τῶν ὑποχονδρίων ἐξ οἵων, ἐς οἷα*. — Reliqua recentiora esse puto; quin exempla adposita num satis congruant cum isto aphorismo principe, dubito. Ad ipsum autem *σκεπτέον* forte subintelligere oportet.

ἀντισπᾶν — ῥέπει.] Adponam varr. lectt.: minutum est vulg. *ῥέπει* habere, ubi Littr. e libris subiunct. reposuit; sed pro *ἢν δὲ ὅπῃ δεῖ* multi libri habent *ἢν τε ὅπῃ* (*ὅτε* unus H.) *μὴ δεῖ*. Tum vulgo *τουτέοισι δεῖ στομοῦν*, pro quo *δέ* Littr. dedit e mss. In fine *ῥέπῃ* Gal. pro vulg. *ῥέπει*. — Videamus iam de rerum nexu in hac §. Prius membrum *ἀντισπᾶν, ἢν μὴ ᾖ δεῖ ῥέπῃ* bene habet et facile intelligitur; sed quid iam *ἢν δὲ ὅπῃ δεῖ, τούτοισι δὲ* (s. *δεῖ*) *στομοῦν*? mirum est, si humores deberes continere, si quo oportet fluant. Sed sumamus aliam illam lect. *ἤν τε*, aut si velis *ἢν δὲ ὅπῃ μὴ δεῖ στομοῦν*! Quaenam erit antithesis inter prius membrum et hocce? Meras ineptias habebis! Primum credidi forte lacunam esse inter *δεῖ* et *τούτοισι*; postea probabilior emendatio visa est scribere:

Ἀντισπᾶν, ἢν μὴ ᾖ δεῖ ῥέπῃ, ἢν δὲ ὅπῃ δεῖ, ἀναστομοῦν, οἷως ἕκαστα ῥέπει.

Mihi *τούτοισι* ad frequentem huius pronominis interpolationem pertinere videtur, quam si tollas, apparet *δέ* s. *δεῖ* pone *τούτοισι* e repetitione antecedentis *δεῖ* esse ortum.

[*οἷον ὀμμάτων — καὶ ἄλλα τοιαῦτα.*] Haec verba in media § 16. legi solent inter *ἀνεῳχθαι* et *τὰς ἐφόδους*; sed manifesto referunt scholion exempla exhibens, quae pertinent ad superiorem sententiam Ἀντισπᾶν κ. τ. λ.; pertinent autem ad prius membrum, certe exemplum ex oculis, nam de altero nihil affirmo. Constat e Gal. comm., iam antiquos male traxisse hanc periodum ad primam in § 16. sed etiam male *οἷον* a Galeno reiici, qui non viderit istam periodum de sede sua aberravisse. Aliquot libri mss. *ῥωδέων*; pro *ξυμφέρειν* duo libri *ξηραίνειν*. Sequentem quidem horum verborum partem veteres nonnulli ad alteram sententiam in § 16. trahebant, item male. In hac parte pro *ἔρευξις* in uno libro *ἔρεξις* scribitur; si velis, potes Galenum in comm. audire de hac voce exponentem, cuius una est significatio *eructatio*, neque alia. Cum Gal., schol. *καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα* lego, de qua formula iam saepius ad locos superiores monui, in vulg. *ὅσα* abest, et excidisse videtur, unus cod. *καὶ ἄλλα ἅσσα τοιαῦτα*. Verum *καὶ ὅπῃ ἔρευξις λυσιτελέει* non intelligo; — deesse videtur aliquid, quo quid faciendum sit significatum fuerit; nisi forte alia etiam vitia lateant.

15. *πλατέα ἐξανθήματα — ἀνιέναι ἄν.*] Locum hic describam quemadmodum eum edidit Littréus: *τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ τι κνησμώδεα, οἷα Σίμων εἶχε χειμῶνος· ὅτε πρὸς πῦρ ἀλείψαιτο, ἢ θερμῷ λούσαιτο, ἀνίστατο· ἔμετοι οὐκ ὠφέλεον, οἶομαι, εἴ τις ἐξεπυρία, ἀνιέναι ἄν.* — Iam vero in his vulgata habebat: *ὃς ὅτε πρὸς τὸ πῦρ ἀλείψαιτο, ἢ θερμῷ λούσαιτο, ὠνίνατο*, sed editor Parisiensis in libris scriptis multis reperit *ἀνίστατο*, quam lect. etiam apud Galenum reponere oportet propter comm. verba, ad quae Littréus recte provocat: *οὕτως οὖν καὶ τῷ Σίμωνι τοῦ χειμῶνος ἐξανθήματα πλατέα γίνεσθαι, καθ' ὃν ἂν χρόνον ἀξιολόγως θερμανθῇ τὸ σῶμα, λουτροῖς χρησαμένῳ, ἢ ἀλειψαμένῳ παρὰ πυρί.* Itaque *ὅς* vulgatae suppressit et *ἀνίστατο*, quod apud schol. etiam legitur, exhibuit. In fine loci *ὀνίνασθαι ἄν* e Galeno dedi, pro vulgato *ἀνιέναι ἄν*, scholiaste *ὠφελοίη ἄν* ferente; nempe vulgatum illud *ὠνίνατο* ortum puto ex *ὀνίνασθαι* in fine et indicio esse, *ὀνίνασθαι*, nisi forte *ὄνασθαι* datum fuerit, veram lectionem esse. Sed redeo iam ad principium loci, quemadmodum apud ceteros legitur: *τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ κνησμώδεα, οἷα Σίμων εἶχε χειμῶνος* sanum non est, sed librariorum fraus est: *εἶχε* originem traxit ex ultima litera dativi *Σίμωνι* et prima syllaba nominis *χειμῶνος*. Id autem ita factum est, ut simul historiam morbi in monitum universale cum exemplo mutarent, inserto *οἷον*, quod insiticium est. Locum forte defendere voles Aph. 9. VI. *τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ τι κνησμώδεα*! — Dicam primum *τὰ πλατέα ἐξανθήματα* miram esse exanthematis definitionem, quum plura exanthematum genera in latum extendi possint, tum apertum mendacium esse *τὰ πλατέα ἐξανθήματα* non valde pruriginosa esse, quum esse possint *πλατέα* cum prurigine, sine prurigine, cum exigua prurigine. — Aphorismus ex h. l. nostro ductus est, postquam hic corruptus fuit et articulus praefixus est ab homine nihil hic intelligente. Hoc quidem loco manifestae fraudis indicia reperiuntur, sed talia vitia sine dubio saepius in his libris occulta et quae detegi non facile possunt, adhuc latent. — Uno tenore auctor scripsit *Σίμωνι — ἀνίστατο*; itaque fraude detecta locum emendavi.

16. *ὁκόσα — ἀνεῳχθαι.*] Vulgo *ὅσα*; e Gal., schol. *ὁκόσα* scripsi; schol. dein *ἐκπεπαίνεσθαι* habet; *ἐγκατακεκλεῖσθαι* Gal., schol.; sed hic simul *χρή* pro *δεῖ*. Pergamenus in comm. *καλῶς οὖν*, inquit, *προσέθηκε τὰ ἐναντία δὲ ξηραίνειν καὶ ἀνεῳχθαι, τουτέστι τὰ μὴ δεόμενα*

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 709 sur 880

©BIUM

Τὰς ἐφόδους ἀνεστομῶσθαι ὧν δεῖ καὶ ᾗ δεῖ καὶ ὅτε καὶ ὅσον δεῖ.

ιζ'. Ἐπὶ τοῖσι μεγάλοισι κακοῖσι πρόσωπον ἢν ᾖ χρηστὸν, σημεῖον χρηστόν· ἐπὶ δὲ τοῖσι σμικροῖσι τἀναντία σημαῖνον ᾖ εὖ, σημεῖον κακόν.

ιη'. ..... παρὰ τὸ μέγα, οὗ ἡ γυνὴ ὄπισθεν τοῦ ἡρωΐου, ἱκτεριώδεος ἐπιγενομένου.....

Meatus recludendi sunt, eorum, quorum reclusio fieri debet et qua parte fieri debet, et quando et quantum fieri oportet.

17. Magnis in malis facies bona si fuerit, bono est. In parvis vero bonae significationi contraria denuncians malum significat.

18. *Fragmentum incertae interpretationis.*

διαπυΐσκεσθαι. χρεία γάρ ἐστιν ἐπὶ τῶν διαπυησάντων ἀνεῳχθαί τε τὰς ἐκροὰς ἁπάσας καὶ ξηραίνεσθαι τὰ πεπονθότα μόρια. δῆλον οὖν ἔκ τούτων, οὐκ ὀρθῶς ὑπ' ἐνίων γεγράφθαι, ὅσα ξηραίνεσθαι, κατακεῖσθαι δεῖ, τουτέστι ἡσυχάζειν διακείμενα. πρὸς γὰρ τῷ σμικρὸν εἶναι τοῦτο καὶ πρόδηλον, ὡς μὴ δεῖσθαι πεφροντισμένως ὑπὲρ αὐτοῦ τὸν Ἱπποκράτην γράψαι καὶ ἡ ἀντίθεσις ἐδήλωσε μὴ πρὸς τὴν κατάκλεισιν (immo κατάκλισιν), ἀλλὰ πρὸς τὸ κατακεκλεῖσθαι γεγονυῖαν. Cod. unus porro τὰ δ' ἐναντία; sunt autem plures codd., qui ἅ habent pone ἐναντία, cuiusmodi literae postremae vocabulorum duplicationes iam saepius observavimus. Cod. C. et schol. ᾗ ἀνεῳχθαι, quae lectio minime contemnenda; libri aliquot δεῖ ἀνεῳχθαι. Totum locum de externis inflammationibus in abscessum transeuntibus agere patet. Servavi cum Littréo in textu vulgatam lectionem; sed est misere impedita et vitiis conspurcata. Certam medelam non video, sed puto eiusmodi quid scriptum fuisse:

Ὁκόσα πεπαίνεσθαι δεῖ, κατακεκλεῖσθαι; τὰ δ' ἐναντία ξηραίνειν δεῖ, ᾗ ἀνεῳχθαι.

De iis quae inter utramque sententiam in hac § intermedia fuerunt et quae ad § 14. retuli, vide ibi loci in adnn.

τὰς ἐφόδους — καὶ ὅσον δεῖ.] Ut facilius quid hic in textu omittendum videretur intelligatur, locum e vulgata lect. describam, uncinis intercipiam quae omisi, varietatem lect. excerpam. En locum! Τὰς ἐφόδους ἀνεστομῶσθαι [οἷον ῥῖνας καὶ τὰς ἄλλας] ὧν δεῖ καὶ ᾗ δεῖ [καὶ οἷα καὶ ὅπη] καὶ ὅτε καὶ ὅσον δεῖ [οἷον ἱδρῶτας καὶ τἄλλα δὴ πάντα]. Iam vero cod. C. τὰς δὲ ἐφόδ. Gal. καὶ τὰ ἄλλα; schol. dein: ἢν δεῖ pro ὧν δεῖ, forte ortum ex ᾗ δεῖ, quod praetuli, sed antecedere feci ὧν δεῖ et ᾗ δεῖ vulgatae omittens substitui ᾗ δεῖ. Pro ᾗ δεῖ libri tres οὗ δεῖ. Schol. igitur ἢν δεῖ καὶ ᾗ δεῖ καὶ οὗ δεῖ καὶ οὗ καὶ ὅτε καὶ ὅσον δεῖ, οἷον ἱδρ. καὶ τὰ ἄλλα ἃ δεῖ πάντα. — Littr. adnotat, codd. tres omittere καὶ οἷα καὶ ὅπη, quod uncinis inclusi. Gal. in comm. p. 971.: διό, inquit, καί τινες ἀντὶ τοῦ ὅπη τὸ οὗ δεῖ γεγράφασι. Idem καὶ ὅσα δεῖ legit. Plures libri δεῖ pro δή, uti schol., sed non habent ἅ. — Iam vero uncis in vulgata intercepi primum exemplum, quod e margine irrepsit, secundo loco verba, quae in codd. tribus deesse vidit Littr., tertio loco alterum exemplum cum formula finali, qualem iam saepius librariis, certe descriptoribus deberi vidimus. Haec igitur in textu describendo omisi, ᾗ, quod in scholiastae ἢν latet, recipiens et ad debitum locum referens, uti supra significavi; primum dubius fui, num forte pone ὧν δεῖ etiam recipiendum esset ὡς δεῖ, sed mihi modus, quo meatus recludendi sint, definiri videtur sequentibus ᾗ, ὅτε, ὅσον; itaque putavi iam probabilem ad sensum et integritatem locum revocatum esse.

17. ἐπὶ — σημεῖον κακόν.] Secutus sum vulgatam lect. in textu describendo, sed de omnibus videamus; est enim operae pretium. Scholiastae lectio membri posterioris corrupta est; habes: ἐπὶ δὲ τοῖσι σμικροῖσι τἀναντία σημαῖνον ᾗ *σύστημον ᾗ κακόν. Gal. alterum membrum legisse videtur: ἐπὶ δὲ τοῖσι σμικροῖσι τἀναντία εὐσημείη κακόν, quod Littr. recepit. In comm. Gal.: καὶ ταύτης, inquit, τῆς ῥήσεως τὸ δεύτερον μέρος ἄλλος ἄλλως γράφει τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον. εἰ δὲ προσθείη τις αὐτῇ τὸ τῇ ἄρθρον, οὐδὲν ἔξει ζήτημα τοιάδε γενομένη· ἐπὶ δὲ τοῖσι μικροῖς τἀναντία σημαῖνον τῇ εὐσημείῃ, κακόν. Infra in comm.: τινὲς μέν, inquit, οὖν ἀντικρυς ὡς ἐξ ἀρχῆς γενομένης τῆς λέξεως μετὰ τοῦ ἄρθρου τὴν ἐξήγησιν ἐποιήσαντο, μὴ δηλώσαντες ὅτι τὰ παλαιὰ τῶν ἀντιγράφων οὐκ ἔχει τὸ τῇ γεγραμμένον (scripsit, puto, προσγεγραμμένον) τῷ εὐσημείῃ, τάχα τοῦ πρῶτον γράψαντος τὸ βιβλίον ἁμαρτάνοντος. Apposite animadvertit Littr., rem in Galeni comm. memoratam non pendere ab articulo sive adscripto, sive omisso, sed id referre, num dativo an nominativo nomen ponatur. Lindanus Galeni lectionem, qualis hodie in eius textu Hippocratico legitur, recepit: i. e. τῇ εὐσημείῃ. Apud Aldum σημεῖον χρηστόν om.; in Basil. additum vidi; in cod. H. emendarunt εὔσημον pro σ. χρηστόν. — Eccel praecipua, quae ad locum constituendum faciant, collegi. — Iam vero statim observo, me nomini εὐσημείη s. εὐσημείᾳ, quod a Foës. in Oecon. receptum est et inde in Lexica recentiora transiit non magnam fidem adhibere, neque id antiquum vocabulum videri; malim certe e tam corrupto loco non esset invectum in Lexica. Nimirum vulgata orationis interpolatae habitum omnino refert: restitutio non certa videtur, sed suspicionem movet σημεῖον χρηστόν, tum propter σημεῖον, quod eiusmodi locis sine dubio saepius interpolatum est, tum propter χρηστόν, quum idem nomen paulo ante occurrat. In altero membro quid interpolatum censeam patebit, cum descripsero locum, quemadmodum legendum esse opinor. Vellem igitur:

ἐπὶ τοῖσι μεγάλοισι κακοῖσι πρόσωπον εὖ ἔχον χρηστόν· ἐπὶ δὲ τοῖσι σμικροῖσι τὸ ἐναντίον, κακόν.

18. .... παρὰ τὸ μέγα — ἐπιγενομένου....] Lacunam in fine loci notavit Littr.; equidem principio. Gal. in comm. seqq. memorat varr. lectt.: antiqui nonnulli videntur παρὰ τὸ μέγα ad locum antecedentem retulisse; veteres exegetae εἶπον, ὡς ἤτοι θέατρον, ᾗ ὠδεῖον, ᾗ γυμνάσιον ἡρώων, ᾗ οἴκημά τι δηλοῦται διὰ τῆς μέγα λέξεως, ᾗ ὅτιοῦν ἄλλο τι τοιοῦτον, apud Galenum. Sed in his verbis vitium alit γυμνάσιον ἡρώων; nempe possis pro ἡρώων velle ᾗ ἡρῶιον, sed potius puto vitiosum ἡρώων ortum esse ex infra obvio τοῦ ἡρωΐου, ita ut totam illam vocem e Galeni verbis deletam cupiam; praeterea τι ante τοιοῦτον in Galeni verbis abundat. Alii autem scripserunt ὄπισθεν τοῦ Μενελάου; alii dein in fine legebant: ἱκτεριώδεος ἐπιγενομένου παρέμενε, — alii ἱκτ. ἐπιγ. οὐ παρέμενε; alii ἱκτ. ἐπιγ. οὐ παρέμενε αὐτῇ, quod vulgata etiam habet, nisi quod αὐτέῃ scribitur. Nempe antiqui illi iam viderunt truncatam esse periodum et lacunam ita explerunt suo quisque modo. Schol. legit παρὰ τὸ μέγα

©BIUM

ιθ'. Τῷ παρὰ Τημένεω ἀδελφιδῇ ἐν Περίνθῳ μελάγχρωτι τὸ ἧτρον μήτε φύσης, μήτε κόπρου πολλῆς, γλίσχρης δὲ διελθούσης, ἐλαπάσσετο· οὐ γὰρ δὴ μέγα ἦν τὸ ὑποχόνδριον· κράμβην ἑβδομαῖος ἔφαγε ἔτι δύσπνοος ἐών, ἣ κοιλίην αὐτῷ ἐξετίναξε· ἐπεὶ δὲ τὸ ἧτρον ἐλαπάσσετο, εὔπνοος ἐγένετο.

19. Viro, qui apud Temeni neptim Perinthi decumbebat, nigro colore suffuso imus venter neque flatu, neque stercore multo, sed viscido, prodeunte emollitus est; neque enim praecordium intumuerat. Septimo die, quum adhuc difficulter spiraret, brassicam comedit, quae alvum illi exagitavit; postquam vero imus venter emollitus fuerat, facile spirare coepit.

κ'. [Περὶ τοῦ αἵματος τοῦ ἰχωροειδέος, ὅτι ἐν τοῖσι πτοιώδεσι τὸ τοιοῦτον καὶ τοῖσι ἠγρυπνηκόσι καὶ εἴτε φλαῦρον, εἴτε χρηστόν.]

20. [De sanguine aquoso humori simili, quod in pavidis et pervigilibus talis est et num pravus, an bonus sit.]

Οἷσι ὁ σπλὴν ἐστι κατάρροπος, πόδες καὶ γούνατα καὶ χεῖρες, θερμά· ῥὶς καὶ ὦτα ἀεὶ ψυχρά· [ἦρα διὰ τοῦτο ὅτι λεπτὸν τὸ αἷμα; ἦρα καὶ φύσι τοιοῦτον οὗτοι ἔχουσι;]

Quibus lien deorsum propendit, pedes, genua et manus calent, nares et aures semper frigent. [Sitne ea de causa, quia sanguis tenuis? Habentne hi a natura talem?]

γοῦν ἡ κ. τ. λ. et in fine οὐ παρέμενεν αὐτῇ; om. autem articulum ante ἡρῴου. In libris solita est fluctuatio inter ἰκτεριώδεος et ἰκτερώδεος. — E fragmento nihil discimus, nec fere diiudicare possis, num bene sit scriptum, an male. — Littréus putat pertinere locum ad icteros, quorum mentio fit Ep. IV. 25.

19. τῷ παρὰ — ἐγένετο.] Locum describam quemadmodum edi solet, varr. lectt. ad eum colligam; tandem de mea emendatione dicam. Vulgo:

Ὁ παρὰ Τημένεω ἀδελφιδῇ οὗτος μελάγχρως ἐν Περίνθῳ τὸ γονοειδὲς τὸ τοιοῦτον ὅτι κρίσιμον καὶ τῶν ἡτρων τὰ τοιαῦτα, ὅτι αἱ οὐρήσιες ῥέουσι, ὅτι οὔτε φύσης πολλῆς, οὔτε κόπρου πολλῆς, γλίσχρης δὲ διελθούσης ἐλαπάσσετο, οὐ γὰρ δὴ μέγα ἦν τὸ ὑποχόνδριον. κράμβην ἑβδομαῖος ἔφαγε, ἔτι δύσπνοος ἐών, ἐπὶ τὸ ἧτρον ἐλαπάσσετο, εὐθύπνοος ἐγένετο, ἡ κοιλίη αὐτῷ ἐξετίναξε.

In hisce vulgo Τιμένεω, sed Littr. per ῆ scripsit e cod. C. et schol., quorum hic articulum om.; vulg. μελάγχροος; Littr. alteram formam illam dedit e libris mss. pluribus, edd. antt., Pall.; Gal. in nonnullis codd. μελάγχλωρος vidit. — Ante Littréum pone μελάγχρως distinguebant et novam adeo sententiam incipiebant verbis ἐν Περίνθῳ. In seqq. corruptum est ἰκτῶν nonnullorum codd. et Aldi pro ἧτρων; dein ὅτι αἱ οὐρ. pro vulgato ὅτε αἱ οὐρ. dedit Littr., e tribus mss., Gal., schol. — Hic λύονται pro ῥέουσι. — Ὅτε οὔτε ω Lind.; γλίσχρης cod. C. Vulgo δὲ διελή; sed Gal. om. δέ, cuius auctoritate suppressit Littr. — Gal. monet fuisse, qui novam periodum inchoantes porro legerent: οὗ γὰρ δὴ μέγα κ. τ. λ. — Lind. [δ᾽] κράμβην κ. τ. λ. — Littr. pro vulg. δύσπνοος e cod. C. δύσπνοος; Gal. ἔτι δύσπνους ὤν. — Lind. [καὶ] εὐθύπνους et ἡ δὲ κοιλίη. Adnotat Littr. ἡ κοιλίη αὐτῷ ἐξετίναξε omitti in codd., quos vidit. — Littréus ad h. l. confert Scopae casum ex Ep. II. 3. 11., ubi vide. Confer etiam Prorrh. 92. et Coacam 185. — Iam vero certum est interpolatam nos hic habere historiam morbi; aliae loci partes symptomata morbi referunt, et eorum enumerationem, aliae de hisce adnotationes. Percurramus singula: ὁ παρὰ — μελάγχρως interpolatum habet οὗτος; — ceterum uti in aliis historiarum morborum principiis, videndum erit, quomodo casus sumendus sit, quo nomen aegri cum seqq. connectatur. Verba τὸ γονοειδὲς, τὸ τοιοῦτον δ κρίσιμον est glossa pertinens ad γλίσχρης δὲ διελθούσης. In καὶ τῶν ἡτρων ineptum quid animadverto; nam nomen hoc plur. num. non legitur; latet in eo τὸ ἧτρον, sed adnotator ille, qui omnia turbavit, indicare voluit affectionem τῶν ἡτρων pertinere ad τὰ τοιαῦτα, ὧν οὐρήσιες ῥέουσι; nam haec quoque nihil sunt nisi adnotationis verba. — Reliquae mutationes, quas intuli, iam facile intelliguntur, κράμβη fuit ἣ κοιλίην αὐτῷ ἐξετίναξε, quod membrum de sua sede aberravit, in quam retuli. Pro οὔτε — οὔτε requiri patebat μήτε, quemadmodum, sordibus plurimis detersis, tandem patuit, initio aegri significationem dativo poni debere. — Iam, puto, locus salvus est. De una re tantum moneo: mira dictio est οὐ γὰρ δὴ μέγα ἦν τὸ ὑποχόνδριον pro ἐπηρμένον, ἐντεταμένον, sed dictio usurpata est ab his scriptoribus. cf. Ep. IV. 25. in puerperae mariti hist. et ibid. § 27. Diversitas dictionis in oratione Hippocratis et sermone recentiorum ex eiusmodi exemplis apparet. Ὑποχόνδριον μέγα est in homine magno corpore, sed est ἐπηρμένον in aegro, sed quum μεγαλόσπλαγχνος diceret Hipp. et quum σπλὴν μέγας usitatum sit, recentiores parum accurato sermone ὑποχόνδρια μεγάλα dixerunt.

20. περὶ — εἴτε χρηστόν.] Vulgo περὶ δὲ τοῦ, sed Littr. δέ om. cum Gal., schol., libb. 4. Parr. — Vulgo πτοώδεσι, sed πτοιώδεσι Gal. Lind., at πτοιώδεσι Littréus recte; sine dubio contulit Erot. glossam: πτοιώδεσι) τὴν πτοίαν οἱ μὲν δέχονται τὸν κίνδυνον· οἱ δὲ τὴν ταραχὴν, οἱ δὲ τὸν φόβον. — Hinc *pavidis* interpretor cum Foës. De glossa monuit Heringa p. 57.; de forma vocabuli Schaeferus in add. ad Greg. Cor. p. 923. — Gal. et schol. ἢ τοῖσι pro καὶ τοῖσι. Ad seq. sent. de tota hac § quid sentiam dicam.

οἷσι — ἔχουσι.] Articulum ante σπλὴν om. Lind. cum Galeno; θερμαί cod. H., schol. De liene καταρρόπῳ cf. Ep. II. 3. 11. καὶ σπλὴν ἐπηρμένος καὶ κατάρροπος ἐγένετο. Hinc discimus, quid significetur. Copulam ante ὦτα in codd. Parr. omitti vidit Littr.: ἦρα διὰ τοῦτο, ὅτι λεπτὸν τὸ αἷμα; Gal., cett. ὅτι omm.: ἦρα καὶ φύσιν τοιοῦτον ἔχουσιν οὗτοι ἢ ἐν τοῖσι ἐμπνήμασι coniungit schol. — Quid vero iam de tota § sentiendum? Prior pars περὶ — χρηστόν nihil esse videtur, nisi inscriptio capituli, cuius num altera sententia in hac § pars sit, nec ne, ignoro. Nam altera haec pars § manifesto e sententia principe constat et quaestionibus a recentiore aliquo descriptis; iam vero inter has quaestiones

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 711 sur 880

©BIUM

κα'. Ἐν τοῖσι ἐμπυήμασι ὀμφαλὸς ὅρος, οἷσι μέλλουσι ἐκπυέειν αἱ κοιλίαι ἐκταράσσονται.

21. *Locus corruptus.*

κβ'. [Σπλὴν σκληρὸς οὐ τὰ ἄνω, κάτω στρογγύλος, πλατὺς, παχὺς, — μακρὸς, λεπτός.]

22. *Locus incertae lectionis.*

κγ'. [Ἧσσον τοῖς [ἀπὸ κεφαλῆς] κορυζώδεσι.....]

23. *Vide infra sect.* 3. § 3.

κδ'. Ἡ περὶ τὸν νοσέοντα οἰκονομίη καὶ ἐς τὴν νοῦσον ἐρώτησις· ἃ διηγεῖται, οἷα, ὡς ἀποδεκτέον, οἱ λόγοι· τὰ πρὸς τὸν νοσέοντα τὰ πρὸς τοὺς παρεόντας καὶ τὰ ἔξωθεν.

24. *Locus corruptus.*

κε'. ..... ὅτι ἐν θερμοτέρῳ τὸ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι καὶ μέλανες διὰ τοῦτο καὶ ἔξω αἱ φλέβες καὶ χολωδέστεροι μᾶλλον.

25. *Loci non integri, incertae lectionis.*

et inscriptionem illam nexum aliquem video, sed nullum video inter has et sententiam principem. — Hoc abunde constat, librum hunc Ep. VI. hoc loco et vicinis pessime corruptum esse.

21. *ἐν τοῖσι — ἐκταράσσονται.*] Gal. monet in comm. ad locum antecedentem de scholiastae lectione (p. 987. Kühn.). Nomen *ὀμφαλόν* in libris scriptis sex omissum vidit Littr., quod e Galeni comm. fluxit, ubi scriptum a nonnullis fertur, uti recte scribere puto in adn. Littréum, *ὀρός* s. *ὀρρός*, omisso *ὀμφαλόν*, lectio tamen falsa existimanda. Schol. *πρὸς οἷσι* pro *ὅρος οἷσι*. Cod. unus *μέλλει*; *ἐκπυέειν* pro vulg. *ἐμπυεῖν* e schol. Littr.; cod. C. *ἐκπυεῖν*, Gal. *ἐκπυΐσκειν*· Gal. *ταράσσονται*, schol. *ἐπιταράσσονται*. — Locus magnam partem dependet e Prognostici § 13. verbis, *ἥκιστα δὲ τὰ ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ ἐς ἀποπύησιν τρέπεται*. — Fuerunt, qui etiam § 22. huc traherent. Quemadmodum locus describi solet et ipse eum exhibui, Latine significat: „In suppurationibus umbilicus limes est iis, quibus, si ad suppurationem deventuri sint, alvi exturbantur." Sed hic aqua mihi haeret; quid illa *κοιλίης ἐκτάραξις* in *τοῖσι μέλλουσι ἐκπυέειν*? Si de materie ex ipso abscessu rupto et in intestinum delato sermo est, diarrhoea non antecedit suppurationem, sed eam consequitur. — Sunt qui locum interpretantur, quasi *τοῖσι μέλλουσι* legissent, v. c. Littréus; sed ne hoc quidem difficultatem tollit. — Ex his me non expedio,

22. *σπλὴν — λεπτός.*] Locus a Littréo ita descriptus est; in vulg. *λεπτός*, *μακρόν* in fine legitur. Unus cod. H. *ὁ σπλήν*. Lind. [*ἀλλὰ κάτω.*] — Schol. *οὐ πλατὺς*, *βραχὺς*, *παχὺς*, *λεπτὸς*, *μακρός*. In qua lect. tamen *βραχύς* e vitiose scripto, nec deleto postea *παχύς* originem traxisse credo. — Gal. in comm. memorat Glauciae lect., qui legerit *οὐ πλατὺς*, *οὐ παχὺς*, *οὐ μακρὸν*, *οὐ λεπτός*. p. 932. — Meminit etiam lectionis *μακρὸς*, *παχὺς*, *μακρὸς*, *λεπτός*, quae tamen falsa videtur ipsi et semel tantum *μακρός* dandum monet. Initio autem commentarii Gal., quod ipse item feceram, putare se dicit descriptionem hanc lienis pertinere ad *τὸν κατάρροπον* in superioribus. Nimirum videtur mihi haec § continere adnotationem marginalem ad *σπλὴν κατάρροπος* in § 20., cui nomini adscriptum fuerit: *σπλὴν σκληρὸς, οὐ τὰ ἄνω ἀλλὰ κάτω, στρογγύλος, πλατὺς, παχὺς, ἢ λεπτὸς, μακρός*. Ita quidem, ut totus lien dicatur durus esse, si *κάτω ἰέπῃ*, sed simul esse infra rotundus; latus, crassus, non vero a parte superiore; — aut durus quidem, item ex toto, sed simul tenuis, longus; — quum nempe eo quoque habitu ad infima abdominis loca extendatur.

23. [*ἧσσον κ. τ. λ.*] *Ἧσσων* schol., qui locum ad antecedentem trahit. Littréus verum vidit; docet locum fragmentum esse alterius, qui habetur infra sect. III. 3. — Sed hac de causa uncis illum inclusi; omnes vero veterum de horum verborum sensu nugas tuto sibi relinquere licebit.

24. *ἡ περὶ τὸν νοσέοντα — τὰ ἔξωθεν.*] Loci varr. lectt. praecipuas adscribam. Littr. titulum adscriptum vidit in cod. K. *ἡ περὶ τὸν νοσέοντα οἰκονομίη καὶ ἔστιν οὗ καὶ ἐρώτησις*. Cod. C. *ἡ* initio om. tum in textu, tum in titulo. Idem illud *ἔστιν οὗ καί* pro *ἐς τὴν νοῦσον* legitur in codd. sex Parr. Cod. Sev. apud Foës. *καὶ ἔστιν οὗ καὶ ἐς τὴν ν. ἐρ.* Schol. *καὶ ἡ εἰς τὸν νοσέοντα ἐρώτησις*, Gal. *καὶ αἱ ἐς τ. ν. ἐρωτήσιες*, quam lect. Lind. recepit omittens *αἱ*. In uno cod. Par. *ἃ* ante *διηγεῖται* oblit. — Cod. C. om. *τά* ante *πρὸς τοὺς παρεόντας*. et paulo post *πρὸς τοὺς ἔξω* habet pro *καὶ τὰ ἔξωθεν*; schol. *τὰ πρὸς τοὺς ἔξωθεν* legit. — Locus, quemadmodum descriptus est, sano sensu destituitur; neque certa emendatio mihi succurrit. Dixerim fere, eum referre brevem conspectum capituli, quod perierit; quodsi eiusmodi quid referat, fere dixerim scriptum fuisse huius generis aliquid:

Ἡ περὶ τὸν νοσέοντα οἰκονομίη· — αἱ ἐς τὴν νοῦσον (περὶ τῆς νούσου?) ἐρωτήσιες· — ἃ διηγεῖται ὡς ἀποδεκτέον· — οἱ λόγοι οἱ πρὸς τὸν νοσέοντα, οἱ πρὸς τοὺς παρεόντας καὶ τὰ ἔξῆς.

Sed meras esse hariolationes lubens profiteor.

25. *ὅτι ἐν θερμοτέρῳ — χολωδέστεροι μᾶλλον.*] Vulgatam lect. exhibui; sed principio lacunam notavi, quia in iis, quae desunt, inesse debuit, ad quod *τό* referretur; puto autem *τοῦ παιδίου* mentionem factam fuisse. Gal. legit *ὅτι ἐν θερμοτέρῳ στερεωτέρων ἐν τοῖσι δ.*, ceterum eandem loci scripturam habet. De qua lect. monet: *καὶ ταύτην οὖν τινες τῶν νεωτέρων ἐξηγητῶν ἐτόλμησαν μεταγράφειν [τὸ στερεωτέρων] καὶ ποιῆσαι στερεώτεροι*. In his tamen *τὸ στερ.* extra omnem cum reliquis structurae nexum ponitur et probabiliter a recentiore in margine adscriptum fuit, adeo ut uncis interceperim. Schol. uno tenere legit: *ὅτι ἐν θερμοτέρῳ, ἐν στερεωτέρῳ τὸ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι καὶ μέλανες διὰ τοῦτο αἱ ἔξω φλέβες, μᾶλλον συνεκρίθη κ. τ. λ.* Lit-

©BIUM

Ξυνεκρίθη, ξυνέστη, ὀξύτερον κινηθὲν ἐμωλύνθη καὶ βραδύτερον αὔξεται καὶ ἐπὶ πλείω χρόνον.

Ὅτι ἐστερεώθη καὶ χολωδέστερόν τε καὶ ἐναιμότερον, ἢ τοῦτο θερμότερόν ἐστι τὸ χωρίον τῶν ζῴων.

ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

α'. Ἡ δέρματος ἀραιότης· ἡ κοιλίης πυκνότης, ἡ δέρματος ξύνδεσις, ἡ σαρκῶν αὔξησις, ἡ κοιλίης νάρκωσις, ἡ τῶν ἄλλων ξύγχυσις, ἡ τῶν ἀγγείων ἀκαθαρσίη, ἡ ἐγκεφάλου ἀνάλωσις, ἡ τῶν ὀργάνων κατάτριψις.

Sectio Tertia.

1. Cutis raritas; alvi densitas; cutis coarctatio; carnium adauctio; ventris torpor; reliquorum conturbatio; vasorum impuritas; cerebri consumptio; instrumentorum detritio.

tréus scripsit: ὅτι ἐν θερμοτέρῳ, στερεωτέρῳ, ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, καὶ μέλανες διὰ τοῦτο καὶ ἕξω αἱ φλέβες μᾶλλον. Tradit Gal. et schol. lectt. et e mss. Parr. adnotat codicem C., ceterum vulg. lectionem secutum, ἐν omittere: in codd. καὶ χολωδ. ante μᾶλλον vulgatae non legi refert. Lind.: ὅτι ἐν θερμοτέρῳ τὸ ἐν δεξιοῖσι, στερεώτερον; profecto non male, ita ut eum ad verum in hac re certe viam munire putem. Sed mirum sane καὶ ἕξω αἱ φλέβες! Voluit, puto, venas cutaneas magis prominere et facilius conspici; sitne igitur natum ἕξω ex ἐξέχουσι? exciditne δῆλαι? Puto quidem, μέλανες spectare debere ad capillitii colorem, neque infitior me μελανότριχες potius exspectavisse. — Iam vero existimo nos cum Lindani emendatione propius ad antiquam scripturam accedere posse, sed hac de re ad postremam loci partem videbimus, nam loci tres huius § coniungendi erunt.

ξυνεκρίθη — πλείω χρόνον.] Plures libri et Gal. et schol. ἐμολύνθη; pro βραδύτερον schol. βραχύτερον. — Sed Galenum audiamus: εἰ (ἐκ vellem) τοίνυν, inquit in comm., τῆς προκειμένης ῥήσεως, οὕτως οὖν γεγραμμένης ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις, — εἰδότων δὲ καὶ τῶν παλαιῶν ἐξηγητῶν οὕτως αὐτὴν ἔχουσαν, — ἐξεῖλον οἱ πλεῖστοι τὸ ἐμολύνθη, τινὲς δὲ καὶ τῷ κινηθὲν προσέθηκαν τὸ βραδύτερον, ὡς γενέσθαι τὴν λέξιν τοιαύτην, συνεκρίθη, συνέστη ὀξύτερον, κινηθὲν βραδύτερον αὔξεται. Τινὲς δὲ τὸ καὶ διὰ τοῦτο προὔταξαν τῆς λέξεως, ὡς γενέσθαι τοιάνδε· καὶ διὰ τοῦτο συνεκρίθη, συνέστη. Lindanus μᾶλλον e fine superioris periodi huc traxit et μᾶλλον ξυνεκρίθη, — συνέστη ὀξύτερον, κινηθὲν ἐμωλύνθη scripsit. Equidem unum quid video, quod certum est, nempe ξυνεκρίθη corruptum esse et eatenus e ξυνέστη ortum, quatenus huius compositi praepositio etiam relata est ad διεκρίθη errore librariorum; hoc enim legendum esse patet ex Ep. II. 3. 17. et Ep. II. 2. 19. Ep. VI. 8. 6. Sed insuper illud ξυνέστη non est nisi glossema, quo διεκρίθη exposuerit aliquis. — Quod ad ἐμωλύνθη, quod veteres illi apud Galenum eximere volebant, vide Foës. in Oecon. in voce probabiliter locum explicantem. — In seq. adn. ad locum constituendum eum cum vicinis coniungam.

ὅτι — τῶν ζῴων.] Gal. in comm. monet plures quoque huius loci fuisse lectiones, nec tamen quae fuerint memoriae prodidit. In eius textu, qualem hodie habemus, ἢ ante τοῦτο omittitur et in fine τῷ ζῴῳ scribitur, Etiam schol. ἢ om. et principio ἔτι pro ὅτι scribit; idem om. τε pone χολωδέστεροι. Codd. in ἢ vulgatae ita fluctuant, ut ἢ et ἤ etiam pauci habeant. Lind. dedit: διὰ τοῦτο ἐστερεώθη καὶ χολωδέστερόν τε καὶ ἐναιμότερον ἢ, ὅτι θερμότερόν ἐστι τὸ χωρίον τῶν ζῴων. — Ne iam longior sim, describam locum, quemadmodum probabiliter legi posse videtur; quod propono, coniectura est, nihil aliud, intelligetur ex iis, quae ad Ep. II. 3. 17. adnotavi.

. . . . . ὅτι ἐν θερμοτέρῳ, στερεώτερον τὸ ἐν δεξιοῖσι· καὶ μέλανες διὰ τοῦτο καὶ ἔξω δῆλαι μᾶλλον αἱ φλέβες καὶ χολωδέστεροι· καὶ ὅτι ὅσσον διεκρίθη, ὀξύτερον κινηθὲν ἐμωλύνθη καὶ βραδύτερον αὔξεται καὶ ἐπὶ πλείονα χρόνον ἐστερεώθη, χολωδέστερον καὶ ἐναιμότερον, ἢ θερμότερόν ἐστι τοῦτο τὸ χωρίον τῶν ζῴων.

1. ἡ δέρματος ἀραιότης — κατάτριψις.] Inscriptionem τμῆμα τρίτον in libris mss. se non vidisse testatur Littr. — Pro articulo feminino hic saepissime obvio Ald. ἤ habet, quam lect. etiam Littr. in mss. Parr. vidit. Quod apud schol. adnotatur de Galeno εἰ legente, non consentit cum iis, quae apud Pergamenum reperimus. Initio comm. hic: ἔνιοι μέν, inquit, ἡγοῦνται κατάλογον εἶναι τῶν γνωστέων τοῖς ἰατροῖς. Φαίνεται δὲ μᾶλλον ἐν συζυγίᾳ λελέχθαι τινὰ τῶν ἐζευγμένων ἀλλήλοις πραγμάτων καὶ πρώτη μὲν εἰρῆσθαι συζυγία, καθ' ἣν γέ φησι ἡ δέρματος ἀραιότης, ἡ κοιλίης πυκνότης κ. τ. λ. Equidem συζυγίαν eiusmodi per antithesin auctorem hic illic spectavisse facile credo, sed non apparet in omnibus, quod partim forte a vitiis scripturae pendet. Membrum ἡ τῶν ἄλλων ξύγχυσις ponitur pone ἀραιότης in cod. D. Par. et in verbis his τῶν ὅλων συγχ. legunt Gal. in textu et in comm. et schol. Pro ἀνάλωσις schol. ἀνάλυσις. Iam vero pone hoc nomen legitur apud ceteros διὰ καὶ φαλακρότης, schol. διὰ καὶ φαλακροί; sed haec eieci, quum manifesto referant interpolationem, qua quis significavit, calvitiem pendere a cerebri consumptione illa. — Gal. in textu quidem habet ἡ τῶν ὀργάνων τρίψις, sed apud eum κατάτριψις reponendum esse docet comm. — Credo locum iam probabiliter ad traditorum fidem esse descriptum; sed quaeritur, num verba intelligantur, nec ne. Apparet antithesis inter τὴν δέρματος ἀραιότητα et τὴν κοιλίης πυκνότητα, sed credo tamen, auctorem utrumque coniungere, i. e. simul adesse posse statuere; in sequentibus ἡ ξύνδεσις τοῦ δέρματος opponitur τῇ ἀραιότητι eius in superioribus, videturque cohaerere cum hac re ἡ σαρκῶν αὔξησις ita, ut materie per cutem e corpore non evadente hoc melius nutriri statuatur. Sed quorsum tendant seqq. non capio; quid sit ἡ κοιλίης νάρκωσις, quae spectetur, me latet,

©BIUM

Ἡ καθαίρεσις δρόμοισι, ἡσυχίῃσι, πάλῃσι, [πολλοῖσι] περιπάτοισι ταχέσι· [οἷσι] ἐφθὴ μάζα τὸ πλεῖστον, ἄρτος ὀλίγος.

Καθαιρέσιος τὴν αὐτὴν ὥρην τῆς ἡμέρης φυλάσσειν· ἐξαπίνης γὰρ ἀρύεται· ὑφιέναι τῶν πόνων, ἢ ἀρύεται· ὁμοίως γὰρ ὅλον ξυμπίπτει· ὅταν δὲ δὴ ξυμπέσωσι, προσάγειν ὕεια ὀπτά· ὅταν δὲ πληρῶνται αὖθις τὸ σῶμα ἀνθηρὸν γίγνεται.

Ἐν γυμνασίοισι ὁ ἱδρὼς ἔξεισι ὥσπερ ἐξ ὀχετῶν· ξύμπτωσις ἐξ ἐπάρσιος.

Corporis extenuatio per cursus, quietem, palaestram, [multis] obambulationibus velocibus. [Quibus] maza cocta ut plurimum, panis autem modicus (dandus).

Extenuationis eandem diei horam servare oportet; statim namque exhauritur; de laboribus remittendum pro modo, quo exhauritur; nam totum corpus aequaliter concidit; cum vero conciderint suillas assas afferre convenit; cum vero reficiuntur, corpus rursus floridum fit.

In exercitationibus sudor velut ex aquae ductibus fluit: collapsus fit post tumorem.

quin ne certo quidem mihi constat, non forte aliud quid, quod me fugit, auctorem voluisse. Quid sit ἡ τῶν ἄλλων, s. ἡ τῶν ὅλων ξύγχυσις, non intelligo. Quae dein sequuntur, singula per se intelliguntur, sed quis nexus sit inter haec et superiora, non perspicio. Non credo, scholiastae ἀνάλυσις prae vulgato ἀνάλωσις praestare, nam cum seq. ἀνάτριψις vulgata satis congruit. Galenum etiam alteram lect. vidisse e comm. liquet. Ipsos antiquos hunc locum non intellexisse, docet Galeni comm. Equidem quid eiusmodi diversarum rerum enumeratio sibi velit, non perspicio; cohaeret omnino cum seqq. in hac §, sed plura de ea affirmare neutiquam possim. Quaestio omnino sponte se obfert, num ipse qui scripsit, quid scriberet intelligeret.

ἡ καθαίρεσις — ἄρτος ὀλίγος.] Articulum ἡ omm. Gal., Schol., hic καθάρσεσι legit. Lind. καθαίρεσις ad superiorem periodum retulit, pone hoc nomen interpunxit et iterum [καθαίρεσις] scripsit, ut ad hanc periodum referret nomen repetitum. Inverso verborum ordine Gal. et schol. et cod. C. πάλῃσι ἡσυχίῃσι. Quod dein sequitur πολλοῖσι apud Gal. πολλῇσι scribitur, sed mihi suspectum est, quippe videtur nihil esse nisi vitiose repetitum πάλῃσι. Quare τάχεσι Littréus prae ταχέσι praetulerit, non capio. — Schol. postrema οἷσι — ὀλίγος ad seq. periodum refert. Mihi vero οἷσι inepte inferri et interpolatum videtur ab eo, qui utcumque locum explere voluerit. — Galenus: τὸ μὲν τῆς κενώσεως, inquit, ὄνομα κατὰ μόνων τῶν ὑγρῶν λέγεται, τὸ δὲ τῆς καθαιρέσεως μᾶλλον μὲν ἐπὶ τῶν στερεῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὑγρῶν. Cf. Foës. in Oecon. vid. Diosc. II. 79. ὁ δὲ νεολὴς (τυρὸς) .... πρὸς καθαίρεσιν σαρκὸς ἐπιτήδειος. Locum laudat Steph. in Thes.

καθαιρέσιος — γίγνεται.] Describam locum quemadmodum Littr. eum exhibuit; tum de varr. lect. et emendatione dicam: en textum Littréi: καθαιρέσιος σημεῖον τὴν αὐτὴν ὥρην τῆς ἡμέρης φυλάσσειν· ἐξαπίνης γὰρ εἰρύεται· ὑφεῖναι τῶν πόνων ἢ εἰρύεται· ὁμοίως γὰρ ὅλον ξυμπίπτει· ὅταν δὲ ξυμπέσωσι, προσάγειν ὕεια ὀπτά· ὅταν δὲ πληρῶνται, [σημεῖον] αὖθις τὸ σῶμα ἀνθηρὸν γίγνεται. Iam vero mss. Parr. fere καθαίρεσις, vitiose tamen. Schol. et cod. C. ἔρριπται pro εἰρύεται, utrumque tamen sensu cassum, sed ad hanc rem redibo; ἐρρίπτεται alii libri, alii et Lind. ἐρρίπτετο, quod non praestat. Gal. in comm.: ἔνιοι, inquit, ἀντὶ τοῦ εἰρύεται γράφουσι ἐρείπεται, — ἀλλ' ἥγε παλαιὴ γραφὴ τὴν εἰρύεται φωνὴν ἔχει. Vulgata dein fert: ἢ ὑφιέναι τῶν πόνων ἢ ῥύεται; eandem lect. schol., excepto quod ἢ ῥύεται habet. Gal. ἀφεῖναι τῶν πόνων, ἢ ῥυήσεται, quod Lind. dedit, ἢ ante ἀφεῖναι e vulg. servans. Gal. in comm.: κἀνταῦθα, inquit, γράφουσί τινες ὑφεῖναι τῶν πόνων, ἢ ῥυήσεται, et paulo post: τινὲς δέ, inquit, ἢ εἰρύεται γράφουσι. Ipsum autem εἰρύεσθαι, dicebant, κατά τε τῆς τοῦ σώματος συμπτώσεως καὶ κατὰ τῆς ἐν τῇ δυνάμει καταπτώσεως εἰρηκέναι. Et in fine comm.: καὶ μέντοι, inquit, καὶ οἱ τὸ ἐρείπεται γράφοντες ἐπὶ τῆν τῆς δυνάμεως κατάπτωσιν φέρουσι τὸν λόγον. Hinc et e supra adlato ἐρείπεται lect. ante memoratae ἔρριπται, cett., ortae. Verba ὁμοίως γὰρ ὅλον συμπίπτει in libris vetustis se reperisse testatur Gal., recentiores quosdam exegetas, Sabinum v. c., illa non interpretatos esse et e veteribus Zeuxin, alios vero eam lect. mutasse in ἀῤῥώως γὰρ ἂν ῥυήσεται. Paulo inferius ὅταν δ' ἤδη Gal., Lind. Pro προσάγειν nonnullos προσφέρειν intulisse narrat Gal. in comm.: — Schol.: ὅταν γὰρ πληρῶνται omisso σημεῖον. — In comm. Gal. ad h. l. p. 17. Kühn. ἀνατρέψεως et ἀνάτρεψιν habet pro ἀναῤῥέψεως, ἀνάῤῥεψιν. — Redeamus iam ad textum loci, qualem supra descripsi ex Ed. Par.: primum σημεῖον utroque loco in his verbis longe ineptissima interpolatio est, quae omnem loci sensum perturbat, itaque istam vocem utramque deleo. Sine dubio, si Galeno certe fidem habeas, εἰρύεται antiqua est scriptura, sed simul tamen vitiosa est, orta vero ex ἀρύεται, quemadmodum ει et α sexcenties permutantur; itaque utroque loco ἀρύεται repono. Praefero praesens ὑφιέναι vulgatae prae ὑφεῖναι, etiam φυλάσσειν praes. tempore effertur. — Iam locum pro ea, quae in me est, facultate restitui; necdum tamen omnia intelligo. Quo modo dicit eandem καθαιρέσιος horam servandam esse, ita ut ratio huius moniti petatur a subitanea depletione, s. exhaustione, verbis ἐξαπίνης γὰρ ἀρύεται? — Quod ad ἢ ἀρύεται, puto de modo exhaustionis accipiendum esse; moneo, quia aliquando ad ἢ volueram subintelligere ἡμέρῃ.

ἐν γυμνασίοισι — ἐπάρσιος.] Describam rursus locum e vulg. lect.: ἐν γυμνασίοισι σημεῖον ὁ ἱδρὼς ὁ ῥέων στάγδην, ὃς ἔξεισι ὥσπερ ἐξ ὀχετῶν· ἢ ξύμπτωσις ἐξ ἐπάρσιος. In hac lect. cod. C. et schol. ἡ pro ἢ. Hic legit: ὁ ἱδρὼς ὁ στάγδην ῥέων, ὥσπερ ἐξ ὀχετῶν, omittens ὃς ἔξεισι. Gal. et cod. C. solum ὅς omm. Gal. in comm.: λείπει, inquit, κἀνταῦθα τῇ λέξει τὸ συμπτώσεως ἢ καθαιρέσεως, ἤ τι τοιοῦτον. διὸ καί τινες οὐκ ὤκνησαν αὐτὸ προσθέντες ὡς γεγραμμένον οὕτως ἐξ ἀρχῆς ἐξηγεῖσθαι, τοιάνδε τὴν λέξιν ποιήσαντες. ἐν γυμνασίοις σημεῖον συμπτώσεως ὁ ἱδρὼς ὁ ῥέων κ. τ. λ. — Foësius vertit: „exercitationis modum indicat sudor," cett.; sed haec non est fida interpretatio. Me iudice σημεῖον, uti in superioribus, ita hic quoque interpolatum est; item vero interpolatum ὁ ῥέων στάγδην, quod interpretari debet sudorem, qui ὥσπερ ἐξ ὀχετῶν ἔξεισι. Itaque locum sine his alienis emblematis descripsi; omisi etiam articulum ante ξύμπτωσις; quin suspicionem mihi item movet articulus ἡ in prima sententia tam

β'. Τῇ γυναικὶ, ἣν πρῶτον ἐθεράπευσα ἐν Κρανῶνι, σπλὴν φύσι μέγας· πυρετὸς καυσώδης, ἐξέρυθρος· πνεῦμα· δεκάτῃ ἱδρὼς τὰ πολλὰ ἄνω, ἀτάρ τι καὶ κάτω· τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.....

γ'. Ἧσσον τοῖσι κορυζώδεσι καὶ βραγχώδεσι ἐπιπυρετήναισι ὑποστροφαί.

δ'. Πᾶν τὸ ἐκπυέον ἀνυπόστροφον· οὗτος γὰρ ὁ πεπασμὸς καὶ κρίσις ἅμα καὶ ἀπόστασις.

ε'. Ἔστι οἷσι ὅταν ἀφροδισιάζωσι φυσᾶται ἡ γαστὴρ, ὡς Δαμναγόρᾳ· ἔστι δ' οἷσι ψόφος, ὡς Ἀρκεσιλάῳ.

Τὸ φυσῶδες ξυναίτιον τοῖσι πιτυρώδεσι· καὶ γάρ εἰσι φυσώδεες.

2. Mulieri, quam primum Cranone curavi, lien natura magnus erat; febris ardens, praerubra; spirandi difficultas; decimo die sudor plerumque in superioribus corporis partibus, sed aliquantum etiam in inferioribus; decimo quarto.....

3. Minus gravedine et raucedine laborantibus febre superveniente recidivae.

4. Quod in pus vertitur morbi reversionem non admittit; ipsa enim haec maturatio simul et iudicationis et abscessus vice fungitur.

5. Quibusdam, cum venerem exercent, venter inflatur, quod Damnagorae accidit; quibusdam vero strepitus fit, ut Arcesilao.

Verba sunt sensu cassa.

saepe repetitus, quia aliis locis eiusmodi nominum congeriem reperis sine articulo adscripto.

2. τῇ γυναικὶ — τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.] Ceteri initium huius hist. morbi fere legunt: ἡ γυνὴ, ἣν πρῶτον ἐθεράπευσα ἐν Κρανῶνι, σπλὴν οἱ φύσι μέγας. Uti in similibus facere soleo, refeci initium. In cod. D. Littréus ad hoc fragmentum adscriptum vidit τμῆμα γ'. Articulum ἡ om. cod. H.; Gal. τὸ πρῶτον; schol. πρώτως. — Gal. ὁ σπλήν. Apud Gal., Schol., in cod. C. οἱ vulgatae om. — Utrum πνεῦμα hic re vera scriptum sit ab auctore eo sensu, quo difficilem respirationem indicet, an vero truncatum sit πνευματώδης, an exciderint post hanc vocem epitheta, quae definiverint hoc nomen πνεῦμα, nos latet. In fine sine dubio lacuna est. Miror ἱδρὼς τὰ πολλὰ ἄνω uno die decimo, nam locutio illa ita se habet, quasi τὰ πολλά ad latius temporis spatium pertineret; adeo ut de numero δεκάτῃ nihil certi affirmem, minime vero quum nomen a τ incipiens sequatur. Quin sequens fragm. § 3. ita se habet, ut non certo definire audeam, utrum ιδ' huc pertineat, an illuc. Non sine causa Gal.: οὐδὲν ἀξιόλογον ἐκ ταύτης τῆς ῥήσεως ἔνεστι ἡμῖν μαθεῖν. Itaque properemus ad alia. Non satis perspicio, quare Littréus hunc locum eandem hist. morbi respicere putet, quae Ep. IV. 14. habetur; mihi similitudo non tam manifesta est.

3. ἧσσον — ὑποστροφαί.] Edi solet ἧσσον τοῖσι ἀπὸ κεφαλῆς κορυζώδεσι καὶ βραγχώδεσι ὑποστροφαί. Cf. supra sect. 2. § 23. In vulg. quidem omittitur καὶ βραγχώδεσι, sed Foës. in Latinis, Lind., Littr. Graece dederunt; Gal., cod. Par. C. ferunt et schol.; sed hic omissa copula. Non sine iure quaerit Gal.: διὰ τί δὲ προσκεῖται τῷ λόγῳ τοῖς ἀπὸ κεφαλῆς κορυζώδεσι; οὐ γὰρ δὴ ἀπ' ἄλλου τινὸς γίνονται μορίου κορυζώδεες. Imo vero res facile intelligitur: ἀπὸ κεφαλῆς interpolatum est. Iam vero Gal. non ὡς οἶμαι, sed οἶμαι legit, ita ut apud eum ὡς in textu Hippocratico sit delendum. Τὸ δ' οἶμαι, inquit, κατά τινα τῶν ἀντιγράφων προσκεῖται. Itaque non in omnibus libris antiquis legebatur; est autem pariter interpolatum. Ceterum de toto loco observo, vix definiri posse, utrum fragmentum sit descriptionis epidemiae, an praeceptum universale; quamquam maxime in illam opinionem inclinem. Hac de causa dixi ad § superiorem, non certo constare, utrum numerus ibi ultimus sit referendus eò, an huc.

4. πᾶν τὸ — ἀπόστασις.] Schol. hanc § superiori adnectit et πᾶν γὰρ τὸ scribit; idemque οὗ γὰρ πεπασμὸς καὶ κρίσις, ἅμα καὶ ἀπόστασίς ἐστι. — Pro οὗτος Gal. ἑωυτός, quod incongruum; equidem de meo ὁ ante πεπασμός adscripsi. Si quid veri lateat in Galenica lect., esse deberet aliquid, quale ἑωυτοῦ γὰρ πεπασμὸς ἅμα καὶ ἀπόστασίς ἐστι. — Apud Gal. καὶ ἀποστασία tuto emendare licebit. In fine loci ἐστί hic adscribebatur, sed mihi vocula ad principium § sequentis referenda visa est. Credo potissimum hanc sententiam per se sumendam esse; Gal. eam cum superiore cohaerere putat.

ἔστι οἷσι — Ἀρκεσιλάῳ.] Cum h l. cf. § 14. huius sect. De ἔστι e fine superioris § a me huc relato iam dixi in adn. superiore. Ceterum vulgatam exhibui lect., nisi quod οἷσι δ' ἐν in ἔστι δ' οἷσι mutavi et ἐν τούτῳ ante ψόφος pro interpolatione omisi. Gal. in comm. plures loci lectt. tradit: primam ὅταν ἄρχωνται ἀφροδισιάζειν, φυσᾶται ἡ γαστήρ. Quae lectio in nullo ms. antiquo legi dicitur, neque ulli nota exegetarum antiquorum; tribuitur autem Sabino. Alteram εἰσὶ οἷσι ὅταν ἀφρ. φ. ἡ γ. ὡς Δαμαγόρᾳ (sic), ὅθεν τούτοις ὁ φόβος. Gal. suam lect. antiquam esst narrat; legit autem: οἷσι, ὅταν ἀφροδισιάζωσι, φυσᾶται ἡ γαστὴρ ὡς Δαμαγόρᾳ, οἷσι δ' ἐν τούτοισι ψόφος, ὡς Ἀρκεσιλάῳ. Quarta, quam describit Gal., Capitonis est: οἷς ἔστιν ὅταν ἀφρ., φυσᾶται ἡ γ., ὡς Δαμαγόρᾳ, οἷσι ἐν τούτοισι ψόφος. Quinta Dioscoridis: οἷσι μὲν ὅταν ἀφρ. φ. ἡ γ., ὡς Δαμαγόρᾳ, οἷσι ἐν τούτοισι ψ. — Gal. p. 31.: Ἀρκεσίλαος (Ἀρκεσιλάῳ) δέ φησι, inquit, οὐ μόνον ἐφυσᾶτο ἡ γαστὴρ, ἀλλὰ καὶ ᾠδει, τουτέστι οἴδημα εἶχεν. In fine vero comm.: Διοσκορίδης δέ, inquit, οὕτως ἔγραψε τὴν ῥῆσιν· Ἀρκεσιλάῳ δὲ κακὸν ᾠδει τὸ φυσῶδες, ἀντὶ τοῦ κακὸν ὤζετο τὸ φυσῶδες. Hic igitur principium sequentis periodi huc traxit, quod fieri nequit. Membrum autem posterius huius § Littréus ita descripsit: οἷσι δ' ἐν τούτῳ ψόφος, Ἀρκεσιλάῳ δὲ καὶ ᾠδεεν. Nempe ὡς ante nomen proprium Ald. et codd., quos vidit, omm. καὶ ᾠδεεν omnes libros habere mss. testatur. — Equidem isti καὶ ᾠδεε nullam adhibeo fidem; nam ex tumore ventris illud φυσᾶσθαι in isto homine apparere debuit, cui accessit ψόφος; quid igitur huc καὶ ᾠδεε. Equidem tum hoc, tum ἐν τούτῳ ad recentiorum interpolationes referendum censeo. Etiam § 14. memorantur tantum τὸ ἀποψοφέειν et τὸ φυσᾶσθαι τὴν κοιλίην.

τὸ φυσῶδες — φυσώδεες.] Antiquam hanc lect., quam

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 715 sur 880

©BIUM

ς'. Τὸ ψυχρὸν πάνυ φλεβῶν ῥηκτικὸν καὶ βηχῶδες· [οἷον χιὼν, κρύσταλλος.] καὶ ξυστρεπτικόν· [οἷον τὰ φῆρεῖα καὶ αἱ γογγρῶναι ξυναίτιον καὶ αἱ σκληρότητες.]

ζ'. Τὸ μετ' οὔρησιν ξύναγμα παιδίοισι μᾶλλον ..... [ἦρα ὅτι θερμότερα;]

η'. Τὰ σχήματα τὰ ῥιζοντα μᾶλλον ..... οἷον ὁ τὰ κλήματα τῇ χειρὶ πλέκων ὑπεροδυνέων κατακείμενος, λαβόμενος πασσάλου ἄκρου ὑπερπεπηγότος εἴχετο καὶ ἐρρήϊσε.

θ'. Ὃν ἐξ ὀρειτυπίης παρὰ τὴν γέφυραν εἶδον ἐγὼ ῥιπτεῦντα τὰ σκέλεα κνήμην τὴν ἑτέρην ἥκιστα ἐλεπτύνετο, μηροὺς δὲ κάρτα· οὖρα καὶ γονὴ οὐκ ἴσχετο.

ι'. Ὅσαι πτερυγώδεες φύσιες πλευρέων δι' ἀδυναμίην τῆς ἀφορμῆς, ἐπὶ τοῖσι κατάρροισι τοῖσι κακοήθεσι, ἢν ἔκκρισις ᾖ, κῆν μὴ ᾖ, κακόν.

6. Quod valde frigidum est venarum ruptiones et tusses et humorum collectiones facere solet.

7. *Locus mutilus.*

8. Corporis positurae magis allevantes.... sicuti is, qui sarmenta manu flectens prae dolore decumbens, arreptam summam paxilli supra defixi partem tenuit manu et allevamentum sensit.

9. Quem ex montano labore iuxta pontem vidi crura hinc inde iactantem, huic altera tibia minimum extenuabatur, femora vero plurimum; urina nec semen genitale retinebantur.

10. *Locus corruptus.*

Littr. restituit, nemo unquam intellexit; unde factum, ut antiquo tempore pro πιτυρώδεσι alii scriberent πυρετώδεσι, alii πτερυγώδεσι. Postremum hoc a Dioscoride scriptum est et a Galeno probatum, teste comm. Equidem ex his nihil nos proficere arbitror. Gal. in textu habet ἐν τοῖσι πιτυρώδεσι; e comm. tamen deduxerim ἐν ex eius textu Hippocratico reiiciendum esse. — Mihi locus desperatus videtur.

6. τὸ ψυχρὸν πάνυ κ. τ. λ.] Ad βηχῶδες tenenda Gal. verba in comm. p. 40.: γεγραφότων δέ τινων κατὰ τὴν ῥῆσιν ἀντὶ τοῦ βηχῶδες, φυσῶδες, εἰπεῖν τι καὶ περὶ τούτου προσήκει. Nihil aliud factum puto quam quod librarii paulo ante obvium φυσῶδες hic quoque dederint calami lapsu. Συστρεπτικὸν δέ vulgata, — καὶ συστρεπτικόν Gal., schol. — Verum iam de universa sententia videamus: iam Gal. contulit Aph. V. 24. τὰ ψυχρὰ [οἷον χιὼν, κρύσταλλος] τῷ στήθεϊ πολέμια, βηχῶν κινητικὰ, αἱμορροϊκὰ, καταρροϊκά. Quemadmodum in aphorismo, sic hoc quoque loco οἷον χιὼν κρύσταλλος exempli causa in margine aliquando adposita fuerunt. Neque aliud quid quam similis generis exempla sunt οἷον τὰ φῆρεῖα καὶ αἱ γογγρῶναι, de quibus vocabulis nihil addendum habeo ad ea quae Foës. in Oecon. de illis monuit. Quod ad ξυναίτιον δὲ καὶ αἱ σκληρότητες, id a primo loci scriptore non profectum est; quo nexu cum reliquis teneatur, minime perspicio; forte pannus adsutus est nescio unde huc delatus. — Quin quaero, num illud καὶ ξυστρεπτικόν, quod idem valet, ac καὶ ξυστρέμματα ποιέει, sit a recentiore interpolatore, de quo ad Ep. IV. 52. monui et qui συστρέμματα ubivis cogitaverit, sicuti spasmum ubivis cernentem notavimus ad Prorrh. I. 28.

7. τὸ μετ' οὔρησιν — θερμότερα;] Vulgo in his ἦρ' legitur, sed ἄρα Gal. et ἀρά γε idem citat de comate VII. p. 622. Kühn. Quaestionem illam in fine uncis inclusi, quia pertinet ad illud interpolationis genus, quod per Prorrh. I. Epidd. libros, Coacos latissime patet. De nomine σύναγμα monuit Foës. in Oecon. — Gal. citat Ep. VII. 83. ubi καὶ τὸ οὖρον οὐκ ἄχροον, ὑπόστασιν ἔχον καὶ τὸ σύστημα (Gal. σύναγμα) οὐκ (negationem om. Gal.) ἐν τῷ χερνιβίῳ. Et de illo quidem loco vide quae adnotavi. Gal. autem non videre se dicit, quare μετ' οὔρησιν sit adpositum. Equidem locum me non intelligere ultro profiteor: in fine lacunam notavi, quia sententia non plena videtur; ad μᾶλλον alia fuerint adscripta, ad quae ipsum illud μᾶλλον pertinuerit. Nescio an non hic aliquid scriptum fuerit, quod dependerit ab iis, quae in lib. de Aëre, aq. l. p. 249. leguntur de pueris calculosis, sed quod quomodo hic positum fuerit, non amplius assequi licet propter lacunam. — Quaestio uncis intercepta mihi videtur adscripta fuisse loco iam lacunoso.

8. τὰ σχήματα — ἐρρήϊσε.] In his μᾶλλον in cod. C. om.; equidem de vocula adscribenda an reiicienda nihil affirmo; sive adscribas, sive non, deficit aliquid v. c. αἴρετέον, vel aliud quid eiusmodi; quapropter lacunae signa posui. Vulg. ὑπὲρ ὀδυνέων Gal. ὑπὲρ ὀδυνάων, — equidem cum Littréo codd. C. H. lect. exhibui. Multi codd. Ald., Gal., Lind., ἄκρον; unus liber totam vocem om. — Littréus ἐρρήϊσε, vulgo per unum ῥ scribitur. — Omisi ἢ στρέφων, quod ceteri pone πλέκων insertum ferunt; insiticium est. Cf. Ep. VI. 7. 1. Videtur spasmus manus fuisse, qui firmiter prehenso paxillo evanuerit.

9. ὃν ἐξ ὀρειτυπίης — ἴσχετο.] Pro vulgato ῥιπτεῦντα Gal. ῥιπτοῦντα. Schol. ῥίπτοντα. Cum Gal. schol. τά ante σκέλεα dedi pone postremam syllabam vocabuli antecedentis periisse opinatus. Vulgo κνήμην ἑτέρην, sed schol. et unus liber καὶ τὴν κν. ἑτέρην; ego τήν pone κνήμην inde intuli. Plerique libri scripti vitiose μηροί, sed ἴσχετο cum Littréo e Gal. et schol. dedi pro vulgato ἔχετο; codd. et Ald. ἔσχετο, quod e Galeni lect. ortum videtur. — Minus recte Littréus ῥιπτεῦντα τὰ σκέλεα interpretatur „que j'ai vu *trainer* les membres inferieurs." Hinc morbum paraplegiam esse dixit, quod partim tantum verum, dixerim scelotyrben quamdam describi cum symptomatis paralyticis.

10. ὅσαι πτερυγώδεες — κακόν.] Gal. ἀδυναμίαν, legit et tum τοῖσι κακοήθεσι, ἔκκρισις εἴη καὶ μὴ εἴη κακόν. At in comm. p. 56. Kühn. habet καὶ ἢν ἔκκρισις εἴη καὶ ᾖ μὴ εἴη, κακόν; unde efficio, in eius textu ἢν ἔκκρισις εἴη

©BIUM

ια'. Ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶ μὲν μᾶλλον ἀπὸ ὀσφύος καὶ διὰ νώτου [καὶ τότε] ἐς κεφαλὴν ..... ἀτὰρ καὶ ἀνδράσι ὄπισθεν μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν. [Φρίσσομεν γὰρ τὰ ἔξωθεν μᾶλλον ἢ τὰ ἔνδοθεν τοῦ σώματος· [οἷον πηχέων μηρῶν.] ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιότερον· δηλοῖ δὲ ἡ ῥίξ. ἀΦ' ὧν δὲ ἄλλων ῥιγέουσι [ἴσως ἑλκέων] ἄρχεται ἀπὸ τῶν ἀγγείων.]

ιβ'. Κεφάλαιον ἐκ τῆς γενέσιος καὶ ἀφορμῆς καὶ πλείστων λόγων καὶ κατὰ σμικρὰ γιγνωσκομένων ξυνάγοντα καὶ καταμανθάνοντα εἰ ὁμοιά ἐστι ἀλλήλοισι, αὖθις τὰς ἀνομοιότητας τούτοισι, εἰ ὁμοῖαι ἀλλήλῃσι ..... ὡς ἐκ τῶν ἀνομοιοτήτων ὁμοιότης γένηται μία. οὕτως ἂν ἡ ὁδὸς ..... οὕτω καὶ τῶν ὀρθῶς ἐχόντων δοκιμασίη, καὶ τῶν μὴ, ἔλεγχος.

ιγ'. Αἱμορραγίην ἐκ ῥινῶν ἢ τοῖσι ὑπο-

11. *De loco male scripto vid. adnn.*

12. Caput rei est ex ortu et principio et plurimis sermonibus, iisque quae sensim cognoscuntur, ea colligentem et perdiscentem num inter se sint similia, rursus dissimilitudines cum hisce, num inter se similes sint ....., ut e dissimilitudinibus istis una fiat similitudo. Sic enim via ....., sic aestimatio eorum, quae recte habent, sic eorum, quae non recte habent, redargutio.

13. Sanguinis fluxionem e naribus in iis, qui

καὶ μὴ εἴη, κακόν scriptum fuisse, uti vulg. habet et in qua lect. optativum in coniunctivum de meo mutavi. Fieri tamen etiam possit, ut Gal. eandem quam schol. lect. habuerit εἰ ἔκκρ. εἴη καὶ μὴ εἴη, κακόν, sed Pall. om. ὅσαι initio, sententiamque in duas partes dividit, quarum altera incipit verbis ἐπὶ τοῖσι κατάρροισι. — Si velis, potes apud Gal. in comm. legere varios modos, quibus veteres nomen ἀφορμῆς sint interpretati: nec tamen boni quid inde disces, nam veteres non magis quam nos hodie locum intellexerunt. Inepte descriptum est initium, sive vitio descriptorum, sive auctoris: si iungas δι' ἀδυναμίην τῆς ἀφορμῆς statim nescis, quid hoc ipsum sibi velit; tum vero ineptum est πτερυγώδεες φύσιες πλευρέων. Sin iungas πτερυγώδεες φύσιες πλευρέων δι' ἀδυναμίην rursus hoc ipsum ineptum est, neque habet τῆς ἀφορμῆς quorsum referatur. Itaque difficultates hic se obferunt, e quibus ego certe sine melioribus subsidiis me expedire non valeo.

11. ῥίγεα — τῶν ἀγγείων.] Cum h. l. cf. Epidd. II. 3. 16. Aph. 69. V. Vulgo ἀπ' ὀσφύος; Sed Gal. et multi libri Parr. plene ἀπό, quod Ep. II. etiam habetur. Copula ante τότε apud Gal. et in cod. C. abest: ante διὰ νώτου omittitur Ep. II. — Gal. φρίσσουσι et ἔνδον. Lind. πηχέων. [ἀπό τε καὶ] μηρῶν. — Cod. C. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ῥίξ. Gal. in comm. narrat ἴσως ἑλκέων antiquam esse lect., quam nonnulli in ὡς ἑλκ. mutaverint; tum refert postremum membrum ἀΦ' ὧν — ἀγγείων alios alio modo scripsisse, quum id nemo πιθανῶς ἐξηγήσασθαι potuerit. — Fuerunt etiam, qui pro ἀγγείων scriberent ἐναντίων teste Gal. p. 60. comm. Ceterum additamentum esse Thessali opinatur Pergamenus, forte tamen alium recentiorem subiunxisse scribit. Littréus veteres phlebitidem observavisse et inde sententiam hanc natam esse putat (vol. V. p. 45.). Equidem iam respiciens Aphorismi, loci ex Ep. II. et huius nostri textum de hocce sic statuo: princeps est sententia antiquior cum additamentis pluribus; illa habetur in verbis ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶ μὲν μᾶλλον ἀπὸ ὀσφύος καὶ διὰ νώτου ἐς κεφαλὴν .... ἀτὰρ καὶ ἀνδράσι ὄπισθεν μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν. — In hac sententia καὶ τότε, quod uncis intercepi, est insiticium, uti apparet ex

Aph. et loco ex Ep. II. — Pone κεφαλήν lacuna est, in qua, quod ad Aph. iam monui, τείνει, ὁρμᾷ, ἀίσσει vel eiusmodi quid periit. Quod iam additur Φρίσσομεν γὰρ τὰ ἔνδοθεν μᾶλλον ἢ τὰ ἔξωθεν τοῦ σώματος, puto respicere eum cutis spasmum, quem cutim anserinam facere novimus et ita nexus intelligitur inter hanc rem, i. e. τὸ Φρίσσειν μᾶλλον et cutis ἀραιότητα, quae in τῇ τριχί appareat; quamquam non perspicio, quomodo τὴν ἀραιότητα τοῦ δέρματος esse supponat causam τῆς Φρίξεως. — Voluit forte calorem internum foras egredi per illam cutis raritatem. — Alteram iam illam partem insiticiam, quam puto veteris exegetae continere explicationem, demtis exemplis, sic se habuisse opinor: Φρίσσομεν γὰρ τὰ ἔξωθεν μᾶλλον, ἢ τὰ ἔνδοθεν τοῦ σώματος ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ταύτῃ ἀραιότερον· δηλοῖ δὲ ἡ ῥίξ. ἀΦ' ὧν δὲ ἄλλων ῥιγέουσι, ἄρχεται ἀπὸ τῶν ἀγγείων.

12. κεφάλαιον — ἔλεγχος.] Locum descripsi quemadmodum multo melius, quam antea, constitutum exhibuit Littréus, nisi quod lacunas, quas animadvertere mihi videbar, notavi. Praecipuas varr. lectt. excerpam: pro κεφάλαιον libri tres et Ald. κεφαλή, unus ἡ κεΦ.; — κατὰ μικρόν Gal. Iam vero αὖθις τὰς ἀνομοιότητας τούτοισι e textu abesse solet, sed e comm. Gal. revocavit Littréus, quemadmodum re ipsa etiam in Galeni textu Hippocratico reponendum est. Vulgata dein: καὶ εἰ μὴ ὅμοια ἀλλήλοις εἰσί, sed in his negationem abesse in codd. Parr. vidit Littréus et pro ἀλλήλοις εἰσι, vere ἀλλήλῃσι reposuit. Unus cod. H. οὕτως ἂν εἴη ἡ ὁδός: itaque qui hunc librum deseripsit sensit aliquid deesse. Gal. denique καὶ τῶν μὴ ἐχόντων legit, in qua lect. latere opinor καὶ τῶν μὴ ὀρθῶς ἐχόντων. — Iam vero certum est pone ἀλλήλῃσι deficere verbum, unde pendeat accusativus τὰς ὁμοιότητας; itemque certum in seqq. sive pone ὁδός, quod maxime probabile mihi videtur, sive pone δοκιμασία, sive denique in fine pone ἔλεγχος deësse verbum, quorsum nominativi illi referantur. Priore loco, ubi lacunam notavi, aliquid quale σκέπτεσθαι suppleri possit, altero vero ἀνευρίσκοιτο ἄν interponi, quo facto sententia intelligetur me iudice.

13. αἱμορραγίην — λείῳ.] Locum hunc describam, quemadmodum Littréus edidit, qui e Gal. comm. deduxit lectio-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 717 sur 880

©BIUM

χλωρομέλασι, ἢ τοῖσι ἐρυθροχλώροισι, ἢ τοῖσι ὑποχλώροισι βραχέα ὑφέντα παχῦναι ξηρῷ· τοῖσι δὲ ἑτέροισι ἧσσον· ξηρῷ δὲ δεῖ λείῳ.

aliquantum pallescentes nigricant, aut qui ex rubro pallescunt, aut subpallidi sunt, ubi paulum eam sibi permiseris, sicco aliquo medicamento incrassare oportet; in aliis vero minus. Sicco autem medicamine laevigato (id efficere) oportet.

ιδ'. Ἐπὴν ἀφροδισιάζειν ἄρξωνται ἢ τραγίζειν, αἱμορραγέουσι. Ἐν τῇσι προσόδοισι ἔστι οἳ ἀποψοφέουσι, οἷον Ἀρκεσίλαος· οἱ δὲ μέλλοντες φρικώδεες, ῥικνώδεες· οἱ δ' ἐπὴν προσέλθωσι, φυσῶνται κοιλίην, οἷον Δαμνάγορας.

14. *Locus pessime turbatus.*

ιε'. Αἱ μεταβολαὶ φυλακτέαι· ὀλιγοσιτίη, ἄκοπον, ἄδιψον.

15. *Verba sunt sensu vacua.*

nem, quam Pergamenus antiquam esse affirmat. Dedit igitur: Αἱμορραγίαι ἐκ ῥινῶν ἢ τοῖσι ὑποχλωρομέλασιν, ἢ τοῖσιν ἐρυθροχλώροισιν, ἢ τοῖσιν ὑποχλώροισιν· βραχέα ὑφέντα, παχῦναι ξηρῶς· τοῖσι δὲ ἑτέροισι παχυσμὸν ἧσσον· ξηρῷ δὲ ἀπὸ ῥινῶν λευκὰ, τῇ ἢ τῇ, οἷον κηκίς. — Equidem, licet Littréus haec Gallice reddiderit, sensum sanum ex iis elicere nequeo. Vulgata lectio est: αἱμορραγίαι ἐκ ῥινῶν, ἢ τοῖσιν ὑποχλωρομέλασιν, ἢ τοῖσιν ἐρυθροχόλοισιν ἢ τοῖσι ὑποχλώροισι βραχέα ὑφέντα. παχῦναι ξηρῶς· τοῖσι δὲ ἑτέροισι παχυσμοῖς, ἧσσον· ξηρῷ δὲ δεῖ λευκῷ, οἷον κηκὶς, στυπτηρία. — Iam vero αἱμορραγίη Gal., αἱμορραγία schol., — ἐρυθροχλώροισι, quod Littréus recepit, Galeni lectio est, qui in comm. p. 66. ἔνιοι δέ, inquit, ἐρυθροχρόους γράφουσι διὰ τοῦ ρ. Sabinus, teste Gal. pro βραχέα scripsit βραχίονα, quam coniecturam, quam belle hic exposuerit, vide apud Pergamenum. Pro vulg. ξηρῶς, quod Littréus servavit, Gal. ξηρά, sed ξηρῷ codd. C. H. In his libris ξηρῷ emendatio esse videtur, et vero tales terminationes adverbii et dativi saepius confusas vidi, cf. adn. ad Prorrh. 82. Pro vulgato παχυσμοῖς Littréus e Gal. παχυσμόν recepit, Gal. p. 70. monet alios pro eo παχῦναι dedisse. — Postremorum lectionem e Galeni comm. dedit Littréus; sed apud Gal., qui ipse hanc lectionem ἡμαρτημένην aut παρεγκειμένην ὑπό τινος arbitratur, vulgata in textu legitur, dum in comm. vulgata non memoratur, nisi quatenus nonnulli, quum κηκίς non sit λευκή, addidisse στυπτηρίην narrantur. — Iam exponam quomodo locum constituerim: αἱμορραγίην scripsi de meo, quum hoc nomen a παχῦναι pendeat; unde ἐρυθροχλώροισι hauserim cum Littréo, iam dictum est; item qua fide ξηρῷ dederim. In seqq. Galeni παχυσμόν sensum sanum non obfert, sed ad verum ducit vulgatum παχυσμοῖς, quod interpositum est ab eo, qui ἑτέροισι non ad personas, sed ad remedia sanguinem crassiorem efficientia retulerit, adeo ut emblema alienum eiecerim. — In postremis ἀπὸ ῥινῶν λευκά absurdum est, quod ipse Gal. p. 71. commentarii fatetur; nec certum mihi unde devenerit, nisi forte τῇ καὶ τῇ ἀπὸ ῥινῶν scriptum fuerit ab eo, qui modum administrandi τὸ ξηρόν accuratius indicare voluerit; sed hic rursus vulgata ad verum ducit, me iudice: οἷον κηκίς exemplum est remedii in margine, ut sexcenta huius generis, olim adpositum, quod in textum irrepsit et adnotatori cum alterius στυπτηρίᾳ reddere licet. Iam vero in λευκῷ latet λείῳ; nam remedium illud siccum in pulverem redactum adhibendum esse monet. — Iam puto locus salvus est: ad remedium illud ξηρόν cf. addit. ad lib. de V. A. § 59. ἢ χαλκίτιδος τῷ δακτύλῳ ἐπισπασάμενος· πίεσον et Pauli et Nonni locos ibi citatos, unde patebit, quo iure λείῳ in λευκῷ latere dixerim. — Haec hactenus!

14. Ἐπὴν — Δαμναγόρας.] Gal. et schol. initio ὅταν, ὁκόταν. Iidem ἄρχωνται, quod Lind dedit. — Vulgo ἐν τοῖσι δὲ προσόδοισι Gal. ἐν τῇσι δὲ πρ. Littréus δέ in codd. omitti scribit et tres τῇσι legere. Gal. ὡς A. — Vulg. οἱ δὲ μέλλοντες ῥιγώσειν ῥικνώδεες, in qua lect. Lind. ῥιγοῦσι dedit. Gal. οἱ δὲ μέλλοντες φρικώδεες, ῥικνώδεες; sed in comm. refert alios pro φρικώδεες scripsisse ῥιγῶσι, unde igitur vulg. nata; alios pro ῥικνώδεες scripsisse κακώδεες. Memorat dein lectt. Dioscoridis et Capitonis, quorum ille scripsit ut apud Gal. legimus: ἐν τοῖσι προσόδοισι ἔστιν οἷον ἀποψοφέοντες, οἷον Ἀρκ., in quibus tamen τῇσι et ἔστιν οἵ legendum videtur; forte pars huius lectionis apud Gal. deficit; nam ἵνα δυσώδεας εἶναι τὰς φύσας αὐτοῦ νοήσωμεν, non Dioscoridis, sed Galeni verba sunt. Hic teste Galeno scripsit ἐν τῇσι προσόδοισι οἱ (forte ἔστιν οἵ) ἀποψοφέουσιν, οἷον Ἀρκεσίλαος, οἱ δὲ μέλλοντες ῥιγοῦσι, ῥικνώδεες. Ipse Gal. porro legit φυσῶντες et Δαμαγόρας. — Quodsi iam compares § 5. et argumentum superioris § respicias, patebit totum locum misere esse corruptum. Galenus suo more illud αἱμορραγέουσι explicat, sed non verum est τοὺς ἀφροδισιάζειν ἄρχοντας αἱμορραγέειν, neque veterum quisquam id docuit; sed totum illud αἱμορραγέουσι ad hunc locum non pertinere arbitror; nec magis eo pertinent verba οἱ δὲ μέλλοντες φρικώδεες, ῥικνώδεες. Primum quidem multum vereor, ne ῥιγώδεες omnino legendum sit; tum vero quis credet οἱ δὲ μέλλοντες dici de ἀφροδισιάζειν μέλλουσι? Non verum est hos esse φρικώδεας, neque ῥικνώδεες sunt, neque ῥιγώδεες, sicuti hic legendum puto. Ut brevis sim: fragmenta loci, in quo perinde atque in § 13. de haemorrhagiis sermo fuit, mista sunt cum sententia, quae responderit § 5ae huius sectionis, et in qua ipsum illud ἢ τραγίζειν est additamentum alienum. Itaque locus sic se habuit, me iudice.

Ὁκόταν ἀφροδισιάζειν ἄρξωνται, ἐν τῇσι προσόδοισι ἔστι οἳ ἀποψοφέουσι, οἷον Ἀρκεσίλαος· οἱ δὲ, ἐπὴν προσέλθωσι, φυσῶνται κοιλίην, οἷον Δαμναγόρας.

Reliqua .... αἱμορραγέουσι· οἱ δὲ μέλλοντες φρικώδεες, ῥιγώδεες .... tam sunt manca, ut inde boni quid elicere non possis; sed de haemorrhagiis, aut certe de morbis cum haemorrhagia sermo fuisse videtur eo loco, cuius haec verba reliquias referunt.

15. Αἱ μεταβολαὶ — ἄδιψον.] Schol. ὀλίγον σιτίον; vulg. ἄδιψον πίνοντι, sed participium hoc omm. Gal., schol.; pa-

©BIUM

ις'. Πᾶς λεπτυσμὸς χαλᾷ τὸ δέρμα, ἔπειτα περιτείνεται· ἀνάθρεψις τἀναντία· χρωτὸς ῥίκνωσις ξυμπίπτοντος, ἔκτασις ἀνατρεφομένου· τὸ ῥικνῶδες, τὸ λεῖον, ἑκατέρου σημεῖον, τὸ ὑπόχολον, τὸ ὑπέρυθρον· οὕτω τὸ κατεσπάσθαι μαζοὺς, ἰσχνοὺς δὲ ἀνεσπάσθαι καὶ περιτετάσθαι· καίτοι οὐκ ἄν τις οἴοιτο διὰ τοῦτο, ἀλλὰ σαρκωθέντος τοῦτο γενέσθαι.

ιζ'. ..... κλεῖς περιφανέες, φλέβες διαφανέες .....

ιη'. Ἡρόδικος τοὺς πυρεταίνοντας ἔκτεινε δρόμοισι, πάλῃσι πολλῇσι, πυρίῃσι, κακὸν,

16. *Locus integer non est.*

17. *Fragmentum est.*

18. *De loco pessime corrupto cf. adnn.*

tet e Galeni comm. ortum esse e *πεινῶντι*, quod nonnullos extremo loco nostro subiunxisse testatur. Refert etiam fuisse, qui *ἀσιτία*, *ἄκοπον*, *ἄδιψον* scriberent. Locus est mutilus, qui scriptus videtur fuisse de magnis mutationibus subito factis et quarum exempla proposita fuerint; sed e quo, quemadmodum habitus est a librariis, iam boni nihil elicias.

16. *πᾶς λεπτυσμὸς — γενέσθαι.*] Primum varr. lectt. praecipuas colligam; dein de toto loco quid sentiam exponam. Cod. C. *πᾶς δὲ λεπτυσμός*. — Gal. in comm. *ἐταράχθησαν δέ*, inquit, *ἐκ τοῦ προσκειμένου τῷ πᾶς λεπτυσμὸς χαλᾷ τὸ δέρμα, τοὐναντίον οὖν ἂν ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι φασί. διό τινες ἐπὶ τὸ ἀναθρέψεως εἰρῆσθαι τὸ ἔπειτα περιτείνεται, μὴ συνορῶντες ἐναντιούμενον αὐτοῖς τὸ ἐπιφερόμενον ἔνθα φησὶν ἀνάθρεψις τἀναντία.* Gal. legit: *τὸ φρικῶδες, τὸ λεῖον ἑκατέρου σ.*; in comm. p. 91. *ἔνιοι*, inquit, *γράφουσι τὸ ῥικνῶδες λεῖον τὸ* (forte *τὸ λεῖον* legendum) *ἑκατέρου σημεῖον*. Videantur porro eius rationes, quas Littréus non magni aestimat, quaeque ut *τὸ ῥικνῶδες* amplectatur faciunt. In *κατασπᾶσθαι* vulgatae latet omnino *κατεσπάσθαι*, quod Gal., schol. ferunt et Littréus exhibet. De scriptura illius *οὕτως κ. τ. λ.* Gal. in comm. monet: *μετεποίησαν δὲ αὐτὴν οἱ μὲν μετ' ὀλίγον* (lege *ἐπ' ὀλίγον*) *οἱ δὲ ἐπὶ πλέον, ὥσπερ καὶ Σαβῖνος, ὃδέ πως γράψας οὕτως τὸ κατεσπάσθαι μακρούς, ἰσχνούς, τοὺς δ' ἀνεσπάσθαι, ἵνα τοὺς μὲν ἰσχνοὺς καὶ χαλᾶσθαι καὶ μακροὺς φαίνεσθαι σημαίνηται, τοὺς δ' εὐτροφοῦντας ἀνεσπάσθαι. Ῥοῦφος δὲ καὶ τὴν παλαιὰν ἐφύλαξε γραφὴν καὶ τὴν ἐξήγησιν τῶν παλαιοτέρων ἐξηγητῶν ἐναντίον τι διδάσκουσαν τῇ Σαβίνου. κατεσπάσθαι μὲν γὰρ τοὺς εὐτροφοῦντας, ἀνεσπάσθαι δὲ τοὺς ἰσχνοὺς βούλεται.* In cod. C. denique *οὐκ ἄν τις* omittitur; cod. K. *σαρκωθέντα*. — Equidem sic sentio: locum turbatum esse puto partim; sibi repugnantia inesse negari non potest; hinc factum est, ut veteres plerique in interpretatione haererent, lectionem corrigerent; Galenus suo more omnia intelligit, omnia demonstrat, reliquos omnes in errore fuisse dicit. Sed videamus de singulis, Galenum autem sibi relinquamus. Omnino incongruum est in lectione librorum, qualem exhibui, *ἔπειτα περιτείνεται*; equidem in his et sequenti *ἀνάθρεψις τἀναντία* dittographiam corruptam agnoscere mihi videor; ita ut in *περιτείνεται* latere putem *περιτείνει δέ*, et in aliis libris *περιτείνει δὲ ἀνάθρεψις*, in aliis *ἀνάθρεψις τἀναντία* scriptum fuisse. Illud *ἔπειτα* invectum fuerit, postquam, utraque lectione recepta, locus turbari coeptus erat. Licet agnoscam nexum quemdam in seqq. inter *τὸ ὑπόχολον, τὸ ὑπέρυθρον* et antecedens *τὸ ῥικνὸν, τὸ λεῖον*, ita ut color *ὑπόχολος* cum *τῷ ῥικνῷ* et color *ὑπέρυθρος* cum *τῷ λείῳ τοῦ δέρματος* coniungi possit, puto tamen istud *τὸ ὑπόχολον, τὸ ὑπέρυθρον* interpolatum esse. Itaque primam et principem loci partem lego:

Πᾶς λεπτυσμὸς χαλᾷ τὸ δέρμα, περιτείνει δὲ ἀνάθρεψις· χρωτὸς ξυμπίπτοντος ῥίκνωσις, ἔκτασις ἀνατρεφομένου· τὸ ῥικνῶδες, τὸ λεῖον ἑκατέρου σημεῖον.

Quod iam sequitur de mammis, additamentum mihi videtur alienum, forte fragmentum commentarii nescio cuius antiqui. Sed primum dicam corruptum esse, nam pone *μαζούς* aliquid deficit, quod eorum conditionem definiverit; tum vero aut *μαζόν* et *ἰσχνόν* sing. numero scribendum est, aut *σαρκωθέντων* scribendum, quod facere malim. Emendaverim igitur:

οὕτω τὸ κατεσπάσθαι μαζοὺς εὐτροφοῦντας, ἰσχνοὺς δὲ ἀνεσπάσθαι καὶ περιτετάσθαι· καίτοι οὐκ ἄν τις οἴοιτο διὰ τοῦτο, ἀλλὰ σαρκωθέντων τοῦτο γενέσθαι.

De quibus animadverto exemplum illud de mammis sumptum, quemadmodum descriptum est, non congruere cum loco principe; hinc, puto, exstitit animadversio *καί τοι οὐκ ἄν τις οἴοιτο — γενέσθαι*, quam puto rursus exemplo mammarum esse recentiorem. In rerum natura omnino *κατεσπάσθαι* potest mamma multam pinguedinem habens et etiam macilenta; et pinguedinis excessus et eius telae defectus pendulam reddere potest. — Potest etiam mamma parum evoluta *ἀνεσπάσθαι* et *περιτετάσθαι*, potest etiam bene nutrita; prouti mulier lac praebuerit, nec ne, organi conditio hoc nomine differre item poterit. Hinc quaerere mecum coepi, num forte primum ad sententiam primam et principem adscriptum fuerit: *οὕτω τὸ κατεσπάσθαι μαζοὺς ἰσχνούς· εὐτροφοῦντας δὲ ἀνεσπάσθαι καὶ περιτετάσθαι*, et num forte animadversio, quam significavi, fuerit adscripta ad exemplum, postquam hoc ipsum corruptum fuerat.

17. *... κλεῖς — διαφανέες ...*] Schol. *κληῖς περιφανής*. Gal. in comm.: *θαυμάσαι δ' ἔστι*, inquit, *τοῦ Καπίτωνος μόνου γράψαντος τὴν ῥῆσιν ἐν* (delere vellem *ἐν*) *τῇδε τῇ λέξει· ἡ ἄγαν πλήρωσις περιφανὴς, φλέβες διαφανεῖς*. Hanc lect., quam Capito de suo finxit, Lind. recepit et in libris mss. vidit Littréus. Locus fragmentum est, quod forte cohaesit cum § 16., ubi de emaciatione agebatur; sed nexus cum vicinis prorsus abruptus facit, ut de eo nihil certi aut probabilis statuere liceat.

18. *Ἡρόδικος — ὅτε ἐχρῆν ...*] *Πρόδικος* vulg. et Galeni Edd. — Herodicus Selymbrianus respicitur; cf. Plat. Polit. III. p. 225. Ed. Stallb. cum adnn. Protag. p. 44. eiusdem Ed. Facit huc locus e Phaedri initio p. 7. *ἔγωγ' οὖν οὕτως ἐπιτεθύμηκα ἀκοῦσαι, ὥστ', ἐὰν βαδίζων ποιῇ τὸν περίπατον Μεγαράδε, καὶ κατὰ Ἡρόδικον προσβὰς τῷ τείχει πάλιν ἀπίῃς, οὐ μὴ σοῦ ἀπολειφθῶ*. Galenus om.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 719 sur 880

©BIUM

τὸ πυρετῶδες πολέμιον πάλῃσι, περιόδοισι, δρόμοισι, ἀνατρίψι, πόνος πόνῳ αὐτοῖσι, ὄγκοι φλεβῶν, ἔρευθος, πελίωσις, χλωρότης, πλευρέων ὀδύναι λαπαραί· ὅτε ἐχρῆν....

ιθ'. Ἄδιψον ξυνέχειν τὸ στόμα, σιγᾶν, ἄνεμον ξὺν τῷ ποτῷ ψυχρὸν εἰσάγειν.

κ'. Τὰς ἀφορμὰς, ὁκόθεν ἤρξαντο κάμνειν σκεπτέον, — εἴτε κεφαλῆς ὀδύνῃ, εἴτε ὠτὸς, εἴτε πλευροῦ, σημεῖον .. οἱ ... ὀδόντες καὶ ἐφ' οἷσι βουβῶνες.

κα'. Τὰ γενόμενα ἕλκεα καὶ φύματα,

19. Sitim prohibet os claudere, tacere, auram cum potu frigidam introducere.

20. *Locus idem, qui Ep. II.* l. 11.

21. Quae suborta ulcera et tubercula febres

πολλῇσι pone πάλῃσι, tum πολέμιον λιμῷ, legit, περιόδοισι πολλῇσι, δρ., ἀνατρ., πόνον πόνῳ αὐτοῖσι. In seqq. ὄγκοι om., cetera legit quemadmodum ea descripsi usque ad ὅτε ἐχρῆν, de quo infra dicam. Sed initio comm. τινὲς μέν, inquit, ὑπαλλάττοντες (γράφουσι) τὴν λέξιν τοιάνδε· περιόδοισι, πάλῃσι, ἔνιοι δ' ἐν ἀρχῇ προστιθέντες λιμῷ. Schol. nomen Ἡρωδικός (sic) scriptum habet in codd., Dietzius emendavit. Πυρίῃ quidem, ut vulg., schol., verum codd. περὶ γὰρ τὸ πυρῶδες praebent. Idem πάλῃσι pone πολέμιον om. et πόνος πόνον αὐτοῖσι legit; dein pro ὄγκοι habet ὅτε et πελίδνωσις. Littréo, qui in mss. item ὅτε vidit, vocula ex ὄγκοι orta videbatur. Tandem schol. § sequentem continuo huic adnexam habet. — In vulgata lectio illa a Gal. in comm. descripta περιόδοισι, πάλῃσι occurrit; tum ibi πολλοῖσι legitur, pro quo πολλῇσι cod. C. praebuit Littréo. Vulgata πυρίῃ, pro quo plur. num. e Gal. recepit Littr. — Αὐτοῖσι πόνῳ πόνον vulg. — Lind. in vulgatam δρόμοισι intulit pone πάλῃσι et ante πυρίῃ omittens πολλοῖσι s. πολλῇσι; tum legit τὸ [γὰρ] πυρετ. et πόνῳ πόνον αὐτοῖσι δὲ φλεβῶν ἔρ. — Hic etiam Ἡρόδικος initio. Quod ad λαπαραί: πιθανῶς, inquit Gal., τινὲς μετέγραψαν εἰς τὸ λαπάρας; ὀδύνας (hic excidit, puto, epitheton, forte ipsum λαπάρας) γίνεσθαι βουλόμενοι τοῖς ἀκαίρως γυμνασθεῖσι. — Equidem locum descripsi quemadmodum Littréus fecit, nisi quod huc traxi ὅτε ἐχρῆν ..., quod sine lacunae signis apud eum initium facit § sequentis. Textum autem ita descripsi, ut aliquid darem: omnem ei fidem denego, nec vidi in lectt. varr, quod fidem faciat. Locus misere turbatus est et corruptus: videamus de singulis! — Primum πολλῇσι non aliud est, nisi vitiose scriptum et ita repetitum πάλῃσι. In texto vulgato et Littréi illud κακόν, quod teste Galeno alii veterum ad superiora, alii ad seqq. referebant, invectum est ab homine nihil intelligente, qui sexcenties in libris, aphorismorum forma relictis, id adpositum viderit et huc, aliis turbis forte iam ortis, de suo inepte intulerit, quod aliis locis in his libris item factum subinde vidimus. Τὸ πυρετῶδες πολέμιον πάλῃσι κ. τ. λ. absurdum est, quum contra ἡ πάλη adversa sit τῷ πυρετῷ; sed τὸ πυρετῶδες manifesto interpolatum est. In πολέμιον latere videtur λιμῷ, cui adhaereat syllaba vocabulorum a π incipientium. Pone πόνον πόνῳ αὐτοῖσι excidit aliquid, quale ἐπιφέρων. Ὄγκοι, quod προτάττουσιν ἔνιοι τῆς προκειμένης λέξεως, ineptum emblema est, utique delendum; in ὅτε, quod pro eo Gal. habet, latet ὅθεν. Ad ἔρευθος puto adscriptum fuisse nomen partis rubentis v. c. προσώπου. Ad φλεβῶν item pertinuerit aliud nomen v. c. παλμοί, quin fieri potest, ut librarius, eiusmodi vocem non amplius rite discernens, de suo ὄγκοι effecerit ex ὅθεν s. ὅτε, aut uteumque locum suppleverit. In λαπάραι latet omnino λαπάρας, s. λαπάρης. Pone ὅτε ἐχρῆν lacunam notavi; inepte initio § seq. ponitur, huc pertinet et initium est eorum, quae auctor loci dixerit fieri debuisse pro iis, quae inepte Herodicus moliebatur. Describam iam locum, sicuti legendus videtur, ut uno conspectu L. B. emendationem habeat:

Ἡρόδικος τοὺς πυρεταίνοντας ἔκτεινε δρόμοισι, περιόδοισι, πάλῃσι, λιμῷ, πυρίῃσι, ἀνατρίψι, πόνῳ πόνον αὐτοῖσι ἐπιφέρων, ὅθεν παλμοὶ φλεβῶν, προσώπου ἔρευθος, πελίωσις, χλωρότης, πλευρέων ὀδύναι καὶ λαπάρης, ὅτε ἐχρῆν.....

Si quis obiiciat coniecturam incertam esse, concedam; sed confido me ab eo impetraturum esse, ut aut traditarum lectionem aliquam certam esse mihi demonstret, aut meliora certe nobis suppeditet. Equidem aut hoc, aut saltem aliquid, non multum ab eo diversum, scriptorem voluisse contendam.

19. Ἄδιψον — εἰσάγειν.] Ante ἄδιψον Littréus adscripsit ὅτε ἐχρῆν, qua de re ad § superiorem iam monere coepi; idem factum est in schol. textu, ubi haec ῥῆσις cum superiore continuo cohaeret; adnotat autem Littréus, illud ὅτε ἐχρῆν in libris mss., quos vidit, omnibus legi, sed in vulgata omitti. Foës. in adnn. eadem de re monuit et „haec certe, inquit, sententia vel praecedenti iungi potest, aut per se legi." — Ad hanc eius adnotationem infra redibo, iam ad ceteras loci lectt. varr. pergo: Gal. ἄδιψος et ἄνεμος; utrumque apud eum etiam in accusativum mutandum. Schol.: εἰσάγειν ἄνεμον ἐν τόπῳ ψυχρῷ εἰσάγειν, sed e comm. verbis coniicio, Palladium quoque vulgatam vidisse. Gal. in comm.: τολμηρότερον δέ, inquit, κἀνταῦθα Καπίτων τε καὶ Διοσκορίδης ὑπαλλάξαντες τὴν παλαιὰν γραφὴν ἔγραψαν οὕτως τὴν λέξιν. ἄνεμον ἐν τῷ ποτῷ ψυχρὸν μὴ εἰσάγειν κ. τ. λ. — Mihi iam redeundum est ad Foesii notulam; nimirum quorsum spectet ὅτε ἐχρῆν ... ad superiorem § exposui; non potest apto modo coniungi § 19. cum 18., quemadmodum traditum textum accepimus et in hac §, ut spero, emendavimus. Num aliquando § 19. pertinuerit ad locum illum de Herodico, ignoramus; si pertinuerit, forma iam alia quam antea habuit, eam possidemus. Sed iam verbis et interpretationi vim inferre debes, si velis coniungere locum utrumque.

20. τὰς ἀφορμὰς — βουβῶνες.] Lind. om. τὰς ἀφορμάς. Unus cod. Par. ἤρξατο. E Gal. schol. σκεπτέον adscivi; om. in vulg. et apud Littr. — Lind. ad hanc sententiam in fine adscripsit: αὐτοὶ γὰρ τὰς ἀφορμὰς παρέχουσι, quod in mss. duobus se vidisse adnotat Littr. — Vulgata denique ἐν οἷσι, ubi Gal., schol., codd., Edd. antt. ἐφ' οἷσι, quod restituit Littr. — Cf. adn. ad locum ex Ep. II. l. 11.

21. τὰ γενόμενα ἕλκεα — ὑποστροφαί.] Cf. Ep. II. l. 11. unde γενόμενα pro vulg. γινόμενα recepi. Initio καὶ τά libri mss.; παραγίνεται dedit Littr. e cod. C. et dederat iam Lind. antea pro vulg. παραγίνηται; schol. παραγίγνεται habet. Ἀκρισίῃ Lind., Littr., schol. ἀκρισίαι Gal.; vulgata habet ἀκρασίῃ. — Schol. οἷσι δ' ἐγκαταλέλειπται:

κρίνοντα πυρετοὺς, οἷσι μὴ παραγίγνεται, ἀκρισίη· οἷσι ἐγκαταλείπεται, βεβαιότατα καὶ τάχισται ὑποστροφαί.

κβ'. Τὰ στρογγυλλόμενα πτύαλα παρακρουστικά. οἷα ἐν *πληνῷ.

κγ'. Οἱ αἱμορροΐδας ἔχοντες οὔτε πλευρίτιδι, οὔτε περιπνευμονίῃ, οὔτε φαγεδαίνῃ, οὔτε δοθιῆσι, οὔτε τερμίνθοισι ἁλίσκονται, ἴσως δὲ οὐδὲ λέπρῃσι, ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλοισι· ἰητρευθέντες γε μὴν ἀκαίρως συχνοὶ τοῖσι τοιούτοισι οὐ βραδέως ἐάλωσαν καὶ ὀλέβρια οὕτω καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀποστάσιες, οἷον σύριγγες, ἢ ἕτεραι· σκέψις ἐφ' οἷσι γινόμενα ῥύεται, τούτων προγενόμενα κωλύει.

Ἀλλ' οὐδὲ τόποι οὗτοι οἱ δεξάμενοι ἢ πόνῳ, ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται, ἀλλ' οἷσι αἱ κοινωνίαι.

decernunt, si non affuerint, iudicationem ipsam tollunt; quibus vero relinquuntur, certissimae et celerrimae morborum reversiones fiunt.

22. Sputa rotunda delirium portendunt.

23. *De loco corrupto cf. adnn.*

Sed neque ii loci, qui morbum exceperunt sive dolore, sive gravitate, sive alia quadam ratione, liberant; sed illi, qui (cum loco primum affecto) communitatem habent.

cum Littréo praesens indicativi e Gal. et cod. C., vulgata coniunctivum ferente. De meo, uti l. l. ex Ep. II. ταῦτα omisi, quod inter οἷσι et μή interponi solet. Cf. adnn. ad locum ex Ep. II. Cum his conferri potest Ep. IV. 28. Aph. II. 12.

22. τὰ στρογγυλλόμενα — πληνῷ.] Totum locum omm. libri duo Parr. — Cum Littréo e schol. στρογγυλλόμενα scripsi, vulgo per unum λ scribitur: στρογγυλόμενα Gal., Lind. στρογγυλώμενα (sic) ex aliis libris adnotat Littr. — Libri quinque Parr. formam πτύελα habent; οἷα ἐν πληνῷ om. schol. et libri quinque Parr. In comm. monet Gal. in mss. nonnullis sui temporis id additum esse, in alio ὡς ὁ σπλὴν οἷον. Cf. Epid. VI. 6. 9. et Littr. vol. VIII. p. xv., ubi refert, Meinekium hic etiam ὡς ὁ ἐν Πλινθίῳ legere velle.

23. οἱ αἱμορροΐδας ἔχοντες — κωλύει.] Cum hisce cf. librum de Humorr. § 20. Οὐδὲ τερμ. mss. omittere adnotat Littréus. Idem omisit ἁλίσκονται, quod in vulgata eo loco, ubi posui, occurrit, itemque in lib. de Humorr., nisi quod cod. A. ibi om., — in schol. autem textu pone πλευρίτιδι inseritur. Gal. in comm. ἐλλείπει, inquit, δηλονότι τὸ ἁλίσκονται καὶ χρὴ προσυπακούειν αὐτό. Forte igitur in codd., ubi abesse refert Littréus, antiqua lectio servata est; sed eiusmodi aposiopesin Graeca oratio ignorat, ita ut aut adscribendum, vel libri de humoribus auctoritate, aut lacuna notanda sit. Vulg. dein ἄλλῃσι, sed ἄλλοισι editor Par. e Gal. et cod. C., idem autem iam Lind. dederat; sed ἔνιοι, inquit Gal., γράφουσι ἴσως δ' οὐδ' ἀλφοῖσι, quod schol. habet, nec leviter contemnendum videtur. Ἰητρευθέντος dein Gal., tum vulg. ὑποστάσιες, sed meliorem lect. e Gal., Lind., Littr. et hic ex uno cod. Par. dederunt. Gal. ἑτέρων ἄκος pro ἢ ἕτεραι. — Pro σκέψις, quod Littr. edidit, vulg. ἀποσκήψιες, ita ut iungatur καὶ ἕτεραι ἀποσκήψιες, sed Gal. σκήψιες legens adnotat: τῆς παλαιᾶς γραφῆς οὔσης ταύτης ἐπὶ τὸ σαφέστερον αὐτὸν (imo αὐτὴν) μετατεθείκασι πολλοὶ τῶν ἐξηγητῶν, ἀντὶ τοῦ γενόμενα καὶ προγενόμενα γενομένη γράψαντες, ἵν' ἐπὶ τὴν ἀπόσκηψιν ὁ λόγος ἀναφέρηται, πάντες δὲ ἤκουσαν τὴν σκῆψιν ἐπὶ ἀποσκήψεως εἰρῆσθαι τάχα καὶ σφαλέντος τοῦ πρώτου γράψαντος βιβλιογράφου, ὡς ταῖς διανοίαις τὰ αὐτὰ καὶ τὰ πάσας τὰς γραφὰς ἐστι. Gal. dein de coniectura σκῆψις in σκέψις, quia antiqui Graeci τόν τε τοῦ ῆ δίφθογγον (φθόγγον?) καὶ τὸν τοῦ ε δι' ἑνὸς χαρακτῆρος scribebant. In Gal. glossis σκῆμψις) ἀπόσκηψις ἐν τῷ ς' ἐπιδημίων. Hinc Lind. ἢ ἕτεραι· σκῆμψις ἐφ' οἷσι γενομένη ῥύεται, τούτων προγενομένη κωλύει. Itaque eos etiam, quorum in comm. mentionem fecit Gal., est secutus. — Ut autem de loco, procul dubio antiquissimo tempore iam corrupto, quid sentiam dicam, habemus, me iudice, in antiqua scriptura sententiam principem aphorismi forma propositam cum additamentis recentiorum. Qui aphorismum scripsit, puto, dedit:

Οἱ αἱμορροΐδας ἔχοντες οὔτε πλευρίτιδι, οὔτε περιπνευμονίῃ ἁλίσκονται· ἰητρευθέντες γε μὴν ἀκαίρως συχνοὶ οὐ βραδέως ἐάλωσαν καὶ ὀλεθρίως.

Recentiores sive pone περιπνευμονίῃ, sive primum in margine adscripserunt: οὔτε φαγεδαίνῃ, οὔτε δοθιῆσι, οὔτε τερμίνθοισι, ἴσως δὲ οὔτε λέπρῃ, ἴσως δὲ οὔτε ἀλφοῖσι. Quin probabile est, haec non statim simul omnia, sed sensim alia aliaque et a diversis esse addita adnotatoribus. — Alius vero, latius extendere volens aphorismum, adposuit: οὔτε καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀποσκήψιες· — ἐφ' οἷσι γενόμεναι ῥύονται, τούτων προγενόμεναι κωλύουσι. — Ad ipsum autem nomen ἀποσκήψιες alius quidam iterum adnotavit exempla οἷον σύριγγες, ἢ ἕτεραι. — Iam puto locum intelligimus.

ἀλλ' οὐδὲ — κοινωνίαι..] Ego vulg. lectionem hic sum secutus. Hic etiam locus legitur in libro de Humorr. — Gal. legit: ἄλλου τόπου τόποι δεξάμενοι ἢ πόνῳ, ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται ἢ ἄλλοισι αἱ κοινωνίαι. In comm. autem: ἔνιοι δέ, inquit, τὸ ἄλλοισι αἱ κοινωνίαι γράψαντες ἀλλοῖαι κοινωνίαι τῆς ἑπομένης ῥήσεως ἀρχὴν αὐτὸ ποιοῦσι. Dein pergit: οὕτω δὲ καὶ ὁ Ῥοῦφος ἔγραψέ τε καὶ διεῖλε τὴν λέξιν, οἷον προσγραφὴν (forte προγραφήν, ut infra) μέν τινα νομίζων εἶναι τὸ ἀλλοῖαι κοινωνίαι, τὴν δ' οἷον ἐξήγησιν· τῆς προγραφῆς τὰ ἐπιφερόμενα. Sabinus antiquam scripturam servavit; Schol. cum superioribus haec connectens legit: ἀλλ' οὐδὲ τόπου τόποι οὗτοι δεξ. ἢ π. ἢ β. ἢ α. τ. ῥύονται, ἀλλ' οἷσιν αἱ κοινωνίαι. Lind. sequitur Gal., sed in fine ἀλλ' οἷσι αἱ κοινωνίαι scribit. Littréus Galenum est secutus, sed ἤ ante ἄλλοισι

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 721 sur 880

©BIUM

κδ'. Διὰ τὴν ῥοπὴν οὐκ ἔτι αἷμα ἔρχεται, ἀλλὰ κατὰ τοῦ χυμοῦ τὴν ξυγγένειαν τοιαῦτ' ἀποπτύουσι.

Ἔστι οἷσι αἷμα ἀφίεται ἐν καιρῷ ἐπὶ τούτοισι· ἄλλοισι δὲ οὔ. κώλυσις ὥρη, πλευρῖτις, χολή.

24. Quod alio sanguis inclinet, non ideo amplius exit, sed iuxta humoris cognationem talia sputa exscreantur.

Nonnullis in his morbis opportune sanguis detrahitur; aliis vero non item. Impedimento est anni tempus, lateris dolor, bilis.

ΤΜΗΜΑ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

Sectio Quarta.

α'. Τὰ παρ' οὓς οἷσι ἂν ἀμφὶ κρίσιν γενόμενα μὴ ἐκπυήσῃ, τούτων λαπασσομένων ὑποστροφὴ γίγνεται καὶ κατὰ λόγον τῶν ὑποστροφέων ὑποστροφῆς γενομένης αὖθις αἴρεται καὶ παραμένει, ὥσπερ αἱ τῶν πυρετῶν ὑποστροφαὶ, ἐν ὁμοίῃ περιόδῳ· ἐπὶ τούτοισι ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι.

1. Quibus iudicationis tempore exorta ad aures tubercula non suppuraverint, his evanescentibus morbi reversio contingit, factaque pro recidivarum ratione morbi reversione, rursus attolluntur et permanent non secus ac febrium reversiones, simili circuitu. In his ad articulos aliquid abscedere posse sperandum est.

β'. Οὖρον παχὺ, λευκὸν, οἷον τῷ τοῦ Ἀντιγένεος ἐπὶ τοῖσι κοπιώδεσι τεταρταίοισι ἔστι ὅτε ἔρχεται καὶ ῥύεται τῆς ἀποστάσιος, ἢν δὲ πρὸς τούτῳ αἱμορραγήσῃ ἀπὸ ῥινῶν ἱκανῶς, καὶ πάνυ.

2. Urina crassa alba, qualis Antigenis puero aderat, interdum in febribus, quae sunt cum lassitudinis sensu, quarto die prodit et ab abscessu vindicat. Quodsi insuper sanguis e naribus abunde profluat, etiam prorsus liberat.

om. — Cod. Sever. apud Foës. refert lect. libri de Humor. ὕποπτοι τόποι. Mihi vulg. lect. optima visa est; sed locus, quum e nexu suo divulsus sit, non intelligitur. Ad lib. de Humorr. rursus de eo videndum erit.

24. διὰ τὴν ῥοπὴν — ἀποπτύουσι.] Conferri potest Gal. comm. de causis, quare nonnulli τροπὴν pro ῥοπὴν scripserint. Schol. κατὰ τὴν τῶν χυμῶν ξυγγένειαν. Gal. τοιαῦτα πτύουσι. Hic ad superiorem sententiam monet Rufum πτύα πτύουσι scripsisse, sed puto πῦον πτύουσι apud Galenum p. 113. esse legendum.

ἔστι οἷσι — οὔ.] Vulgo ἔστι οἷσι αἷμα ἀφίεσθαι ἐν καιρῷ ἐπὶ τούτοισι· ἐπ' ἄλλοισι δὲ ὥσπερ ἐπὶ τούτοισι, τοῦτο οὐκ εἰκός. Sed pro ἀφίεσθαι Gal. et Lind.. eum secutus, ἀφαιρεῖσθαι, Gal. ἐπὶ τοῖσι τοιούτοισι et altero loco ἐπὶ τοιούτοισι. Littréus κώλυσις ad hanc periodum traxit, qua in re secutus est veteres quosdam apud Gal. p. 118. — E varr. lectt. nihil proficimus, sed locus pessime corruptus est interpolatione et solita quadam permutatione infinitivi cum tertia persona singularis. Nimirum in primo membro ἀφίεσθαι ex ἀφίεται est ortum; in altero interpolatori reddam ἐπ' et ὥσπερ ἐπὶ τούτοισι et τοῦτο et εἰκός, quod superest servabo.

κώλυσις — χολή.] Vulgo κώλυσις ἐπὶ τοῖσι αἱματώδεα πτύουσι, ὥρη, πλευρῖτις, χολή. — In quibus ὥρησι codd. Parr. adnotante Littréo. — Sed illud ἐπὶ τοῖσι αἱματώδεα πτύουσι rursus interpolatum est; cohaerent haec proxime cum superioribus, e quibus patet omnino de sanguinem sputantibus sermonem esse, sed auctor tantum dedit κώλυσις ὥρη, πλ., χ. — Mirum tamen ad κώλυσιν illam scriptorem referre τὴν πλευρίτιδα, forte pleuritidem biliosam cogitavit.

1. τὰ παρ' οὓς — ἀφίστασθαι.] Inscriptionem τμῆμα τέταρτον in mss. non vidit Littréus et vere in lib. de humoribus haec cum superioribus coniunguntur. Schol. τὰ παρ' ὧσιν ἀ. κρ. γ., οἷσιν ἢ μὴ ἐν π. Ego in his e cod. C. γενόμενα dedi pro ceterorum γινόμενα et e scholiastae οἷσιν ἦν effeci οἷσι ἄν ut vulgatum ἐκπυήσῃ servarem, nam ἐκπυήσει, quod e libris nonnullis Parr. Littréus exhibet, incongruum est. In vulg. τούτων λαπασσομένων veram nos habere lect. certum est, non in τούτου λαπασσομένου. Vere monet Littréus, Galeni de hisce comm. obscuri quid habere; nempe in fine legis ἐπεὶ δὲ προειπὼν τὰ παρ' οὓς ἐπήνεγκε τούτου λαπασσομένου, διὰ τοῦτο δοκεῖ μοι Διοσκορίδης προσθεὶς τὴν ἐκ πρόθεσιν ἔγραψεν ἐκ τούτου λαπασσομένου καί φησι χρῆναι προσυπακοῦσαι τοῦ χρόνου ἢ ἀντὶ τοῦ μετὰ ταῦτα τὸ ἐκ τούτου λελέχθαι. εἰ δ' ὅλως ἔξει τις ὑπαλλάττειν τὰς παλαιὰς γραφὰς, ἐνῆν αὐτῷ τὸ τούτου μεταποιήσαντι ταῦτα ἀπηλλάχθαι πραγμάτων. „Faudrait-il, inquit Littréus, conclure de ce passage de Galien qu'on lisait τουτέου λαπασσόμενα?" Non credo, sed puto e Gal. comm. voculam excidisse, eumque scripsisse ἐνῆν αὐτῷ τὸ τούτου μεταποιήσαντι μετὰ ταῦτα ἀπηλλάχθαι πραγμάτων. Simul autem alium commentarii locum me sanaturum spero: p. 121. legis οἷς (tumoribus laxis, non dolentibus) τοὐπίπαν ὑπάρχει κατὰ χωρὶς φλογώσεως συνίστασθαι. Haec non intelligis, nisi pro κατά legas καὶ τό. — Redeo ad locum nostrum: copulam ante κατὰ λόγον e schol. adscivi; αὖτις cod. C. Verba καὶ κατὰ λόγον τῶν ὑποστροφέων pertinent ad reversiones morborum in epidemia eiusmodi contingentes, sive omnibus, sive plerisque aegrotantibus; τῆς ὑποστροφῆς γενομένης pertinet ad casum ipsum, de quo iam sermo est. Cf. ceterum de Humoribus § 20., ubi idem locus legitur, et de scriptura monui.

2. οὖρον — πάνυ.] Lind. οὖρον [πολὺ] παχύ; itaque de suo explevit, quod hic artis peritus sponte cogitat. Vulg. τὸ τοῦ Ἀμφιγένεος, sed τῇ τοῦ Ἀ. Ald., codd. plures; Gal. in comm.: εἰ μέν, inquit, τῷ τοῦ Ἀρχιγένεος εἴη γεγραμμένον, ὑπακούσομεν ἤτοι οἰκέτῃ, ἢ φίλῳ, ἢ οἰκείῳ· ἐὰν δὲ

γ'. Ὧι τὸ ἕντερον ἐπὶ δεξιὰ ..... ἀρθριτικὸς ἐγένετο· ἦν δὲ ἡσυχώτερος, ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἰητρεύθη, ἐπιπονώτερος.

δ'. Ἡ Ἀγάσιος κόρη μὲν ἐοῦσα πυκνοπνεύματος ἦν· γυνὴ δὲ γενομένη ἐκ τόκου πάλαι ἐπίπονος ἐοῦσα ἦρε ἄχθος μέγα· αὐτίκα μὲν ψοφῆσαί τι ἐδόκεε κατὰ τὸ στῆθος· τῇ δ' ὑστεραίῃ ἆσθμά τε εἶχε καὶ ἤλγει ἰσχίον τὸ δεξιόν. Ὁκότε πονέοι, τότε καὶ τὸ ἆσθμα εἶχε, παυσαμένης δὲ ἐπαύσατο· ἔπτυσε ἀφρώδεα, ἀρχομένη δὲ ἀνθηρὰ, καταστάντα δὲ ἐμέσματι χολώδεϊ ἐφκει λεπτῷ· οἱ πόνοι μάλιστα μὲν, ὁκότε πονοίη τῇ χειρί. — Εἴργεσθαι σκορόδου, χοιρίου,

3. *Locus incertae lectionis.*

4. Agasis filia adhuc puella crebra spiratione vexabatur; mulier vero effecta quum dudum a partu moleste habuisset, sustulit onus magnum. Statim in pectore aliquid concrepuisse visum est. Postridie tum creber anhelitus tenuit, tum coxendix dextra indoluit. Quum laborem perageret, creber anhelitus fatigabat, qui cessavit quum ab opere destitisset. Sputum spumosum reiecit, per initia vero floridum, quod ubi constiterat, vomitionem biliosam et tenuem referebat. Dolores autem potissimum aderant, cum

τῇ τοῦ Ἀρχιγένεος, ἤτοι δούλῃ, ἢ γυναικὶ, ἢ καθ' ὅντινα τρόπον οἰκείῃ. In textu idem habet aegri nomen, quod in comm.; collatis Ep. II. 3. 11. et VI. 2. 19. (quamquam non video, quid hic locus huc faciat) Littréus e vulg. ἀμφιγένεος effecit Ἀντιγένεος. Schol. et liber unus Par. κοπιώδεσι πυρετοῖσι ἔστιν ὅτε ἄρχεται. Pro ῥύεται plures libri λύεται. Schol. et cod. C. ἦν δὲ καὶ πρὸς τ., vulg. πρὸς τοῦτο, sed forte error est typogr. Ante πάνυ cod. G. καί om. Confer locum similem lib. de Humorr. § 20.

ᾧ τὸ ἕντερον — ἐπιπονώτερος.] Pro ᾧ cod. C. ὃ. In cod. H. emendatur ᾧ τὸ ἕτερον ἐπὶ δεξιὰ ἀρθριτικὸν ἐπεγένετο, in quibus ἕτερον e Gal. comm. forte scriptum, qui nonnullos id pro ἕντερον legere voluisse refert. Littréus ἦν δὲ ἡσυχ. e cod. C. dedit, ceteris δέ non habentibus; nolui non recipere, licet non sit, nisi emendatio descriptoris illius libri. Lind. [καί] ante ἦν intulit. Pro ἐπεὶ δέ cod. C. καὶ ἐπεί; pro ἐπεί libri duo ἐπί. Gal. lectio τοῦτο ἰητρ. est, quam cum Littr. recepi; vulg. τούτῳ, sed schol. pronomen om. Locus in libro de Humoribus in fine legitur, sed deterius quam hic scriptus. Sine dubio lacuna est pone ἐπὶ δεξιά; licet Gal. dicat, eos qui ἕτερον legere vellent, cogitavisse ἐπὶ τῶν παρ' οὓς συνισταμένων εἰρῆσθαι τὸ ἕτερον, non sum certus eos non σκέλος subintellexisse et etiam ἀρθριτικόν legisse, quorsum spectat illa emendatio in cod. C. — Equidem locum mendosum pro desperato sibi relinquo. Neque veteres, quorum alius aliud quid de eo statuit, eum intellexerunt. Qui ex his locum ad superiora trahere voluerunt, insigniter falsi mihi videntur.

4. ἡ Ἀγάσιος — ἄχθος μέγα.] Gal. nomen proprium scribit Ἀγήσιος. Cum Littréo γενομένη dedi e Gal.: ille etiam in codd. Parr. reperit. Vulgo ἐκ τόκου οὐ πάλαι ἐπίπονος ἐοῦσα ἐπιπολαίως ἦρεν ἄχθος μέγα, in quibus οὐ omittitur in multis mss. et Ald., neque Calvus legit. Gal. οὐ πάνυ ἐπὶ πλέον ἦρον pro ἐπιπολαίως ἦρεν, unus cod. H. pro ἐπιπολαίως legit ἐπιπολύ, quod ex ἐπιπολῆς ortum puto. Quod iam ad οὐ πάλαι attinet, malui omittere negationem, probabilius esse ratus mulierem satis diu post partum onus illud sublevasse. De ἐπιπολαίως monuit Foës. in adn., qui cum ἐπίπονος cohaerere adverbium existimat; Lind. cum ἦρεν coniungit, quod ex interpunctione apud eum constat; ordo verborum in vulgata certe potius favet Lindani quam Foësii rationi. Sed si rem recte reputes ἐπιπολαίως ἐπίπονος absurdum est, nam etiamsi adverbium illud de re leviter facta usurpetur, semper tamen notio rei quae in superficie contingat inest, quod quomodo hic ferri possit, non

perspicio. Sin iungas cum Lindano, vellem scire, quid significet ἐπιπολαίως ἦρεν. Me iudice e superiore πάλαι ortum est ἐπιπολαίως, forte e lectione ἐκ τόκου ἐπεὶ πάλαι ἐπίπονος ἦν, forte alio modo; certum puto vocabulum abundare, quapropter e textu delevi.

αὐτίκα — ἐπαύσατο.] καὶ αὐτίκα citat Gal. de Dyspn. p. 958. Kühn. — δ' ante ὑστεραίῃ ex Ald. et codd. Parr. adscripsit Littréus, quem secutus sum. Gal. ἄσθματα pro ἆσθμά τε, quod tamen apud eum reponendum videtur. Iam vero vulgata ὁπότε τοῦτο πονέοι, ἐπόνει τότε καὶ τὸ ἆσθμα τε εἶχε καὶ ἤλγει ἰσχίον τὸ δεξιόν. Lind. τότε ἐπόνει. Gal. ἐπόνει om., quem Littréus sequitur, et sane certum est ἐπόνει esse dittographiam ad πονέοι referendam; ὁκότε item e Gal. recepit Littr. Sed lectioni, quam iam exhibuit, ὁκότε τοῦτο πονέοι, τότε καὶ τὸ ἆσθμα εἶχε, παυσαμένου δὲ ἐπαύσατο nondum fidem adhibeo; significat mulierem, quando coxendice laboraret, etiam asthmate premi solitam fuisse et dolore illo cessante asthma etiam cessare, quae sane mira connexio symptomatum. Sed τοῦτο eximendum est et pro παυσαμένου femininum παυσαμένης dandum, quo facto omnia facile intelliguntur, quippe πονέοι tum de labore perageudo accipiendum est, sicuti infra ὁκότε πονοίη τῇ χειρί.

ἔπτυσε — τῇ χειρί.] In his καταστάντα cett., dedi certe plur. numerum propter superiora; sin tamen malis superiora ἀφρῶδες, ἀνθηρόν scribere et hic καταστάν servare, nihil obstat. Χολώδεϊ in cod. C. om. Ionismum ὁκότε dedit Littr. ex Gal. et uno libro Par. — Pone χειρί vulgo ταύτην, sed libri Parr. ταύτῃ, quod Littréus dedit ad χειρί referens. Vulgatum illud ταύτην apud Gal. in textu legitur, sed in comm.: διάφορα, inquit, καὶ κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν αἱ γραφαὶ γεγόνασι, ἐνίων μὲν γραψάντων ἐν ἀρχῇ κατὰ δοτικὴν πτῶσιν τὸ ταύτῃ .... ἔνιοι δὲ χωρὶς τοῦ ταύτην (forte ταύτῃ), ἀρξαμένων δ' ἀπὸ τοῦ εἴργασθαι (lege εἴργεσθαι). Equidem pronomen abundare certum puto, ut supra τοῦτο: ad χειρί relatum ineptum est ταύτῃ, quum in superioribus nihil occurrat, ad quod τῇ χειρὶ ταύτῃ referas. Non ignoro, qui mordicus traditum textum tenere velit, provocaturum ad ἰσχίον τὸ δεξιόν, videat tamen quam inepte eo referatur ταύτῃ de manu. Ortum puto ab interpolatione et veram interpolationis scripturam esse ταύτην, ita ut interpolator vellet dare ταύτην εἴργεσθαι κ. τ. λ.

εἴργεσθαι — ὀξυθυμίης.] In his vulgo ταύτην praemitti iam supra monui; χοιρείου vulg. χοιρίου Littr. e cod. C. χοίρου Gal. — Sed maioris momenti est vulgo ἐν τοῖσι πνευμένοισι legi, in qua lect. πνευομένοισι Ed. Bas. — Vulgatam

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 723 sur 880

©BIUM

ὄϊος, βοὸς, ἐν δὲ τοῖσι πονευμένοισι, βοῆς, ὀξυθυμίης.

ε'. Ὧι ἐν τῇ κεφαλῇ ἐνέμετο, ἔπαρμα, πρῶτον ἡ στυπτηρίη ἡ κεκαυμένη ἐνήρμοσε. εἶχε ἄλλην ἀπόστασιν ἴσως ὅτι ὀστέον ἔμελλεν ἀποστήσεσθαι. ἀπέστη ἐξηκοσταῖον, ὑπὲρ τοῦ ὠτὸς ἄνω πρὸς κορυφὴν τὸ τρῶμα ἦν.

ς'. . . . . τὸ κῶλον ἔχει οἷον κυνὸς, μεῖζον δέ· ἤρτηται ἐκ τῶν μεσοκώλων· ταῦτα δὲ ἐκ νεύρων ἀπὸ τῆς ῥάχιος ὑπὸ τὴν γαστέρα.

ζ'. Αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες, οἷον τὸ καθαρείως δρᾶν ἢ ποτὰ, ἢ βρωτὰ, ἢ ἃ ἂν ὁρᾷ, μαλακῶς ὅσα ψαύει· [ἄλλαι] ἃ μὴ μεγάλα βλάπτει, ἢ εὐανάληπτα, [οἷον ψυχρὸν, ὅκου τοῦτο δεῖ·] εἴσοδοι, λόγοι, σχῆμα, ἐσθὴς, [τῷ νοσέοντι] κουρὴ, ὄνυχες, ὀδμή.

manu laboraret. — Allio, suilla, ovilla et bubula huic interdicere visum fuit, in labore obeundo clamore, iracundia praecipiti.

5. *Locus corruptus.*

6. . . . . , crassiora intestina ad instar canis habet, maiora tamen. Appendent autem ex medianis membranis, quae mesocola dicuntur. Hae vero ex nervis a spina sub ventre procedentibus.

7. *Locus vitiose scriptus.*

servat Littr. et „quant à la respiration" Gallice vertit, quod quomodo id significare possit non video. Calvus: „purulentis autem voce et iracundia opus est." Itaque, missis reliquis, certe constat eum ἐμπυομένοισι s. legisse, s. emendavisse. Corn.: „in rebus autem agendis." Itaque ἐν πονευμένοισι legit, quod etiam latet in lect. editionis Bas., quam supra attuli. — Foës. ἐν πνευμένοισι pro ἐν πνευματίῃσι s. ἐν πνευματώδεσι poni affirmat. De his brevis ero: solus Cornarius hic verum vidit; τὰ πονούμενα apud Steph. in Thes. *quae elaborantur* redditur, et hoc quidem et Graecum est et cum rerum nexu h. l. congruum, reliqua omnia erronea sunt.

5. Ὧι ἐν τῇ κεφαλῇ — τὸ τρῶμα ἦν] Hunc locum e vulgata lectione descripsi. Littréus pro ἔπαρμα e septem libris Parr. ᾧ recepit; sed iam plura tamen restant corrigenda. Itaque vulgatam exhibui, varr. lectt. adponam; tandem quid de loco sentiam, dicam. — Multi codd. Parr. ἐνείμετο; de ᾧ a Littréo e libris pluribus recepto pro ἔπαρμα iam dixi; schol. ἔπαρμα ἐτενέμετο: schol. πρώτη et συνήρμοσεν εἰς ἀ. Gal. ἄλλην πρώτην ἀποστ., schol. et plures codd. ἤμελλε. Pro ὑπέρ quatuor libri ὑπό, codd. κορυφή, notante Littr.; Gal. πρᾶγμα pro τρῶμα, sed ortum est id e commentarii postremis verbis: ἀλλ' οὕτω σπάνιον τὸ πρᾶγμα καὶ συμβουλὴν οὐδεμίαν ἔγραψε; itaque apud Gal. τρῶμα scribendum in textu Hippocratis. Iam vero locum habemus interpolatum: sine dubio ἔπαρμα interpolatum est, sed non placet ᾧ, quod item reiiciendum mihi videtur; tum manifesto adnotatio marginalis est in verbis ἴσως ὅτι ὀστέον ἔμελλε ἀποστήσεσθαι; sed puto etiam verba εἶχε ἄλλην ἀπόστασιν ad eandem pertinere adnotationem, quae forte sic se habuerit: ἴσως εἶχεν ἄλλην ἀπόστασιν, ὅτε ὀστέον ἔμελλεν ἀποστήσεσθαι. Item interpolatum est τὸ τρῶμα ἦν in fine; est autem interpolatum ab homine nihil intelligente, nam in superioribus sermo est de ulcere, non de vulnere. Ne longus sim, legere vellem:

. . . . . ᾧ ἐν τῇ κεφαλῇ ἐνέμετο πρῶτον, ἡ στυπτηρίη ἡ κεκαυμένη ἐνήρμοσε· ἀπέστη ἐξηκοσταίῳ ὑπὲρ τοῦ ὠτὸς ἄνω πρὸς κορυφὴν . . . . .' Nempe fragmentum est.

6. τὸ κῶλον — γαστέρα.] Edi solet τὰ κῶλα ἔχει οἷα κυνὸς, μείζω δέ. Mirabar τὸ κῶλον vulgo dictum hic plurali numero occurrere, sed Aldina et codd. Parr. 6. μεῖζον habent. En! vestigium antiquae lectionis, quam exhibui. Schol. om., μείζω δέ, tum μέσων κώλων legit. Denique ἐπὶ τὴν γαστέρα Gal. — Licet fieri possit, ut etiam τοῦ μεσοκώλου et τοῦτο scriptum fuerit, hic tamen numerum pluralem facilius fero quam in τὰ κῶλα.

7. αἱ τοῖσι κάμνουσι — ὀδμή.] Vulgo καθαρίως de meo καθαρείως scripsi; Gal. καθαρῶς: in comm.: γέγραπται, inquit, κατ' ἔνια τῶν ἀντιγράφων ἀντὶ τοῦ καθαρῶς τὸ καθαρίως. Cf. de victu acut. § 4. Vulgata ὁρᾶν, sed ὁρῆν Gal., schol., cod. C.; in ἢ ἃ ἂν ὁρᾷ cod. C. om. ἃ.; ὁρῇ habent Gal. Schol.; μαλθακῶς iidem. Vulgata ψαύῃ, sed ψαύει Littr. e schol. et mss. 2. Parr. ψαύειν Gal., sed e comm. p. 140. ed. Kühn., ubi μαλακῶς ὅσα ψαύει, patere videtur apud Galenum scriptum fuisse quod cum Littréo exhibui. De ἄλλαι operae pretium est Galenum audire: πρόγραμμα, inquit p. 141., τοῦτ' ἐστιν ἄλλων χαρίτων μελλουσῶν λέγεσθαι. Et paulo post: τινὲς μέντοι τελέως ἐξεῖλον τῶν ἀντιγράφων τὸ πρόγραμμα τοῦτο τὸ ἄλλαι, τινὲς δ' οὐ θηλυκῶς μετὰ τοῦ ῑ γράφουσι, ἀλλὰ χωρὶς τοῦ ῑ κατὰ τὸ καλούμενον οὐδέτερον γένος, ἄλλα μὴ μεγάλα βλάπτει ἢ μὴ εὐανάληπτα, οἷον τὸ ψυχρὸν, ὅκου τοῦτο δεῖ. Legendum tamen ἄλλα ἃ μὴ κ. τ. λ., tum μή abundat. — Pro ἃ μὴ μ. cod. unus Par. εἰ μὴ μ. — In Galeni textu ἀλλ' ἃ μὴ μ., sed vidimus alio modo citari in comm., in quo p. 143. memorat lect. ἀλλὰ καὶ μεγάλα βλάπτειν. — Pro ἢ pone βλάπτει Ald. et libri quinque Parr. ᾗ; tum vulg. μὴ εὐανάληπτα, sed negationem om. Littr. cum Ald., schol., codd. — ὅπου codd. Parr. Ald., τούτῳ schol. — Ante εἴσοδοι legi solet ἄλλαι, unus cod. in marg. ἄλλα, vocula omittitur a Gal., Schol., et in cod. C. Schol. εἴσοδος τοῦ ἰατροῦ. — Lind. τῷ νοσέοντι om., quod iam veteres nonnulli fecerunt, licet anti-

η'. Ὕδωρ ἀφεψηθὲν, τὸ μὲν ὡς δέχηται τὸν ἠέρα· τὸ δὲ μὴ ἔμπλεον εἶναι καὶ ἐπίβημα ἔχειν.

θ'. Ἐξ αἱμορραγιῶν ἐξυδεροῦνται.

ι'. Ἢν οἷα δεῖ καθαίρωνται, εὐφόρως φέρουσι.

ια'. Ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγέοντες ξυνεχέως [θήλεα, ἄρρενα,] σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο καὶ διετέλεον, ἀτὰρ καὶ ὀροβοφαγέοντες γονυαλγέες.....

ιβ'. Ἐμφανέως ἐγρηγορὼς θερμότερος τὰ ἔξω, τὰ ἔσω δὲ ψυχρότερος· καθεύδων τἀναντία.

ιγ'. Ἐνθέρμῳ φύσι ψύξις, ποτὸν ὕδωρ, ἐλινύειν.

ιδ'. Ὕπνος ἐν ψύχει ἐπιβεβλημένῳ.

ιε'. Ὕπνος ἑδραῖος, ὀρθῷ νυσταγμός.

8. *Verba sunt sensu cassa.*

9. Sanguinis profluviis in aquam inter cutem incidunt.

10. Si qualia opus est purgentur, facile ferunt.

11. Aeni qui continenter leguminibus vescebantur, crurum impotentia conflictabantur, in eaque perseverabant; et vero qui ervo in cibum utebantur ex genuum dolore laborabant....

12. Vigilantem externis partibus calidiorem esse, internis autem frigidiorem, apparet; dormienti vero vice versa contingere.

13. Calidae naturae refrigeratio, aquae potio et quietem agere convenit.

14. Somnus in loco frigido, stragulis corpori iniectis.

15. *Locus incertae interpretationis.*

qua loci scriptura ferat teste Galeno in comm. p. 144. — Multi libri scripti ὀδμή, vulgo ὀδμαί, Gal. ὀσμαί. — Ecce! diligenter, ut spero, varietatem lectionis collegimus; persequamur iam singulas § partes. Statim dicam ἄλλαι et τῷ νοσέοντι mihi interpolata videri, quapropter uncinis intercepi. Tum cohaerere videntur τὸ καθαρείως ὁρᾶν ἃ ἂν ὁρᾷ, μαλακῶς ὅσα ψαύει, — intermedia in alium locum sunt transferenda. Iungenda porro videntur ποτὰ ἢ βρωτὰ, ἃ μὴ μεγάλα βλάπτει. De ἢ εὐαναληπτά dubito, an non sit insiticium; sive sit, sive non sit, quicumque adscripsit voluit ἃ βλάπτει εὐαναληπτά i. e. quae noxas facile restituendas inferunt. Quod attinet ad οἷον ψυχρὸν, ὁκοῦ τοῦτο δεῖ, est exemplum a recentiore adpositum ad ὁκόσα μὴ μεγάλα βλάπτει, ἢ εὐαναληπτά. — Describam iam locum, quemadmodum probabiliter constitui posse mihi videtur. En eum!

Αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες. Τὸ καθαρείως ὁρᾶν, ἃ ἂν ὁρᾷ, μαλακῶς ὅσα ψαύει· ποτὰ ἢ βρωτὰ, ἃ μὴ μεγάλα βλάπτει, ἢ εὐαναληπτά· εἴσοδοι, λόγοι, σχῆμα, ἐσθὴς, κουφὴ, ὄνυχες, ὀδμή.

Cum his cf. Aret. p. 269. Ed. nostrae. Ad ὅσα ψαύει supplendum est ὅσα ψαύει τοῦ νοσέοντος; quod moneo, quia ὅσα hic subiectum, ἃ in superioribus contra obiectum est. Ad ὄνυχες Gal. citat librum κατ' ἰητρεῖον p. 51. Kühn.: ὄνυχας μήτε ὑπερέχειν, μήτε ἐλλείπειν.

8. ὕδωρ — ἔχειν.] Schol. εἰσδέχεται pro ὡς δέχηται, Gal. et cod. unus ἀέρα. Codd. 7. Parr. ἔμπλεων. Gal. ἐπίβεμα. De mira Zeuxidis interpretatione vid. Gal. p. 165. Quum autem locus e veterum commentariis nihil lucis accipiat, supersedeo de iis monere. Id unum dicam, fuisse, qui ad locum superiorem haec traherent, fuisse, qui locum per se sumerent. Equidem desperata haec esse existimo et sibi relinquo.

9. ἐξ αἱμορραγιῶν ἐξυδεροῦνται.] Cett. ὅτι ἐξ αἱ. κ. τ. λ. Equidem ὅτι omittere malui; unde devenerit, nec quid sibi velit, intelligo; abundat. In marg. cod. I. Littréus legit σημαῖνε τοῦτο ὅλον τὸ χωρίον; puto esse adnotationem ad hunc locum et superiorem spectantem profectam ab eo, qui locos mirabatur. Cod. D. simplex ὑδεροῦνται habet.

10. ἢ — φέρουσι.] In his ἢν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται cod. C. Credo tamen infinitivum καθαίρεσθαι e Galeni comm. in textum devenisse, in quo saepius talia observantur, sicuti ad Aphorismos verissime observavit Littréus. Nempe profluxisse videtur ex Aphorismi I. 2. citatione; cod. autem C. saepius Galeni textum Hippocraticum refert. Vulgo καὶ εὐφόρως φέρουσι; sed καί om. cod. C., etiam Gal. monet alios καί omisisse, alios recepisse, hos ξυμφέρει τε ex Aph. 2. I. subintelligere voluisse. In librorum lectione καί otiosum esse, unusquisque videt. Locum tamen facile lacunosum esse posse comparatio Aph. docet; quodsi igitur editum malis ἢ οἷα δεῖ ..... καθαίρωνται ..... καὶ εὐφόρως φέρουσι, non habeo quod huic rationi apponam.

11. ἐν Αἴνῳ — γονυαλγέες.] Idem locus occurrit Ep. II. 4. 3., ubi vide adnn. — Varr. lectt. nihil, quod excerpere operae pretium sit, habent.

12. ἐμφανέως — τἀναντία.] Varr. Lectt. nihil memorabile habent. Adferunt ad h. l. verba ex Ep. VI. 5. 15. τὸ αἷμα ἐν ὕπνῳ εἴσω μᾶλλον φεύγει.

13. ἐνθέρμῳ — ἐλινύειν.] Cod. D. ἐλιννύειν, sunt praeterea lectt. manifesto pravae ἐλλινύειν in codd. C. K. ἐλλιννύειν scholiastae. Cf. Ep. VI. 5. 15.

15. ὕπνος κ. τ. λ.] Schol. ἐπιβεβλημένος. Monuit iam Littréus Galeni comm. ad h. l. boni nihil praebere, sententiam autem pendere ex ea, quae legitur Ep. II. 3. 5. ἐν ψύχεϊ κεῖσθαι κ. τ. λ. In Galeni textu ἐμψύχει videtur veterum lectionem referre, quam recte corrigit; orta est ex principii superioris § cum huius initio confusione. Nolim pro certo affirmare non hanc sententiam cum superiore esse coniungendam; non negligo locum ex Ep. II. fere potius contrarium indicare, sed quaeritur an non ibi habeamus eundem hunc locum cum explicatione, quae aliena sit a primi auctoris mente.

15. ὕπνος κ. τ. λ.] Cod. C. ὀρθονυσταγμός. Foësius: „quae stanti adest somnolentorum nictatio, somnum profundum facit." Eodem redit Littréi interpretatio; mihi vero non

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 725 sur 880

©BIUM

ις'. Αἱ ἀσθενέες δίαιται, ψυχραί· αἱ δὲ ἰσχυραὶ, θερμαί.

ιζ'. Ὑδάτων ἀτεχνέων τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ αἰθέρος ἀποκριθὲν, βροντιαῖον, ὡραῖον, — τὸ δὲ λαιλαπῶδες, κακόν.

ιη'. Ὕδωρ βορὸν καὶ ἀγρυπνίη βορόν.

Ἐνθέρμῳ φύσι καὶ θερμῇ ὥρῃ κοίτη ἐν ψύχεϊ παχύνει, ἐν θερμῷ λεπτύνει.

Ἄσκησις ὑγιείης, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων.

[Ἐν τῷ ἐγρηγορέναι] Δίψης ἐπιπολαίου ὕπνος ἄκος, τῆς δὲ ἐξ ὕπνου διέγερσις.

16. Imbecilla victus ratio frigida, valida vero calida.

17. Aquarum quae arte carent ea, quae ab aethere excreta cum tonitru decidit, tempestivitate sua bona est; quae vero cum procellis, mala.

18. Tum aqua, tum vigilia voraces homines efficiunt.

Percalidam naturam calido anni tempore cubile in aëre frigido crassam efficit, in calido vero extenuat.

Valetudinem excolunt citra satietatem cibis vesci et impigrum esse ad laborem.

Levem [inter vigilandum] sitim somnus sedat, eam vero, quae ex somno orta est, vigilia.

certum est ὕπνον ἑδραῖον hic esse ὕπνον βαθύν; antithesis est inter ἑδραῖος et ὀρθός, sed locum me non intelligere profiteor.

17. ὑδάτων — κακόν.] Gal. et schol. ἢ βροντιαῖον, ὡραῖον. Littréus praetulit βρονταῖον, quod ei libri 6. Parr. praebuerunt. — Calvus: „deinde quae aquae nullo artificio conficiuntur, quae coelo suo tempore cum tonitru descenderunt, defecatae optimae sunt; quae cum grandine procellaque, malae." Non credo tamen illum aliam lect. vidisse, nam *defecatae* videtur datum ab eo pro Graeco ἀποκριθέν. — Sed de interpretatione loci omnino videndum: excerpam pauca e Galeni comm., qui p. 184: ὡραῖον δέ, inquit, ἐγχωρεῖ μὲν καὶ τὸ κατὰ τὴν προσήκουσαν ὥραν γενόμενον, ὡς ἐπαινοῦντα λέγειν αὐτόν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ μόνον οὕτως ὀνομάζειν τὸ κατὰ τὸ μέσον θέρος ὀνομαζόμενον. Ubi tamen pro ὀνομαζόμενον legendum γενόμενον; librarii vocabula confuderunt quum ὀνομάζειν praecedat et ὀνομάζουσι sequatur. Et p. 185. ὡραῖον μὲν ἀκούειν ἄμεινον οὐ τὸ κατὰ τὸ ἔαρ εὐσθενῶς — ἀλλὰ πολὺ βέλτιον ἡγεῖσθαι λέγει (imo λέγειν) αὐτὸν ὡραῖον, ὅπερ ἂν ὕηται κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ὃν ὀνομάζουσιν ὥραν ἔτους. — Antequam quid de loco sentiam dicam, audiamus interpretes: Calvi interpretationem iam descripsi. Corn.: „aquarum arte non praeparatarum, quae quidem ab aethere excreta est, aut cum tonitruo aestiva; procellosa vero mala." Foës.: „aquarum quae arte carent, partim quidem ab aethere excreta cum tonitru, aut media aestate, demittitur, partim vero nimbosa et mala est." Littr.: Des eaux naturelles, l'une tombe de l'éther avec le tonnerre, au coeur de l'été, l'autre, qui tombe avec les ouragans est mauvaise." Apparet Cornarium Galeni textum esse secutum, qui ἢ βροντιαῖον legit, quod Foës., Littr. non fecerunt; omnes in nominis ὡραῖον acceptione Galenum sequuntur, uno Calvo excepto. — In hac sententia habemus partitionem simul et antithesin in τὸ μὲν κ. τ. λ. et τὸ δὲ κ. τ. λ. — et ὡραῖον et κακόν. Fieri nequit, quin aut ὡραῖον significet *quod tempestivitate sua bonum est*, aut aliquid exciderit. Multum me advertit Galeni ἢ βροντιαῖον, quod schol. etiam habet; inde suspicio mihi nascitur illud ἢ βροντιαῖον esse explicationem marginalem, qua quis interpretari voluerit: τὸ ἀπὸ τοῦ αἰθέρος ἀποκριθέν. Quin mirum est inter se opponi τὸ βροντιαῖον et τὸ λαιλαπῶδες, quum huic potius oppositum sit τὸ ἐξ ἀΐδρης, quo sensu τὸ ἐξ s. ἀπὸ αἰθέρος omnino dictum fuisse possit. Quodsi iam Arist. Meteorolog. I. cap. 9. 10. conferas et cap. 10° verba: γίνεται δὲ ἄμφω (nempe δρόσος καὶ πάχνη) αἰθρίας τε καὶ νηνεμίας· οὔτε γὰρ ἀναχθήσεται μὴ οὔσης αἰθρίας, οὔτε συστῆναι δύναιτ' ἂν ἀνέμου πνέοντος, quodsi haec, inquam, conferas, non absonum esset hac § nostra ἀπὸ τοῦ αἰθέρος esse αἰθρίης ἀποκριθέν, sicuti ὑπ' αἰθέρι *sub aëre sereno* interpretantur Il. ρ. 371. Itaque quaerere coepi num forte legendum esset:

Ὑδάτων ἀτεχνέων τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ αἰθέρος ἀποκριθὲν, ὡραῖον· τὸ δὲ λαιλαπῶδες, κακόν.

Item mecum cogitare coepi, an non τὸ ἀπὸ τοῦ αἰθέρος ἀποκριθέν, sit δρόσος? — Illud ἀπὸ τοῦ αἰθέρος ἀποκριθέν aliquis interpretari voluisse mihi visus est ἢ βροντιαῖον. Mirum sane τὸ βροντιαῖον opponi τῷ λαιλαπώδει, quorum alterutrum alterum non excludit.

18. ὕδωρ — βορόν.] Gal. copulam in his non habet in textu. In comm. p. 191. σὺ δέ, inquit, μὴ παρακούσῃς καὶ νομίσῃς ταὐτὸν εἶναι τὰ πολλὰ προσφέρειν τῷ πέττειν τε καὶ κατεργάζεσθαι πολλά. Legendum τὸ πολλὰ προσφέρειν.

ἐνθέρμῳ — λεπτύνει.] Gal. in comm. monet Dioscoridem legisse ἐνθέρμῳ φύσει θερμῇ ὥρῃ λεπτύνει; nempe in eius comm. pro θερμῇ ὥρῃ nominativus legendus videtur et pro προσθεὶς αὐτῇ τὸ λεπτύνειν legendum est πρ. ἀ. τὸ λεπτύνει. Vere monet Littr. Galenum non legisse ἐν δὲ θερμῷ in postremo membro periodi, sed ἐν θερμῷ. Discimus etiam e Galeno ad h. l. fuisse, qui κοίτῃ legerent.

ἄσκησις ὑγιείης — πόνων.] Vulg. lect. fert ὑγιής. Sed Erot. citat ὑγιείας in voce πόνοι; ὑγιείης habet schol.; ὑγιής unus cod. Par. et Lind. —; Littréus ideo dedit, quod cum eo exhibui. Ἀκορεσίη τροφῆς schol.

[ἐν τῷ ἐγρηγορέναι] — διέγερσις.] Schol. non habet principio loci ἐν τῷ ἐγρηγορέναι, quod apud ceteros ante δίψης legitur et vero Galeni commentarius ita descriptus est, quasi neque hic ista verba legisset. Mihi omnino videntur ineptum additamentum, quod aphorismi orationis impetum prorsus restinguit; non est nisi putida interpretatio loci, quam recte omiseris. Galeni loci lectio adeo pessime habet: δίψῃ ἐπιπολαίῳ enim dein sequitur, tum τῇ δ' ἐξ κ. τ. λ. et in fine ἐγρήγορσις ἐνίοις, quod Foës. Latine expressit. Sed illa lectio ἐνίοις, quae in eiusmodi sententia prorsus ridicula est, originem debet voculis ἐν οἷσι ex initio § seq., cf. Galeni comm. et Littréi adn. — Quod ad reliquam lect. varietatem, cod. C. primo δίψος, quod δίψους, δίψεος esse debebit et tum τὸ δ' ἐξ κ. τ. λ., in quibus vestigium lectionis τῷ δ' ἐξ agnosco. Idem liber solum ἔγερσις.

©BIUM

ιθ'. Ἐν οἷσι πλεῖστον τὸ θερμὸν, μεγαλοφωνότατοι.

Οἱ θερμοκοίλιοι, ψυχρόσαρκοι καὶ λεπτοὶ, ἐπίφλεβοι καὶ ὀξυθυμότεροι.

κ'. Αὐχμοῦ ἐπὶ γῆς, οἰωνῶν γένος εὐθηνεῖ.

κα'. Τράγος, ὁκότερος ἂν φανῇ ἔξω ὄρχις, δεξιὸς ἄρσεν, εὐώνυμος, θῆλυ.

κβ'. ..... ὀφθαλμοὶ, οὕτω καὶ γυῖον καὶ χροιὴ ἐπὶ τὸ κάκιον ἢ ἄμεινον ἐπιδιδοῖ· δίκαιον δὲ ὡς ἂν ἔχῃ ἡ τροφὴ, οὕτω καὶ τὸ ἔξω ἔπεσθαι.

Σημεῖα θανατώδεα, ἀνὰ ῥινὸν θερμὸς ἀτμός· πρότερον δὲ ῥὶς ψυχρὸν πνεῦμα ἀφίησι· τὰ ζωτικὰ ἐναντία.

19. Qui plurimo calore abundant, magna voce sunt praediti.

Qui ventre sunt calido frigidos habent carnes et graciles sunt. In iis venae prominent et in iram ipsi sunt proniores.

20. Per magnos terrae siccitates volucrum genus probe valet.

21. *Locus corruptus.*

22. ..... oculi, ita etiam totum corpus et color in meliorem et deteriorem partem mutatur. Aequum est autem prout se habuerit alimentum, ita etiam externas partes affectas esse.

Signa lethalia: calidus vapor per cutem emanat, prius vero nasus spiritum frigidum emittit. Vitalia vero contra se habent.

19. ἐν οἷσι — μεγαλοφωνότατοι.] Pone μεγαλοφωνότατοι legitur apud ceteros: καὶ γὰρ ψυχρὸς ἀὴρ πλεῖστος· δύο δὲ μεγάλων μεγάλα καὶ τὰ ἔκγονα γίγνεται. Ceterum ἐν οἷσι schol., in vulg. ἐν abest; αὖθις οἷσι Galenus; cum Littréo scholiastae lectionem sum amplexus. Gal. ἔγγονα frequenti horum vocabulorum confusione, ita ut apud eum corrigendum sit. Ad verba illa apud ceteros obvia δύο δὲ μεγ. κ. τ. λ. Littréus animadvertit: „Ni Galien, ni Pall. ne parlent dans leur commentaire de ce membre de phrase. Jean d'Alexandrie (dans son comm. Articella, Venet. 1523.). Et dicit quod duorum magnorum progenitum, scilicet vox, magna fit." Calvus item expressit Latine. Non solum iure advertit Littréum silentium Galeni et Palladii de his verbis, sed eius animadversioni debeo loci emendationem; nempe si cum sequenti brevi sententia hanc conferas, apparet omne quod pone μεγαλοφωνότατοι legitur, corruptam esse adnotationem, quae sic se habuerit, καὶ γὰρ ψυχρὸν ἀέρα πλεῖστον ἕλκουσι. δύο δὲ μεγάλων μεγάλα καὶ τὰ ἔκγονα γίγνεται. — Sin malis ψυχρὸς ἀὴρ ὑπ' αὐτῶν πλεῖστος ἕλκεται, per me licebit, illud tamen praeplacet.

οἱ θερμοκοίλιοι — ὀξυθυμότεροι.] In his delevi οὗτοι, quod ante ἐπίφλεβοι adscribi solet; insiticium est.

20. αὐχμοῦ — εὐθηνεῖ] αὐχμῶν Gal. non male; αὐχμὸς schol.: idem et Lind. Littr. εὐθηνεῖ, quod in vulgato εὐθυνεῖ latet. Gal. εὐθενεῖ. Quae forma sit danda, per η, an per ε, incertum puto, quum nesciamus, quis locum descripserit.

21. τράγος — θῆλυ.] Gal. ἦν μὲν δεξιὸς ἄρρεν, εὐώνυμος δὲ θ. Schol. etiam ἄρρεν; cod. C. φαίνῃ. Gal. τράγος h. l. de testium tumore accipit, qua de re abunde monet Foës. in Oecon. Calvus: „si dexterum testem exertum hircus habeat, marem generat; si sinistrum feminam." Corn.: „Hircire incipiens, uter testis extra apparuerit, si quidem dexter masculum: si vero sinister foemellam portendit." Foës.: „Videndus uter testis extra promineat (quod τράγος Graecis dicitur.) Quodsi dexter mas, si vero sinister, foemina portenditur." Littr.: A la puberté, suivant le testicule qui se developpe le premier, l'individu engendrera des garçons, si c'est le droit, des filles, si c'est le gauche." Equidem locum non intelligo, quemadmodum edi solet, neque certus sum quid scriptor voluerit. Sententia claudicat: interpretes γεννᾷ, σημαίνει, vel eiusmodi quid suppleverunt; sed ellipsis eiusmodi non admittenda videtur, potius credo aliquid periisse; quod paene certum mihi, si τράγος sit *testis tumor*, sed hoc ipsum minime certum esse puto. Sed fac nomen ita esse interpretandum, tunc quidem ὄρχις abundat, quam vocem forte glossam habendam puto ad τράγος adscriptam. Sed, uti dixi, locum non satis intelligo, ut aut eum emendem, aut certum de eo feram iudicium. — Maxime probabile ὁκότερος ἂν φανῇ ἔξω ὄρχις glossema esse ad τράγος adscriptum; sed nihil affirmare audeo.

22. .... ὀφθαλμοὶ — ἔπεσθαι.] Vulgo: Ὀφθαλμοὶ ὡς ἂν ἰσχύωσιν, οὕτω κ. τ. λ. — Schol. ὀφθαλμοὶ ὡς ἂν ἰσχύος ἔχωσι. Horum origo, quod Littr. iam animadvertit, explicatur e Gal. comm., qui: εὔδηλον, inquit, δὲ ὅτι προσυπακοῦσαι χρὴ τὸ ὡς ἂν ἰσχύος τε ἔχωσι, ὅπερ ἔνιοι καὶ προσέγραψαν. Itaque veteres libri non ferebant, nisi ὀφθαλμοὶ, οὕτω καὶ κ. τ. λ.; sed iam item certum est Galenum, veteres alios, recte observavisse lacunam his inesse, quam ante ὀφθαλμοὶ notavi. Possis iam cum Galeno, aut uti in vulgata factum est eam explere, possis alio modo v. c. Ὡς οἱ ὀφθαλμοὶ, οὕτω κ. τ. λ.; at semper incertum erit, quid exciderit. In γυῖον ea varietas lectionis est, quod cod. C. corrupte γύον legit et cod. H. et schol. γυῖα. Me iudice nihil hic affirmari potest, etiamsi certum sit Galenum etiam γυῖον legisse. Locus a Foësio in Oecon. citatur, tanquam in quo γυῖον sit τὸ σῶμα, quod sane hic maxime probabilem refert interpretationem, a Galeno in comm. datam, sed quae in loco lacunoso tamen non ab omni parte certa dici potest, aut haberi. Pro ἄμεινον Gal. βέλτιον, tum etiam ἐπιδίδωσι. Quod Galenus in comm. dicit, χροιὴ etiam ad oculorum colorem spectare posse, ineptum est, nam sine dubio de colore faciei, aut corporis universi ponitur.

Σημεῖα — ἐναντία.] In his Littréus in pluribus libris σημεῖα θανατώδεα tituli loco scripta vidit; in cod. H. solum in margine σημείων θανατωδέων; ad quam rem infra redibo. Littréus porro adnotat: „ἀνὰ δέρμα. ῥῖνα (ῥίνα Ald. Froben., ῥῖνας D. I. J. K.; ῥίνας F. G. H.; ῥινῶν O.: ῥινὸν sine δέρμα Pall.; δέρμα sine ῥῖνα Gal.) vulg. — διὰ τοῦ δέρματος θερμὸς ἀτμὸς ἐκκενούμενος, dit Galien, il est evident, qu'il faut lire ῥινόν, que dans l'edit. de Gal. δέρμα est la glose en place du mot original, et que dans vulg. ῥῖνα est le mot original altéré à côté de la glose. Erotien a la glose ῥινός· τὸ δέρμα, la quelle se rapporte à notre passage. Le gl. de Galien nous apprend qu'on lisait aussi ἀνάῤῥινον d'un

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 727 sur 880

©BIUM

κγ'. Πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν.

ΤΜΗΜΑ ΠΕΜΠΤΟΝ.

α'. Νούσων φύσιες ἰητροί.

[Ἀνευρίσκει ἡ φύσις αὐτὴ ἑωυτῇ τὰς ἐφόδους οὐκ ἐκ διανοίης· τὰ μὲν οἷον τὸ σκαρδαμύσσειν· τὰ δὲ καὶ ἡ γλῶσσα ὑπουργέει, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ἀπαίδευτος ἡ φύσις ἐοῦσα καὶ οὐ μαθοῦσα τὰ δέοντα ποιέει.

Ἄκρυα, ῥινῶν ὑγρότης, πταρμοί, ὠτὸς ῥύπος, στόματος σίαλον, ἀναγωγή, πνεύματος εἴσοδος, ἔξοδος, χάσμα, βήξ, λύγξ, οὐ τοῦ αὐτοῦ παντάπασι τρόπου.

23. Cibos labores praecedere oportet.

SECTIO QUINTA.

1. Morbis naturae medentur.

De ceteris longe maximam partem corruptis cf. adnn.

seul mot, τὸν διὰ τῶν ῥινῶν παλίσσυντον; du reste son comm. sur le texte suivant montre qu'en effet d'après des commentateurs, qu'il blame, la phrase signifiait: *signe mortel, une vapeur chaude, qui traverse les narines.*" Consentio. Sed de toto loco nihil affirmo: facile fieri potest, ut fragmentum loci fuerit:

.... ἀνὰ ῥινὸν θερμὸς ἀτμός· πρότερον δὲ ῥὶς ψυχρὸν πνεῦμα ἀφίησι.....

et ut ad fragmentum hocce aliquis pro titulo adscripserit σημεῖα θανατώδεα, quo facto sive hic ipse, sive alius etiam suppleverit τὰ δ' ἐναντία ζωτικά. Nempe σημεῖα ζωτικά pro σ. σωτήρια mirum sonat; Zeuxis id delevit, quod sane non multum ad auctoritatem verborum illorum sive minuendam, s. tollendam facit, sed fecerunt ἰδιᾷ τὰ (lege τὸ) σημεῖα θανατώδεα προεξηγησάμενοι; itaque seiunxerunt ab iis, quae mihi forte fragmentum loci referre videntur, cum antecedentia, tum ea, quae sequuntur. In ipsis illis verbis fragmenti mihi visi θερμότατος codd. Parr. θερμότερος ὁ ἀτμός schol. — Gal. memorat etiam lect. θερμὸν ἀτμόν.

23. πόνοι κ. τ. λ.] Schol. πρὸς τὴν ὑγείην πόνοι κ. τ. λ. cod. C. πρὸς ὑγιείην πόνοι κ. τ. λ., in cod. H. item supra lin., ut ait Littr. — Unde Lind. πρὸς ὑγείαν πόνοι. πόνοι [δὲ] σιτίων ἡγείσθωσαν hauserit, non constat. — Calvus: „Labores exercitationesque cibos praecedant, quoniam ad sanitatem facit." Galenus totum hunc aphorismum omittit, aut una cum comm. periit apud eum.

1. νούσων φύσιες ἰητροί.] E Galeni verbis p. 223. vs. penult. comm. fere efficias illum νούσων δὲ φ. ἰ. legisse.

ἀνευρίσκει — τὰ δέοντα ποιέει.] In his αὐτὴ om. Gal., cod. C., ille ἑαυτῇ. Littréus illud τὰ μὲν, — τὰ δέ e contextu delevit, quum in libris Parr. omissum videret. Legitur apud Gal. in textu, sed vero simile tamen hunc quoque id non legisse cf. p. 235. comm., ubi οἷον τὸ σκαρδαμύσσειν citat et καὶ ἡ γλῶσσα δὲ ὑπουργέει. Equidem vulgatam hac in re dedi, ut aliquid darem, sed plura sunt, quae advertunt, de quibus iam dicam. Vulgo in fine loci ποιέειν, sed Gal., cod. C., Littréus, ποιέει. — Iam vero statim moneo totum locum ab ἀνευρίσκει inde, usque ad finem capituli nihil aliud mihi referre videri, quam corruptum commentarii in locum superiorem fragmentum. De huius partibus singulis sensim dicemus; nunc quidem de prima hac. Utrum ἐφόδους bene habeat, dubito propter οὖρου ἄφοδος infra obvium; quod maxime facit ut dubitem hoc est: habemus hic rursus exempla, quae pertinent ad locum in prima parte hic obvium et qui sic se habuisse videtur: Ἀνευρίσκει ἡ φύσις αὐτὴ ἑωυτῇ τὰς ἐφόδους, οὐκ ἐκ διανοίης, ἀπαίδευτος δ' ἡ φύσις ἐοῦσα καὶ οὐ μαθοῦσα τὰ δέοντα ποιέει. Utrum in his ἐφόδους vera sit scriptura non certum mihi, quum infra, uti dixi, ἄφοδος occurrat et utroque loco eandem vocem fere exspectes; non ausim tamen tangere, quum exempla in reliquis loci partibus descripta facile ab alia manu esse possint, quam a qua locum habemus, quem iam exhibui et qui interpretationem refert aphorismi νούσων φύσιες ἰητροί. Quod iam attinet ad reliqua in periodo, de qua agimus τὰ μὲν — τὰ δέ cum Littréo reiicio; sed puto insuper pone γλῶσσα deficere ὅσα, quae vocula ibi facile excidere potuit: Itaque lego οἷον τὸ σκαρδαμύσσειν καὶ ἡ γλῶσσα ὅσα ὑπουργέει καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Si malis ὅσα ἄλλα τοιαῦτα servare, non adversor; vocula omitti potuit, potuit in aliam sedem transferri.

Ἄκρυα — οὐ τοῦ αὐτοῦ παντάπασι τρόπου.] In his cum Littréo σίαλον scripsi pro vulgato σιάλου. In Lind. Ed. abest πταρμοὶ — ἀναγωγή, quod quare omissum videatur apud eum infra dicam. Schol. οὐάτων ῥύπος. Vulgata στόματος, σιάλου ἀναγωγή. Gal. in comm. p. 240. εἴρηται δέ, inquit, καὶ περὶ τούτων ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει κατὰ τήνδε τὴν λέξιν, στόματος σιάλου ἀναγωγὴ, καὶ χρὴ τὸ μὲν στόματος σιάλου καθ' ἑαυτὸ προσενέγκασθαι, τὸ δ' ἀναγωγὴ μετ' αὐτὸ προσθέντας τοῦ πτυέλου τάχα μὲν ἁμαρτηθέντος εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ πρώτου τῶν ἀντιγράφων ὑπὸ τοῦ πρώτου βιβλιογράφου, τάχα δὲ αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους παραλιπόντος. — Littréus: „cette phrase de Galien, inquit, ne me parait intelligible, que si on lit σίαλον et dans le texte Hippocratique et dans son commentaire." Vere eum iudicare puto; sed pergo ad alia. Galenus hoc loco vitium agnoscit: mirum sonat στόματος σίαλον, nam alia quam oris saliva non datur; ἀναγωγή nude positum iam a Gal. damnatum vidimus, voluit autem hic ἀναγωγὴ τοῦ πτυέλου. Miro modo inter ῥινῶν ὑγρότης et ὠτὸς ῥύπος interponuntur πταρμοί, quos potius ante χάσμα aut pone βήξ collocatos fuisse dixeris. Itaque iam puto Lindanum e textu exemisse verba, quae partim interpolata, partim corrupta illi videbantur, quod eum non confidentius fecisse affirmare nolim. — De postremis οὐ τοῦ αὐτοῦ παντάπασι τρόπου incertus sum, qua de re iam aliquid dixi ad Ep. II. 3. 1., ubi vide; iam plura dicam. Puto verba, de quibus iam agimus, item referre exempla ad sententiam ἀνευρίσκει ἡ φύσις κ. τ. λ., quam in superiore adn. constitui; quodsi re ipsa sint, sicuti esse suspicor, illud οὐ τοῦ αὐτοῦ παντάπασι τρόπου inepte infertur, fierique possit ut

Οὖρου ἄφοδος καὶ φύσης καὶ ταύτης τῆς ἑτέρης τροφῆς καὶ πνοιῆς, καὶ τοῖσι θήλεσι ἃ τούτοισι καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα, ἱδρῶτες, κνησμοὶ, σκορδινησμοὶ καὶ ὅσα τοιαῦτα.]

β'. Ἀνθρώπου ψυχὴ αἰεὶ φύεται μέχρι θανάτου· ἢν δὲ ἐκπυρωθῇ ἅμα τῇ νούσῳ καὶ ἡ ψυχὴ, τὸ σῶμα φέρβεται.

γ'. Νοῦσοι, ξύντροφοι ἐν γήραϊ· καὶ διὰ πεπασμὸν λείπουσι καὶ διὰ λύσιν, καὶ δι' ἀραίωσιν.

δ'. Ἴησις * ἀντίνοον μὴ ὁμονοεῖν τῷ πάθει· τὸ ψυχρὸν καὶ ἐπικουρέει καὶ κτείνει ὁκόσα ἐκ θερμοῦ.

2. Hominis animus ad mortem usque perpetuo crescit. Quodsi una cum morbo incensus fuerit, tum etiam ipse corpus depascitur.

3. Sunt morbi, qui nobiscum senescunt; tum qui maturatione et solutione et rarefactione desinunt.

4. *Locus corruptus.*

nescio quis locum sic expleverit, quemadmodum saepius factum est. Nescio igitur an non cum superioribus haec ita sint connectenda: οἷον τὸ σκαρδαμύσσειν καὶ ἡ γλῶσσα ὅσα ὑπουργέει καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, δακρύα, ῥινῶν ὑγρότης, ὠτὸς ῥύπος, σίαλον, πτυέλων ἀναγωγὴ, πνεύματος εἴσοδος, ἔξοδος, πταρμοὶ, χάσμα, βῆξ, λύγξ, — quibus tum item continuo forte subiungenda postrema, de quibus nunc videbimus.

οὖρου — καὶ ὅσα τοιαῦτα.] In vulg. σκορδινιασμοί. Littr. σκορδινισμοί e libris pluribus et Gal. Hic ἃ ante τούτοισι om. Dicit autem se dedisse τὴν τοῖς πλείστοις ὁμολογουμένην γραφήν et vero paulo inferius (p. 243.) haec monet: ἔνιοι μὲν οὖν ἑκάτερον τῶν ἐν ἀρχῇ τῆς προκειμένης ῥήσεως γεγραμμένων ἀναγνόντες αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μόνον οὖρων (nempe legerunt οὖρου, ἀφόδου) αὐτὸν ἐνταῦθα καὶ ἀποπαθημάτων (imo ἀποπατημάτων) μνημονεύειν φασίν. ἔνιοι δὲ συνάψαντες ἀμφότερα τὴν ἄφοδον τῶν οὖρων ὅπερ ἐστὶ τὴν κένωσιν ἐκ τῆς λέξεως δηλοῦσθαί φασιν, ὡς εἰ καὶ οὖρου ἔκκρισιν εἶπεν. οὗτοι τοίνυν ἐν ἀρχῇ τῆς ῥήσεως ἔγραψαν κόπρου καὶ οὖρου ἄφοδος. — Lind. ἀφόδου dedit; „mais ce genitif ne va guère, inquit Littr., avec les nominatifs, qui precèdent et qui suivent. Je crois qu'il faut rendre ἄφοδος par *evacuation* et que τροφῆς indique l'évacuation alvine." — Schol. οὖρα. ἄφοδος. φύσης. τούτων καὶ τῆς ἑτέρης τροφῆς. Littr.: Galien dit, inquit, que les deux sortes de gaz dont il s'agit ici, sont les gaz rendus par le haut et les gaz rendus par le bas. Il a raison comme le prouve le passage parallèle Ep. II." Galenus de his loquitur p. 244.; sed equidem totum hunc locum adeo non intelligo, ut nihil quidquam de ipso aut de Galeni eum accipiendi ratione affirmem: comparat Littr. Ep. II. 3. 1., unde non multum proficio. — Schol. ταύτην καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα legit, omittens καὶ τοῖσι θήλεσι, ἃ τούτοισι. Denique copulam ante ὅσα τοιαῦτα permulti codd. Parr. omittunt. De σκορδινησμοί de meo scripto iam monui. Foës. monet καὶ ὅσα τοιαῦτα in mss. Regiis omitti, s. potius, si sequentem eius adn. conferas, ad seq. sententiam referri. Ecce! quid iam proficimus his intelligendi subsidiis collectis? Nihil omnino! Locus tam male est habitus ut boni nihil inde elicere possim: videtur pars esse commentarii cuius loci superiores item sunt fragmenta, sed plura de eo non licet proferre, neque enim intelligi potest.

2. ἀνθρώπου — φέρβεται.] Multi libri Parr. ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ. De acceptione verbi φύεται apud veteres, monet Gal. in comm.: Asclepiades γεννᾶται, — alii αὐξάνεται, διασώζεται, βελτίων γίνεται exposuerunt. Pro ἅμα cod. Sever. apud Foës. αἷμα, ἅμα; Ed. Bas. item αἷμα. — Schol. καὶ τὸ σ. φ. legit. — In Gloss. Gal. φέρβεται) βιβρώσκει, καταναλίσκει. In comm. p. 249. διὰ τοῦτ' οὖν, inquit, οὐδὲ γνησίαν νομίζω τὴν προκειμένην ῥῆσιν εἶναι, παρεγγεγράφθαι δ' ὑπό τινος, ὥσπερ καὶ ἄλλας οὐκ ὀλίγας. Hoc quidem non multum nos movet, quum Gal. totum quidem librum ipsi Hippocrati tribuere videatur; perdifficile est autem diiudicare, num quae sententiae postquam collectio in praesentem ordinem redacta sit, interpolatae fuerint. — In verbis huius loci est quod mirum videri debeat, nempe, quo modo dicitur ἢν δὲ ἐκπυρωθῇ ἅμα τῇ νούσῳ καὶ ἡ ψυχή? quomodo morbi hic fit mentio? — Exspectaveris potius aliquid scriptorem daturum fuisse quod semper in corpore insit, una cum ψυχῇ; neque vero quivis morbus ἐκπυρωθῆναι dici potest. Itaque quaerere coepi, num quid veri lateat in lectione αἷμα, ἅμα τῇ ac num forte ἢν δὲ ἐκπυρωθῇ ἅμα τῷ αἵματι καὶ ἡ ψυχὴ, τὸ σῶμα φέρβεται scriptum fuerit? — Nihil certi quidem hic affirmo, sed puto fore ut sentiat L. B. mirum quid esse in isto ἅμα τῇ νούσῳ; videat ceterum ipse!

3. νοῦσοι — ἀραίωσιν.] Schol.: νοῦσοι ξύντροφοι ἐν γήρᾳ παύονται διὰ πεπασμὸν καὶ διὰ λύσιν καὶ ἀραίωσιν. Gal. vulg. fere sequitur, sed λείπουσι καὶ διὰ πεπασμὸν καὶ λύσιν καὶ ἀραίωσιν legit, item cod. C. eius lectionem habet. Omnes interpretes uno tenore haec verba legere video et νοῦσοι ξύντροφοι ἐν γήραϊ λείπουσι iungere. Non credo scriptorem id voluisse, sed, quum non de solis morbis consenescentibus verum sit, eos λείπειν διὰ πεπασμὸν κ. τ. λ., opinor eum indicare voluisse alios morbos consenescere, alios desinere διὰ πεπασμόν, alios διὰ λύσιν, alios δι' ἀραίωσιν. Idcirco interpunxi pone ἐν γήραϊ. Non nego auctorem aptius Graece exprimere forte potuisse quod ex eius verbis elicio, sed in libro qualis hic est, non miror orationem minus perspicuam, quum facile a descriptoribus mutari potuerit.

4. ἴησις — ἐκ θερμοῦ.] Vulgatam lect. retinui, a qua discessit Littréus, de qua re infra dicam. Lind. ἀντινοεῖν dedit, sed non constat unde. Schol. Ἀντινόῳ, nomen scil. proprium esse putans; idem om. καί ante ἐπικουρέει. Tum legimus apud eum καὶ κτείνει. ταῦτα οἴσει καὶ τὸ θερμόν, seq. autem sent. incipit verbis τὸ θερμὸν ὀξύθυμον ἀνασπᾷ κ. τ. λ. — Littréus adnotat: „καὶ κτείνει (ἐκτείνει C.) ὁκόσα δὲ ἐκ θερμοῦ (θυμοῦ C.) ταῦτα ὀξυθυμίη codd." Hinc editor Parisiensis verbo κτείνει finivit hanc sententiam, sequentem vero incepit verbis Ὁκόσα δὲ ἐκ θυμοῦ, ταῦτα ὀξυθυμίη κ. τ. λ. Littréus existimat Galeni comm. ad h. l. esse corruptum: verum sane est commentarium cum textu non congruere, sed fieri possit ut Galenus alium textum legerit, aut pernegligenter hunc legerit, quum locus ageret de placito περὶ οὗ, ut ait ipse, πολλάκις ἤδη διείλεγμαι. — Scho-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 729 sur 880

©BIUM

ε'. Ὀξυθυμίη ἀνασπᾷ καρδίην καὶ πνεύμονα εἰς ἑωυτὰ καὶ ἐς κεφαλὴν τὰ θερμὰ καὶ τὸ ὑγρόν. ἡ δ' εὐθυμίη ἀφίει καρδίην.

Πόνος τοῖσι ἄρθροισι καὶ σαρκὶ σῖτος· ὕπνος σπλάγχνοισι.

Ψυχῆς περίπατος φροντὶς ἀνθρώποισι.

ς'. Ἐν τοῖσι τρώμασι τὸ αἷμα ξυντρέχει· βοηθητέον ὡς τὸ κενὸν πληρωθῆναι.

ζ'. Ἢν οὖς ἀλγέῃ, εἰρίον περὶ τὸν δάκτυλον ἑλίξας, ἐγχέειν ἄλειφα θερμὸν, ἔπειτα ὑποθεὶς ἔσω ἐν τῷ θέναρι τὸ εἴριον, τὸ οὖς ὑπερθεῖναι, ὡς δοκέῃ τι οἱ ἐξιέναι· ἔπειτα ἐπὶ πῦρ ἐπιβάλλειν.

η'. Γλῶσσα οὖρον σημαίνει· χλωραὶ γλῶσ-

5. *Locus corruptus.*

Labor articulis et carni cibo est; somnus visceribus.

Meditatio hominibus pro animi exercitatione est.

6. *Locus integer non est.*

7. In auris dolore lana digito circumvoluta unguen calidum instilla, deinde intus in interiore manus vola lana supposita, aurem superponito, ut aliquid ipsi exire videatur; deinceps in ignem immittito.

8. *Locus corruptus.*

liasten et Ioann. Alex. sibi relinquemus, quum boni nihil suppeditent. — Redeamus ad locum nostrum: primo quidem videndum de cod. C. lectione, quam Littréus recepit: ὑμοῦ in isto libro coniectura est, nec plus habet auctoritatis quam si quilibet nostrum hodie eam protulisset; sine dubio verba ὁκόσα ἐκ θερμοῦ pertinent ad locum nostrum, minime ad sequentem. Quod attinet ad ταῦτα, quod codd. pone θερμοῦ legunt, id interpolatum est, nihili faciendum. Itaque vulgata lectio non mutanda si traditionem textus legitimam requiras; sed haec textum obfert corruptum. Non dubium est, quin ὁμονοεῖν sit ortum ex ὁμονοέον, — saepe participia cum infinitivis confunduntur in libris; verum μὴ ὁμονοέον tuto expellere licet. quum glossema sit in ἀντίνοον; hoc vocabulum vero ipsum natum est ex ἀντίξοον. Galenus καὶ κτείνει ὁκόσα ἐκ θερμοῦ accipiens κτείνει δὲ τοὺς θερμοὺς νοσοῦντας omnino fallitur, nam auctor voluit in certamine medicaminum cum morbo τὸ ψυχρὸν κτείνειν τὰ πάθεα, ὁκόσα ἐκ θερμοῦ γίγνεται, sed ἐπικουρέειν τοῖσι νοσέουσι. Itaque locum sic constituendum puto:

Ἡ ἴησις ἀντίξοον τῷ πάθεϊ· [τὸ ψυχρὸν γὰρ καὶ ἐπικουρέει, καὶ κτείνει ὁκόσα ἐκ θερμοῦ.]

Nimirum, quae uncis inclusi rursus non sunt, nisi explicatio aphorismi superioris ἡ ἴησις ἀντίξοον τῷ πάθεϊ.

5. ὀξυθυμίη — ἀφίει καρδίην.] Varr. lectt. haec praebent, quae vix ullius momenti sunt: καὶ καρδίην Gal. et hunc secuti schol. et cod. C. καὶ τὰ θερμά Gal. καὶ τὸ θερμόν schol. — Pro ἀφίει Gal., schol. ἀφίησι; hic vero καὶ καρδίην καὶ ταῦτα. Illud καὶ ταῦτα etiam in libris Parr. additum vidit Littr.; est autem eiusdem generis, cuius ταῦτα, de quo ad § superiorem monui. — Littréus adnotat: „Galien, qui voudrait lire τὸ θερμόν au lieu de τὰ θερμά, s'embarrasse dans cette phrase, fort inutilement à mon avis." Imo vero Galenus verissime vidit locum prave scriptum esse. Ipsa interpretatio editoris Gallici non est accurata: reddit ἀνασπᾷ καρδίην καὶ πνεύμονα ἐς ἑωυτά per „contracte le coeur et le poumon sur eux mêmes;" verum ἀνασπᾷν non est „contracter," hoc enim Graece est ξυσπᾶν, „se contracter" ξυσπᾶσθαι. Ut brevis sim, hanc e corruptis lectionem emendationem elicio:

Ὀξυθυμίη ἀνασπᾷ ἡ καρδίη καὶ ὁ πνεύμων ἐς ἑωυτὰ καὶ ἐς κεφαλὴν τὸ θερμὸν καὶ τὸ ὑγρόν· τῇ δ' εὐθυμίῃ ἀφίησι.

Cum quibus cf. Ep. II. 4. 4.

πόνος — σπλάγχνοισι.] Gal. et schol. σαρξί. ὑπνὸς [δὲ] σπλ. Lind. — Possunt conferri apud Gal. variae antiquorum loci interpretationes; sensus autem apertus est.

ψυχῆς — ἀνθρώποισι.] Galenus solita loci acceptione tradita: κακοζήλου δέ, inquit, τῆς ἑρμηνείας οὔσης εἰκότως αὐτὴν ὁ Διοσκορίδης φυλαττόμενος, οὐ περίπατον (lege περίπατος) ἔγραφεν, ἀλλὰ προσθεὶς τὸ ῦ γράμμα περὶ παντός κ. τ. λ. Miror eum probare Dioscoridis innovationem, quum ceterum talia arripere non soleat. Dubium non est, quin vulgata lectio bene habeat. — Recte τὸν περίπατον ἀντὶ τοῦ γυμνασίου πάντες ἤκουσαν οἱ ἐξηγησάμενοι τὸ βιβλίον. Hinc Foësii interpretatio nominis, quam retinui.

6. ἐν τοῖσι τρώμασι — πληρωθῆναι.] Gal. πλησθῆναι, schol. et cod. C. πλησθῆναι, quam lect. paululum corrupte scriptam in aliis etiam libris vidit Littréus. Gal. αἰνιγματώδης, inquit, καὶ ἥδε ἡ ῥῆσίς ἐστιν, sed ceterum non multum adfert, quod placeat. Littr. contulit Ep. II. 6. 13., ubi tamen de vacuo orto propter spiritus per vulnus exitum sermo est. Equidem locum non intelligo et certas corruptelae notas detegere mihi videor; si voluisset scriptor, sanguinem ad ipsa vulnera confluere, dixisset ἐς τὰ τρώματα τὸ αἷμα ξυντρέχει; quemadmodum iam locum descriptum habemus, deficit aliquid quo quorsum sanguis confluat indicetur, forte etiam quo definiatur, ubi vacuum oriri docuerit auctor. Certam medelam quomodo et unde adferam, non video.

7. ἢν οὖς — ἐπιβάλλειν.] Hic locus non ab omnibus eodem modo scribitur: equidem maximam partem vulgatam sum secutus, sed in ea ἀλγέει, ἐρίον, ἐγχεῖν, ἐπιθεὶς, ἔσω et pone ἐπιβάλλειν legitur ἀπάτη. — Iam vero Gal. in textu habet ἔπειτα ὑποθεὶς ἔσω ἐν τῷ θέναρι τὸ εἰρίον ὑπὸ τὸ οὖς ἐπιθεῖναι κ. τ. λ., quam lect. sequitur Littréus; sed in ea manifesto vitiosum est ὑπὸ τὸ οὖς ἐπιθεῖναι, uti quisque semel admonitus perspiciet. Schol. ἔπειτα ἐπιθεὶς τῷ θέναρι τὸ εἰρίον ὑπὸ τὸ οὖς ἐπιθεῖναι κ. τ. λ. — Est haec lectio item vitiosa, sed praeter lectionem, quam proxime ad vulgatam expressi, e Galeni et scholiastae lectt. altera elici potest item probabilis: ἐπιθεὶς ἔσω τῷ θέναρι τὸ εἰρίον τῷ ὠτὶ ὑποθεῖναι. — Ea, in quibus ceterum a vulgata discessi, partim e codd. Parr. apud Littr., partim e Gal. ducta sunt et maximam partem a Littréo recepta. — Quod ad ἀπάτη, quod ceteri omnes in fine loci legunt, sine dubio librarii insulsum praeceptum indigne ferentis adnotatio est, quapropter omisi.

8. γλῶσσα — φλέγματος.] Schol. οὖρον γλ. σημ. γλῶσ-

σαι, χολώδεες, τὸ δὲ χολῶδες ἀπὸ πίονος· ἐρυθραὶ δὲ ἀφ' αἵματος· μέλαιναι δὲ ἀπὸ μελαίνης χολῆς· αὗαι δὲ ἀπὸ ἐκκαύσιος λιγνυώδεος καὶ μητρώου μορίου· λευκαὶ δὲ ἀπὸ φλέγματος.

θ'. Οὖρον ὁμόχροον βρώματι καὶ πόματι καὶ τοῖσι ἔσωθεν, ὅπου τοῦ ὑγροῦ ξύντηξις.

ι'. Γλῶσσα ὁμόχροος τῇσι προστάσισι, διὸ ταύτῃ γιγνώσκομεν τοὺς χυμούς.

Ἢν ἁλμυραὶ σάρκες γευομένῳ, περισσώσιος σημεῖον.

ια'. Ἢν τῶν μαζῶν αἱ θηλαὶ καὶ τὸ ἐρυθρὸν χλωρὸν ᾖ, νοσώδες τὸ ἄγγος.

ιβ'. Ἀνθρώποισι ὁ ἐν τοῖσι ὠσὶ ῥύπος, ὁ μὲν γλυκὺς, θανάσιμος, ὁ δὲ πικρὸς, οὔ.

9. Urina cibi et potus colorem refert et eorum, quae intus sunt, ubi humoris in corpore colliquatio fit.

10. *De loco distracto cf. adnn.*

Si carnes gustanti salsae videntur, signum est supervacaneae cuiusdam copiae.

11. Si mammarum papillae et rubra circa eas circumferentia pallida fuerit, morbosum esse uteri conceptaculum significatur.

12. Aurium sordes hominibus dulces quidem lethales, amarae vero minime.

σαι ξηραὶ χολώδεις. Gal. ἀπὸ λιγνυώδεος ἐγκαύσιος. Schol. αὗαι δὲ ἀπὸ λιγνύος καὶ μ. μ. — Gal. in comm.: τὴν γλῶτταν φησι, inquit, σημαίνειν ὁποῖόν ἐστι τὸ οὖρον, ἤτοι τὸ κυρίως οὕτως ὀνομαζόμενον, ὃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποκρίνομεν, ἢ τὸν τῶν χυμῶν ὀρρόν. Itaque οὖρον, aut οὐρόν Ionice pro ὀρρόν cogitavit. — Equidem longe diversa de his sentio. Locus hicce cohaeret cum priore parte § 10., ubi describam verba, quemadmodum se habuisse opinor: parti vero huic ab illa distractae praefixus est titulus γλῶσσα σημαίνει, forte γλῶσσα σημαίνει τάδε. Nomen vero οὖρον additum est ab aliquo, qui e seq. § 9. nomen desumsit et h. l. interposuit. — Sed praeterea nemo non videt, quam miro modo in § nostra ceteris interponatur καὶ μητρώου μορίου. Huius quoque additamenti fontem me indicare posse puto: nempe puto pertinere ad τὸ ἄγγος § 11. obvium, sive ibi τὸ ἄγγος τοῦ μητρώου μορίου scriptum fuerit, sive quis ibi adscripserit in margine τὸ μητρώιον μορίον, quod glossema huc relatum in genitivum abiit, quia cum vicinis connectere aggressi sunt.

9. οὖρον — ξύντηξις.] Vulg. hic habet καὶ ὡς ἔσωθεν ἐὸν. ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ ξύντηξις. Gal. καὶ ὡς εἴωθεν ἐὸν, ὅπου τ. ὑ. ξ. — Schol. καὶ τῶν ἔσωθεν ποτοῦ καὶ ὑγρότητος ξ. Ceterum varr. lectt. nihil obferunt, quod memorare sit operae pretium, nam σώματι pro βρώματι in codd. corruptum est. Ego una in re a Littréo discessi in textus constitutione, nempe τοῖσι scripsi, ubi ille τῶν edidit, nam genitivus non congruit.

10. γλῶσσα ὁμόχροος — χυμούς.] Vulgo ὁμόχρους, multi libri ὁμόχρως; sed cum Littréo exhibui lectionem codicis C. Τῇσι προτάσεσι τῶν χυμῶν schol. διόπερ ταύτῃ Gal. et schol. Quod ad προστάσεσι Gal.: ἀσαφής ἐστιν, inquit, ἐνταῦθα ἡ προστάσεσι φωνὴ, τινῶν μὲν οἰομένων προστάσεις χυμῶν εἰρῆσθαι ἐκ τῆς γαστρὸς ὁρμώντων, ἐνίους δὲ τοὺς ἐπιμιγνυμένους τῆς γλώττης, τινῶν καὶ τοὺς διαβρέχοντας αὐτήν· ἄμεινον δὲ τούτους ἅπαντας ἀκούειν, ἵνα ἐπὶ τῶν ὁπωσοῦν ψαυόντων τῆς γλώττης χυμῶν ὁ λόγος ᾖ γινόμενος. — Schol. τῶν χυμῶν addit et sane mirarer si scriptor nude τῇσι προστάσεσι posuisset, nisi forte locus ita e nexu divulsus sit, quo olim cum aliis tenebatur, ut id sponte fieri debuerit et tamen intelligi locus potuerit. De πρόστασις nomine conf. Foës. in Oecon.; cum quo accipiendum puto de humore praevalente et prae reliquis vim in organismum habente, ita ut proprietas eius magis eluceat. In Oecon. a Foës. pauci loci, ubi nomen legatur, citantur; nam praeter hunc alterum tantum affert e lib. de locis in homine, qui longe aliud quid spectat quam quod h. l. et de quo ipse Foës. dubius est. Initio libri de medico ἰητροῦ μέν ἐστι προστασίη ὀρῆν εὔχρως τε καὶ εὔσαρκος. — Sed iam de aliis dicamus: ad § 8. dixi locum illum ad hunc pertinere mihi videri; sic se habuit, opinor:

Γλῶσσα ὁμόχροος τῇσι προστάσισι, διὸ ταύτῃ γιγνώσκομεν τοὺς χυμούς· χλωραὶ γλῶσσαι χολώδεες, τὸ δὲ χολῶδες ἀπὸ πίονος· ἐρυθραὶ δὲ ἀφ' αἵματος· μέλαιναι δὲ ἀπὸ μελαίνης χολῆς· αὗαι δὲ ἀπὸ ἐκκαύσιος λιγνυώδεος· λευκαὶ δὲ ἀπὸ φλέγματος.

Quod ad αὗαι id referendum est ad superius μέλαιναι, ita ut μέλαιναι αὗαι intelligantur.

ἢν ἁλμυραὶ — σημεῖον.] Schol. ἢν ἁλμ. σ. ἔωσι π. σ.; nomen σημεῖον in pluribus libris mss. non legitur. — Locum me non intelligere fateor; verba sane satis aperta sunt, sed res non capio, non video e quibus observationibus utcumque acceptis opinio hic prolata ducta sit.

11. ἢν τῶν μαζῶν — τὸ ἄγγος.] In his μασθῶν Gal., schol.; χλωρὸν εἴη Gal.; χολῶδες sine ᾖ, aut εἴη schol. — Gal. in comm. οὐ κατὰ τὴν Ἱπποκράτους, inquit, ἑρμηνείαν ἐστὶν ἄγγος ὀνομάσαι τὴν ὑστέραν, τὸ γοῦν λεγόμενον εὐβηλόν ἐστι. Lepidum est observare quam saepe Galenus non Hippocratea vocabula in libro Hippocratico sibi viso animadvertat. De τὸ ἄγγος τοῦ μητρωίου μορίου hic forte olim scripto cf. adnn. ad § 8. supra. — Mirum sane esset τὸ ἄγγος nude pro *utero* fuisse positum.

12. ἀνθρώποισι — οὔ.] Vulgo ἀνθρώποις: Ionicam formam e Galeno, schol. dedit Littréus. — E Galeni comm. nihil, quod operae pretium sit, de hoc loco discimus. Mirum commentum esse certum est; sed origo forte inde quaerenda, quod quum cerumen aurium habeat saporem amarum in homine sano, crederent contrarium saporem i. e. dulcem in eo esse, appropinquante morte, quum plurima signa in sanis observanda sub mortem in opposita permutentur.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 731 sur 880

©BIUM

ιγ'. Γῆν μεταμείβειν ξύμφορον ἐπὶ τοῖσι μακροῖσι νοσήμασι.

ιδ'. Τὰ ἀσθενέστερα σιτία ὀλιγοχρόνιον βιοτὴν ἔχει.

ιε'. Κεδμάτων· — τὰς ἐπὶ τοῖσι ὠσὶ ὄπισθεν φλέβας σχάζειν.

Λαγνείη τῶν ἀπὸ φλέγματος νούσων ῥύεται.

Θερμοκοιλίοισι ἰσχυρὰ ποτὰ ἢ βρωτὰ, ταρακτικὰ μελαίνης χολῆς.

Τὰς ἐπαυξέας νούσους .....

Μίξις τὴν κάτω κοιλίην σκληρύνει.

Ἐλλέβορον πιόντα θᾶσσον καθαίρειν ἢν θέλῃς, λούειν, ἢ Φαγεῖν .....

Τὸ αἷμα ἐν ὕπνῳ εἴσω μᾶλλον φεύγει.

Ῥῖγος ἀπὸ τῆς ἄνω κοιλίης, πῦρ δὲ ἀπὸ τῆς κάτω μᾶλλον.

13. In longis morbis in aliam regionem migrare conducit.

14. Imbecilles cibi brevem vitam praestant.

15. Curatio diuturnarum circa articulos praecipueque coxendicem fluxionum (κεδμάτων Graecis): — Venas, quae pone aures sunt, pertundere oportet.

Veneris usus a morbis ex pituita liberat.

Valentes cibi, aut potus in iis, qui alvum calidam habent, nigram bilem deturbant.

Fragmentum loci est.

Coïtus alvum inferiorem indurat.

Si aegrum, qui veratrum sumpserit, citius purgare velis, eum lavare oportet, aut comedere .....

Per somnum sanguis ad interiora magis se recipit.

E superiore ventre rigor, ex inferiore vero febris potius ortum ducit.

13. γῆν — νοσήμασι.] Simplex ἀμείβειν schol., qui σύντροφον, quod per ξ scriptum cod. C. etiam habet. Vulgo νουσήμασι, cum schol., cod. C. alteram formam dedi.

14. τὰ ἀσθενέστερα — ἔχει.] Libri multi Parr. ἀσθενέστατα. Schol. τὰ ἀσθενέστερα σώματα ὀλίγῳ χρόνῳ βιοτὴν ἔχει. Sed e comm. patet esse coniecturam Palladii eumque σιτία, s. σῖτα, ut ait, in mss. vidisse. Fluctuatio est inter ὀλιγοχρόνιον et ὀλιγοχρονίαν, ὀλιγοχρονίην.

15. κεδμάτων — σχάζειν.] Vulgo κεδμάτων τὰς ἐν τοῖσιν ὠσὶν ὄπισθεν φλέβας σχάζειν. In his Gal. et schol. ἐπί pro ἐν. — Cod. C. ὄπισθεν om., quapropter suppressit Littréus, ceterum ἐν ὠσί vulgatae servans; sed φλέβες ἐν ὠσί hic non spectantur, sed venae pone aures, cf. de aëre, aq. locis p. 227. supra; itaque ὄπισθεν est servandum et cum Gal. et schol. ἐπί dandum est, nisi malis τὰς ὄπισθεν τῶν ὤτων φλέβας scribere, quod tamen liberius cum loco agere sit.

λαγνείη — ῥύεται.] Pro ῥύεται legi solet ὠφέλιμον, — schol. ὠφέλιμος habet. Sed praecedente genitivo τῶν — νούσων solum congruit ῥύεται, vel aliud quid cum genitivo construi solitum; itaque de meo ῥύεται scripsi; si velis τῇσι — νούσοισι scribere et ὠφέλιμον servare, non multum adversabor; sed puto vero similiorem esse correctionem, quam exhibui.

θερμοκοιλίοισι — μελαίνης χολῆς.] Pone χολῆς libri ferunt ὡς ὅμοιον αἱμορροΐδι. Solent autem haec in duas dividi sententias, quarum prior θερμοκοιλίοισι ἰσχυρὰ ποτὰ ἢ βρωτὰ, ταρακτικά, altera μελαίνης χολῆς, ὡς ὅμοιον αἱμορροΐδι. Varr. lectt. nihil praebent, unde priori sententiae boni quid accedat: Gal. ποτὰ καὶ βρωτά, schol. ἢ βρωτὰ, ἢ ποτά habet. — Quod ad alteram sententiam attinet, Lind. ἀπὸ μελαίνης χολῆς, ὡς ὅμοιον αἱμορροΐδες. In vulg. horum verborum lectione ἐς pro ὡς schol., cod. C., αἱμορροΐδος schol., αἱμορροειδεῖ plures mss. libri et Ald., unus liber αἱμορροιδεῖ, in quibus dativus vulgatae lectionis latere videtur. Foës. αἱμορροΐς et αἱμορροΐδες mss. dare scripsit, quod Littréus non vidit in codd., quibus hic usus est. Gal. in comm.: τινὲς δέ, inquit, τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον τῆς ἐχομένης ῥήσεως τὴν ἀρχὴν τέλος ἐποιήσαντο τῆς προκειμένης. Itaque veteres fecerunt, quod faciendum esse vidi, antequam eorum rationem cognoveram. Quod ad ὡς ὅμοιον αἱμορροΐδι attinet, adnotatio est ad μελαίνης χολῆς, adscripta ab eo, qui in his hominibus haemorrhoïdas a valente cibo et potu exspectaverat; itaque eam omisi. — Veterum interpretationes verborum, quemadmodum ea legebant, sensu carentium tuto abiicere licet.

τὰς ἐπαυξέας — σκληρύνει.] Edi solet: Τὰς ἐπαυξέας νούσους μίξις. Ψύξις τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύνει· μίξις τὰ κατὰ τὴν γαστέρα σκληρύνει. In his προαυξέας Gal. in Glossario. Pone μίξις libri tres ψύξει; schol. ψύχει. libri multi Parr. ψύξει ὥσπερ καὶ μίξις. Pro τὰ κατὰ κοιλίην schol. τὰς κάτω κοιλίας. cod. unus τὰ κατὰ γαστέρα. Postrema μίξις τὰ κατὰ τὴν γαστέρα σκληρύνει omittuntur a schol., in Aldina, et 7. libb. Parr. Unus cod. in his pro τὴν γαστέρα habet κοιλίην. Corruptelam hic latere iam veteres viderunt. quorum commenta ceterum tuto dimittere licet. Quid de his sentiam brevibus exponam: verba τὰς ἐπαυξέας νούσους extra omnem nexum cum vicinis proferuntur et alicuius loci fragmentum sunt. Ψύξις, μίξις sibi consequentia ita sunt orta, ut librarius per errorem priore nomine scripto, nec deleto, alterum subiungeret, quod veram lectionem refert. Altera illa sententia μίξις τὰ κατὰ τὴν γαστέρα σκληρύνει non est nisi repetitio alterius et omittenda est. In ea, quae iam restat, teste lectione scholiastae, τὰ κατὰ κοιλίην ortum est e τὴν κάτω κοιλίην, quod plurali numero in textu scholiastae fertur. Iam locus, quoad eius fieri potest, persanatus est.

ἐλλέβορον — ἢ Φαγεῖν.] Cod. D. Par.: ἐλλέβορος πινόμενος θᾶσσον καθαίρει; — unus cod. πιόντα e nostra lectione om. — ἐθέλῃς Gal., schol. — Equidem pone Φαγεῖν lacunae signa posui, quoniam, nisi etiam κελεύειν exciderit, certe deficit significatio eius quod comedi debeat.

τὸ αἷμα — φεύγει.] cf. § 12. sect. 4. huius libri.

ῥῖγος — μᾶλλον.] Ἀπὸ τῶν κάτω μᾶλλον schol. Equi-

Ἐπισπασμὸς ἢν πνεύμων ξηρὸς ἢ ὑγρὸν καῦμα, ὑπέρινον ἰσχναίνει καὶ ὕπνος πουλύς.

Locus corruptus.

Ψυχρότατον βρῶμα φακοὶ, κέγχροι, κολοκύνται.

Admodum frigidus cibus sunt lentes, milium, cucurbitae.

Ἕλκεα ἐκφύονται, ἢν ἀκάθαρτος ἐὼν πονήσῃ.

Ulcera erumpunt, ubi quis non purgatus exercitatione utatur.

Γυνὴ, αἶξ, ἐλατήριον [ἢ σίκυον ἄγριον] βεβρωκυῖαι, καὶ παιδίοισι κάθαρσις.

Locus prave scriptus.

Ἐνθέρμῳ βρωθὲν, ἔσωθεν ψύξις, ἔξωθεν πόνος, ἡλίῳ, πυρὶ, ἐσθῆτι, ἐν ὥρῃ θερινῇ· τῷ δὲ ἐναντίῳ ὡς ἐναντίως.

Verba sunt sensu vacua.

Βρώματα τὰ μὲν ταχέως κρατέεται, τὰ δὲ βραδέως.

Ex cibis hi quidem celeriter superantur, illi vero tarde.

ΤΜΗΜΑ ΕΚΤΟΝ.

Sectio Sexta.

α'. Σάρκες ὁλκοὶ καὶ ἐκ κοιλίης καὶ ἔξωθεν, ὡς ἔκπνοον καὶ εἴσπνοον ὅλον τὸ σῶμα.

1. Carnes et ex ventre et extrinsecus attrahunt, quippe corpus totum tam foras quam intro spirabile est.

dem de toto loco nihil intelligo. Littréus consentit cum interpretibus, de quibus Pall. loquitur, et qui τὴν ἄνω μὲν κοιλίαν τὸν θώρακα esse credebant. Sive hic sermo sit de thorace, sive de ventre superiore, non video quo fundamento sive vero, sive falso opinio haec nitatur.

ἐπισπασμὸς — πουλύς.] Vulgatam lect. exhibui, nisi quod in ea ξηραίνει legitur, pro quo cum Littréo ἰσχναίνει exhibui, codd. Parr. et schol. auctoritate; nempe ξηραίνει e Galeni commentarii principio ad h. l. ortum videtur. — Ceterum cod. C. in vulg. lect. ἐπὶ σπασμῷ, et ἢ pro ἤ codd. C. D.; Schol. ὑγρὸν om. Littr. dedit Galeni lectionem ἐπισπασμὸς, πνεύμων, ξηρὸν καῦμα. In seqq. ὑπὲρ ἰνῶν Aldina, idemque in mss. vidit Littr. — In Gl. Gal. legis: ὑπέρινος) ὁ ὑπερκεκαθαρμένος ἄνθρωπος καὶ αὕτη (lege αὐτὴ ἡ) ὑπερίνησις. οὕτως γοῦν ἐξηγήσαντό τινες καὶ τὸ ὑπέρινος ἰσχναίνει. — Littréus adnotat: „Il serait possible que cette phrase s'expliquât par un passage du premier livre du regime (περὶ διαίτης) où l'auteur dit, que dans certains états de l'intelligence, il faut attenuer et dissecher le poumon (ἰσχνασίης δὲ πνεύμονος οὗτος δέεται καὶ ξηρασίης). Je crois que notre phrase actuelle renferme quelque précepte analogue." Vide locum vol. VI. p. 518. apud Littréum. — Equidem inter eum et nostrum analogiam video nullam; sed ex hocce nihil boni elicio, eumque pro desperato demitto.

ψυχρότατος — κολοκύνται.] Φακή cod. unus; κολοκύντη codd. Parr., schol. κολοκύνθαι Gal. κέγχροι redditur h. l. a Littréo *le sorghum* (holcus sorghum L.), quemadmodum etiam reddidit de Victu acut. p. 273. vol. II. Cf. Fraas p. 310. seq. κολοκύντη est *cucumis sativus* L.

ἕλκεα — πονήσῃ.] De meo ἐκφύονται dedi pro vulgato ἐκφύουσι, pro quo ἐκθύουσι cod. C. schol. — Fueritne quod hic traditur tam constanter observatum, ut in regulae universalis formam redigere iure potuerint veteres nostri? Non audeo affirmare, sed sententia observatione sive ampliore sive angustiore niti videtur.

γυνὴ, αἶξ — κάθαρσις.] Ex nomine αἶξ in libris nonnullis praep. ἐξ nata est, unde ἐξ ἐλατηρίων cod. C. ἐξελατήριον alii. Vulgo ἐλατήριον ἢ σικ. ἄγρ., sed ἤ omm. multi libri et schol. σικυοῦ cod. unus. σικύων ἀγρίων schol. βεβρωκυῖαι vulgo, sed βεβρωκυῖα multi codd. Parr. et schol.; καί ante παιδίοισι omm. Gal., schol. — Locus quorsum spectet unusquisque intelligit, et tamen verba corrupta sunt, nec certam medelam video. Vereor ne ἢ σίκυον ἄγριον sit glossema, cf. Diosc. IV. 152. — Miror de muliere dici βεβρωκυῖα ἐλατήριον s. σίκυον ἄγριον, de capra dici minus miror. Sed fac prius periodi membrum se habuisse: ἢν αἶξ ἐλατήριον βεβρωκυῖα ἦ, — quomodo huic respondebit καὶ παιδίοισι κάθαρσις, nisi certe mentio fiat lactis caprae, quo fructi fuerint pueri. Locus ad speciem facilis intellectu est, quodsi intensius inquiras in singula, desperatus videtur.

ἐνθέρμῳ — ἐναντίως.] Littr. adnotat: „ἐνθερμῷ codd." — ἔνδοθεν ψύξις Gal., schol., quos sequitur Lind.; — ἐν ante ὥρῃ om. schol. et eum secutus Littréus; τῷ δ' ἐναντίῳ ἐναντία schol. — Equidem in loco desperato nihil tento; propero ad alia.

βρώματα — βραδέως.] Vulgo κρατεῖται; Littr. Ionicam formam e Gal. dedit. Vulgo τὰ δ' ἐναντίως; sed Gal., schol. βραδέως, quod cum Littr. exhibui, quum vulgatum illud e superiore sententia huc delatum videatur.

1. σάρκες — τὸ σῶμα.] Vulgo ὁλκή, Lind. ὁλκοί. item Littr.; habetur hoc apud Gal., schol., in Ald. mss. Parr. — Iam vero pone ἔξωθεν apud ceteros legitur δηλοῖ ἡ αἴσθησις: nempe in vulgato textu δῆλον, sed apud Gal. δηλοῖ — Iam vero in comm. p. 304.: ἐπὶ δὲ τὸ δεύτερον, inquit, αὐτῆς ἤδη μετέλθωμεν, ἐν ᾧ τὸ δηλοῖ ἡ αἴσθησις, ὡς οὐ κατὰ συνήθειαν οὐθ' Ἱπποκράτους, οὔτε καθόλως Ἑλληνικῶς ἑρμηνευόμενον. Hinc efficio Galenum non δηλοῖ sed δῆλον legisse; nam quid non Ἑλληνικῶς ἑρμηνευόμενον sit in δηλοῖ ἡ αἴσθησις non video, nec video quomodo id emendaretur δηλοῖ τῇ αἰσθήσει scribendo, quod nonnullos fecisse, dein scribit. Credo legendum esse apud eum tum in textu, tum l. l. in comm. δῆλον ἡ αἴσθησις, veteresque nonnullos hoc in δῆλον τῇ αἰσθήσει mutare voluisse. At simul antiquitus δηλοῖ hic scriptum fuisse credo, quin vulgatam lect. δῆ-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 733 sur 880

©BIUM

Ἐνθερμότερον φλέβιον αἵματος πλήθει ἀνίσχει τὸ καυσῶδες καὶ εὐθὺς ἀποκρίνει· καὶ οἷσι τὸ μὲν πῖον, χολὴν ξανθὴν, τὸ δ' αἷμα μέλαιναν.

β'. Γνώμης, μνήμης, ὀδμῆς, τῶν ἄλλων καὶ πείνης ὀργάνων ἄσκησις, πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνος, ἀφροδίσια πάντα μέτρια.

Ὁ ἐμψυχρότερος ἐν ψυχρῇ ὥρῃ καὶ χώρῃ ἐνθερμότερος ἔσται.

γ'. Ὀδυνέων τὴν ἐγγύτατα κοιλίην καθαίρειν, αἵματος δὲ κοιλίην διαιρεῖν, καῦσις, τομὴ, θάλψις, ψύξις, πταρμοὶ, φυτῶν χυμοὶ, ἐφ' ὧν τὴν δύναμιν ἔχουσι, καὶ κυκεών· κακούργων, γάλα, σκόροδον, οἶνος ἀπεζεσμένος, ὄξος, ἅλες.

Locus incertae lectionis.

2. *Locus prave scriptus.*

Qui frigidior est, frigido anni tempore ac regione calidior erit.

3. *Locus corruptus, perturbatus.*

λον ita mecum emendaveram, ante quam Galeni comm. videram; nam saepius δηλοῖ in δῆλον abiit v. c. Ep. II. l. 6. Schol. δῆλον αἰσθήσει legit; multi libri Parr. omittunt articulum ἡ et genitivo αἰσθήσιος, aut αἰσθήσεως scribunt. — Iam vero non video quid illud δηλοῖ ἡ αἴσθησις huc faciat; divellit a se invicem quae proxime cohaerent; habet autem formam adnotationis lectoris alicuius, qui ἔκπνους praecipue respiciens scripserit δηλοῖ ἡ αἴσθησις. Insiticium hoc esse unusquisque semel admonitus videt; itaque e textu exemi.

ἐνθερμότερον φλέβιον — μέλαιναν.] In hisce ἐνθερμότατον libri duo Parr. et Ald. Pro πῖον unus cod. πῦον. Vulgata χολὴ ξανθὴ — μέλαινα, sed Littr. accusativum dedit e schol. et mss. Parr. — Huius loci interpretatio apud Calvum ita perplexa est, ut eam dimittam. Corn. ἀνίσχει τὸ καυσῶδες interpretatur „id quod fuliginosum est exerit;" legeritne τὸ λιγνυῶδες? Foësius: „aestuosum quiddam *producit*." Littr.: „Les petites veines — soulèvent la partie aduste." — Mihi illud ἀνίσχει τὸ καυσῶδες tam mira dictio est, ut nihil de ea affirmare audeam: φλέβιον ἐνθερμότερον ἀνίσχει τὸ καυσῶδες non intelligo. Veteres quidam apud Pallad. hunc locum de causo acceperunt et contulerunt additamenta spuria ad librum de V. A., voluerunt § 1. puto, item 8. forte, sed tamen non eadem utroque loco spectatur doctrina, me iudice. Non inde disco, unde proficiam ad huius loci intelligentiam. Me iudice postremum membrum καὶ οἷσι — μέλαιναν recte a Littréo cum superiore coniunctum est, nam unum locum efficiunt non divellendum; sed alterum hoc membrum manifesto corruptum est, quin si cum priore coniungatur, prius item corruptum esse apparet. Nimirum in priore de sanguine in venulis tantum sermo est: in altero de pingui quadam materie et de sanguine etiam. Ego locum pro desperato demitto.

2. γνώμης — μέτρια.] Schol. in his καὶ τῶν ἄλλων Gal. de Sanit. tuenda p. 84. Ed. Kühn. ὕπνοι, itemque de alim. fac. p. 464. — Schol. πόνοι, λουτρὰ, σῖτα, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. Gal. l. l. μέτρια πάντα; inde πάντα recepi. E scholiis Pall. patet Galeni comm. cum textu periisse; inde docemur veteres nonnullos in tres partes locum divisisse; ceterum non multum inde proficimus. Locus sine dubio vitiis laborat; quid est ὀδμῆς ἄσκησις, intelligo γνώμης, μνήμης ἄσκησις, non intelligo illud. — Neque πείνης ἄσκησις suspicione vacare mihi videtur; vereor ne e πόνοι ortum sit πείνης. Forte hoc legendum est:

Γνώμης, μνήμης ἄσκησις, πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνος, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια.

ὁ ἐμψυχρότερος — ἔσται] ἐμψ. dedit Lind. et Littréus cum Gal., schol., codd. Parr. duobus, vulgo ἐν ψυχρότερος. — Tres libri Parr. χώρῃ, ὥρῃ, tum quinque alii copulam omittunt, servato verborum ordine.

3. ὀδυνέων — ἅλες.] In his schol. ἐγγυτάτω, tum omittit verba καθαίρειν αἵματος δὲ κοιλίην. — Gal. αἵματος τε κοιλίην legit. Vere Littréus: „il parait que dans certains textes les *eternuments* n'etaient placés qu'après le cyceon. Du moins Galien, qui examine l'un après l'autre les moyens enumerés dans ce passage ne mentionne qu'après le cyceon l'eternument. Suivant lui tous ces moyens se rapportent au mot *douleurs*, qui figure en tête de la phrase. Certains commentateurs à tort suivant lui, avaient divisé cette phrase en plusieurs parties isolées les unes des autres." Vid. comm. p. 333., ubi de cyceone; p. 334. ubi de sternutatione et p. 335., ubi de periodo in plures partes a quibusdam divulso monet. Pro φυτῶν apud Aldum et in codd. Parr. φυσῶν; cod. C. κακοῦργον, alii libri quatuor κακουργῶν. Inverso ordine σκόροδον, γάλα schol. et libri Parr. σκόροδα Gal. — Pro ἀπεζεσμένος unus cod. K. simplex ἐζεσμένος; reliquae varr. lectt. in hac voce non nisi eius corruptelae sunt. — Iam videamus de loco toto, quem pessime corruptum esse unusquisque semel monitus videbit. Taceo de interpretibus, quia hi librariorum fraudes aut non videntes, aut nihili facientes, nubem pro Iunone, ut aiunt. Qui fidem habebo iis, qui pro integris tibi offerunt αἵματος δὲ κοιλίην διαιρεῖν et interpretantur *sanguinis vero ventrem secare oportet*, et *ouvrir la cavité du sang* etc. etc.? Sed praestat videre, num quae vitia tollere liceat, coniecturis scilicet: ecce! ὀδυνέων τὴν ἐγγύτατα κοιλίην καθαίρειν pessime corruptum est: κοιλίην καθαίρειν est integrum, nisi κοιλίην ad superiora forte pertineat. In ἐγγύτατα latere videtur λυτικά, et iungi possit ὀδυνέων τῶν κατὰ κοιλίην λυτικά. In αἵματος latet ἔμετος, — κοιλίην διαιρεῖν non est nisi repetitio male scripta superioris κοιλίην καθαίρειν. In καῦσις latet κλύσις. Quid πταρμοί huc faciat non intelligo, puto nomen abundare. Καὶ κυκεών non pertinere videtur ad locum, quo iam legitur, sed ad alterum membrum. Κακούργων natum est e κακοῦργα. Οἶνος ἀπεζεσμένος mirum mihi videtur; novi ἔψημα, de quo v. c. Gal. in comm. ad lib. de V. A. p. 632. Kühn., sed ἔψημα non est οἶνος ἀπεζεσμένος, credo potius participium de sede sua aberravisse et ad γάλα referendum esse. Iam vero dubito de ὄξος et ἅλες, nempe nomina proba esse

δ'. Ἀνθρώπῳ ἐκ κόπων ἐξ ὁδοῦ ἀδυναμίη καὶ βάρος· ἀνέπτυε· ἔβησσε γὰρ ἐκ κορυφῆς· πυρετὸς ὀξὺς, ὑποδάκνων πρὸς χεῖρα· δευτεραίῳ δὲ καρηβαρίη· γλῶσσα ἐπεκαύθη· ῥὶς ὀνυχογραφηθεῖσα· οὐχ ἡμορράγησε· ἀριστερὸς σπλὴν μέγας καὶ σκληρὸς ὡδυνᾶτο .....

ε'. Οἱ ὑπὸ τεταρταίου ἁλισκόμενοι ὑπὸ τῆς μεγάλης νούσου οὐχ ἁλίσκονται· ἢν δ' ἁλίσκωνται πρότερον, ἐπιγένηται δὲ τεταρταῖος, παύονται.

[Ἀνθ' οἵων οἷαι νοῦσοι.]

Ἡ χολὴ, οἷον εἶπον περὶ τῶν ὀρνίθων ὅτι χολώδεες.

Ἡ θερμότης δριμύτητος σημεῖον.

Οἱ ὄχλοι, οἱ δίοδοι· ὅτι τοῖσι παρακρούουσι λήγουσι ὀδύναι πλευρέων· ἔστι δ' οἷσι πυρετοί· ἔστι δ' οἷσι οὔ, ἀλλὰ ξὺν ἱδρῶσι· ἔστι δ' οἷσι ξὺν ὄχλῳ· ἔστι δ' οἷσι καρφαλέον καὶ περιτεταμένον τὸ δέρμα καὶ ἁλμυρῶδες.

4. Cuidam ex via delassato imbecillitas et gravitas contigit; exspuit;..... febris acuta ad manum aliquantulum mordens erat. Secundo vero die capitis gravitas erat; lingua exusta est; nares unguibus sculptae sunt; sanguis non effluxit.... lien magnus et durus.....

5. Qui quartana vexantur, morbo comitiali non corripiuntur. Quodsi antea correpti fuerint, quartana succedente liberantur.

Verba corrupta.

et condimenta ciborum usitatissima certum est, sed non mirarer si ὄξος natum esset ex ὀξύς, ita ut iungatur οἶνος ὀξύς, et ἅλες facile ex ἁλλά nasci potuit. Brevis ut sim, vellem fere:

Ὀδυνέων τῶν κατὰ τὴν κοιλίην λυτικά· ἔμετος, κοιλίην καθαίρειν, κλύσις, τομὴ, βάλψις, ψύξις, [πταρμοὶ], φυτῶν χυμοὶ. ἐφ' ὧν ταύτην τὴν δύναμιν ἔχουσι· — κακοῦργα· γάλα ἀπεζεσμένον, σκόροδον, οἶνος, ὄξος, ἅλες καὶ κυκεών.

Nisi, uti dixi, postrema legenda sint forte οἶνος ὀξὺς, ἀλλὰ καὶ κυκεών. — Non dicam omnia certa esse; nonnulla certa sunt, de aliis alii quoque videant.

4. ἀνθρώπῳ — ὠδυνᾶτο.] De meo ἀνθρώπῳ scripsi, ceteris nominativum habentibus. Schol. ἐκ κόπου. Copula ante βάρος a Lind., Littr. adscripta est, ferunt autem schol., codd. Parr.; Foës. item iam monet eam in mss. legi. — Schol. πυρετὸς πρὸς χεῖρα ὀξὺς ὑποδάκνων, quem verborum ordinem Littr. etiam in mss. Parr. vidit. πρὸς χ. ὑποδ. Gal. Erotiani ῥινονυχογραφηθεῖσα huc pertinere omnes viderunt; sed non dubito quin vulgata lectio vera sit, videbimus alterum exemplum compositionis mirae vocabuli, quod item numquam ita scripserunt medici Graeci, sed quod ex aliis vocabulis a librariis fabrefactum est. Genus vocabuli ῥινοχυγραφηθεῖσα non certo mihi demonstrat ῥὶς ὀνυχογραφηθεῖσα legendum esse, sed compositio ipsa: nimirum licet ἄνθρωπος initio in libris legatur, non certus es, id ipsum non de muliere dici; sed praeterea eiusmodi librorum lectioni parum fidei tribuo, quia multum vereor ne iis locis, ubi historiae morbi tale principium habent, id expletum sit a librariis, quippe auctores historiarum definire solent personas sive nomine, sive nomine familiae, urbis, vici, quorsum pertinebant. — Iam vero tenendum est ἔβησσε ἐκ κορυφῆς dictionem esse, quam nemo intelligit; quomodo orta sit, quid in ea lateat aenigma mihi est, sed neque sanum sensum inde elicio, neque credo auctorem ita scripsisse; cogitavi mecum num adnotatio sit lectoris, qui quum καρηβαρίης infra mentio fiat, tussim e capitis vertice supposuerit, — sed neque hoc probabile, dictionem pro desperata sibi relinquo. — Malui pone ὀνυχογραφηθεῖσα distinguere quam ῥὶς — οὐχ ἡμορράγησε coniungere, quum hoc insuetum sit. — In postremis ἀριστερὸς σπλὴν μέγας absurdum est, neque enim σπλῆνα δεξιὸν habemus. Latetne forsitan in illis ἀριστερὸν ὑποχόνδριον ὠδυνᾶτο· σπλὴν μέγας καὶ σκληρός? — In fine lacunae signa posui, quia morbi enarratio non ad finem perducitur.

5. Οἱ ὑπὸ τεταρταίου — νοῦσοι.] In vulg. lect. τεταρταίου, in Foësiana et Kühniana τεταρταίῳ, sed in notula tamen τεταρταίου citat Foës.; sitne ortum e τεταρταίων, quod cod. H. habet? Sunt libri Parr. in quibus h. l. τμῆμα ς' ponitur, qua de re iam Foës. monuit. Ὑπὸ τῆς μ. ν. dedit Littr. e Gal., schol., cod. C.; vulgo ὑπό τινος μ. ν., quod in omnibus mss. legi iam Foës. adnotat. Καὶ ἐπιγ. τετ. Schol., cod. C. Apud Gal. καὶ ἐπιγίνηται legitur. Cf. ceterum Aph. V. 70. cum adnn., ubi ἢν δὲ ἁλῶσι h. l. scriptum fuisse mihi videri dixi. — Illud ἀνθ' οἵων οἷαι νοῦσοι varie scribitur: vulgata pro οἷαι habet αἱ, schol. οἷαι αἱ habet, equidem solum οἷαι recepi, sed verba uncis inclusi, quia nihil sunt, nisi πρόγραμμα a recentiore olim in margine adscriptum ad locum superiorem.

ἡ χολὴ — σημεῖον.] In his plures libri δριμύτατον. — Gal. comm. ab his verbis inde deficit. Schol. nomine χολώδεες concludit sententiam et novam incipit sequenti θερμότης sine articulo, ad quam trahit verba οἱ ὄχλοι αἱ δίοδοι. Ad primam sententiam adnotat: τοῦτον τὸν λόγον τελείως ἐξέβαλεν ὁ Γαληνός. — Littréus: „d'après Jean d'Alexandrie, inquit, les uns faisaient une phrase à part de ἡ χολὴ οἷον εἶπον: *la bile provient des choses que j'ai dites*, à savoir des choses grasses et douces." — In vulgata ἡ θερμ. — σημεῖον non seiunctum est a superioribus. — Me iudice corruptelam hic latere certum est: vix credo hunc locum duas referre sententias seiunctas. Fueritne scriptum ἡ χολὴ, οἷον εἶπον περὶ τῶν ὀρνίθων, ἡ θερμότης δριμύτητος σημεῖον? Ad quod quis adnotaverit ὅτι χολώδεες referens ad ὀρνίθων. — Sententia ceterum adeo extra omnem nexum cum iis, ad quae pertinuerit, est descripta, ut recte intelligi non possit.

οἱ ὄχλοι — ἁλμυρῶδες.] In his καὶ πυρετοί libri duo

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 735 sur 880

©BIUM

[Αἱ ναρκώσιες οἷαι καὶ ἐξ οἵων.] Ὧι τὸ ἰσχίον.....

Δι' οὐάτων ἐξ οὐάτων τὰ πολλὰ θνήσκει τριταῖα.

Οἷσι μὲν δέρματα περιτείνεται καρφαλέα καὶ σκληρὰ, ἄνευ ἱδρῶτος, οἷσι δὲ .... καὶ χαλαρὰ, ξὺν ἱδρῶτι θνήσκουσι.

Ἐν τοῖσι παλιγκότοισι αἱ μεταβολαὶ ὠφελέουσι· τούτοισι μεταβάλλειν πρὶν κακοῦσθαι ἐς τὰ πρέποντα. [οἷον Χαιρίωνι.]

Τὰ ἐρεθιζόμενα ἐξ οἵων τὰ κερχνώδεα.

ς'. Οἷσι μὲν ὑγιὲς καταλείπεται κάτω ὑφιεμένης τῆς προφάσιος, ἢ καθαίρων, ἢ ἀποδέων, ἢ ἐκβάλλων, ἢ ἀποτάμνων, ἢ ἀποκαίων ἔσω· οἷσι δὲ μὴ, οὔ.

ζ'. Οἷσι αἷμα ῥεῖ πουλὺ καὶ πολλάκις ἐκ

Quibus cutis arida et dura obtenditur, sine sudore, quibus vero..... et laxa, cum sudore moriuntur.

In morbis pertinacibus mutationes iuvant: in his mutationes fieri debent ad ea, quae conducunt, antequam vitium aliquod contrahatur.

Vocabula sensu vacua.

6. *Locus corruptus.*

7. Quibus sanguis multus et saepe e naribus

Parr. — Schol.: ἔστι δὲ οἷσι καὶ πυρετός ἐστιν, ἀλλὰ σὺν ἱδρῶσιν, ἔστι οἷσι καρφ. et in fine ἀλμυρώδεες. — Unus cod. C. pro σὺν ὄχλῳ habet ἐν ὄχλῳ. — Equidem ex his vocabulis boni nihil elicio: forte οἱ ὄχλοι, οἱ ἱδροῦσι fuit inscriptio in margine olim adposita. Postrema omnino cohaerent cum infra obviis οἷσι μὲν δέρματα — θνήσκουσι, ita ut hic locus bis scriptus fuerit, quod mirum non est in tam misera perturbatione.

[αἱ ναρκ. — ἰσχίόν...] Vulgo οἷαι· ἐξ οἵων καὶ οἷαι sed codicis C. descriptor καὶ οἷαι om., in textu schol. legis οἷαι ἐξ οὐάτων καὶ οἷαι κ. τ. λ. — Commentarius eius videtur quidem cum ea lect. congruere, sed tamen manifesto librariorum recentiorum culpa nata est, quod Littréus iam vidit. — Pall. τῷ τὸ ἰσχίον. — Equidem e vulgata effeci οἷαι καὶ ἐξ οἵων, illa enim sine dubio vitiose scripta est: tum vero totum illud αἱ ναρκώσιες οἷαι καὶ ἐξ οἵων est inscriptio, πρόγραμμα est, quale supra ἀνθ' οἵων οἷαι νοῦσοι; itaque uncis intercepi. Verba autem ᾧ τὸ ἰσχίον initium fuere casus descriptionis, ad quem illud πρόγραμμα adscriptum fuerit, et qui exceptis his paucis vocabulis perierit, itaque lacunam notavi.

δι' οὐάτων — τριταῖα.] Schol. om. τριταῖα. De loci manifesto corrupti interpretationibus taceo. In δι' οὐάτων ἐξ οὐάτων certe nominis otiosam repetitionem habemus; in δι' forte δέ latet. Scriptum fuerit ἐξ οὐάτων δὲ τὰ πολλὰ θνήσκει τριταῖα, aut neutrum plurale, ut in Prorrh. I., a librariis est invectum, et scriptum fuerit ἐξ οὐάτων τὰ πολλὰ θνήσκουσι τριταῖοι ab eo, qui respiceret acutissimam auris inflammationem, de qua in Progn. v. c. § 40. agitur. — Nec tamen haec certa esse affirmo; videant alii quoque!

οἷσι μὲν δέρματα — θνήσκουσι.] In his schol. μέν om., tum vero ἄνευ ἱδρῶτος τελευτῶσι habet. Scripsi οἷσι δὲ ..... καὶ χαλαρά: nempe vulgata καί habet, sed copulam omm. schol. et cod. C. Lind. [ἀραιὰ] καὶ χ. dedit. Rectissime vidit Lind. aliquid deësse: in priore membro καρφαλέα καὶ σκληρά, cui respondit in altero ,.... καὶ χαλαρά. Non certo scimus ἀραιά deficere, fieri potest ut μαλθακὰ καὶ χαλαρά scriptum fuerit. Sed in cod. C. et schol. καί non nisi de coniectura omissum est et coniectura quidem non probabili. — Schol. θνήσκουσι in fine om.; cod. C. τελευτῶσι legit. Denique observo, plurale δέρματα mihi non a prima manu esse videri, sed a librariis ex sing. num. effectum. Puto scriptum fuisse οἷσι μὲν τὸ δέρμα κ. τ. λ.

ἐν τοῖσι παλιγκότοισι — Χαιρίωνι.] Vulgo παλιμβόλοισι, pro quo παλιμβούλοισι legisse videtur schol., quod Littr. iam monuit. Sed neutrum vocabulum fuit scriptum ab auctore loci, qui dedit quod iam exhibui: librarii, terminationem sequentis μεταβολαί ad παλιγκότοισι referentes, ex hoc nomine vulgatum παλιμβόλοισι finxerunt, quod vocabulum est insuetum his libris et quod Foës. ex unico h. l. in Oecon. transtulit. Reliqua varietas lect. nihil, quod annotare sit operae pretium, obfert. — Exemplum οἷον X. uncis inclusi; nescis adeo, num re ipsa ad h. l. pertineat; locus eiusmodi est, ut quid exemplum sibi hic velit, vix perspicias.

τὰ ἐρεθιζόμενα — κερχνώδεα.] Littr. e Ioanne Alex. adfert lect. κεγχρώδεα et κερχνώδεα. De his vocibus vide ad lib. de V. A. § 58. — Schol. haec verba coniungit cum superioribus. Mihi hic locus ita e nexu cum iis, quorsum pertinuerit olim, divulsus videtur, ut de eo nihil statuere, nec quid significet scire possis.

6. οἷσι μὲν ὑγιὲς — οὔ.] Ante haec verba ὅριον scripsit Littréus, quod vocabulum in vulgata fini superioris fragmenti adscribitur; sed cod. K. ὁρίων legit, dum schol. id ex toto omittit, qua in re illum sequor, quum emblema recentius videatur. Ὑφιεμένης vulgata lectio est, pro qua ὑφημένης Edd. antt., ὑφῃρημένης schol. et mss. Parr. E schol. textu ἐκβάλλων exsulat. Vulgata ἔσω, sed ἔσο Edd. antt. et codd. 7. Parr.; schol. voculam om. Iungunt interpretes κάτω ὑφιεμένης τῆς προφάσιος et „causa deorsum submissa" Corn., „causa per inferiora subducta". Foës. „la cause ayant éte portée en bas" Littréus, interpretantur. Me iudice ὑφιεμένης τῆς προφάσιος, i. e. *causa remittente*, per se sumendum est; κάτω vero ortum est ex praepositione verbi καταλείπεται et tuto omittetur. Sed neque sanum est οἷσι μὲν ὑγιὲς καταλείπεται, in quo latere opinor οἷσι μὴ ὑγιές τι καταλείπεται. Item corruptum est ἔσω, in quo latet aliquid ab ἰάομαι ductum ἰῶ, ἰήσαι, ἰῆσθαι: e quibus quid ad vulgatam proxime accedat quivis videt; imperativus autem requiritur fere. Vellem igitur:

Οἷσι μὴ ὑγιές τι ἐγκαταλείπεται, ὑφιεμένης τῆς προφάσιος, ἢ καθαίρων, ἢ ἀποδέων, ἢ ἐκβάλλων, ἢ ἀποτάμνων, ἢ ἀποκαίων ἰῆσαι.

Omittendum censeo οἷσι δὲ μὴ, οὔ, quia e fine sequentis periodi huc delatum videtur, neque enim congruum est h. l.

7. οἷσι αἷμα — οὔ.] Vulgo legitur: οἷσι αἷμα ῥεῖ πολὺ

ῥινῶν, οἷσι μὲν ἄχροιαι, ἀκρήτου ὀλίγον ἀρήγει· οἷσι δὲ ἐξέρυθροι χρῶτες, οὐχ ὁμοίως· καὶ οἷσι κεφαλαὶ εὔφοροι, ἀρήγει, οἷσι δὲ μὴ, οὔ.

η'. Οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσι καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη καὶ πλείων, ὑγιαίνουσι [οὗτοι] νοσηλότερον· τοῖσι πλείστοισι δὲ οἷσι ὑπὸ νούσου, τἀναντία.

θ'. Τὰ στρογγυλλόμενα πτύαλα παρακρουστικὰ, οἷον τῷ ἐν πλινθίῳ. τούτῳ ἡμορράγησε ἐξ ἀριστεροῦ καὶ ἐλύθη πεμπταῖος.

ι'. Οὖρον πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον ῥύεται τῆς παρακρούσιος· οἷον καὶ τὸ τοῦ Δεξίππου μετὰ μάδησιν.

ια'. Οὐ πρόσω ἐνιαυτοῦ τεταρταῖος....

ιβ'. Ὦτα τοῦ θέρεος ῥήξιες πεμπταίοισι, ἔστι δ' ὅτε καὶ μακρότερα· τὰ παρὰ τὰ οὖλα καὶ γλῶσσαν ἀποπυεῖ ἑβδομαίοισι, μάλιστα δὲ καὶ αἱ κατὰ ῥῖνας ἐκπυήσιες.

fluit, hos, si pallidi sint, meri pauxillum iuvat, qui vero praerubro sunt colore, eos non similiter; et quibus caput facile tolerat, eos iuvat, quibus vero secus, minime.

8. *Meliorem loci lectionem habes Aph.* VI. 2.

9. Sputa rotunda delirium portendunt, sicuti in eo, qui in plinthio decumbebat. Qui postquam ei sanguis e nare sinistra profluxit, die quinta solutus est.

10. Urina, in qua multum subsidet, delirium tollit.

Cetera incertae lectionis sunt.

11. *Fragmentum corruptum.*

12. *Locus corruptus.*

ἐκ ῥινῶν, οἷσι μὲν ἄχροιαι ἄκρητοι, τούτοισι ὀλίγα ἀρήγουσι· οἷσι δὲ ἐξέρυθροι χρῶτες, οὐχ ὁμοίως καὶ οἷσι κεφαλαὶ εὔφοροι, ἀρήγει. οἷσι δὲ μὴ, οὔ. — In schol. textu καὶ πουλὺ καὶ πολλάκις ἐκ ῥινέων, quod Littr. totum recepit; equidem cum cod. C. lego quod exhibui pravam genitivi formam ῥινέων, uti in aliis libris, repudians. Dein schol.: οἷσι αἱ χροιαὶ ἄκρητοι, ὀλίγα τουτέοισι ἀρήγει. Dubium non est, quin vulgata ad verum proxime accedat, attamen librariorum gens in his antiquum obtinuit: nempe τούτοισι invexit et ἄκρητοι scripsit, quum ad ἄχροιαι adiectivum accommodaret, et coniunxit ὀλίγα cum ἀρήγουσι, secus ac fieri debet. Littréus videns in cod. C. in seqq. scriptum esse οἷσι κεφαλαὶ εὔφοροι ἄκρητος ἀρήγει, hic dedit: οἷσι μὲν ἄχροιαι, ἄκρητος τουτέοισι (e schol. hanc formam desumpsit), ὀλίγα ἀρήγει. Ego, uti dixi, coniungo ἀκρήτου ὀλίγον ἀρήγει, reiicio vero τούτοισι. Cf. adnn. ad principium Prorrh. I. In postremis non recipio ἄκρητος pone εὔφοροι cum Littréo, quia opinor codici C. soli id habenti non adeo nos obstrictos esse, ut ideo dandum sit, quia solus habet; est correctio descriptoris. Quod attinet ad loci auctorem, is hic non adscripsit, quod e superioribus facile repetitur, quum de nulla alia re sermo fuit. Iam locus perpurgatus videtur.

8. Οἷσι ῥῖνες — τἀναντία.] Vulgo ῥῖνες ὑγρόταται, sed comparativum Littréo praebuerunt libri 5. Parr. et schol. habet. Hic quidem locum ita legit: οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσι καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη καὶ πλείων, ὑγιαίνουσι· νοσέουσι δὲ οἱ τὰ ἐναντία. Littréus adnotat in cod. C. pro οὗτοι — τἀναντία haberi νοσηλότεροι δὲ οἷσι τἀναντία. Iamque lectio ms. C., modo δέ ad locum suum transferamus οἷσι δὲ τἀναντία legentes et modo in fine ὑγιεινότερον adscribamus, aphorismi l. lectionem refert, quam puto veram loci scripturam esse. Vide quam οὗτοι rursus librariis debeatur. Vid. adn. ad Aph.

9. τὰ στρογγυλλόμενα — πεμπταῖος.] Vulgo στρογγυλώμενα. Lind. iam στρογγυλούμενα dedit, quod e cod. C. etiam Littr. exhibuit; equidem scholiastae lectionem in hac voce sum secutus, qui in fine membri prioris οἷον ἐν τῷ πλ. Meinekius putat locum aliquem in oppido significari; praestatne igitur οἷον τῷ ἐν τῷ πλινθίῳ legere? In fine ceteri πεμπταίῳ, errore librariorum, quibus τούτῳ ex initio periodi obversabatur, auctor ἐλύθη πεμπταῖος scripsit. Utrum autem postrema τούτῳ — πεμπταῖος re vera ad hanc sententiam pertineant, an vero pannus adsutus sit, qui nescio unde huc devenerit, discerni nequit; sed advertit supra sect. 3. § 22. locum finiri syllabis e πλινθίῳ corruptis. Non ausim ceterum affirmare πλινθίῳ ipsum h. l. recte habere; incertus sum.

10. 11. οὖρον — τεταρταῖος.] Vulgo πολὺν ὑποστ., unus tantum cod. Par. πολλήν; idem cod. Κατό ante τοῦ Δ. om. De meo scripsi τῆς παρακρούσιος pro reliquorum τὰς παρακρούσιας; verbum enim ῥύεσθαι genitivum sibi requirit. De verbis οἷον — μάδησιν nihil affirmo: pertineantne ad sententiam in priore parte § 10. expressam, ignoro, pariterque nescio an forte cum § 11. cohaereant. Id scio e verbis § 11ae sensum idoneum elici non posse, quum fragmentum sint et corruptum hoc, cf. quae de οὐ πρόσω monui ad Ep. II. 2. 3. Corn.: „post pilorum defluvium quartana febris non ultra annum." Itaque μετὰ μάδησιν ad § 11. retulit." Foës.: „non ante annum quartana desinit." Littréus: „la fièvre quarte ne cesse pas avant un an." Sed οὐ πρόσω non significat *non ante*. Quid quaeris? verba sensu cassa alius alio modo accipit et de suo explet, quia nemo ea intelligit. Poterisne certo affirmare τεταρταῖος hic esse febrem quartanam? ego non ausim. Neque certus esse potes ἐνιαυτοῦ integrum esse.

12. Ὦτα — ἐκπυήσιες.] Locum descripsi, quemadmodum fecit Littréus, excepto quod in fine ἐκπυήσιες dedi. Vulgata lectio est: Ὦτα τοῦ θέρεος ῥήξιες πεμπταίοισι. ἔστι δ' ὅτε καὶ μακρότερα τὰ παρὰ τὰ οὖλα καὶ αἱ κατὰ ῥῖνας ἐμπυήσιες. Initio in codd. 7. Parr. et apud Ald. ᾧ τά. Schol.: ἄλλος ἐστίν, inquit, ὁ λόγος οὗτος. ἔχει δὲ δύο γραφάς· ἢ γὰρ ὦτα, ἵνα δηλώσῃ τὰ ὠτία, ἢ ὡς (unus cod. ὦ) τὰ τ'οῦ

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 737 sur 880

©BIUM

ιγ'. Οἷσι ἐπὶ ὀδόντων ὀδύνη ἀπὸ ῥινὸς λεπτὰ ἔρχεται, τούτοισι ἀπὸ πεπέριος εὖ ἐνερεισθέντος παχύτερα τῇ ὑστεραίῃ ἔρχεται, ἢν καὶ τὰ ἄλλα μὴ κρατήσῃ. Ἡγησίππῳ γὰρ τὸ ὑπνικὸν ἐντεῦθεν οὐκ ἐκρατήθη, μᾶλλον δέ τι καὶ προεσκαλεύθη βιαιότερον.

ιδ'. ..... τὴν ἀπὸ κεφαλῆς ὀστέων φύσιν, ἔπειτα νεύρων καὶ φλεβῶν καὶ σαρκῶν καὶ τῶν ἄλλων χυμῶν καὶ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω κοιλιῶν καὶ γνώμης καὶ τρόπων καὶ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν γιγνομένων ὥρῃ τινὶ τὸ ἐπὶ πρωϊαίτερον τοῦ ἔτεος, οἷον ἐξανθήματα καὶ τὰ τοιαῦτα, ὁμοῖον τοῖσι καθ' ἡμέρην πρωϊαίτερον λαμβανομένοισι, ἢ ὀψιαίτερον.

13. Quibus e dentium dolore tenuia e nare procedunt, iis a pipere probe infixo crassiora postridie prodeunt, etiamsi reliqua non superet. Hegesippo enim somnolentia inde non superabatur; sed hic potius rudius antea scalptus fuerat.

14. *Locus corruptus.*

θέρεος. — Dein μακρότερον cod. H., μακροτέρως D.; in seqq. schol. τὰ περὶ τὰ οὖλα, quod non spernendum. Verba καὶ γλῶσσαν ἀποπτύει ἑβδομαίοισι, μάλιστα δέ apud schol. solum leguntur. Littréus: „on voit, inquit, par le comm. de Pall. qu'il a lu ἀποπτύει. Mais Jean dit que parmi les mss., les uns ont *exspuunt* ἀποπτύει et les autres *putrescunt* ἀποπυεῖ, qui vaut mieux." Itaque hoc exhibuit. De ἐκπυήσιες iam supra monui. Iam vero principium loci, sive ὦ τά, sive ὡς τά, sive ὥτα legamus, omni sensu qualicumque destituitur: in verbis ὥτα τοῦ θέρεος ῥήξιες πεμπταίοισι non habemus, nisi corruptelam fragmenti, quae qualis sit non apparet, quum de nexu verborum iudicium ferre nequeas. Non satis apparet, quo nexu cum his coniuncta fuerint quae sequuntur, ἔστι δ' ὅτε καὶ μακρότερα. Locus totus speciem refert partis descriptionis epidemiae, quae, quemadmodum saepius in his libris factum vidimus, in praecepti universalis formam mutata fuerit a nescio quo horum locorum descriptore et collectore. Eiusmodi autem loci lectio semper incerta; sed si bene habeat τὰ περὶ (ita enim cum schol. legere malim quam παρά) τὰ οὖλα καὶ γλῶσσαν ἀποπυεῖ ἑβδομαίοισι, — id, inquam, si bene habeat, incongruum est quod subiungitur; quin pone ἐκπυήσιες quaedam deficere videntur, quae non ad proxime antecedens, sed ad alia forte superiora spectaverint. Brevi locus partim sine dubio corruptus, partim incertam lectionem habet. Sitne forte ita edendum fragmentum: ..... τῶν παρὰ τὰ ὥτα τοῦ θέρεος ῥήξιες πεμπταίοισι· ἔστι δ' ὅτε καὶ μακρότερα· τὰ περὶ τὰ οὖλα καὶ γλῶσσαν ἀπεπύει ἑβδομαίοισι· μάλιστα δὲ καὶ αἱ κατὰ ῥῖνας ἐκπυήσιες .....?

13. οἷσι — βιαιότερον.] Vulgo οἷσι ἐπὶ ὀδόντων ὀδύνης ἀπὸ ῥινὸς λεπτὰ ἔρχεται. — Schol. οἷσι ἀπὸ ὀδόντων ὀδύνη, ἢ ἀπὸ ὀφρύος λεπτὰ ἔρχεται. Pro λεπτά unus cod. πολλά. — Equidem vellem scire, num quis λεπτά a supercilio provenire viderit: sed si ad sequens ἐνερεισθέντος advertas mentem, mirum etiam videbitur supercilio ἐνερεισθῆναι piper: ne nugemur! corruptum est ὀΦρύος e ῥινός, quod sine dubio revocandum. Vulgo dein ἐνεργασθέντος, sed Foës. Latine etiam expressit codd. lect. ἐνερεισθέντος, quae in Edd. antt. ἐνεργασθέντος scripta est solita confusione diphthongi ει et literae α, unde inserto γ falsa correctione vulgata nata: itaque cum Littréo sine dubio ἐνερεισθέντος est scribendum. In Hegesippi exemplo vulgata habet Ἡγησίππῳ γὰρ τὸ ὑπνικὸν ἐντεῦθεν οὐκ ἐκράτησε. — Sed pro ἐντεῦθεν ἐντεθέν Lind., Littr., quorum hic id legit in codd. C. H. Interpretes nempe omnes τὸ ὑπνικόν intellexerunt de remedio somnifero, non animadvertentes, quam inepte haec cum superioribus coniungantur, si h. l. de alio remedio qualicumque quam de pipere sermo sit. Sed falluntur: τὸ ὑπνικόν est *somnolentia* et ἐντεῦθεν respicit ad curationem per piperi in nares immissionem; iam vero οὐκ ἐκράτησε librariorum errore scriptum fuit pro οὐκ ἐκρατήθη, quod de meo reposui. — Sic demum omnia recte intelliguntur: Hegesippo ruditer nares scalpserat medicus, hinc τὸ ὑπνικόν, quod curare voluerunt pipere scilicet naribus intruso, sed hoc remedio τὸ ὑπνικὸν οὐκ ἐκρατήθη. — In postremis vulgo ἀλλὰ μᾶλλον, sed Littréus e cod. C. μᾶλλον δέ τι, quod item recipio, quamquam correctio istius libri descriptoris videtur. Vulgo προσεσκαλέσθη, sed libri quatuor Parr. προσεσκαλεύθη, quod cum Littréo recipio, excepto quod προεσκαλεύθη praefero, quum credam ipsum illud προσκαλευθῆναι causam fuisse τοῦ ὑπνικοῦ in aegrotante. Ipse Littr. etiam laudat verba Palladii προεσκάλευσε γὰρ ὁ ἰατρὸς περιχαρακτῆρι τὸν ὀδόντα et inde προεσκαλεύθη legi posse monet. Ceterum non credo cum Paladio τὸν ὀδόντα scalptum fuisse, sed nares. — Ne temere τὸ ὑπνικόν de sopore intelligere videar, dicam Littréum vertendo ἢν καὶ τὰ ἄλλα μὴ κρατήσῃ „pourvu que les autres accidents ne l'emportent pas" ἢν καί non recte exprimere, et τὰ ἄλλα non esse subiectum, sed obiectum verbi κρατήσῃ. Omnia haec perspicua fient, si animadvertes, quod supra iam dixi in Hegesippi exemplo, quod cum monitu universali antecedente arcte cohaeret, non esse posse sermonem de remedio alio, quam de quo in praecepto illo universali locuti erant.

14. .... τὴν ἀπὸ κεφαλῆς — ὀψιαίτερον.] ἀπὸ τῆς κεφ. schol.; νεύρων, Φλεβῶν schol.; καὶ τρόπων καὶ γνώμης idem; γιγνομένων schol. γινομένων cett. τότ' ἐπὶ πρωΐτερον vulg. τό cod. C., tum πρωϊαίτερον variis modis in libris corruptum, quemadmodum mox ὀψίτερον vulg. pro ὀψιαίτερον apud schol. et in uno cod. K. — Hic locus fragmentum est, cuius principium deficit, adeo ut nescias quorsum tendat oratio: sed praeterea corrupta sunt nonnulla, forte etiam lacunosa. Locum quidem pro desperato demitto; lubet tamen corruptelam notare; τὴν ἀπὸ κεφαλῆς ὀστέων φύσιν corruptum videtur; corruptum καὶ σαρκῶν καὶ τῶν ἄλλων χυμῶν, — in superioribus τῶν χυμῶν nulla facta mentio est, quid igitur τῶν ἄλλων χυμῶν? Excidit forte aliquid. Postrema καὶ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν — ἢ ὀψιαίτερον ita se habent ut de iis nihil intelligas; aptus nexus verborum et membrorum periodorum deëst.

..... ὡσαύτως τὸ ἐπίχολον καὶ ἔναιμον σῶμα μελαγχολικὸν, μὴ ἔχον ἐξαρύσιας.

ιε'. Λυκίῃ τὰ ὕστατα σπλὴν μέγας, ὀδυνώδης [ἐν] τῇ τετάρτῃ, ἢ τῇ πέμπτῃ.

ΤΜΗΜΑ ΕΒΔΟΜΟΝ.

α'. Βῆχες ἤρξαντο περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινὰς ἢ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ, ἢ εἰκοστῇ ἡμέρῃ ἐκ μεταβολῆς πυκνῆς νοτίων καὶ βορείων καὶ χιονωδέων· ἐκ τούτων τὰ μὲν βραχύτερα, τὰ δὲ μακρότερα ἐγένετο καὶ περιπνευμονικὰ συχνὰ μετὰ ταῦτα. Πρὸ ἰσημερίης αὖτις ὑπέστρεφε τοῖσι πλείστοισι ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ τεσσαρακοσταίοισι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς· καὶ τοῖσι μὲν βραχέα πάνυ καὶ εὔκριτα ἐγένετο, τοῖσι δὲ φάρυγγες ἐφλέγμηναν, τοῖσι δὲ κύναγχαι, τοῖσι δὲ παραπληγικὰ, τοῖσι δὲ νυκτάλωπες, μᾶλλον δὲ παιδίοισι· περιπνευμονικὰ δὲ πάνυ βραχέα ἐγένετο. Νυκτάλωπες μὲν οὖν οὐδὲν βήξασι τὸ ὕστερον, ἢ πάνυ βραχὺ, ἀντὶ τῆς βηχὸς ἐγένοντο, φάρυγγες δὲ βραχέαι, μᾶλλον δὲ νυκτά-

..... similiter corpus biliosum et sanguine redundans atram bilem gignit, nisi effluvia habeat.

15. *Fragmentum est loci.*

Sectio Septima.

1. Circa brumam decimo quinto aut vigesimo die ex crebra australium ac borealium ventorum nivosorumque temporum mutatione tusses coeperunt, quae quidem partim breviores, partim vero longiores exstiterunt, postea quoque crebrae pulmonum inflammationes contigerunt. Dein ante aequinoctium plerisque reversiones fiebant, quadragesimo ut plurimum ab initio die. Et nonnullis quidem breves admodum ac iudicatu faciles exstiterunt, quibusdam vero faucium inflammationes aderant, aliis anginae, quibusdam etiam partium siderationes, aliis quoque, praecipue vero pueris, nocturnae caecitates, nyctalopes vocant, eveniebant; pulmonis autem inflammationes paucae admodum fuerunt. Nocturnae igitur caecitates iis, qui postea non

.... ὡσαύτως — ἐξαρύσιας.] Apud schol. ὡσαύτως ad finem superioris periodi refertur: in vulg. non, neque Littréus eò retulit. Mihi quoque huc potius quam illuc pertinere videtur, sed, nisi iam alia praeterea corruptela lateat, indicio est locum nostrum esse fragmentum, cuius prior aliqua pars, ad quam ὡσαύτως spectet, perierit. Pro ἔναιμον, schol. ὕφαιμον. Postremum vocabulum a Littréo emendatum est e Gloss. Gal. ἐξάρυσις· ἀπάνθλησις; vulgo ἐξερρώσιας, alii libri ἐξαρύσιας. Gal. ad Ep. II. 3. 25. citat ἐξερρύσιας, sed unice verum est, quod Littréus exhibuit.

15. Λυκίῃ — πέμπτῃ.] Vulgo Λυκίνῳ, varr. lectt. praebent Λυκίνῃ, Λυκινίῃ, itaque Littréus conferens Ep. II. 2. 22. dedit Λυκίῃ, quem sequor. Quod ad reliquas varr. lectt. attinet, nonnulli libri πλήν pro σπλήν vitiose. Vulgatum μέλας error scribae est, schol. quod verum est habet et Lind. dudum dedit, Corn., Foës., Latine expresserunt. Cod. C. καὶ τῇ πέμπτῃ. Si compares Ep. II. 2. 22. fere nescis an numeri re vera huc pertineant, quin potius in contrariam opinionem inclines. In his ἐν uncis intercepi, quum sine dubio sit insiticium; forte etiam τῇ τετάρτῃ, ἢ πέμπτῃ a superioribus lacunae signis interpositis seiungendum; forte ex toto delendum, utpote ortum fortasse e numeris principio sectionis 7^ae^ obviis.

1. τμῆμα ἑβδ.] Hanc inscriptionem in mss. Parr. se non vidisse testatur Littr.

καὶ βορείων.] καὶ βορείων πνευμάτων schol. Glossa igitur adscripta olim in textum irrepsit.

μακρότερα ἐγένετο.] Sic unus cod. D. vulgo ἐγίνετο, schol. ἐγίγνετο.

ὑπέστρεφε τοῖσι πλείστοισι — τεσσαρακοσταίοισι.] In his τοὺς πλείους — τεσσαρακοσταίους vulg. Littr. πλείστους dedit e codd. aliquot et schol. Verum ineptus est h. l. accusativus, auctor dativum scripsit, quem restitui. Schol. et cod. C. αὖτις, quod recepit Littr.

βραχέα πάνυ.] Schol. et codd. Parr. πάνυ βραχέα.

καὶ εὔκριτα ἐγένετο.] Sic cod. C. Vulgo ἐγίνετο, schol. ἐγίγνετο. — E schol. textu καὶ εὔκριτα excidit.

Νυκτάλωπες μὲν οὖν — μᾶλλον δὲ νυκτάλωπες.] Vulgata habet φάρυγγες δὲ βήξασι τὸ ὕστερον ἢ πάνυ βραχὺ ἀντὶ τῆς βηχὸς ἐγένοντο. φάρυγγες δὲ βραχέαι, μᾶλλον δὲ νυκτάλωπες. Sed Littréus in cod. C. reperit νυκτάλωπες μὲν οὖν οὐδὲν βήξασι, quam lect. verbis schol. p. 182. firmari dicit, ita ut hic eandem lectionem secutus illi videatur, quod mihi dubium, certe si Pall. lect. illam viderit, eam minus bene intellexit. Credo potius illius lectionem, quam ipse l. l. verbis φησὶ γὰρ ὅτι νυκτάλωπες οὐ πάνυ ἐγίνοντο τοῖς βήξασι ὕστερον describit et quam p. 183. repetit verbis νυκτάλωπες οὐκ ἐγίνοντο τοῖς βήξασι ὕστερον, fuisse eandem, quam e Joanne Alex. citat Littréus: „*nyctilopes quidem non tussiverunt postremo.*" Caput tamen rei est νυκτάλωπες pro φάρυγγες vulgatae legendum esse, qua in re cum Littréo prorsus consentio. Sed de postremis periodi verbis ab eo dissentiendum est: nempe e cod. C. et schol. μᾶλλον δὲ νυκταλώπων dedit, pro μᾶλλων δὲ νυκτάλωπες, — cuius rei causam adfert sequentem: „ce qui me semble devoir decider pour le genitif, c'est *ἰδρύετο* p. 334. l. 7., verbe qui indique persistance et durée." In interpretatione Gallica vero scripsit: „les maux de gorge peu intenses et moins que les nyctalopies." Itaque contrarium exprimit eius quod Graece dederat. Sed praeterea in adn. βραχέαι de

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 739 sur 880

©BIUM

λωπες. Κυνάγχαι δὲ καὶ παραπληγικὰ ἢ σκληρὰ καὶ ξηρὰ βήσσουσι, ἢ σμικρὰ καὶ ὀλιγάκις ἀνάγουσι πέπονα, ἔστι δ' οἷσι καὶ κάρτα. Οἱ μὲν οὖν ἢ φωνῇσι πλέον ταλαιπωρήσαντες, ἢ ῥιγώσαντες ἐς κυνάγχας μᾶλλον ἐτελεύτων. Οἱ δὲ τῇ χειρὶ πονήσαντες ἐς χεῖρας μοῦνον παραπληγικοὶ, οἱ δ' ἱππεύσαντες ἢ πλείω ὁδοιπορήσαντες, ἢ ἄλλο τι τοῖσι σκέλεσι ταλαιπωρήσαντες, τούτοισι δὲ ἐς ὀσφὺν ἢ σκέλεα ἀκρασίαι παραπληγικαὶ, ἢ καὶ ἐς μήρους καὶ κνήμας κόπος καὶ πόνος· σκληρόταται δὲ καὶ βιαιόταται αἱ ἐς τὰ παραπληγικὰ ἄγουσαι. Πάντα δὲ ταῦτα ἐπὶ τῇσι ὑποστροφῇσι ἐγένετο, ἐν ἀρχῇσι δὲ οὐ μάλα. Πολλοῖσι δὲ τούτων ἀνῆκαν μὲν αἱ βῆχες ἐν τῷ μέσῳ, ἐξέλιπον δὲ τελέως οὔ· ἀλλὰ ξυνῆψαν τῇ ὑποστροφῇ. Οἷσι φωναὶ ἀπερρήγνυντο ἐς τὸ βηχῶδες, τούτων οἱ πλεῖστοι οὐδὲ ἐπυρέτηναν, οἱ δέ τινες βραχέα· ἀτὰρ οὐδὲ περιπνευμονικὰ ἐγένετο τούτων οὐδενὶ, οὐδὲ παραπληγικὰ, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ἐπεσημάνθη, ἀλλὰ τῇ φωνῇ μούνῃ ἐκρίνετο. Τὰ δὲ νυκταλωπικὰ ἱδρύετο, ὡς καὶ τὰ ἐξ ἄλλων προφασίων γενόμενα· ἐγένετο δὲ τοῖσι παιδίοισι μάλιστα, ὀμμάτων δὲ

tussiverunt aut perparum, pro tussi fiebant, faucium vero inflammationes paucae contigerunt, plures vero nocturnae caecitates. Anginae autem et partium siderationes aut tussi dura et sicca vexatis, aut parva et matura raro educentibus, nonnullis vero etiam magnopere. Qui igitur plus voce laborabant, aut rigore corripiebantur, iis tusses in anginas potissimum desinebant. Qui vero manu laborem peregerunt, manuum tantum resolutiones habuerunt; qui vero equitarunt, aut plurimum viae confecerunt, aut alioqui crura defatigarunt, iis lumborum aut crurum impotentiae ex resolutione obortae sunt, aut etiam femorum ac tibiarum lassitudo ac dolor. Durissimae autem et vehementissimae tusses erant, quae ad partium siderationes deducebant. Ista quidem omnia in reversionibus fiebant, per initia vero non admodum. Atque horum plerisque tusses in medio remiserunt, nec tamen penitus cessarunt, sed ad reversionem usque perseverabant. Quibus vero vox tussi abrumpebatur, eorum plurimi ne febricitabant quidem, nonnulli vero paululum. Sed neque pulmonis inflammationes, neque partium siderationes horum cuiquam contingebant, neque

brevi tempore persistentibus accipit; in versione „peu intenses" exhibet. Ego vero βραχέαι h. l. de temporis brevitate non dici certum iudico; usurpatur hic de parvo numero istorum morborum. Si velis de morbi levitate accipere, credo de vero te aberrare, sed de brevitate certo certius hic sermo non est; itaque vulgata servanda μᾶλλον δὲ νυκτάλωπες. Ceterum in hac periodo ἐγένοντο de meo pro ἐγίνοντο scripsi.

κυνάγχαι δὲ καὶ παραπληγικὰ, ἢ σκληρὰ καὶ ξηρὰ βήσσουσι, ἢ σμικρὰ καὶ ὀλιγάκις ἀνάγουσι πέπονα, ἔστι δ' οἷσι καὶ κάρτα.] Vulgata lectio est: κυνάγχαι δὲ καὶ παραπληγικὰ (cod. C. παραπληκτικά) ἢ σκληρὰ καὶ ξηρὰ, ἢ σμικρὰ καὶ ὀλιγάκις ἀνάγουσαι πέπονα, ἔστι δ' οἷσι καὶ κάρτα. — Primum dicam hic ἀνάγουσαι ortum esse e dativo participii ἀνάγουσι; tum vero ἢ σκληρὰ καὶ ξηρὰ ἀνάγουσαι perperam iungi ab interpretibus, quum manifesto exciderit βήσσουσι, ut dicat auctor ἢ σκληρὰ καὶ ξηρὰ βήσσουσι; infra σκληρόταται δὲ καὶ βιαιόταται manifesto ad τὰς βῆχας est referendum. Iam vero in hac § habemus coniuncta de tussi h. l. σκληρὰ καὶ ξηρά et infra σκληρόταται καὶ βιαιόταται. De βὴξ σκληρή dubitavi in adn. ad Coacam 424. — Ut aliquid darem Latine *dura* scripsi, sed non satis video quid differant σκληρά et ξηρά βήσσειν, eo minus, quum h. l. σκληρά de tussis vehementia, ξηρά de sputorum absentia accipi posse crederem, sed quominus faciam vetat infra obvium σκληρόταται καὶ βιαιόταται, ubi σκληρόταται non alia notione quam *tussis siccae* ponitur. Primum decreveram solum ἢ ξηρὰ βήσσουσι h. l. scribere et infra σκληρόταται in ξηρόταται mutare; sed sunt alii libri, ubi βὴξ σκληρή item legitur, itaque facere non audeo, sed non certus sum non librariis talia deberi.

ἢ φωνῇσι.] τῇ φωνῇ schol. Mox πλέω pro πλέον codd. Parr. tres. In huius periodi fine pro ἐτελεύτων cod. C. ἐτρέποντο.

ὁδοιπορήσαντες.] Ὁδὸν πορευόμενοι schol., quod etiam in cod. C. vidit Littréus.

τούτοισι δὲ ἐς ὀσφύν.] In his δέ om. cod. C. et Lind. De servando vere monet Littréus, qui ἀκρασίαι παραπληγικαί reddit „intemperies paralytiques," minus recte nam ἀκρασία hic est ἀκράτεια.

ἀλλὰ ξυνῆψαν τῇ ὑποστροφῇ.] Vulgo συνῆσαν, unus cod. D. συνῆκαν; hoc quidem nemo prae vulgata praetulerit, sed haec ipsa quoque vitiata est: tusses enim etiam τῇ ὑποστροφῇ ξυνεῖναι potuissent, si intermisissent, sed non intermiserunt et ad reversionem usque perseverarunt; itaque ξυνῆψαν scriptum fuit, non ξυνῆσαν.

οὐδὲ ἐπυρέτηναν.] Sic schol. et cod. C. ἐπυρέταινον cett.

ἐπεσημάνθη.] Sic cum Littréo scripsi e schol. pro vulg. ἐσημάνθη. — Non certus sum non latere vitium; forte ἐπεσήμαινε, aut ἐπεσήμηνε scriptum fuit.

ἀλλὰ τῇ φωνῇ μούνῃ ἐκρίνετο.] ἐν τῇ φ. vulgo, otiosam praepositionem repudio; schol. in vulgata om. μούνῃ.

ἐγένετο δὲ τοῖσι παιδίοισι μάλιστα.] Cett. ἐγένετο δὲ νυκταλωπικὰ τοῖσι π. μ. — Sed νυκταλωπικά hic otiose a librariis e proxime antecedentibus repetitum fuit, ita ut confidenter delerem.

ὀμμάτων δὲ τὰ μέλανα ὑποποίκιλα ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.]

τὰ μέλανα, ὑποποίκιλα ὡς ἐπιτοπουλύ· μεγαλόφθαλμοι δὲ μᾶλλον καὶ οὐ σμικρόφθαλμοι καὶ ἰβύτριχες οἱ πλεῖστοι καὶ μελανότριχες. Γυναῖκες δὲ οὐχ ὁμοίως ἐπόνησαν ὑπὸ τῆς βηχὸς, ἀλλ' ὀλίγαι τε ἐπυρέτηναν καὶ τούτων πάνυ ὀλίγαι ἐς τὸ περιπνευμονικὸν ἦλθον καὶ αὗται πρεσβύτεραι καὶ πᾶσαι περιεγένοντο. Ἠτιώμην τοῦτο, — καὶ τὸ μὴ ἐξιέναι ὁμοίως ἀνδράσι καὶ ὅτι οὐδ' ἄλλως ὁμοίως ἀνδράσι ἁλίσκονται. Κυνάγχαι δὲ ἐγένοντο μὲν καὶ ἐλευθέρῃσι δισσῇσι, καὶ αὗται τοῦ εὐηθεστάτου τρόπου· περισσοτέρως δὲ δούλῃσι· ὅσῃσί τε ἐγένοντο βιαιόταται καὶ ταχύτατα ἀπώλλυντο. Ἀνδράσι δὲ πολλοῖσι ἐγίγνοντο καὶ οἱ μὲν διέφυγον, οἱ δὲ ἀπώλλυντο. Τὸ δὲ ξύμπαν οἱ μὲν μὴ δυνάμενοι καταπίνειν μοῦνον, πάνυ εὐήθη καὶ εὔφορα· οἱ δὲ καὶ διαλεγόμενοι πρὸς τούτοισι ἀσαφέως, καὶ ὀχλωδέστερα καὶ χρονιώτερα· οἵσι δὲ καὶ αἱ φλέβες αἱ περὶ κρόταφον καὶ αὐχένα ἐπῄροντο, ὑποπόνηρα· οἵσι δὲ καὶ πνεῦμα ξυνεμετεωρίζετο, κάκιστον· οὗτοι γὰρ καὶ ἐπεχλιαίνοντο. Ὡς γὰρ γέγραπται, οὕτως αἱ ξυγκλῆρίαι τῶν παθημάτων ἦσαν· τὰ μὲν πρῶτον γεγραμμένα καὶ ἄνευ τῶν ὕστερον γεγραμμένων ἐγένετο, τὰ δ' ὕστερον οὐκ ἄνευ τῶν πρότερον· τάχιστα δ' ἔθνησκον, ὅτ'

aliud quidquam de se significationem edidit, verum voce sola iudicio decernebantur. Nocturnae autem caecitates confirmabantur, sicuti quae ex aliis causis oriebantur, eaeque pueris maxime contingebant, ex oculis vero nigri, subvarii plerumque, quin magnos oculos potius quam parvos habentes et plurimi passis et nigris capillis afficiebantur. Ceterum mulieres non aeque ac viri tussi conflictabantur, sed paucae etiam febricitarunt, earumque paucissimae ad pulmonis inflammationem devenerunt, eaeque grandes natu et omnes evadebant. Cuius rei causam existimabam, quod non perinde atque viri in publicum prodibant et quod nequaquam pariter ac viri morbis tentantur. Anginae autem liberis quidem duabus obortae sunt, eaeque mitissimae; servis vero exuberabant et quibus contingebant vehementissimae erant eaeque celerrime peribant. Viris quoque multis obtigerunt atque hi partim quidem evaserunt, partim vero perierunt. In summa iis quidem, qui deglutire solum non poterant, mites admodum et toleratu faciles erant; qui vero praeter haec etiam obscurius loquebantur, iis tum molestiores, tum diuturniores fuerunt. Aliquantum etiam malae erant, quibus etiam venae circa tempora et cervicem in tumorem attollebantur. Pessimae vero

Edi solet: ὀμμάτων δὲ τὰ μέλανα, ὑποποίκιλα, ὅσα τὰς μὲν κόρας σμικρὰς ἔχει, τὸ δὲ ξύμπαν μέλαν ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ. Certum est ὅσα τὰς μὲν κόρας σμικρὰς ἔχει, τὸ δὲ ξύμπαν μέλαν esse glossam ad ὀμμάτων δὲ τὰ μέλανα, — itaque e textu exemi scholion hoc. Operae pretium est cum h. l. contulisse Arist. de Gener. anim. V. 1. τὴν αὐτὴν δὲ αἰτίαν οἰητέον καὶ τοῦ τὰ μὲν γλαυκὰ, μὴ εἶναι ὀξυωπὰ τῆς ἡμέρας· τὰ δὲ μελανόμματα τῆς νυκτός, et paulo post ibid. τὸ μὲν γὰρ γλαύκωμα γίνεται μᾶλλον τοῖς γλαυκοῖς· οἱ δὲ νυκτάλωπες καλούμενοι τοῖς μελανοφθάλμοις. Et porro ὁ δ' αὖ νυκταλώπηξ, ὑγρότητος πλεονασμός· διὸ τοῖς νεωτέροις γίνεται μᾶλλον· ὑγρότερος γὰρ ὁ ἐγκέφαλος ὁ τούτων. — Puto in his falsas esse opiniones, quemadmodum ipse hic locus observatione opinione praeiudicata facta niti videtur; sed videmus certe opinionem illam apud veteres invaluisse. Verum non satis capio ὑποποίκιλα; potest ad τὰ μέλανα spectare, sed dixerim duas oculorum species significari, nisi forte ὑποποίκιλα dicantur τὰ μέλανα ὄμματα, quia semper tamen inter iridem et pupillam coloris quaedam diversitas est. Hic haereo. Cogitavi num ὑποποίκιλα ad ipsas affectiones oculorum spectare possit, sed neque hoc probabile. Ex his me non expedio.

ἰβύτριχες κ. τ. λ.] Cum his cf. Ep. I. § 17. ἰβύτριχες, μελανότριχες, μελανόφθαλμοι.

ἠτιώμην τοῦτο, — καὶ τὸ — καὶ ὅτι.] Notandum in his καὶ τὸ — καὶ ὅτι — ἁλίσκονται hic esse epexegesin illius τοῦτο. — Vulgo in postremis καὶ ὅτι οὐδαμῶς ἀνδράσι ἁλίσκονται. Illud οὐδ' ἄλλως pro οὐδαμῶς dedit Littréus e scholiastae textu; omnino consentio.

ἀνδράσι δὲ πολλοῖσι ἐγίγνοντο.] Sic schol.; vulgo ἐγίνοντο. Paulo superius in ὅσῃσί τε ἐγένοντο dedi aor. e multis codd. Parr., ceteris imperfectum habentibus.

οἱ δὲ ἀπώλλυντο.] Schol. οἱ δὲ ἄλλοι ἀπώλλυντο.

οἱ μὲν μὴ δυνάμενοι καταπίνειν.] Negatio μή in vulg. abest; legitur autem in scholiastae textu, in mss. Parr. eam vidit Littr. et item exhibuit; Calvus, Corn., Foës. Latine expresserunt.

ἀσαφέως.] Unus cod. ἀσαφέα. Schol. om. καί ante ὀχλωδέστερα.

οἵσι δὲ καὶ αἱ φλ. αἱ περὶ κροτ. καὶ αὐχ. ἐπῄροντο.] In his articulum pone καί de meo adscripsi.

τὰ μὲν πρῶτον γεγρ.] Sic Littréus cum schol., vulgo τὰ μὲν πρῶτα γεγρ. Cum hisce cf. Ep. I. § 10. ἐγένετο δὲ τούτοισι ταῦτα οὐκ ἄνευ τῶν πρῶτον γεγραμμένων· τὰ δὲ πρῶτον πολλοῖσι ἄνευ τούτων. Manifesto in hoc fragmento habemus orationem ad imitationem sermonis in Ep. I. et III. observati expressam. Ego loco nostro de meo ἐγένετο dedi pro imperfecto.

ἄνευ τῶν πρότερον.] Sic recte Littr. e mss. pro vulg. ἄνευ τῶν προτέρων, nempe ad πρότερον e superioribus γεγραμμένων subintelligendum.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 741 sur 880

©BIUM

ἐπερριγώσειαν πυρετώδεϊ ῥίγεϊ. Τούτους οὐδὲ ἀναστάσι πιεζομένους οὐδὲν ἄξιον λόγου ὠφέλει, οὔτε γαστρὸς ταραχὴ, οὔτε φλεβοτομίη, ὅσα ἐπειράθην· ἔταμον δὲ καὶ ὑπὸ γλῶσσαν· οὓς δὲ καὶ ἄνω ἐφαρμάκευσα. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ διὰ παντὸς ἐν τῷ θέρεϊ, ὡς δὲ καὶ τὰ ἐπιρρηγνύμενα πάμπολλα, πρῶτον μὲν ἐν τοῖσι αὐχμοῖσι ὀφθαλμίαι ἐπεδήμησαν ὀδυνώδεες .....

β'. * Αἵματος φλεβῶν στάσιες, λιποθυμίη, σχῆμα, ἄλλη ἀπόληψις, μοτώματος ξυστροφὴ, πρόσθεσις, ἐπίδεσις.

Ἐβουβωνοῦτο τὰ πλεῖστα, διότι ἡπατῖτις· ἦν δὲ καὶ ἀπὸ ἀρτηρίης κακωθείσης κακὸν σημεῖον, οἷον Ποσειδωνίῃ.

quibus etiam una spiratio sublimis erat, hi namque etiam incalescebant. Ac veluti scriptum est, ita affectuum concursus fortuiti se habebant. Qui quidem primum descripti sunt etiam sine posterioribus contingebant, qui vero posterius non sine prioribus. Celerrime interibant ubi cum febre subinde rigore correpti essent. Ne hos quidem desidendi labore vexatos neque ventris profluvium, neque venae sectio iuvit, quantum experiebar. Incidi etiam venam sub lingua et quosdam e superioribus partibus purgavi. Atque haec quidem etiam omnino aestate contigerunt, veluti etiam quae proruperunt plurima; ac primum quidem per squalores lippitudines cum dolore populariter grassatae sunt .....

2. *De locis his corruptis vid. adnn.*

τούτους οὐδὲ ἀναστάσι πιεζομένους οὐδὲν ἄξιον λόγου ὠφέλει. οὔτε γαστρὸς ταραχὴ, οὔτε φλεβοτομίη, ὅσα ἐπειράθην.] Haec verba mihi non ab omni parte perspicua sunt. Quid ἀνάστασις sit, et unice verum esse h. l. ἀνάστασις, non ἀνάτασις facile perspicimus. Sed quid est ἀναστάσι πιεζομένους? puto eum velle diarrhoea laborantes, quos quidem ista γαστρὸς ταραχή non iuvit. Verum ὅσα ἐπειράθην si conferam cum οὓς δὲ καὶ ἄνω ἐφαρμάκευσα, dixerim illud ἀναστάσι πιέζεσθαι et illam γαστρὸς ταραχήν non fuisse motus spontaneos, sed arte, i. e. remediis purgantibus, provocatos fuisse.

ἔταμον δὲ καὶ ὑπὸ γλῶσσαν.] Schol. ἔταμον δὲ ἀγκῶνα καὶ ὑπὸ γλῶσσαν.. Idem mox καί om. ante ἄνω ἐφαρμάκευσα.

ἐν τοῖσι αὐχμοῖσι.] ἐπὶ τοῖσι ἀ. Schol.

ὀδυνώδεες.] Lacunam h. l. notavi, quia fragmentum loci est, qui abrumpitur.

2. αἵματος φλεβῶν στάσιες κ. τ. λ.] Schol. αἵματος ἐκ φλεβῶν τάσιες. Lind. αἵματος φλεβῶντος στάσιες; de his mox plura, pergo iam ad reliquam varietatem lectionis. Ἄλλη ἀπόληψις in duobus libris in margine adponitur, in tribus quatuorve omittitur. Me iudice ἄλλη ἀπόληψις est omnino πρόγραμμα in margine olim adpositum ad seqq. μοτώματος ξυστροφή κ. τ. λ. Pro ἐπίδεσις cod. C. ἐπίβεσις, ἐπίπλασις. Redeo iam ad loci principium et describo locum e Gloss. Galeni, ubi αἱματοφλοιβοιστάσιες) οὕτως μὲν οἱ περὶ τὸν Διοσκουρίδην γράφουσι, τὰς ἐπισχέσεις τοῦ ὑπεροιδοῦντος αἵματος ἡγούμενοι δηλοῦσθαι, ὅτι καὶ ἀλλαχοῦ φησιν ἐν τῇσι φλεξούσῃσι αἱμορραγίῃσι σχῆμα εὑρετέον. Οἱ πλείους μέντοι γράφουσι αἱματοφλεβοιστάσιες καὶ δηλοῦσθαι νομίζουσι ἐκ τοῦ ὀνόματος τὰς πλήρεις αἵματος κεκυρτωμένας φλέβας. De hoc loco videantur Foës. in Oecon., Schneid. in Lex. — Contulerunt locum ex Ep. II. 3. 14., quem Gal. respicit. Priore glossarii loco Schneiderus consentienter cum Foës. αἱματοφλυζοστάσιες legere vult: altero vero: „αἱματοφλεβοιδήσιες, das Stillen oder Zurückhalten der aufgeschwollenen Blutadern." — Posterius hoc tamen num ipse Schneiderus intellexerit, magnopere dubito. De his sic sentio: certum est loco ex Ep. II. similia quaedam hisce respici. Medicos veteres non iocantes, sed serio res tractantes eiusmodi composita, qualia apud Aristophanem, comicos alios, in usu fuerunt ut risum moverent, usurpavisse iterum iterumque nego: De ῥινοχυγραφηθεῖσα iam dixi supra ad § 4. sect. 6. — Potius credo descriptores in causa esse, sive ipsi faceti esse voluerint, sive decepti fuerint compendiis scripturae, vel vocabulorum terminationibus evanidis. — Equidem puto scriptum fuisse:

Αἵματος φλύζοντος στάσιες· λιποθυμίη, σχῆμα, μοτώματος ξυστροφὴ, πρόσθεσις, ἐπίδεσις.

Nomen στάσιες transitivam vim h. l. habet: ἄλλη reiicio pro emblemate recentiore, sed accurate ἀπόληψις dicitur ἡ τοῦ μοτώματος ξυστροφὴ, πρόσθεσις, ἐπίδεσις, quum λιποθυμίη, σχῆμα non sint sanguinis ἀπολήψιες, sed στάσιες, quod nomen, quum latius pateat, ad linamenti usum etiam referri potuit. — Iam puto omnia plana esse.

ἐβουβωνοῦτο — Ποσειδωνίῃ.] Schol. βουβωνοῦται τὰ πλείω, item cod. C.: plures alii libri etiam τὰ πλείω. Tum vulgo ἦν, sed ἦν dedi cum Littréo ex Ald. et codd. 5.; Lind. item dederat. Vulgo οἷως Π. sed Lind. οἷον dedit, idemque in cod. C. vidit Littréus, sed non exhibuit. Veteres interpretes hic valere iubeo; nihil ex iis proficis. Fragmentum descriptionis epidemiae locus referre videtur: in eo autem διότι ἡπατῖτις alii de iecoris infl., alii de vena hepatica intellexerunt; forte horum interpretatio melior, quia ἡπατῖτις de morbo iecoris in his Epidd. spuriis non occurrit. Ceterum non

Οἱ αἱμορραγέοντες τελευτῶντες οὐκ ἐφίδρωσαν μέτωπον, ἀλλ' οἷα ξυμπεπτωκότες· καὶ οἱ πνευματίαι καὶ οἱ ὑπὸ ὑδρώπων ὀλλύμενοι, πονηρόν.

Τῶν γαστέρων αἱ εὐφορίαι ταραχὴν φέρουσι, οἷον Ποσειδωνίῃ· καὶ τὰ θηρία οἷα ἐνεποίει· ἐν τῷ λεπτυσμῷ ἡ περίτασις πρὸ τῆς τελευτῆς καὶ ὁ ὀμφαλὸς πρόμακρος εἱλκύσθη αὐτῇ καὶ οὔλων ἐφελκώσιες τῶν ἐπιόντων ἐπὶ ὀδόντα.

γ'. Ὅτι πολλὰ περὶ ἑκάστου ἔστι ὀρθῶς ἐντείλασθαι τὰ μὲν ταὐτὰ δυνάμενα, τὰ δὲ οὔ· οἷά ἐστι τὰ τοιάδε· — διαχυθῆναι πιληθέντα καὶ ἐξαχθῆναι, καὶ σκληρυνθέντα πεπανθῆναι καὶ ὅπη κλίνει διώσασθαι.

3. Quod multa de unaquaque re recte praecipi possunt, quae partim quidem idem efficere valent, partim non. Qualia sunt huiusmodi: dissipare densata et educere et indurata maturare et quorsum inclinent protrudere.

intelligo nostrum ὅτι ἡπατῖτις: in mentem revocavit locum Aretaei p. 35. Ed. nostrae βουβῶνες μὲν οἱ λοιμώδεες ἥπατος (ἐξάπτονται). Verbis ἀρτηρίης κακωθείσης quin aspera arteria respiciatur nullus dubito. De κακὸν σημεῖον nihil affirmo, facile esse potest alienum emblema, quo quis fragmentum explere voluerit. Nec magis certus sum de οἷον Ποσειδωνίῃ, quod infra iterum legitur et quod num ad alterutrum locum, an ad neutrum, an ad utrumque pertineat, non discerno. Fortasse fragmentum ita edi debet:

..... ἐβουβωνοῦτο τὰ πλεῖστα, διότι ἡπατῖτις· ἦν δὲ καὶ ἀπὸ ἀρτηρίης κακωθείσης .....

Fragmentum, uti dicere coeperam, est descriptionis epidemiae, quod quum nimis e nexu suo sit divulsum, non intelligimus.

οἱ αἱμορραγέοντες — πονηρόν.] Vulgo αἱμορραγοῦντες; Ionismum Littréo praebuit cod. C.; τραυματίαι Ald. et cod. G.; monet autem Pall.: καὶ οἱ πνευματίαι. τοῦτον τὸν λόγον ἐξέβαλεν ὁ Γαληνός. Vulgo οἱ ὑπὸ ἱδρώτων, sed Littr. e schol. οἱ ὑπὸ ὑδρώπων scripsit. Equidem puto nos hic fragmentum habere epidemiae descriptionis:

....., οἱ αἱμορραγέοντες τελευτῶντες οὐκ ἐφίδρωσαν μέτωπον, ἀλλ' οἷα ξυμπεπτωκότες .....

Reliqua omnia adventitia esse puto: ad fragmentum exempla adscripserunt aliorum, qui item sine sudore perirent, ne videntes quidem de sudore μετώπου sermonem esse, aut non curantes, itaque καὶ οἱ πνευματίαι, καὶ οἱ ὑπὸ ὑδρώπων ὀλλύμενοι erant illa exempla aliorum citra sudorem ὀλλυμένων. Alius quis nihil intelligens epidemiae descriptionis fragmentum cum exemplis uno tenore descripsit et perridicule πονηρόν subiunxit. Ecce! analysin loci habes, quem nemo intelligere potuit; nec vel sic fragmentum e nexu divulsum et abruptum intelligere valeo.

τῶν γαστέρων — ἐπὶ ὀδόντα.] Schol. et cod. C. in his omm. φέρουσι, — tres libri alii φέρουσαι, unus φέρουσα habet. Copulam ante τὰ θηρία om. schol., qui et ἐμποιέει habet, et articulum ante ὀμφαλὸς om. Πρόμακρος dedit Littr. e schol. et libris duobus, πρόσμακρος vulgo; sunt libri, qui πρός a μακρός seiunctum legunt. Schol. εἰσιόντων pro ἐπιόντων, tum περὶ τὸν ὀδόντα legit. Littréus e Ioann. Alex. adnotat lectionem ἡλκώθη pro εἱλκύσθη; hic locus e quatuor fragmentis constare videtur, quae nescio quomodo conflata fuerint et quae nimis sunt distracta et brevia quam ut intelligas; utrum ad primum illud exemplum οἷον Ποσειδωνίῃ re ipsa pertineat, nec ne, discerni non potest. Forte edendum est:

..... τῶν γαστέρων αἱ εὐφόρως ταραχὴν φέρουσαι [οἷον Ποσειδωνίῃ] .... καὶ τὰ θηρία οἷα ἐμποιέει .....

Quod ad alterum non certum est, num πρὸ τῆς τελευτῆς eo pertineat, an ad tertium, quamquam hoc probabilius mihi; itaque puto id edendum esse:

..... ἐν τῷ λεπτυσμῷ ἡ περίτασις .....

Quod pertinet ad eadem, de quibus Ep. VI. 3. 16. Tertium igitur erit:

..... πρὸ τῆς τελευτῆς καὶ ὁ ὀμφαλὸς πρόμακρος εἱλκύσθη αὐτῇ.

Forte finis est historiae morbi; num forte illius Posidoniae, nescio; nec tamen dubito, quin in eo εἱλκύσθη sit antiquior lectio, dum ἡλκώθη scholiastae scriptum videtur ad similitudinem nominis ἐφελκώσιες in postremo fragmento, quod fuerit hocce:

..... καὶ οὔλων ἐφελκώσιες ἐκ τῶν ἐπιόντων ἐπὶ ὀδόντα .....

3. ὅτι πολλὰ — διώσασθαι.] Cod. C. ἐντείνασθαι corrupte. Littr. recte ταὐτά, quod iam Corn. Foës. Latine expresserunt, pro vulgato ταῦτα, Schol. διαχυθὲν, πιληθὲν κενωθῆναι; vulgata habet ἐπιλυθῆναι, sed Littr. dedit πιληθῆναι. Equidem certum iudico in textu hic e participiis infinitivos esse ortos, quibus copula a librariis otiose sit adposita, quum locum non intelligerent. Itaque pro καὶ πιληθῆναι de meo scripsi πιληθέντα et καὶ σκληρυνθέντα pro καὶ σκληρυνθῆναι: vestigium verae lectionis est in scholiastae textu, quem adtuli. Iam vero vulgata habet καὶ σκληρυνθῆναι καὶ πεπανθῆναι καὶ ὅπου κλίνειν διώσασθαι. — Schol.: καὶ ὅκου κλίνειν δεῖ διώσασθαι, τούτους ἀτολμέοντας δεῖ διώσασθαι καὶ ἀνεγείρειν κ. τ. λ. Palladium facessere iubemus, ubi in his κλίνην pro vera lectione venditat; ridiculum de textu iudicium non minus ridicula interpretatio consequitur. Littréus vulgatam hic ὅπη habere scribit, codd. plurimos et Edd. vett. ὅπου; equidem apud Chouet. ὅπου lego, itemque apud Kühn.; sed praefero ὅπη. Littr. iam dedit: καὶ σκληρυνθῆναι καὶ πεπανθῆναι καὶ ὅκου κλίνειν δεῖ ὦσασθαι. Minus recte: legendum est καὶ ὅπη κλίνει διώσασθαι, quod si feceris, habes idem praeceptum quod in aphor. ἀκτέα ἢ ξέπει: infinitivus e tertia persona praesentis natus est. Ceterum verba τοὺς ἀτολμέοντας — ὑστερέουσι apud Littr., alios, referuntur ad hanc §; equidem de iis mox dicam ad § seq.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 743 sur 880

©BIUM

δ'. Τοὺς ἀτολμέοντας δέον μεταβολῇ ἀνεγείρειν κατανεναρκωμένους ἐς ἃ ὑστερέουσι. Ὑδατώδεας θᾶσσον τάμνειν, φθίνοντας καίειν αὐτίκα, πρίειν κεφαλὴν καὶ τὰ τοιαῦτα· τῶν ὑδατουμένων μὴ ψαύειν ἤτρου, μηδὲ τῶν ἔσω· ὁμοῖον γὰρ τοῖσι πολλοῖσι γούνασι.

ε'. Τὰ παρὰ καρδίην Ξενάρχῳ· καὶ θερμὸν ἄλες ἐσπνεῖν καὶ τὸ ἕλκος ἀντὶ τῆς κενώσιος βάλπειν ἀρχῆθεν.

ς'. Φωνὴ οἵη γίγνεται ὀργιζομένοισι, ἣν τοιαύτη ἢ μὴ ὀργιζομένῳ φύσι, — ἢ καὶ ὄμματα οἷς ἂν ἢ φύσι ταραχώδεα, οἷα ὅταν ὀργίζωνται οἱ μὴ τοιοῦτοι καὶ τἆλλα κατὰ λόγον τῶν νούσων [οἷον τὸ φθινῶδες ποιέει τὸ εἶδος,] ἣν τοιοῦτος φύσι ὑπάρχῃ, [ἐς] τοιοῦτον νόσημα παρέσται καὶ τἆλλα οὕτως.

4. *De loco corrupto cf. adnn.*

5. *Fragmenta locorum.*

6. *Locus prave scriptus.*

4. τοὺς ἀτολμέοντας — ὑστερέουσι.] In his μεταβολῆς libri tres. [καὶ] ἀνεγείρειν Lind. κατανενεκρωμένους cod. C., sed ex his nihil proficimus, neque e ceteris, quippe corruptis scripturis verbi ὑστερέουσι. Locus quin male habitus sit a librariis nemo semel admonitus facile dubitaverit: τοὺς νεναρκωμένους μεταβολῇ ἀνεγείρειν recte dici possit, sed τοὺς ἀτολμέοντας μεταβολῇ ἀνεγείρειν κατανεναρκωμένους absurdum est, neque enim omnes ἀτολμέοντες sunt νεναρκωμένοι, neque intelligis quomodo οἱ ἀτολμέοντες excitentur μεταβολῇ. Itaque vitiosa hic est lectio mss., neque fidem habeo participio δέον, quod e δεῖ ortum duxisse mihi videtur. Iam vero credo verbum aliquod excidisse, quo expleri debeat τοὺς ἀτολμέοντας .... ἐς ἃ ὑστερέουσι. Haberemus sic v. c.

.... τοὺς νεναρκωμένους δεῖ μεταβολῇ ἀνεγείρειν· τοὺς ἀτολμέοντας παρακαλέειν ἐς ἃ ὕστερέουσι.

Ad posterius hoc pertinent, ut opinor, exempla, quae sequuntur in proxima periodo, sed quorsum pertineat τοὺς νεναρκ. — ἀνεγείρειν, non apparet; sitne ad § 3. referendum, incertum; tum fieri possit, si supponas plura ibi fuisse enumerata exempla, quam quae supersunt in verbis διαχυθῆναι — διώσασθαι. — Operae pretium est tenuisse τοὺς νεναρκ. — ἀνεγείρειν esse monitum quod medico ipsi praescribitur: — sed τοὺς ἀτολμέοντας — ἐς ἃ ὑστερέουσι monitum esse, quod aut ad aegrotantes spectat, quos medicus debeat παρακαλέειν, — aut ad discipulos a magistro exhortandos, si re vera exempla seqq. eo pertineant. — Fragmentorum enim horum interpretatio admodum incerta.

ὑδατώδεας — γούνασι.] In vulg. καί ante τὰ τοιαῦτα abest; duo codd. Parr. C. H. κεφαλάς legunt. Schol. ὑδ. θ. τάμν., πρίειν κεφαλὴν. φθίν. κ. αὐτίκα καὶ τ. τ.; idem τῶν ὑδατωδέων pro τῶν ὑδατουμένων, tum πολλοῖσι ante γούνασι om. — Τὸ ἤτρον in his est hypogastrica regio, quam propter vesicam forte vitare vult. Miro modo se habet ὁμοῖον γὰρ τοῖσι πολλοῖσι γούνασι; melius sane Littréus interpretatur τοῖσι πολλοῖσι quam Foës.; hic enim coniungit τοῖσι πολλοῖσι γούνασι, sed Littr. seiungit et „en beaucoup de cas" reddit. Significat omnino, ut opinor, auctor simile quid esse hydropicorum hypogastrium incidere, vel interanea attingere, ac si genu articulum hydropicum incidas. Sed hoc monitum inepte rursus subiungitur verbis ὑδατώδεας — τὰ τοιαῦτα, si haec omnino sint exempla ad monitum τοὺς ἀτολμέοντας — ἐς ἃ ὑστερέουσι pertinentia, sicuti esse videntur. Tunc enim non esse possunt, nisi additamentum alienum, adnotatio lectoris. Itaque videat L. B. an forte locum ita edere oporteat:

..... τοὺς δὲ κατανεναρκωμένους μεταβολῇ ἀνεγείρειν.

Τοὺς ἀτολμέοντας παρακαλέειν ἐς ἃ ὑστερέουσι· — ὑδατώδεας θᾶσσον τάμνειν, φθίνοντας καίειν αὐτίκα, πρίειν κεφαλὰς καὶ τὰ τοιαῦτα. [Τῶν δὲ ὑδατουμένων μὴ ψαύειν ἤτρου, μηδὲ τῶν ἔσω· ὁμοῖον γὰρ τοῖσι πολλοῖσι γούνασι.]

In postremis his uncis interceptis illud ὁμοῖον — γούνασι miro modo expressum est, quum fere exspectaveris ὁμοῖον γὰρ τοῖσι πολλοῖσι ὡς ἂν τὰ γουνάτων ἄρθρα εἰ τμηθείη.

5. τὰ παρὰ καρδίην — ἀρχῆθεν.] Littréus adnotat secundum Ioann. Alex. alia apographa τά habuisse, alia non. Lind. [οἷον] ante nomen proprium invexit. Ἄλες πολλόν schol.; ἅλες vulgo. Vulgata etiam εὐπνεῖν, — Corn. „*expirare*," Foës. „*inspirare*," Littr. ἐσπνεῖν e cod. C., εἰσπνεῖν Schol., Lind. — Ἐς τὸ ἕλκος pro καὶ τὸ ἕλκος cod. C. Schol. haec verba om. Ioann. Alex. ἀρχῆθεν ad seqq. referre maluit secundum Littr.; mihi cum initio § 6 non cohaerere videntur, sed forte cum vocabulis apud schol. inter utramque § 5. et 6. intermediis: nempe schol. pone ἀρχῆθεν legit ἀΦ' οὗ ἕν, idque per se a superioribus seiunctum et a sequentibus. Sed forte ἕν est abruptum ἐνόσεε. — Hoc utut est, habemus duo fragmenta, alterum:

.... τὰ παρὰ καρδίην Ξενάρχῳ ....

alterum

..... καὶ θερμὸν ἄλες ἐσπνεῖν καὶ τὸ ἕλκος ἀντὶ τῆς κενώσιος βάλπειν ἀρχῆθεν ἀΦ' οὗ ἐν .....

Quis haec reputans exegeses veterum huius loci curabit?

6. φωνὴ — οὕτως.] Ad hunc locum in libris 4. Parr. Littréus vidit inscriptionem σημεῖον ὀργῆς καὶ τῶν τοιούτων, quae apud schol. adeo in textu descripta legitur. Moneo ut pateat minime absonum esse interdum non nisi titulos esse sententias in hoc libro obvias, quod aliquando dixi. Schol. pro οἵη habet ὁκοία; tum ἢ ὄμματα legit. Vulgo οἷα ἂν ἢ pro οἷς ἂν ἢ, quae bona est in cod. C. correctio, quam recepi. Libri 4. Parr. τὰ ταραχώδεα. Littr. ex Edd. antt., schol., mss. Parr. subiunctivum dedit pro vulgato ὀργίζονται. Littréus καὶ νούσων e schol. et codd. Parr., equidem vulgatum τῶν νούσων praestare et dandum esse opinor. Ὑπάρξῃ

ζ'. Αἱ βῆχες κοπιώδεες καὶ ἅπτονται τῶν σιναρῶν, ἀτὰρ καὶ μάλιστα τῶν ἄρθρων· ἀτὰρ καὶ ἐν τοῖσι κοπιώδεσι πυρετοῖσι βῆχες ξηραὶ γίγνονται· αἱ ξηραὶ βῆχες ἐς ἄρθρα στηρίζουσι ξὺν πυρετῷ ἢν ἐγκαταλείπωνται.

7. Tusses lassitudinis sensum inducunt et partes laesas sed et praecipue articulos prehendunt. Quin etiam in febribus cum lassitudinis sensu tusses siccae fiunt, quae, si intus relinquantur, una cum febre in articulos firmantur.

η'. Τὰ πνεύματα τοῖσι φθινώδεσι τὰ ἄσημα, κακὸν καὶ τῇσι ἀτόκοισι, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἀπὸ τῆς αὐτῆς καταστάσιος.

8. *Locus corruptus.*

θ'. Τοῖσι φθίνουσι τὸ φθινόπωρον, κακόν· κακὸν δὲ καὶ τὸ ἔαρ. [ὅταν τὰ τῆς συκῆς φύλλα κορώνης ποσὶ ἴκελα ᾖ.]

9. Auctumnus tabidis malus; malum quoque ver. [cum ficus folia cornicis pedibus similia fuerint.]

ι'. Ἐν Περίνθῳ ἦρος οἱ πλεῖστοι φθινώδεις· ξυναίτιον δὲ βὴξ χειμερινὴ ἐπιδημήσασα καὶ τοῖσι ἄλλοισι ὅσα χρόνια, καὶ γὰρ τοῖσι ἐνδοιαστοῖσι ἐβεβαίωσαν· ἔστι δ' οἷσι τῶν χρονίων οὐκ ἐγένοντο, οἷον τοῖσι τὰς νεφριτικὰς ὀδύνας ἔχουσι· ἀτὰρ καὶ τοῖσι ἄλλοισι, οἷον ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, πρὸς ὃν ὁ Κυνίσκος ἤγαγέ με.

10. *Locus prave scriptus.*

vulg.; ὑπάρχῃ Littr. e codd. 6. Parr.; schol. verbum om. — Quae uncis intercepi exemplum rursus referunt ab aliena manu olim in margine adscriptum. — Locus aliquantum cohaerere videtur cum iis, quae Ep. II. l. 8. habentur, ubi vide. — Locus vitiis laborat: μὴ ὀργιζομένῳ φύσει ortum videtur e μὴ ὀργίλῳ φύσει. — Tum ὅταν ὀργίζωνται οἱ μὴ τοιοῦτοι φύσει parum apte dictum est, licet intelligi certe possit. Sed quo modo transitus fiat ab hisce ad καὶ τἄλλα κατὰ λόγον τῶν νούσων, non intelligis. Miro modo etiam dicitur ἐς τοιοῦτον νόσημα πάρέσται pro ἐς τοῦτον νόσημα ἐμπεσεῖται, quin forte aut ἐς delendum aut pro παρέσται aliud verbum dandum est.

7. αἱ βῆχες — ἐγκαταλείπωνται.] Schol. οἱ βῆχες οἱ κοπιώδεες ἅπτονται. Mss. Parr. κοπώδεες habere Littr. adnotat. Schol. ἀτάρ pone σιναρῶν. om. — Τῶν ἄρθρων cum schol. et uno cod. Par. K. lego; cett. articulum omm. — Schol.: ἅτε καὶ ἐν τοῖσι κοπιώδεσι τοῦ βῆξαι ἐγένετο. Vulgo ἐς ante ἄρθρα om.; adscripserunt Lind., Littr. Ille αἱ [δὲ] ξηραὶ β. dedit. Pro pravo ἐγκαταλίπωνται de meo ἐγκαταλείπωνται dedi. Sed de postremis his adscribam, quae Littr. adnotavit: „D'après Pall. ἢν ἐγκατ. signifie: s'il y a un reliquat, la crise n'ayant pas été complète. Jean dit: si derelinquuntur quidam librorum habent; quidam non habent. Similiter autem et spiritus, quidam librorum habent, quidam non habent. Et quidam si derelinquuntur cum superiore construunt ..... spiritus autem quidam cum si derelinquuntur construunt, quidam cum consequenti sermone; melius autem est cum consequente. Je serais porté à croire que τὰ πνεύματα doit être construit avec ἐγκαταλ.; voy. une phrase semblable Ep. VI. 2. 6. Toutefois Galien in cit. de Dyspn. III. in fine rapporte πνεύματα à ἄσημα. Linden a mis τὰ πνεύματα [τὰ αὐχμηρά], cela n'est appuyé sur rien et est en contradiction avec Galien." Equidem non dubito, quin πνεύματα ad ἄσημα i. e. ad § seq. pertineat, neque me movet locus e sect. 2. § 6. huius libri, ubi πνεῦμα longe alio sensu, quam πνεύματα plurali numero h. l. sumitur.

8. τὰ πνεύματα — καταστάσιος.] κακά libri tres Parr. et Gal. de Dyspnoea l. III. κακὰ τὰ ἄσ. schol., qui καί ante ὅσα om. Reliquae variae lectt. nullius sunt pretii. — Locus autem intelligi nequit: si πνεύματα ἄσημα in phthisicis sit respiratio admodum superficialis, quemadmodum accipiendum videtur, intelligimus illam respirationem malum signum dici posse: sed quid iam, quaeso, huc faciunt αἱ ἄτοκοι? quomodo cum his connectuntur verba καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἀπὸ τῆς αὐτῆς καταστάσιος? Nullus hic aptus nexus apparet inter constitutionem qualemcumque et superiora. Verbo locus misere corruptus pro desperato dimittendus mihi videtur.

9. τοῖσι φθίνουσι — ᾖ.] Articulum ante ἔαρ om. cod. C. Schol. ᾖρ, quod Littréus exhibuit. Schol. porro ὁκόταν et εἴκελα. In duobus mss. F. G. Littréus legit ὅμοιον τῷ ἡσιοδείῳ ἔπει, Nempe respiciuntur vs. 676. seqq. Operum et dierum:

ἄλλος δ' εἰαρινὸς πέλεται πλόος ἀνθρώποισι
ἦμος δὴ τὸ πρῶτον, ὅσον τ' ἐπιβᾶσα κορώνη
ἴχνος ἐποίησε, τόσσον πέταλ' ἀνδρὶ φανείη
ἐν κράδῃ ἀκροτάτῃ, τότε δ' ἄμβατός ἐστι θάλασσα.

Versus iam Littr. indicavit: sed mihi totum illud ὅταν — ἴκελα ᾖ non est nisi lectoris, cui Poetae versus ob mentem versarentur, adnotatio; ipse vero Aph. concluditur nomine τὸ ἔαρ. Itaque alienum additamentum uncis intercepi.

10. ἐν Περίνθῳ — ἤγαγέ με.] Adscivi φθινώδεες e schol., qui solus id habet, Lind. [ἔφθινον] adscripsit. Particulam δέ item e schol. et cod. C. adposui. Pro ἐπιδημήσασα schol. διαμείνασα. Schol. ἐμβιαστοῖσι ὅσα χρόνια ἐβεβαίωσε; equidem pro ἐβεβαίωσαν s. ἐβεβαίωσε vellem ἐβεβαιώθη. Pro ἐγένοντο cod. C., ἐγένετο; Schol. vero pro eo habet ἐκρίνατο: idem ἐκεῖνος om. et ὁ Μυρίσκος legit. Palladii scholia h. l. desinunt. A verbis inde καὶ τοῖσι ἄλλοισι, ὅσα χρόνια usque ad ἔχουσι locus male scriptus est et sententia claudicat. Nolo incertis coniecturis haec tentare; probabilem emendandi viam non video.

©BIUM

ια'. Τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν πλευρῇσι καὶ στήθεϊ καὶ τοῖσι ἄλλοισι τὰς ὥρας, εἰ μέγα διαφέρουσι, καταμαθητέον, ὅτι, ὅταν βέλτιον ἴσχωσι, αὖτις κάκιον ἴσχουσι οὐχ ἁμαρτάνοντες.

11. In doloribus laterum, pectoris, aliarumque partium tempora num multum inter se differant, animadvertendum; quia quando melius habent, rursus peius habent, non delinquentes.

ΤΜΗΜΑ ΟΓΔΟΟΝ.

Sectio Octava.

α'. Ἐν τῇσι μακρῇσι δυσεντερίῃσι αἱ ἀποσιτίαι, κακόν· ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπιπυρετήνωσι.

1. In diuturnis intestinorum difficultatibus ciborum fastidia mala, idque maxime si febris accesserit.

β'. Τὰ περιμάδαρα ἕλκεα, κακοήθεα.

2. Ulcera undiquaque glabra, maligna.

γ'. Ὀσφὺν ἀλγέοντι ἀναδρομὴ ἐς πλευρόν· καὶ ἐκφύματα, ἃ σὴψ καλέεται.....

3. Lumborum doloris ad latus recursatio, et tubercula putrida, quae σὴψ dicuntur,.....

δ'. Τὰ νεφριτικὰ οὐκ εἶδον ὑγιασθέντα ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτεα.

4. Renum vitia supra quinquagesimum annum sanata non vidi.

ε'. Οἱ ἐν τοῖσι ὕπνοισι παροξυνόμενοι καὶ ὅσοις ἄκρα περιψύχεται καὶ ἡ γνώμη ταράσσεται ... [καὶ τἆλλα ὅσα περὶ ὕπνον τοιαῦτα καὶ οἷσι τἀναντία.]

5. *De loco corrupto vid. adnn.*

ς'. Ὅσῃσι μὲν οὐδὲν ἔσω τοῦ τεταγμένου χρόνου, ἑκάστῃσι τὰ [τικτόμενα] ἀπόγονα γίγνεται ....

6. *Fragmenta sunt et loci male scripti.*

Τὰ ἐπιφαινόμενα ἐν οἷσι μησὶ γίγνεται...

Οἱ πόνοι ἐν περιόδοισι· ὅ τι ἐν ἑπτὰ κινέε-

11. τῶν ὀδυνέων — ἁμαρτάνοντες.] καὶ ἐν στήθεσι schol. Unus cod. Par. H. ἔχωσι; ego fere ἔχωσι et paulo post ἔχουσι praetulerim, nec tamen quidquam hic de sede sua moveo. Cod. C. αὖτις, quod recepi cum Littréo; idem liber οὐδὲν ἁμαρτάνοντες. — Locus convenit cum Aph. VI. 6.

1. ἐν τῇσι μακρῇσι — ἐπιπυρετήνωσι.] Cum h. l. convenit Aph. VI. 3. Quod ad loci lectionem attinet, cod. C. κἢν habet; codd. C. D. ἐπιπυρεταίνωσι, quod Littréus recipit.

2. τὰ περιμ. κ. τ. λ.] Est idem locus, qui Aph. VI. 4.

3. ὀσφὺν — καλέεται...] Schol. ἐκβύματα legit. Nomen σήψ occurrit Ep. III. § 6. — Foës. in Latinis *malo sunt* in fine supplevit. Me iudice habemus in his verbis fragmentum historiae morbi; in fine lacunae signa ideo posui, sed forte etiam initio ponenda sunt. Ne certus quidem esse potes, an non duo sint fragmenta forte fortuito inter se coniuncta: nam non certum est καὶ ἐκφ. κ. τ. λ. re ipsa ad superiora pertinere.

4. τὰ νεφριτικὰ — ἔτεα.] Lectio φρενιτικά codd. apud schol. et a Joann. Alex. memorata ad frequentes librariorum errores in hac voce admissos pertinet. Cum h. l. cf. Aph. VI. 6.

5. οἱ ἐν τοῖσι ὕπν. — τἀναντία.] οἱ ἐν τοῖσι ὕ. παροξυνόμενοι schol. τὰ — παροξυνόμενα cett.; idem καὶ ἄλλα ὅσα. Cod. C. Par. τὰ ἐναντία. Fragmentum loci est: Foës., ut solet, in Latinis explet legendo: „animadvertenda sunt, quae per somnos ingravescunt, cett." Equidem locum non interpretor, quia eum non intelligo, sed sic de eo sentio: verba οἱ — ταράσσεται protasin faciunt sententiae mutilae, quam nescio quis sciolus expleverit καὶ τἆλλα ὅσα περὶ ὕπνον τοιαῦτα καὶ οἷσι τἀναντία adiungendo. — Hinc sententia nata est, quam nemo quisquam intelligit. Forte pone ταράσσεται prognosticum aliquod effatum periit. Littr. cum h. l. comparat Aph. II. 1. 2., unde tamen haec non multum lucis accipiunt. De meo lacunae signum posui et uncis intercepi postrema; vulgo omnia uno tenore in libris describuntur.

6. ὅσῃσι — γίγνεται ....] Schol. ᾗσι οὐδέν, uti Ep. II. 3. 17., tum idem γίγνεται ταύτῃσι τά pro ἑκάστῃσι τά. Pro ἀπόγονα Ald. et mss. Parr. ἄγονα. Schol. γόνιμα, sed om. h. l. γίνεται. Cf. adnn. ad Ep. II. 3. 17. Uncis intercepi τικτόμενα, quia nihil est nisi glossema, quo ἀπόγονα exponitur. cf. Hesychii et Suidae locos ad Ep. II. laudatos. Miror ἑκάστῃσι et quamquam schol. ταύτῃσι praebet, huic lectioni an fides adhibenda sit, nescio; nempe non ausim affirmare ἑκάστῃσι non esse veram lect., sed forte simul videtur esse lacunae indicium, ita ut ἑκάστῃσι τῶν περιόδων forte scriptum fuerit. Itaque locus forte ita edendus:

Ὅσῃσι μὲν οὐδὲν ἔσω τοῦ τεταγμένου χρόνου ἑκάστῃσι ....., τὰ ἀπόγονα γίγνεται .....

Mirum non est veteres, locum integrum esse putantes, de acceptione nominis ἀπόγονα in diversas abiisse partes; tuto eorum commenta dimittere licebit.

τὰ ἐπιφ. — γίγνεται ...,.] Hunc locum in quatuor codd. abesse vidit Littr. — Lectionis varietas nulla. Cf. Ep. II. 3. 17. cum adnn.

οἱ πόνοι — τελειοῦται.] Corruptum ὑπόνοιαι pro οἱ πό-

ται ἐν τριπλασίῃ τελειοῦται, καὶ ὅ τι ἐν ἐννέα κινεῖται, ἐν τριπλασίῃ τελειοῦται.

Καὶ ὅτι μετὰ γυναικεῖα τὰ δεξιὰ, τὰ δ' ἀριστερὰ χάσκων, ὑγρότης διὰ τῶν ἀπιόντων, διαίτης ξηρότης.

Ὅτι δὲ τὸ θᾶσσον διακριθὲν, κινηθὲν, αὔτις αὔξεται βραδύτερον, ἐπὶ πλείονα δὲ χρόνον.

Οἱ πόνοι τρίτῳ, πέμπτῳ, ἑβδόμῳ, ἐνάτῳ μηνὶ, δευτέρῳ, τετάρτῳ, ἕκτῳ.

ζ'. Τὰ ἐκ τοῦ σμικροῦ πινακιδίου σκεπτέα.

Δίαιτα γίγνεται πλησμονῇ, κενώσι, βρωμάτων, πομάτων· μεταβολαὶ τούτων· οἷα ἐξ οἵων ὡς ἔχει.

Ὀδμαὶ τέρπουσαι, λυποῦσαι, πιμπλῶσαι, πειθόμεναι· μεταβολαὶ ἐξ οἵων οἵως ἔχουσι.

Τὰ ἐσπίπτοντα, ἢ ἐξιόντα πνεύματα, ἢ καὶ σώματα.

Ἀκοαὶ κρείσσονες, αἱ δὲ λυποῦσαι.

Καὶ γλώσσης ἐξ οἵων οἷα προκαλέεται.

7. Loci sunt partim incertae lectionis, partim corrupti et sensu vacui.

νοι in vulg. iam Corn. et Foës. in latinis suis correxerunt. Lind. ὅ τι [γὰρ] ἐν ἑπτά. — Unus cod. D. τριπλασίῃσι, quemadmodum Ep. II. l. l. Postrema καὶ ὅ τι ἐν ἐννέα om. cod. C., etiam D., in quo tamen restitutum est; omisit etiam Lind., qui locum ex Ep. II. secutus videtur. Adnotat Littréus Ioannem Alexandrinum monere ἑπτά et ἐννέα decies sumenda esse. Ita locus certe congruit melius cum Ep. II. Sed si numeri ita sumendi sunt, aut ipsi vitiose hic scripti sunt, aut deficiunt ea, unde id pateat faciendum esse. Loci scriptura mihi prorsus suspecta, nec video qua ratione opem feram.

καὶ ὅτι μετὰ γυν. — ξηρότης.] Copulam initio omm. Schol., cod. C. consentienter cum Ep. II. ἢ πρὸς τὰ δεξιὰ ἢ πρὸς ἀριστερὰ χ. schol.; τὰ δ. ἢ τὰ ἀρ.. χάσκωσιν Lind. χάσκων cod. K. ἢν ὑγρότης ἢ ἐκ τῶν ἀπιόντων schol. Vulgata διαίτης ξηρῆς, sed Littr. e schol. et cod. C. διαίτης ξηρότης, uti legitur Ep. II. Locum non intelligo; videantur quae ad Ep. II. adscripsi.

ὅτι δὲ τὸ θᾶσσον — χρόνον.] Schol. δέ om., quod item factum Ep. II. l. l. Littréus e cod. C. hic αὖτις dedit. Ἐπὶ πλέονα χρόνον schol. sine δέ ut Ep. II. Cum his cf. adnn. ad Ep. II. 3. 17.

οἱ πόνοι — ἕκτῳ.] Schol. solum haec habet: οἱ πόνοι τρίτῳ τετάρτῳ, ἕκτῳ, ὀγδόῳ. Ceterum in varr. lectt. nihil est, quod describere sit operae pretium. Hunc locum si conferas cum Ep. II. 3. 17., dixeris hic nos habere veriorem eius scripturam, illic commentarii in hunc fragmentum. — Locum non intelligo, sed coniicio πόνους spectari menstruorum tempore. Cf. de Morbis mul. I. 1. sub finem.

7. τὰ ἐκ τοῦ — σκεπτέα.] In vulg. τοῦ excidit; σκεπτέον schol. Littréus hic provocat ad Galenum de Dyspnoea II. 8., ubi Pergamenus refert duos Epid. libros (primum et tertium) εἶναι τοῦ μεγάλου Ἱπποκράτους καὶ ἐπιγεγράφθαι γέ που διὰ τοῦτο τὰ ἐκ τοῦ μικροῦ πινακιδίου, δηλονότι τοῦ Θεσσαλοῦ πάντα, ὅσα περ ὁ πατὴρ αὐτοῦ γεγραφὼς ἔτυχεν ἀθροῖσαι σπουδάσαντος ἐς ταὐτόν, ὡς μηδὲν ἀπόλοιτο. — Littréus ipse criticis Alexandrinis tribuit verba, de quibus agimus. — Equidem haec observo: forte Galeno debemus fidem tribuere affirmanti Ep. I. et III. fuisse appellata τὰ ἐκ τοῦ μικροῦ πινακιδίου, de reliquis in eius narratione alio loco videbimus; sed non patet inscriptionem illam Ep. I. et III. quidquam commune habere cum verbis, de quibus agimus, nec credo inde quidquam posse deduci, quod faciat ad aetatem verborum horum definiendam. Equidem suspicor σκεπτέον s. σκεπτέα in fine emblema esse, quo quis titulum ad sententiae dignitatem scilicet evehere voluerit et descriptorem aliquem in margine adscripsisse τὰ ἐκ τοῦ σμικροῦ πινακιδίου, ita ut omnino seqq. s. partim, sive ex toto sint e parva ista tabella descripta; sed simul hinc patet mirum non esse tot incohaerentia in his libris haberi, quum sententiae collectae sint ab homine, qui tale πρόγραμμα adposuerit.

δίαιτα — ἔχει.] Libri quatuor Parr. sing. num. μεταβολῇ. Schol.: ἐξ οἵων οἷα ὡς ἔχουσι; cod. C. in eadem ceterum lectione vulgatum ἔχει servat. — E verbis μεταβολαὶ — ἔχει sanum sensum non elicimus. Primum quaestio moveri possit, num bene habeant, tum, num οἷα — ἔχει re vera huc pertineat, quum saepius recurrat in hac § — Equidem puto scriptum fuisse:

Δίαιτα γίγνεται πλησμονῇ, κενώσι, βρωμάτων καὶ πομάτων μεταβολῇ.

Reliqua adventitia videntur.

ὀδμαὶ — ἔχουσι.] Verba sensu cassa sunt et e quibus boni nihil extrico.

τὰ ἐσπίπτοντα — ἢ καὶ σώματα.] Vulg. τὰ ἐσπίπτοντα, εἰσιόντα ἢ ἐξιόντα πν. — Schol. τὰ ἐσπ. ἢ εἰσιόντα [ἢ ἐξιόντα] πν. Verba sunt sensu vacua e nexu, quo cum aliis olim tenerentur, uti videtur, divulsa; forte πνεύματα ἢ καὶ σώματα non est nisi emblema, quo quis utcumque locum explere voluerit; sed certi nihil hic affirmare licet.

ἀκοαὶ — λυποῦσαι.] Schol. ἀκοαὶ κρείσσονες, χείρονες. Sunt haec quoque verba e nexu divulsa, neque igitur constat quid sibi velint.

καὶ γλώσσης — προκαλέεται.] Schol. γλώσσης, γεύ-

©BIUM

Πνεῦμα, τοσαύτη θερμότης, ψυχρότης, παχύτης, λεπτότης, ξηρότης, πεπληρωμένον μεῖόν τε καὶ πλεῖον· ἀφ' ὧν αἱ μεταβολαὶ, οἷαι ἐξ οἵων ὡς ἔχουσι.

Τὰ ἴσχοντα, ἢ ὁρμῶντα, ἢ ἐνισχόμενα.

Λόγοι, σιγὴ, εἰπεῖν ἃ βούλεται· λόγοι, οὓς λέγει, ἢ μέγα, ἢ πολλοὶ, ἀτρεκέες, ἢ πλαστοί.

η'. Τὰ ἀπιόντα εἰδέναι ὅθεν ἤρξατο, ἢ ὅπη ἐπαύσατο, ἢ ὅσον διεσπᾶτο. χρώματά τε οἷσιν ἢ θερμότητα, ἢ ἀλμυρότητα, ἢ γλυκύτητα, ἢ λεπτότητα, ἢ παχύτητα. ὁμαλῶς ἢ ἀνωμάλως. τὸ σῶμα. τὸν χρόνον. αἱ μεταβολαὶ οἷαι ἐξ οἵων ἔχουσι.

Ἤρξατο ἔρυξιν, οὐκ ἐκράτησε.

Δάκρυα ἔκοντι, ἀέκοντι, πολλὰ, ὀλίγα, θερμὰ, ψυχρὰ, πάχος, γεῦσις.

Πτύαλον αὐτόθεν ἀναχρεμπτόμενον, ἢ ἀναβήσσοντα, ἔμετος.

θ'. Ἡλίου θάλπος, ψῦχος, τέγξις, ξηρότης, μεταβολὴν [διὰ] οἵαν ἐξ οἵων ἐς οἷα ἔχει.

8. *Loci corrupti, distracti.*

9. *Loci distracti.*

σιος ἐξ κ. τ. λ. sine praemisso *καί*; in qua tamen lect. *γεύσιος* glossa est. — Verba sunt sensu vacua.

πνεῦμα — ἔχουσι.] Ad locum sensu vacuum adponam variet. lectionis: *πνεύματα τοσ. θερμότερα, ψυχρότερα, παχύτερα, λεπτότερα, ξηρότερα, ὑγρότερα* cod. K. Par. Πνεῦμα τὸ ταύτη θερμότερον, ψυχρότερον, παχύτερον, λεπτότερον, ξηρότερον, ὑγρότερον codd. quatuor Parr. — Eandem lect. principio loci habet schol., sed in fine *ξηρότερον* (sine *ὑγρ.*) *λεῖόν τε καὶ τελεῖον*; idem om. *πεπληρωμένον*. Pro *παχύτης* unus cod. D. *ταχύτης*. Vulg. *καὶ τὸ πλεῖον*, e quibus *τό* om. Littr. codicis I. fide. Postremum membrum *ἀφ' ὧν κ. τ. λ.* schol. separatim legit hoc modo: *ἐφ' ὧν αἱ μεταβολαὶ ἐξ οἵων οἵως ἔχουσι*. Nihil ex his proficimus; neque alia de causa haec excerpsi, nisi ut pateat, me non neglexisse fontes intelligentiae et ut constet nullam inde spem corruptis affulgere.

τὰ ἴσχοντα — ἐνισχόμενα.] Lectionem *ἐνορμῶντα* e cod. D. adfert Littr. et apud Gal. habemus. Pone *ἐνισχόμενα* vulg. habet *σώματα*. Littréus id non recepit, quia in Galeni loci citatione et in textu Ioannis Alex. non legitur et sensui loci opem non adfert, sed potius obest. Mihi certo persuasum est recentioribus deberi, sicuti supra saltem illud *ἢ καὶ σώματα*, quin forte ab eadem manu utrumque. Sensum aliquem ex h. l. elicere non licet.

λόγοι — πλαστοί.] Vulg. *λόγοις σιγῇ*; cod. C. *λόγοισι, δεῖ*. Littréus, cuius textum exhibui, secutus est schol. et cod. H. Schol. *μὴ εἰπεῖν*, tum pone *βούλεται* novam periodum incipit. *Λόγοις οἷσι* vulg.; schol. *λόγοις, οὓς λ.*; idem *μεγάλοι*; — *πολλά* cod. D. Par. — Lind. ante *ἀτρεκέες* inserit [*ἢ*]; cod. K. *ἢ πλαστοί* om. Verba sunt, quae sensu idoneo carent, et de quibus nihil certi affirmo.

8. *τὰ ἀπιόντα — ἐξ οἵων ἔχουσι.*] Pro *εἰδέναι* schol. *ἰδρῶς*, quam lect. etiam in cod. C. vidit Littr. adposito in marg. *εἰδέναι*. — Schol. *ὁκόθεν* et tum pone *ἤρξατο* habet *καὶ ὅκου καὶ οἷσι διέσπαστο*. Littr. *ὅκου* pro *ὅπη* inde dedisse videtur. — Libri 3. Parr. *ἢ ὅσοις διεσπ.*, alii 4. *ὅσοι διεσπ.* — Schol. *καὶ χρώματα, οἷσι.* — Littr. *ἢ θερμότατα, ἢ ἀλμυρότατα, ἢ γλυκύτατα, ἢ λεπτότατα, ἢ παχύτατα* e codd. D. F. H. Οἵων ἐξ οἵων unus cod. I. — Equidem haec non intelligi posse contendo: *τὰ ἀπιόντα* erunt excreta diversa: sed quid de his *καὶ ὅσον διεσπᾶτο*? Sitne accipiendum de tempore lapso inter excretiones singulas? — Sed seqq.: *χρώματα — παχύτητα* manca sunt et pone *παχύτητα* aliquid periit, quale *γιγνώσκειν ἔστι*. E seqq. nulla omnino lux affulget. Brevis ut sim; locum desperatum non tangere praestat me iudice.

ἤρξατο — ἐκράτησε.] Lind. *ἤρατο*, sed forte error typogr. est; *ἤρξαντο* cod. C. Schol. totum hoc verbum om. *ἔρυξι* legitur in textu schol., ubi codd. *ἐεύξει*. — Fragmentum est, quod ita e nexu cum aliis divulsum est, ut intelligi non possit.

Δάκρυα — γεῦσις.] Pro *πάχος* schol. Lind. *παχέα*. Pro *γεῦσις* Edd. vett. *χεῦσις*; idem Foës. in libro aliquo scripto vidit. — Schol habet *γεύσει*. — Ad principium huius periodi cf. Ep. II. 1. 13. Ep. IV. 46. Aph. IV. 52. Quid sibi velint *θερμὰ, ψυχρά* ad *τὰ δάκρυα* relata, ignoramus; nec scio utrum re vera ista eò pertineant, quod pariter dubium mihi de *πάχος, γεῦσις*.

πτύαλον — ἔμετος.] In his schol. *πτύελον*. Vulgo *αὐτόθι*, sed Littr. e libris mss. 4. et schol. dedit *αὐτόθεν*; *ἀναβησσόμενον* schol. et *ὁ ἔμετος*. Verba sunt sensu cassa e nexu suo, uti videtur, divulsa. Forte *ἀναβησσόμενον* schol. verior lectio.

9. *ἡλίου — ἔχει.*] Schol. *μεταβολὴ οἷα*; cod. C. pro *διά* legit *δ'*. Ego *διά* uncis intercepi, sed puto rursus totum illud membrum *μεταβολὴν — ἔχει* esse emblema recentius.

Πόνοι, ἀργίαι, ὕπνοι, ἀγρυπνίαι.

Τὰ ἐν ὕπνῳ, ἐνύπνια, κοῖται καὶ ἐφ' οἷσι καὶ ὑφ' οἵων.

ι'. Τὰκ τῆς γνώμης· ξύννοια αὐτὴ καθ' ἑωυτὴν χωρὶς τῶν ὀργάνων καὶ τῶν πρηγμάτων ἄχβεται καὶ ἥδεται καὶ φοβεῖται καὶ βαρσέει, καὶ ἐλπίζει καὶ ἀδοξέει. — οἷον ἡ Ἱπποθόου οἰκουρὸς [τῆς γνωμῆς αὐτῆς καθ' ἑωυτὴν] ἐπίστημος ἐοῦσα τῶν ἐν τῇ νούσῳ ἐπιγενομένων.

ια'. Ἡλικίην μὲν ἡλίκος καὶ ἡλικίην ἢ πρότερον ἢ ὕστερον τοῦ δέοντος· οἷον εἰ παρελύθη ἐν χειμῶνι καὶ γέροντι τὴν ἡλικίην, ἢ νηπίῳ καὶ θερείης· ἢ πρότερον ἢ ὕστερον τοῦ δέοντος ὀδόντων ἐκβολαί, τριχῶν φύσιες, γόνος [τὸ μᾶλλον καὶ ἧσσον], τριχῶν αὔξησις, παχυσμὸς, κρατυσμὸς, μινύθησις.

ιβ'. Τὸ ξυγγενὲς καὶ τὸ καθ' ἑαυτὸ, ὅτῳ μᾶλλον καὶ ἧσσον.

ιγ'. Τοῦ ἔτεος ἡ ὥρη, ἐν ᾗ τὸ πρωϊαίτερον, ἢ ὀψιαίτερον· καὶ εἰ ἡ ὥρη ἐγεγόνει ἔπομβρος ἢ αὐχμηρὴ, ψυχρὴ ἢ θερμὴ, νήνεμος ἢ ἐπάνεμος καὶ οἷοι ἄνεμοι τῆς ὥρης ἐν

10. Quae e mente profluunt. Intelligentia ipsa per se constans citra instrumenta et res externas contristatur et gaudet, et timet et confidit, et sperat et..... Veluti Hippothoi serva domum custodiens, quae optime gnara erat eorum, quae in morbo contingebant.

11. *Locus corruptus.*

12. *Verba sensu vacua.*

13. Anni tempestas, in qua quod maturius, aut serius contingit et num anni tempus imbribus madens sit, an sicca, frigida, an calida, ventis carens an ventosa, et qui venti sint tem-

Ab ipso auctore puto esse nomina antithesin inter se offerentia. Sensus sanus in toto loco desideratur.

τὰ ἐν ὕπνῳ — ὑφ' οἵων.] καὶ ἐν οἷσι καὶ ἐφ' οἵων schol. Illud ἐν οἷσι se in omnibus codd. Parr. vidisse testatur Littréus; ἐφ' vero pro ὑφ' in uno tantum H. vidit. Τὰ ἐν ὕπνῳ puto nihil esse, nisi πρόγραμμα quoddam.

10. Τὰκ τῆς γνώμης — ἐπιγενομένων.] Vulgo καὶ τῆς γν.; alterum illud dedit Littr. e schol. textu, qui dein ξύννοια λύπη αὐτὴν καθ' ἑαυτήν. Antt. Edd. αὐτῇ pro αὐτή. Vulg. ἑαυτήν, sed cod. C. Littréo Ionismum praebuit, quem Lind. item habet. Schol. ἄνευ pro χωρίς, tum om. copulam ante τῶν πρ. — Cod. C. ἄρχεται pro ἄχβεται; schol. ἐλπίζει τε καὶ ἀδ. et tum δοξάζει pone ἀδοξέει. — In iis, quae sequuntur ἡ ante Ἱππ. om. schol.; οἰκουρός praebuerunt Littréo schol. et cod. C., quum vulg. ἡ κοῦρος haberet. In reliquis adhuc noto cod. C. ἐπιγινομένων legere, schol. ἐπιγιγν.; eundemque paulo ante καθ' αὑτῆς habere. — Paucis de hoc loco absolvam: τὰκ τῆς γνώμης rursus πρόγραμμα est: ineptum est ἀδοξέει, pro quo quid positum fuerit, non succurrit; requiritur verbum quod ἀπελπίζειν fere significet, sed quale fuerit non video; δοξάζει apud schol. puto esse coniecturam adscriptam ab aliquo, qui viderit ἀδοξέειν incongruum esse. Patet lectori, quare id Latine non expresserim. In exemplo uncis intercepi verba, quae nescio quo modo e superioribus eò devenisse videbantur probabiliter casum illustrandi causa. — Cum hisce conf. Aret. περὶ καύσων in fine capitis p. 38. nostrae Ed.

11. ἡλικίην — μινύθησις.] Cum Littréo initio exhibui cod. C. lectionem; is tamen μήν dedit; schol. voculam om. Vulgata habet ἡλικίην μὲν ἡλικίης καὶ ἢ πρ. — Schol. ἡλικίη initio, tum in hac lectione plures codd. Parr. ἡλίκος pro ἡλικίης: schol. etiam καί om. Ego θερείης pro vulgato θερίης scripsi. Quae uncis intercepi e § 12. huc devenisse visa sunt; sed aliis etiam modis locus corruptus est. Primum longe ineptissimum est οἷον εἰ παρελύθη ἐν χειμῶνι καὶ γέροντι τὴν ἡλικίην, ἢ νηπίῳ καὶ θερείης, unde nihil boni elicio, nisi forte solum οἷον εἰ παρελύθη ἐν χειμῶνι, quod ipsum tamen claudicat, si cum superioribus conferas; nam aetatem eius, qui resolvatur, indicatum iri exspectas, γέρων forte et νήπιος voluit; in sequentibus mirum est τριχῶν φύσιες et rursus τριχῶν αὔξησις; quin si αὔξησις, παχυσμὸς, κρατυσμὸς, μινύθησις cogites, haec omnia de corpore universo dici dixerim. Locus ita interpolatus et turbatus mihi videtur, ut emendandi spem eludat. Si quid tentarem, eiusmodi quid vellem:

Τὰ ἡλικίην μὲν ἡλίκος καὶ ἡλικίην ἢ πρότερον, ἢ ὕστερον τοῦ δέοντος· ὀδόντων ἐκβολαὶ, τριχῶν φύσιες, γόνος, σώματος αὔξησις, παχυσμὸς, κρατυσμὸς, μινύθησις.

Sed nihil certi habeo.

12. τὸ ξυγγενὲς — ἧσσον.] καὶ ὅσῳ μᾶλλον schol. ὅσον libri duo Parr. — Locus intelligi nequit; cuius rei causa est apodosios absentia; itaque lacunae signa in fine posuissem, nisi me retinuisset orationis forma § 13ae. — Eiusmodi loci e nexu suo divulsi videntur, nec facile apparebit, quo modo ita describi potuerint.

13. τοῦ ἔτεος — παρεούσης.] Pro τὸ πρωϊαίτερον, quod cum Littr. e schol. exhibeo, vulgo τε καὶ πρωΐτερον; vulg. ὀψίτερον, alterum illud debetur schol. et cod. H. Dein καὶ εἰ ἡ ὥ. ἐγ. schol.; vulg. ἡ ὥρη ἐν ᾧ ἐγ. — Cod. C. αὐχμούς pro αὐχμηρή ante θερμή cod. C. ἢ om.; νήνεμος καὶ ἀνήνεμος schol. — Οἷοι ἄνεμοι de meo scripsi pro οἵων ἀνέμων cett. — Schol. καὶ οἵων ἀνέμων τὰ ἐπιγιγνόμενα, ἢ

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 749 sur 880

©BIUM

ἀρχῇ, ἢ μέσῃ, ἢ ἐσχάτῃ, ἢ διὰ παντὸς, παροιχομένης, ἢ παρεούσης.

ιδ'. [Ὥρη] τῆς νούσου ὁ χρόνος, τὰ ἐπιγενόμενα, αἱ περίοδοι καὶ τῶν περιόδων αἱ μείζονες καὶ αἱ διὰ πλείονος, αἱ ἐπιδόσιες καὶ ἡ τῆς ἄλλης νούσου ἐπίδοσις, ἡ χάλασις, ἡ ἀκμὴ καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧσσον ἀποτελέουσαι καὶ ὅτε καὶ ὁποίως καὶ ἐν οἵῃ ὥρῃ καὶ ἡλικίῃ.

ιε'. Τῶν ἐπιδημευουσέων νούσων οἱ τρόποι καὶ εἴ τις τῶν πυρεττόντων ἄρξαιτο ἀνήμετος, οἷον εἰ πιόντες τι κατίσχοντες ἢ βραχὺ καθαιρόμενοι.

ις'. Πυρετώδεες ἴσως οἱ ἔκλευκοι, ὧν καὶ χείλεα, οἷος ὁ τρόπος, οἱ χρόνοι.

ιζ'. Ἔργον πᾶν τὸ σῶμα ἐς τὴν σκέψιν ἄγειν, ὄψιν, ἀκοὴν, ῥῖνα, γλῶσσαν, ἁφήν· ὁ δὲ λογισμὸς καταμανθάνει.

ιη'. Τὰ ἐν τοῖσι βλεφάροισι τοῖς ἄνω,

pestatis initio, aut media, aut in fine, aut per totum tempus, cum praeterierit, aut adhuc praesens adsit.

14. *Locus corruptus est.*

15. *Locus integer non est.*

16. *Locus corruptus.*

17. Opus est ut corpus totum ad observationem adducatur, visus, auditus, nasus, lingua, tactus; sed ratio intelligit.

18. *Loci corrupti.*

ὄμβρος, ἢ αὐχμὸς. ἢ ψύχος, ἢ θέρμη τῆς ὥρης ἐν ἀρχῇ, ἢ μέσῃ, ἢ ἐσχάτῃ. Verba notata apud ceteros absunt; Littréus glossema esse opinatus ea omisit; mihi quoque recentioris originis quam cetera videntur. Littréus ἢ μέσῃ, ἢ ἐσχάτῃ, sed credo operariorum culpa ita editum esse. Schol. ἢ παροιχομένῃ ἢ παρεοῦσα, item cod. C., nisi quod hic prius ἢ om. — Non intelligitur τοῦ ἔτεος ἢ ὥρη, quum quid supplendum sit, non constet; quodsi hic habeamus in § 12—15. enumerationem momentorum, quae in morborum consideratione sint observanda, deest aliquid, unde hoc pateat. Sed, uti dixi ad § superiorem, loci quomodo hac forma ad nos pervenerint, ignoramus.

14. [Ὥρη] — ἡλικίῃ.] Ὥρη initio, quod uncis inclusi, a schol. om.; quod antequam videram, iam mecum putabam e superioribus huc delatum esse; nomen enim abundat. Ἐπιγεν. scripsi cum Ald. et mss. 3. Parr.; cett. praesens ferunt: αἱ [διὰ] μείζονος Lind.; qua de re aliquid observandum venit. Nimirum verba αἱ μείζονες καὶ αἱ διὰ πλείονος antithesin in reliquis manifestam non habent: dixeris fere scriptum fuisse αἱ μείζονες καὶ ἐλάσσονες καὶ αἱ δι' ὀλίγου καὶ αἱ διὰ πλείονος. Iam vero credo Lindanum sensisse periodum elaudicare in oppositione solita, sed non rem acu eum tetigisse. Schol. solum πλείονες, omissis αἱ διά; scribit autem uno tenore αἱ πλείονες ἐπιδ. Idem om. καὶ ἡ τῆς ἄλλης νούσου ἐπίδοσις, quod mihi etiam dudum suspectum, quum nesciam, quorsum spectet, praemisso αἱ ἐπιδόσιες; sed forte omittendum cum schol. illud et pro αἱ ἐπιδ., sing. numero ἡ ἐπιδ. scribendum, ut cohaereant ἡ ἐπίδοσις, ἡ χάλασις κ. τ. λ. — Idem porro ἡ χάλασις καὶ τῆς χαλάσιος ἡ ἀκμή, quod auctor profecto non scripsit; tum ἐν οἷσι οὗ καὶ τὸ μᾶλλον et tandem καὶ ἐν ὁκοίῃ ὥρῃ. Subiungit dein continuo hisce τῶν — οἱ τρόποι ex initio § 15. Eius textus universe in hisce satis male scriptus est. — Omnia reputans cogitavi, num forte eiusmodi quid ab auctore datum sit:

. . . τῆς νούσου ὁ χρόνος, τὰ ἐπιγενόμενα, αἱ περίοδοι καὶ τῶν περιόδων αἱ μείζονες καὶ ἐλάσσονες καὶ αἱ δι' ὀλίγου καὶ αἱ διὰ πλείονος· ἡ ἐπίδοσις, ἡ χάλασις, ἡ ἀκμὴ, τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧσσον ἀποτελέουσαι· καὶ ὅτε καὶ ὁποίως καὶ ἐν οἵῃ ὥρῃ καὶ ἡλικίῃ. . .

15. τῶν ἐπιδ. — καθαιρόμενοι.] Vulgo καὶ εἴ τις τῶν ἀρχομένων ἄρξαιτο ἀνήμετος. — Ego scholiastae lect. sequor, nisi quod hic minus recte ἄρξηται scribit. Profecto πυρεττόντων verum est, ἀρχομένων e seq. ἄρξαιτο originem duxit. Ceteri ἢ πιόντες, sed Littr. emendavit, quem sequor. Libri 7. Parr. ἢ ponunt ante κατισχ., etiam Lind. — Postrema corrupta sunt: puto auctorem solum scripsisse τῶν ἐπιδημευουσέων νούσων οἱ τρόποι, — recentiorem adposuisse exempla, in quibus certe οἷον locum, quem iam tenet, olim non habuit. Non video tamen, quo modo turbata et corrupta ad pristinam integritatem et antiquum ordinem restitui possint.

16. πυρετώδεες — χρόνοι.] Schol. καὶ τὰ χείλεα; tum seqq. apud eum separatim scribuntur: Οἷος ὁ τρόπος καὶ ὁ χρόνος. — Sunt autem ista, sive vulgatam, sive scholiastae lectionem sequaris, ita comparata, ut vitiosa esse ultro appareat; quomodo autem emendari possint et num omnino possint, non discerno.

17. Ἔργον — καταμανθάνει.] Vulgata habet: τὸ σῶμα ἔργον ἐς τὴν σκέψιν ἄγειν, ὄψις, ἀκοὴ, ῥὶς, ἁφὴ, γλῶσσα, λογισμός. Tum infinitivus Καταμανθάνειν refertur ad § seq., sed Littr. in codd. Parr. καταμανθάνει legit, quod Edd. antiquae item habent; unde patet minus recte hoc verbum infinitivo poni et ad seq. § referri. Schol.: ἔργον πᾶν τὸ σῶμα ἐς τὴν σκέψιν ἄγει, ὄψις, ἀκοὴ, γεῦσις, ἁφὴ, ῥὶς, λογισμὸς καταμανθάνει. Ceterum in vulgata Lind. τὸ σῶμα [καὶ] ἔργον scripsit, frustra; in vulg. ἀλγέειν e mss. adnotat Littr. et Aldus habet. — Equidem locum secundum scholiastae lectionem ad sensum sanum de meo revocavi. Locus congruit cum trito Epicharmeo Νοῦς, ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει· τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.

18. Τὰ — Πολυμήδεϊ.] In his τοῖσι κάτω Lind.; idemque mox τῶν [δὲ] ἄλλων. Postrema schol. legit: ἐν ἄκρῳ οἷσι ὑπέρυθρα σκληρὰ καὶ πάνυ τουτέοισι αἰσχρὰ καὶ ἐνι-

καταλειπόμενα οἰδήματα τῶν ἄλλων περιϊσχναινομένων, ὑποστροφαί· ἐν δ' ἄκρῳ ὑπέρυθρα σκληρὰ καὶ πάνυ τούτοισι γλίσχρα καὶ ἀνιστάμενα καὶ ἐνεχόμενα ἐν τούτοισι, οἷον Φαρσάλῳ Πολυμήδεϊ.

Τὰ καταρρηγνύμενα οἰδήματα ἢ πελιώματα ἢ ἐπ' ὀφθαλμίῃσι, ἢ ἕλκεσι, ἀλλὰ γὰρ τὰ ἐκ τῶν φυμάτων καὶ ἐμπυημάτων καταφερόμενα.

ιθ'. Ὅτι σημεῖον ἀμφὶ μήτρην στρόφοι περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ ὀδύναι ἔστι ὅτ' ἀπὸ πράσων ἀτὰρ καὶ ἀπὸ σκορόδων τούτοισι ὕστερον .....

Ἐρυσίπελάς τ' ἔστι οἷσι ἀπὸ τραχήλου καὶ περὶ ταῦτα ἐν προσώπῳ ἐκρίνετο· τὰ μέλανα καὶ οἷσι τράχηλοι, κακὰ, καὶ εἰ φλύκταιναι, κακὰ καὶ οἷσι ταρακτικά.

κ'. Ὁ μελαγχολικὸς, ὁ Ἀδείμαντος, ἀπὸ πεπλίων πλειόνων ἥμεσέ ποτε μέλανα, ἄλλοτε δὲ ἀπὸ κρομμύων.

κα'. Οἱ πυρετοὶ, ἐν οἷσι ἐφελκοῦται χείλεα, [ἴσως διαλείποντες,] καὶ τριταίοισι ψύ-

19. *Sunt loci corrupti.*

20. *Fragmentum incertae lectionis.*

21. *Locus corruptus.*

στάμενα καὶ ἐνισχόμενα, οἷον Φαρσάλῳ καὶ Πολυμήδεϊ. — Pro vulgato ἐνεχόμενα cod. C. ἀνεχόμενα; Lind. [ἐν] supplevit ante Φαρσ. — Locum non tango, quia boni nihil ex eo elicere datur: γλίσχρα forte ex αἰσχρά ortum et ἐνεχόμενα ex ἀνεχόμενα, ita ut ἀνιστάμενα et ἀνεχόμενα sint dittographia, unde obtinueris: ἐν δ' ἄκρῳ οἷσι ὑπέρυθρα, σκληρὰ, καὶ πάνυ αἰσχρὰ ἀνιστάμενα καὶ .... οἷον Φ. καὶ Π. — Sed certi nihil affirmo, nisi corruptum esse locum.

τὰ καταρρηγνύμενα — καταφερόμενα.] Schol. in his πελιδνώματα et ἐν ὀφθαλμίῃσι. Kühn. ἀλλά pro ceterorum ἄλλα. Littréus pone γάρ distinxit. Schol. τὰ ἐκ om. et ἐμπύων et τὰ φερόμενα habet. — Verba propter corruptelam sensu cassa sibi relinquo.

19. Ὅτι — ταρακτικά.] Lind. ὅτι om. — De meo ἀμφὶ μήτρην scripsi; vulgo ἀμφίδμητον, quod sine μ in praepositione Littr. etiam vidit in libris 5. Parr.; schol. ἀμφὶ ἀμητόν, quod editor Par. recepit, Ioann. Alex. secutus et reddens „vers l'époque de la moisson." — Lindanus ἀμφιμήτριον dedit Foësio obsecutus, qui tum in adnn. ad h. l., tum in Oecon. de hac voce monuit. Foës. ad h. l. retulit Galeni glossam: ἀμφιμήτριον σημεῖον) οὕτως ὠνόμακεν ἐν τῷ β' (Foës. emendat ς') τῶν ἐπιδημιῶν τὸ ἐηλωτικὸν τῶν περὶ τὰς μήτρας διαθέσεων. — Equidem contendo ἀμφιμήτριον pertinere ad idem genus, ad quod αἱματοφλοιβοστάσιες § 2. sect. 7. et ῥινοχυγραφηθεῖσα § 4. sect. 6. i. e. ad eiusmodi vocabula, quae librarii e vocibus separatim scriptis conflaverunt; quin h. l. res sponte intelligitur: terminationem nominis σημεῖον ad μήτρην transtulerunt et ἀμφιμητρεῖον una voce scripserunt, unde ἀμφιμήτριον dein natum. Ceterum lacunam hic esse suspicor; σημεῖον τῶν ἀ. μ., vel eiusmodi quid exspectaveris. — Excerpam iam reliquas varr. lectt. Lind.: ἐρυσίπελάς ἐστιν οἷσιν ἀπὸ πράσων ἀτὰρ καὶ ἀπὸ σκορόδων· τούτοισιν ὕστερον ἔστιν οἷσιν ἀπὸ τραχ. κ. τ. λ.; tum in seqq. καὶ οἷσι τραχήλου. Littr. adnotat in libris ὅτ' omitti, schol. pro ὅτε dat οἷσι; idem σκορόδου sine ἀπό, quam praep. etiam cod. C. om. Schol. σκορόδου τούτου ὕστερον. — Iam ἐρυσίπελάς ἐστιν schol. novam periodum incipiens; καὶ τῶν περὶ ταῦτα idem; τὰ μέλανα καὶ οἷσι φλ., κακὸν· καὶ οἷσι τράχηλοι, κακὸν καὶ οἷσι ταρακτικά idem. Unus cod. H. παραπληκτικά pro ταρακτικά. — Me iudice duo fragmenta a se invicem prorsus seiuncta haec § continet. Ad prius fragmentum cf. Aph. 41. V. et locum e libro de Sterilibus p. 416. Ed. Littr. Perperam Lind. membrum prioris fragmenti ad alterum retulisse mihi videtur. Ad τούτοισι ὕστερον lacunam notavi propter verba e lib. de Sterilibus in fine § 215. πάντων δὲ τουτέων ὕστερον πίνειν ἄλητον κ. τ. λ. puto hic ταύτῃσι ὕστερον fuisse scriptum et hoc ipsum initium fuisse similis generis membri, ac quod e l. l. adtuli. — De altero fragmento nihil quod affirmem habeo, nisi corruptum esse et desperatum videri. — De priore id unum adhuc observo; facile fieri possit ut ἄλλοτε δὲ ἀπὸ κρομμύων e fine sequentis § 20. eò pertineret; vide adnn. ad seqq.

20. ὁ μελαγχολικὸς — κρομμύων.] Articulum ante nomen proprium om. schol.; tum δέ ex eo recepi, quod in vulg. deëst. Mihi postrema pertinere videntur ad § superioris fragmentum prius, ita quidem ut ibi scriptum fuisse suspicer: ἔστι ὅτ' ἀπὸ πράσων ἄλλοτε δὲ ἀπὸ κρομμύων ἀτὰρ καὶ κ. τ. λ. Tum miror πεπλίων plurali numero: Cf. de V. A. § 23. — Suspicor fragmentum historiae morbi scriptum fuisse:

Ὁ μελαγχολικὸς, ὁ Ἀδείμαντος, ἀπὸ πεπλίου πλείονα ἥμεσέ ποτε μέλανα .....

21. οἱ πυρετοὶ — αἰεί.] h. l. sectionis octavae initium notatur in mss. duobus Parr.; ἀφελκοῦται scribit schol.; vulgo διαλιπόντες, sed Littr. e cod. C. praesens dedit. Αἰεί pro vulg. ἀεί Littr. e codd.; idem μέν habere vulgatam pone

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 751 sur 880

©BIUM

ξιες, οἱ δὲ περικαέες αὐτίκα πρὸς τὴν χεῖρα λυόμενοι αἰεί.

κβ'. Οἷσι ἔνεστι ἐν τοῖσι ἄρθροισι σκεπτέον ἦρα οὐκ ἐμπυοῦνται;

κγ'. Ἔθος δὲ, ἐξ οἵων ὑγιαίνομεν, διαίτῃσι, σκέπῃσι, πόνοισι, ὕπνοισι, ἀφροδισίοισι, γνώμῃ.

κδ'. Πρὸς τὰς νούσους ἀπὸ τίνων τίνα σχήματα, ἐφ' οὓς τόπους ἐτράποντο, ἤρξαντο, παρῆσαν, ἐπαύσαντο.

Ἐν οἷσι ἀκρατὴς, φοβερός.

Τὰ ἐναντία [ἐν] τῇ νούσῳ διαιτήματα.

Τὸ εὔφορον, τὸ δύσφορον.

κε'. Αἱ δίαιται, ὅσον γνῶναι, μὴ ἐξειδῆσαι, ξυμφοραὶ γὰρ πολλαί.

κς'. Ἀγαθοῖσι δὲ ἰητροῖσι αἱ ὁμοιότητες πλάνας καὶ ἀπορίας, ἀλλὰ τἀναντία, ἡ πρόφασις οἵη· ὅτι χαλεπόν ἐστι ἐκλογίσασθαι εἰδότα τὰς ὁδοὺς, οἷον εἰ φοξὸς, εἰ σιμὸς, εἰ ὑπόξηρος, εἰ χολώδης, δυσήμετος, χολώδης μέλας, νέος, εἰκῇ βεβιωκὼς, ἅμα ταῦτα πρὸς ἄλληλα ξυνομολογήσασθαι χαλεπόν.

κζ'. Ὧι τὸ συρίγγιον ἐπανερρήγνυτο, βηχία ἐκώλυε διαμένειν.

22. *Locus corruptus.*

23. *Locus corruptus.*

24. *Fragmenta sunt, quae rite interpretari non possis.*

25. *Verba sensu vacua.*

26. *Verba sensu cassa.*

27. Illi cui fistula parva denuo rumpebatur, tussiculae prohibuerunt, quo minus clausa maneret.

διαλ. scribit, apud Chouetium, in Edd. antt., apud Lind non lego. — Mihi ἴσως διαλ. adnotatio marginalis esse videtur. De αὐτίκα πρὸς τὴν χεῖρα λυόμενοι id unum profiteor, me minime id intelligere. Locum pro desperato dimitto.

22. Οἷσι — ἐμπυοῦνται.] Schol. οἷόν ἐστι τὸ ἐν κ. τ. λ. tum ἦρα μὴ ἐκπυοῦνται idem. Cod. C. ἐκπυοῦνται. Littréus: „Jean, inquit, traduit: qualis est in articulis, videndum, *incisionem non experiaris, si non in saniem sunt.* Ce qui suppose un texte different." — Equidem auctorem scripsisse puto:

Οἷσι ἔνεστι ἐν τοῖσι ἄρθροισι .....

Reliqua omnia recentiora sunt additamenta, ab iis qui utcumque fragmentum loci explere studuerint. Tum de σκεπτέον, tum de quaestionibus eiusmodi saepius suspectis non semel in adn. monui.

23. ἔθος — γνώμῃ.] ἐξ ὧν schol. — Locum corruptum pro desperato sibi relinquo.

24. πρὸς — δύσφορον.] Vulgo ὅπως, sed πρός schol., unde Littréus dedit. In accentu τινῶν, τίνων cett. libri differunt. Schol. om. ἐτράποντο, quod tamen incuria scribarum factum videtur. Vulgo ἤρχοντο; aoristum Littr. e schol. dedit. In reliquis varietas lectionis nulla, quae alicuius momenti sit. Miraris eruditos serio eiusmodi vocabula sensu cassa interpretari voluisse: quid quaeso ἐν οἷσι ἀκρατὴς φοβερός? Omnia ita e connexione cum aliis sunt divulsa, ut nihil intelligas. Uncis intercepi ἐν, quod solito modo praepositio abundare videbatur.

25. αἱ δίαιται — πολλαί.] Schol. αἱ δ. ὀκόσοισι γνῶναι, οὐκ ἐξειδυῖαι, συμφ. γ. π. — In vulgata duo libri Parr. ἐξοιδῆσαι pro ἐξειδῆσαι. Littr. memorat Ioann. Alex. locum, e quo patet μή in aliis libris adscriptum fuisse, in aliis non; itaque μή uncinis intercepit, putans demta negatione locum perspicuum esse. Ego sive μή deleas, sive relinquas, sive scholiastae, sive vulgatam lect. sequaris, boni quid ex his non elicio et locum pro desperato sibi relinquo.

26. ἀγαθοῖσι — χαλεπόν.] In cod. I. ὁμοιόταται legitur: οἵη om. Schol. et Lind.; sed hic οἶδ' ὅτι χαλεπόν ἐστι dedit, forte e Pall., qui οἶδα ὅτι εἰδότι χαλεπόν ἐστι ἐκλογίσασθαι τὰς ὁδούς. Idem ἢ σιμός. Quod ad ὑπόξηρος, id legitur ὑπόξυρος in codd. D. F. et cod. Sever. apud Foës., in C, ὑπόξηρος: Littr. formam per ῡ dedit; ad hoc vocabulum redeo infra. Ante χολώδης, schol. ἢ pro εἰ; cod. C. voculam om., χολώδης μέλας apud schol. non legitur; idem in fine καὶ ἐπὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧσσον χαλεπόν. — Locum desperatum sibi relinquo, sed de ὑπόξηρος ὑπόξυρος verbulo moneo. — Videndi sunt Steph. in Thes., Foës. in Oecon.; cf. supra sect. 1. § 10. ἀπόξηρος: mihi ὑπόξυρος h. l. non admodum firmum videtur: Ep. II. 5. l. ὀξύρρινες et σιμοί sibi respondent, itaque hic nomen quod ὀξυρρις fere valeat, possit poni; sed sitne ὑπόξυρος probum h. l. dubito: ὑπόξυρρις possit tali scripturae ansam praebuisse. Sed ad eandem vocem aliis in Hipp. locis erit redeundum; — h. l. eo difficilius de eo iudicium, qaod sensus in loco universo sanus non inest.

27. ᾧ τὸ συρίγγιον — διαμένειν.] Libri quatuor Parr.

κη'. Ὧι ὁ λοβὸς τοῦ ἥπατος ἐπεπτύχθη, διέσεισα, ἐξαίφνης ὁ πόνος ἐπαύσατο.

κθ'. Σάτυρος ἐν Θάσῳ παρωνύμιον ἐκαλεῖτο Γρυπαλώπηξ· περὶ ἔτεα ἐὼν πέντε καὶ εἴκοσι ἐξωνείρωσσε πλεονάκις· προΐει δ' αὐτῷ καὶ δι' ἡμέρης πλεονάκις· γενόμενος δὲ περὶ ἔτεα τριήκοντα φθινώδης ἐγένετο καὶ ἀπέθανε.

λ'. Ἐν Ἀβδήροις ὁ παλαιστροφύλαξ, ὁ Κλεισθένεος λεγόμενος, παλαίσας πλείω πρὸς ἰσχυρότερον καὶ πεσὼν ἐπὶ κεφαλὴν, ἀπελθὼν ἔπιε ψυχρὸν πουλύ· μετὰ δὲ ταῦτα ἐκείνης τῆς νυκτὸς ἀγρυπνίη, δυσφορίη, ἄκρα ψυχρά. Τῇ δὲ ὑστεραίῃ εἰσῆλθον καὶ βαλάνου προστεθείσης οὐχ ὑπῆλθε, οὔρησε δὲ σμικρὸν, πρότερον δ' οὐδὲν οὐρήκει· ἐς νύκτα ἐλούσατο· οὐδὲν ἧσσον ἀγρυπνίη καὶ δυσφορίη· παρέκρουσε. Ἐόντι δὲ τριταίῳ, κατάψυξις ἄκρων· ἐκθερμανθεὶς ἵδρωσε· πιὼν δὲ μελίκρητον ἀπέθανε τριταῖος.

λα'. Οἱ μελαγχολικοὶ ἐπίληπτοι καὶ οἱ ἐπίληπτοι μελαγχολικοὶ εἰώθασι γίγνεσθαι ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ· τούτων δὲ ἑκάτερον μᾶλλον γίγνεται ἐφ' ὁπότερα ἂν ῥέψῃ τὸ ἀρρώστημα· ἢν μὲν ἐς τὸ σῶμα, ἐπίληπτοι, ἢν δὲ ἐπὶ τὴν διάνοιαν, μελαγχολικοί.

28. Quendam, cui iecoris fibra replicata erat, concussi et statim dolor cessavit.

29. Satyrus in Thaso cognomento Grypalopex, cum viginti quinque annorum esset, saepius inter dormiendum seminis profluvium expertus est eique semen interdiu frequenter promanabat. Cum autem trigesimum annum fere attigisset, tabe correptus mortuus est.

30. Abderis palaestrae custos quidam, Clisthenis dictus, cum valentiore multum luctatus et in caput lapsus, digressus frigidam eamque copiosam hausit. Post haec vero nocte illa insomnia, corporis incontinentia et iactatio atque extremorum frigiditas contigit. Postridie eum visitavi et glande apposita nihil demisit; paucam autem urinam reddidit, cum antea nullam reddidisset. Sub noctem lotus, nihilominus insania et corporis incontinentia vexatus, deliravit. Tertio vero die extremorum perfrictio adfuit, excalfactus sudavit. Epota autem mulsa tertio die mortuus est.

31. Atra bile vexati morbo comitiali corripi magna ex parte consuevere et morbo comitiali laborantes atra bile divexari. At horum utrumque magis accidit, prout ad alterutram partem morbus inclinarit. Etenim si in corpus, morbo comitiali laborant, sin vero in mentem, atra bile vexantur.

ἐπαναρρήγνυντο, vitiose quidem; schol. μὴ διαμένειν. Fragmentum est historiae morbi, quae habetur Ep. VII. 113.

28. ᾧ ὁ λοβὸς — ἐπαύσατο.] Schol. ἀπεπτύχθη, ὑπέσεισα. Varr. lectt. in codd. habent: ἐπεπύχθη C. K. ἐπεχύχθη cum vulg. lect. in m. I. ἐπιχύθη cod. D. et alius cum vulg. superscripta. Littréus adnotat: „d'après Jean Galien disait dans son commentaire, qu'on ne savait si l'accident etait arrivé dans une lutte ou dans une chute d'un lieu élevé et que sans doute il s'agissait du lobe droit du foie." Ex eodem fonte puto profluxit Foësii notula ad hunc locum. Mihi non certum est ἐπεπτύχθη veram esse lectionem, licet nihil tangere audeam: mecum cogitavi, num quid forte, quale ἐνεπυήθη hic latere possit, quum ad suppurationes internas concussio ab antiquis institui soleret; non ignoro locos eo facientes ad thoracis ἐμπυήματα maxime spectare, sed forte hic in hepatis suppuratione ut abscessus rumperetur idem factum fuit. Quid potuerunt sibi fingere antiqui de ἐπιπτύξι fibrae hepatis? Non nescio, saepius eos sibi talia finxisse, quae numquam fierent, aut fieri possent, sed haec theoria, morbi de conduplicatione lobi iocinoris sane satis mira est; nec novi exempla alia, ubi rei mentio fiat.

29. Σάτυρος — ἀπέθανε.] Schol. παρωνυμίην; unus cod. D. χρυσαλώπηξ, in codd. schol. τρυπαλώπηξ. Schol. πολλάκις pro πλεονάκις. Solum ἡμέρης pro δι' ἡμέρης idem. Quod in eius textu legitur πολλάκις ἢ πλεονάκις manifesto indicat eum utroque loco vulgatam lect. vidisse, sed descriptores πολλάκις substituisse, quod posteriore loco factum esse animadvertentes ἢ πλεονάκις addiderunt.

30. Ἐν Ἀβδήροις — τριταῖος.] Vulgo ἐν δὲ Ἀ., schol. δέ om. Nomen proprium cum Littréo e schol. ita descripsi, latet autem omnino in vulg. ὁ καὶ Σθενεός. Pro λεγόμενος schol. et cod. C. γενόμενος; miror nonnihil ὁ κλ. λεγόμενος, sed neque alterum placet; forte participium totum ἔμβλημα recens est; videant alii quoque. Cod. C. ἐπελθών vitiose. Vulgo ἔπιε ψυχρὸν ὕδωρ πουλύ. Schol. ἔπιε ὕδωρ ψυχρὸν καὶ πουλύ. Equidem e vulg. ὕδωρ, quod glossema est, omisi. Schol. μετὰ ταῦτα. Vulgo. εἰσῆλθεν, sed εἰσῆλθον schol., qui simul εἰς οἶκον, quod in vulg. sequitur, omittit, et quod pro glossa salutans repudiavi. Similiter cum schol. omisi τῇ κοιλίῃ, quod ante βαλάνου προστ. in vulg. legitur. Cum eodem πρότερον δ' οὐδὲν οὐρ. scripsi, dum ceterum δ' abest; cod. autem C. plenum δέ habet. Vulgo ἀκρέων, sed schol. ἀπ' ἄκρων; idem δέ om. ante μελίκρητον; — item cod. C.

31. οἱ μελαγχολικοὶ — μελαγχολικοί.] Vulg. habet: οἵ μελ. καὶ ἐπιλημπτικοὶ εἰώθασι γίνεσθαι ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ καὶ οἱ ἐπίλημπτοι μελ. Ego schol. sum secutus. Ἐφ' ὁπό-

©BIUM

λβ'. Ἐν Ἀβδήροις Φαεθούσῃ τῇ Πυθέου οἰκουρῷ ἐπιτόκῳ ἐούσῃ τοῦ ἔμπροσθεν χρόνου, τοῦ ἀνδρὸς φυγόντος, τὰ γυναικεῖα ἀπελήφθη χρόνον πουλύν· μετὰ δὲ ἐς ἄρθρα πόνοι καὶ ἐρυθήματα· τούτων δὲ ξυμβάντων τό τε σῶμα ἠνδρώθη καὶ ἐδασύνθη πάντα καὶ πώγωνα ἔφυσε καὶ ἡ φωνὴ τρηχεῖα ἐγένετο· καὶ πάντα πραγματευσαμένων ἡμῶν, ὅσα ἦν πρὸς τὸ τὰ γυναικεῖα κατασπάσαι, οὐκ ἦλθε, ἀλλ' ἀπέθανε οὐ πουλὺν μετέπειτα χρόνον βιώσασα.

32. Abderis Phaëthusae Pythei domus custodi quum antea foecunda fuisset, viro exsulante diu menses defecerunt, ex quo postea dolores et rubores ad articulos exorti sunt. Quae ubi contigerunt, tum corpus virile, tum universum hirsutum est redditum et barba ei nata est et vox aspera reddita. Sed cum omnia, quae ad menses deducendos facerent, tentassemus, non profluxerunt, verum haud ita multo post vita functa est.

Ξυνέβη δὲ καὶ Ναννοῖ τῇ Γοργίππου γυναικὶ ἐν Θάσῳ τὠυτό· ἐδόκει δὲ πᾶσι τοῖσι ἰητροῖσι, οἷσι κἀγὼ ἐνέτυχον, μία ἐλπὶς εἶναι τοῦ γυναικωθῆναι, εἰ τὰ κατὰ φύσιν ἔλθοι· ἀλλὰ καὶ ταύτῃ οὐκ ἐδυνήθη πάντα ποιούντων ἐπελθεῖν, ἀλλ' ἐτελεύτησε οὐ βραδέως.

Idem quoque in Thaso Nanno Gorgippi coniugi contigit. Omnibus autem medicis, cum quibus etiam collocutus sum, unica spes adesse visa est, ad muliebrem naturam reduci posse, si menses secundum naturam procederent. Verum etsi omnia moliremur, huic prodire nequiverunt, sed paulo post mortua est.

τερον Gal. de locis aff. III. 6. Vulg. ῥεύσῃ, sed ῥέψῃ Lind. Littr.; hic e cod. C., illi fortasse e Gal. l. l. et Pall. Vulgo τοῦτο τὸ ἀρρ., sed τοῦτο apud Gal., schol. et in cod. C. deëst, ita ut Littr. omiserit. Pro σῶμα cod. Sev. apud Foës. αἷμα. Hic rursus ἐπίλημπτοι vulg., ἐπίληπτοι codd. 3. et Gal., quod recepi; schol. ἐπιληπτικοί. Altero loco ἦν pro εἰ e cod. C. cum Littréo dedi, ἦν δ' εἰς Gal. l. l.

32. Ἐν Ἀβδ. — χρόνον πουλύν.] Principium huius hist. morbi sic se habet in libris: Ἐν Αβδήροις Φαέθουσα ἡ Πυθέου γυνὴ οἰκουρὸς, ἐπίτοκος ἐοῦσα τοῦ ἔμπροσθεν χρόνου, τοῦ δὲ ἀνδρὸς αὐτῆς φυγόντος, τὰ γυναικεῖα ἀπελήφθη χρόνον πουλύν. Nempe vulg. ἡ κοῦρος mutatum est in οἰκουρός a Littr. e schol. et codd. C. H. Schol. δέ ante ἀνδρός om.: φυγόντος lect. est cod. C. et schol. a Littréo etiam recepta pro vulg. φυγαδεύοντος, quae emendatio est Corn. et Foësii, libris mss. et Edd. antt. φυλάττοντος habentibus. Iam Calvus: „cum autem vir eius exularet." — Pro ἀπελήφθη libri aliquot ἀπελείφθη. — Equidem anacoluthiam sustuli dativum de meo inferens, suppressi γυνή s. γυναικί ante οἰκουρῷ, quum dittographia videatur, aut glossa; cum schol. δέ ante ἀνδρός omisi et eieci αὐτῆς ante φυγόντος, quum emblema sit alienum. In seqq. Schol. φωνὴ τρηχεῖη καὶ σκληρή. Quod sequitur ἐγένετο e cod. C. exhibui, ceteris ἐγενήθη habentibus.

Ξυνέβη — βραδέως.] Nomen proprium mulieris vulgo Ναμυσίῃ scribitur, sed Littr. in mss. vidit ναννυη, ναννυΐη, Calvus „Namyae," dum schol. καννοῖ legit, hinc dedit ille Ναννοῖ, quod item exhibui. Schol. dein Στοργίππου, puto autem τῆς pro antecedente τῇ positum huic formae ansam praebuisse. Vulgo τὸ αὐτό, sed Littr. τὠυτό e schol.; τὠυτὸν cod. C. Porro τοῦ γυναικωθῆναι codd. multi Parr. cum schol., quos cum Littréo sequor; vulg. ὡς γυν. Edd. antt. οὐ γυν. Schol. et cod. C. γενέσθαι pro ἐπελθεῖν. Pone βραδέως apud Pall. γενομένη ἐπίληπτος, quod neque apud ceteros, neque apud Calvum legitur.

©BIUM

ΠΕΡΙ ΧΥΜΩΝ.

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ ΕΣΤΙ ΠΑΝΤΟΙΑ ΑΤΑΚΤΩΣ ΔΙΑΚΕΙΜΕΝΑ ΟΙΑ ΠΛΕΙΣΤΑ ΕΝ ΤΟΙΣ ΝΟΘΟΙΣ ΤΩΝ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ.

DE HUMORIBUS.

FRAGMENTA SUNT VARIA SINE ORDINE ET NEXU DESCRIPTA, QUALIA PLURIMA IN EPIDEMIIS SPURIIS.

©BIUM

ΠΕΡΙ ΧΥΜΩΝ.

ΔΙΟΣΗΜΕΙΑ ΕΣΤΙ ΠΑΝΤΟΙΑ ΑΤΑΚΤΩΣ ΔΙΑΚΕΙΜΕΝΑ ΟΙΑ ΠΛΕΙΣΤΑ ΕΝ ΤΟΙΣ ΝΟΘΟΙΣ ΤΩΝ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ.

DE HUMORIBUS.

TRAGMENTA SUNT VARIA SINE ORDINE ET NEXU DESCRIPTA, QUALIA PLURIMA IN EPIDEMIIS SPURIIS

©BIUM

ΠΕΡΙ ΧΥΜΩΝ.

α'. Τὸ [1] μὲν χρῶμα τῶν [2] χυμῶν, ὅκου μὴ ἄμπωτίς ἐστι, ὥσπερ ἀνθέων .....

Ἀκτέα ἢ ῥέπει διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων, πλὴν ὧν οἱ πεπασμοὶ ἐκ τῶν χρόνων.

Οἱ πεπασμοὶ ἔξω ἢ ἔσω ῥέπουσι, ἢ ἄλλῃ ὅπῃ δεῖ.

[3] Εὐλάβεια· ἀπειρίη· δυσπειρίη· μαδαρότης· σπλάγχνων κενότης, τοῖσι κάτω· πλήρωσις τοῖσι ἄνω τροφή· ἀναρροπίη, καταρροπίη· τὰ αὐτόματα ἄνω καὶ κάτω, ἃ ὠφελέει καὶ βλάπτει· ξυγγενὲς εἶδος, χώρη, ἔθος, ἡλικίη, ὥρη, κατάστασις νούσου, ὑπερβολή, ἔλλειψις, οἷσι ὁκόσον λείπεται, ἢ οὔ·

[1] μὲν om. V. — [2] χυμῶν ἄμπαν τίς ἐστι τῶν χυμῶν, ὥσπερ ἀ. V. — [3] εὐλαβείη.

1. τὸ μὲν χρῶμα — ἀνθέων . . .] Pro ἀνθέων Gal. ἀνθέον; Lind. ἀνθεόντων. Omnes libri ὅκου μὴ ἄμπωτίς ἐστι τῶν χυμῶν, sed non credo scriptorem eo loco τῶν χυμῶν, quod paulo ante occurrit, repetivisse, sed librarios voculas interposuisse. Tum vero pone ἀνθέων lacunam notavi, quia aliquid deficit: sententia non absolvitur. Latine locum non interpretor, quia e fragmento sententiae sensum idoneum colligere non licet. Cum his conferri debebit initium § 8.

ἀκτέα ἢ ῥέπει — χρόνων.] In his διά in codd. omitti scribit Littréus, at in Voss. adpingitur; e cod. A. ὧν exsulat. Cum h. l. cf. Aph. 21. sect. I.

οἱ πεπασμοὶ — ὅπῃ δεῖ] De his verbis nihil monendum habeo, nisi hoc, documento ea esse, a quam ineptis hominibus eiusmodi fragmenta profecta sint. Quid enim? affirmat auctor loci τοὺς πεπασμοὺς ἔξω ἢ ἔσω ῥέπειν; — sit hoc licet, at quid sibi vult tum ἢ ἄλλῃ ὅπῃ δεῖ, quum tertius locus praeter ἔσω et ἔξω nullus detur. Nugatur noster, affectat doctrinam accuratam, quam si explores, vanam esse patet.

εὐλάβεια, ἀπειρίη.] Cett. εὐλαβείη, cod. vero A. οὐδεμία εὐλάβεια οὔ δεῖ εὐλάβεια. Gal. in comm. haec observat: ἄλλοι δὲ οὕτω γράφουσι, ὡς ξυνιέντες εὐλαβείη ἀπειρίᾳ, τουτέστιν ἄπειρα, καὶ τοῦτο μᾶλλον ἀρέσκει μοι. Puto legendum esse ἄπειρος, eumque hoc *infinita* accepisse. Ceterum commentarius rursus indicio est, quam parum de eiusmodi libri interpretatione ipsi antiqui essent certi; nimirum neque hi eum intellexerunt.

δυσπειρίη — τροφή.] Ad κενότης Littréus e cod. A. adnotat κενότης πλείστοισι ἢ τοῖσι κάτω, quae lectio unde orta sit, non constat. Sed sanus sensus verbis, de quibus agimus, non inest. Quodsi largiaris apta quadam consecutione scriptorem posuisse εὐλάβεια, ἀπειρίη· δυσπειρίη, at quid cum his commune habet ἡ μαδαρότης? Quis sensus inest in seqq. σπλάγχνων κενότης τοῖσι κάτω. πλήρωσις τοῖσι ἄνω τροφή? Possis his Latina quaedam, ut fit, apponere, sed quae non magis quam Graeca intelliguntur, nisi pro lubitu aliquid fingas.

ἀναρροπίη — βλάπτει.] Gal. in his ἀναρροπὴ, καταρροπή· in cod. A. haec nomina desiderantur et abest copula ante κάτω et relativum ante ὠφελέει. Quodsi iam verba τὰ αὐτόματα ἄνω καὶ κάτω, ἃ ὠφελέει καὶ βλάπτει conferas, cum antecedentibus ἀναρροπίη, καταρροπίη, constat illa horum esse interpretationem. Sintne illa epexegesis auctoris, an adnotatio vetus, quae in textum irrepserit, dubito. Quamquam si cum interpolatis in libris Epidd. conferas, fere coniicias lectoris esse adnotationem. Quin facile fieri potest, ut plura hic interpolata sint etiam in sequentibus, ita ut auctor tantum substantiva dederit magna in arte medica momenta significantia, cum quibus iam mista habemus commenta recentiorum.

ξυγγενὲς εἶδος — ἢ οὔ.] Cod. A. ante ξυγγενές fert σκεπτέα; itaque in textu huius libri subinde talia supplentur, quae ad intelligentiam rerum requiri putavit codicis descriptor. Pro οἷσι ὁκόσον λείπεται cod. A. ἃ λείπεται sine ἢ οὔ. — Postremum illud οἷσι ὁκόσον λείπεται ἢ οὔ mihi maxime spectare videtur ad ὑπερβολὴ, ἔλλειψις, non ad superiora; sed simul credo interpolatum esse.

DE HUMORIBUS.

1. *Locus incertae lectionis.*

Ducere oportet quam in partem momento feruntur per loca accommodata, nisi quorum maturationes progressu temporis contingunt.

Maturationes foras vel intro, vel alio, quo expedit, tendunt.

Locum incertae lectionis non interpretari malo.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 757 sur 880

©BIUM

[1] κάθαρσις καὶ κένωσις, ἄκη· ἔκκλισις· παροχέτευσις [2] ἢ ἐς τὴν κεφαλὴν, ἢ ἐς τὰ πλάγια, ἢ μάλιστα ῥέπει· [3] ἀντίσπασις ἐπὶ τοῖσι ἄνω, κάτω, — ἄνω ἐπὶ τοῖσι κάτω· ξηρῆναι, οἷσι τὰ κάτω, ἢ ἄνω ἐκπλύνεται ἢ οἷσι παρηγορήσεται· μὴ τὰ ἐκκεχυμωμένα [4] ἐς τὸ ἔσω ἀπολαμβάνειν, ἀλλὰ τὰς [5] ἐφόδους ξηραίνειν.

Τάραξις, κατάκλυσις, διάνιψις, οἷσι ἀποστήσεται πρὸς ἕδρην, ὅθεν ἀθέλγεται, ἢ φάρμακον, ἢ ἕλκος, ἢ χυμός τις ξυνεστηκὼς, ἢ βλάστημα, ἢ φῦσα, ἢ σῖτος, [6] ἢ ὑηρίον, ἢ καῦμα, ἢ ἄλλο τι πάθος.

β'. Σκεπτέα ταῦτα· τὰ αὐτόματα λήγοντα [ἢ οἷον αἱ ἀπὸ καυμάτων ἐπεγειρόμεναι [7] φλυκτίδες,] ἐφ' οἷσι οἷα [8] βλάπτει ἢ ὠφελέει· σχήματα, κίνησις, μετεωρισμὸς, παλινίδρυσις, ὕπνος, ἐγρήγορσις, [9] [ἀλύκη, χάσμη, φρίκη,] ἅτε ποιητέα ἢ κωλυτέα φθάσαι.

Locus hic item incertae lectionis.

2. Totum capitulum non est scriptum, ut intelligatur.

[1] κάθαρσις — ἄκη om.; pro ἄκη scribitur ἄμη. — [2] ἢ om. et τήν; ἢ om. etiam ante ἐς τὰ πλ. — [3] ἢ δ. — [4] solum λαμβάνειν. — [5] ἀφόδους ξηραίνει. — [6] ἢ ὑ. om. V. — [7] φλύκτεις. — V. — [8] βλάπτουσα ἢ ὠφελέα. — V. — [9] ἀλύκη, χάσμη, φρίκη omm. in V.

κάθαρσις — ἔκκλισις.] In vulgata κάθαρσις καὶ κένωσις deëst; supplevit Littréus e Gal., Lindanus item recepit, omissa copula. Cod. A. ἔγκλισις habet. Equidem de his iterum nihil affirmo, neque ea intelligo. Nescio num auctoris verba, an inscriptiones marginales sub oculos habeam. Quodsi κάθαρσις, κένωσις, ἔκκλισις a scriptoris manu sint, at ἄκη vix aliud quid esse potest, quam inscriptio marginalis ad proxima substantiva aliquando adpicta.

παροχέτευσις — παρηγορήσεται.] In hisce ἢ ἐς τὴν κεφ. Littréus e cod. A. dedit; in vulg. ἤ et τῆς omm.; ex eodem libro ἤ ante ἐς τὰ πλάγια adscripsit, quod item in vulg. aberat. Littréus ἢ ἀντίσπασις dedit, adnotat autem codd. habere ἡ ἀντισπ.; in Voss. ἤ legi, sed me iudice h. l. particula non fuit scripta ab auctore, quapropter eam omisi, perinde atque ante ξηρῆναι. Mox vulgata ἢ οἷσι τὰ ἄνω, ἢ ἐκπλύνεται; equidem in his cum Littréo cod. A. lectionem sum secutus, omisso tamen ἄνω ante παρηγορήσεται, quod etiam omittit editor Paris. — Secundum Galenum verba nostra referunt exegesin superioris ἔκκλισις, ita ut haec esset partim παροχέτευσις, partim ἀντίσπασις. Quid autem spectetur per ἐς τὰ πλάγια, non capio, verba aperta quidem, sed rem non intelligo; neque vero intelligo ἢ οἷσι παρηγορήσεται.

μὴ τὰ ἐκκεχυμωμένα — ξηραίνειν.] τὰ ἐκκεχυμωμένα λαμβάνειν e pluribus mss. Parr. adnotat Littréus, uti etiam in V. legitur. Ille ἀφόδους dedit e vulgata; equidem cum Galeno et paucis mss. ἐφόδους lego, quod puto auctorem voluisse, quum praecipiat siccandos esse locos, unde ἔφοδοι sint, quae ἐκκεχυμωμένων collectionem adferant. Ipsum praeceptum ineptum fit, ubi τὰς ἀφόδους ξηραίνειν monetur.

τάραξις — ἢ ἄλλο τι πάθος.] In cod. A. ταράξεις, κατακλύσεις, διανίψεις plurali numero; ibidem ἐξαθέλγεται, tum omittitur ἡ φῦσα. Iam vero in hisce verba ὅθεν ἀθέλγεται s. ὅθεν ἐξαθέλγεται miro modo inferuntur. Suspicio autem mihi subnata est ea ad superiora pertinere, ita ut ibi legendum sit: τὰς ἐφόδους ξηραίνειν ὅθεν ἀθέλγεται s. ἐξαθέλγεται. Hic quoque locus melius se habet istis demtis. Itaque alii quoque videant, num quid boni coniiciam.

2. σκεπτέα — φθάσαι.] Quae principio § uncis inclusi omittuntur in cod. A. — Quid factum sit, in aprico est: ad loci caput, uti saepius factum in libb. Epidd. II. IV. VI. exemplum adpositum est a lectore οἷον αἱ ἀπὸ καυμάτων ἐπεγειρόμεναι φλυκτίδες, quod exemplum in textum illatum est a librario recentiore, qui absurde particulam ἤ addidit. Littréus φλύκτεις vulgatae in φλυκτίδες mutavit cum Lind. unius libri fide. Cod. A. dein ἐφ' οἷσί τε, non male sane pone οἷσι particula addita, sed malim γε. Littr. ex eodem libro βλάπτει pro vulg. βλάπτεται. Pro ἐγρήγορσις idem cod. ἔγερσις. Nomina ἀλύκη, χάσμη, φρίκη e codd. nostri temporis absunt et e vulg.; Littréus ea adscripsit quum Gal. ea legerit; ego uncis intercepta exhibeo, nimirum initium faciunt Aph. 57. VII. indeque forte in exemplar antiquum, quod Gal. viderit, devenerunt. Pro φθάσαι Gal. φθάσει, sed A. φύσα. — Iam vero equidem de toto loco sic sentio. Omnia ea, quae enumerantur verbis σχήματα — φρίκη, videntur esse series eorum, quae sponte subinde fieri ac desinere in morbis auctor principio posuit. Licet autem id facile statuas propter nexum verborum, tamen non certum esse dixerim; nam recensentur talia etiam, ad quae parum apte referas quae principio scripta sunt; quin existimo fere recentiorem manum inepta exempla adposuisse ad monitum practicum non contemnendum: σκεπτέα ταῦτα· τὰ αὐτόματα λήγοντα ἐφ' οἷσί γε οἷα βλάπτει ἢ ὠφελέει, ἅ τε ποιητέα, ἢ κωλυτέα φθάσαι. Ad quod quidem monitum sponte cogitas excreta in morbis, sed quid eò multa eorum, quae in textu, qualem hodie habemus, descripta sunt?

Παίδευσις ἐμέτου, κάτω διεξόδου, [1] πτυάλου, μύξης, βηχὸς, ἐρεύξιος, λυγμοῦ, φύσης, οὔρου, πταρμοῦ, δακρύων, κνησμῶν, τιλμῶν, ψαυσίων, δίψης, λιμοῦ, πλησμονῆς, ὕπνων, πόνων, ἀπονίης, σώματος, γνώμης, μαθήσιος, [2] μνήμης, φωνῆς, σιγῆς.

γ'. Τῇ ὑστερικῇ [3] καθάρσεις, τὰ ἄνωθεν καταρρηγνύμενα καὶ στροφοῦντα, λιπαρὰ, ἄκρητα, ἀφρώδεα, θερμὰ, δάκνοντα, ἰώδεα, ποικίλα, ξυσματώδεα, τρυγώδεα, αἱματώδεα, ἄφυσα, ὠμὰ, ἐφθὰ, αὖα, ἄσσα περιρρέοι, εὐφορίην καθορέων [4] ἢ δυσφορίην, πρὶν κίνδυνον [5] ἰέναι, οἷα οὐ δεῖ παύειν.

Πεπασμὸς, κατάβασις τῶν κάτω, ἐπιπόλασις τῶν ἄνω καὶ τὰ ἐξ ὑστερέων, καὶ ὁ ἐν ὠσὶ ῥύπος· [6] ὀργασμὸς, ἄνοιξις, κένωσις, θάλψις, ψύξις, ἔσωθεν, ἔξωθεν, τῶν μὲν, τῶν δ' οὔ.

Ὁκόταν ἔῃ κάτωθεν ὀμφαλοῦ τὸ στρέφον, βραδὺς, μαλθακὸς ὁ στρόφος, [7] ἔμπαλιν δὲ ἐς τοὐναντίον.

δ'. Τὰ διαχωρέοντα ἢ ῥέπει, ἄναφρα, πέ-

3. *Locus prave scriptus.*

Locus sensu cassus.

Ubi infra umbilicum fuerit, quod intestina torquet, tardus et levis est intestinorum cruciatus, vice versa contra.

4. *Loci sunt sano sensu destituti.*

[1] ἢ πτ. V. — [2] μνήμης om. V. — [3] καὶ καθ. τὰς ἔ. V. — [4] ἢ om. — [5] ἰέναι V. — [6] ὀργασμὸς V. — [7] ἔμπαλιν om. V.

παίδευσις — σιγῆς.] Pro παίδευσις cod. A. παιόδευσις. Gal. δι' ἐμέτου legit. Cod. A. διεξόδου Gal. δ' ἐξόδου, sed in tanta textus corruptela huius lectiones non magni sane faciendae. Vulg. διεξόδου, item ἢ πτ., cum cod. A. et Littr. ἢ omisi. Λυγμοῦ om. A., idemque liber φυσέων, sed contra δακρύου et ψαύσιος. Lindanus in hisce supplevit antitheses, idque de suo uti videtur, cum edit: πλησμονῆς, κενώσιος, ὕπνων, ἀγρυπνίης, πόνων, ἀπονίης, σώματος, γνώμης, μαθήσεος, λήθης, φωνῆς, σιγῆς. In nostra loci lect. libros nonnullos γνώμης pro μνήμης legere monet Littr. — Quid iam sibi velit παίδευσις ἐμέτου κ. τ. λ. non capio; lect. cod. A. παιόδευσις forte emendatio est recentior, sed neque intelligo παιόδευσις ἐμέτου. Fortasse ad παιδεύσιος ἐμέτου imitationem Aretaeus p. 246. ed. nostrae scripsit μελετῆσαι γὰρ χρὴ τὸν στόμαχον ἐμέειν ἐπὶ τοῖσι δεινοτέροισι ἐμετηρίοισι. —; ubi conf. adn., in qua alterum similem Aretaei locum indicavi. Verbo totus hic locus ita se habet, ut sano sensu prorsus destituatur et ut, ubi eum interpretari velis, necessario nugari cogaris.

3. τῇ ὑστερικῇ — οὐ δεῖ παύειν.] Ante τῇ ὑστ. in cod. A. legitur καὶ ταῦτα σκεπτέα· ἀφρός. — Lind. de suo, uti videtur, ὑστέρης καθάρσιος. In cod. A. τῇ om., Gal. vero sing. num. κάθαρσις. In A. τρυγ., αἱμ., ἀφ. om., itemque ἐφθά; tum habet ὅσα περιρρεῖ. Gal. omisso εὐφορίην legit καθορέων δυσφορίην. Cod. A. πρὶν ἢ κίνδυνον εἶναι, unde Littr. εἶναι pro ἰέναι ceterorum, nisi quod unus liber G. εἰδέναι habet. Equidem ἰέναι non tango, quia locum corruptum minime intelligo. Lind. in fine οἷα δεῖ παύειν, ἢ οὔ, de suo, uti videtur. — Ut iam de toto loco videamus, non sine causa Lind. initio ὑστέρης καθάρσιος dedit; voluit haec referre ad finem §. superioris et novam sententiam inchoare verbis τὰ ἄνωθεν κ. τ. λ.; et vere quid commune sit hisce cum purgatione sive uteri, sive utero laborantium, non satis perspicio. Quod autem hic adnotatur in codd. οἷμαι διαχωρημάτων εἶδη λέγει, apertum est re ipsa fieri. Non contemnendam esse puto Lindani correctionem postremorum οἷα δεῖ παύειν, ἢ οὔ. — Si principio ponas e cod. A. καὶ ταῦτα σκεπτέα et tum pergas τὰ ἄνωθεν καταρρ. κ. τ. λ., in fine vero πρὶν ἐς κίνδυνον ἰέναι οἷα δεῖ παύειν, ἢ μή legas, aliquid certe habebimus. Locus autem quemadmodum iam se habet, intelligi nequit, emendatio vero qualiscumque incerta erit.

πεπασμὸς — τῶν δ' οὔ.] In his κένωσις om. cod. A. — Apud Galenum in textu pone δ' οὔ habetur fragmentum versuum novem ἀποπάτους — ἐκ κάτωθεν, quod non pertinet ad hunc libellum, neque in exemplaribus vetustis Galeni tempore legebatur: vidit autem Littréus desumtum esse e Prorrh. II.; legitur p. 87. Foësio, est autem ita descriptum ut lacunas habeat.. Quid vero significant apud Galenum in fine illius additamenti verba μέχρι τοῦ ὁπόταν ἐκ κάτωθεν? Non pertinent ad textum Prorrh. II.; sunt vero librarii adnotatio finem loci indicantis. Est autem illud ὁκόταν ἐκ κάτωθεν initium periodi sequentis in nostro libello de humoribus: iam vero puto maius olim adscriptum fuisse ἀπόσπασμα et recentiorem librarium id dedisse quemadmodum hodie apud Gal. legitur, subiungentem μέχρι τοῦ ὁκόταν ἐκ κάτωθεν. — Locum ceterum e lib. de humoribus, de quo agimus, sensu cassum esse omnes videmus.

ὁκόταν — τοὐναντίον.] Cod A. ὅταν ᾖ. Quod paulo superius vidimus apud Galenum legi ἐκ κάτωθεν, apud Aldum etiam habetur, sed ἐκ non est nisi corruptum ἔῃ. Lind. [καί] adscribit ante μαλθακός. Vulg. ἔμπαλιν δέ non habet; e Gal. assumpsit Littréus.

4. τὰ διαχωρέοντα — ὑγρά.] Τὰ δὲ διαχ. e libris tri-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 759 sur 880

©BIUM

πονα, ὠμὰ, ψυχρὰ, [1]δυσώδεα, ξηρὰ, ὑγρά.

[2]Μὴ καυσώδεσι δίψα πρόσθεν μὴ ἐνεοῦσα, μηδὲ καῦμα, μηδὲ ἄλλη πρόφασις, οὖρον, ῥινὸς ὑγρασμός.

Τὴν ἔρριψιν καὶ τὸν αὐασμὸν καὶ τὸ ἀξύμπτωτον, καὶ τὸ βολερὸν πνεῦμα, ὑποχόνδριον· ἄκρα, ὄμματα προσκακούμενα, χρώματος μεταβολὴ, σφυγμοὶ, [3]ψύξιες, παλμοὶ, σκληρυσμὸς δέρματος, νεύρων, ἄρθρων, φωνῆς· γνώμης, σχῆμα ἐκούσιον, τρίχες, ὄνυχες, τὸ [4]εὔφορον, ἢ μὴ, οἷα δεῖ.

Σημήϊα ταῦτα· ὀδμαὶ χρωτὸς, στόματος, ὠτὸς, διαχωρήματος, φύσης, οὔρου, ἕλκεος, ἱδρῶτος, πτυάλου, ῥινὸς, — χρὼς ἁλμυρὸς, ἢ πτύαλον, ἢ ῥὶς, ἢ δάκρυον, ἢ ἄλλοι χυμοί· πάντη ὁμοῖα τὰ ὠφελέοντα, τὰ βλάπτοντα.

Ἐνύπνια οἷα ἂν ὁρέῃ καὶ ἐν τοῖσι ὕπνοισι οἷα ἂν ποιέῃ, ἢν ἀκούῃ ὀξὺ καὶ [5]πυθέσθαι προθυμέηται ἐν τῷ λογισμῷ [6]μέζω καὶ ἰσχυρότερα τὰ πλείω ἐπίκαιρα τὰ σώζοντα τῶν ἑτέρων ἢν αἰσθάνωνται πάσῃ αἰσθήσι πάντων καὶ φέρωσι, ὁκοῖον ὀδμὰς, λόγους, εἵματα, σχήματα.

[1] δύσοσμα V. — [2] ἔδμη. κώδεα. δίψα (sic) V. — tum om. μ. καῦμα. — [3] ψύξις V. — [4] εὔφορον V. — [5] πείθεσθαι V. — [6] μέσον V.

bus excerpit Littr. et Lind. dedit. Cod. A. ᾗ ῥέπει, ἢ δι' ἃ ῥέπει. Lectionem codicis V. pro δυσώδεα Littréus etiam in libris vidit; tum vero in plurimis libris et apud Gal. plerumque corrupte scriptum legitur quod vulgata etiam habet ὀδμηκακώδεα i. e. ὀδμῇ κακώδεα. unde Lind. ὀδμὴν κακώδεα, quod quidem dittographiam refert superioris δυσώδεα. Ceterum in hisce periodum habemus truncatam, sibi non constantem, unde igitur sensum idoneum elicere non possis.

μὴ καυσώδεσι — ὑγρασμός.] Illud μὴ καυσώδεσι apud solum Littr. legitur, qui id effecit e cod. A. lectione μὴ καυσῶδες ᾖ. Quodsi recte eius variarum lectt. descriptionem intelligam, in isto cod. illae voces habentur pro vulgato ὀδμηκακώδεα. — Gal. ἐοῦσα pro ἐνεοῦσα; cod. A. οὖρων. — Equidem principio cod. A. lectionem a Littréo emendatam recepi ut aliquid darem, non quia multum inde proficimus; nam locus hicce totus desperatus est. Quodsi quis totum illud ὀδμὴν κακώδεα s. μὴ καυσώδεσι omittere velit, non habeo quod opponam, quia nullo modo locus ad debitam perspicuitatem revocari posse mihi videtur.

τὴν ἔρριψιν — οἷα δεῖ.] In his cod. A. βαλερόν, quae Sabini emendatio est; cf. Gal. in comm. de βολερόν et βαλερόν p. 201. 202. et paginis superioribus de ἔρριψις. — Pro χρώματος cod. A. χρωτός et Gal. μεταβολήν accusativo, ut superiora, eundemque casum servat in seqq. usque ad σκληρυσμόν. Littr. ψύξιες e cod. A. dedit; vulgata ψύξις; in cod. A. παλμοῖ om., idemque liber ἢ μή legit. Hic quoque locus pro desperato dimittendus est.

σημήϊα — βλάπτοντα.] ὠτὸς, διαχ. est consecutio verborum e cod. A. a Littr. exhibita, vulgo inverso ordine leguntur; idem cod. ἢ ἀλλοῖος χυμός. Pro πάντη Gal. πάντα. Locus sensum idoneum non refert, nec quomodo restitui possit, apparet.

ἐνύπνια — σχήματα.] Cod. A. pro ὁρέῃ habet ὁρᾷ; unus cod. G. om. τοῖσι; Littr. πυθέσθαι e cod. A. exhibuit, ceteris πείθεσθαι, isto vero libro πύθεσθαι (sic) ferentibus. Provocat ille ad comm. Galeni, ubi p. 215. ἢ καὶ προθυμία τις πάρεστι τοῦ ἀκούειν καὶ εἰδέναι πάντα, ut demonstret Pergamenum etiam πυθέσθαι legisse. In verbis ἐν τῷ λογισμῷ μέζω καὶ ἰσχυρότερα τὰ πλείω ἐπίκαιρα τὰ σώζοντα τῶν ἑτέρων e cod. A. cum Littréo καί ante ἰσχυρότερα recepi, ceterum de vulgata non deflexi. Littréus in his τά ante σώζοντα om. et inserit μὴ ἐπίκαιρον ante τῶν ἑτέρων. Adnotat autem: „j'ai refait cette phrase d'après le comm. de Galien, qui dit: τὰ πλείω καὶ ἰσχυρότερα κατὰ καιρὸν συμβαίνοντά ἐστι πρὸς σωτηρίαν· εἰ δὲ τὰ μείζω καὶ πλείω μὴ ἐπίκαιρα εἴη πρὸς βλάβην ἀναφέρονται." Cf. comm. p. 225. infra. Non recipio Littréi loci scriptionem, quia non magis quam vulgatus textus sanum sensum referre mihi videtur, neque innovatione illa ad loci intelligentiam proficimus. Pro καὶ φέρωσι plures libri et Gal. φέρουσι; pro ὁκοῖον cod. A. οἷον, Gal. ὁκοίων, sed hoc ipsum apud illum de coniectura scriptum est ex ὁ κύων, cf. adn. in Ed. Kühn. Tandem cod. A. et Littr. ἱματία pro vulg. εἵματα. Locus, quemadmodum traditum in libris habemus, intelligi nequit; hic illic aliquid lucis apparet, ita ut de quibus rebus auctor egerit perspicere saltem tibi videaris, sed eum interpretari tamen non possis.

©BIUM

Τοιαῦτα εὐφόρως, ἅπερ καὶ αὐτόματα ἐπιφαινόμενα ὠφελέει καὶ ὁκότε κρίσιν τὰ τοιαῦτα ἐμποιέει καὶ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα, οἷον φῦσαι, οὖρον, οἷον καὶ ὁκόσον καὶ ὁκότε· ὁκόσα [1] δ' ἐναντία, ἀποτρέπειν, μάχεσθαι αὐτοῖσι.

Τὰ ἐγγὺς καὶ τὰ κοινὰ τοῖσι παθήμασι πρῶτα καὶ μάλιστα κακοῦνται.

ε'. Κατάστασιν δὲ [2] τῆς νούσου ἐκ τῶν πρώτων ἀρχομένων ὅ τι ἂν ἐκκρίνηται, ἐκ τῶν οὔρων ὁκοῖα ἂν ἔῃ, καὶ οἵη τις ξύμπτωσις, χροιῆς ἀπάλλαξις, πνεύματος μινύθησις· καὶ τἆλλα μετὰ τούτων [3] ἐπιθεωρέειν.

Τὸ μὲν εἰ ὁμοῖα τὰ ἀπιόντα δεῖ εἰδέναι, διέξοδοι, οὖρα, καθ' ὑστέρας, πτύαλα, κατὰ ῥῖνας, ὄμματα, ἱδρὼς, ἐκ φυμάτων, [4] ἐκ τρωμάτων, ἐξανθημάτων, ὁκόσα αὐτόματα, ὁκόσα τέχνῃσι, ὅτι ὁμοῖα ἀλλήλοισι πάντα τὰ κρίνοντα καὶ τὰ ὠφελέοντα καὶ τὰ βλάπτοντα καὶ τὰ [5] ἀπολλύοντα, ὡς τὰ μὲν [6] περιφεύγων ἀποτρέπῃ, τὰ δὲ προσκαλέῃ τε καὶ ἄγῃ καὶ δέχῃται.

Καὶ τἆλλα δὲ οὕτω, δέρματος, ἄκρων,

Quae propinqua et communia sunt affectionibus ea prima et maxime vitiantur.

5. Constitutionem autem morbi (cognosces) ex iis quae primum fieri coepta sunt, quodcumque excernatur, ex urinis, quales sint, et qualis collapsus, coloris mutatio, spiritus imminutio; item reliqua una cum his insuper considerare oportet.

Loci sunt, quos quomodo accipere oporteat non satis liquet.

[1] δὲ τἀναντία V. — [2] τῆς om. V. — [3] τὰ διαιτήματα. τὰ μὲν κ. τ. λ. V. — [4] ἐκ τραυμάτων V. — [5] ἀπολλύοντα V. — [6] ἀποφεύγων.

τοιαῦτα εὐφόρως — μάχεσθαι αὐτοῖσι.] In his cod. A. καὶ ποτὲ κρίσιν καὶ τὰ τοιαῦτα. Lind. οἷον οὖρον. — Cod. A. οἷον, ὅσον καὶ πότε· ὁπόσα δ' ἐναντία. Hinc Littr. δ'ἐναντία recepit, quum vulgo δὲ τἀναντία legatur. Hic locus sine dubio corruptus est a descriptoribus: nam duo in eo apparent, primum aphorismus practicus, tum monita de iis, quae in aegris observanda sunt, pessime cum aphorismo illo mista. Sententia princeps fuerit fere haec: εὐφόρως φέρουσι ἅπερ αὐτόματα ἐπιφαινόμενα ὠφελέει καὶ κρίσιν ἐμποιέει· ὁκόσα δ' ἐναντία ἀποτρέπειν. Iam apparet τοιαῦτα initio abundare; pertinet forsitan ad superiora, ubi aliquando olim ἄλλα τοιαῦτα scriptum fuerit; ὁκότε abundat propter ὠφελέει, quod ipsum indicio est signa critica esse. Abundat καὶ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα, quod in cod. A. om.; οἷον φῦσαι, οὖρον exempli gratia adscriptum est; οἷον καὶ ὁκόσον καὶ ὁκότε pertinet ad illa monita de iis, quae in aegris observanda sint, quaeque hic cum monito practico in monstri formam coaluerunt; in fine vero μάχεσθαι αὐτοῖσι otiosum est, idemque quod ἀποτρέπειν fere denotat. Corruptionis genus omnino idem, quod in Epidd. II. IV. VI. tam frequenter observavimus.

τὰ ἐγγὺς — κακοῦνται.] Gal. paulo mutatis verbis hanc sententiam adfert, de usu partium XI. 3., sed videndum erit, an non Galeni citatio e loco hocce nostro emendanda sit; quod item valere dixerim de citatione e comm. in lib. de articulis III. p. 507. Kühn.

5. κατάστασιν — ἐπιθεωρέειν.] τῆς νούσου, quod in vulgata non legitur a Littréo e cod. A. est illatum; ex eodem libro in varr. lectt. adnotat ὁποῖα ἂν ᾖ et ἐξάλλαξις, duobus aliis libris ἐπάλλαξις habentibus. In fine loci ἐπιθεωρέειν item codici A. debetur pro vulgato τὰ διαιτήματα; equidem de meo πρῶτον pro πρώτων scripsi. Ceterum codicis A. lectioni illi fidem adhibendam esse certo affirmare non ausim, nam facile fieri potest, ut coniungere oporteat haec cum seqq.; omisso s. τὰ διαιτήματα s. ἐπιθεωρέειν, hunc in modum: καὶ τἆλλα μετὰ τούτων εἰ ὁμοῖα τὰ ἀπιόντα δεῖ εἰδέναι κ. τ. λ. Ceterum locum Latine exposui, licet initio statim verbum aliquod cogitatione supplere debeas, de quo, si rem accurate perpendas, non magis es certus quam de periodo verbo ἐπιθεωρέειν concludenda, an cum sequente connectenda.

τὸ μὲν εἰ ὁμοῖα — δέχηται.] In cod. A. huius periodi initium sic se habet: τὰ μὴ ὅμοια ἃ δεῖ εἰδέναι; tum idem liber διέξοδοι οὖρων, non male quidem, sed si haec ad eum modum describantur, in seqq. etiam plures genitivos e rectis casibus efficere debebis. Vulg. habet ἐκ τραυμάτων, cod. A. ἢ τρωμ., quod recepit Littr., ego Ionismum solum retinui; idem liber et Littr. ἤ ante ἐξανθ. Vocabulis καὶ τὰ ὠφελέοντα Gal. novam periodum inchoat, sed in comm. ταύτην, inquit, τὴν ῥῆσιν, πολλοὶ κατὰ συνέχειαν τῆς ἄνωθεν εἰρημένης ἀναγινώσκουσι, qua in re cum Littréo eos secutus sum. Ἀπολλύοντα vulg. lectio est, cod. A. ἀπολλύντα, Gal. ἀπολύοντα, quod Littr. exhibet, licet multum inclinet in vulgatam propter nexum verborum. Cod. A. dein ὅσα μὲν περιφεύγει, ἀποτρέπει. In προσκαλέηται Aldi et cod. A. latet προσκαλέῃ τε, quod recipio.

καὶ τἆλλα — μηχανᾶσθαι.] In horum fine cod. A. καὶ

©BIUM

ὑποχονδρίων, ἄρθρων, ὄμματος, στόματος, σχημάτων, ὕπνων, οἷα κρίνει καὶ ὅτε τὰ τοιαῦτα δεῖ [1] μηχανᾶσθαι.

Καὶ ἔτι ὅσαι τοιαῦται ἀποστάσιες γίγνονται, οἷαι ὠφελέουσι, βρώμασι, πόμασι, ὀδμῇσι, ὁράμασι, ἀκούσμασι, ἐννοήμασι, ἀφόδοισι, θάλψι, ψύξι, ὑγροῖσι, ξηροῖσι, ὑγρῆναι, ξηρῆναι, χρίσμασι, ἐγχρίσμασι, ἐπιπλάστοισι, ἐμπλάστοισι, ἐπιπάστοισι, ἐπιδέτοισι, ἐπιβέτοισι, σχήματα, ἀνάτριψις, ἴησις, πόνος, ἀργίη, ὕπνος, ἀγρυπνίη, πνεύμασι ἄνωθεν, κάτωθεν, κοινοῖσι, [2] ἰδίοισι, τεχνητοῖσι, ἐν τοῖσι παροξύσμοισι μήτε ἐοῦσι, μήτε μέλλουσι, [3] μήτ' ἐν ποδῶν ψύξι, ἀλλ' ἐν καταρρόπῳ τῇ νούσῳ.

ς'. [4] Ἐν τοῖσι ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυσμοῖσι τὰ προσάρματα μὴ διδόναι μηδὲ ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρισίων.

Τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα [5] ἀπαρτὶ μὴ κινέειν, μήτε νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακείῃσι, μήτε ἄλλοισι ἐρεθισμοῖσι, ἀλλ' ἐᾶν.

[6] Τὰ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον μὴ αὐτίκα ἐπιφαίνεσθαι.

Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμά, μηδὲ ἐν [7] ἀρχῇσι, εἰ μὴ ὀργᾷ· τὰ δὲ πολλὰ οὐκ ὀργᾷ.

6. In accessionibus, quae per circuitus repetunt, nulla alimenta offerenda, neque adurgenda, sed ante iudicationes de his quae apponuntur auferendum.

Quae iudicationem faciunt, aut nuperrime iudicata sunt, neque movere, neque ullo modo innovare sive medicamentis, sive aliis irritamentis, sed sibi permittere oportet.

Quae in meliorem partem iudicationem adferunt, ea ne statim appareant.

Concocta medicamentis purgantibus agitanda, non cruda, neque in principiis, nisi impetu suo ad excretionem ferantur; plerumque vero minime ad exitum festinant.

[1] μηχανάσθαι sine δεῖ V. — [2] ἰδ. om. V. — [3] μήτε ποδῶν V. — [4] ἐν omm. cett. — [5] ἀρτίως V. — [6] Haec in V. non leguntur. — [7] ἀρχαῖσι V.

ὅτε καὶ τὰ τοιαῦτα; tum δεῖ cum Littr. e Gal. exhibeo, in vulg. om.; μηχανάσθαι vulgo sed μηχανᾶσθαι A. H.

καὶ ἔτι — τῇ νούσῳ.] In cod. A. καὶ ἔτι principio om.; habet vero ὁπόσαι ἀποστάσιες τοιαῦται γένωνται. Iam vero Lind., Mack. pro οἷαι dederunt οἷα; nimirum Lind. videtur superiora ad sententiam antecedentem trahere et novam periodum ordiri verbis οἷα ὠφελέουσι; quodsi feceris, nondum tamen haec intelliges. Mihi omnia nimis incerta sunt quam ut eiusmodi quid moliar, licet non sine causa Lind. ista ad superiorem periodum referre videatur. In vulg. ὑγροῖσι ante θάλψι infertur, ordo, quo Littréum secutus haec exhibui, est codd. A. E. H., Lind. iam ita verba descripsit. In seqq. ἐπιπάστοισι e cod. A. exsulat, sed inde ἐπιδέτοισι pro vulg. ἐπὶ δὲ τοῖσι Littr. Idem liber ἀνατρίψιες et μητ' ἐν π., vulgata μήτε π. ferente. Iam vero totus hic locus mihi ita obscurus est, ut meras tenebras cernere mihi videar. Unde pendeant omnes illi dativi, non capio, quis rerum enumeratarum nexus sit, non patet. Itaque quomodo talia interpretari poterimus?

6. ἐν τοῖσι — πρὸ τῶν κρισίων.] Initio praepositionem ἐν de meo adscripsi, est enim Aph. 19. I., cuius textum si conferas, ibi παροξυνομένοισι scriptum videbis, quod si legatur, praepositione carere poteris, non in hac loci lectione. Προσθεσίων e cod. A. Littr., vulgo προθεσίων; cod. idem om. πρὸ τῶν κρ.; cum qua omissione in cod. illo vetere cf. ea, quae e Galeni comm. ad Aph. l. citavi. Ratio, quare universe ante iudicium cibus detrahi debeat, satis manifesta, cf. Aph. II. 13.; sed quo nexu h. l. et in Aph. πρὸ τῶν κρισίων cum superioribus cohaereat, non apparet. Forte Galeni coniectura ad Aph. l. hic quoque admittenda et κρισίων in παροξυσμῶν mutandum.

τὰ κρινόμενα — ἀλλ' ἐᾶν.] Est Aph. 20. I. cod. A. om. καὶ τὰ κεκρ. Vulg. ἀρτίως, Littr. e Gal. cod. A. ἀπαρτί. In eodem libro μήτε νεωτ. infertur pone ἐρεθισμοῖσι, quod tum demum probabiliter fieri poterit, quum μήτε demeris.

τὰ κρίνοντα — ἐπιφαίνεσθαι.] Lib. Ep. II. 1. 6. idem locus legitur paululum diverso modo scriptus. Mack. et Littr. eum hic e Galeni textu intulerunt; e codd. nostri aevi evanuit, ita ut neque in vulg. habeatur, neque ullus interpretum Latinorum eum dederit.

πέπονα — ὀργᾷ.] In his A. καὶ μὴ κινέειν ὠμά. Idem

©BIUM

Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅπῃ ἂν μάλιστα ῥέπῃ διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων, ταύτῃ ἄγειν.

Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἂν [1]χωρέει οἷα δεῖ καὶ φέρει εὐφόρως· ὅκου δὲ δεῖ, [2]γυιῶσαι ἢ λιποθυμῆσαι ἕως ἂν τοῦτο [3]ποιήσῃς, οὕνεκα ποιέεται, ἢν ἐξαρκέῃ ὁ νοσέων· εἴ τι ἄλλο τότε δεῖ, ἐπ' ἄλλα ῥέψαι, ἢ ξηρῆναι, ἢ ὑγρῆναι, ἢ [4]ἀντισπάσαι· τούτοισι τεκμαίρεσθαι· τὰ μὲν ξηρὰ θερμὰ ἔσται, τὰ δὲ ὑγρὰ, ψυχρά· διαχωρητικὰ δὲ τἀναντία, [5]ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ ταῦτα.

Ἐν τῇσι περίσσῃσι ἄνω, [6]ἢν καὶ αἱ περίοδοι καὶ ἡ κατάστασις τοιαύτη ἔῃ τῶν παροξυσμῶν· γίγνεται δὲ τὰ πλεῖστα [7]ἐν τῇσι ἀρτίῃσι κάτω· οὕτω γὰρ καὶ αὐτόματα ὠφελέει, [8]ἢν αἱ περίοδοι τοὺς παροξυσμοὺς ἐν τῇσι ἀρτίῃσι ποιέωνται· ἐν δὲ τοῖσι [9]μὴ τοι οὑτοισι ἐν μὲν ἀρτίῃσι ἄνω, ἐν δὲ [10]περίσσῃσι κάτω· ὀλίγαι δὲ τοιαῦται, αἱ δὲ τοιαῦται δυσκριτώτεραι καταστάσιες.

Ἀτὰρ καὶ τὰ πρόσω χρόνου προήκοντα

Quae ducenda sunt, quo maxime vergunt, eo per loca convenientia ducere oportet.

Quae prodeunt copia minime sunt aestimanda, sed prouti prodeunt, qualia prodire oporteat, et aeger facile fert. Ubi vero debilitare oportet et animi deliquium inducere, id faciendum est, donec effeceris, quapropter id fiat, si aeger sufficiat. Quodsi tum aliud quid facere oporteat, in alia inclinare oportet, vel siccare, vel madefacere, vel revellere.....

Cetera integra non sunt, nec satis explorata ut Latine interpretemur.

[1] χωρίη — φέρη V. — [2] γνῶσαι V. — [3] ποιήσῃς ἐπ' ἄλλα ῥέψαι omissis intermediis. — [4] ἀντισπ. οὕνεκα τοῦτο ποιέεται, itaque haec de vulg. sede aberrarunt. — [5] ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ταῦτα τῇσι π. V. — [6] ἢν V. — [7] ἐν om. V. — [8] ἢν μὴ αἱ π. V. — [9] μή h. l. om. V. — [10] τῇσι π. V.

liber et H. μηδ' ἐν ἀ. ἢν μὴ ὀ. Unus cod. E. τὰ πολλὰ δὲ ὀ. ὀ. — Est Aph. 22. I.

Ἃ δεῖ — ἄγειν.] ῥέπῃ διά in vulg. om.; revocatum est a Littréo e Gal., cod. A. et altero Foësii; Mack. item receperat. Lind. voces transposuit scribens ταύτῃ ἄγειν διὰ τῶν ξ. χωρίων. Est Aph. I. 21. ad cuius similitudinem locum descripsit Lind.

τὰ χωρέοντα — ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ ταῦτα.] Huius loci principium est Aph. 23. sect. I.; ὡς ἂν χωρέει et καὶ φέρει de meo scripsi, ceteris subiunctivo vocabula efferentibus, cf. adn. ad Aph. l. — Ὡς Lind. et cod. E. et Littr., ἕως vulgo; cod. A. φέρει indicativo. In verbis ὅκου δὲ δεῖ γυιῶσαι — ἢ ἀντισπάσαι in vulgata pessima erat confusio, quippe legebatur: ὅκου δὲ δεῖ γνῶσαι ἢ λειποθυμῆσαι ἕως ἂν τοῦτο ποιήσῃς, ἐπ' ἄλλα ῥέψαι καὶ ξηρῆναι, ἢ ὑγρῆναι, ἢ ἀντισπάσαι, οὕνεκα τοῦτο ποιέεται ἢ ἐξαρκέῃ ὁ νοσέων. Quam perturbationem recte Littr. animadvertit, partimque sustulit ope cod. A. — E libro illo recepit ποιηθῇ pro ποιήσῃς, quod non praefero; porro locum descripsit eodem fere modo, quo ipse, sed ἢν ἐξαρκέῃ ὁ νοσέων inter ἀντίσπασαι et τούτοισι collocavit, quum tamen Aph. l. doceat eò esse transferendum, quorsum iam retuli. In ὅκοῦ δὲ δεῖ, γυιῶσαι, ἢ λιποθυμῆσαι animadvertendum γυιῶσαι et λιποθυμῆσαι in hac loci scriptura non esse posse infinitivos a δεῖ pendentes, sed pro imperativo positos; certe ita sumtis demum locum interpretari licebit; verum est Aphorismo collato in contrariam sententiam te abripi, sed si a δεῖ pendere putabis hos infinitivos, scribendum erit eiusmodi quid: ὅκοῦ δὲ δεῖ γυιῶσαι ἢ λιποθυμῆσαι, ποιητέον ἕως ἂν κ. τ. λ. — In seqq. cod. A. ἔσται etiam pone ψυχρά infert. Quod si iam locum totum respiciamus, videmus omnia satis bene procedere usque ad ἀντισπάσαι; sed quo nexu subsequentia τούτοισι τεκμαίρεσθαι — ψυχρά cum antecedentibus coniungantur non intelligis; nec magis, quomodo cum postremis his cohaereant διαχωρητικὰ — ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ ταῦτα, quin per se etiam postrema haec sensu idoneo destituuntur.

ἐν τῇσι περίσσῃσι — καταστάσιες.] In his cod. A. ἢν καὶ αἱ περιοδικαὶ καταστάσιες τοιαῦται ἕως τῶν παροξυσμῶν. Gal. ἐκ τῶν π., item Ald., sed ἐκ manifesto ex ἔῃ ortum est. E cod. A. Littr. ἐν τῇσι ἀρτίῃσι, vulgo ἐν abest. Idem liber ὠφελέειν pro ὠφελέει; vulg. ἢν μὴ αἱ περ., negationem cum A. om. Littr., qui ἐν δὲ τοῖσι μὴ τοιούτοισι cum eodem cod., dum μή in vulg. h. l. abest. Littr. ἐν δὲ περίσσῃσι e cod. A., vulg. ἐν δὲ τῇσι π.; cod. A. om. ὀλίγαι δὲ τ.; vulg. καὶ δυσκριτώτεραι habet. Ad sententiam superiorem iam significavi non constare, quo nexu verba διαχωρητικὰ δὲ τἀναντία cum superioribus teneantur, s. potius nullum omnino nexum apparere. Iam vero dixeris paene ea huc pertinere et aliquando scriptum fuisse: διαχωρητικὰ δὲ τἀναντία· ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ ταῦτα ἐν τῇσι περίσσῃσι ἄνω κ. τ. λ. Verum ne sic quidem intelligis, quorsum τἀναντία spectet, neque enim apparet manifesta antithesis. Verbo loci ita se habent, ut sanum sensum, quem probe intelligas, inde elicere non possis. — Coniicis fere haec: auctorem ponere in morbis spontaneas fieri evacuationes, easque per vomitum diebus imparibus, per alvum diebus paribus; eumque curationem accommodatam cupere ad hos motus spontaneos, ita ut iis diebus, quibus natura sponte vomitum ciet, vomitoriis remediis utendum sit, et contra. Lacunae hic in causa videntur, cur loci tam obscuri sint.

ἀτὰρ καὶ τὰ πρόσω — πλὴν ὁκόσα κάτω.] Pro προήκοντα cod. A. προσήκοντα; Gal. ὡς τρισκαιδ. Ceterum cum

©BIUM

ἀνάγκη [1] οὕτως, [οἷον τρισκαιδεκαταῖα, τεσσαρεσκαιδεκαταῖα,] τρισκαιδεκάτῃ [2] μὲν ἄνω, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ δὲ κάτω, — πρὸς γὰρ τὸ κρίσιμον οὕτω ξυμφέρει, — καὶ ὁκόσα εἰκοσταῖα, καὶ τεσσαρακοσταῖα πλὴν ὁκόσα κάτω. —

Πολλὰ [3] δὲ δεῖ καθαίρειν, ταῦτα δὲ [4] μὴ ἐγγὺς οὕτω κρίσιος, ἀλλὰ προσωτέρω· δεῖ δὲ ὀλιγάκις [5] ἐν ὀξέσι πολλὰ ἄγειν.

ζ'. Τοῖσι [6] δὲ κοπιώδεσι τὸ ξύμπαν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἐς ἄρθρα καὶ παρὰ γνάθους μάλιστα ἀποστάσιες γίγνονται ἐγγύς τι τῶν πόνων ἑκάστου, ἐπὶ τὸ ἄνω μᾶλλον καὶ τὸ ξύμπαν· ἢν δὲ ἀργὸς ἡ νοῦσος ἔῃ καὶ κατάρροπος, κάτω καὶ [7] αἱ ἀποστάσιες. μάλιστα δὲ πόδες θερμοὶ κάτω σημαίνουσι, ψυχροὶ δὲ ἄνω.

Οἷσι δὲ ἀνισταμένοισι ἐκ τῶν νούσων αὐτίκα [8] δὲ χερσὶ ἢ ποσὶ [9] πονέουσί τι, ἐν τούτοισι ἀφίσταται· ἀτὰρ καὶ ἢν τι προπεπονηκὸς ἔῃ πρὶν νοσέειν, ἐς ταῦτα ἀποστηρίζεται· οἷον καὶ τοῖσι ἐν Περίνθῳ βηχώδεσι καὶ κυναγχικοῖσι· ποιέουσι γὰρ [10] καὶ αἱ βῆχες ἀποστάσιας, ὥσπερ οἱ πυρετοί· [11] ταῦτα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον [12] ξυμβαίνει ἢ ἀπὸ χυμῶν, ἢ σώματος ξυντήξιος καὶ ψυχῆς.

7. *Locus perturbatus. cf. adn.*

Locus non recte scriptus est. cf. adn.

[1] οὕτως om. V. — [2] μὲν κάτω V. et mox δὲ ἄνω. — [3] δέ om. V. — [4] μή om. V. — [5] ἐν om. V. — [6] δὲ κοπιώδεσι τὸ ξ. ἐν τοῖσι om. V. — [7] αἱ om. V. — [8] δὲ ἐν χ. V. — [9] πονέουσί τι. — [10] καί om. V. — [11] τοιαύτας V. — [12] συμβαίνει σώματος ἀπὸ χυμῶν συντήξιος καὶ ψ. V.

cod. illo τρισκαιδεκάτῃ μὲν ἄνω, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ δὲ κάτω scripsi, vulgata τρισκ. μ. κάτω, τεσσ. δὲ ἄνω ferente, quod quare h. l. Littr. retinuerit, quum tamen in superioribus veteris illius membr. lect. sequatur, mihi non liquet. — Paulo post A. καὶ ὅσα εἰκοσταῖα καὶ τεσσαρακοσταῖα, πλὴν ὅσα κάτω; vulgo καὶ τεσσαρακ. abest. — Iam vero ea, quae uncis intercepi, mihi videntur dittographia esse sequentium numerorum. — Non credo sententias bene distingui, sed πλὴν ὁκόσα κάτω, sive πλήν re vera servandum sit, sive non, ad seqq. esse referenda. Cf. adn. seq.

πολλὰ δὲ δεῖ — πολλὰ ἄγειν.] In his δέ in mss. non vidit Littr. ante δεῖ, neque ego in V. vidi; Gal. et vulgatus textus voculam habent, non Aldina. Negationem μή cod. A. Littréo praebuit, Mack. οὐ dedit; Lind. ἐγγὺς οὐ τῆς κρίσιος; ante ὀξέσι ex A. ἐν Littr., quod vulgo abest. Iam puto, tractis huc vocabulis postremis periodi superioris, nos fragmentum habere eiusmodi: ..... πλὴν ὁκόσα κάτω δεῖ καθαίρειν, μὴ ἐγγὺς τῆς κρίσιος, ἀλλὰ προσωτέρω· δεῖ δὲ ὀλιγάκις ἐν ὀξέσι πολλὰ ἄγειν. Consulto πολλά principio omitto, abundare credens. Ceterum omnia hic incerta esse lubens profiteor.

7. τοῖσι δὲ κοπιώδεσι — ψυχρὰ δὲ ἄνω.] δέ cum Lind. e Gal., cod. A. adscivi; iidem κοπιώδεσι pro vulg. κοπώδεσι: A. πυρετώδεσι pro πυρετοῖσι, sed in eo μάλιστα ἀποστ. γιγν. om. ἐγγύς τε Lind. forte de suo. Ἐπὶ τὰ ἄνω A. ἐ. τὸ ἄ. cett. Pone καὶ τὸ ξύμπαν in A. rursus ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καὶ ἐς ἄρθρα καὶ παρὰ γνάθους. E Gal. ἢν δὲ ἀργός scripsi, ceteris δέ negligentibus. Vulg. καὶ ἀποστάσιες; cod. A., Gal., alii libri solum αἱ ἀποστ.; Littr. καί et αἱ recepit. Neminem autem attenta mente haec persequentem latebit locum perturbationis plenum esse. Si quid video, ad hunc fere modum erit legendus:

Τοῖσι δὲ κοπιώδεσι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἐς ἄρθρα ἀποστάσιες γίγνονται, ἐπὶ τὰ ἄνω μᾶλλον καὶ παρὰ γνάθους μάλιστα, καὶ τὸ ξύμπαν ἐγγύς τι τῶν πόνων ἑκάστου. ἢν δ' ἀργὸς ἡ νοῦσος ἔῃ καὶ κατάρροπος, κάτω αἱ ἀποστάσιες. μάλιστα δὲ πόδες θερμοὶ κάτω σημαίνουσι, ψυχροὶ δ' ἄνω.

οἷσι δὲ ἀνιστ. — καὶ ψυχῆς.] δ' ἀνισταμένοις A. αὐτίκα δή vulg. ἀ. δέ Gal. Ald. A. Littr. δὲ ἐν χερσί vulg.; Littr. ἐν cod. A. fide om. Pro πονέουσί τι A. πονήσασι sine τι. Idem liber ἀφίσταται pro ἀφίστανται, vix scio quid praestet; tum ἤν τινα προπεπονηκὼς ἔῃ pro vulg. ἤν τι προπεπονηκὸς ἔῃ. Codd. A. C. πρὶν νοσέειν; cett. πρὶν ἢ ν. Paulo inferius καὶ αἱ βῆχες Littr. ex A. H., vulgo καί abest. Vulgo τὰς ἀποστ.; Littr. cum A. articulum om. Pro ταῦτα

η'. Τοὺς μὲν οὖν χυμοὺς εἰδέναι, ἐν ἥσι ὥρῃσι ἀνθέουσι καὶ οἷα [1] ἐν ἑκάστῃ νοσήματα ποιέουσι καὶ οἷα ἐν ἑκάστῳ [2] νοσήματι παθήματα.

Τὸ δὲ σῶμα τὸ ἄλλο, ἐς ὅ τι μάλιστα νόσημα ἡ φύσις ῥέπει· οἷόν τι σπλὴν ἀνοιδέων ποιέει, τούτων [3] τι καὶ ἡ φύσις· σχεδόν τι καὶ χρώματα κακίω καὶ σώματα [4] [5] * σειρεοῖ καὶ εἴ τι ἄλλο, ταῦτα [6] διαγεγυμνάσθαι.

θ'. Ψυχῆς ἀκρασίη ποτῶν καὶ βρωμάτων, ὕπνου, ἐγρηγόρσιος, ἢ δι' ἔρωτάς τινας, οἷον κύβων, ἢ διὰ [7] τέχνας ἢ δι' ἀνάγκας καρτερίη πόνων καὶ ὠντινων τεταγμένη ἢ ἄτακτος· αἱ μεταβολαὶ ἐξ οἵων ἐς οἷα. Ἐκ τῶν ἠθέων φιλοπονίη ψυχῆς, ἢ [8] ζητέων, ἢ μελετέων, [9] ἢ ὀρέων, ἢ λέγων, ἢ εἴ τι ἄλλο, οἷον λῦπαι, δυσοργησίαι, ἐπιθυμίαι· τὰ ἀπὸ ξυγκυρίης λυπήματα [10] γνώμης, ἢ διὰ τῶν ὀμμάτων, ἢ διὰ τῆς ἀκοῆς· οἷα τὰ σώματα, μύλης μὲν τριφθείσης πρὸς ἑωυτὴν, ὀδόντες ἠμώδησαν, παρά τε κοῖλον [11] παριόντι σκέλεα τρέμει, ὅταν [12] τε τῇσι χερσί τις, ὧν [13] μὴ δεῖται, αἴρῃ, αὗται τρέμουσι, ὄφις ἐξαίφνης

8. Humores igitur novisse oportet, quibus anni tempestatibus floreant, et quos in singulis morbos efficiant, et quas affectiones in singulis morbis.

Verba sunt sensu cassa.

9. *Locus prave scriptus, unde sensum sanum non elicias.*

[1] ἐν ἑκάστοισι νουσήμασι V. — [2] νουσήματι V. — [3] ἐν εἰκείων V. — [4] τοι V. — [5] συρεοῖ V. — [6] γεγύμνασθαι (sic) V. — [7] τέχνης — ἀνάγκης V. — [8] ζητησίων V. — [9] ἢ ἱρ. om. V. — [10] γνῶμαι V. — [11] παριὸν τὰ σκ. V. — [12] δέ V. — [13] μὴ om. V. tum ἄρηι habet.

codicis A. vulg. τοιαῦτα. Συμβαίνει om. A. unus cod. H. σημαίνει, sed alia manu in συμβ. mutatum. Postremorum lect., quam e V. enotavi, in pluribus codd. Parr. vidit Littr. Illud καὶ ψυχῆς ineptum est additamentum, neque ad locum pertinet; unde devenerit huc non video, nisi forte olim haec sententia cohaeserit cum § 9., ita ut ex huius principio huc delatum sit. Locum quidem corruptum esse ultro patet; cum eo conferendi sunt Aph. 32. 33. IV. Sic fere legendus videtur:

Τοῖσι δὲ ἀνισταμένοισι ἐκ τῶν νούσων αὐτίκα δὲ χερσὶ ἢ ποσὶ πονέουσί τι ἐς τούτους ἀφίστανται· ἀτὰρ καὶ ἤν τι προπεπονηκὸς ἔῃ πρὶν νοσέειν, ἐς ταῦτα ἀποστηρίζεται. οἷον καὶ τοῖσι ἐν Περίνθῳ βηχώδεσι καὶ κυναγχικοῖσι· ποιέουσι γὰρ καὶ αἱ βῆχες ἀποστάσιας τοιαύτας, ὥσπερ οἱ πυρετοί. ταῦτα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ξυμβαίνει τῷ σώματι ἀπὸ χυμῶν ξυντήξιος.

Itaque habebimus aphorismos laudatos cum exemplo adposito et extensione moniti ad colliquescentiam corporis; qua tamen quid auctor spectaverit, non satis apertum.

8. τοὺς μὲν — παθήματα.] ἑκάστῃ lectio est codicis H., alii libri ἑκάστῃσι, vulg. ἑκάστοισι. Cod. A. om. h. l. ποιέουσι et superius ὥρῃσι ἀνθ. καί; itaque librarii errores sunt. Quod autem liber iste σώματι pro νουσήματι legit, correctori recentiori textus deberi puto, qui num verum viderit, dubito.

τὸ δὲ σῶμα — διαγεγυμνάσθαι.] In his cod. A. τρέπει vitiose; ex eodem cod. οἰδέων Littr.; ἐνοιδέων vulg., in quo latet ἀνοιδέων, quod dedi. Ποιέει cod. A., qui τούτων τι καὶ ἡ om.; tum κακοήθη pro κακίω habet, et σώματα om. In σειρεοῖ haec est lectionis varietas: σειρεεῖ Gal.; συρεοῖ cod. S. Foësii, sicuti V.; σειριᾷ alius; σιναροῖ A. — Littr. σειρέει dedit; mihi vocabulum corruptum esse videtur, forte e συρρέει natum est, sed nihil affirmo, quum locum totum non intelligam. Cod. A. ἀγυμναστίη pro διαγεγυμνάσθαι. Equidem locum pessime habitum pro desperato sibi relinquo.

9. ψυχῆς ἀκρασίη — ἐξ οἵων ἐς οἷα.] Quod unus liber ante ψυχῆς praemittit οἷον, non multum ad rem facit; cod. A. βροτῶν pro βρωμάτων; idem ἢ κύβους, tum in eo om. ὧν τινων — οἵων. Statim quidem moneo me consentienter cum Littréo periodos in hac § distinxisse; sed me iudice in verbis αἱ μεταβολαὶ ἐξ οἵων ἐς οἷα habemus inscriptionem, quae ad principium capituli pertineat, sive ab ipso auctore, sive ab alia manu profecta sit. Sed insuper e seq. periodo verba Φιλοπονίη ψυχῆς huc retrahenda videntur, ut legatur καὶ ὠντινων τεταγμένη ἢ ἄτακτος Φιλοπονίη ψυχῆς. Tandem ultro constat periodum non esse integram; nam quid affirmetur de illa ἀκρασίη ψυχῆς, cui opponitur dein καρτερίη πόνων κ. τ. λ. non apparet; sententia igitur mutila est.

ἐκ τῶν ἠθέων — ἐποίησε.] De veterum exegetarum de h. l. sententiis Gal. in comm. p. 327., quem conferre poteris, sed unde parum proficies. Pro ζητέων sat multi libri ζητησίων, uti V.; cod. A. ἢ ὀρέων om. et οἷον ante λῦπαι, tum δυσοργιστίαι ἢ ἐ. habet; unus H. δυσοργίαι mutatum alia manu in vulgatam lect. — Cod. A. dein ἢ τὰ ἀπὸ συγκ. λυπηματώδεα ἢ γν., ἢ τὰ διὰ ὀ., ἢ ἀκοῆς καὶ τὰ διὰ τῆς γνώμης. Unus cod. E. dein οἷον τὰ σ., alter εἰ ὀδόντες. —

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 765 sur 880

©BIUM

ὀφθεὶς [1] χλωρότητα ἐποίησε. Οἱ φόβοι, [2] αἰσχύνη, λύπη, ἡδονή, ὀργή, τἆλλα [3] τοιαῦτα, οὕτως ὑπακούει ἑκάστῳ τὸ προσῆκον τοῦ σώματος τῇ πρήξι, [4] ἐν τούτοισι ἱδρῶτες, καρδίης παλμὸς καὶ τὰ τοιαῦτα [τῶν [5] δυναμίων.]

ι'. [6] Τὰ ἔξωθεν ὠφελέοντα, ἢ βλάπτοντα, ἄλειψις, κατάχυσις, κατάχρισις, κατάπλασις, ἐπίδεσις ἐρίων [καὶ [7] τῶν τοιούτων,] καὶ τὰ ἔνδοθεν ὑπακούει τούτων ὁμοίως ὥσπερ τὰ ἔξω τῶν ἔσω προσφερομένων· ἀτὰρ καὶ τάδε, ἐν ἐρίοισι κοίτη πινώδεσι καὶ τὸ παρὰ βασιλεῖ λεγόμενον κύμινον ὀρῶσι, ὀσφραινομένοισι· ὅσα κεφαλῆς [ἀγωγὰ,] ταρακτικὰ, λόγοι, φωνὴ καὶ τὰ τοιαῦτα· μαζοὶ, γονὴ, ὑστέρη, σημήϊα [8] ταῦτ' ἐν τῇσι ἡλικίῃσι καὶ ἐν τοῖσι πνιγμοῖσι, καὶ βηξὶ, τὰ πρὸς ὄρχιν.

ια'. [9] Ὥσπερ τὰ δένδρεα ἡ γῆ, οὕτω [10] τὰ ζῷα ἡ γαστὴρ καὶ τρέφει καὶ θερμαίνει καὶ ψύχει· ψύχει μὲν κενουμένη, θερμαίνει δὲ

10. Quae extus administrata iuvant, vel nocent, sunt: unctio, perfusio, illitus, quae in cataplasmate adhibentur, lanarum deligatio, et internae affectiones his obediunt pariter atque externae iis, quae intus administrantur.

De reliquis cf. adn.

11. Quemadmodum terra arbores, sic venter animantia et alit, et calefacit, et refrigerat; refrigerat quidem vacuus, calefacit vero reple-

[1] χλωρότερον ἐποίησαν. V. — [2] οἷον αἰσχ. V. — [3] τὰ τοιαῦτα V. — [4] ἐν τούτοισι ὑπακούει V. — [5] δυναμένων V. — [6] τὰ ἐξ. om. V. — [7] τῶν τοιούτων οὐ μόνον ὥσπερ V. — [8] τά τε ἐν V. — [9] τοῖσι δένδρεσι V. — [10] τοῖσι ζώοισι V.

Pro κοῖλον Gal. κρημνόν citat ad Ep. III. comm. 1. p. 510. Kühn., quem locum iam Foës. laudavit cum altero e lib. de motibus manifestis et obscuris Galeno tributo. ubi cap. 8. interpres item κρημνόν Foësio legisse videtur. Porro ὅταν τε cod. A. lectio est a Littréo pro ὅταν δέ cett. invecta; idem τις ex eodem libro dedit, quod vulg. om. Ex eodem cod. negatio ante δεῖται addita est ab Editore Par. et αἴρῃ invectum pro vulg. ἆραι. Codicis V. lectio χλωρότερον ἐποίησαν οἱ Φ. etiam in cod. S. Foësii reperitur. Locum hunc inepte descriptum esse, ita ut sanus sensus ex eiusmodi vocibus erui non possit, unusquisque spero semel admonitus videbit. Iam supra dixi eius initium probabiliter esse in verbis αἱ μεταβολαί, certe inscriptionem haec referre videri, argumentum loci indicantem. Verba ἢ ζητέων, ἢ μελετέων (μελετῶν cod. A.) ἢ ὁρέων, ἢ λέγων, ἤ τι ἄλλο (sic enim legendum puto) ita mihi orta sunt visa, ut lector aliquis ea adscripserit, qui locum explere voluerit, sive hic re vera haec participia, sive pro iis infinitivos horum verborum dederit, nam talia persaepe confusa vidi. Sed etiamsi hoc concedas, locum tamen non expedies; equidem eum pro desperato sibi relinquo.

οἱ φόβοι — [τῶν δυναμίων.] Ante αἰσχ. vulg. habet οἷον, quod cum cod. A. om. Littr. Verba τἆλλα — ἐν τούτοισι ἱδρῶτες in vulg. ita leguntur: τἆλλα τοιαῦτα οὕτως ὑπακούει, ἑκάστῳ δὲ τὸ προσῆκον τοῦ σώματος τῇ πρήξει, ἐν τούτοισι ὑπακούει ἱδρῶτες. Exhibui Littréi lectionem, qui ad codicis A fidem locum ita edidit. In eodem libro καί ante τοιαῦτα mox om.; tum idem liber δυναμένων, uti V. et K. Littréi. Sed hac scriptura vocabulum ad seqq. refertur; vide ceterum de hac voce adnotationem sequentem. Littréus sane ex A. paulo emendatiorem textum horum verborum dedit, sed locus tamen adhuc tam prave scriptus est, ut intelligi nequeat, neque interpretari eum possis. Verbo totum hoc capitulum nonum meras tenebras lectori obfert.

10. τὰ ἔξωθεν.] Gal. τὰ δ' ἔξωθεν. — Cod. A. ἢ etiam ante ὠφ. Nomina ἄλειψις — ἐπίδεσις in A. plur. num. correctoris manu sunt descripta. Ceterum καὶ τῶν τοιούτων — ὥσπερ Littréi lectio est partim ducta e vulg., quam e V. enotavi, partim e codicis A. scriptura, ubi τούτων ὁμοίως ὥσπερ. — Cod. A. porro ἀτὰρ καὶ τοιάδε ἐν εἰρίοισι Idem liber pro βασ. habet πᾶσι. Duo libri C. H. ὡς ὀσφρ. Lind. [ἢ] ὀσφρ.; sequitur eum Mack. Gal. ad ταρακτικὰ, λόγοι, φωνὴ καὶ τὰ τοιαῦτα, monet: οὕτω γιγνώσκουσιν οἱ παλαιοὶ, ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὸ ταρακτικὰ τέλος εἶναι τῆς ἄνω ῥήσεως κ. τ. λ. In cod. A. φωνὴ pone τὰ τοιαῦτα legi monet Littr. Idem liber, σημεῖα ταῦτ' ἐν vulg. σημήϊα τά τ' ἐν., in quo forte τάδ' ἐν latet. — Quid de loco sentiam, paucis significabo: equidem puto vocabulum postremum capituli superioris δυναμίων (altera lectio δυναμένων falsa est) huc pertinere et coniungi cum hisce debere hunc in modum: τῶν δυναμίων τὰ ἔξωθεν ὠφ., sed licet hoc vocabulum huc pertineat, neque ad superiora trahi possit, credo additamentum esse recentius. Notum est αἱ δυνάμεις *medicamina* esse, quo sensu interpolator aliquis nomen hic adposuisse videtur. In seqq. non credo coniungi debere ἐπίδεσις ἐρίων καὶ τῶν τοιούτων, sed eximendum esse καὶ τῶν τοιούτων, quod forte in dittographia adpositum fuerit ad καὶ — τούτων in proxime sequentibus. Itaque puto hoc modo sententiam probabilem acquiri, cuius postremum vocabulum sit προσφερομένων. Sequentibus parum fidei adhibeo; puto ea referre ad sententiam principem, quam indicavi, recentiorum adnott. Mira coniunctio lanae sordidae cum cumino basilico; κεφαλῆς ἀγωγά ineptum est, neque a Graeco quoquam dictum, φλέγματος, οὖρων, ὕδατος ἀγωγά nota sunt, non κεφαλῆς: κεφαλῆς ταρακτικά Graecum est, sed quomodo cum superioribus cohaereat aenigma mihi est, sive cum Galeno distinguas, sive cum aliis. Locus hicce ita depravatus est, ut sanum sensum inde elicere non valeam.

11. ὥσπερ — καὶ ἡ κοιλίη.] Vulgo ὥσπερ τοῖσι δένδροισι (codd. A. H. I. δένδρεσι, quod dedit Littr.) οὕτω τοῖσι ζώ-

πλημμυρέουσα· ὥσπερ γῆ κοπρευομένη χειμῶνος θερμὴ, [1] οὕτω καὶ ἡ κοιλίη.

Δένδρεα φλοιὸν λεπτὸν ξηρὸν ἔχει, ἔνδοθεν μὲν σκληρόσαρκα, ὑγιηρὰ, ἄσηπτα, χρόνια καὶ ζώων, οἷον χελῶναι καὶ ὅ τι τοιοῦτον.

Ἡλικίῃσι, ὥρῃσι, ἐνιαυτοῖσι ὁμοῖα τὰ ζῶντα· οὐ [2] τρίβεται. χρωμένοισι μετρίως βελτίω· ὥσπερ ὑδρήϊον νέον διαπιδύει, παλαιούμενον δὲ στέγει, οὕτω καὶ ἡ γαστὴρ [3] δίεῖ τὴν τροφὴν καὶ ὑποστάθμην [4] ἴσχει ὥσπερ ἀγγεῖον.

ιβ'. Οἱ τρόποι τῶν νούσων· τὰ μὲν ξυγγενικὰ ἔστι εἰδέναι πυθόμενον καὶ τὰ ἀπὸ τῆς χώρης [5 οἰκέουσι γὰρ οἱ πολλοὶ, διὸ πλέονες ἴσασι]· τὰ δὲ ἐκ τοῦ σώματος καὶ τῶν διαιτημάτων καὶ καταστάσιος τῆς νούσου, ἢ ἀπὸ ὡρέων.

Αἱ δὲ χῶραι πρὸς τὰς ὥρας κακῶς κείμεναι τοιαῦτα τίκτουσι νοσήματα, [6] ὁκοίη ἂν ἡ

tus; non secus ac stercorata terra hieme calida est, ita etiam venter.

Loci sunt depravati.

12. *De locis male habitis cf. adnn.*

[1] οὕτω καί om. V. — [2] τρίβηται V. — [3] δίη V. — [4] ἴσχει ἴσχει V. — [5] οἰκέονται γὰρ δειὰ (sic) πλειόνων καὶ πολλὰ ἴστασι V. — [6] ὁκοίη ἂν ὥρη ὁμοῖαι ὦσι· οἷον V.

οισι. — In loci vero scriptura, quam hodie relictam habemus, non potest distingui pone γαστήρ, quum hoc nomen sit subiectum verborum seqq. καὶ τρέφει κ. τ. λ.; itaque dativos in nominativos mutavi de meo. Dativi autem originem traxisse videntur ex eiusmodi lectione: ὅπερ τοῖσι δένδρεσι ἡ γῆ, τοῦτο τοῖσι ζῴοισι ἡ γαστήρ. Forte vero reliqua non sunt, nisi recentiorum scholia ad eiusmodi aphorismum. Alio ordine A. E. πλημμυρέουσα δὲ θερμαίνει. — Lind. seqq. sic descripsit: ὥσπερ γῆ κοπρευομένη [ὥσπερ δὲ ἡ γῆ] χειμῶνος θερμὴ, οὕτω καὶ ἡ κοιλίη. Coniectura sane parum firma, nec necessaria. In cod. A. postrema ita efferuntur: ὥσπερ γῆ κοπριωμένη χειμῶνες θερμαίνει, οὕτω καὶ ἡ γαστὴρ θερμὴ γίνεται. In multis mss. οὕτω καί, uti in V. om.

δένδρεα — καὶ ὅ τι τοιοῦτον.] Gal. δένδρα, vulg. ἔσωθεν δὲ ξηρόσαρκα, sed praetuli cod. A. lect., quam exhibui. Galeni comm. nihil quod ad rem faciat habet. Locus, quemadmodum iam legitur, sensu cassus est; mihi lacunae, sive una, sive plures, inesse videntur; certe sive pone χρόνια, sive pone ζῴων aliquid deëst, me iudice; quod tamen quale fuerit, non video. Οἷον χελῶναι exemplum est, ut sexcenta alia in his libris, quod a recentiore adscriptum fuisse puto, qui scuta testudinis cum cortice comparare voluit, eiusque carnes cum ligno arboris.

ἡλικίῃσι — ἀγγεῖον.] In his τὰ ζῶντα pone οὐ τρίβεται repetitur in A., qui βελτίω om.; unus cod. χρώμενα τοῖσι βελτίοσι. Vulgo ὑδρίον, A. ὑδριεῖον, quod in ὑδρήϊον mutavit Littr. — Διαπηδᾷ vulgo, sed transitivo opus est; iam vero A. διαπεῖ· εἰ δὲ π., in quo latere videtur quod solum huic loco accommodatum est, διαπιδύει. Ante στέγει recepi δέ e Gal., quod in vulg. om. Διΐει vulgata lectio est: δίει libri multi et Ald. δίει unus I. δεῖ Gal. ἰδίη A. Manifesto locus vitiosus est; de Gunzii ratione cf. Littr. — Patet duas esse sententias, prior ἡλικίῃσι — βελτίω; altera ὥσπερ — ἀγγεῖον. In priore ὁμοῖα omnem loci sensum perturbat; sitne vestigium additamenti, quale καὶ τοῖς ὁμοίοις, vel solius ὁμοίοις? — Forte aliquid scriptum fuit, quale: ἡλικίῃσι, ὥρῃσι, ἐνιαυτοῖσι τὰ ζῷα οὐ τρίβεται, χρώμενα δὲ μετρίως βελτίω γίγνεται. Quibus forte addita fuerint, quae hanc sententiam accuratius definirent, quum ceteroquin nimis late pateat. Postrema sententia claudicat; comparatio non congruit, neque eam restituendi spem foveo. Voluitne οὕτω καὶ ἡ γαστὴρ τῶν νέων διΐει τὴν τροφὴν, τῶν δὲ γερόντων κατέχει καὶ ὑποστάθμην ἴσχει ὥσπερ ἀγγεῖον? Eiusmodi quid Gunzius excogitavit.

12. οἱ τρόποι — ὡρέων.] Eorum, quae uncis intercepi, vulgata lectio est, quam e cod. V. enotavi; ea, quam ipse exhibui, est lectio codicis A.; Littréus hanc ex toto recepit, equidem οἰκεόντων de meo in οἰκέουσι mutavi, quum οἱ πολλοί sit subiectum et τὰς χώρας subintelligere pro obiecto oporteat. Dein τὰ δ' ἐκ A. et καὶ τὸ ἀπὸ τῶν διαιτ., H. καὶ ἀπὸ τῶν διαιτ. E. καὶ ἀπὸ δ. — Cod. A. ἢ ἀπὸ τῆς ν. Littréus adponit Foësii coniecturam τοῦ ὅλου pro τῆς νούσου; A. ἢ ἀπὸ τῶν ὡρῶν. — Locus vitiosus est: οἱ τρόποι τῶν νούσων forte inscriptio fuit marginalis a textu aliena; ad quem si forte pertinuerit, requiras τῶν νοσημάτων pro τῶν νούσων, propter neutra, quae sequuntur. Quae uncis inclusi scholion referunt ad πυθόμενον εἰδέναι adscriptum. Neque vero finis loci a vitiis liber videtur; nec sine causa Foësius haec coniectura tentavit τῆς καταστάσιος τοῦ ὅλου requirens; sed mirum non esset, si auctor solum dedisset καὶ τῆς καταστάσιος, ita ut et νούσου et ἢ ἀπὸ ὡρέων sint recentiorum ἐμβλήματα, quibus forte exposuerint τῆς καταστάσιος; suppono fere pone has voces lacunam esse, in cuius locum scholia irrepserint. Nam τὰ μὲν ξυγγενικά species s. genus est prius enumeratum, alterum τὰ δὲ ἐκ τοῦ σώματος καὶ τῶν διαιτημάτων καὶ τῆς καταστάσιος, de priore affirmatur ἔστι εἰδέναι πυθόμενον, — de altero nihil affirmatur, sed quod de eo dictum olim fuit, in lacuna interiit.

αἱ δὲ χῶραι — κατὰ λόγον.] In cod. A. πρὸς τὰς χώρας legitur; vulg. διακείμεναι, simplex e codd. dedit Littr.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 767 sur 880

©BIUM

ὥρη [, ταύτῃ ὁμοίως,] οἷον ἀνώμαλον θάλπος ἢ ψῦχος τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ὅταν τοιαῦτα ποιέῃ, φθινοπωρινὰ ἐν τῇ χώρῃ τὰ νοσήματα· καὶ ἐν τῇσι ἄλλῃσι ὥρῃσι κατὰ λόγον.

Τὰ μὲν ἀπὸ ὀδμέων [1] βορβορωδέων ἢ ἑλωδέων, τὰ δὲ ἀπὸ ὑδάτων, λιθιῶντα, σπληνώδεα· τὰ δ' ἀπὸ πνευμάτων χρηστῶν καὶ κακῶν ἄρχονται.

ιγ'. Ὥρης δὲ οἷαι ἔσονται [2] αἱ νοῦσοι καὶ καταστάσιες ἐκ τῶνδε· ἢν αἱ ὧραι ὡραίως, εὐτάκτως, εὐκρινέας νούσους ποιέουσι· αἱ δὲ ἐπιχώριοι τῇσι ὥρῃσι νοῦσοι [3] δηλοῦσι τοὺς τρόπους· ὅ τι δ' ἂν ἐξαλλάξῃ ἡ ὥρη ὁμοῖα ἢ ἀνόμοια ἔσται τὰ νοσήματα, οἷα ἐν τῇ ὥρῃ ταύτῃ γίγνεται· ἢν δ' ὁμοίως ἄγῃ, [4] τοιουτότροπα καὶ ἐπὶ τοιοῦτο εἰλκυσμένα, οἷον ἴκτερον φθινοπωρινόν· ψύχεα γὰρ ἐκ θαλπέων [5] καὶ θάλπος ἐκ ψύχεος· καὶ ἢν τὸ θερινὸν χολῶδες γένηται, καὶ αὐξηθὲν [6] ἐγκαταλειφθῇ, καὶ ὑπόσπληνοι.

Ὅταν οὖν καὶ [7] ἔαρ οὕτως ἀγάγῃ καὶ ἔαρος γίγνονται ἴκτεροι· ἐγγυτάτω γὰρ αὕτη

13. *De loco prave scripto cf. adn.*

Quando igitur ver quoque ita se habet, etiam vernali tempore morbi arquati nascuntur; ma-

[1] βορρωδέων ἢ ἑλ. τὰ δὲ ἀπὸ πν. χρ. τε καὶ κ. ἄρχονται V. omissis ceteris. — [2] αἱ om. V. — [3] δηλοῦσι V. — [4] ἢ τοιουτ. V. — [5] καὶ om. V. [6] ἐγκαταλειφθῇς καὶ ὑπόσπληνος. V. — [7] ὁ ἀήρ V.

Cod. A. ὁποίη ἂν ἡ ὥρη, ταύτῃ ὁμοίως, οἷον; horum vulg. lectionem e cod. V. enotavi. Cod. A. om. ἤ ante ψῦχος. In seqq. idem liber ordine inverso φθιν. ἐν τῇ χ. τὰ ν., ὅταν τοιαῦτα ποιέῃ. Cum his cf. Aph. 4. III.. Minime verum est, quod Littréus vult, ποιέῃ pro γίνηται accipi debere; haec nunquam fuerunt synonyma, nec sunt, neque in Aph., neque hoc loco. In Aphorismo illud ποιέῃ natum est ex ποιέει in eius lectione, qua omisso προσδέχεσθαι χρή scriptum fuerit: ἐν τῇσι ὥρῃσι ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος, ποιέει φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα. Sed locus libelli nostri pessime vitiatus et ineptissime descriptus est; certum est ea, quae uncis intercepi, otiosum esse additamentum. Statim vero ineptum πρὸς τὰς ὥρας κακῶς κειμένη χώρη; sed exemplum illud οἷον κ. τ. λ. insuper pessime turbatum est et forte scriptum fuerit secundum Aphorismi ductum: οἷον ἀνώμαλον θάλπος ἢ ψῦχος, τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ποιέει φθινοπωρινὰ ἐν τῇ χώρῃ νοσήματα; inepte tandem cum superioribus cohaerent postrema καὶ ἐν τῇσι ἄλλῃσι ὥρῃσι κατὰ λόγον, quippe eiusmodi quid ad antecedentia salvo loci sensu referri nequit.

τὰ μὲν ἀπὸ ὀδμέων — καὶ κακῶν.] τὰ δέ A. ἀπὸ τῶν ὀδμ. codd. E. H.; βορρωδέων, quod e V. enotavi, in multis codd. legitur; cod. A. τά τε ἀπὸ ὑδ. et λιθιῶντας, et σπληνώδεας; ceterum in quinque libris τὰ δὲ ἀπὸ — σπληνώδεα om. — Cod. A. τὰ τοιαῦτα δ' ἀπὸ πν. quod Littr. dedit. Idem liber τε om. — In fine loci pone κακῶν vulg. habet ἄρχονται, in comm. Galeni citatur ἔρχονται, sed huic lect. fidem non tribuo; habetur p. 369., ubi Latinus interpres, meliore, quod ubivis apparet, libro usus *incipiunt* dedit. Littr. ἄρχονται omisit conferens locum similem e lib. de aëre, aq. locis et fretus auctoritate cod. A. Forte recte, forte non; prorsus incertus sum.

13. ὥρης — καὶ ὑπόσπληνοι.] In his articulus ante νοῦσοι ex A. a Littréo est adscriptus, sed hic liber καταστασίων pro nominativo. Lind. [τοῖαι αἱ] inseruit ante νοῦσοι. Cod. A. dein om. ἤν et εὐτάκτους legit. Idem liber δῆλα pro δηλοῦσι, quod recepit Littr.; tum idem cod.: ὅτι δ' ἂν ἐξαλλάξῃ ἡ ὥρη αὕτη καὶ οὕτως ἄγῃ ὅμοια ἔσται τὰ ν. Dein A. εἰ δ' ὁμοίως ἄγει. Vulg. dein ἤ τοιουτότροπα, sed cum Littr. codicis A. fide ἤ omitto. Pro ἐπὶ τοιοῦτο unus liber ἐ. τοιούτοισι. Cod. A. om. ἴκτ. φθιν. ψύχεα γάρ. Ante θάλπος omm. καί libri duo; cod. A. dein ἐκ ψύξιος et tandem καὶ ἴκτεροι καὶ ὑπόσπληνοι. Unus liber ὑπόσπληνον, alter ὑπόσπληνος, ut V. Cum prima parte huius periodi cf. Aph. 8. III. Hunc quoque locum admodum corruptum esse satis constat, nec facile negaverit qui attenta mente eum persequens ad interpretationem diligentem se accingat. Si quis ad saniorem scripturam haec revocare velit, possit fortasse haec inde elicere:

Ὧραι δὲ οἷαι ἔσονται, τοιαῦται αἱ καταστάσιες· ἢν αἱ ὧραι ὡραίως, εὐκρινέας τὰς νούσους ποιέουσι· αἱ δ' ἐπιχώριοι τῆς ὥρης δηλοῦσι τοὺς τρόπους. ὅ τι δ' ἂν ἐξαλλάξῃ ἡ ὥρη, ἀνόμοια ἔσται τὰ νοσήματα, ὅσα ἐν τῇ ὥρῃ ταύτῃ γίγνεται· ἢν δ' ὁμοίως ἄγῃ, τοιουτότροπα καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἰλκυσμένα. οἷον ἴκτερος φθινοπωρινός· ψύχεα γὰρ ἐκ θαλπέων καὶ θάλπος ἐκ ψύχεος, καὶ ἢν τὸ θερινὸν χολῶδες γένηται καὶ αὐξηθὲν ἐγκαταλειφθῇ, καὶ ἰκτεριώδεες καὶ ὑπόσπληνοι γίγνονται.

Ita descriptus locus saltem intelligi poterit.

ὅταν οὖν — εἰδός ἐστι.] Pro ἔαρ, quod cum Littréo e

ἡ κίνησις τῇ ὥρῃ κατὰ τοῦτο τὸ εἶδός ἐστι.

Ὅταν δὲ θέρος γένηται [1] ἔαρι ὅμοιον, ἱδρῶτες ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καὶ εὔτροποι, καὶ οὐ κατόξεες, οὐδὲ κατάξηροι γλώσσῃσι.

Ὅταν δὲ χειμέριον γένηται [2] ἔαρ καὶ ὀπισθοχειμὼν ᾖ, χειμεριναὶ καὶ αἱ νοῦσοι καὶ βηχώδεες καὶ περιπνευμονικαὶ καὶ κυναγχικαί.

Καὶ φθινοπώρου ἢν μὴ ἐν ὥρῃ καὶ ἐξαίφνης χειμάσῃ, μὴ [3] ξυνεχέως τοιαύτας νούσους ποιέει διὰ τὸ μὴ ἐν ὥρῃ ἦρχθαι, ἀλλὰ ἀνώμαλα [4] γίγνεται· διόπερ καὶ αἱ ὧραι ἄκριτοι καὶ ἀκατάστατοι γίγνονται, ὥσπερ καὶ αἱ νοῦσοι, ἐὰν προεκρηγνύωνται, ἢ [5] προκρίνωνται, ἢ ἐγκαταλείπωνται· φιλυπόστροφοι γὰρ καὶ αἱ ὧραι γίγνονται, [6] οὕτω νοσοποιέουσαι.

Προσλογιστέον οὖν, ὁκοίως ἂν ἔχοντα τὰ σώματα αἱ ὧραι παραλαμβάνωσι.

ιδ'. Νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοί, νωθροί, διαλυτικοί· ὅταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιουτότροπα ἐν τῇσι νούσοισι πάσχουσι· ἕλκεα μαδαρὰ, μάλιστα κατὰ στόμα, αἰδοῖον καὶ τἆλλα.

Illud igitur praeterea spectandum est, quo modo affecta sint corpora, cum ab anni temporibus excipiuntur.

14. Austri auditionis hebetudinem et visionis caliginem inducunt et capitis gravitatem, corpus torpidum et languidum reddunt. Cum iste invaluerit, talia in morbis patiuntur: ulcera madentia, maxime ad os, pudenda, cetera.

[1] ἦρι ἰμ. ἱδρῶτας V. — [2] ἦρ V. sine γένηται. — [3] συνεχῶς τ. ν. ποιέῃ V. — [4] γίγνεσθαι V. — [5] προεκκρίνωνται V. — [6] ὥσπερ αἱ οὕτω νοσοπ. V.

cod. A. dedi, vulgo ὁ ἀήρ. Ceterum libri variant saepe inter ἦρ et ἔαρ pluribus locis, ita ut semper hanc formam darem. Pro ἡ κίνησις cod. A. κείνη.

ὅταν — γλώσσῃσι.] Initium loci in A. sic se habet: ἔστι δ' ὅτε τὸ θέρος ἔαρι ὅμοιον, in qua lect. forte ἔστι ex ἔτι natum; quippe haec saepius confusa vidi etiam in aliis libris. Cod. H. in m. ὅταν θέρος ἔαρι ὅμοιον, nempe vulgo hic ἦρι. Ἱδρῶτες pro vulg. accusativo Littréo praebuerunt libri tres.

ὅταν δὲ χειμέριον — κυναγχικαί.] In his δέ et γένηται om. A. Vulgo solum ὀπισθοχειμών, sed A. ὀπίσω οὐ χειμὼν ᾖ, unde ᾖ retinui, nempe ὀπισθοχειμών substantivum est, ita ut ᾖ abesse vix possit. Vulg. ἢ κυν. sed A. copulam praebuit.

καὶ φθινοπώρου — νοσοποιέουσαι.] Copulam principio om. A., itemque utroque loco μή. Littr. ξυνεχέως pro vulg. ξυνεχῶς dedit e cod. A. lect. ξυνεχέας. Idem liber ταύτας τάς pro τοιαύτας. Quod e V. enotavi ποιέῃ, in multis edd. habetur. A. ἀλλ' ἀνωμ.; idem γίνεται, ubi vulg. γίγνεσθαι, quod e V. enotavi. Idem liber ὥσπερ αἱ ν. — Vulgo προεκκρίνωνται, sed cum Littr. cod. A. sequor. Idem liber φιλυπ. γὰρ καὶ αἱ ὧραι γίνωνται, tum ὥσπερ αἱ ante οὕτω om., quod vulgo ibi legitur, sed cum Littréo delevi. — Periodum quidem consentienter cum Littréo descripsi, necdum tamen lectio satis placet. Quorsum spectat ἀλλὰ ἀνώμαλα γίγνεται? ad morbos? sed νοῦσοι, non νοσήματα antecedit. Itaque vide, reputatis cod. A. lectionibus, num legere oporteat: καὶ φθινοπώρου, ἢν μὴ ἐν ὥρῃ καὶ ἐξαίφνης χειμάσῃ, αὐτίκα τοιαύτας νούσους ποιέει διὰ τὸ μὴ ἐν ὥρῃ ἦρχθαι ἀλλ' ἀνώμαλα γίγνεσθαι. Nempe ξυνεχέως sive addita negatione, sive demta displicet, αὐτίκα requiritur; per τοιαύτας νούσους voluit χειμερινάς; in lectione, quam proposui, ad ἀνώμαλα subintelligo τὰ περὶ τὴν ὥρην. In seqq. miro modo anni tempestates ἄκριτοι et φιλυπόστροφοι dicuntur, quum solum morbi ita vocari possunt, miro modo etiam προκρίνεσθαι et ἐγκαταλείπεσθαι dicuntur; quippe haec quoque verba de morbis tantum usurpantur.

προσλογιστέον — παραλαμβάνωσι.] In Galeni textu lego προλογιστέον, quod Pergamenum ipsum in suo libro reperisse constare videtur e comm. p. 392. vs. 13. Pro ὁκοίως A. ὁμοίως omisso ἄν, idemque cod. et alter quidam παραλαμβάνουσιν. Hoc quoque monitum miro modo cum superioribus ope coniunctionis οὖν cohaeret; nam ex antecedentibus non nisi aegre deduci potest. Neque Latine expressit illud οὖν Foësius; sitne forte vitiosum? — Exspectaveris potius προσλογιστέον δὲ καὶ ὁκοίως κ. τ. λ.

14. νότοι βαρυήκοοι — καὶ τἆλλα.] In his cod. A. νότος βαρυήκοον et cett. epitheta neutro singulari; οὕτως pro οὗτος idem cod. et Gal. — Cum h. l. cf. Aph. 5. III. Re-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 769 sur 880

©BIUM

Ἢν δὲ βόρειον, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληρότεραι, δυσουρίαι φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων· ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα προσδέχεσθαι μᾶλλον τὰ νοσήματα.

Quodsi aquilonia fuerit tempestas, tusses fiunt, faucium asperitates, alvi duriores, urinae difficultates cum horrore, laterum et pectoris dolores. Hac praevalente, eiusmodi morbi maxime exspectandi sunt.

Locus incertae lectionis, cf. adnn.

Ἢν μᾶλλον πλεονάζῃ αὐχμοῖσι οἱ πυρετοὶ ἔπονται καὶ ὄμβροισι, ἐξ ὁποίων ἂν οἱ πλεονασμοὶ μεταπέσωσι καὶ ὅκως ἂν ἔχοντα τὰ σώματα παραλάβωσι ἐκ τῆς ἑτέρης ὥρης καὶ ὁκοιουτινοσοῦν χυμοῦ δυναστεύοντος ἐν τῷ σώματι.

Locus sensu cassus.

Ἀτὰρ ἀνυδρίαι νοτίαι, βόρειαι, διαφέρει γὰρ καὶ τἄλλα [1] οὕτω· μέγα γὰρ καὶ τοῦτο· ἄλλος γὰρ ἐν ἄλλῃ ὥρῃ καὶ χώρῃ μέγας, οἷον τὸ θέρος χολοποιὸν, ἔαρ [2] ἔναιμον, τἄλλα ὡς ἕκαστα.

15. Mutationes potissimum morbos pariunt,

ιε'. Αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τίκτουσι νοσή-

[1] ὅτω V. — [2] ἄνεμον V.

spondet τοιουτότροπα loci nostri nomini τοιαῦτα in Aphorismo, utrumque ad superiora referri debet; sed quomodo iam loco nostro subiungitur ἕλκεα μαδαρὰ κ. τ. λ.? In his verbis κατὰ στόμα de meo dedi, praepositione in libris deficiente; sed forte etiam καί ante ἕλκεα supplendum. Si velis τοιουτότροπα ad subsequentia referre, parum apte post hoc nomen subiungentur sola ἕλκεα. Fieri potest ut ἕλκεα — τἄλλα non sit nisi recens ad Aphorismum additamentum, quod a descriptoribus parum apto modo uno tenore cum sententia principe descriptum sit.

ἢν δὲ βόρειον — μᾶλλον τὰ νοσήματα.] Pro δυσουρίαι A. δυσουρότεροι, quod tamen ex antecedente comparativo ortum duxit, sicuti ὀδυνώδεες in eodem libro e superiore φρικώδεες, nisi forte lectio fuerit δυσουρίαι φρικώδεες, ὀδυνώδεες, ὀδύναι κ. τ. λ., sed in Aph. 5. III. variis lectt. huiusmodi scripturae vestigium apparet nullum. Ὅταν οὕτως δυν. A. ὅταν οὖν δυν. Gal. τὰ νοσ. μᾶλλον A. — Locus noster igitur cum altera parte Aphorismi laudati congruit: neque in Aph., nec h. l. apparet, quomodo ἢν δὲ βόρειον, s. ἢν δὲ βόρειον ᾖ, uti in Aph. legitur, cum superioribus cohaereat; ad βόρειον solum ἔτος cogitatione suppleri posse videtur, quod tamen in praecedentibus non legitur. Puto autem utrumque locum ex alio libro aliquo antiquo esse desumtum et divulsum a vicinis, e quibus vocabulorum et rerum nexus olim ultro apparuerint. Docet idem ὁκόταν οὗτος (nam οὕτω neutiquam constare potest) δυναστεύῃ. Nimirum quorsum referes οὗτος? Id unum fieri possit, ut ad ὁ βορρᾶς e superiore βόρειον repetendum referas; quod tamen quam parum apte fiat, unusquisque videt. Mirum tamen non videtur talia observari in eiusmodi locis, qui ex aliis libris divulsi, undecumque collecti et magnam partem sine debito ordine et nexu descripti sunt.

ἢν μᾶλλον πλεονάζῃ αὐχμοῖσι — ἐν τῷ σώματι.] In Galeni textu pro πλεονάζῃ legis δυναστεύῃ, quod tamen a correctore in cod., quo Kühnius usus est, additum dicitur in notula. Quum in fine comm. ad locum antecedentem δυναστεύειν saepe recurrat, forte inde corrector desumsit; forte etiam e fine textus superioris. Quod Foës. monet in mss. nonnullis ἢ μ. πλ. ad superiora referri, non magni momenti est, quum interpunctio in codd. nostri parum fida sit. Cod. A. ἐξ ὁποίων δ' ἄν. Gal. καταπέσωσι A. ἐκ τῆς ἑτ. χώρης et ὁποίου τινός. Lectionem loci satis incertam esse opinor; habitus enim eius ita comparatus est, ut scriptum fuisse dixeris ἢν μᾶλλον πλεονάζῃ αὐχμοῖσι ἢ ὄμβροισι οἱ πυρετοὶ γίγνονται, ad quod mox redibo. Tum advertit ms. A. lectio ἐξ ὁποίων δ' ἂν οἱ πλεονασμοὶ κ. τ. λ., quippe videmur in his habere monitum universale περὶ τῶν πλεονασμῶν, quod non cohaereat cum superiore membro, sed cuius apodosis pone ἐν τῷ σώματι deficiat. Ut autem redeam ad prius illud membrum, videndum erit num forte coniunctum fuerit cum superioribus ad hunc modum: ἢν δὲ βόρειον, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληρότεραι, δυσουρίαι φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στήθεος· κἢν μᾶλλον πλεονάζῃ αὐχμοῖσι ἢ ὄμβροισι, πυρετοὶ ἔπονται.... Ubi aliquid, quod febres definiat, desidero. Ita quidem fieri possit, ut ὁκόταν — τὰ νοσήματα non esset, nisi pannus a recentiore inepte adsutus. Miraris omnino interpretes vix respexisse insignem in his libris perturbationem et omnia devorare, quasi ab ipso auctore primo ita descripta essent. Equidem ubivis paene metuere cogor ne fraus nobis facta sit a descriptoribus quibuscumque et qualibuscumque. Cum loci, qualem mox descripsi, fine forte cohaeserit sequens ἀτὰρ ἀνυδρίαι νοτίαι, ita ut hae ἀνυδρίαι νοτίαι opponerentur ταῖς ἐν βορείοισι. Omnia certe hic perturbationem maximam significant.

ἀτὰρ ἀνυδρίαι — ὡς ἕκαστα.] Quod in cod. A. νοτίοι, βόριοι i. e. βόρειοι legitur, non est absonum, quia haec adiectiva etiam duarum sunt terminationum. Cod. A. οὕτως, lect. ὅτω, quam e V. enotavi, in multis mss. vidit Littr. A. χ. καὶ ὦ.; idem cod. ἔαρ αἴνεμον, unde ἔαρ retinui pro vulg. ἦρ. Tandem τἄλλα A. H. Locum hunc sensu cassum esse unusquisque semel admonitus videbit. Utrum βόρειαι s. βόρειοι sit insiticium, non certo constat; siquid veri est in iis, quae in superiore adn. scripsi, non potest esse non insiticium. Sed ἡ κρίσις χαλεπή in loco e vocibus non cohaerentibus conflato; hic iterum merae tenebrae!

15. αἱ μεταβολαὶ — μεταβαλλόμεναι.] In his αἱ δ' ἐκ πρ. γίνονται A., cuius libri lectionem cum Littréo recepi pro vulgata, quam e cod. V. enotavi. Duo codd. E. H. καὶ αἱ

μάτα καὶ αἱ μέγισται μάλιστα καὶ ἐν τῇσι ὥρῃσι αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ καὶ ἐν τοῖσι ἄλλοισι· [1]αἱ δ' ἐκ προσαγωγῆς γίγνονται, αἱ ὧραι αὗται ἀσφαλέσταται, ὥσπερ καὶ δίαιται καὶ ψῦχος καὶ θάλπος μάλιστα ἐκ προσαγωγῆς καὶ αἱ ἡλικίαι οὕτω μεταβαλλόμεναι.

ις'. Φύσιες δὲ ὡς πρὸς τὰς ὥρας αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι, αἱ δὲ πρὸς χώρας καὶ ἡλικίας καὶ διαίτας καὶ τὰς ἄλλας καταστάσιας τῶν νούσων ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι, καὶ ἡλικίαι πρὸς ὥρας καὶ χώρας καὶ διαίτας· καὶ πρὸς καταστάσιας νούσων· καὶ ἐν τῇσι ὥρῃσι δίαιται καὶ σιτία, καὶ [2]ποτὰ, ὅτι ὁ μὲν χειμὼν ἀργὸς ἔργων καὶ πέπονα τὰ ἐσιόντα καὶ ἁπλᾶ, μέγα γὰρ καὶ τοῦτο· αἱ ὀπῶραι δὲ [3]ἐργάσιμοι, ἡλιώσιες, τὰ πινόμενα πυκνὰ, ἀκατάστατα σιτία, οἶνοι, ἀκρόδρυα.

ιζ'. Ὥσπερ δὲ ἐκ τῶν [4]ὡρέων τὰς νούσους ἔστι τεκμήρασθαι, ἔστι ποτὲ καὶ ἐκ τῶν νούσων ὕδατα καὶ ἀνέμους καὶ ἀνυδρίας προγιγνώσκειν, οἷον βόρεια, νότια· ἔστι γὰρ εὖ μαθόντι [5]καὶ ὀρθῶς, ὅθεν σκεπτέα, οἷον καὶ

eaeque praecipue maximae. Et in anni tempestatibus magnae mutationes itemque in aliis. Quae vero sensim accessione facta fiunt anni tempora sunt securissima; non secus ac victus rationes et frigus et calor maxime, si paulatim ex additione progrediantur; itemque aetates ad hunc modum immutatae.

16. *Locus prave descriptus, cf. adn.*

17. Quemadmodum vero ex anni temporibus morbos coniicere licet, licet interdum etiam e morbis pluvias et ventos et siccitates praenoscere.

De ceteris corruptis cf. adn.

[1] τὰ δ' ἐκ πρ. γίνεται V. — [2] ποτὰ οἷα ὅτι ὁ μὲν χ. V. — [3] ἐργασιμαί V. — [4] ὡραίων V. — [5] καί om. V.

ὧραι αἱ τοιαῦται. Idem liber καὶ αἱ ἡλ., quod recepi, ceteris articulum omittentibus. Cum h. l. cf. Aph. I. III., qui melius descriptus est quam hic locus. Vide quam inepte addatur καὶ αἱ ἡλικίαι οὕτω μεταβαλλόμεναι, quasi aetas non semper ἐκ προσαγωγῆς in aliam transiret; nempe nec praematurae evolutioni aut senio praematuro hoc deëst, si quis forte talia arripiat ut hanc sententiam defendat. Patet pluribus locis voces et verba captasse huius libelli consarcinatorem, res ipsas eum parum perspectas habuisse.

16. *Φύσιες — ἀκρόδρυα.*] Cum huius loci principio cf. Aph. 2. 3. III. — Ceteri εὖ καὶ κακῶς; praefero ἢ disiunctivum tum h. l. tum paulo inferius, consentienter cum Aph. et cod. K. Par. Dein ὡς δὲ πρὸς χ. idem liber et alii duo. De interpunctione pone καταστάσιας et Foësii coniectura μεταστάσιας, quarum neutra probanda sit, monuit Littr. in adnn. — Cod. A. καὶ ἡλικ. πρὸς χ. καὶ ὥ. ordine inverso. Gal. paulo post πρὸς τὰς καταστάσεις. Codd. A. E. δίαιτα pro δίαιται; tum ὁ μὲν γὰρ χ. est lectio cod. A., quam Littr. recipit pro vuigata, quam e V. enotavi et quam reiecto otioso οἷον, retinui. Nempe cod. A. arbitrariam refert correctionem, antiqua vero lectio est in vulg., sed cum otiose invecto εἶα, quod pluribus locis inepte additum vidi. Cod. A. etiam om. καί ante ἁπλᾶ et pro πυκνά habet συχνά.— Iam candide profitebor quid de toto loco sentiam: partem postremam καὶ ἐν τῇσι ὥρῃσι δίαιται κ. τ. λ. minime intelligo et pro desperata sibi relinquo ac dimitto; si in parte priore ad καὶ τὰς ἄλλας καταστάσιας τῶν νούσων mentem advertas, vides id inepte dici; quum enim de nullo morbi cuiuscumque statu in superioribus sermo sit, quomodo iam αἱ ἄλλαι καταστάσιες hic tanguntur? Vel hoc unum indicio est locum mendosum esse. Voluitne auctor eiusmodi quid? Φύσιες δὲ ὡς πρὸς τὰς ὥρας αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι· αἱ δὲ πρὸς χώρας καὶ ἡλικίας καὶ διαίτας καὶ νούσων καταστάσιας· καὶ αἱ ἡλικίαι ἄλλαι πρὸς ἄλλας ὥρας καὶ χώρας καὶ διαίτας καὶ καταστάσιας νούσων εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι. E parte altera, uti dixi, boni nihil elicere valeo; nimis lacunis distracta videtur, quam ut sensum modo loci assequaris.

17. *ὥσπερ δέ — καὶ ἄλλα τοιαῦτα.*] In his initio ὡς δ' ἐκ A. Foës. ὕσματα pro ὕδατα se in nonnullis exemplaribus legisse testatur. Ante ὀρθῶς in multis libris καί vidit Littr.; cum V. om. — A. οἷσι λέπραι καί τινες περὶ τὰ ἄρθρα, sed om. πόνοι. Vulg. οἷον A. τινὲς καὶ περὶ τὰ ἀ. π. Itaque ex A. καί τινες recepi. Littr. adnotat: „Il serait possible, qu'il fallut lire ὀχλώδεες. Galien dit dans son comm.: αἱ λέπραι κνησμώδεές εἰσι καὶ οἱ πόνοι περὶ τὰ ἄρθρα ἐνοχλοῦσι. Dans notre texte κνησμώδεες ne se rapporte par le sens du moins qu'à λέπραι." Non consentio cum Littréo pro κνησμώδεες legendum esse ὀχλώδεες, sed fieri potest ut hic nonnulla desint. Age! videamus quid in hoc capitulo offendat: — statim tamen dicam id potius e pravo rerum et verborum nexu quam e comm. Galeni effici.

©BIUM

λέπραι καί τινες περὶ τὰ ἄρθρα πόνοι, ὕδατα ὅταν μέλλῃ, κνησμώδεές εἰσι, καὶ ἄλλα τοιαῦτα.

ιη'. Καὶ [1]ὑσμάτων οἷα ἢ διὰ τρίτης, ἢ ἑκάστης, ἢ διὰ περιόδων ἄλλων καὶ τὰ ξυνεχέα καὶ ἀνέμων οἱ μὲν πολυήμεροι πνέουσι καὶ ἀντιπνέουσι ἀλλήλοισι, ἄλλοι δὲ διὰ βραχυτέρων, οἱ δὲ [2]αὐτοὶ καὶ κατὰ περίοδον· ταῦτα ἔχει τῇσι καταστάσισι ὁμοιότητας, ἐπὶ βραχύτερον δὲ τὰ τοιαῦτα.

[3]Καὶ ἢν μὲν ἐπὶ πλέον τὸ ἔτος τοιοῦτον [4]ἐὸν τὴν κατάστασιν ποιήσῃ [5]τοιαύτην, ἐπὶ πλέον καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα· [6]καὶ ἢν μᾶλλον ἰσχυρότερα, καὶ τὰ μέγιστα οὕτω νοσήματα ἐγένετο καὶ [7]κοινότατα καὶ ἐπὶ πλεῖστον χρόνον.

Ἐκ τῶν [8]πρώτων ὑδάτων, ὅταν ἐξ ἀνυδρίης πολλῆς μέλλῃ ὕδωρ ἔσεσθαι, ἔστι περὶ ἱδρώτων προειπεῖν, καὶ ὁκόταν τἆλλα σμικρὰ σημήϊα φανῇ ἐν νηγεμίῃ, ἐν μεταβολῇ, ξυνακτέον [9]ὅσαι μὲν ἐφ' οἵοισι ὕδασι ἢ ἀνέμοισι

18. *Locus prave scriptus.*

Locus integer non est.

E primis pluviis, quando post longam siccitatem pluviae fient, licet sudores futuros praedicere.....

De ceteris corruptis cf. adn.

[1] τῶν ὑδμ. V. — [2] καὶ αὐτοί V. — [3] ἢν μέν V. — [4] ἔῃ εἶην V. — [5] τοιαύτην om. V. — [6] καὶ ἢν μ. V. — [7] κοινότατον V. — [8] πρό των V. [9] οὖν ὅσα V.

Hic enim rursus suam partim ex Hipp. ductam doctrinam ad h. l. proponit, non pedetentim auctorem sequitur, nec summa fide interpretatur. Principio omnia satis bene procedunt usque ad οἷον βόρεια, νότια, quod cum superioribus inepte cohaeret, neque aliud quid est nisi exemplum, quod in margine lector non admodum peritus sane adscripsit. Quod sequitur, ἔστι γὰρ εὖ μαθόντι καὶ ὀρθῶς, cum superioribus, si demas οἷον βόρεια καὶ νότια, cohaerere potest. Utrum vero inter καὶ ὀρθῶς et ὅθεν σκεπτέα sit lacuna, incertum; at certum lacunam esse pone σκεπτέα: oratio non est plena et seqq. rursus exempla sunt ex eodem genere, cuius οἷον βόρεια, νότια. In exemplo autem, quod concludit capitulum, non κνησμώδεες in ὀχλώδεες est mutandum, sed forte καὶ ἐνοχλοῦσι addendum, vel eiusmodi quid. Locus mihi ita quidem describendus est visus: ὥσπερ δὲ ἐκ τῶν ὡρέων τὰς νούσους ἔστι τεκμήρασθαι, ἔστι ποτὲ καὶ ἐκ τῶν νούσων ὕδατα καὶ ἀνέμους καὶ ἀνυδρίας προγιγνώσκειν. [οἷον βόρεια, νότια·] ἔστι γὰρ εὖ μαθόντι καὶ ὀρθῶς ....., ὅθεν σκεπτέα ..... [οἷον αἱ λέπραι καί τινες περὶ τὰ ἄρθρα πόνοι, ὕδατα ὅταν μέλλῃ ἔσεσθαι, κνησμώδεές εἰσι καὶ ἐνοχλέουσι καὶ ἄλλα τοιαῦτα.] — In his, uti dixi, non certo demonstrari potest prior lacuna ante ὅθεν, sed mihi probabilius videtur eam adesse, quam non adesse; de ceteris non vanam opinionem suscepisse mihi videor. Velim μέλλῃ ἔσεσθαι ad similitudinem § 18., ubi eadem dictio legitur.

18. καὶ ὑσμάτων — τὰ τοιαῦτα.] Articulum ante ὑσμ., quem vulgata fert, om. Littréus cum A. Equidem ἢ ἕκτης legere velim pro ἑκάστης, quod incongruum et e numerali ortum. Οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ κατὰ περίοδον de meo scripsi transmutans in καὶ αὐτοί vocularum ordinem. Cod. A. τοῦτ' ἔχει. — Hic locus rursus ita se habet, ut verba non apte inter se nexa intelligi nequeant; illud οἷα, ut Aristophanis ληκύθιον, pessumdat orationem aliis insuper vitiis laborantem. Credo vero nos fragmentum loci in his habere, quod fere sic se habuerit:

..... καὶ τῶν ὑσμάτων τὰ μὲν διὰ τρίτης, ἢ ἕκτης, ἢ διὰ περιόδων ἄλλων, τὰ δὲ ξυνεχέα· καὶ τῶν ἀνέμων οἱ μὲν πολυήμεροι πνέουσι καὶ ἀντιπνέουσι ἀλλήλοισι, ἄλλοι δὲ διὰ βραχυτέρου, οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ κατὰ περιόδους. Ταῦτα ἔχει τῇσι καταστάσισι ὁμοιότητας, ἐπὶ βραχύτερον δὲ τούτων γίγνεται.

Nempe postremum τὰ τοιαῦτα praecedente ταῦτα parum placet.

καὶ ἢν μὲν — ἐπὶ πλεῖστον χρόνον.] Principium loci cum Littréo e cod. A. descripsi, nisi quod ἢν — ποιήσῃ pro εἰ — ποίησε dedi; quum postea ἢν rursus inferatur. Vulgata lectio est: ἢν μὲν ἐπὶ πλέον τὸ ἔτος τοιοῦτον ἔῃ, οἵην κατάστασιν ἐποίησεν, ἐπὶ πλεῖον κ. τ. λ. In καὶ ἢν μᾶλλον, quae vulgata lectio est, ἢν cum cod. A. om. Littréus; ego quare vulgatam retinuerim, mox dicam. Idem liber καὶ τὰ μέγιστα οὕτω νοσήματα ἐγένετο, vulgata καὶ μέγιστα νουσήματα οὕτως ἐγένετο; praefero lectionem cum articulo addito. Caput rei in huius loci constitutione versatur in καὶ ἢν μᾶλλον ἰσχυρότερα: nimirum codicis A. descriptor vulgatam emendare voluit ἢν demendo, sed credo in vulgata longe diversum errorem latere. Scilicet ἰσχυρότερα terminatione sua vitiosum est et ad κατάστασιν in superioribus spectare mihi videtur, ita ut καὶ ἢν μᾶλλον ἰσχυρήν, s. καὶ ἢν ἰσχυροτέην legendum existimem. Videant etiam alii!

ἐκ τῶν πρώτων ὑδάτων — ἢ βέρος ἔσται.] Advertit maxime ὑδρώτων Aldi pro ὑδρώπων vulg.; nempe inde ἱδρώτων efficio; conferens Ep. II. 1. 2., idque recipio. — Ἐν ἀνε-

[1]νοῦσοι ἐπισημαίνουσι. [καὶ ἀκουστέον εἴ τις οἶδε· [2]τοιοῦδε χειμῶνος [3]προγενομένου, [4]οἷον ἔαρ ἢ θέρος ἔσται.]

ιθ'. Τὰ χρώματα οὐχ [5]ὁμοῖα ἐν τῇσι ὥρῃσι, οὐδὲ ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισι, οὐδ' ἐν τῇσι ἡλικίῃσι αὐτὸς πρὸς ἑωυτὸν, οὐδ' ἄλλος ἄλλῳ [6]οὐδενί.

Σκεπτέον δὲ ἐξ ὧν ἴσμεν καὶ παρεόντων καὶ ἀπρεμεόντων περὶ χροιῶν καὶ ὅτι αἱ ἡλικίαι τῇσι ὥρῃσι ἐμφερέες εἰσὶ καὶ χροιῇ καὶ τρόπῳ.

κ'. Οἱ αἱμορροΐδας ἔχοντες οὔτε πλευρίτιδι, οὔτε περιπνευμονίῃ, οὔτε φαγεδαίνῃ, οὔτε [7]δοθιῇσι, οὔτε περμίνθοισι ἁλίσκονται, ἴσως δὲ οὐδὲ λέπρῃσι, ἴσως δὲ οὐδὲ ἀλφοῖσι· ἰητρευθέντες γε μὴν ἀκαίρως [8]συχνοὶ τοιούτοισι οὐ βραδέως [9]ἑάλωσαν καὶ ὀλέθρια οὕτως· καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀποστάσιες, οἷον σύριγγες, ἑτέρων ἄκος· [10]ὅσα δὲ ἐφ' οἵσι γενόμενα ῥύεται, τούτων προγενόμενα κωλύματα·

19. *Loci corrupti sunt.*

20. *De locis his iam antiquissimo tempore Galeno teste corruptis et variis modis scriptis cf. adnn.*

[1] αἱ ν. V. — [2] ὅτι τοιούτου χ. V. — [3] προσγεν. V. — [4] τοῖον ἦρ V. — [5] ὁμοῖα V. — [6] οὐδέν. — [7] δοθίσι V. — [8] συχνοῖσι V. — [9] ἥλωσαν. — [10] ὅσα πέφυκεν ἐπιφαινόμενα παύειν, ῥύεται τούτων προσγενόμενα κωλ. V.

μίῃ ἢ ἐν μεταβολῇ A.; neque hanc lectionem, neque vulgatam recte intelligo. — Ξυνακτέον ὅσαι μὲν ἐφ' est lectio cod. A. recepta a Littréo; συνακτέον μὲν οὖν ὅσαι ἐφ' cod. E. σ. ὅσαι μὲν ἐφ' vulg. — Quod Littréus scribit: „ξ. — ἔσται om. Gal.," eatenus verum est, quatenus apud eum non legitur, sed periisse videtur in lacuna, quae apud eum notatur. Quod e V. ὅσα enotavi, item e K′ citat Littr., ἢ ante ἀνέμοισι om. Littr..; — αἱ ν. vulgata est, quam e V. enotavi, editor Paris. αἱ ex cod. A. auctoritate om. — Idem liber: οἶδε τοιοῦδε χ., unde Littr. dedit; vulgatam e V. adscripsi. Multi libri προσγεν., uti V. — Ex A. dedi οἷον ἔαρ., Littr. οἷον ἦρ; vulgatam e V. enotavi: multi libri εἴτε θέρος, non V. — Locus sine dubio vitiosus est: usque ad προειπεῖν eum intelligo: nihil intelligo in verbis καὶ ὁκόταν τἄλλα σμικρὰ σημῆια φανῇ ἐν νηνεμίῃ, ἐν μεταβολῇ. Id unum perspicere mihi videor postrema ἐν νηνεμίῃ, ἐν μεταβολῇ esse dittographiam, e qua quam lect. seligere oporteat, mihi ne liquet quidem. Quod ad ξυνακτέον attinet, id recentiorum Graecorum est eo sensu, non veterum; ὅσαι, quod sequitur, forte οἷαι esse debet. Sed finis loci, a καὶ ἀκουστέον inde, non est, nisi glossa s. scholion, quod in textum irrepsit addita copula καί; ipsum ἀκουστέον omnino solennis formula in eiusmodi explicationibus in glossariis. Abunde constat locum pessime habitum esse.

19. Τὰ χρώματα — οὐδενί.] εἰ οὐχ ὁμ. unus cod. K. οὐδ' ἐν βορ. A., οὐδὲ ἐν τῇσι ἡλ. Gal. οὐδενί a Littr. ex H. invectum; cett. οὐδέν. — In seq. adn. ad haec verba redeo.

σκεπτέον — καὶ τρόπῳ.] δ' ἐξ ὧν ἴσμεν καὶ περιϊόντων καὶ ἀτρεμεύντων καὶ περὶ χρ. A. et in fine loci καὶ χροιὴν καὶ τρόπον. Redeo iam ad prius membrum huius capituli. Vellem mihi aliquis indicaret, quomodo αὐτὸς πρὸς ἑωυτὸν, οὐδ' ἄλλος ἄλλῳ οὐδενί cum superioribus cohaereat; aut ego fallor, aut τὰ χρώματα neutrum est, ea quae dixi sunt masculina. Haec tibi Latine reddunt interpretes, quasi integra essent; equidem locum sensu cassum esse affirmo, quin ne αὐτό quidem πρὸς ἑωυτό scribendo et ἄλλο ἄλλῳ οὐδενί, quae res sane facilis esset, eum restitueris. Lacunae inesse videntur; locum pro desperato dimitto. Neque vero ex altera parte sensum sanum eruo; sed videtur ita descripta ab inepto homine, ut fraudem faceret i. e. ut vanam eruditionis speciem pro vera et accurata doctrina tibi venderet, quod quidem non de tota priore parte affirmare ausim.

20. Οἱ αἱμορροΐδας — ὥρῃ, πλευρῖτις, χολή.] Ante omnia varr. lectt. colligam. Ad τερμίνθοισι Littr. adnotat scholion, quod iam Foës. in Oecon. transtulit. Cod. A. om. ἁλίσκονται, Littr. adnotat: „Il faut peut-être omettre ce verbe avec A., du moins Ep. VI. 3. 23. Galien dit que ce verbe doit être sous-entendu." De hac re dixi in adn. ad verba l. ex Ep. VI. — Gal. οὔτε λ., ἴσως δὲ οὔτε ἄλλοισι. Cod. A. item ἄλλοισι, quae varietas lectionis iam a Gal. in comm. memoratur, qui affirmat se nescire quid praeferendum sit. — Cod. B. dein γε om. et cum Foësii cod. uno et Gal. συχνοῖ praebet pro vulg. συχνοῖσι, tum etiam τοῖσι ante τοιούτοισι, quod vulgata fert, omittit; praebet autem ἕαλωσαν pro vulg. ἥλωσαν. Paulo post ὀλέθριον οὕτω A., ὀλέθριαι in libris C. H. profecto e neutro plurali ortum est. — Cod. A. οἷσι δὲ ἐφ' οἷσι γενόμενα αἴρεται τούτων προγενόμενα κωλύματα, unde Littr. dedit quod item exhibui, ῥύεται tamen e vulg. servans, quam e cod. V. textui subieci. Gal. in comm. ad h. l. p. 455. monet: ἐν.. τῇ προκειμένῃ ῥήσει θαυμαστόν ἐστιν ἰδεῖν τὴν τῶν ἐξηγητῶν ἁπάντων διαφωνίαν καὶ ταύτην μὴ μόνον κατὰ τὴν γραφὴν, ἀλλὰ κατὰ (forte καὶ κατὰ) τὴν ἔννοιαν. Διοσκορίδης μὲν γὰρ οἴεται κἀνταῦθα λόγον εἶναι περὶ αἱμορροΐδων καὶ λέγειν τὸν ἰατρὸν εἰκὸς καὶ ἀληθὲς εἶναι, εἰ διὰ τῶν αἱμορροΐδων ἔκκρισις ἐπιφαινομένη λύει τὰ προειρημένα

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 773 sur 880

©BIUM

οἱ ὕποπτοι τόποι ὑποδεξάμενοι πόνῳ, ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται· [1] ἀλλ' οἷσι αἱ κοινωνίαι, διὰ τὴν ῥοπὴν οὐκ ἔτι αἷμα ἔρχεται, ἀλλὰ κατὰ τοῦ χυμοῦ τὴν ξυγγένειαν τοιαῦτα πτύουσι· ἔστι οἷσι αἷμα ἀφίεσθαι ἐν καιρῷ ἐπὶ τοῖσι τοιούτοισι, ἐπ' ἄλλοισι δὲ ὥσπερ ἐπὶ τούτοισι τοῦτο οὐκ εἰκὸς, κώλυσις, ἐπὶ τοῖσι δὲ δὴ αἱματώδεα πτύουσι ὦρη, πλευρῖτις, χολή.

Τὰ παρὰ τὸ οὖς ὅσοισι ἂν ἀμφὶ κρίσιν γενόμενα [2] μὴ ἐκπυήσῃ, τούτων [3] λαπασσομένων, ὑποστροφὴ γίγνεται· καὶ κατὰ λόγον τῶν ὑποστροφέων τῆς ὑποστροφῆς [4] γενομένης, αὖθις αἴρεται καὶ παραμένει, ὥσπερ αἱ τῶν πυρετῶν ὑποστροφαὶ ἐν ὁμοίῃ περιόδῳ· ἐπὶ τούτοισι ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι.

Quibus sub iudicationis tempus iuxta aures exorta tubercula minime suppurarint, iis subsidentibus, morbi reversio contingit; factaque pro recidivarum ratione reversione rursus attolluntur et permanent, sicuti febrium reversiones simili circuitu. In his aliquid ad articulos abscessurum sperandum est.

[1] ἄλλοισι V. — [2] ἢν μὴ ἐκπ. V. — [3] ἀπαλλασσομένου V. ut vulg. — [4] κρινόμενα V.

πάθη, εἶναι καὶ τοῦτο ἀληθὲς αὐτὴν προγενομένην κωλύειν, ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ πάθη συνιστῶσι καὶ ἀκούει τὰ ἐπιφαινόμενα ἀντὶ τοῦ ἐπιφαινομένη, τουτέστιν ἡ αἱμορροΐς, οὕτω δὲ καὶ προγενόμεναι. τὸ δὲ ῥῆμα τὸ ῥύεται οὐ γράφει αὐτὸς, ἀλλὰ μεταβάλλει εἰς τὸ κωλύεται. τἄλλα δὲ, ἃ ἐφεξῆς, οὐκ ἔχειν δοκεῖ. — Ἀρτεμίδωρος δὲ οὐκ οἶδ' ἔγωγε τί θέλει. λέγει γὰρ πολλὰ οὕτω συγκεχυμένα καὶ ἀνάρμοστα καὶ ἀλλόκοτα, ὡς μήτε αὐτὸν εἰδέναι τι τῶν ἐκείνων κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν. φησὶ μὲν κελεύειν Ἱπποκράτην πειρατέον εἶναι ὡς τὰ ἐπιφαινόμενα, ἐπειδὰν συστῇ, παύωμεν, ἔτι δὲ λύωμεν τὰ πρότερον γεγενημένα καὶ διαστρέφει παντάπασι τὴν λέξιν, πολλά τε προστίθησι. ἅπερ, ὡς εἶπον, ἄγνωστα πᾶσιν ὄντα τυγχάνει. — Σαβῖνος δὲ τὴν ῥῆσιν ἔχει τόνδε τὸν τρόπον, σκέψις μὲν ἐφ' οἷσι ἐπιγινόμενα ῥύεται. ἄλλοι δὲ ἐν τοῖς πάνυ παλαιοῖς ἐδάφοις γεγράφθαι οὕτω φασί· σκῆψις μὲν ἐφ' οἷσι ἐπιγενόμενα ῥύεται, τούτων προγενομένων κωλύει· — καὶ τὴν σκῆψιν ἀκούειν ἐπὶ τῆς ἀποσκήψιος εἰρῆσθαι, ὡς λέγειν Ἱππ. ἐφ' οἷς νόσοις γινόμεναι ἀποσκήψεις λύειν δύνανται τὰς νόσους, εἰ προὐγεγένηντο κωλύει γενέσθαι. εἰ δὲ γράφοις μὴ τὸ σκῆψις, ἀλλὰ σκέψις, δυνατὸν ἔσται οὕτως ἀκούειν τῆς ῥήσεως ἵνα λέγῃ, σκεπτέα πάντα ἐφ' οἷς γενόμενα ῥύεται καὶ ἱστέον ὅτι ἦν ταῦτα πρότερον γέννηται, κωλύει γενέσθαι αὐτά. ——— καὶ ἴσως ἡ παλαιὰ γραφὴ οὕτως, εἶχεν, ἔπειτα δὲ σφαλέντος τοῦ πρώτου γράψαντος βιβλιογράφου ἡ τῶν ἐξηγητῶν διαφωνία τε καὶ τῆς ῥήσεως ἡ ἀσάφεια παρείπετο. — Quae sequuntur οἱ ὕποπτοι τόποι in cod. A. leguntur: ἄλλου τόπου οἱ τόποι οὗτοι δεξάμενοι ἢ πόνῳ, ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τῷ ῥύονται. Ad hunc quoque locum Gal. in comm. tradit, varias lectt. p. 474: ἱστέον δέ, inquit, ὅτι ἡ αὐτὴ ῥῆσις κἀν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν κατὰ τὸ τρίτον μέρος γέγραπται, ὥσπερ καὶ αἱ ἑξῆς πᾶσαι ἄχρι τοῦ τέλους, οὐ μὴν διὰ τῶν αὐτῶν ῥημάτων. ἄλλως γὰρ οἱ κατὰ τὸν Ῥοῦφον τὸν Ἐφέσιον, ἄλλως δὲ οἱ περὶ τὸν Σαβῖνον καὶ ἄλλως πάλιν Ἀρτεμίδωρος ὁ ἐπικληθεὶς Καπίτων ἔγραψεν. ὁ μὲν γὰρ Ῥοῦφός φησιν οὕτω ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις εὑρίσκεσθαι, ἄλλου τόπου τόποι ὑποδεξάμενοι ἢ πόνῳ, ἢ βάρει ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται, καὶ τῆς ἑπομένης ῥήσεως ἀρχὴν ποιεῖ τήνδε ἀλλ' οἷσι κοινωνίαι, ὡς ἐπ' ἄλλο εἶδος κοινωνίας αὐτῶν μετεληλυθέναι. οἱ δὲ περὶ Σαβῖνον ταῦτα συνάπτονται καὶ τῆς ἐρχομένης ῥήσεως ἀρχὴν ποιοῦσι τήνδε διὰ τὴν ῥοπήν. Ἀρτεμίδωρος δὲ πάλιν οὕτω γράφει· ἢ ἄλλοισι κατὰ τὰς κοινωνίας. Haec Galenus. Vulgo ἄλλοισι, sed ἀλλ' οἷσι cod. S. Foësii sine αἱ ante κοιν. — Quod attinet ad ῥοπήν Gal. in comm. p. 479. ἄλλοι δέ, inquit, τὴν ῥοπὴν εἰς τροπὴν τρέπουσι. Cod. A. porro καὶ ἐν καιρῷ et pro τοῖσι δὲ δή habet τούτοισι. — De loco nostro quid sentiam, dicam: ad Ep. VI. 3. 23. monui de verbis οἱ αἱμορροΐδας — κωλύματα, nec quidquam quod addam nunc habeo; itaque eo dimitto lectorem. Quae sequuntur ad finem huius periodi usque, item leguntur Ep. VI. partim 3. 23., partim 3. 24., ad quam § dixi me ad ea rediturum esse. Itaque quid statuendum videatur tradam: — lectio οἱ ὕποπτοι τόποι sine dubio corrupta est e vetere scriptura, quam a Rufo traditam dicit Galenus. Equidem inde efficio ἀλλ' οὗτοι οἱ τόποι ὑποδεξάμενοι πόνῳ, ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται, quod cum proxime antecedente sententia ὅσα δὲ — κωλύματα ita cohaerere puto, ut adnotationem ad eam referat. Novam sententiam esse opinor ἀλλ' οἷσι αἱ κοινωνίαι — πτύουσι, sed haec vix intelliguntur, quia licet κοινωνίας τῶν χυμῶν velle videatur auctor, ignoramus in quibus partibus has humorum κοινωνίας supposuerit. Sequentia autem, ἔστι οἷσι — οὐκ εἰκός, forte hoc modo scripta fuerint: ἔστι οἷσι αἷμα ἀφίεται ἐν καιρῷ ἐπὶ τούτοισι, ὥσπερ ἐν ἄλλοισι ἐπὶ τούτοισι τοῦτο οὐκ εἰκός. Iam vero cum his proxime rursus cohaerere puto κώλυσις ἐπὶ τοῖσι δὴ αἱματώδεα πτύουσι. ὦρη, πλευρῖτις, χολή, quae tamen quam obscura mihi sint, ad Ep. VI. 3. 24. sum professus.

τὰ παρὰ τὸ οὖς — ἀφίστασθαι. Locus idem legitur Epid. VI. 4. 1. — In nostris τὰ παρ' οὖς A. et Gal. ut Ep. l. l.; οἷς ἀμφὶ κρίσιν γενόμενα μὴ ἐκπυήσῃ A. Sed mihi vulgata praestare videtur, modo γενόμενα ex A. recipiamus et ἤν ante μή deleamus. Quod in cod. A. legitur τούτων λαπασσομένων prae τούτου λαπασσομένου praestare iam ad Ep. VI. significavi. Gal. in comm. p. 485. τινές, inquit, οὕτως ἀναγιγνώσκουσι καὶ τούτου λαπασσομένου, τινὲς δὲ

Οὖρον παχὺ, λευκὸν, οἷον [1]τῷ τοῦ Ἀντιγένεος, ἐπὶ τοῖσι κοπιώδεσι τεταρταίοισι ἔστι ὅτε ἔρχεται, καὶ ῥύεται τῆς ἀποστάσιος, ἢν δὲ πρὸς τούτῳ αἱμορραγήσῃ ἀπὸ ῥινῶν ἱκανῶς, καὶ πάνυ.

[2]Ὧι τὸ ἕντερον ἐπὶ δεξιὰ ἀρθριτικῷ πάθει ἐγένετο, [3]ἦν ἡσυχαίτερος, [3]ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἰητρεύθη, ἐπιπονώτερος.

Urina crassa, alba, qualis Antigenis puero aderat, interdum in febribus cum sensu lassitudinis invadentibus quarto die prodit et ab abscessu liberat. Quodsi insuper sanguis sat magna copia e naribus profluat, prorsus id fit.

Locus non est integer.

[1] τὸ τοῦ Ἀρτ. V. — [2] ᾧ V. — [3] ἐπήν V. et mox ἰητρευθῇ.

τούτων ἀπαλλαττομένων, τινὲς δὲ ἐκ τούτων. E quibus lectt. maxime advertit prima, quae καί praemittit: nempe aut hoc abundat, aut forte lacunae indicium esse possit. A. τὰ κατὰ λόγον et ὑποστροφεόντων. — Gal. γενομένης κρινόμενα, vulg. solum κρινόμενα. Pro αὖθις A. ἄν τις, quod forte ex αὖτις natum; idem liber παραμένῃ. Cod. E. ὥσπερ αἱ ὑποστρ. ἐπὶ τῶν τ. et Q' ὥσπερ αἱ περὶ τεταρταῖον τῶν π. ὑποστροφαί. — Quam inepte principium loci descriptum sit, tum h. l. tum Ep. VI. omnes videmus: exspectaveris fere: τὰ παρὰ τὸ οὖς ὅσοισι ἂν ἀμφὶ κρίσιν γενόμενα μὴ ἐκπυήσῃ, λαπασσόμενα ὑποστροφὴν ποιέει· καὶ κατὰ λόγον κ. τ. λ.

οὖρον — καὶ πάνυ.] τῷ τοῦ Littr. ex A., vulgatam e V. enotavi. Ἀντιγένεος A. Littr., Ἀρχιγένεος Gal. Lind. Ἀρτιγ. vulg.; πρὸς τοῦτο A. Cum h. l. convenit Ep. VI. 4. 2.

ᾧ τὸ ἕντερον — ἐπιπονώτερος.] Vulg. initio καὶ ᾧ. Littr. om. καί cum Gal. et cod. A. ἕτερον A. E. Gal. in comm. p. 487. duplicem memorat loci scripturam: παλαιότερα γάρ, inquit, ἔχει τὸ ἔντερον καὶ ἀρθριτικὸν ἐγένετο· ἄλλοι δὲ τὸ ἕτερον ἐπὶ δεξιὰ ἀρθριτικῷ πάθει ἐγένετο. In cod. A. πάθει abest. Eadem quae hic leguntur Ep. VI. 4. 3., brevibus autem de his absolvam: locus intelligi nequit, quia mutilus est.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 775 sur 880

©BIUM

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΕΒΔΟΜΟΝ.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ ΑΡΡΩΣΤΩΝ ΣΤΝ ΟΛΙΓΟΙΣ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΣΙ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΚΑΙ ΑΛΛΟΙΣ ΤΙΣΙ.
ΠΑΝΤΑ ΤΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΤΣ ΝΕΩΤΕΡΑ.

EPIDEMIORUM LIBER SEPTIMUS.

HISTORIAE AEGROTANTIUM CUM PAUCIS FRAGMENTIS HISTORIAE
MORBORUM EPIDEMIORUM ET ALIIS QUIBUSDAM.
OMNIA HIPPOCRATEIS RECENTIORA.

©BIUM

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ

ΤΟ ΕΒΔΟΜΟΝ.

α'. Μετὰ κύνα οἱ πυρετοὶ ἐγένοντο ἱδρώδεες καὶ οὐ περιεψύχοντο παντάπασι μετὰ τὸν ἱδρῶτα· πάλιν δὲ ἐπεθερμαίνοντο· καὶ μακροὶ ἐπιεικέως καὶ δύσκριτοι καὶ οὐ πάνυ διψώδεες· ὀλίγοισι ἐν ἑπτὰ καὶ ἐννέα ἐπαύοντο, ἀτὰρ οἱ πλεῖστοι ἐν ἕνδεκα καὶ τεσσαρεσκαίδεκα καὶ ἑπτακαίδεκα καὶ εἰκοσιδύω ἐκρίνοντο.

Πολυκράτεϊ πυρετὸς καὶ τὰ τοῦ ἱδρῶτος οἷα γέγραπται, ἀπὸ φαρμάκου κάθαρσις κάτω σφοδρὴ ἐγένετο· καὶ τὰ τοῦ πυρετοῦ οὕτως ἤπια, ὡς ἄδηλα πλὴν ἐν κροτάφοισι· καὶ ἱδρώτια περὶ κεφαλὴν καὶ περὶ τράχηλον, πρὸς δείλην, εἶτα ἐς ὅλον καὶ πάλιν ἐπεθερμάνθη. Περὶ δὲ τὰς δώδεκα καὶ τεσσαρεσκαίδεκα ἐπέτεινε ὁ πυρετός· καὶ ὑποχωρήσιες βραχέαι· ῥυφήμασι δὲ μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐχρήσατο. Περὶ δὲ τὰς πεντεκαί-

1. μετὰ — ἐκρίνοντο.] In Ep. V. legebatur καὶ μακροὶ καὶ ἐπιεικέως ἄκρητοι i. e. ἄκριτοι, unde ἐπιεικῶς h. l. Ionice scripsi. Porro hic legebatur ἄλλοισιν ἕνδεκα κ. τ. λ. sine ἐκρίνοντο; in qua lectione ἐν ante numerale ἕνδεκα periit. Ep. V. vero legebatur ἑνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι καὶ εἰκοσταῖοι ἐκρίνοντο; sed in cod. Vossiano legitur ἀτὰρ οἱ πλεῖστοι ἑνδεκαταῖοι κ. τ. λ., quod miratus sum e nullo codicum Parr. a Littréo adnotari. Inde equidem servatis numeris ἀτὰρ οἱ πλεῖστοι et ἐκρίνοντο recepi. Quod ad postremum numerum εἰκοσιδύω attinet, is abest e vulg., Lind., et Latinis Cornarii, Foësii; habet contra Calvus, in pluribus codd. vidit Littr., vestigium eius est in εἰκοσταῖοι libri Ep. V. Addidit ergo numerum Littréus, quum ipse hic in Polycratis historia morbi sit obvius. Codd. nonnulli h. l. εἰς vel ἐς utrique numero postremo, vel alterutri praemittunt. Marcianus 269. ἄλλοις ἕνδεκα καὶ τεσσαρεσκαίδεκα καὶ εἰς δευτέρην καὶ εἰκοστὴν καὶ ἐς ἑπτὰ καὶ ἐς δέκα habet.

Πολυκράτεϊ — ἐπεθερμάνθη.] Cod. C. hic Πουλυκρ., unus cod. Par. ὁ Πολυκράτου, cum Littr. e cod. C. σφοδρή

EPIDEMIORUM

LIBER SEPTIMUS.

1. Post caniculam febres vigebant, in quibus aegri sudoribus diffluebant, nec penitus ex sudore perfrigescebant; sed rursus incalescebant, fereque longae erant ac difficilem habebant iudicationem, neque admodum sitim adferebant. Paucis vero septimo et nono die desinebant, sed plerique intra undecim, et quatuordecim et septendecim et viginti duo dies iudicio absoluti sunt.

Polycratem febris et sudor, qualis descriptus est, invasit. Ex medicamento purgatio per alvum multa; et febris adeo levis erat, ut non appareret praeterquam in temporibus. Sub vesperam parvi sudores circa caput et circa cervicem, dein per totum corpus exorti sunt rursusque incaluit. Ad duodecimum vero et decimum quartum diem febris intendebatur et paucae erant alvi deiectiones; post purgationem vero sorbitionibus usus est. Sub decimum quintum autem

dedi pro vulg. σφόδρα; in vulg. καὶ ἐγένετο, Littr. copulam omisit cod. C. fide; abest etiam in Ep. V., sed ibi σφοδρή item deficit et in seqq. etiam lacunae sunt. Porro hic legebatur καὶ τὰ ἱδρώτια πρὸς δείλην περὶ κεφαλὴν, τράχηλον, στήθεα, εἶτ' αὖθις καὶ ἐς ὅλην κοιλίην καὶ πάλιν ἐπεθερμαίνετο. Sed in Ep. V.: ἱδρώτια καὶ περὶ τράχηλον ἐς δείλην, εἶτα ἐς ὅλον καὶ πάλιν ἐπεθερμάνθη. Equidem credidi in Ep. V. excidisse καὶ κεφαλήν, errore librarii ἐς pro πρός esse scriptum, propter sequens ἐς ὅλον, sed ceterum in eo veram esse loci scripturam, quae interpolata sit in lectione Epid. VII, quapropter locum inde descripsi, qualem exhibeo. In paulo antecedentibus ὡς ἄδηλα καταστῆναι Littr. de suo pro vulg. καταστῆσαι. In cod. C. et Marciano, quos sequor, totum verbum om.; in Ep. V. eo loco plures lacunae.

περὶ δὲ τὰς δώδεκα — ἐχρήσατο.] In hisce articulum τάς ante τεσσαρεσκαίδεκα, quem ceteri habent, om. cod. C., omittitur etiam Ep. V.; itaque suppressi. — Lind. καὶ [αἱ] ὑποχωρήσιες βραχέαι. Ego si copula hic abesset, eam non requirerem, sed Ep. V. item καὶ ὑποχωρήματα βραχέα.

©BIUM

δεκα γαστρὸς ἄλγημα κατὰ σπλῆνα καὶ κενεῶνα ἀριστερόν· θερμῶν προσθέσιες ἧσσον ἢ ψυχρῶν ξυνέφερον; κλύσματι δὲ μαλθακῷ χρησαμένῳ ἔλῃξε ἡ ὀδύνη. Περὶ δὲ ἑκκαιδεκάτην ἠπιώτεραι αἱ θέρμαι ἐδόκεον εἶναι· καὶ ὑποχωρήσιες ἀκρήτου χολῆς καὶ ἡ διάνοια θρασυτέρη· πνεῦμα μέτριον· ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀλὲς ἑλκύσας πάλιν ἀθρόον ἐξέπνει, ὥσπερ ὑπ' ἀψυχίης, ἢ ὡς ἂν διὰ πνίγους πορευθεὶς ἐν σκιῇ καθεζόμενός τις ἀναπνεύσειε. Τῇ δὲ οὖν ἑπτακαιδεκάτῃ ἐσπέρης ἀνακαθεζόμενος ἐς δίφρον ἠψύχησε καὶ ἄφωνος πουλὺν χρόνον καὶ ἀναίσθητος ἐκεῖτο· μελικρήτου μόγις κατεδέξατο ξυντείνων τὰς ἐν τῷ τραχήλῳ ἶνας, ὡς κατεξηρασμένης τῆς φάρυγγος καὶ τῆς πάσης ἀδυναμίης παρεούσης· μόγις γοῦν ἐντὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο καὶ αἱ θέρμαι ἠπιώτεραι μετὰ ταῦτα· ἐπαύσατο δευτέρῃ καὶ εἰκοστῇ.

β'. Πυθοδώρῳ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον πυρετὸς ξυνεχής. Ὀγδοαίῳ ἱδρὼς ἐγένετο καὶ πάλιν ἐπεθερμάνθη. Δεκάτῃ πάλιν ἱδρώς. Δωδεκάτῃ ἐρρύφησε χυλοῦ καὶ μέχρι τεσσαρεσκαιδεκάτης ἄδηλος ἦν, ἐν κροτάφοισι δὲ ἐνῆν· ἄδιψος δέ· καὶ αὐτὸς ἑωυτῷ ὑγιὴς ἐδόκεε εἶναι· ἱδρῶτες ἐγίγνοντο ἑκάστης ἡμέρης. Τῇ δὲ πεντεκαιδεκάτῃ ζώμιον νεοσσοῦ

diem ventris dolor ad lienem et lateris sinistri inanitatem prehendit, qui postquam calida admota minus quam frigida conferrent, molli per clysterem infuso cessavit. Circa decimum sextum autem calores remissiores visi sunt et alvi deiectiones sinceram bilem demittere, mensque ferocior. Spiratio moderata, interdum vero ubi abunde attraxisset, rursus confertim exspirabat, tanquam animo deficiens, aut velut qui per aestum iter confecit in umbra desidens respirare solet. Sub decimum septimum igitur diem ad vesperam in sella desidens in animi deliquium incidit, diuque sine voce ac sensu iacuit et paucam aquam mulsam vix sumpsit, velut resiccatis faucibus colli fibras distendens et prorsus viribus exsolutis; vix tamen ad se rediit et calores remissiores erant. Demum secundo et vicesimo die morbus desiit.

2. Circa idem fere tempus Pythodorum febris assidua prehendit; octavo sudor exortus, rursusque incaluit. Decimo iterum sudor. Duodecimo sorbitiunculam ex hordeo sumpsit. Ad decimum quartum usque diem febris obscura fuit, in temporibus tamen aderat; sine siti vero erat, ac sanus esse sibi videbatur. Quotidie sudores effluebant. Decimo quinto vero die post sorbi-

Vulgo hic ἐυφήμασι, sed cod. C. ἐοφήμασι, quam formam item ferebat Ep. V. —; forte inde in cod. C. vocabulum ita scriptum est.

προσθέσιες.] Vulgo πρόσθεσις, sed numerum pluralem praebuerunt Littréo plures codd. Parr. et legebatur Ep. V.

ἧσσον ἢ ψυχρῶν ξυνέφερον.] Loco ex Ep. V. legebatur προσωφέλεον pro ξυνέφερον.

ἔλῃξε ἡ ὀδύνη.] Sequitur hic apud ceteros τὸ αὐτὸ δὲ καὶ Κλεοκύδει ξυνήνεγκε πρὸς ὀδύνην ὁμοίως ἔχουσαν καὶ ἐν πυρετῷ. Est autem adnotatio ad historiam morbi ipsam non pertinens, quam si vel ipse auctor historiae margini adposuerit, quod fieri potuisse non nego, certe non eam historiae huic intertexuit. Itaque sive ab ipso auctore sit, sive ab alio recentiore in margine adscripta, — e textu demenda et ad marginem, aut adnotationem est releganda.

πνεῦμα μέτριον.] Vulgo πν. δὲ μ., sed δέ om. cod. C. et Marc.

καθεζόμενός τις.] Vulgo καθεζόμενος ὅστις; emendavit Littréus.

ἀνακαθεζόμενος.] Vulgo καθεζ., sed illud Littréo praebuit cod. C. et legitur in Marc.

κατεξηρασμένης.] Sic Littr. e duobus libb. Parr. idemque habet Marc. κατεξηραμμένης C. κατεξηραμένης vulgo.

καὶ τῆς πάσης ἀδυναμίης παρεούσης.] Hanc dictionem nonnihil miror: non est mihi ignotus iste usus nominis πᾶς, πᾶσα, πᾶν. Sed miror id ita usurpari cum ἀδυναμίη; non mirarer πάσης τῆς ἰσχύος παρεούσης, sed quum ἀδυναμίη non insit in corpore, ut ἰσχύς, et quum nec modus ἀδυναμίης in corpore insit, dictio paululum offendit. Nolim tamen scriptorem corrigere.

μόγις γοῦν.] Cod. C. et Marc. δ' οὖν. Illud μόγις hic sine varr. lectt. occurrit; paulo ante in μόγις κατεδέξατο unus cod. H. μόλις habet, quem etiam in seq. hist. eandem formam habere video.

2. καὶ πάλιν ἐπεθερμάνθη.] Ita de meo scripsi pro ceterorum ἐπεθέρμηνε; infra item ὡς δόξαι ἐπιθερμαίνεσθαι scripsi pro ἐπιθερμαίνειν. Si quis alterum scribarum errorem altero firmare ac defendere vellet, dicam permutationem activorum et passivorum esse tam frequentem in his libris Hippocraticis, ut fidem libris scriptis hac in re adhibere nequeas.

ἐρρύφησε χυλοῦ.] Sic Littr. e cod. C. χυλόν vulg.; etiam Marc. ἐρύφησε χυλοῦ.

ἐν κροτάφοισι δὲ ἐνῆν.] Sic Littr. e codd. 4. Parr., ἦν vulg., δ' ἐνῆν Marc.

τῇ δὲ πεντεκαιδ.] Vulg. ἐν δὲ τῇ ιε'. Cod. C. lectionem πεντεκαιδ. Littr. exhibuit; malui e vulgata otiosum ἐν omittere. Marc. solum πεντεκαιδεκάτῃ.

©BIUM

ῥυφῶν ἤμεσε χολήν· καὶ κοιλίη κάτω ἐξεταράχθη καὶ ὁ πυρετὸς παρωξύνθη· πάλιν ἔληξε καὶ ἱδρῶτες ἐγένοντο πολλοί· καὶ τὸ σῶμα πᾶν περιεψυγμένον πλὴν κροτάφων· σφυγμὸς οὐκ ἔλιπε, ἐδόκεε δὲ κοπάσαι ὀλίγον χρόνον, ὡς δόξαι ἐπιθερμαίνεσθαι. Τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ ἤδη ἀπογευσαμένῳ σιτίων συχνὰς ἡμέρας καὶ ἀριστήσαντι πουλὺς ἦν ὁ πυρετός· καὶ πρὸς τὴν ἑσπέρην παραλήρησις προσιόντι ἅμα τῷ ὕπνῳ· εἶχε γοῦν ἤδη ξυνεχὴς καὶ ἰσχυρός· ὁτὲ μὲν μίαν, ὁτὲ δὲ δύο νύκτας ἄγρυπνος, τὸν δὲ λοιπὸν ἅπαντα χρόνον κατακορὴς ὕπνος, — ἐγείρειν ἔργον, καὶ παραλήρησις ἐν τῷ ὕπνῳ, καὶ εἴ ποτε ἐξ ὕπνου ἐγερθείη, μόγις ἐντὸς ἑωυτοῦ· ἄδιψος· καὶ τὸ πνεῦμα μέτριον, τοιοῦτον δὲ ἐνιότε οἷον Πολυκράτεϊ· γλῶσσα οὐκ ἄχρως. Μετὰ δὲ ἑβδόμην τῆς ὑποστροφῆς χυλοὶ προσεφέροντο, μετὰ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην σιτίον. Περὶ τὰς πρώτας ἑπτὰ, ἐρυγμοί· καὶ ἀπήμεε ἔστιν ὅτε μετὰ τοῦ ποτοῦ ὑπόχολον ἄνευ ἄσης ἕως κάτω ἐλύθη ἡ κοιλίη. Ἱδρῶτες ἐξ οὗ ὑπέστρεψε ἐξέλιπον, εἰ μή τις ὅσον σημεῖον περὶ μέτωπον· γλῶσσα ἐκ τοῦ ὕπνου, εἰ μὴ διακλύσαιτο, ὑπότραυλος ὑπὸ ξηρότητος καὶ ῥήγματα περὶ αὐτὴν καὶ ἐν χείλεϊ τῷ κάτω καὶ παρ' ὀδόντας. Σμικραὶ ὑποχωρήσιες, περὶ πεντεκαιδεκάτην, ὡς ὑπέστρεψε, πυκνότεραι καὶ γλοιώδεες· τὸ ἀπὸ σιδίων ἔπαυσε αὐτάς· οὖρα οἷα τὰ πουλυχρόνια. Ὑπὸ δὲ τὸν τελευταῖον χρόνον ἄλγημα στήθεος καταπίνοντι τὸ ποτὸν καὶ ἡ χεὶρ ἐπὶ τῷ στήθεϊ· κύμινον καὶ ὠῶν ῥυ-

tionem ex pulli iure bilem vomitione reiecit et alvus deorsum est commota, febris exasperata, rursus desiit, sudores multi diffluebant, totumque corpus praeter tempora refrigeratum sentiebatur. Pulsus non deficiebat, videbatur autem modico tempore quievisse, ita ut sibi incalescere videretur. Vigesimo quarto die, ubi iam per multos dies cibos gustasset et pransus esset, febris erat multa et sub vesperum una cum somno delirium. Iam igitur febris detinebat assidua et vehemens, interdum quidem unam, interdum vero duas noctes pervigil erat. Omni vero deinceps tempore tam abunde somnus suppetebat, ut aegre excitaretur, in somno delirium aderat et si quando ex somno excitaretur, vix sibi constabat; non sitiebat, spiratio moderata, atque interdum qualis Polycrati; lingua colore tincta erat. Post septimum vero recidivae diem ptisanae succus exhibebatur, post decimum quartum cibus; primis septem diebus eructabat ac revomebat interdum cum potu biliosum quiddam citra nauseam; donec alvus deorsum soluta est. Ex quo recidivam passus est, sudores defecerunt, nisi si quis adeo paucus circa frontem erupit, vix ut ullum de se significationem ederet. Lingua ex somno, nisi collueretur, prae siccitate aliquantulum balbutiebat, in eaque erant fissurae et in labro inferiore ac gingivis; deiectiones paucae erant, ad decimum quintum a recidiva diem crebriores et glutinosae, quae ex malecorii decocto sedatae sunt. Urinae quales quae morbi diuturnitatem prae se ferunt. Ad extremum dum potum deglutiret, pectoris

ῥυφῶν.] Cod. C. formam per ō habet.

καὶ ἱδρῶτες ἐγένοντο.] Littr. aor. ἐγένοντο dedit e codd. quatuor Parr., in Marc. item aor. legitur; vulg. ἐγίνοντο.

ὡς δόξαι ἐπιθερμαίνεσθαι.] δόξαι e mss. Parr. dedit Littr., pro vulgato δόξα. De meo librorum ἐπιϑερμαίνειν in passivum mutavi, uti in prima ad hanc § notula monui.

ἀπογευσαμένῳ.] Littr. e cod. C. ἀπογευομένῳ, quod prae vulg. non praefero, modo cf. seq. ἀριστήσαντι.

ἅμα τῷ ὕπνῳ.] Littr. e C. H. ἅμα τῷ ὕπνῳ, quod Marc. etiam legit. Vulgo ἅμα καὶ ὕπνῳ.

μόγις ἐντὸς ἑωυτοῦ.] Cod. H. rursus μόλις. sed vulg. αὐτὸς ἑωυτοῦ, quod e cod. C. melius scripsit Littr., sicuti etiam in Marc. habetur.

Πολυκράτεϊ.] Πουλυκρ. Edd. antt. et quatuor libri Parr.

μετὰ δὲ τεσσαρεσκαιδ.] Vulg. μετὰ δὲ ιδ'. Littr. μετὰ δὲ τεσσαρεσκαιδ. cum Lind. e libris C. I.

ἐρυγμοί.] Sic Littr. e codd. Parr. aliquot, ἐρύγμει vulgo.

μετὰ τοῦ ποτοῦ.] Articulum adscripsit Littr. e mss. Parr. et Edd. antt., in vulg. om.

εἰ μή τις ὅσον σημεῖον περὶ μέτωπον.] Ceteri ὡς ὅσον ὡς σημεῖον, in qua dittographiam ὅσον σημεῖον latere videtur, ita ut abundans ὡς e textu abire iusserim.

ῥήγματα περὶ αὐτὴν καὶ ἐν χ.] Pone αὐτήν ceteri omnes ἑλκέων; at ῥήγματα ἑλκέων nihili dictio est; otiosum nomen delendum erat.

σμικραὶ ὑποχ.] Vulgo μ. ὑ.; Ionismum cod. C, Littréo praebuit et fert Marcianus.

γλοιώδεες.] Sic cod. D. Par., unde Littr. dedit pro γλυώδεες vulgati textus.

ὠῶν ξυμφαίνοντι.] Cod. C. ὠωῦ ξυμφαίνοντι. Marc. ὀῶν ξυμφάνοντι; hinc ὠῶν pro vulgato ὠόν scripsi.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 781 sur 880

©BIUM

φαίνοντι κατέστη· τῇ γλώσσῃ δὲ τὸ μαννῶδες ξυνήνεγκε. Πεντηκοστῇ ἀπὸ τῆς πρώτης περὶ ἀρκτοῦρον ἱδρώτιον κατ' ὀσφὺν καὶ στήθεα βραχύ, καὶ τὸ σῶμα περιεψύχετο πλὴν κροτάφων ὀλίγον χρόνον πάνυ. Πρώτῃ καὶ πεντηκοστῇ ἐχάλασε καὶ δευτέρῃ οὐκ ἔτι ἔλαβε.

γ'. Ὁ Ἐρατολάου περὶ φθινοπωρινὴν ἰσημερίην δυσεντερικὸς ἐγένετο, καὶ πυρετὸς εἶχε· τὰ ὑποχωρήματα ἦν χολώδεα, λεπτὰ, πολλὰ, καὶ ὕφαιμα μετρίως, ἡ δὲ ὀδύνη τῆς γαστρὸς σφοδρή. Ὀρροποτήσαντι δὲ καὶ γαλακτοποτήσαντι γάλα πεπυρωμένον μετριώτερα ἐγένετο τὰ ἀλγήματα καὶ τὰ ὕφαιμα· τὰ δὲ χολώδεα παρηκολούθει καὶ ἀναστάσιες πυκναὶ καὶ ἀπονώτεραι. Τὸ δὲ πυρέτιον ἐδόκει τῷ ἀρρωστέοντι καὶ τοῖσι πολλοῖσι ὅλως μὴ ἔχειν διὰ παντὸς τοῦ χρόνου μετὰ τὰς πρώτας πέντε, ἢ ἓξ ἡμέρας, οὕτως ἄδηλον ἦν· κατὰ κροτάφους δὲ σφυγμὸς ἦν· καὶ ἡ γλῶσσα ὑπὸ ξηρότητος ὑπότραυλος· καὶ διψώδης μετρίως καὶ ἄγρυπνος· ῥυφήμασι δὲ ἤδη ἐχρῆτο καὶ οἴνῳ. Περὶ τεσσαρεσκαίδεκα ἐόντος ἡμέρας ἤδη ἐγένετο τὰ

dolor aderat, id quod manus pectori admota indicabat, qui cuminum ex ovo sorbenti sedatus est; linguae vero manna thuris profuit. Quinquagesimo die a primo, circa arcturum, sudores pauci circa lumbos et pectus exorti sunt et corpus totum praeter tempora exiguo admodum tempore perfrigescebat. Primo et quinquagesimo remisit, neque de integro prehendit.

3. Ad aequinoctium auctumnale Eratolai puer intestinorum difficultate cum febre correptus est. Alvi recrementa biliosa erant, tenuia, multa et aliquantulum ac modice cruenta, ventris vero dolor vehemens. Epoto autem sero et lacte candentibus calculis immissis calefacto, dolores moderatiores evadebant et deiectiones subcruentae, verum biliosae comitabantur; crebrae erant ad desidendum exsurrectiones, minore tamen cum dolore. Post primos autem quinque aut sex dies febricula neque aegroto, neque adstantibus toto morbi tempore prorsus adesse videbatur, adeo obscura erat. In temporibus tamen pulsatio aderat et lingua prae siccitate aliquantulum balbutiebat, sitisque modica erat et insomnia. Sorbitiones vero iam sumebat et vinum. Cum iam fere decimum quartum diem attigis-

τῇ γλώσσῃ δὲ τὸ μαννῶδες ξυνήνεγκε.] Vulgo ἡ γλῶσσα δὲ τὸ μανῶδες ξυνήνεγκε, qua lectione ceterum servata Littréus τὸ μαννῶδες scripsit e cod. H., quam lect. etiam in Oecon. Foës. sequitur, non in Latinis, uti observat Littr. — Sed cod. C. γλώσσῃ, i. e. ἡ γλώσσῃ, certe Littr. non adnotat articulum omissum esse; quodsi articulus adscriptus sit, falsus Ionismus tantum est, sicuti Marc. ἡ γλώσσῃ omnino fert; at nominativum auctor profecto non dedit, verum dativum, sicuti aliis locis in his morborum historiis; itaque debitum verbo casum restitui. — Τὸ μαννῶδες reddunt remedium cum manna turis, Littr. „la composition avec la poudre d'encens;" non sum certus ita accipiendum esse; credo potius τὸ μαννῶδες ipsam λιβάνου μάνναν significare, nomen enim potius de remedio mannae simili, quam de remedio cum manna composito usurpari videtur.

πεντηκοστῇ ἀπὸ τῆς πρώτης κ. τ. λ.] Lind. πεντηκοστῇ ἀπὸ τῆς πεντηκοστῆς, nescio unde, sed lapsus calami esse videtur.

ἱδρώτιον — βραχύ] sic cod. C. et Marc.; vulgo ἱδρώτια — βραχέα. —

περιεψύχετο] περιέψυχε C. noto tantum, quia exemplum est permutationis activorum et passivorum in Hipp. tam frequentis.

οὐκ ἔτι ἔλαβε.] Sic codd. Parr., unde exhibuit Littr.; item Marcianus, — ἔτι om. vulg. — „nec amplius cepit," Calvus „nec iterum apprehendit," Corn.; Foesii Latina servavi.

3. δυσεντερικὸς ἐγένετο.] cod. C. δ' ἐγένετο.

γαλακτοποτήσαντι γάλα πεπυρώμενον.] Vulg. γαλακτοποτήσαντι ἐν γάλακτι πεπυρωμένῳ, pro qua dictione γάλα πεπυρωμένῳ πιόντι cod. C. Est autem correctio depravata, in qua recentior manus πεπυρωμένον ad πιόντι referens in dativum mutavit; docet Marcianus, qui γάλα πεπυρωμένον πιόντι. Sed in vulgata absurdam habemus lectionem, quam de meo emendavi ad formulam in lib. II. de morbis obviam καὶ γαλακτοποτέειν βόειον γάλα ὡς πλεῖστον. Nemo Graecus scripsit γαλακτοποτέειν ἐν γάλακτι, ea scilicet formula nos bearunt librarii.

ἐγένετο τὰ ἀλγήματα.] Cod. C. ἐγένοντο ἀ. Paulo post τά ante ὕφαιμα e mss. Parr. adscriptum est a Littréo.

καὶ ἀπονώτεραι.] Copulam h. l. codicis C. fide om. Littréus; me non offendit.

τὸ δὲ πυρέτιον ἐδόκεε τῷ ἀρρωστέοντι καὶ τοῖσι πολλοῖσι.] In his δέ in libb. 5. Parr. om. τὸ πυρέτιον δ' ἐδόκεε Ald. De meo h. l. τῷ dedi. Οἱ πολλοί mihi adstantes esse videntur et τοῖς ἰητροῖς s. τῷ ἰητρῷ opponi.

ὅλως μὴ ἔχειν.] δὲ ὅλως οὐκ ἔχειν cod. C. et Marc.

πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας οὕτως ἦν.] In vulg. πέντε ἤ abest. Calvus legit, Lind. adscripsit, Littr. e codd. adposuit. De meo ex ἄδηλος effeci ἄδηλον, quia ad πυρέτιον spectat. Modo ne deminutivum librariis debeatur, et re ipsa πυρετός auctor scripserit; non magnam fidem adhibeo his deminutivis πυρέτιον, ἱδρώτιον, licet saepius in hoc libro recurrant.

καὶ ἡ γλῶσσα.] Articulum de meo adieci.

ῥυφήμασι δὲ ἤδη ἐχρῆτο καὶ οἴνῳ.] Ceteri omnes οἴνοισι. Foës. tamen et Littr., non Calvus et Corn., reddunt quasi οἴνῳ legissent, quod exhibui, quia procul dubio librarii nu-

παρ' οὖς ἐν μέρεϊ καὶ παρ' ἑκάτερον σκληρὰ, καὶ ἄπεπτα πάντα ἐμωλύνθη· ὀδυνώδεα δὲ μετρίως. Οὐκ ἀπολιγόντων δὲ τῶν ὑποχωρημάτων, καταχόλων τε διὰ παντὸς ἐόντων, τὴν ἐν τῷ ἀλεύρῳ βοτάνην ῥυφέοντι μετριώτερα τὰ χολώδεα καὶ τὰ ἀλγήματα ἐγένετο μέχρι τινὸς χρόνου, ὑγρὰ δὲ πολλὰ πολλάκις.....· καὶ ἀπόσιτος σφόδρα καὶ μετὰ πάσης ἀνάγκης προσδεχόμενος· τὰ δὲ τῆς θέρμης καὶ γλώσσης καὶ δίψης τοιαῦτα παρηκολούθει, οἷα εἴρηται· καὶ ἱδρῶτες, οὐδέν. Λήθη δέ τις τοιαύτη· ἐρωτήσας τι ὅτε πύθοιτο σμικρὸν διαλιπὼν πάλιν ἠρώτα καὶ ἔλεγε αὖτις, ὡς οὐκ εἴη εἰρηκώς· καθεζόμενός τε ἐπελανθάνετο, εἰ μή τις ὑπομιμνήσκοι αὐτόν· καὶ αὐτὸς ἑωυτῷ ξυνῄδει τὸ πάθος, οὐδ' ἠγνόει. Πνεῦμα ὁκοῖον ὑγιαίνοντι. Ὑπὲρ δὲ τὰς τριήκοντα μέχρι τῶν τεσσαράκοντα ἥ τε ὀδύνη πουλὺ ἐπεδίδου τῆς γαστρὸς ὕπτιός τε κατέκειτο καὶ ἐπιστρέφεσθαι οὐδ' ἐπὶ ποσὸν ἠδύνατο· τῇ δὲ τεσσαρακοστῇ τὸ ἄλγημα δεινόν· ψωμίζειν ἄλλον ἔδει. Ἡ δὲ ὑποχώρησις πολλὴ καὶ διαset, tumores ad aurem utramque sigillatim oborti duri et crudi, omnes sensim evanuerunt, moderatos vero dolores afferebant. Non desinentibus autem deiectionibus, sed biliosis usque perseverantibus, herbam cum polline sorbenti mitiores ad aliquod tempus biliosae deiectiones et dolores evaserunt, sed liquida multa crebro dimittebat, neque nisi modis omnibus coactus assumebat. Quod ad calorem et linguam et sitim attinet, qualia dicta sunt perseverabant, neque sudores ulli apparebant. Ea autem erat oblivio, ut ubi quid rogavisset et id audivisset, aliquo intervallo post iterum rogaret, et rursus adstantem id non dixisse affirmaret. Neque si desideret, recordabatur, nisi a quoquam admonitus, eiusque affectionis sibi conscius erat, neque eam ignorabat. Spiratio, qualis per sanitatem. Supra trigesimum vero ad quadragesimum diem usque et ventris dolor multum increscebat et supinus decumbebat, neque se tantillum convertere poterat; quadragesimo vero die dolor erat horribilis, alterumque ei cibum in os indere oportebat. Alvi recrementum mul-

merum plur. superioris nominis, ut sexcentis aliis locis, etiam ad alterum transtulerunt.

ἐν μέρεϊ καὶ παρ' ἑκάτερον.] Cod. Marc. *καί* om.

τὴν ἐν τῷ ἀλεύρῳ βοτάνην ῥυφέοντι.] Huc pertinet Galeni glossa ab aliis iam dudum adlata τὴν ἐν τῷ ἀλεύρῳ βοτάνην ῥοφέοντι.] τὴν λινόζωστιν ἔοικε λέγειν· ἐπειδὴ καὶ ἀλλαχοῦ ἔφη, ῥοφήσαντι δὲ λινόζωστιν. Littréus hic provocat ad § 5., ubi ῥυφήσαντι δὲ λινόζωστιν τῇ ἑνδεκάτῃ. Foësius in adn. difficultatem hanc reperit in ista interpretatione, quod remedium laxans sit Mercurialis; sed me iudice remedium bilem expurgans secundum Diosc. IV. 188. administratum esse potuit ab harum historiarum auctore. Miror tamen dictionem τὴν ἐν τῷ ἀλεύρῳ βοτάνην, nisi haec formula significet *herbam, quae cum farina cocta exhiberi solet.* Credo tamen potius auctorem dedisse λινόζωστιν ἐν ἀλεύρῳ ῥυφέοντι, quibus verbis ad plantae nomen adscriptum fuerit glossema τὴν βοτάνην, quod ceteris paululum mutatis in textum irrepserit, quo facto tandem glossema vocem principem expulerit. Videant alii quoque, quid de hac suspicione mea statuendum sit.

μετριώτερα τὰ χολώδεα καὶ τὰ ἀλγήματα ἐγένετο μέχρι τινὸς χρόνου, ὑγρὰ δὲ πολλὰ πολλάκις....] In his vulg. habet ἐγένοντο, sed ἐγένετο e cod. C. Littr. Equidem vero lacunam notavi, quippe procul dubio aliquid periit pone πολλάκις, oratio enim ibi prorsus claudicat; nam ad ἐγένοντο s. ἐγένετο illud ὑγρὰ δὲ πολλὰ πολλάκις tanquam subiectum referri nequit. Cod. Marc. πολλὰ καὶ πολλάκις.

Λήθη δέ τις τοιαύτη· ἐρωτήσας τι, ὅτε πύθοιτο σμικρὸν διαλιπὼν πάλιν ἠρώτα καὶ ἔλεγε αὖτις ὡς οὐκ εἴη εἰρηκώς·] Ista quidem descripta leguntur apud ceteros hoc modo: λήθη δέ τις τοιαύτη, ἐρωτήσας ὅτι (ὅ τι Littr. e cod. D.) πύθοιτο σμικρὸν καὶ διαλιπὼν πάλιν ἠρώτα καὶ ἔλεγεν αὖθις (αὖτις Littr. e cod. C. eandemque formam habet Marcianus) ὡς οὐκ εἴη εἰρηκώς (εἰρῆσθαι cod. K.); quae quidem sana non esse quivis semel admonitus videbit. Constitui locum de coniectura, quam spero se ipsam esse defensuram. De duabus tantum rebus moneo: possit in ἔλεγε αὖθις abundare videri αὖθις, nec tamen credo ab aliis invectum esse, spectare videtur ad responsum alterius, qui affirmaret se iam dixisse quod iterum rogavisset et cui aeger αὖθις ἔλεγε, ὡς (ὁ ἕτερος) οὐκ εἴη εἰρηκώς. Nimirum id est alterum, quod monendum habeo: ἔλεγε et εἴη εἰρηκώς diversa subiecta habent, prius illud aegrotantem, alterum hoc adstantem. Iam puto omnia plana esse ac facilia.

πνεῦμα ὁκοῖον ὑγιαίνοντι.] Vulgo ὁποῖον, sed Ionismum Littréo praebuit cod. unus Par.

καὶ ἐπιστρέφεσθαι οὐδ' ἐπὶ πόσον ἠδύνατο.] Cod. C. ἐπιστρέφεσθαί τε οὐδ' ἐπὶ κ. τ. λ. omissa copula initio.

τῇ δὲ τεσσαρακοστῇ τὸ ἄλγημα δεινόν· ψωμίζειν ἄλλον ἔδει.] Vulgata lectio est τὸ δὲ εἶναι τὸ ἄλγημα δεινὸν, ψωμίζειν ἄλλων δεῖ. In his Littréus τῷ δὲ εἶναι adnotans: „je pense qu'il faut lire τῷ et prendre δέ dans le sens de δή." Pro ἄλλων vero e codd. 5. Parr. ἄλλον recepit, codice C. ἄλλον ferente, tum adscribit: „peut-être faudrait-il lire ἔδει." Sed redeundum est ad superiora illa. Codd. non habent εἶναι teste Littréo sed μή, quod in ms. D. restituitur. Unde igitur illud εἶναι? Credo item esse codicum lectionem, nam Calvum id vidisse constat. Itaque sic sentio: in codicum lectione τὸ δὲ μὴ τὸ ἄλγημα δεινόν vitium latet, quod utcumque tollere volentes librarii εἶναι intulerunt; sed falsi sunt, in μή librorum latet numerale μ', legendumque est τῇ δὲ μ' τὸ ἄλγημα δεινόν, quod plene descripsi. At, inquis, qui

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 783 sur 880

©BIUM

κεκριμένη, λεπτή· καὶ χρώματα οἰνωπὰ, ὅσαπερ προσδέχοιτο καὶ ὕφαιμα ἔστιν ὅτε· καὶ ὁ τόνος τοῦ σώματος, ἔκτηξις ἐσχάτη καὶ ἀδυναμίη, οὐδ' ἀνίστασθαι ἄλλου ἐπαίροντος ἔτι δυνατὸς ἦν. Μέσον δὲ ὀμφαλοῦ καὶ χόνδρου κατὰ ταύτην τὴν καταγωγὴν ἁπτομένῳ τῇ χειρὶ, τοιοῦτος παλμὸς ἦν, οἷος οὐδὲ ὑπὸ δρόμου οὔτε ὑπὸ δείματος περὶ καρδίην ἂν γενηθείη. Πίνοντι ἄπεφθον, ὡς ἐννέα ἀττικὰς κοτύλας ὄνειον ἐπὶ δύο ἡμέρας, χολώδης ἐγένετο σφόδρα ἡ κάθαρσις, καὶ ἔλῃξαν αἱ ὀδύναι καὶ σιτίων ἐπιθυμίη ἐγένετο. Μετὰ δὲ ταῦτα βοείου γάλακτος ὡς τέσσαρας κοτύλας ἀττικὰς ὠμοῦ ἔπινε, κατὰ δύο κυάθους δι' ἡμέρης, πρῶτον ὕδατος τὸ ἕκτον μίσγων καὶ μέλανος οἴνου καὶ αὐστηροῦ σμικρόν. Ἐμονοσίτει δὲ ἐσπέρην ἄρτου ὡς ἡμιχοίνικα ἐγκρυφίου καὶ ἰχθύδιον πετραῖον ἁπλοῦν, ἢ κρεάδιον αἰγὸς, ἢ προβάτου· ἡ δὲ πόσις τοῦ γάλακτος ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἄνευ ὕδατος μετὰ τὰς πρώτας δέκα ἡμέρας, οἴνου δὲ ὡς σμικρὸν μέλανος μέρος. Ἰδρώτιον δὲ ἐγένετο μετὰ τὰς ἑβδομήκοντα ἤδη ἀπὸ τῆς πρώτης μετὰ λουτρὸν ἐς νύκτα. Ὀλιγοποσίη δὲ ἐχρῆτο καὶ μετὰ τὸ σιτίον.... τῷ ποτῷ, ἢ αὐστηροτέρῳ.

tum erat, disparatum et tenue eiusque color vinum referebat, quodcumque assumeret, et interdum subcruentum erat. Corporis vigor ad extremam colliquationem et imbecillitatem conversus est, neque alio sublevante surgere amplius poterat. Quod si quis medium inter umbilicum attingeret locum et eum ubi cartilago sterni est, si manum in hac directione adponeret, tanta illic palpitatio aderat, quanta neque ex cursu, neque ex timore circa cor suscitari queat. Epoto per duos dies lacte asinino non cocto ad novem heminas atticas biliosa purgatio vehemens exstitit doloresque cessarunt et ciborum appetentia oborta est. Postea autem lactis bubuli quatuor circiter heminas atticas simul ebibit, in dies singulos duos cyathos, primum aquae sextam partem vinique nigri et austeri modicum immiscens. Semel vero cibum sumebat sub vesperam panis subcineritii ehoenicis dimidium et pisciculum saxatilem tenuem, aut capri carnis et ovillae frustulum. Lactis potus erat ad quadraginta dies, post primos decem dies absque aqua, ex vini vero nigri modica potione. Post septuagesimum iam a primo diem a balneo sub noctem sudor parvus obortus est. Modico potu utebatur, eoque post cibum..... quam austeriore.

μ' transformatum est in μή? Fieri potuit, me iudice, ut ἡ sit additum pro terminatione ordinalis τεσσαρακοστῇ; certe non natum est e numero μη', nam ipse dies quadragesimus ad amussim congruit, non quadragesimus octavus. Ceterum de ἔδει pro δεῖ legendo ita consentio cum Littréo, ut imperfectum receperim.

διακεκριμένη, λεπτή.] In his [καὶ] λεπτή Lind.

ἔκτηξις ἐσχάτη.] cod. C. om. ἐσχ.

ἂν γενηθείη.] In vulg. ἄν abest; Littr. e cod. C. dedit.

Πίνοντι ἄπεφθον — ὄνειον.] Foës. de hoc loco monet in adn. ἄπεφθον quidem habere libros scriptos et editos, sed interpretes legere ἐφθόν; et vero Calvus, Corn. omnino Latine hoc exprimunt, itemque ipse Foës.; sed nolo de mss. lectione discedere. Monet auctor lac fuisse ἄπεφθον, quia principio sermo fuerat de lacte πεπυρωμένῳ. Itaque non licet temere vocabulum in contrarium mutare; neque vero opus est: quemadmodum λινόζωστιν praebuit superiore aliquo die, hoc tempore etiam lac asininum crudum bibendum dare potuit.

χολώδης ἐγένετο σφόδρα ἡ κάθαρσις.] Sic recte Littr. e cod. D.; vulgatum σφοδρὴ ἡ κ. deterius est.

ὠμοῦ ἔπινε.] Vulgo ὀμοῦ; emendarunt Corn., Lind., Littr. Paulo post γνάθους pro κυάθους cod. C.; noto tantum, quia haec vocabulorum istorum permutatio mihi nondum obvia fuerat.

πρῶτον ὕδατος.] τὸ πρῶτον ὕδ. cod. C.

Ἐμονοσίτει δὲ ἐσπέρην ἄρτου ὡς ἡμιχοίνικα ἐγκρυφίου.] Edi solet ἐμ. δὲ ἑσπέρην· ἄρτος ὡς ἡμιχοίνικος ἐγκρυφίης; sed hoc vitiosum est, adeoque debitos casus revocavi, quos vertendo nonnulli etiam expresserunt.

Ὀλιγοποσίη δὲ ἐχρῆτο καὶ μετὰ τὸ σιτίον ... τῷ ποτῷ, ἢ αὐστηροτέρῳ. [τῆς ἁλωσίμου.] In vulgata lacunae signa nulla; tum postrema uncis inclusi, ut melius, quae de hoc loco proferre lubet, intelligantur, quam si hic omitterem, quemadmodum in textu ea describere nolui. Ad vulgatam igitur Foës. adnotat: „Calvus quod sequitur sic legisse videtur καὶ μετὰ τὸ σιτίον τῷ ποτῷ πλείονι ἢ αὐστηροτέρῳ. Illud vero τῆς ἁλωσίμου quomodo huic loco congruat, non satis liquet, etsi Calvus *prae voluptate* vertit.... Videtur sane singularitatem quamdam referre et proprie magis sequentia respicere. Corn. certe illud expunxit, cum tamen eius vestigia in omnibus exemplaribus remaneant." Littréus adscribit: „A τῆς ἁλωσίμου, dont aucun interprète n'a su que faire; j'ai substitué τοῖς ἄλλοισιν εὖ, qui dans l'Iotacisme s'en approche." Littréus etiam omisit ἤ ante αὐστηροτέρῳ, quod neque Gallice exprimit. Non negabo eius coniecturam ad scripturam codd. prope accedere, sed alia tamen hic tenenda sunt: primum quidem ἤ, quod omisit, indicium mihi esse videtur lacunae, quam Calvus explere voluisse videtur. Neque enim Lindanus voculam transponendo quidquam quod bonum sit nobis obtulit. Fueritne ergo forsitan scriptum καὶ μετὰ τὸ

δ'. Κτησικράτεϊ δὲ τὸ ἐν τῷ ἀλεύρῳ μᾶλλον τοῦ αἰγείου ὄρρου ξυνήνεγκε, ὀδύνης ἐούσης περὶ ὅλην τὴν κοιλίην καὶ ἀναστάσιος πολλῆς καὶ ὑφαίμου καὶ ἐπάρματος περὶ τοὺς πόδας, σχεδὸν ἤδη περὶ πέντε καὶ εἴκοσι ἡμέρας ἐόντι· καὶ Ἀνδρίωνι, ταὐτά· τῷ δὲ Καινίου τὸ ὄνειον ἐφθόν.

ε'. Τῷ Κύδιος περὶ χειμερινὰς ἡλίου τροπὰς ῥῖγος καὶ πυρετὸς καὶ ὠτὸς δεξιοῦ καὶ κεφαλῆς ὀδύνη· εὐθὺς δὲ ἐκ σμικροῦ παιδίου παρηκολούθει ῥευματῶδες καὶ συριγγῶδες καὶ ἔνοδμον· ἔχων δὲ οὕτω τὰ πολλὰ ἀνώδυνος ἦν· τότε δὲ ἡ ὀδύνη ἦν δεινὴ καὶ ἡ κεφαλαλγίη. Δευτεραίῳ ἢ τριταίῳ ἐόντι χολῆς ἔμετος· ἀνακαθιζομένῳ ὑπόχολον, γλίσχρον, ὡς ἐξ ὠοῦ, καὶ ὕπωχρον ὑπεχώρεε. Τετάρτῃ ἐς νύκτα ὑποπαρελήρει· καὶ ἡ ὀδύνη τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ ὠτὸς δεινὴ καὶ ὁ πυρετός. Ἕκτῃ ὑποχώρησις ἀπὸ λινοζώστιος καὶ ἡ θέρμη λῆξαι ἐδόκει καὶ ἡ ὀδύνη. Τῇ ἑβδόμῃ ὡς ὑγιής· ἐν κροτάφῳ

4. Ctesicrati, quum dolor totum ventrem teneret et crebra exsurrectio esset et deiectio cruenta cum pedum tumore, magis contulit farina lacte subacta quam serum caprinum, quum iam fere vigesimus quintus morbi dies esset. Eadem quoque Andrioni profuerunt: at Caeniae filio lac asininum coctum.

5. Circa brumam Cydis filium rigor prehendit et febris aurisque dextrae et capitis dolor. Statim autem a puero malum hoc comitabatur cum destillatione, fistula et gravi odore. Cumque ita se haberet, fere doloris expers erat, sed tunc dolor gravis aderat et capitis dolor urgebat. Secundo aut tertio die bilis vomitione reiecta est, desidenti subbiliosa deiectio, glutinosa, velut ex ovo et subpallida prodiit. Quarto sub noctem et quinto aliquantulum delirabat, et auris capitisque dolor vehemens erat et febris. Sexto ex mercuriali alvus deiecit et dolor cessasse visus est. Septimo velut sanus, verum circa tempora pulsatio non deseruit,

σιτίον οἰνωδεστέρῳ τῷ ποτῷ ἢ αὐστηροτέρῳ? Eiusmodi quid certe datum fuisse opinor. Sed si duo comparativi cum particula ἤ hic positi fuerint, supervacanea prorsus est adiectio vocabulorum τοῖς ἄλλοισιν οὔ, quin si addita fuissent, certe τοῖς δ' ἄλλοισι οὔ posuisset noster; sed omni modo ineptum est tale additamentum etiam in textu, qualem Littréus sine ἤ edidit: ὀλιγοσιτίῃ δὲ ἐχρῆτο καὶ μετὰ τὸ σιτίον τῷ ποτῷ αὐστηροτέρῳ, τοῖς ἄλλοισιν οὔ. Postrema ista auctor dare potuisset, si reliquis exclusis certum potum, aut certam potionis speciem inter plures alias indicavisset; nunc addere non potuit, — sed otiose tale quid adscribitur. Non credo cum Foësio τῆς ἁλωσίμου ad seqq. pertinere, sed cum Corn. expungendum esse; quapropter omisi.

4. Κτησικράτεϊ — ἐφθόν.] Vulgo τῷ ἐν τῷ ἀλ., sed Foës. iam γάλα τὸ ἐν τῷ ἀλ. scripsit. Littr. e cod. C. τὸ ἐν τῷ ἀλ. dedit. Ceteri pone κοιλίην addunt καὶ πόνων, quod emblema alienum eiiciendum fuit; docet enim ἐούσης pariter ad ὀδύνην et ἀναστάσιος relatum, ita ut καὶ πόνων eo loco ineptissime interponatur. — Littr. e cod. C. ἔόντι vulg. ἐόντα. Pro vulgato Ἀδριανῷ, quod ἀδριανίῳ in cod. C. et Marc., Hadrianio apud Calvum scribitur, Littréus dedit Ἀγριάνῳ. Adnotat: „ἀδριανὸς est un nom Romain qui ne peut trouver place ici; il faut sans doute lire Ἀγρίανος. Ἀγρίανος est le nom d'un mois de Cos. Les noms des mois etaient portés aussi par des hommes, comme on le voit Ep. V. 22. où un malade est nommé Ἀπελλαῖος. Or ἀπελλ. etait le nom d'un mois dans le calendrier Dorico-Macedonien." Mihi in ΑΔΡΙΑΝΙΩΙ latere visum est ΑΝΔΡΙΩΝΙ, unde
ιω
forte per dittographiam ἀνδριανι prius illud ortum sit. Vulgo ταῦτα; pro quo tamen ταὐτά esse legendum satis constat. Καινείου vulg. Καινίου codd. C. K., unde dedit Littr.; latetne forte in eo nomen aliud κλινέου s. κλινίου?

5. Τῷ Κύδιος περὶ χειμερινὰς ἡλίου τροπὰς ῥῖγος καὶ πυρετὸς καὶ ὠτὸς δεξιοῦ καὶ κεφαλῆς ὀδύνη· εὐθὺς δὲ ἐκ σμικροῦ παιδίου παρηκολούθει ῥευματῶδες καὶ συριγγῶδες καὶ ἔνοδμον.] In his ceteri καὶ ὠτὸς δεξιοῦ ἄλγημα et τὸ δὲ τοιοῦτον ἄλγημα εὐθὺς κ. τ. λ. Equidem et illud ἄλγημα et τὸ τοιοῦτον ἄλγημα pro interpolatis expunxi. In reliquis amplae huius historiae morbi partibus ὀδύνη semel iterumque recurrit, non ἄλγημα; tum pone ὠτὸς δεξιοῦ sine dubio hoc nomen abundat; et quis quaeso scripserit ἄλγημα, nedum ῥευματῶδες et συριγγῶδες, sed ἄλγημα ἔνοδμον? Interpolatorem statim agnoscis. Quid quod τὰ πολλὰ ἀνώδυνος ἦν? — Itaque emblemata ista aliena e textu expuli.

ἔχων δὲ οὕτω τὰ πολλὰ ἀνώδυνος ἦν.] Vulgata lectio est ἔχον — ἀνώδυνον ἦν. sed cum Lindano masculino genere ista descripsi. Idem autem, quod Lind. Graece dedit, Latine expresserunt Calvus, Corn. et Foës., quorum hic in notulis de lectione nostra praeferenda monet.

τετάρτῃ ἐς νύκτα καὶ πέμπτῃ ὑποπαρελήρει.] Littréus cod C. secutus est praebentem τετάρτῃ ἐς νύκτα καὶ πέμπτῃ: idem habetur in Marciano: vulgo τετάρτῃ καὶ πέμπτῃ ἐς νύκτα ὑπ. In secundi diei signis paulo superius Lind. [καί] ante ἀνακαθιζόμενος inserit. Ibi quidem legebatur ἐγένετο ante ὑπόχολον, ineptissime! quis ἀνακαθιζομένῳ ἐγένετο ὑπόχολον scripsit? Librarii utcumque expleverunt lacunam, quae orta erat, omisso ὑπεχώρεε pone ὕπωχρον, propter literarum similitudinem. Cod. Marc. legit ὡς ἐξ ὠοῦ καὶ ὕποχρον. Cod. C. utrum item καί habeat, non constat e Littréi varr. lectt., sed quum ὕποχρον ex eo notetur, suppono eum, ut aliis locis eandem ac Marcianum habere lectionem, quam exhibui, ceteris καί omittentibus. Hoc autem loco in cod. C. insignem lacunam esse scribit Littréus a verbis ἀπὸ λινοζ. in hac § usque ad § 14. verba ἐδόκεε ἐκ φρικῆς.

ἐν κροτάφῳ.] Vulgo κροτάφῳ sine ἐν, unus cod. K. κρο-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 785 sur 880

©BIUM

δὲ σφυγμὸς οὐκ ἔλιπε· ἱδρῶτος οὐδέν· Ὀγδόῃ χυλοῦ ἐρρύφησε, ἐς δὲ τὴν ἑσπέρην σεύτλου· καὶ τὴν νύκτα ὕπνος καὶ σφόδρα ἀνώδυνος· καὶ τὴν ἐνάτην ᾔσθετο πρὸς ἡλίου δυσμάς· ἐς δὲ νύκτα τῆς κεφαλῆς δεινὴ ἡ ὀδύνη καὶ τοῦ ὠτός· ξυνέβαινε δὲ καὶ πυορροεῖν τὸ οὖς περὶ τοῦτον τὸν καιρὸν, ὁπότε μάλιστα πονοίη, εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς. Ὅλην δὲ τὴν νύκτα τὴν ἐνάτην καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέρην καὶ τῆς νυκτὸς τὸ πλεῖον οὐκ ἐπιγίγνωσκε οὐδένα, στένων δὲ διετέλει· ἡμέρην δὲ ἐντὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο καὶ αἱ ὀδύναι ἔλῃξαν καὶ τὰ τῆς θέρμης μετριώτερα. Ῥυφήσαντι δὲ λινόζωστιν τῇ ἐνδεκάτῃ ὑπεχώρησε φλεγματώδεα, μυξώδεα, κάκοδμα. Δυοκαιδεκάτῃ καὶ τρισκαιδεκάτῃ μετρίως. Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἀρξάμενος ἀΦ' ἑωθινοῦ μέχρι ἐς μέσον ἡμέρης ἵδρου ὅλον τὸ σῶμα μετὰ ὕπνου καὶ κώματος πολλοῦ, ἐγεῖραι ἔργον ἦν· πρὸς ἑσπέρην δὲ διεγέρθη· καὶ τὸ μὲν σῶμα μετρίως κατεψύχθη, ἐν κροτάφοισι δὲ σφυγμὸς διετέλει. Πεντεκαιδεκάτῃ καὶ ἑκκαιδεκάτῃ χυλοῖσι ἐχρήσατο. Τῇ δὲ ἑπτακαιδεκάτῃ ἦκε πάλιν ἐς νύκτα ὀδύνη τῶν αὐτῶν καὶ παραλήρησις καὶ ἐπυορρόει. Ὀκτωκαιδεκάτῃ καὶ ἐννεακαιδεκάτῃ καὶ εἰκοστῇ μανικῶς· ἦν δὲ κεκραγὼς ἐπαίρειν ἑωυτὸν πειρώμενος οὐ δυνάμενος δὲ κρατεῖν τῆς κεφαλῆς, τῇσι χερσὶ ἐπορεγόμενος καὶ αἰεί τι διὰ κενῆς θηρεύων. Πρώτῃ καὶ εἰκοστῇ ἱδρώτιον περὶ πλευρὸν δεξιὸν καὶ στήθεα καὶ κεφαλήν. Εἰκοστῇ δευτέρῃ ἱδρώτιον περὶ τὸ πρόσωπον πλεῖστον ἦν· τῇ δὲ φωνῇ κατὰ

neque ullus sudor erupit. Octavo sorbitiunculam ex hordeo sumpsit, sub vesperum vero betae succum et noctu somnum cepit ac magnopere doloris expers fuit. Nono sub solis occasum probe sentiens erat, ac sub noctem capitis et auris dolor graviter urgebat. Per hoc tempus autem cum valde laboraret, statim ab initio aurem pure manare contigit. Nocte vero tota noni diei, posteraque die, ac noctis magnam partem neminem agnoscebat, perpetuoque ingemiscebat, die autem ad se redierat et dolores cessarant, calorque levior erat. Ubi vero sorbitionem ex mercuriali sumpsisset, undecimo die alvo reiecta sunt pituitosa, mucosa, graveolentia. Duodecimo et decimo tertio moderate habuit. Decimo quarto die ducto initio a matutino tempore ad meridiem usque, toto corpore sudor effluxit, ac somno soporeque multum gravatus non nisi aegre excitabatur. Sub vesperum vero experrectus est et corpus quidem moderate perfrixit, at in temporibus pulsus perduravit. Decimo quinto et decimo sexto sorbitionibus ex hordeo usus est. Decimo septimo vero sub noctem rursus eorundem dolor rediit et delirium, ac pus effluebat. Decimo octavo et decimo nono et vigesimo furiose habebat, vociferans sese attollere conabatur, sed caput continere non poterat et manibus exporrectis semper aliquid frustra captabat. Primo et vigesimo sudor modicus circa latus dextrum, pectus et caput et vigesimo secundo plurimus circa faciem exstitit. Per hoc tempus autem si quidem plurimum voce contenderet, quae vo-

τάφου, non prorsus male, sed longe praefero ἐν κροτάφῳ, quae solemnis formula in hoc libro.

ἱδρῶτος οὐδέν.] Addi solet ἐγένετο, quod interpolatum puto. Supra § 3. formulam habemus καὶ ἱδρῶτες, οὐδέν. Simile quid hic obvium est, nisi quod genitivus ponitur; uterque autem casus usurpari potuisse videtur, sed ἐγένετο hic additum languidum est.

καὶ τὴν ἐνάτην ᾔσθετο πρὸς ἡλίου δυσμάς.] Hic ἐννάτην codd. tres et Lind. — Calvus Latine „nonoque solis occasum versus laete habuit." — Corn. „et nono laetabatur ad solis occasum." Foës. „nono sub solis occasum laeto erat animo." — Sed Littréus „le neuvième il avait encore sa connaissance au coucher du soleil." Quid Latini illi interpretes voluerint, miror: mox οὐκ ἐπεγίγνωσκε οὐδένα, quod opponitur nostro ᾔσθετο, quod ipsum non est ab ἥδομαι, sed ab αἰσθάνομαι.

τῆς κεφαλῆς δεινὴ ἡ ὀδύνη καὶ τοῦ ὠτός.] Sic Marc. ἡ omm. cett.

οὐκ ἐπεγίγνωσκε οὐδένα.] Vulgo ἐπιγίνωσκεν, sed cod. K. ἐγίνωσκεν, nec dubium tamen, quin compositum veram lect. referat. Paulo post δέ ante διετέλει unus cod. D. omittit.

καὶ τρισκαιδ.] h. l. copulam om. cod. K.

τῇ δὲ ἑπτακαιδ.] Marc. solum ἑπτακαιδεκάτῃ.

καὶ εἰκοστῇ.] h. l. copulam omm. libri quinque Parr.

μανικῶς.] μανικός cod. D. Lind. μανιώδης ἦν κεκραγὼς ἐπαίρειν κ. τ. λ. Marc. ἐπαίρειν ἑωυτὸν ει πειρώμενος.

πρώτῃ καὶ εἰκοστῇ ἱδρώτιον.] Vulg. hic καί ante ἱδρ.; Littr. om. e codd., ut puto, Parr.

εἰκοστῇ δευτέρῃ ἱδρώτιον.] Unus cod. H. ἱδρώτια.

©BIUM

τὸν χρόνον τοῦτον, εἰ μὲν σφόδρα ἀποβιάσαιτο, εἶπε ἃ ἐβούλετο τελέως, εἰ δ' οὖν προχείρως, ἡμιτελέα, καὶ τὸ στόμα λελυμένον καὶ αἱ γένυες καὶ τὰ χείλεα αἰεὶ ἐν κινήσι ὥς τι θέλοντος λέγειν καὶ τῶν ὀφθαλμῶν πυκνὴ κίνησις καὶ ἔμβλεψις καὶ χρῶμα ἐπ' ὀφθαλμοῦ δεξιοῦ, οἷον εἴρηται τὸ ὕφαιμον, καὶ βλέφαρον τὸ ἐπάνω ἐπῴδησε καὶ κατὰ γνάθον ἔρευθος ἐπὶ τελευτῆς καὶ φλέβες πᾶσαι αἱ ἐν τῷ προσώπῳ φαναραὶ, οὔτε ξυνεσταλμέναι· καὶ τοῖσι ὀφθαλμοῖσι οὐκ ἔτι ξυμμύων, ἀλλ' ἀτενὲς ἐνορῶν καὶ διαίρων τὰ βλέφαρα ἐς τὸ ἄνω μέρος, ὡς ἐπήν τι ἐμπέσῃ ἐς τὸ ὄμμα· καὶ ὁπότε πίοι, κατιόντος ἐς τὰ στήθεα καὶ τὴν κοιλίην, ψόφος. Πνεῦμα δὲ ἐπιεικῶς διὰ παντὸς μέτριον· γλῶσσα, οἵη περιπνευμονικοῖσι, ὠχρόλευκος· ἀπ' ἀρχῆς καὶ διὰ παντὸς κεφαλαλγίη· τράχηλος διὰ παντὸς ἀκίνητος· ξυμπεριαγειν τῇ κεφαλῇ ἐδεῖτο· καὶ τὸ κατὰ ῥάχιν ἐκ τραχήλου ἰθὺ καὶ ἄκαμπτον· καὶ κλίσιες ὁποῖαι εἴρηνται καὶ οὐκ αἰεὶ ὕπτιος· τὸ δὲ πῦον ἤδη ὀρρῶδες, λευκὸν, πουλὺ, — ἔργον ὑποσποργίσαι, ὀδμὴ ὑπερβεβλημένη· κατὰ τὸν τελευταῖον χρόνον ποδῶν ἄψιος οὐ πάνυ καταισθανόμενος.

lebat perfecte efferebat. Sine conatu vero, semiperfecta loquebatur et os solutum, ac maxillae et labra semper in motu erant, tanquam qui loqui cuperet; oculorum creber motus et intuitus, oculique dextri color, qualis dictus est aliquantulum cruentus et palpebra superior intumuerat et circa genam ad extremum rubor erat et venae omnes in facie conspicuae, neque contractae erant, neque amplius oculis micabat, verum intente intuebatur, palpebrasque ad superiorem partem attollebat, quasi quid in oculum incidisset. Et cum biberet in pectus et ventriculum descendentis potus strepitus percipiebatur. Spiratio fere semper moderata fuit, lingua, qualis pulmonum inflammatione laborantibus ab initio ex pallido albicans et perseverans capitis dolor. Cervix perpetuo immota non nisi cum capite circumagebatur et pars, quae ex cervice ad spinam descendit, recta et inflexibilis erat, decubitus, qualis dictus est, neque semper supinus erat. Pus vero iam serosum, album effluebat, nec nisi magno negotio spongia detergebatur, odoreque modum excedebat. Ad extremum pedum contactum non percipiebat.

ς'. Τῇ Ἁρπαλίδεω ἀδελφῇ περὶ τέταρτον μῆνα ἢ πέμπτον κυούσῃ οἰδήματα περὶ τοὺς

6. Harpalidae sorori quatuor aut quinque mensium uterum gestanti pedum tumores aquosi

ἀποβιάσαιτο.] Sic Littr. e mss. 4. Parr.; vulgo ἀπεβιάσατο. Marc. ἀπεβιάσαιτο εἶπεν ἂν τελέως ἃ ἐβούλετο, εἰ δὲ προχείρως.

εἰ δ' οὖν προχείρως.] εἰ δ' οὐ προχ. Lind.; non recte sane.

καὶ τὰ χείλεα.] Ceteri τά omm., cum Lind. adscripsi. Marcianus paulo ante καὶ στόμα sine τό.

ὥς τι θέλοντος.] Sic mss. Parr., Lind., Littr.; ὥστε θελ. vulg.

ἐπ' ὀφθαλμοῦ δεξιοῦ, οἷον εἴρηται, τὸ ὕφαιμον.] Comparat Littréus similem dictionem § 11. obviam paulo ante diei undecimi descriptionem. Nempe Lind. οἷον εἴρηται ὑπό τι ὕφαιμον dedit h. l., alterum illum intactum reliquit. Equidem profiteor me non satis intelligere καὶ χρῶμα ἐπ' ὀφθαλμοῦ δεξιοῦ, οἷον εἴρηται, τὸ ὕφαιμον. Quid significare voluit isto οἷον εἴρηται τὸ ὕφαιμον? Quare non simpliciter dixit καὶ χρῶμα ἐπὶ ὀφθαλμοῦ ὕφαιμον? De oculis τὸ ὕφαιμον apud Graecos scriptores, non medicos solum, sed reliquos etiam, frequens; voluitne noster τὸ ὕφαιμον notare tanquam vocem technicam, uti hodie dicimus, et medicis usitatam? Proposuitne igitur tanquam χρῶμα, *quod dici soleat* τὸ ὕφαιμον? Non video, quo alio sensu apte inferatur οἷον εἴρηται; et tamen potius ea notione exspectaveris καὶ χρῶμα ἐπ' ὀφθαλμοῦ δεξιοῦ τὸ λεγόμενον seu τὸ καλεόμενον ὕφαιμον; nam οἷον εἴρηται potius significat *quod supra dictum est*, quale quid h. l. incongruum, quum in superioribus historiae morbi partibus altum de ea re sit silentium. Aliquid hic haeret, nisi omnia me fallant; videant alii quoque!

φλέβες πᾶσαι αἱ ἐν τῷ προσώπῳ φαναραὶ, οὔτε ξυνεσταλμέναι, καὶ τοῖσι ὀφθ.] In his οὔτε pro οὕτω Littréus de Coraïs coniectura. Marcianus: φ. πᾶσαι ἐν προσώπῳ φαναραὶ οὕτω ξυντετραμμέναι καὶ τ. ὀ.

οὐκ ἔτι ξυμμύων.] Vulgo ξυμμύων ἦν. Omisi ἦν cod. Marc. auctoritate.

ψόφος.] Ceteri hic legunt ψόφος· οἷον καὶ Χαρτάδεϊ. Equidem existimo haec referre lectoris adnotationem, qui locum antecedentem comparaverit cum iis, quae sub finem § 10. huius libri leguntur.

οἵη περιπνευμονικοῖσι.] Vulgo οἵη ἐστὶ τοῖσι περιπλευμ., sed ἐστὶ τοῖσι om. Marc.

τὸ δὲ πῦον ἤδη ὀρρῶδες.] Pro ἤδη Littréus hic recepit librorum F. H. I. J. lectionem εἴδει, quam veram loci scripturam referre non credo. Me iudice ἤδη hic valet δή, neque ad temporis significationem spectat. Dubito num veteres de liquore, qualis τὸ πῦον, nomen εἶδος eo sensu, quo *formam, speciem*, significat, usurparverint. Nempe hic longe alio

©BIUM

πόδας ὑδατώδεα ἐγένετο καὶ τὰ κύλα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπῴδει καὶ ἅπαν τὸ χρῶμα μετέωρον οἷον τοῖσι φλεγματίῃσι· βὴξ ξηρή· ὀρθόπνοια δὲ καὶ ἄσθμα καὶ πνιγμοὶ ἔστιν ὅτε ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ὥστε καθημένῃ διετέλει κατὰ κλίνην, κατακεῖσθαι δὲ οὐχ οἵη τε ἦν· ἀλλ' εἴ τις καὶ ὕπνου δόξα γένοιτο, καθημένῃ ἦν· ἄπυρος δὲ ἐπιεικῶς καὶ τὸ κύημα ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ἀκίνητον ἦν, ὡς διεφθαρμένου, καὶ μετέπιπτε. Παρηκολούθησε δὲ τὸ ἄσθμα σχεδὸν δύο μῆνας. Κυάμοισι δὲ χρωμένη μελιχροῖσι καὶ μέλιτος ἐκλείξι καὶ τοῦ αἰθιοπικοῦ κυμίνου πιοῦσα ἐν οἴνῳ ἐρρήϊσε· μετὰ ταῦτα δὲ ἀνῆγε βήσσουσα πολλὰ, πέπονα, φλεγματώδεα, λευκὰ, καὶ τὸ πνεῦμα ἔλῃξε· ἔτεκε δὲ γόνον θῆλυν.

ζ'. Τῇ Πολυκράτεος θέρεος περὶ τὸ ἄστρον πυρετός· πνεῦμα τὸ ἐωθινὸν ἧσσον, ἀπὸ μέσου ἡμέρης μᾶλλον, βὴξ καὶ ἀπόχρεμψις εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ὁμοίη πυώδεσι· ἔσω περὶ ἀρτηρίην καὶ φάρυγγα, ὑπεσύριζε κερχναλέον· πρόσωπον εὔχροον, ἐπὶ γνάθοισι ἐρύθημα οὐ κατακορὲς, ἀλλ' ἐπιεικῶς ἀνθηρόν. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ ἡ φωνὴ βραγχώδης καὶ τοῦ σώματος ξύντηξις καὶ περὶ ὀσφὺν ἐκτρίμματα καὶ ἡ κοιλίη κατὰ τὸν τελευταῖον χρόνον ὑγροτέρη. Ἑβδομηκοστῇ ὁ πυρετὸς ἔξωθεν σφόδρα περιεψύχθη καὶ ἐν

exorti sunt et partes infra oculos intumuerunt, totumque corpus veluti pituita alba suffusis in tumorem sublevabatur. Tussis sicca, erectae cervicis spiratio, anhelatio, interdumque a spiritu suffocabatur adeo, ut perpetuo sedere in lecto cogeretur, neque decumbere posset, sed si qua somni incideret opinio, eum desidendo caperet. Fere sine febre erat, foetusque ex longo intervallo non movebatur, quippe corruptus et ab uno latere ad alterum delabebatur. Creber autem anhelitus fere ad duos menses perseveravit. Fabis vero melle conditis et mellis linctu usa, Aethiopoque cumino ex vino epoto melius habuit. Deinde multa matura, pituitosa et alba tussi reiecit, spirandi difficultas desiit et prolem edidit femellam.

7. Polycratis coniugem per aestatem circa caniculam febris prehendit; spiratio anhelosa mane minor aderat, post meridiem vero maior; statim ab initio tussis et excreatio qualis purulentis. Intus ad arteriam et fauces stridula quaedam inerat asperitas, facies bene colorata, malarum rubor non in plenum, sed leviter florulentus. Praecedente vero tempore vox rauca exstitit et corporis colliquatio et circa lumbos attritus ad extremumque alvus liquidior. Septuagesimo die febris prehendit cum vehementi frigore externo ac in temporibus quies erat;

modo poneretur, quam v. c. apud Aretaeum in capite de ictero; quin otiosum etiam est.

6. καὶ τὰ κύλα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπῴδει.] Libri habent τὰ κύκλα. Littréus adnotat: „peut-être faut-il lire κῦλα, comme le propose Schneider, suppl." — Videndus erit Heringa p. 59., neque amplius dubitabis, quin κύλα legere oporteat. Observandum eandem dictionem in lib. II. de morbis mulierum occurrere, qui liber perinde ac hicce Cnidiae est originis, aut ut prudentius dicam, uterque manifesta vestigia doctrinae, artis, orationis Cnidiorum refert.

καὶ ἄσθμα καὶ πνιγμοί.] Pone ἄσθμα libri τοιοῦτον ferunt; parum apte et otiose ibi infertur et a librario adscriptum est, quare delevi.

κατακεῖσθαι — ἦν.] αἱ δὲ οὐχ οἷαί τε ἦσαν libri aliquot Parr., partim omisso ἦσαν. — αἱ δὲ οὐχ οἷόν τε cod. K. ἡ δὲ οὐχ οἵη τε ἦν Ald. ἡ δὲ οὐχ οἵη τε ἦν κατακεῖσθαι Q'.

ἀκίνητον ἦν.] Cod. H. h. l. ἦν om. Cod. Marc. ἐπὶ πευλὸ (sic) χρ. ἀκ. ἦν.

μετὰ ταῦτα δὲ ἀνῆγεν.] δέ om. cod. Marc.

γόνον θῆλυν.] Libri γόνυ θῆλυ. Sed interpretes Latini alterum illud in vulgata latere a Calvo inde viderunt. Littréus primus in textum veram lect. intulit, cod. D. Parisino γόνον adeo praebente.

7. πνεῦμα τὸ ἐωθινὸν ἧσσον, ἀπὸ μέσου ἡμέρης μᾶλλον· βὴξ καὶ ἀποχρ. κ. τ. λ.] Ceteri πνεῦμα τὸ ἐωθινὸν ἧσσον, ἀπὸ μέσου ἡμέρης μᾶλλον, τὸ πνεῦμα πυκνότερον μικρῷ, βὴξ καὶ ἀποχρ. — Mihi miro modo illud τὸ πνεῦμα πυκνότερον μικρῷ inferri videtur; nam parum apte πνεῦμα bis tam parvo intervallo recurrit, idque sensu diverso, nam in priore sede erit *anhelitus*, altera *respiratio*. Sed etiam otiosum est, nam solum πνεῦμα priore loco iam illam crebriorem cum difficultate spirationem indicat. Itaque mihi emblema alienum est visum id quod eieci, quo lector aliquis ex infra obviis de spiratione frequentiore facta hic illustrare voluerit illud πνεῦμα ἧσσον — μᾶλλον.

ἔσω περὶ ἀτρ.] Lind. [δέ] interposuit pone ἔσω.

ἐκτρίμματα.] Vulgo ἐκρήγματα cod. H. Par. et Marc. ἐκρίμματα. Littr. adnotat: „Weigel dans le supplément de Schneider entend ce mot dans le sens d'*éruption*; je crois plutot qu'il signifie écorchure et peut-être faut-il lire ἐκτρίμματα." Consentio adeo ut receperim, quod in cod. C. et Marciani lectione latet. Cf. Foës. Oecon. in ἐκτρίμματα. Vulgata non est, nisi prava emendatio pravae lectionis ἐκρίμματα.

ὁ πυρετὸς ἔξωθεν σφόδρα περιεψύχθη.] Vulgo ἐψύχεν, cod. H. et Marc. περιέψυχεν. Littréus vulgatum ἐψύχεν

κροτάφοισι ἡσυχίη, τὸ δὲ πνεῦμα πυκνότερον ἐγίγνετο. Μετὰ δὲ τὴν παῦσιν ταύτην τὸ πνεῦμα πυκνότερον οὕτως, ὥστε καθημένη διετέλεσε, ἕως ἀπέθανε· ἐν δὲ τῇ ἀρτηρίῃ ψόφος πουλὺς ἐνῆν, καὶ ἱδρῶτες πονηροὶ καὶ ἐμβλέψιες ἐμφρονώδεες σφόδρα, μέχρι τοῦ ἐσχάτου χρόνου. Ἡμέραι δ' ἐπεγένοντο ἤδη κατεψυγμένῃ πλείους ἢ πέντε· μετὰ δὲ τὰς πρώτας διετέλει πυῶδες ἀποχρεμπτομένη.

spiratio autem frequentior fiebat. Post hanc vero quietem spiratio crebrior exstitit, adeo ut, quoad vixit, sedens permanserit. In arteria strepitus multus inerat, sudores maligni, intuitus valde compositus ad extremum usque. Diebus iam pluribus quam quinque perfrigerata erat. Post primos autem dies purulentam assidue materiem exscreavit.

η'. Τῇ ἄνω τῶν πυλέων οἰκεούσῃ ἤδη πρεσβυτέρῃ πυρέτιον ἐγένετο· καὶ ἤδη ἀπολήγοντος, τοῦ τραχήλου ἄλγημα μέχρι ἐς ῥάχιν καὶ ὀσφύν· καὶ οὐ πάνυ ἐγκρατὴς τούτων· γένυες δὲ ξυνηγμέναι καὶ πρὸς ἑωυτοὺς οἱ ὀδόντες ξυνηρεισμένοι πλέον ἢ μήλην παρεῖναι· ἥ τε φωνὴ ψελλὴ διὰ τὸ παραλελυμένον καὶ ἀκίνητον καὶ ἀσθενὲς εἶναι τὸ σῶμα· ἔμφρων δέ. Χλιάσμασι δὲ καὶ μελικρήτῳ χλιερῷ ἐχάλασε τριταίη σχεδὸν καὶ μετὰ ταῦτα χυλοῖσι καὶ ζωμοῖσι ὑγιὴς ἐγένετο. Ξυνέβη δὲ τελευτῶντος τοῦ μετοπωρινοῦ καιροῦ.

8. Mulierem supra portas habitantem iam provecta aetate febricula prehendit, qua iam desinente cervicis dolor ad spinam et lumbos protendebatur, neque admodum his partibus valebat. Maxillae vero et dentes in sese adeo cohaerebant specillum ut non transmitteretur; vox etiam balbutiebat, quod corpus resolutum, immobile ac imbecillum esset; mentis tamen compos erat. Ex calefacientium autem et aquae mulsae tepidae usu tertio fere die remisit posteaque sorbitionibus et iusculis convaluit. Id quod sub auctumni finem contigit.

θ'. Ὁ παρὰ Ἀρπαλίδῃ ἀλείπτης ἀκρατέστερος σκελέων καὶ χειρῶν περὶ φθινόπωρον γενόμενος ἔπιε εἰκῇ φάρμακον ἄνω καὶ κάτω·

9. Unctor apud Harpaliden circa auctumnum cruribus et manibus imbecillior factus medicamentum sursum ac deorsum purgans temere

servans pro ἐψύχθη poni affirmat et adfert locum e § 10. καὶ τὸ πυρέτιον καταψύχειν (codd. κατὰ ψυχήν praebent) ἐδόκει. Equidem tum loco nostro ἐψύχθη, seu potius περιεψύχθη tum altero καταψυχθῆναι, s. καταψύχεσθαι potius legendum arbitror. Quaesivi mecum num forte ψύχειν, καταψύχειν transitiva esse possint et obiectum subintelligi τὸν νοσέοντα. Sed hoc fieri nequit et vero in Prorrh. I. et Coacis περιψύχοντι er περιψυχομένῳ, alia generis eiusdem confunduntur et seq. κατεψυγμένῃ in hac ipsa hist. quid legendum sit docet. Dein in seqq. e cod. Marc. καὶ ἐν κροτάφοισι scripsi; vulgo ἐν δὲ τοῖσι κρ.

ἕως ἀπέθανε.] Ita scripsi cum Littréo; vulgo ὥστε ἀπέθανε. — Dein καὶ ἐν τῇ ἀρτηρίῃ cod. Marc.

ἡμέραι δ' ἐπεγένοντο ἤδη κατεψυγμένῃ.] Sic Marcianus; vulgo αὐτῇ pro ἤδη et imperfectum ἐπεγίνοντο.

8. ἤδη πρεσβυτέρῃ] Sic Marc.; vulgo ἤδη ἐούσῃ πρεσβυτέρῃ. — Paulo post idem liber μέχρι ἐς ῥάχιν, ubi vulgo μέχρις ἐς ῥ.

γένυες δὲ ξυνηγμέναι καὶ πρὸς ἑωυτοὺς οἱ ὀδόντες ξυνηρεισμένοι πλέον ἢ μήλην παρεῖναι.] Vulgata lectio est γένυες δὲ ξυνηγμέναι καὶ ἑωυτοὺς ὀδόντας πλέον ἢ μήλην παρεῖναι. Corruptam esse certum est, silente licet de hac re Foësio; at monuit de corruptela Littréus eamque coniectura tentavit edens ἐπὶ τούς pro ἑωυτούς in vulgata. Sed non scripsit profecto auctor, quod Littréus edidit, γένυες δὲ ξυνηγμέναι καὶ ἐπὶ τοὺς ὀδόντας πλέον ἢ μήλην παρεῖναι. Nam γένυες ξυνηγμέναι καὶ ἐπὶ τοὺς ὀδόντας incongruum est; debetne esse καὶ ξυνηγμέναι ἐπὶ τοὺς ὀδόντας? At quid hoc est? ita nemo medicus scripsit, neque id in trismo, de quo sermo est, contingit! Sed praeterea ipsum vocabulum, quod mutat Littr., tangi non debet; nam notus est usus, quo ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτούς tum apud Herodotum, tum apud Atticos pro ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους ponitur. Itaque vitium hic non est positum in vocabuli depravatione, sed in vocum omissione, quam quomodo explere studuerim e textu descripto patet.

μελικρήτῳ χλιερῷ.] Pro vulgata hac lect. Littréus e cod. H. χλικρῷ. Falsus Ionismus est. — De meo in antecedentibus χλιάσμασι δὲ καί scripsi, ceteris δέ non habentibus; reposui voculam, quam a librariis propter δέ in fine superioris periodi omissam fuisse arbitror.

9. ὁ παρὰ Ἀρπαλίδῃ ἀλείπτης.] Vulgo Ἀρπαλίδι. Littr. e mss. 4. Parr. dedit, quod in textu descriptum est. Cod. Marc.: ὁ παραρπαλίδηι ἀλήπτης: ut cod. Par. H. Ad ἀλείπτης spectat Glossa Galeni: Ἀλάπτης) ὁ ἐξ Ἀλάπτων· Χωρίον δέ ἐστι τῆς Θρᾴκης τὰ Ἄλαπτα. Facile diversitas lectionis intelligitur, sed non facile reperis, quid verum sit. Eò minus certus sum, quum illud nomen Ἄλαπτα alia auctoritate muniri quam Galeni non videam.

εἰκῇ.] Vulgo ἐκεῖ, alterum illud est emendatio Calvi, aut lectio, quam in mss. vidit. Ceteri omnes eam sunt amplexi.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 789 sur 880

©BIUM

ἐκ δὲ τῆς καθάρσιος πυρετός· καὶ ἐς τὴν ἀρτηρίην κατερρύη οἷον ἐπίσχειν διαλεγόμενον καὶ ἀσθμαίνειν ποιέειν ἐν τῷ διαλέγεσθαι ὁμοίως κυναγχικῷ βραγχώδεϊ· πνιγμὸς καταπίνοντι καὶ τἆλλα κυναγχικά· οἴδημα δὲ οὐκ ἦν. Ὁ δὲ πυρετὸς ἐπέτεινε καὶ ἡ βὴξ καὶ ἡ ἀπόχρεμψις ὑγροῦ καὶ πολλοῦ φλέγματος. Προϊόντος δὲ καὶ ὀδύνη κατὰ στῆθος καὶ μαζὸν ἀριστερόν· ὁπότε δὲ ἐξαναστείη ἢ μετακινηθείη, ἄσθμα πουλὺ καὶ ἱδρὼς ἀπὸ μετώπου καὶ κεφαλῆς· καὶ τὰ περὶ τὴν φάρυγγα κατεῖχε, μαλακώτερον δὲ, ἐς τὸ στῆθος τῆς ὀδύνης ἀπελθούσης. Ἀπ' ἀρχῆς μὲν οὖν κυαμοῖσι μελιχροῖσι ἐχρῆτο· ἐπεὶ δὲ οἱ πυρετοὶ ἐπεῖχον μᾶλλον ὀξυμέλιτι θερμῷ καὶ μέλιτος ἐκλείξι πολλῇ. Παρελθουσέων δὲ τεσσάρων καὶ δέκα ἡμερέων ἅπαντα ἔληξε καὶ τῶν περὶ χεῖρας καὶ σκέλεα οὐ πουλὺ ὕστερον ἐγκρατὴς ἐγένετο.

ι'. Χαρτάδῃ πυρετὸς καυσώδης· ἔμετος χολῆς πολλῆς καὶ κάτω ὑποχώρησις· ἄγρυπνος· καὶ κατὰ σπλῆνα ἔπαρμα στρογγύλον. Ἐνάτῃ πρωὶ ἐξανέστη, ψόφου περὶ τὴν κοιλίην ἄνευ ὀδύνης γενομένου· ὡς δὲ ἀφοδεύων ἦν, ὑπῆλθε αἵματος πλέον ἢ χοεὺς προσφάτου καὶ σμικρὸν ἐπίσχοντι καὶ τρίτον πεπηγότες θρόμβοι. Ἄση δὲ περὶ τὴν καρδίην καὶ ἱδρώτιον σχεδὸν καθ' ὅλον τὸ σῶμα· καὶ τὸ πυρέτιον καταψύχεσθαι ἐδόκει· καὶ ἔμφρων τὸ πρῶτον· προϊούσης δὲ τῆς ἡμέρης ἥ τε ἄση πλείων καὶ ἀλυσμὸς καὶ

ebibit, ex quo febris invasit et ad arteriam tale quiddam defluxit, ut loquentem impediret et inter loquendum crebriorem anhelitum redderet, non secus ac angina cum raucedine laboranti. Cum deglutiret praefocabatur, ceteraque patiebatur, quae qui angina laborant, tumor tamen non aderat. Febris vero increscebat et tussis, multamque ac liquidam pituitam exscreabat. Progressu autem temporis dolor circa pectus et mammam sinistram obortus est, cumque exsurgeret aut commoveretur, crebra anhelatio multum vexabat, sudor ex fronte et capite manabat et faucium affectus detinebat, remissius tamen, dolore ad pectus decedente. Per exordia igitur fabis melle conditis utebatur, ubi vero febres detinebant, potius aceto mulso calido et mellis delinctu copioso. Quatuordecim autem diebus elapsis omnia cessarunt et manibus ac cruribus non multo post valuit.

10. Chartadae febris ardens adfuit, bilis per vomitionem multa reiectio et per alvum egestio, insomnia et ad lienem tumor rotundus. Nono die mane ad desidendum surrexit, strepitu circa ventrem absque dolore oborto. Cum vero ventrem exoneraret, sanguinis recentis plus quam congii mensura per alvum subiit et pauca interposita mora et tertio etiam sanguinis grumi concreti. Oris autem ventriculi anxietas erat et fere toto corpore parvus sudor et febricula refrigescere videbatur. Primum etiam mentis compos erat, procedente vero die anxietas

καὶ ἐς τὴν ἀρτηρίην κατερρύη οἷον ἐπίσχειν διαλεγόμενον καὶ ἀσθμαίνειν ποιέειν ἐν τῷ διαλέγεσθαι κ. τ. λ.] Vulgo καὶ ἐς τὴν ἀρτηρίην κατερρύη τὸ τοιοῦτον, οἷον ἐπισχεῖν, διαλεγόμενον καὶ ἀσθμαίνειν ἐν τῷ διαλέγεσθαι κ. τ. λ. Littr. codd. fide τό om. ante τοιοῦτον. Equidem totum illud τὸ τοιοῦτον pro alieno emblemate reiicio. Sed ne sic quidem vulgata recte habet: nam ἐπίσχειν, praesens enim voluit noster, est transitivum, ita ut miro omnino modo cum eo componatur ἀσθμαίνειν intransitivum. Quapropter pone hoc verbum ποιέειν intuli, quippe tale quid periisse arbitror.

καὶ τἆλλα κυναγχικά.] De meo τἆλλα scripsi, quod Calvus, Foës. Latine expresserunt, pro librorum ἄλλα.

ἡ ἀπόχρεμψις.] Articulum e cod. H. adscripsit Littréus.

μελιχροῖσι.] Aliquot mss. Parr. μελιχροῖσι θερμοῖσι, quod Marc. etiam fert.

ἐκλείξι.] Vulgo ἐλίξει. Lind. ἐκλίξει Littr. ἐκλείξει.

παρελθουσέων δέ.] δέ hic abesse solet; sed e libb. Parr. adposuit Littr.

10. Χαρτάδῃ πυρετὸς καυσώδης ἔμετος χολῆς πολλῆς.] Vulgo Χαρτάδει, reposui de meo Χαρτάδῃ. Porro libri habent πυρετὸς καῦσος; unus H. e Parr. et Marc. πυρετὸς καυσώδης; quorum aut hoc dandum est, aut in altera lect. πυρετός pro glossa reiiciendum. Vulgo πουλύς, sed libri aliquot Parr. et Marc. πολλῆς, quod praefero, quum etiam ad κάτω ὑποχώρησις facilius spectabit; fuit nempe multae bilis et vomitio et per alvum secessio.

ἐνάτῃ.] Sic Littr. e cod. H., qui ἐννάτῃ, cett. ἐν αὐτῇ, nisi quod Lind. τῇ τρίτῃ, quod Corn. Latine expresserat.

ὡς δὲ ἀφοδεύων ἦν.] Vulgo ὡς ἀφοδεύων δὲ ἦν ὑπῆλθε. Cod. Marc. ὡς ἀφοδεύων ὑπῆλθε. — Mihi aut dandum visum est, quod exhibui, aut ὡς δὲ ἀφοδεύοι scribendum. Neque vulgata, neque Marciani lectio sana est. Mox σμικρὸν ἐπίσχοντι Marc., μικρὸν ἐπισχ. cett.

καταψύχεσθαι ἐδόκει.] Vulgo κατὰ ψυχὴν ἐδόκει. Sed Lind. καταψύχειν. De his iam dixi ad § 8.; dubium non est, quin passivum dederit auctor.

ἄση πλείων.] Vulg. πλείω, sed in Kühn. iam emendatum est, tum in cod. D. recte scriptum vidit Littréus.

πνεῦμα σμικρῷ πυκνότερον· καὶ θρασύτερον καὶ φιλοφρονέστερον τοῦ καιροῦ προσηγόρευε καὶ ἐδεξιοῦτο. Καί τινες λιποψυχίαι ἐδόκεον ἐπιγίγνεσθαι· προσφερόντων δέ τινων χυλοὺς καὶ τὸ ἀπὸ κρίμνων ὕδωρ, οὐκ ἔλῃγε, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα πρὸς τὴν ἑσπέρην ὑπερπουλὺ ἦν καὶ ῥιπτασμὸς πουλύς· καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ καὶ ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ μεταῤῥίπτων ἑωυτὸν, οὐδένα χρόνον ἀτρεμίζειν δυνατὸς ἦν· πόδες ψυχροί· ἐν κροτάφοισι καὶ κεφαλῇ θέρμη μᾶλλον, ὑπογύου τῆς τελευτῆς, καὶ ἱδρώτια πονηρά· καὶ πίνοντι τὰ τοῦ ψόφου περί τε στήθεα καὶ κοιλίην κατιόντος τοῦ πόματος· φάμενος δὲ θέλειν τι ἑωυτῷ ὑπελθεῖν καὶ ἀτενίσας τοῖς ὄμμασι, οὐ πολὺ ἐπισχὼν ἐτελεύτησε.

ια'. Τῇ Ἑρμοπτολέμου χειμῶνος πυρετὸς καὶ κεφαλῆς ἀλγήματα· καὶ ὁπότε πίοι, ὡς χαλεπῶς καταπιοῦσα ἐξανέστη καὶ τὴν καρδίην οἱ γυιοῦσθαι ἔφη· γλῶσσα πελιδνὴ ἀπ' ἀρχῆς. Ἡ δὲ πρόφασις ἐδόκει ἐκ φρίκης μετὰ λουτρὸν γενέσθαι. Ἄγρυπνος καὶ νύκτα καὶ ἡμέρην· μετὰ τὰς πρώτας ἡμέρας ἐρωτωμένη, οὐκ ἔτι κεφαλὴν, ἀλλ' ὅλον τὸ σῶμα πονέειν ἔφη· δίψα ὁτὲ μὲν κατακορὴς, ὁτὲ δὲ μετρίη. Πέμπτῃ καὶ ἕκτῃ καὶ μέχρι τῆς ἐνάτης σχεδὸν παραλήρησις, καὶ αὐτὴ πρὸς ἑωυτὴν ἐλάλει μετὰ κώματος ἡμιτε-

et corporis inquies, iactatio maior et spiratio paulo crebrior erat, confidentius et humanius quam occasio ferret homines alloquebatur et excipiebat et quaedam animi deliquia accedere videbantur. Quibusdam autem sorbitiones ex hordeo et aquam, in qua farina crassior macerata, offerentibus, non desiit, verum difficultas spirandi sub vesperam admodum magna erat et corporis iactatio vehemens ac in dextrum et sinistrum sese disiiciens nullo tempore quiescebat, pedes frigidi, tempora et caput magis incalescebant, instante iam morte, pravisque sudoribus parvis diffluebant. Cum biberet circa pectus et ventrem demissi potus strepitus percipiebatur. Ubi vero sibi aliquid infra demitti velle dixisset, defixis oculis non longa interposita mora vitam finivit.

11. Hermoptolemi uxorem hieme febris et capitis dolores prehenderunt, cumque biberet quam difficillime devorans potionem exsurgebat et corde se non valere dixit; lingua ab initio livida fuit. Morbi autem occasio ex horrore post balneum nata visa est. Nocte et die insomnis erat, post primos dies interrogata se iam non solum capite, sed etiam toto corpore laborare dixit. Sitis interdum quidem summe intensa, interdum etiam moderata erat. Quinto, sexto et ad nonum usque diem fere delirium, et secum semiperfecta loquebatur cum

φιλοφρονέστερον.] Ita de meo scripsi pro φιλοφρονώτερον ceterorum, quemadmodum ἀφρονέστερος, non ἀφρονώτερος in usu est.

καὶ τὸ ἀπὸ κρ. ὕδωρ.] Marc. τό om.

καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ καὶ ἐπὶ τὰ ἀριστερά.] Littréus ex hac vulgata cod. D. fide omisit ἐπί ante τὰ ἀριστερά. — Aliquot libri μεταπίπτων καὶ μεταῤῥίπτων.

καὶ ἱδρώτια πονηρά.] Vulgata habet πολλά, Littr. e libris H. I. K. πονηρά recepit, sicuti § 7. ἱδρῶτες πονηροί memorantur. Equidem propter πονηρός § 17. saepius vitiose illatum paene incertus sum, quid verum sit. Paulo superius κεφαλῇ a Littr. datum est e cod. H. et cum Lind. pro κεφαλῆς.

τεῦ πόματος.] Ceteri pone πόματος adscripta habent vocabula οἷον δὲ κάκιστον, quae mihi videntur referre adn. marginalem, quam recentior aliquis forma οἷον δὴ κάκιστον i. e. „quale quid pessimum est" adposuerit. Nimirum narrationis cursum misere impedit et perinepte animadversio additur, postquam scriptor dixerat ὑπογύου τῆς τελευτῆς; unde abunde constat emblema esse alienum.

χειμῶνος.] χειμῶνος ὥρῃ vulgo; sed Marc. om. ὥρῃ.

11. κεφαλῆς ἀλγήματα· καὶ ὁπότε πίοι, ὡς χαλεπῶς καταπιοῦσα ἐξανέστη κ. τ. λ.] Unus cod. K. ἄλγημα. Formulam ὡς χαλεπῶς καταπιοῦσα Calvus reddit „tanquam difficulter devorans." Corn. „ut quae difficulter deglutiret." Foës. „tanquam difficulter deglutiens." Littr. „elle semblait avaler avec difficulté." — Vereor ut recte: me iudice ὡς χαλεπῶς hic *quam difficillime*, *perdifficulter* significat, non solum enim eo sensu cum superlativo, sed interdum etiam cum positivo ὡς construitur. Cf. Vig. p. 562. Ed. Herm. Matth. §. 461.

καὶ τὴν καρδίην οἱ γυιοῦσθαι ἔφη.] Pro οἱ γυιοῦσθαι, quae Coraïs in epist. inedita ad Chardon de la Rochette emendatio est, apud Littr. memorata et ab ipso recepta, vulgata fert ὑγιᾶσθαι.

οὐκ ἔτι κεφαλὴν, ἀλλ' ὅλον τὸ σῶμα.] Edi solet οὐκ ἔτι μόνην κεφαλὴν ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸ σῶμα. In his μόνον Ald. — Cod. vero C. et Marc. οὐκ ἔτι κεφαλὴν, ἀλλ' ὅλον τὸ σ. — Non credo omissionem esse fortuitam, sed correctionem descriptoris.

καὶ αὐτὴ πρὸς ἑωυτὴν ἐλάλει.] Littr. ἑωυτήν pro vulg. αὐτήν e libb. Parr. invexit. Sed pro αὐτή, quod de meo

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 791 sur 880

©BIUM

λέα· καὶ τῇ χειρὶ ἔστι ὅτε ἐπωρέγετο πρὸς τὸ κονίημα, καὶ προσκεφάλαιόν τι ψυχρὸν ὑπεὸν τῇ κεφαλῇ τοῖσι στήθεσι προσεῖχε καὶ τὸ ἱμάτιον ἔστι ὅτε ἀπέρριπτε· καὶ ἐπὶ ὀφθαλμοῦ τοῦ δεξιοῦ τὸ ὕφαιμον ἦν καὶ δάκρυον ἦν· οὖρον δὲ, ὃ τοῖσι παισὶ πονηρόν ἐστι αἰεί. Ὑπεχώρει δὲ ἀπ' ἀρχῆς μὲν ὑπόκιρρα, ὕστερον δὲ ὑδατώδεα σφόδρα καὶ τοιουτόχροα. Ἐνδεκάτῃ ἐδόκει μετριώτερον θερμὴ εἶναι καὶ ἄδιψος ἔστι ὅτε ἐγένετο οὕτως, ὡς, εἰ μή τις διδοίη, οὐκ ἤτει. Ὕπνοι μετὰ τὸν πρῶτον χρόνον ἐγένοντο ἐπιεικῶς ἡμέρης, ἐς δὲ νύκτα ἄγρυπνος καὶ ἐπόνει μᾶλλον ἐς νύκτα. Ἐνάτῃ ἡ γαστὴρ ἐξεταράχθη ὑδατώδεα διαχωρήσασα, ὡσαύτως δὴ καὶ ἐνδεκάτῃ· τὰς δὲ ἐπιούσας ἐπιεικῶς πολλὴ ἡ διανάστασις καὶ τοιαύτη. Ἦσαν δὲ ἐν τῇσι πρόσθεν ἡμέρῃσι ἀκρηχολίαι καὶ κλαυθμοὶ, οἷον παιδαρίου, καὶ βοὴ, καὶ δείματα, καὶ περιβλέψιες, ὁπότε δὴ ἐκ τοῦ κώματος ἐγείροιτο. Τῇ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἔργον κατέχειν ἦν ἀναπηδῶσαν καὶ βοῶσαν ἐξαίφνης καὶ ξυντόνως, ὥσπερ ἂν ἐκ πληγῆς καὶ δεινῆς ὀδύνης καὶ φόβου, ὡς καταλαβών τις αὐτὴν κατάσχοι χρόνον ὀλίγον. εἶτα πάλιν ἡσυχίην τε εἶχε κεκωματισμένη καὶ ὑπνώσσουσα διετέλει οὐχ ὁρῶσα ὅλως, ἔστι δ' ὅτε οὐδὲ ἀκούουσα· μετέβαλε δὲ ἐς ἀμφότερα

sopore. Interdum manum ad parietis tectorium extendebat, et pulvinum quemdam frigidum, qui capiti suberat, etiam pectori admovebat, interdum etiam vestem stragulam reiiciebat et in oculo dextro subcruentum quiddam et lacrima inerat. Urina vero erat, qualis in pueris semper mala censetur. Circa initia quidem per alvum aliquantulum fulva demittebat, postea vero aquosa admodum atque eiusmodi coloris. Undecimo die mediocriter calere videbatur, ac interdum sitis expers in tantum erat, ut nisi quis daret, non peteret. Post primum tempus de die somnus moderate contingebat, noctu vero pervigil erat et ad noctem magis laborabat. Nono alvus emota est aquosa deiiciens, eodemque etiam modo undecimo. Sequentibus vero diebus fere crebra ad desidendum exsurrectio erat, eademque deiectio. Primis autem diebus excandescebat et eiulabat, instar puelli, clamabat et terrebatur, et ubi ex sopore excitaretur, circumspiciebat. Decimo quarto autem die eam derepente exsilientem acriterque vociferantem, velut plaga aliqua accepta aut ex gravi dolore et metu, continere difficile erat, adeo ut quis eam apprehensam pauco tempore detineret. Deinde rursus quietem agebat et sopore oppressa perpetuo dormiebat, nihil in totum videns, interdum vero neque audiens, per totumque illum

dedi, αὖθις habent ceteri, unus liber αὖτις, quod incongruum, quum antea id non fecisset et iam faceret in ipsa παραληρήσει. ἔστι ὅτε ἐπωρέγετο.] Vulg. ἐπορέγετο; illud Littr. e libris tribus Parr.

προσκεφάλαιον.] Sic Lind. et cod. C., unde etiam Littr. exhibuit; vulgo προσκέφαλον. Foës. tamen in ms. Regio pervetusto iam legit προσκεφαλέον τι. Sed quomodo dicetur προσκεφάλαιόν τι ψυχρὸν ἐνεὸν τῇ κεφαλῇ, ut habent ceteri? Προσκεφάλαιον non ἔνεστι sed ὕπεστι τῇ κεφαλῇ; itaque ὑπεόν repono. Sed praeterea delevi καί ante τοῖσι στήθεσι, nam manifesto illatum est a descriptore, qui quid fieri diceretur non intelligeret: nempe aeger pulvinar, quod capiti suppositum erat, pectori admovit.

καὶ ἐπὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ δεξιοῦ τὸ ὕφαιμον ἦν καὶ δάκρυον ἦν, οὖρον δὲ κ. τ. λ.] Omnes hic τὸ ὕφαιμον, quod legitur etiam § 5. supra, ubi vide adnn. — Nisi alterum illum locum haberemus, qui me dubitare facit de utroque, hic τι ὕφαιμον scripsissem, quod Foësius, cuius Latina servavi, expressit. Saepe sane τό et τι confusa vidi in Hipp.

οὖρον, ὃ τοῖσι παισὶ πονηρόν ἐστι αἰεί..] Quae species sit urinae, quam innuat, incertum. Respicitne forte eam, cuius mentio facta in Progn. § 22. Θανατωδέστερα δὲ τῶν οὔρων τά τε δυσώδεα καὶ ὑδατώδεα καὶ μέλανα καὶ παχέα. ἔστι δὲ τοῖσι μὲν ἀνδράσι καὶ τῇσι γυναιξὶ τὰ μέλανα τῶν οὔρων κάκιστα, τοῖσι δὲ παιδίοισι τὰ ὑδατώδεα. — Cod. Marc. ὅ ante τοῖσι παισί om.

ἐδόκει μετριώτερον θερμὴ εἶναι.] μετριωτέρη εἶναι θέρμη altera paucorum librorum lectio est. Marc. μετριωτέρη θέρμη εἶναι.

ἄγρυπνος.] ἄϋπνος Lind. et mss. duo.

ἐνάτῃ ἡ γαστὴρ ἐξεταράχθη ὑδατώδεα διαχωρήσασα· ὡσαύτως δὴ καὶ ἐνδεκάτῃ.] Cod. C. et Marc. in his om. διαχωρήσασα ὡσαύτως δή. Neque hoc fortuito factum, sed consulto; sed si ista omittas, legendum erit ἐνάτῃ ἡ γαστὴρ ἐξεταράχθη ὑδατώδεσι καὶ ἑνδεκάτῃ, — forte καὶ δεκάτῃ, quod C. et Marc. et plures libri Parr. habent.

ὁπότε δὴ ἐκ τοῦ κώματος ἐγείροιτο.] Cod. C. et Marc. δή om.; ἐγείροιτο Littr. e mss., vulgo ἐγείρετο.

τῇ δὲ τεσσαρεσκαιδ.] τῇ δέ om. cod. C.

κεκωματισμένη.] Sic Littr. e cod. C.: vulgo καὶ κωματισμένη.

καὶ ὑπνώσσουσα.] Est codicis C. lectio a Littréo recepta pro ὕπνουσα sine καί vulgatae. Nescio tamen an non praestet καὶ κεκωματισμένη ὑπνώσσουσα διετέλει κ. τ. λ.

μετέβαλε.] Sic cod. Par. K.; cett. μετέβαλλε.

βόρυβόν τε καὶ ἡσυχίην πυκνὰ σχεδὸν ὅλην τὴν ἡμέρην ταύτην· ἐς νύκτα δὲ τὴν ἐπομένην ὑπῆλθέ τι ὔφαιμον οἷον μυξῶδες καὶ πάλιν οἷον ἰλυῶδες, μετὰ δὲ πρασοειδέα σφόδρα καὶ μέλανα. Τῇ δὲ πεντεκαιδεκάτῃ ὀξεῖς ῥιπτασμοί· καὶ ὁ φόβος καὶ ἡ βοὴ ἐγένετο ἤπιος, παρηκολούθει δὲ τὸ ἀγριοῦσθαι καὶ τὸ βυμαίνειν καὶ κλαίειν, εἰ μή οἱ ταχέως ὅ τι βούλοιτο ὀρεχθείη· καὶ ἐπεγίγνωσκε μὲν πάντας καὶ πάντα ἤδη μετὰ τὰς πρώτας αὖτις ἡμέρας· καὶ τὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ κατέστη· ἡ δὲ μανίη καὶ ἡ παρὰ καιρὸν βοὴ καὶ ἡ μεταβολὴ ἡ εἰρημένη ἐς τὸ κῶμα παρηκολούθει· ἤκουε ἀνωμάλως τὰ μὲν σφόδρα καὶ εἰ σμικρόν τις λέγοι, ἐπ' ἐνίων δὲ μέζον ἔδει διαλέγεσθαι· πόδες αἰεὶ ὁμαλῶς τῷ ἄλλῳ σώματι θερμοὶ ἔς τε τὰς τελευταίας ἡμέρας· τῇ δὲ ἐκκαιδεκάτῃ ἧσσον. Ἑπτακαιδεκάτῃ μετριώτερον τῶν ἄλλων ἡμερῶν ἔχουσα ἐς νύκτα ὡς φρίκης αὐτῇ γενομένης ξυνάγουσα ἐπυρέτηνε μᾶλλον καὶ ἡ δίψα πολλὴ ἦν· τὰ δ' ἄλλα ὁμοῖα παρηκολούθει· τρόμοι δὲ περὶ τὰς χεῖρας ἐγένοντο καὶ κεφαλὴν ὑπέσειε ὁπότε πίοι, καὶ αἱ ἐμβλέψιες τῶν ὀφθαλμῶν πονηραί· καὶ ἡ δίψα ἰσχυρή· πιέουσα πάλιν ἤτει καὶ ἥρπαζε καὶ λάβρως ἔπινε, ἀποσπάσαι δὲ οὐκ ἠδύναντο· γλῶσσα ξηρὴ, ἐρυθρὴ σφόδρα καὶ τὸ στόμα ὅλον καὶ τὰ χείλεα καθηλκωμένα καὶ ξηρά· καὶ τὰς χεῖρας ἀμφο-

diem tum ad tumultum, tum ad quietem saepe transiit. Nocte autem sequente subcruentum quiddam per alvum subiit, veluti mucosum, rursusque tandem limosum, postea vero porracea admodum et nigra. Decimo quinto die vehementes corporis iactationes et metus et clamor remissus erat. Consequebatur autem efferatio et excandescentia et eiulatus, nisi ipsi cito quod vellet exhibitum esset. Tandem rursus a primis diebus omnes et omnia cognoscebat et quod in oculo erat conquievit, furor vero et vociferatio praedictaque mutatio ad soporem consequebatur. Inaequalis erat auditio, partim quidem vehemens, etiamsi quid submisse diceretur, aliis vero temporibus clariore voce loqui oportebat. Pedes semper aequaliter cum reliquo corpore calidi ad extremos usque dies, verum decimo sexto die minus. Decimo septimo cum moderatius quam ceteris diebus haberet, sub noctem velut horrore suborto se contrahens, magis febricitabat, plurimumque sitiebat et reliqua similia consequebantur. Manuum tremores fiebant et caput quum biberet succutiebat, oculorum intuitus pravus et sitis vehemens; ubi bibisset, rursus exposcebat et arripiebat et abunde bibebat, neque avellere eam poterant. Lingua sicca valdeque rubra erat totumque os ac labra exulcerata et sicca, manum utramque tremulam ori admovebat cum manducaret et

ὑπῆλθέ τι ὔφαιμον.] Vulgo ὑπῆλθέ τι καὶ ὔφαιμον; sed Littr. cum cod. C. καί om. Etiam in Marc. καί abest.

καὶ ὁ φόβος καὶ ἡ βοὴ ἐγένετο ἤπιος.] Sic de meo scripsi pro οἱ φόβοι ceterorum; quodsi malis καὶ οἱ φόβοι καὶ ἡ βοὴ ἐγένοντο ἤπιοι, non multum sane adversabor; sed puto tamen potius φόβοι natum esse e superiore ῥιπτασμοί, quam contra factum, ut ἐγένετο ἤπιος e plurali sit natum. — Pro vulg. ἐγένετο Littr. ἐγίνετο e codd. F. H.

ὀρεχθείη.] Haec vulg. est lectio, sed mss. Parr. et cod. Marcianus et Aldus ῥεχθείη, quod Littréus exhibuit. Antecedit autem βούλοιτο, itaque ō facile omitti potuit; quod potius in ea lect. factum puto, quam adhaesisse verbo nostro ab antecedente in vulgata.

μετὰ τὰς πρώτας αὖτις ἡμέρας.] In his de meo articulum τάς dedi et vero εὐθύς, quod incongruum est, in αὖθις (αὖτις) mutavi. Sic demum antecedens ἤδη bene habet; ἤδη — αὖτις, hoc est *tandem — rursus*.

ἡ δὲ μανίη καὶ ἡ παρὰ καιρὸν βοὴ κ. τ. λ.] Vulgo ἡ δὲ μανίη παρὰ καιρὸν καὶ ἡ βοὴ κ. τ. λ. Sed vellem doceri quae μανίη accidat κατὰ καιρόν! Itaque voces transposui. Cod. C. cum Marciano aliam emendationem exhibet ἡ δὲ μ. καὶ τὸ παρὰ καιρόν. Idem liber postea καὶ ἡ μεταβολὴ om.

ἐς τὸ κῶμα παρηκολούθει.] Vulgo παρηκολούθει ἐς τὸ κῶμα; de meo transposui.

μέζον ἔδει διαλέγεσθαι.] Sic Littr. e septem codd. Parr., vulgo ἐδόκει. Lind. ἐδόκει [δεῖν] διαλέγεσθαι.

τῇ δὲ ἐκκαιδ.] Cod. C. ἑξκαιδ.

καὶ κεφαλὴν ὑπέσειε ὁπότε πίοι καὶ αἱ ἐμβλ. κ. τ. λ.] In his vulgo abest ὁπότε πίοι, sed pro eo Littréus e cod. C. intulit ὑπώπια, quod hic incongruum. Cobetus e Marciano mihi excerpsit: κεφαλὴν ὑπέσειεν ὁπότε πίοι καὶ ἐμβλ. ὀφθ. πονηρὴ καὶ ἡ δίψα ἰ. ποιέουσα. Alterutrum factum esse debet, aut lectio depravata est in cod. C., aut male legit scripturam libri Littréus; in reliquis certe rursus horum duorum codicum lectiones conspirant.

καὶ λάβρως ἔπινε] λάβρως recepi pro λαύρως e libris septem Parr.; vulgo ἔπιε; sed ἔπινε Littr. dedit e codd. Parr. Paulo post δέ ante οὐκ ἠδύναντο in cod. K. om. itemque in Marciano.

καθηλκωμένα.] Libri quinque καθελκωμένα, licet quatuor ex iis accentum male positum habeant. Moneo quia supra inter ἐπωρέγετο et ἐπορέγετο fluctuatio est, et fieri possit, ut in augmenti neglectu Ionismus lateat; etiam Marcianus καθελκωμένα, ξηρά omisso καί.

©BIUM

τέρας ἐπὶ τὸ στόμα φέρουσα ἐμασᾶτο τρομώδης ἐοῦσα καὶ εἴ τι προσενέγκαι τις μασήσασθαι ἢ ῥυφήσασθαι, λάβρως καὶ μανικῶς κατέπινε καὶ ἐρρύφαινε καὶ τὰ περὶ τὴν ὄψιν πονηρά. Ἡμέρῃσι δὲ τρισὶ ἢ τέσσαρσι πρὸ τῆς τελευτῆς φρῖκαί τε αὐτῇ ἔστι ὅτε ἐνέπιπτον, ὥστε ξυνάγειν τὸ σῶμα καὶ ξυγκαλύπτεσθαι καὶ πνευστιᾶν· τετανά τε τὰ σκέλεα καὶ ψύξις ποδῶν· ἡ δίψα δὲ ὁμοίη καὶ τὰ περὶ τὴν διάνοιαν ὁμοῖα· καὶ ἐξαναστάσιες ἢ διὰ κενῆς, ἢ σμικρὰ καὶ λεπτὰ μετά τινος βραχέος τόνου. Τῇ δὲ τελευταίῃ, τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τὸ ὄμμα μέγα τὸ πρωΐ ἦν καὶ περίβλεψις βραχεῖα καὶ ἠσυχίην ἔσχε ἔστι ὅτε καὶ ἄνευ τοῦ ξυγκεκαλύφθαι τε καὶ κεκωματίσθαι. Πρὸς δὲ τὴν ἑσπέρην τοῦ δεξιοῦ ὄμματος κίνησις οἵη ὀρεούσης, ἤ τινος βουλήσιος, ἐκ τοῦ ἔξω κανθοῦ πρὸς ῥῖνα· καὶ ἐπεγίγνωσκέ τε καὶ πρὸς τὸ ἐρωτώμενον ὑπεκρίνετο· φωνὴ μὲν τὰ πολλὰ ὑπότραυλος καὶ ὑπὸ τῆς βοῆς ἀπερρωγυῖα καὶ βραγχώδης.

ιβ'. Τῷ Ἀμφιφράδεος θέρεος πλευροῦ ἀριστεροῦ ὀδύνη καὶ βὴξ καὶ ὑποχωρήματα πολλὰ, ὑδατώδεα καὶ ὑπόχολα. Ὁ πυρετὸς ἐδόκει λῆξαι περὶ ἑβδόμην· ἡ βὴξ δ' ἐνῆν· χρῶμα ὑπόλευκον καὶ ὕπωχρον. Περὶ δὲ τὰς δώδεκα ὑπόχλωρον ἔπτυε· τὸ πνεῦμα, προϊόντος τοῦ νοσήματος, αἰεὶ πυκνότερον καὶ ἄσθμα ὑποκερχνάλεον περὶ στήθεα καὶ ἀρ-

si quid manducandum aut sorbendum porrigeretur, avide ac furiose deglutiebat et sorbebat; oculorum obtutus pravus erat. Ante mortem autem tribus aut quatuor diebus tantus interdum horror incidebat, ut corpus contraheret et contegeret anhelansque respiraret, crurum distentiones et pedum frigus aderat. Sitis vero et mentis affectiones eaedem perseverabant et ad desidendum exsurrectiones aut inanes erant, aut pauca et tenuia cum modico quodam conatu demittebantur. Ad extremum tertio et vigesimo die oculus mane magnus erat, brevisque circumspectio et quietem agebat interdum vel absque integumentis et sopore, sub vesperum autem oculus dexter, tanquam cerneret aut quid vellet, ab externo angulo ad nasum movebatur, cognoscebatque et ad interrogata respondebat. Vox plerumque aliquantulum balbutiens, ac prae clamore fracta et rauca.

12. Amphiphradis puerum aestate lateris dolor sinistri et tussis prehendit. Multa aquosa et aliquantulum biliosa per alvum deiiciebantur. Circa septimum diem febris desiisse videbatur, tussis vero aderat et color subalbidus, aliquantulum pallidus. Ad duodecimum aliquantulum ex virore pallescens exspuebat. Procedente morbo spiratio densior semper fuit et creber anhelitus

ἐμασᾶτο.] Sic plures codd. Parr. et Kühn.; Littr. ἐμασσᾶτο. Sed operae pretium est Calvi Latina et Foësii adn. ad h. l. inspicere. Ille: „manusque utrasque ad os admovebat, sacrificabatque (sic), quamvisque tremeret." Hic vero: „Calvus pro ἐμασσᾶτο (quae est omnium exemplarium lectio) ἐχάραττε, aut aliud quid tale legisse videtur, nam pro manducatione scarificationem posuit. Et certe manducatio huc parum quadrat." Foës. dein comparat Hesychii μασᾶσθαι. ἐφάψασθαι desumtum ex Odyss. λ. 591., quod tamen non multum lucis adfert. Sed quaero num re ipsa vitiosum sit ἐμασᾶτο? Potuit aegrotans manus tremulas ad os admovere et manducationis speciem maxillae motu referre, ut significaret se aliquid comedendum desiderare, potueruntque adstantes id videntes ei obferre aliquid μασήσασθαι; nihil in his offendit. — Ut supra item paulo post μασήσασθαι e pluribus codd. dedi, ubi μασσήσασθαι Littr. Dein pro vulg. λαύρως libri duo praebuerunt λάβρως.

ἐρρύφαινε] ἐρύφανεν vulg. ἐρρύφανε Littr. e libris plurimis. Quum praecedat ἔπινε, repono ἐρρύφαινε. Cod. Marc. ἐρύμφανε.

τετανά τε τὰ σκέλεα καὶ ψύξις ποδῶν.] Vulgo τέτανοί τε τὰ σκέλεα, in quo vitium latet: τέτανοι substantivum habetur, τετανοί adiectivum. Neutrum horum eo genere et numero congruit. Simplicissima medela visa est τετανοί in adiectivum τετανά mutare; nisi forte malis τετανή, ut ad mulierem referatur; οἱ et ἡ item saepe confunduntur. Lind. alio ordine haec verba dedit, quem tamen non praefero.

ὑπεκρίνετο.] Vulgo ἀπεκρίνετο: cod. C. et Marc. ὑπεκρίνετο, quod recepi cum Littr. — Paulo ante καὶ ἐπεγίγνωσκε e cod. Marc. scripsi, in quo tamen τε, quod sequitur, omissum est. Vulgata καί eo loco non habet.

φωνὴ μὲν τὰ πολλὰ ὑπότραυλος.] Mirabar vulgatum μετὰ πολλά, quippe non satis sciens quid sibi vellet. Tandem existimavi e μὲν τά esse ortum μετά, ita ut illud edendum describerem. — Non prorsus certus sum non in fine huius historiae aliquid deësse; finis se habet, quasi abrumpi potius quam absolvi videatur.

12. Ὁ πυρετός.] Vulg. καὶ ὁ π.; copulam cum cod. C. om. Littr.

ἡ βὴξ δ' ἐνῆν.] Codd. 4. ἐνῆν, inter quos C.; vulgo ἔνι. De meo interposui δ'. Etiam Marc. ἡ βὴξ ἐνῆν.

καὶ ἄσθμα ὑποκερχνάλεον περὶ στήθεα καὶ ἀρτηρίην.]

τηρίην. Ῥυφήμασι ἐχρῆτο ἔμφρων ἅπαντα τὸν χρόνον· Περὶ δὲ εἰκοστὴν ὀγδόην ἐτελεύτησε· ἱδρῶτες ἔστι ὅτε ἐγένοντο ἔξω .....

ιγ'. Τῷ καπήλῳ τῷ περιπνευμονικῷ ἡ κοιλίη εὐθὺς ὑπῆει. Περὶ τετάρτην ἱδρὼς πουλύς· ἐδόκει λῆξαι τὸ πυρέτιον· τὸ βηχίον οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν. Πέμπτῃ καὶ ἕκτῃ καὶ ἑβδόμῃ ἐπεῖχε ὁ πυρετός. Ἱδρὼς ὀγδόῃ. Ἐνάτῃ ἀπεχρέμψατο ὠχρόν. Δεκάτῃ ἦει ἀλὲς, οὐ πολλάκις. Περὶ ἑνδεκάτην ἠπιώτερος. Τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ὑγιής.

ιδ'. Ἑρμοπτολέμῳ μετὰ Πλειάδος δύσιν πυρετὸς· βὴξ οὐ πάνυ· γλῶσσα δὲ περιπνευμονική. Ἐνάτῃ ἐξίδρωσε ὅλος κατεψύχθη τε ὡς ἐδόκει· προσήνεγκον αὐτῷ χυλόν· περὶ μέσον ἡμέρης ἐθερμαίνετο. Ἑνδεκάτῃ ἱδρὼς, καὶ ἡ κοιλίη ἐξυγραίνετο· κατάχολα ὑποχωρήματα· βηχίον ἐπεγένετο. Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ὠχρὸν ἀπεχρέμψατο καὶ ῥεγχώδης ἦν· ἔμφρων δὲ πάντα τὸν χρόνον ἐὼν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἐτελεύτησε.

ιε'. Ἕτερός τις ἐπὶ τοῦ ὑπερῴου ῥεγχώδης· γλῶσσα ξηρὴ, περιπνευμονική· ἔμφρων ἐτελεύτησε.

cum stridula quadam ad pectus et arteriam asperitate. Sorbitionibus utebatur totoque tempore mente constabat. Ad octavum et vigesimum diem exstinctus est; interdum sudores apparuerunt extra.....

13. Cauponi peripneumonia laboranti alvus statim subiit; ad quartum diem sudor multus obortus est, febricula cessasse videbatur; tussicula prope nulla erat. Quinto, sexto et septimo die febris detinebat, octavo sudor, nono pallidum exscreavit. Decimo abunde alvus demittebat, non saepe; ad undecimum levius habuit. Decimo quarto convaluit.

14. Hermoptolemo post vergiliarum occasum febris; tussis non admodum infestabat; lingua vero qualis pulmonum inflammatione laborantibus. Nono die exsudavit totus et frigescere videbatur, oblata est sorbitiuncula ex hordeo; circa meridiem incaluit. Undecimo sudor et alvus liquida facta; deiectiones biliosae; tussicula suborta est. Decimo quarto pallidum exscreavit, stertor aderat. Decimo vero quinto, quum toto tempore mente constitisset, est mortuus.

15. *Locus incertae lectionis.*

Cod. C. om. καὶ ἄσθμα. — Vulgo καὶ ὑποκερχάλεον; mihi καί abundare videtur; sin servare velis, debebis ὑποκερχνάλεος scribere, ut ad aegrum referatur epitheton, quae ratio tamen non praeplacet. Cod. C. ὑποκαρχάλεον. Eidem libro debetur ἀρτηρίην, ceteris praeter Littr. ἀρτηρίας habentibus.

περὶ δὲ εἰκ.] Cod. C. om. δέ. Marc.: περὶ εἰκοστὴν καὶ ὀγδ.

ἐγένοντο ἔξω....] Cod. D. aor. praebuit Littréo. Vulgo ἐγένοντο ἔξω. Κάπηλος, — sed cod. C. ἐγίνοντο. Ὁ ἔξω κ., quem sequitur Littr. — Equidem vulgatam veram omnino lect. referre puto, sed truncatam. Scriptum fuerit, ut opinor, ἱδρῶτες ἔστι. ὅτε ἐγένοντο ἔξω τῶν κρισίμων. Hinc lacunam notandam putavi. — Illa lectio cod. C. Ὁ ἔξω κάπηλος librarii, ut aliis in eodem cod. locis, est emendatio. Sed si tale quid re ipsa dandum esset, certe exspectares v. c. ὁ ἔξω τῆς πόλιος κάπηλος, vel ὁ ἔξω τῶν .... πυλέων κάπηλος, vel eiusmodi quid.

13. τῷ καπήλῳ τῷ περιπν.] Quae ceterorum sint lectt. ex adn. postrema ad locum antecedentem patet; ego de meo dativum pro nominativo exhibeo. Cod. C. om. articulum ante βηχίον; item om. ἦει ante ἀλές, uti ego scripsi, ceteris ἅλις legentibus. In fine loci vulgo ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, quod non fero; aut τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, aut ἐν τεσσαρεσκαίδεκα legendum est.

14. πυρετός·] πυρετὸς ἐπῆλθε codd. plurimi; sed Par. C. et Marcianus omm. ἐπῆλθε.

κατεψύχθη τε, ὡς ἐδόκει] τε additum est a Littr. e cod. C.; vulg. non habet. Hinc iunxerunt ὅλος κατεψύχθη Corn. et Foës., forte etiam Calvus. Malo tamen cum Littréo iungere ἐξίδρωσε ὅλος, sicuti in Epidd. I. et III. saepius ἱδρὼς δι' ὅλου. E cod. Marc. excerpsit Cobetus κατεψύχθη τελέως ἐδόκει προσήνεγκαν.

καὶ ἡ κοιλίη ἐξυγραίνετο.] Vulgo ἐξηραίνετο. quod Calvus omittere, aut non legisse videtur. Corn. „erupit" dedit; unde Lind. ἐρρήγνυτο. Littr. e cod. C. ἐξυγραίνετο, quod omnino in vulgata latet et in Marc. item legitur. De meo ἡ ante κοιλίη adscripsi.

κατάχολα — ἐπεγένετο.] In pluribus codd. Parr. haec omitti vidit Littr. Sed vulgo τὸ βηχίον ἐπεγ., quod displicet, quum de definita tussicula sermo non sit, ferrem βηχίον τι, sed malui articulum omittere.

ῥεγχώδης.] Sic Littréus e codd. C. H. K. Vulgo ῥεγχῶδες.

ἔμφρων δὲ πάντα τὸν χρόνον ἐὼν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἐτελεύτησε.] Vulgo καὶ τῇ (τῇ om. cod. C. et Marc.) πεντεκαιδεκάτῃ ἔμφρων δὲ πάντα τὸν χρόνον ἐὼν ἐτελεύτησε. Verba primum ordine turbata fuerunt, me iudice, dein καί ante τῇ illatum; revocavi ad pristinum ordinem. — Quod in cod. C. ἄφρων pro ἔμφρων legitur, correctioni deberi puto, sed ei tamen praeposterae, ut opinor, neque vero in Marc. legitur.

15. ἕτερος — ἐτελεύτησε.] Locus hic in apographo huius libri, quod alteram partem libri Epid. V. facit, scribitur hoc modo: καὶ ἑτέρῃ ἐπὶ τοῦ ὑπερῴου ῥεγχώδης· γλῶσσα ξηρὴ, περιπνευμονική· ἔμφρων (Bas. Ed. et Marc. ἔκφρων)

©BIUM

ις'. Καὶ Ποσειδώνιος, ἔτι τοῦ θέρεος ἐνισταμένου κατὰ στῆθος καὶ ὑποχόνδρια καὶ πλευρὸν ἐπόνει χρόνον πουλὺν ἄνευ πυρετῶν· πολλοῖσι δὲ ἔτεσι ἔμπροσθεν ἔμπυος ἐγένετο. Τοῦ δὲ χειμῶνος φρίξαντι ἐπέτεινε ἡ ὀδύνη καὶ τὸ πυρέτιον λεπτὸν καὶ ἀπόχρεμψις πυώδης, βὴξ κερχναλέη περὶ φάρυγγα καὶ ῥεγχώδης, ἔμφρων δὲ σφόδρα ἐὼν ἐτελεύτησε.

16. Posidonius etiam cum adhuc aestas impenderet, pectoris, praecordiorum ac lateris dolore citra febrem diu conflictatus est. Multis vero annis ante pus thoracis cavo collegerat. At per hiemem cum horrore correptus fuisset, dolor intendebatur et tenuis febricula; exscreatio purulenta erat et tussis cum stridula asperitate ad fauces et stertore; mentis autem valde compos mortuus est.

ιζ'. Τῷ δὲ Βαλοιείῖ ἐκ τοῦ ὄρεος πάντα ἡμαρτηκότι ἕκτῃ γλῶσσα ὑπέρυθρος καὶ κατὰ φωνὴν ἦν ἐν τῇ ῥέμβῃ· ὀφθαλμοὶ κεχρωσμένοι, πλέοντες ὥσπερ τῶν νυσταζόντων· τὸ χρῶμα καὶ τοῦ ἄλλου σώματος οὐκ ἰκτεριῶδες σφόδρα, ἀλλ' ὕπωχρον, πελιδνόν· φωνὴ ἀσαφής· γλῶσσα περιπνευμονική· οὐκ

17. Baliensi ex monte, quum omni modo aberravisset, lingua sexto die erat subrubra et voce vacillabat. Oculi colorati, natantes quales nictantium; reliqui etiam corporis color non admodum auriginosus, verum aliquantulum pallidus; lividus, vox obscura, lingua qualis pulmonum inflammatione laborantium, mens non

ἔθανε. — Iam vero mihi videtur casus re vera consequi debere Hermoptolemi casum, quemadmodum in Ep. VII. consequitur, non anginosae casum, qui infra § 18. huius libri habetur. Credo etiam mulieris tantum in altero illo apographo mentionem fieri, quia in casu antecedente ibi item mulier memoratur. Itaque probabile existimo, viri mentionem fecisse scriptorem, non mulieris. — Loci scriptura mihi incerta videtur: forte καί ex apographo Ep. V. est recipiendum; sed etiamsi recipias, non efficies, ut non miro modo oratio procedat, nam γλῶσσα ξηρὴ, περιπνευμονική illatum impedit orationis cursum. Ad finem historiae superioris apte adscripsisset auctor: καὶ ἕτερός τις ἐπὶ τοῦ ὑπερῴου ῥεγχώδης ἔμφρων ἐτελεύτησε. — Sed intermedia illa, de quibus dixi, incertum me reddunt, an non fragmentum habeamus loci, in quo plura morbi signa enumerata fuerint, quorum quum lacunis ortis nonnulla perierint, mancam orationem et difficulter procedentem iam nobis oblatam habemus.

16. ἔτι τοῦ θέρεος ἐνιστ.] Unus cod. D. ἐπί, sed in ἔτι mutatum alia manu. E Marciano h. l. excerptum video (ἐνισταμένου) ᾱ, — et dein πολὺν χρόνον. Sed in fine loci codd. C. H. Parr. ἔμφρων δὲ σφόδρα ἐὼν τεταρταῖος ἐτελεύτησε, quam lect. etiam e Marciano excerptam video, sed omisso τεταρταῖος. — Vulgo: ἔμφρων δὲ ἐὼν ἐτελεύτησε. Recepi quod e Marciano excerptum accepi.

17. Τῷ δὲ Βαλοιεῖ ἐκ τοῦ ὄρεος πάντα ἡμαρτηκότι ἕκτῃ γλῶσσα ὑπέρυθρος καὶ κατὰ φωνὴν ἦν ἐν τῇ ῥέμβῃ.] Vulgo: ὁ δὲ Βάλεως ἐκ τοῦ ὄρεος πάντα ἡμαρτηκὼς ιϑ γλῶσσα πονηρὴ, ὑπέρυθρος καὶ κατὰ φωνὴν ἦν ἐν τῇ ῥεμβίῃ. In quibus Βαλοῖος dedit Littréus: nempe βάλλεος cod. C. praebuit idemque habetur in Marciano, βάλεος sex alii; sed e Galeni Gloss. provocat ad Βαλοῖος) ὁ ἀπὸ Βαλοίας, πόλεως Μακεδονικῆς. Apud Steph. vero Byz. lego Βάλοιον. Πόλις Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν Βαλοιεύς. Quam formam, quum maiorem ei fidem tribuam, recepi; quod autem dativum pro nominativo, qui extra omnem structurae nexum in vulg. ponitur, scripsi, hac de re iam saepius alias dixi. — Quod attinet ad ἐκ τοῦ ὄρεος, statim adponam Foësii notulam: „Calvus, inquit, ὀρέος aut οὐρέος legisse videtur, cum eum mulo delapsum explicat et Erot. per dictionem ὀρεύς hanc videtur lect. agnoscere." Equidem secundum verborum apud Erot. ordinem existimo hunc re vera locum ex Epidd. libris respicere; sed Littr. e codd. nullam eiusmodi lectionem adnotat; tum vero ut Calvi interpretatio Graeca sibi respondentia haberet, legi deberet ἀπὸ τοῦ οὐρέος καταπεσών in vulgata. Itaque puto locum, ubi habitaret, vel in opere occupatus esset, designari. — De πάντα ἡμαρτηκώς item videndum: Calvus „per cuncta errans" reddit; Corn. „quum ex monte penitus aberrasset;" Foës. „cum mente penitus aberrasset," sed hic ἐκ τοῦ ὄρεος non reddit, ita ut *mente* in eius Latinis videatur lapsus calami, aut typothetae; certe in Oecon. „cum monte, inquit, penitus aberrasset, i. e. decidisset, lapsus esset." Littréus accipit de erroribus in diaeta commissis. Contuli locum e § 53. infra, quem Foës. in Oecon. item tractavit, sed ibi aliud quid quam quod hic respicitur, mihi indicari videtur. Licet non affirmare audeam rem certam esse, maxime tamen mihi arridet Littréi interpretatio. — Accedo ad diei numerum et iterum ad Foësium confugio, qui: „sic legunt, inquit, publicata exemplaria cum quibusdam mss., manifesto ut apparet vitio. Membranae reconditae et vetustiores ϛ', sexti diei notam apponunt, quam etiam lect. apponit Corn." Quod Foës. de numero ιϑ' manifesto vitioso loquitur, id factum est, quia infra solum vulgatam lectionem in diei obitus significatione viderat. Sed ego cum Lind. ϛ' dedi Foësii auctoritate; nam licet certo definiri dies non facile possit, morbus eiusmodi vix tamdiu protrahi potuisse videtur, ut vicesimo die demum aeger obiret. Incertum tamen numerum eo magis esse puto, quia mirum est historiam sexto die demum initium habere; itaque mecum reputare coepi, an forte una cum reliqua in libris huius casus corruptione, nonnulla principio perierint? — Deinceps vulgo apud omnes γλῶσσα πονηρὴ, ὑπέρυθρος, sed si animadverteris in hac hist. ter legi πονηρός locis, ubi abundat, facile concedes a recentiore interpolatum esse; itaque tum h. l., tum binis sequentibus φωνὴ πονηρὴ, ἀσαφής et πνεῦμα πρόχειρον πονηρόν, vocem e textu eximam. — Quod attinet ad καὶ κατὰ φωνὴν ἦν ἐν τῇ ῥέμβῃ, subiectum num sit ὁ Βαλοιεύς, an ἡ γλῶσσα, aliquando dubitavi, sed puto iam esse ipsum aegrum. Accepi autem, ut alii fecerunt, Latina Foësii servans.

ὀφθαλμοὶ — πλέοντες.] Qua de re illud πλέοντες accipiendum sit, mihi non satis apertum, an de motu quodam bulbi oculi, an de oculis lacrymosis, forte de utraque re simul.

φωνὴ ἀσαφής.] Illud πονηρή, quod omnes inter φωνή et ἀσαφής interponunt, delendum visum est, uti supra dixi.

ἔμφρων· πνεῦμα πρόχειρον, οὐ πυκνὸν, οὐδὲ μέγα· πόδες ψυχροὶ, λιβώδεις. Περὶ ἐνάτην ἐτελεύτησε.

ιη'. Ἡ κυναγχικὴ ἡ παρὰ Μέτωνι χεῖρα δεξιὴν καὶ σκέλος ἤλγησε· πυρέτιον ἐπεῖχε βληχρόν· πνιγμός· τρίτῃ ἐχάλασε. Τετάρτῃ σπασμώδης, ἄφωνος, ῥέγχος, ὀδόντων ξυνέρεισις, γνάθων ἔρευθος πλέον. Ἐτελεύτησε τῇ πέμπτῃ, ἢ ἕκτῃ· σημεῖον, — περὶ χεῖρα τὸ ὑποπέλιον.

ιθ'. Βίων ἐξ ὕδρωπος πολυχρονίου ἀπόσιτος ἐγένετο πολλὰς ἡμέρας καὶ στραγγουριώδης· ἐπὶ γούνατος ἀριστεροῦ ἀπόστημα ἐγένετο, ἐξεπύησε, ἐτελεύτησε.

κ'. Κτησιφῶν ἐκ χρόνου πολλοῦ καὶ πρότερον ὑδρωπικὸς καὶ σπληνώδης σφόδρα ξυν-

sibi constans; respiratio conspicua, non frequens, nec magna; pedes frigidi, lapidei, circa nonum diem mortuus est.

18. Anginosae apud Metona manus dextra crusque doluit, febricula parva eam detinebat; suffocatio aderat. Tertio die moderatius habuit. Quarto convulsione tentata, voce intercepta est; stertor, dentium collisio, malorum intensior rubor aderat. Die quinto sextove mortua est; — signum fuit, sublividum illud, quod in manu habebat.

19. Bion cum multo tempore aqua inter cutem laborasset, multis diebus cibum aversabatur et urinae stillicidio vexabatur. Ad genu sinistrum oborto abscessu et suppuratione facta mortuus est.

20. Ctesiphonti, quum ex longo tempore ante aqua inter cutem et lienis tumore laborasset,

πνεῦμα πρόχειρον οὐ πυκνὸν, οὐδὲ μέγα.] Cett. πνεῦμα πρὸς χεῖρα πονηρὸν, οὐ π., οὐδὲ μ.; in quibus πρὸς χεῖρα natum est e πρόχειρον, cf. Prorrh. I. 25., Coacam 252.; iam Foës. hos locos comparavit; πονηρόν, uti dixi, est insiticium.

περὶ ἐνάτην ἐτελεύτησε.] Sic scripsi cum vulgata. Littréus principio ἐννεακαιδεκάτῃ servans, hic εἰκοστήν dedit e duobus libris. Iterum in fine moneo historiam miro modo esse descriptam; narratio a sexto morbi die demum deducitur; huius diei et noni solum mentio fit; multum vereor ne lacunas habeat.

18. ἡ κυναγχικὴ ἡ παρὰ Μέτωνι.] Haec historia quoque in apographo ad calcem Ep. V. habebatur, ubi ἡ παρὰ M. non legitur, dum contra articulus ante κυναγχικὴ hic deficiebat. Utramque lect. coniunxi. Ceteri Μέτρωνι, quod iam correxeram ad exemplum nominis aegri 7. Ep. I., antequam videram Meinekium aut idem, quod dedi, aut Μήτρωνι velle. — Littr. in uno cod. Par. D. legit κυναγχικὸς ὁ παρὰ M.

καὶ σκέλος.] Copula vulgo abest; eam autem ex apographo Ep. V. adscivi. Lind. [τε καὶ] interposuit.

πυρέτιον ἐπεῖχε βληχρόν.] Pro βληχρόν hic legi solet βηχίον, sed apogr. Ep. V. habet πυρετὸς ἐπεῖχε βληχρός, unde reficienda nostra sum opinatus. Cod. C. πυρετὸν ἐ. βληχρόν.

πνιγμός· τρίτῃ ἐχάλασε.] Vulgo πνίγμα, sed cod. Marc. πνιγμός, nota sunt πνιγμὸς et πνίξ; πνίγμα subinde tum in Ep. spuriis tum in libris aliis nothis occurrit, unde in Lexica ex Hipp. recipitur. Sequor cod. Marc. et Ep. V. apographum. Ep. V. legebatur ὁ δὲ πνιγμὸς τριταίῃ ἐχάλασε.

τετάρτῃ σπασμώδης.] Vulgo ἑβδόμῃ, sed Lind., Littr. iam alterum numerum receperunt; monuit de vitiosa sibi visa lect. ἑβδόμῃ Foës. in adnn. — In Ep. V. item inter τετάρτῃ et ἑβδόμῃ fluctuat lectio. Iam vero dicam aperte me numeris in hac hist. morbi non magnam fidem tribuere. Nescio num recte habeant; mirum est si ipse, qui hist. descripsit, non novisset, quo die periisset aegrotans, iam vero πέμπτῃ, ἢ ἕκτῃ legis, quod fere librario potius tribuerim numeros distinguere nequeuntis; cui rei item tribuo varietatem lectionis in numero diei, quem iam quartum fecimus. — Lind., Littr. σπασμώδης e lib. V. Ep., ubi ms. Voss. σπασμός habet. Littr. in mss. pluribus Parr. item σπασμώδης legit; vulgo σπαραγμώδης.

ὀδόντων ξυνέρεισις] ὀδόντων ξύντριψις. Ep. V.

γνάθων ἔρευθος πλέον.] Cod. C. et Marc. πλέον addunt, ceteri non habent.

ἐτελεύτησε τῇ πέμπτῃ ἢ ἕκτῃ.] Vulgo οὗτος οὐ πουλὺ διαζήσας τῇ πέμπτῃ ἢ ἕκτῃ ἐτελεύτησε. Sed Ep. V. ἔθανε πεμπταίῃ ἢ ἑκταίῃ. Littréus e cod. C., qui tamen particulam disiunctivam om., dedit quod exhibeo. Lind. αὕτη οὐ πολὺ διαζήσασα κ. τ. λ. dedit. Equidem non sum certus de dierum numero, uti iam supra significavi, facile enim potest numerus septem supra veram referre lectionem, ut hic legendum sit: αὕτη οὐ πουλὺν χρόνον διαζήσασα ἐτελεύτησε sine numeris additis.

περὶ χεῖρα τὸ ὑποπέλιον.] Cod. C. et Marc. hic τό om., quod ad imitationem apographi Ep. V. factum videtur, credo τό servari posse eo sensu, quem Latine expressi. Sed non audeo affirmare non τό e τι esse ortum.

19. ἐξ ὕδρωπος πολυχρονίου.] Cett. ἐξ ὑδρωπικοῦ πολυχρ., quod tamen in rerum nexu h. l. ineptum mihi videtur et licet argumentis defendi possit, tamen non apte dictum erit. Itaque de meo ὕδρωπος repono. Exordium sequentis historiae morbi forte fecit, ut hic quoque ὑδρωπικοῦ pro ὕδρωπος scriberetur. Quid enim? ὑδρωπικοῦ ad ipsum aegrotantem referendum erit, nam νοσήματος subaudiri ita ut ὑδρωπικόν ponatur pro νόσημα ὑδρωπικόν, vix admittes, ego saltem non legere me memini; sed quae iam erit consecutio apta in ἐξ ὑδρωπικοῦ πολυχρονίου ἀπόσιτος ἐγένετο πολλὰς ἡμέρας? Nomen ὑδρωπικός et ἀπόσιτος et quod dein sequitur στραγγουριώδης nimis diversas referunt notiones, quam ut tali dictione utatur auctor.

20. Κτησιφῶν — σφόδρα ξυνεπληρώθη κ. τ. λ.] Equidem ita de coniectura constitui exordium huius hist. morbi, quod in libris corruptum est. Edi solet: Κτησιφῶν ὑδρωπικὸς ἐκ καύσου πολλοῦ καὶ πρότερον ὑδρωπικὸς καὶ σπληνώδης, σφόδρα ξυνεπληρώθη κ. τ. λ. Mirum hic est ἐκ

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 797 sur 880

©BIUM

επληρώθη καὶ ὄσχεον καὶ σκέλεα καὶ περιτόναιον. Ἐπὶ τῇ τελευτῇ βὴξ καὶ πνιγμοὶ ἐγένοντο ἐς νύκτα μᾶλλον ἀπὸ τοῦ πνεύμονος, ὥσπερ τοῖσι πνευμονώδεσι. Πρὸ δὲ τῆς τελευτῆς ἡμέρῃσι τρισὶ ἢ τέσσαρσι ῥῖγος, πυρετός· κατὰ μηρὸν δεξιὸν ἔσω, κατὰ φλέβα μέσην τὴν ἀπὸ τοῦ βουβῶνος, ὡς πυρὸς ἀγρίου ξύστρεμμα ὑποπέλιον ἔχον ἔρευθος· ἐς νύκτα καρδίης ἄλγος καὶ οὐ πολὺ ὕστερον ἀφωνίη· πνιγμὸς μετὰ ῥέγχους· ἐτελεύτησε.

κα'. Καὶ ὁ ἐν Ὀλύνθῳ ὑδρωπικὸς ἐξαίφνης ἄφωνος, ἔκφρων νύκτα καὶ ἡμέρην ἐτελεύτησε.

κβ'. Ὁ δὲ Προδρόμου θέρεος ὑπότραυλος, καυσώδης· ἡ γλῶσσα ὑπόξηρος, ἀσαφής· κάτω πολλὴ ἄφοδος· περιεγένετο.

κγ'. Λεωφορβίδῃ πυρετὸς ὀξὺς μετὰ χειμερινὰς τροπάς· ὑποχονδρίων καὶ κατὰ κοιλίην ἄλγημα· ὑποχωρήματα ὑγρὰ, χολώδεα, πολλά· καὶ μεθ' ἡμέρην κωματώδης· γλῶσσα περιπνευμονική· βὴξ οὐκ ἐνῆν. Δωδεκάτῃ μέλανα σμικρὰ καὶ πρασοειδέα ὑπεχώρησε. Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ λῆξαι τὸ πυρέτιον ἐδόκει· μετὰ δὲ ῥυφήμασι ἐχρήσατο. Ἐκκαιδεκάτῃ τὸ στόμα σφόδρα ἁλμῶδες καὶ ξηρὸν ἐγένετο· ἀκρέσπερον δὲ φρίκη, πυρετός. Μιῇ καὶ εἰκοστῇ περὶ μέσον ἡμέρης,

valde oppletum est scrotum, crura et peritonaeum. Sub finem tussis et suffocationes ad noctem contingebant ex pulmone magis, velut pulmonum vitio laborantibus. Tribus aut quatuor ante mortem diebus rigor, febris corripuerunt; ad femur dextrum parte interna iuxta venam mediam, quae ab inguine fertur, collectio velut ex igne agresti oborta est cum rubore sublivido. Ad noctem oris ventriculi dolor, neque multo post vox defecit; suffocatio cum stertore; mortuus est.

21. Olynthi quoque qui aqua inter cutem laborabat derepente voce defectus per diem et noctem mente captus mortuus est.

22. Prodromi puer per aestatem aliquantulum balbus febre ardente correptus; lingua subarida erat, obscure loquens; alvi multa deiectio; superstes fuit.

23. Leophorbidae post brumam febris acuta adfuit, praecordiorum et ventris dolor, deiectiones liquidae, biliosae, multae; interdiu sopore detinebatur; lingua qualis pulmonum inflammatione laborantibus; tussis non aderat. Duodecimo nigra, pauca et porracea alvo deiecit. Decimo quarto febricula desiisse videbatur; postea vero sorbitionibus utebatur. Decimo sexto os admodum salsum cum siccitate. Ineunte autem vespere horror et febris. Primo et vigesimo die ad meridiem rigor et sudor corripuit, fe-

καύσου πολλοῦ; non negligo § 24. legi πυρετὸς πουλύς, sed hic sponte cogitas ἐκ χρόνου πολλοῦ, quippe hydrops hic ortus dicitur ab auctore, quia σπληνώδης diu fuerat et ita sensim aquam collexerat. Quis scripserit ὑδρωπικὸς ἐκ καύσου πολλοῦ καὶ πρότερον ὑδρωπικὸς καὶ σπληνώδης? Vel repetitio nominis ὑδρωπικός vitium arguit. Itaque locum refeci, quemadmodum mihi ab auctore descriptus esse visus est.

καὶ ὄσχεον] καὶ ἰσχίον cod. C.; Calvus utrumque Latine expressit.

καὶ περιτόναιον.] Cett. καὶ περιτόναια, quod e sing. num. ortum propter praecedens σκέλεα. Copulam om. cod. C. et Marc., qui σκέλεα περιτονέα.

καὶ πνιγμοὶ ἐγένοντο.] Aor. dedit Littr. e mss. 3. Parr.; iam Lind. item exhibuerat pro vulg. ἐγίνοντο. Paulo post pro πνευμώδεσι libri duo σπληνώδεσι.

πρὸ δὲ τῆς τελευτῆς ἡμέρῃσι τρισὶ ἢ τέσσαρσι.] Haec codicis C. lectio est a Littréo recepta pro vulg. πρὸ δὲ ἡμέρης τῆς τελευτῆς τρισὶ ἢ τέτρασι. Vocabula transposita sunt in vulgata ac dein nominis casus mutatus. Marc. πρὸ τῆς δὲ τελευτῆς ἡμέρης τρισίν.

ἐτελεύτησε.] Vulgo καὶ ἐτελ. Malui cum Lind. omittere copulam.

21. καὶ ὁ ἐν Ὀλ.] Littr. e codd. Parr. ὁ adscripsit, quod in vulg. aberat; in Marc. item legitur. Ald. ἔμφρων legit. In apographo Ep. V. item in vulg. deficit articulus, sed item e mss. reposuit Littr.; ibi ad ἔκφρων nulla varietas lect. adnotabatur, neque in cod. V. reperi. Pro ἐτελεύτησε in Epid. V. legebatur ἔθανε.

22. ὁ δὲ Προδρόμου.] Pro ὁ plures libri Parr. et Marcianus ἡ. — Edd. antiquae πρὸ δρόμου, item cod. D. Vulgo γλῶσσά οἱ ὑποξ.; cum cod. C. et Marciano οἱ omittere malui.

23. Λεωφορβίδῃ.] Vulgo Λεωφορβείδῃ, unus cod. C. λεωφορκίδῃ, quod Calvus etiam expressit. Paulo post ὑποχονδρίων [τε] καὶ κατὰ κ. Lind.

ῥυφήμασι.] Hanc formam e mss. adnotavit Littr., et Aldus habet: frequens est in hoc libro; fert eam h. l. Marcianus; cod. C. ἐχρῆτο. Ante πυρέτιον de meo articulum adscripsi.

τὸ στόμα σφόδρα ἁλμῶδες.] De meo τό adposui. — Cod. C. σφόδρα om. — Lind. [καὶ] ξηρόν, unde copulam recepi.

ἀκρέσπερον.] Gal. in gl. ex h. l. ἀκρέσπερον· ἄκρας ἑσπέρας, τουτέστι πρώτης καὶ ἀρχομένης.

ῥῖγος καὶ ἱδρώς· τὸ πυρέτιον ἔλιγξε, θέρμη δὲ ὑπῆν λεπτή· ἐς νύκτα πάλιν ἱδρώς· καὶ εἰκοστῇ δευτέρῃ ἐς νύκτα ἱδρώς· καὶ ἡ θέρμη ἐχάλασε. Τῇσι δὲ ἔμπροσθεν πάσῃσι ἀνίδρωτος ἦν, ἡ δὲ κοιλίη ὑγράνθη καὶ ἐν τῇ ὕστερον δοκεύσῃ ὑποστροφῇ.

κδ'. Τῇ ἄνω οἰκούσῃ, τῇ τῷ Θεοκλέϊ προσηκούσῃ ὑπὸ πλῃϊάδα πυρετὸς ὀξύς. Ἕκτῃ ἐδόκει λῆξαι· ἐλούσατο ὡς πεπαυμένη. Ἑβδόμῃ πρωὶ γνάθος σφόδρα ἐρυθρὴ, ὁποτέρη οὐ μέμνημαι· ἐς τὴν ἑσπέρην ὁ πυρετὸς ἦλθε πουλὺς καὶ λιποψυχίη καὶ ἀφωνίη ἦν· οὐ πολὺ δὲ ὕστερον ἱδρὼς καὶ παῦσις ἑβδομαίη.

κε'. Καὶ τῇ Θεοδώρου σφοδρῷ ἐν πυρετῷ αἱμορραγίης γενομένης χειμῶνος, λήξαντος τοῦ πυρετοῦ περὶ δευτέρην, οὐ πολὺ ὕστερον πλευροῦ δεξιοῦ, ὡς ἀπὸ ὑστερέων, βάρος· καὶ πρῶτον δὲ ἐγεγόνει καὶ τὰς ἐχομένας ἡ ὀδύνη κατὰ στῆθος δεινή· καὶ πλευρὸν δεξιὸν πυριωμένη ἐχάλασε τεταρταίῃ τὰ ἀλγήματα· τὸ πνεῦμα πυκνότερον· ἡ ἀρτηρίη μόλις ἀναπνεούσῃ ὑπεσύριζε· κλίσις ὑπτίη, ὡς ἐπιστρέφεσθαι χαλεπῶς· ἐς νύκτα ὀξύτερος ὁ πυρετὸς καὶ λῆρος βραχὺς ἐγένετο. Πέμπτῃ πρωὶ ἐδόκει ἠπιώτερος εἶναι· ἱδρώτιον ἀπὸ μετώπου κατεχύθη ὀλίγον πρῶτον, ἔπειτα πουλὺν χρόνον ἐς ὅλον τὸ σῶμα καὶ πόδας·

bricula desiit; calor tamen suberat exiguus et sub noctem iterum sudor. Item vigesimo secundo die sudor calorque remisit. Prioribus autem diebus omnibus sine sudore fuit et alvus fuit humida etiam in ea, quae postea adfuisse visa est, morbi reversione.

24. Theoclis affinem, quae superne habitabat, sub vergilias febris acuta prehendit. Sexto desiisse visa est; lavit, tanquam desiisset. Septimo gena valde rubuit, utra non memini, sub vesperam febris multa contigit et animi ac vocis defectio aderat, neque vero multo post sudor ac cessatio a morbo septimo die.

25. Theodori coniugi quum in febre magna sanguinis e naribus profusio hieme contigisset; febrisque secundo die cessavisset, non longe postea lateris dextri, velut ex locis laborantibus, gravitas adfuit; ac primum quidem et dies sequentes gravis erat pectoris dolor et quum fomentum ad latus dextrum adhibitum esset, quarto die dolores remiserunt; spiratio frequentior. Spiranti arteria sibilum quemdam edebat, et cum supina iaceret, non nisi cum negotio convertebatur. Sub noctem febris vehementior et brevis desipientia exstitit. Quinto die matutino tempore mitior esse videbatur; parvus sudor e fronte primum modice diffusus est, deinde longo tempore per

δοκεύσῃ.] Vulgo δοκούσῃ, sed cod. C. et Marc. δοκεύσῃ, quod cum Littréo dedi.

24. τῇ ἄνω οἰκούσῃ.] Ceteri nominativo ἡ — οἰκοῦσα — προσήκουσα. — Vulgo Θεόκλη in mss., item in Edd. antt. Unus cod. H. Θεόκλει, quod Littr. exhibuit.

οὐ μέμνημαι.] Littr. in quinque codd. aut sex ὁμοῦ pro οὐ vidit, eandemque lect. e Marciano notatam video; credo errorem e vicinis μ̄ ortum esse.

ἐς τὴν ἑσπ.] Vulgo ἐν τῇ ἑσπ. Alterum illud dedit Lind. et vidit Littr. in mss., ego in Marciani lectt. Pro ἦλθε cod. C. et Marcianus ἦκε.

καὶ τῇ Θεοδώρου — κατὰ τὸ στῆθος δεινή.] Locum cum varr. lectt. describam e vulg. lect.: καὶ ἡ Θεοδώρου σφόδρα ἐν πυρετῷ αἱμορραγίης γενομένης (γινομ. C.) χειμῶνος λήξαντος δὲ τοῦ πυρετοῦ περὶ δευτέρην (θ' vulg.) οὐ πολὺ ὕστερον πλευροῦ δεξιοῦ ὡς ἀπὸ ὑστερέων βάρος· καὶ πρῶτον δὲ (δὲ om. C.; pro eo τότε Lind., idque e Calvo, uti videtur) ἐγεγόνει καὶ τὰς ἐχομένας ἡ ὀδύνη κατὰ στῆθος δεινή. In his multa offendunt: primum nominativus ἡ Θεοδώρου iterum extra omnem structurae nexum ponitur, itaque mutavi in dativum τῇ Θ. — Offendit porro σφόδρα, quippe aut σφοδρῷ, aut σφοδρῆς requiritur; posterius hoc consentit cum Foësii Latinis, illud cum Cornarii Latinis et Littréi versione. Equidem σφοδρῷ lego, tum quia ᾱ et ῶ saepius permutantur, tum quia § 32. lego: πυρετὸς οὐ πάνυ σφοδρός. Illud δέ pone λήξαντος abundat et e sententia pluribus modis corrupta eximendum est. Δευτέρης Foës. correxit, quem secuti sunt Lind., Littr. In verbis καὶ πρῶτον δὲ ἐγεγόνει καὶ τὰς ἐχομένας ἡ ὀδύνη δεινή non credo quidquam esse mutandum. Unde illud τότε Calvus dederit Latine et eum secutus Lind., minime constat, neque vero eo opus est; minime vero opus est, si seqq. recte distinguamus, quod non faciunt interpretes omnes.

καὶ πλευρὸν δεξιὸν πυριωμένη ἐχάλασε τεταρταίῃ τὰ ἀλγήματα.] Legi solet in his πυριωμένη nominativo; at dativum exposcit sibi rerum et verborum nexus. Tum vero in hisce interpunctionem vulgatae servavi, a qua Littr. ita deflexit, ut pone ἐχάλασε puncto distingueret et tum Τεταρταίῃ, τὰ ἀλγήματα scriberet. Quam rationem non probo.

κλίσις ὑπτίη ὡς ἐπιστρέφεσθαι χαλεπῶς.] Pro κλίσις vulgata καί, cod. Marc. καὶ σιη, cod. vero C. κλισίη, quod Littr. exhibuit, sed librarii terminationem adiectivi ὑπτίη etiam ad κλίσις transtulerunt, quod igitur revocavi, cf. § 80. Porro horum verborum in vulgata lectione structura vitio laborat: non intelligo κλίσις ὑπτίη ἐπιστρέφεσθαι χαλεπῶς, nam ἐπιστρέφεσθαι medium est. Itaque ὡς de meo interposui, quod nisi velis, pro infinitivo erit dandum ἐπεστρέφετο. — In superioribus Lind. τὸ [δὲ] πνεῦμα π.. [καὶ] ἡ ἀρτ.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 799 sur 880

©BIUM

μετὰ δὲ ταῦτα ἐδόκει αὐτῇ κεχαλακέναι τὸ πῦρ· ἦν δὲ πρὸς χεῖρα ψυχρότερον τὸ σῶμα· αἱ δὲ ἐν κροτάφοισι φλέβες καὶ μᾶλλον ἐπήδων καὶ τὸ πνεῦμα πυκνότερον ἦν καὶ ὑπελήρει ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε καὶ πάντα ἐπὶ τὸ χεῖρον. Γλῶσσα διὰ τέλεος λευκὴ λίην· ἧ τε βὴξ οὐκ ἐνῆν, ὅ τι μὴ τριταίῃ καὶ πεμπταίῃ ὀλίγον χρόνον· δίψα οὐκ ἐνῆν, πτυσμὸς δὲ ἦν· ὑποχόνδριον δεξιὸν σφόδρα ἐπῆρτο περὶ τὴν πέμπτην, μετὰ δὲ μαλθακώτερον. Ὑποχώρησις τριταίῃ ἀπὸ βαλάνου κόπρου ὀλίγης· πέμπτῃ πάλιν ὑγρὸν ὀλίγον· κοιλίη δὲ λαπαρή· οὖρα στριφνὰ, ὀποειδέα· ὄμματα ὡς κοπιώσης, χαλεπῶς περιέφερε καὶ ἀνέβλεπε. Πέμπτῃ ἐς νύκτα χαλεπῶς καὶ λῆρος. Ἕκτῃ πάλιν τὴν αὐτὴν ὥρην, περὶ πλήθουσαν ἀγορὴν, ἱδρὼς πουλὺς κατεχεῖτο ἀπὸ μετώπου ἀρχόμενος ἐς ὅλον τὸ σῶμα πουλὺν χρόνον· ἐμφρόνως διετίθετο τὰ ἑαυτῆς· πρὸς μέσον δὲ ἡμέρης σφόδρα ἐλήρει καὶ τὰ τῆς καταψύξιος ὁμοῖα, βαρύτερα δὲ τὰ κατὰ τὸν χρῶτα πάντα· πρὸς δὲ τὴν ἑσπέρην ἡ κνήμη αὐτῆς ἐκ τῆς κλίνης κατερρύη καὶ τῷ παιδὶ παραλόγως ἠπείλησέ τε

totum corpus et pedes. Post haec autem ipsi videbatur febris remisisse. Corpus autem ad manus contactum frigidius sentiebatur; venae vero in temporibus magis saliebant; spiratio crebrior erat, subindeque delirabat et cuncta deteriora evadebant. Lingua perpetuo admodum alba, neque tussis aderat, nisi pauco tempore tertio et quinto die; sitis non aderat, verum sputatio. Ad quintum diem praecordia dextra plurimum intumescebant, postea vero molliora reddebantur; tertio glande subdita stercus paucum deiecit, quinto rursus liquidum parum, venter autem mollis fuit; urinae densae, succum specie referentes; oculi tanquam delassatae, non nisi cum negotio eos circumferebat et suspiciebat. Quinto sub noctem gravius habebat et delirium aderat. Sexto rursus eadem hora, ea qua forum plenum esse solet, sudor multus dimanabat, a fronte ortum sumens in totum corpus diffundebatur multo tempore; composite sua negotia tractabat. Circa meridiem vero plurimum delirabat et perfrictio similis perseverabat, graviora autem circa corpus exstiterunt omnia; sub vesperum tibia ipsius ex cubili delapsa est

ἦν δὲ πρὸς χεῖρα ψυχρότερον τὸ σῶμα αἱ δὲ ἐν κροτάφοισι φλέβες καὶ μᾶλλον ἐπήδων κ. τ. λ.] In vulg. τὸ σῶμα ταῖς ἀρτηρίαις legitur; in cod. C. forma Ionica τῇσι ἀρτηρίῃσι alia manu adscribitur, teste Littréo, qui perineptum additamentum rectissime eiecit. Iam vero φλέβες suppleveram de meo, antequam videram Littréum monere id subintelligendum esse. At eiusmodi aposiopeses non dantur in Graecorum oratione; vocabulum periit, idque restituendum erat.

καὶ ὑπελήρει ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε.] Vulgo ἐπελήρει; e libris C. et H. emendavit Littr. — Advertit autem ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. Nam in libris aliis, in quibus Cnidiorum rationis vestigia legimus, item haec formula saepius recurrit. Cf. adnn. ad librum de V. A., qualem anno 1841. edidi.

πτυσμὸς δὲ ἦν.] δέ om. Marc.

ἐπῆρτο.] Cod. C. ἐπήρθη. Cod. Marc. ἐπῆρθαι.

ἀπὸ βαλάνου.] Marc. uti libri Parr. βαλανείου i. e. βαλανίου.

οὖρα στριφνὰ, ὀποειδέα.] Ceteri οὖρα στρυφνὰ, ὀποειδέα. Illud στρυφνά multa negotia fecit Foësio, quem cf. tum in adnn. ad h. l., tum in Oecon. — Equidem quomodo intelligi possit οὖρα στρυφνά non video, at nota est frequens permutatio vocabulorum στρυφνός et στριφνός; nec dubito, quin hoc nomen auctor usurpaverit. Ita habebimus urinas compactas, densas, crassas, quibus accommodatum est alterum quoque epitheton ὀποειδέα, et quod sub finem historiae morbi legitur, τὸ οὐρούμενον τῷ κάρφει εἴλκετο γλίσχρον, γονοειδές.

ὄμματα ὡς κοπιώσης, χαλεπῶς περιέφερε καὶ ἀνέβλεπε.] Ceteri χαλεπῶς ἀνέβλεπε καὶ περιέφερε, sed quum ad περιέφερε obiectum τὰ ὄμματα subintelligendum sit, id a superioribus interposito verbo intransitivo inepte seiungitur, quapropter inverso ordine utrumque verbum descripsi.

καὶ λῆρος.] Vulgo καὶ λῆρος εἵπετο, sed cod. C. et Marc. om. εἵπετο.

ἱδρὼς πουλὺς κατεχεῖτο.] Cod. C. οὐ κατείχετο, quod correctionem refert vulgati κατείχετο sine negatione. Sed iam Calvus „diffusus est." κατεχεῖτο sive corrigens, sive in ms. suo legens; Foës., Littr. de emendatione monent; hic eam recepit. E codicis C. lectione rursus patet hunc librum esse descriptum a viro intelligente, sed qui hic tamen emendatione minus felice locum tentavit.

ἀπὸ μετώπου ἀρχόμενος ἐς ὅλον τὸ σῶμα πουλὺν χρόνον· ἐμφρόνως διετίθετο τὰ ἑαυτῆς.] Corn. et Foës. iunxerunt πουλὺν χρόνον διετίθετο. Rectius tamen Calvus et Littr. distinxerunt. Sed insuper pro ἀρχόμενος ceteri ἤρχετο, quod corruptum visum est: non apte sibi consequuntur ἱδρὼς πουλὺς κατεχεῖτο· ἀπὸ μετώπου ἤρχετο ἐς ὅλον τὸ σῶμα πουλὺν χρόνον.. Iungendum erit ἤρχετο ἐς ὅλον τὸ σῶμα, quod incongruum. Itaque putavi huic difficultati subveniri posse ἀρχόμενος pro ἤρχετο legendo. Neque enim dubium quin ἤρχετο sit ab ἄρχομαι; aliis locis in hoc libro invectum vidi pro ἦει, quod tamen h. l. non factum. Nam κατεχεῖτο ἐς ὅλον τὸ σῶμα hic dicitur, quemadmodum § 50. ἱδρῶτες ἐγένοντο ἐς ὅλον τὸ σῶμα.

ἐκ τῆς κλίνης.] Vulgo ἐκ τῆς κοιλίης, quae tamen lectio neminem interpretum fefellit. Lind. κοίτης dedit, Littr. e mss. C. H. κλίνης.

καὶ πάλιν ἐσιώπησε καὶ ἐς ἡσυχίην μετέβαλε· περὶ δὲ τὸν πρῶτον ὕπνον δίψα πολλὴ καὶ μανίη καὶ ἀνεκάθιζε καὶ τοῖσι παροῦσι ἐλοιδορεῖτο καὶ πάλιν ἀπεσιώπησε καὶ ἐν ἡσυχίῃ ἦν· καὶ ἐδόκει τὴν ἐπίλοιπον νύκτα κεκωματίσθαι· τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς οὐ ξυνῆγε. Ἐπὶ δ' ἡμέρην ὑπεκρίνετο τὰ πλεῖστα νεύμασι, ἀτρεμίζουσα τὸ σῶμα καὶ κατανοοῦσα ἐπιεικῶς· πάλιν δὲ ἰδρὼς τὴν αὐτὴν ὥρην· ὁμοίως οἱ ὀφθαλμοὶ κατηφέες, ἀτενίζοντες, κεκαρωμένοι· τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν ὠχρὰ καὶ νεκρώδεα καὶ τὸ πᾶν χρῶμα ὠχρὸν καὶ μελανέον· τῇ χειρὶ τὰ πολλὰ πρὸς τοῖχον, ἢ πρὸς ἱμάτιον· οἱ ψόφοι δὲ πινούσῃ μεγάλοι ἐγίγνοντο· ἀπεπύτιζε καὶ ἄνω ἐς τὴν ῥῖνα· καὶ ἐκροκυδολόγει καὶ ξυνεκάλυπτε τὸ πρόσωπον· μετὰ δὲ τὸν ἱδρῶτα, χεῖρες ὥσπερ κρυστάλλιναι· ὁ ἱδρὼς παρηκολούθει ψυχρός· τὸ σῶμα πρὸς χεῖρα ψυχρόν· ἀνεπήδα, ἐκεκράγει, ἐμαίνετο· πνεῦμα πουλύ· τρομώδης χεῖρας ἐγένετο, ὑπὸ δὲ τὸν θάνατον σπασμώδης. Ἑβδομαίη ἐτελεύτησε. Οὔρησε τῇ ἕκτῃ ἐς νύκτα ὀλίγον· τὸ οὐρούμενον τῷ κάρφει εἵλκετο γλίσχρον, γονοειδές· ἄγρυπνος ἀπάσας· μετὰ τὴν ἕκτην οὖρον ὕφαιμον.

et puero tum praeter rationem interminata est, tum rursus siluit et ad quietem se convertit. Circa primum somnum autem sitis multa et insania aderat; residebat et iis, qui aderant, convitia ingerebat, rursusque conticuit et quievit et visa est ad reliquam noctem sopore pressa fuisse, oculos tamen non clausit. Per diem vero plurimum nutibus respondebat corpore quiescens et moderate intelligens. Eadem rursus hora sudor, similiter oculi demissi, intenti, rigidi, eorumque alba pallida et mortuis similia et tota cutis pallida et nigra; manum plerumque ad parietem aut vestem stragulam admovebat; cum biberet sonitus ingentes edebantur et potus sursum per nares regerebatur et floccos vellebat et vultum tegebat. A sudore vero manus velut conglaciatae, sudor frigidus consecutus est; corpus ad manus tactum frigidum; exsiliebat, vociferabatur, insaniebat, spiratio multa, manus tremulae erant, sub mortem autem convulsione tentatae. Septimo die mortua est. Sexto noctu paucam urinam reddidit, glutinosam, semini genitali similem et quae festuca trahebatur; omnibus diebus insomnia vexata fuit. Post sextum diem urina aliquantulum cruenta visa est.

κς'. Τῷ Ἀντιφάνους χειμῶνος ἄλγημα

26. Antiphanis filium per hiemem lateris

μετέβαλε.] Vulg. imperfectum habet: aoristum e codd. dedit Littr., habetur etiam in Marc.

καὶ μανίη.] h. l. copulam om. cod. C. et Marc.

ὁμοίως οἱ ὀφθαλμοὶ κατηφέες, ἀτενίζοντες, κεκαρωμένοι.] Ceteri pone κατηφέες legunt: ἐς τὸ κάτω βλέφαρον μᾶλλον ἐγκείμενοι, quod glossema est ad κατηφέες olim adscriptum. Vulgo κεκαρωμένῳ; emendarunt Lind., Littr.

τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν ὠχρὰ καὶ νεκρώδεα καὶ τὸ πᾶν χρῶμα ὠχρὸν καὶ μελανέον.] Mirum dixeris τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν dici ὠχρά: credidi aliquando librariorum errore sequens ὠχρὰ καί etiam ad oculorum τὰ λευκά translatum fuisse, sed vide infra adnn. ad § 41. Copulam ante τὸ πᾶν χρ. om. cod. C. Vulgo μέλαν ἐόν; emendavit Littr.

τῇ χειρὶ τὰ πολλὰ πρὸς τοῖχον, ἢ πρὸς ἱμάτιον.] Comparo § 11. verba καὶ τῇ χειρὶ ἔστι ὅτε ἐπωρέγετο πρὸς τὸ κονίημα. Nempe aut eadem dictio h. l. expressa fuit, e qua verbum exciderit, aut eiusmodi quid cogitatione supplendum est. Miram Graecitatem talia referre videntur.

οἱ ψόφοι δὲ πινούσῃ μεγάλοι ἐγίγνοντο.] In his vulgatam sum secutus; Littréus in cod. C. omissam et alia manu tantum restitutam videns vocem μεγάλοι reiecit. Non video causam, cur e textu abigam; neque vero e Marc. abest, sed in eo δέ non legitur. Cum hisce cf. Coacae 62. partem alteram.

ἀπεπύτιζε καὶ ἄνω ἐς τὴν ῥῖνα.] ἀποπυτίζειν apud Arist. legitur Lysistr. vs. 205.

εὔχρων γε βαῖμα κἀποπυτίζει καλῶς.

Noto, quia in Ep. V. item iam plura e comico desumta, certe ab eo usurpata vocabula legimus. Vulgata pone ῥῖνα habet ἀφούρει, plures libb. Parr. ἀφόρει; cod. C. id ex toto omisit, quem secutus est Littréus, e Marc. excerptum lego ῥῖνα Φορει καὶ ἐκροκυδολόγει. Equidem item omitto, sed quare faciam lubet annotare: illud verbum nihil est nisi corruptum ἀπορρεῖ, quod pro glossemate ad ἀποπυτίζειν fuit adscriptum. Nam schol. Aristoph. ad l. l. ἀποπυτίζει, ἀπορρεῖ. — Itaque Lind. frustra ἀφύσσει de suo, uti opinor, dedit.

ξυνεκάλυπτε τὸ πρόσωπον.] E Marc. Cobetus excerpsit ξυνεκαλύπτετο πρόσωπον.

τὸ σῶμα πρὸς χεῖρα ψυχρόν.] De meo articulum τό adscripsi.

ἀνεπήδα, ἐκεκράγει.] Sic cod. C. et Marc.; vulgo ἀνεπήδα, ἀνεκεκράγει.

τρομώδης χεῖρας ἐγένετο, ὑπὸ δὲ τὸν θάνατον σπασμώδης.] Est lectio codd. C. et Marciani, quam exhibeo; vulgo τρομώδεες αἱ χεῖρες ἐγένοντο, ὑπὸ δὲ τὸν θάνατον ἐλθούσῃ σπασμώδεες.

οὔρησε τῇ ἕκτῃ ἐς νύκτα ὀλίγον.] Vulg. ἐνούρησε, quod vere vidit Littr. deberi postremis literis antecedentis ἐτελεύτησεν. Cett. ἐν νυκτί; de meo ex solenni in his libris usu repono ἐς νύκτα.

©BIUM

πλευροῦ δεξιοῦ, βὴξ, πυρετός· ἤσθιε, ἐποεύετο ὑποπυρεταίνων, ἐδόκεε ῥηγματώδης εἶναι. Ἐνάτῃ ὑφίετο ὁ πυρετὸς, οὐκ ἔλιπε· ἡ βὴξ πολλὴ καὶ παχέα ἀφρώδεα· τὸ πλευρὸν ἐπόνει. Περὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην καὶ πάλιν τὴν εἰκοστὴν ἐδόκεον ἀπολήγειν οἱ πυρετοὶ καὶ πάλιν ἐπελάμβανον· ἦν δὲ λεπτὴ θέρμη καὶ βραχύ τι ἐξέλιπε· ἡ δὲ βὴξ ὁτὲ μὲν ἐξέλιπε, ὁτὲ δὲ κατακορὴς μετὰ πνίγματος πολλοῦ, τότε δὲ ἐχάλα· καὶ ἀπόχρεμψις μετὰ ταύτας τὰς ἡμέρας πολλὴ μετὰ πνιγμώδους βηχὸς καὶ πυώδεα ζέοντα ὑπὲρ τοῦ ἀγγείου καὶ ἀφρέοντα· καὶ ἐν τῇ φάρυγγι τὰ πολλὰ κερχαλέα ὑπεσύριζε· ἆσθμα αἰεὶ κατεῖχε καὶ πνεῦμα πυκνότερον· ὀλιγάκις εὔπνοος. Ὑπὲρ δὲ τὰς τεσσαράκοντα, ἐγγὺς οἶμαι τῶν ἑξήκοντα, ὁ ὀφθαλμὸς ἀριστερὸς ἐτυφλώθη μετὰ οἰδήματος ἄνευ ὀδύνης, οὐ πολὺ δ' ὕστερον καὶ ὁ δεξιός· καὶ σφόδρα αἱ κόραι λευκαὶ καὶ ξηραὶ ἐγένοντο καὶ ἐτελεύτησε μετὰ τὴν τύφλωσιν οὐ πουλὺ ὑπὲρ ἑπτὰ ἡμέρας μετὰ ῥέγχους καὶ πολλῆς ληρήσιος.

κζ'. Ὁμοῖα δὲ καὶ ἐξ ὁμοίων τὴν ὥρην τὴν αὐτὴν ξυνέβη Θεσσαλίωνι, τὰ ζέοντα καὶ ἀφρέοντα καὶ πυώδεα καὶ βῆχες καὶ οἱ κερχμοί.

κη'. Τῇ Πολεμάρχου χειμῶνος κυναγχικῇ οἴδημα ὑπὸ τὸν βρόγχον· πουλὺς πυρετός· φλέβα ἐτμήθη· ἔληξε ὁ πνιγμὸς ἐκ τῆς φάρυγγος· ὁ πυρετὸς παρείπετο. Περὶ πέμ-

dextri dolor, tussis, febris corripuit, edebat, deambulabat aliquantulum febricitans: ruptis laborare videbatur, nono die remisit febris, non desiit, tussis plurimum vexavit et crassa spumosaque reiecit, lateris dolor detinebat. Ad decimum quartum rursusque vigesimum diem febris cessare videbatur et rursus corripiebat. Calor autem tenuis erat et per breve aliquod temporis spatium desiit. Tussis vero interdum quidem relinquebat, interdum etiam intendebatur cum multa suffocatione. Tum vero relaxabat et post hos dies exscreatio multa suffocante tussi aderat et purulenta supra vas ferventia et spumantia educebantur, et in faucibus stridula multa asperitas sibilum quemdam edebat, creber anhelitus semper detinebat et densior spiratio raroque facile spirabat. Supra quadragesimum autem diem, prope sexagesimum, ut opinor, oculus sinister cum tumore sine dolore occoecatus est, neque vero longe postea etiam dexter, pupillaeque vehementer candidae et siccae exsistebant, neque multo post hanc excoecationem mortuus est, non ultra septem dies cum stertore et multa desipientia.

27. Eodem quoque tempore Thessalioni similia similibus ex causis contigerunt, ferventia, spumantia, purulenta educebantur, tusses aderant et faucium stridulae exasperationes.

28. Polemarchi uxorem hieme angina vexavit, guttur intumuit cum multa febre, vena secta est; faucium suffocatio cessavit, febris perseveravit. Ad quintum diem laevum genu

26. ῥηγματώδης.] Lind. ῥευματώδης, quod nescio quare dederit; si de suo, praepostera est correctio.

ὑφίετο ὁ πυρετός.] Vulgata ἀφίητο: cod. H., Lind., Littr. ἀφίετο, cod. C. ἀφῖκτο. Sed ferri non potest ἀφίετο — οὐκ ἔλιπε, legendum est ὑφίετο.

παχέα.] Sic Littr. e cod. C., librarii in vulg. dederunt παχεῖα, quum adiectivum hoc ad βὴξ referrent.

ἦν δὲ λεπτὴ θέρμη καὶ βραχύ τι ἐξέλιπε.] Vulgo ἦν δὲ λεπτὴ καὶ θερμὴ, βραχύ τι ἐξέλιπε. Emendavit iam Lind. qui θέρμη λεπτή scripsit; item Littr.; qui in cod. C. θέρμη reperit. Idem h. l. ἐξέλειπε et paulo post ἔλειπε e cod. eodem D.; non video causam, cur de vulgata decedam.

κατακορὴς ἦν μετὰ πνίγματος πολλοῦ, τότε δὲ ἐχάλα.] Vulgata fert ἦν, quod in mss. Parr. omitti scribit Littr.; possit sane sine damno negligi; libri omnes h. l. πνίγματος. Littr. ὁτὲ δὲ ἐχάλα ex uno cod. D.; sed vulgatum τότε utique servandum est, nempe febris illis diebus minor fuit et τότε ἐχάλα ἡ βὴξ; — mihi sane ὁτέ hic non datum fuisse ab auctore videtur.

μετὰ ταύτας τὰς ἡμέρας.] Cod. C. μετὰ ταῦτα.

ὑπεσύριζε.] Sic Littr. e codd. C. H. Q.', ὑπεσύμιξε vulg.

καὶ σφόδρα αἱ κόραι λευκαὶ καὶ ξηραὶ ἐγένοντο.] Quodnam oculi vitium spectetur, non satis apertum esse dixerim. Fueritne staphyloma?

μετὰ ῥέγχους.] Ita de meo scripsi; ceteri ῥέγχου vitiose. Cod. Marc. πολλῆς om.

28. τῇ Πολεμάρχου χειμῶνος κυναγχικῇ οἴδημα κ. τ. λ.] Vulgo ἡ π. χ. κυναγχικὴ, sed Littr. iam ex Aldo, codd. Parr. locum descripsit, quemadmodum et ipse feci, eandemque lect. fert apographum huius hist. ex Ep. V. et in cod. Marciano.

φλέβα ἐτμήθη.] ἐφλεβοτομήθη apographum ex Ep. V.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 802 sur 880

πτην γούνατος ἄλγημα καὶ οἴδημα ἀριστεροῦ· καὶ κατὰ τὴν καρδίην ἔφη δοκεῖν τι ξυνάγεσθαι ἐωυτῇ καὶ ἀνέπνεε οἷον ἐκ τοῦ βεβαπτίσθαι ἀναπνέουσι καὶ ἐκ τοῦ στήθεος ὑπεψόφεε. Περὶ δὲ τὴν ὀγδόην, ἢ ἐνάτην ἐς νύκτα κατὰ κοιλίην κατερράγη ὑγρὰ πολλὰ καὶ ἀλέα καὶ κάκοδμα· ἀφωνίη· ἐτελεύτησε.

κβ'. Ἀρίστιππος ἐς τὴν κοιλίην ἐτοξεύθη ἄνω βίῃ χαλεπῶς· ἄλγος κοιλίης δεινόν· ἐνεπίμπρατο ταχέως· κάτω δὲ οὐδὲν διεχώρεε· ἀσώδης ἦν· ἤμεε χολώδεα κατακορέα· ὁπότε δὲ ἀπεμέσειε ἐδόκεε ῥηΐων εἶναι· μετ' ὀλίγον δὲ τὰ ἀλγήματα πάλιν δεινά· καὶ ἡ κοιλίη ἐπίμπρατο ὡς ἐν ειλεοῖσι· θέρμαι, δίψα· ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι ἐτελεύτησε.

λ'. Ὁ δὲ Νεαπολίτης πληγεὶς ὁμοίως ταὐτὰ ἔπασχε· κλυσθέντι δὲ δριμεῖ ἡ κοιλίη κατερ-

dolor et tumor occupavit, sibique videri ad cordis regionem aliquid coacervari dixit et respirabat qualiter in aquam demersi respirare solent, ac strepitus quidam e pectore edebatur. Ad octavum aut nonum diem sub noctem alvus affatim prorupit, liquida, multa, conferta et graveolentia demisit, vocis defectio orta est, obiit.

29. Aristippus superiorem in ventrem magna vi et graviter sagitta percussus est: celeriter intumuit; deorsum nihil demisit, incontinenti corporis iactatione torquebatur; biliosa abunde colorata vomitione reiiciebat. Ubi vero vomuisset, melius habere videbatur; parvo interiecto temporis intervallo rursus dolores vehementes corripuerunt, venterque velut in intestini tenuioris morbis inflabatur, calor et sitis aderat, ac intra septem dies vitam cum morte commutavit.

30. Neapolis civis vero e simili vulnere eodem modo affectus fuit; ex acri autem per clysterem

γούνατος ἄλγημα καὶ οἴδημα ἀριστεροῦ.] *καί* in apogr. Ep. V. deerat, sed Lind. ibi iam revocavit ex h. l. Articulus *τοῦ* ante *ἀριστεροῦ* hîc non adscribitur, licet in Ep. V. h. l. vulgo habeatur. Non multum differt, me iudice, utrum adscribas, nec ne.

καὶ κατὰ τὴν καρδίην ἔφη δοκεῖν τι ξυνάγεσθαι ἐωυτῇ.] Ep. V. legebatur *καὶ κατὰ τὴν καρδίην ἐδόκεέ τι ξυλλέγεσθαι αὐτῇ*. Duo hic advertunt: primum *ἔφη* omissum, ita ut periodus ideo immutata sit; alterum, *ξυλλέγεσθαι* pro *ξυνάγεσθαι* positum; nempe patet inde, quomodo veteres *ξυνάγεσθαι* acceperint. Eodem modo accepit Foës., cuius Latina retinui, sed negari non potest, forte positum esse de contractionis s. contentionis quodam sensu percepto.

καὶ ἀνέπνεε.] Hoc loco unus cod. H. *καὶ ἀνέπνει*. Et in Ep. V., unde Ionismum *ἀνέπνεε* huc detuli, cod. C. *ἀνέπλεε* legit. — Mox *ἀναπνέουσι* a Lind., Littr. datum est pro vulg. *ἀναπνεούσῃ*; in Ep. V. etiam legebatur quod cum illis scripsi.

ὑπεψόφεε.] Sic Ep. V. *ὑπεψόφει* h. l. — Unus cod. Par. h. l. *ἀπὸ στήθεος* pro *ἐκ τοῦ στ.* — Iam vero pone *ὑπεψόφεε* in Ep. V. legebatur: *ὥσπερ αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι· τοιοῦτό τι ξυνέβαινε*, idem additamentum, nisi quod *ὡς* pro *ὥσπερ* et *τοιοῦτον* pro *τοιοῦτο* scribitur, legebatur h. l. — Equidem adnotationem marginalem esse opinatus eieci: vetustiorem esse quam glossarum auctorum tempora constat. Cf. Lucianum in Lexiph.. 20 p. 345. ad hanc glossam.

περὶ δὲ τὴν ὀγδόην, ἢ ἐνάτην.] *περὶ τὰς ἑπτὰ, ἢ ἐννέα* Ep. V. — Patet e talibus, quod saepius significavi, quam parum numeris fidem adhibere liceat. — Pone *περί* cod. C. *δέ* inserit, itemque Marc., idque recepi.

ἐς νύκτα κατὰ κοιλίην κατερράγη πολλά κ. τ. λ.] Pro *κατὰ κοιλίην* solum *κοιλίη* edi solet, equidem opinor auctorem dedisse quod iam exhibeo. Interpunctione quidem subvenire student vitio in textu vulgari, sed vix commode.

καὶ κάκοδμα.] Lepidum est Ep. V. pro *κάκοδμα* edi solitum fuisse *κακὰ νομιζόμενα*, neque editores animadvertisse illud *κακὰ νομιζόμενα* ortum esse e male lecto *κακῶς ὀζόμενα*, quod ipsum pro *κακῶς ὄζοντα* scriptum fuerit a librario antiquiore.

29. ἐτοξεύθη.] Vulgo *τοξευθείς*; recepi lectionem ex apographo Ep. V., idemque in cod. C. Par. et Marciano est factum. In cod. D. lectio est: *τοξευθεὶς ἐς τὴν κ. βίῃ δεινῶς ἄνω ὀδύνη κοιλίης χαλεπή· ὠκέως ἐμπίπρατο· οὐδὲν δὲ κάτω.*

ἐνεπίμπρατο.] Vulgo *ἐμπίπρατο*; unde in cod. C. et apud Lind., Littr. *ἐπίμπρατο* effecerunt: aut hoc, aut compositum, quod exhibui, dare oportet.

κάτω δὲ οὐδὲν διεχώρεε.] Pro *οὐδέν* in apogr. ex Ep. V. solum *οὐ* legi solet, sed Lind. ex h. l. ibi dederat *οὐδέν*, Vidit forte alteram syllabam voculae ante *διεχώρεε* periisse.

ἤμεε.] In apogr. Ep. V. *ἤμεε* perierat, sed Lind. hinc restituerat. — Cod. D. loco hocce habet: *κατακορέα χολ. ἤμεε, ῥᾴων δὲ ἐδ. ὁκόταν ἀπέμεσε· οὐ μετὰ πουλὺ δὲ τὰ ἀλγ. αὖθις χαλεπά.*

ὁπότε δὲ ἀπεμέσειε.] Vulgo in his *δή*, unde Lind. *δέ* dedit; cod. C. *δή* om., indicio descriptorem eius offendisse *δή* vulgatae. Aut *δέ* cum Lind. dandum, aut *καὶ ὁπότε δὴ ἀπεμέσειε* scribendum, forte lectio loci ex Ep. V. *καὶ ὅτε* quodammodo firmat istam rationem. Ceterum optat. e multis libris dedit Littr., vulgo *ἀπέμεσε* (sic).

ῥηΐων.] Ita cod. C. pro vulg. *ῥήϊον* in apogr. Ep. V.; libri loco hocce ferunt *ῥᾴων*.

πάλιν δεινά.] In Ep. V. *μετ' ὀλίγον δὲ πάλιν τὰ ἀλγ. δεινά.* — Hoc loco cod. Q' *αὖθις χαλεπά.*

ἐπίμπρατο.] Sic cod. C. Lind., Littr., vulgo *ἐμπιπρᾶτο.*

θέρμαι, δίψα.] Copulam vulgo ante *δίψαι* legi solitam h. l. om. cod. C., uti loco ex Epid. V. et in Marc.; de meo *δίψα* pro plurali *δίψαι* dedi. — Ep. V. lectio: *καὶ ἐν τῇσι ἑπτὰ ἡμ. ἐτελ.*

ὁ δὲ Νεαπολίτης.] Hic *Νεόπολις*, in Ep. V. *Νεάπολις* legebatur. Meinekius nomen admisit inter nondum notata e monumentis Graecorum. Ego *Νεάπολις* nomen viri esse non credo; sed puto civem spectari oppidi huius nominis ad sinum Toronaeum.

ταὐτὰ ἔπασχε.] Vulgo *ταῦτα* et Ep. V. *ταῦτ'*— Lind. tamen iam correxit et Littr. e mss. Par.

κλυσθέντι δὲ δριμεῖ.] In vulg. *δριμεῖ* cum seq. *ἡ* coaluerat, emendat Littr. Lind. *ἐν δριμεῖ* ex Ep. V. scripsit, sed

©BIUM

ράγη· χρῶμα κατεχύθη ὠχρὸν, μελανέον· ὄμματα αὐχμηρὰ, καρώδεα, ἐνδεδινημένα, ἀτενίζοντα.

λα'. Τῷ δὲ καθ' ἥπαρ ἐγγύθεν πληγέντι ἀκοντίῳ εὐθὺς τὸ χρῶμα κατεχύθη νεκρῶδες· τὰ ὄμματα κοῖλα· ἀλυσμός· ἀπέθανε πρὶν ἀγορὴν λυθῆναι, ἅμ' ἡμέρῃ πληγείς.

λβ'. Ὁ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ Μακεδόνος λίθῳ πληγεὶς ὑπὲρ κροτάφου ἀριστεροῦ ὅσον ἀμύχην διεκόπη· ἐσκοτώθη πληγεὶς καὶ ἔπεσε. Τρίτῃ ἄφωνος· ἀλυσμός· πυρετὸς οὐ πάνυ σφοδρός· σφυγμὸς ἐν κροτάφοισι· ἤκουε οὐδὲν, οὐδ' ὅλως ἐφρόνεε, οὐδ' ἠτρέμιζε, ἀλλ' ἐκινέετο. Τετάρτῃ νοτὶς περὶ μέτωπόν τε καὶ ὑπὸ ῥῖνα ἄχρι ἀνθερεῶνος. Πέμπτῃ ἐτελεύτησε.

infuso alvus affatim prorupit. Colore pallido, nigricante suffusus est, oculi squalidi erant, rigidi, intus revoluti, intenti.

31. Iaculo in iecur cominus percusso illico cadaverosus color affusus est, oculi concavi; corporis incontinens iactatio; mortuus est antequam concio dimitteretur, cum prima luce vulneratus fuisset.

32. Qui a Macedone lapide in caput ictus est supra tempus sinistrum non magis quam cutis scarificatione quadam dissectus, ex vulnere vertigine affectus est et cecidit. Tertio vocis defectio et corporis incontinens iactatio erat; febris non admodum vehemens; temporibus pulsatio; nihil audiebat, neque omnino mentis compos erat, neque quiescebat, sed continenter corpus movit. Quarto die mador circa frontem et sub naso ad mentum usque erumpebat. Quinto die est mortuus.

haec lectio orta e librariorum frequenti errore, quo ἐν inferunt inopportune. In Ep. V. ἡ ante κοιλίη omittebatur.

χρῶμα κατεχύθη ὠχρὸν, μελανέον.] Tum h. l. tum Ep. V. λεπτόν ante ὠχρόν ponitur. Nisi κατεχύθη adpositum esset, forte ferendum sit, nunc non fero. Unde ortum sit, nescio; sed supra § 25. in simili dictione τὸ πᾶν χρῶμα ὠχρὸν καὶ μελανέον, itaque repudio vocem, quae de colore hic incongrua; si χρῶμα corporis superficiem hic significaret, admitterem, sed quominus ita accipias impedit verbum κατεχύθη. Littr. e vulg. μέλαν ἐόν effecit μελανέον, quod Ep. V. ferebatur. Pro καρώδεα Ep. V. vulgo vitiose καθαρώδεα, quod tamen ibi item a Lind. Littr. et in cod. C, ex h. l., ut puto, correctum erat.

31. ἐγγύθεν.] Legi solet ἐγγύς, quod in Ep. V. apographo perierat; sed puto ἐγγύς errore librariorum propter sequens εὐθύς ortum esse ex eo, quod reposui. Non sum nescius non semper antiquos tam accurate eiusmodi particulas distinguere, sed hic tamen ἐγγύς non ferendum arbitror.

εὐθὺς τὸ χρῶμα κ. ν.] Vulgo τό abest; recepi e Marc., qui εὐθύ habet.

ἀλυσμός.] Ceteri addunt δυσφορίη, quod etiam Ep. V. legebatur. Glossam omisi: Il. X. 70. ἀλύσσοντες exponitur a schol. δυσφοροῦντες, quod in Hesych. etiam inde translatum, ubi vide interprett. — Paulo ante ceteri τὸ χρ. νεκρ.; malui articulum omittere.

ἀπέθανε.] Est lectio Ep. V.; hic ἔθανε legebatur.

ἅμ' ἡμέρῃ πληγείς.] Item lectio est Ep. V. Legebatur autem ἐν ἧπερ ἡμέρῃ ἐπλήγη. Credo tamen lectionem ex Ep. V., quam cod. C. et Marc. etiam h. l. ferunt, esse antiquiorem et veram; descriptor codd. horum manifesto eodem modo de his lectt. sensit.

32. ὑπὲρ κροτάφου ἀριστεροῦ ὅσον ἀμύχην διεκόπη· ἐσκοτώθη πληγείς.] Haec omissa fuerunt in apogr. ex Ep. V., ubi e sequente καὶ ἔπεσε in Edd. quidem καί omissum est, sed in codd. Parr. habetur, non in Vossiano. Aldus item habet et manifesto omissionis indicio est.

τρίτῃ ἄφωνος.] Ep. V. τρίτῃ ἄφωνος ἦν, hic autem vulgo τριταῖος ἄφωνος ἦν. Asyndeton in seqq. facit ut ἦν mihi interpolatum videatur, licet in utroque apographo antiquo scriberetur.

πυρετὸς οὐ πανὺ σφοδρός.] Sic se habet lectio h. l., sed in Ep. V. πυρετὸς οὐ πάνυ λεπτός in cod. C., licet vulgo πυρετὸς λεπτὸς οὐ πάνυ. Itaque puto in vetustissimo aliquo libro fuisse dittographiam οὐ πάνυ λεπτὸς σφοδρός. Littréus in Ep. V. πυρετὸς οὐ πάνυ· λεπτὸς σφυγμός scripsit, quae ratio improbanda mihi videtur.

σφυγμὸς ἐν κροτάφοισι] hoc loco pone κροτάφοισι legebatur ὡς λεπτῆς βέρμης, quod in Ep. V. omittitur. Mihi h. l. sano sensu destitui videtur; sed fieri posse puto ut in superioribus etiam lectio fuerit πυρετὸς οὐ πάνυ σφοδρὸς ὡς λεπτῆς βέρμης ἐούσης, quin forte dittographia, de qua mox sum locutus, e tali lectione orta est. Moneo quia in hist. tam prave scripta non facile est certo verum reperire et ut qui post me accedant ad Hipp. talia diligenter explorent. Certum est h. l. incongruum esse quod Ep. V. apographi fide supprimo.

ἤκουε οὐδὲν οὐδ' ὅλως ἐφρόνεε] h. l. ὅλως abesse solet, sed in Ep. V. legebatur ἤκουε οὐδὲν οὐδ' ὅλως οὐδὲ ἐφρόνει. Itaque satis, puto, constat scriptum fuisse quod exhibeo.

οὐδ' ἠτρέμιζε, ἀλλ' ἐκινέετο. Τετάρτῃ νοτὶς κ. τ. λ.] Legi hic solet: οὐδ' ἠτρέμιζε· νοτὶς κ. τ. λ. Sed. Ep. V. apographum fert: οὐκ ἀτρεμέως, ἀλλὰ τῇ τετάρτῃ ἐκινέετο. νοτὶς κ. τ. λ. Littréus in his eo loco edidit ἀτρεμέως e cod. C., tum iunxit ἐκινέετο νοτὶς κ. τ. λ. Adnotat autem ad ἐκινέετο: „Les traducteurs ponctuent ἐκινέετο· νοτὶς κ.τ.λ.; faisant rapporter ἐκινέετο au blessé. Mais evidemment le sujet de ce verbe est νοτίς." Vehementer dissentio: Littréus certe probare debuerat formulam νοτὶς ἐκινέετο esse probabilem, quod non credo; sed utraque lectione (Ep. VII. et Ep. V) collata patet numerum τῇ τετάρτῃ in Ep. V. lectione de sede sua aberravisse, non veram esse lectionem ἀτρεμέως, sed ἠτρέμιζε, et cohaerere οὐκ ἠτρέμιζε, ἀλλ' ἐκινέετο. Veteres interpretes non sunt falsi in significatione verbi κινεῖσθαι, unde κίνησις simili sensu in Coacis, Prorrh. I.

πέμπτῃ ἐτελ.] Ita Ep. V.; hic πεμπταῖος ἐτελ. — Mihi numeri ordinales dandi visi sunt ex Ep. V. Numerus diei quarti in Ep. VII. perierat, uti patet e lectt. supra traditis,

λγ'. Ὁ Αἰνιήτης ἐν Δήλῳ ἀκοντίῳ πληγεὶς ἐς τοὔπισθεν τοῦ πλευροῦ κατὰ τὸ ἀριστερὸν μέρος τὸ μὲν ἕλκος ἄπονος. Τρίτῃ δὲ γαστρὸς ὀδύνη δεινή· οὐχ ὑπεχώρεε, κλυσθέντι δὲ ἐς νύκτα κόπρος ᾖει· πόνος οὐ διαλείπων ἕδρης ἔξω ἐς τὰς ὀσχέας. Τετάρτῃ καὶ ἐς ἥβην καὶ κοιλίην ὅλην δεινῶς ὁ πόνος καταιγίζων· ἀτρεμέειν οὐκ ἠδύνατο. χολώδεα ἤμεσε κατακορέα· ἀχλυώδεες οἱ ὀφθαλμοί. Μετὰ τὰς πέντε δὲ ἐτελεύτησε. θέρμη λεπτή τις ἐνῆν.

33. Aeniates quidam in Delo retro in latus sinistrum iaculo percussus vulnere quidem non doluit. Tertio vero die vehemens ventris dolor erat; nihil ex alvo prodiit, sed sub noctem ex infuso per clysterem stercus prodiit; dolor continuus extra anum ad scrotum tendens. Quarto die ad pubem et ventrem totum vehementer irruebat; quietum se continere non potuit; vomuit saturate biliosa; oculi caligine obducti. Post quintum vero diem mortuus est. Calor quidam tenuis inerat.

λδ'. Τῷ Ἀβδέλῳ πληγέντι ἐς τὸν νῶτον τὸ πνεῦμα πουλὺ κατὰ τὸ τρῶμα μετὰ ψόφου ἐχώρεε καὶ ἡμορράγει· τῷ ἐναίμῳ δὲ καταδεθεὶς ὑγιὴς ἐγένετο. Ξυνέβη δὲ καὶ τῷ Δυσλύτᾳ τὠυτό.

34. Abdelo in dorsum vulnerato spiritus multus cum strepitu ex vulnere prodiit et sanguis multus prorupit. Deligatus vero medicamento, quod cruentis vulneribus adhibetur, sanus evasit. Etiam Dyslytae idem contigit.

λε'. Τῷ Φίλης παιδὶ ψιλώματος ἐν τῷ

35. Philes filio ossis denudatione facta in

33. ὁ Αἰνιήτης — τὸ μὲν ἕλκος ἄπονος.] In his ὄπισθεν solum Ep. V. legebatur. Inde autem ἄπονος recepi, quum hic ἄπονον haberetur. Cod. Marc. initio ὁ γενιήτης.

τρίτῃ δὲ γαστρὸς ὀδύνη δεινή.] Est δεινή lectio apographi Ep. V. Hic legi solet τριταίῳ δὲ γ. ὀ. σμικρή. — Difficile sane in tali discrepantia quid verum sit discernere; praetuli δεινή, quia putavi vim inflammationis hic spectari, quae postea etiam vehementius increverit. Τρίτῃ ex Ep. V. dedi. Cod. Marc. οὐκ ὑπεχώρει.

κλυσθέντι δὲ ἐς νύκτα κόπρος ᾖει.] In his legi solet ἦν h. l. — Ep. V. legebatur κλυσθέντι δὲ κόπρος ἐς νύκτα. Aut hoc potest dari, aut ἦν in ᾖει mutandum, quod facere malui propter praecedens οὐχ ὑπεχώρεε.

πόνος οὐ διαλείπων ἕδρης ἔξω ἐς τὰς ὀσχέας.] Ep. V. οὐ κόπος διαλιπών. ἕδρη εἰς τοὺς ὄρχιας scribebatur; hoc autem loco vulgata lectio est: καὶ ὁ πόνος διέλιπεν. ἕδρη ἔξω ἐς τὰς ὄρχιας, sed ὄσχιας libri scripti Parr. multi et Ald. De tota hac hist. egit Heringa p. 56. seqq. Constituit autem p. 58. nostra haec ὁ κόπος διέλιπεν. ἕδρη ἐς τὰς ὀσφύας, quam lect. recepit Littr. Ep. V., quamquam ἰξύας scribit et οὐ κόπος vulgatae ibi lectionis servat. Heringa autem: „Sic vero, inquit, legendo ἕδρη erit intelligendum non de ano eiusque prolapsu, sed de sede doloris, se maxime in lumbis figente; quod probabile admodum propter viciniam vulneris." Est igitur ex eius sententia ἕδρη εἰς τὰς ὀσφύας idem quod στήριξις τῆς ὀδύνης εἰς τὰς ὀσφύας; sed tale quid sane certis exemplis firmandum erat; equidem saltem non credam, nisi auctoritate idonea muniatur, quod num fieri possit dubito. — Quid ipse de his sentiam patet e textu descripto: iudicent iam alii.

τετάρτῃ καὶ ἐς ἥβην καὶ κοιλίην ὅλην δεινῶς ὁ πόνος καταιγίζων.] Ep. V. vulgo τετάρτῃ καὶ ἥβην καὶ κοιλίην πόνος κατεῖχε. ζῶν — Ep. VII. vulgo τεταρταίῳ καὶ ἐς ἥβην καὶ κοιλίην ὅλην δεινῶς ὁ πόνος καταιγίζων. — Facile est videre quid verum sit: Heringa probavit Lindani lectionem, qui Ep. V. ex Ep. VII. emendavit et huc retulit glossam Erotianeam πόνος καταιγίζων. Hoc verbum rursus manifesto docet hunc librum a medico Cnidio esse profectum. In Oecon. Foësii citatur e libris originis Cnidiae: v. c. de morbis III. p. 126. Littréo.

ἀχλυώδεες οἱ ὀφθαλμοί.] Ep. V. vulgo ὀφθαλμοὶ οἷοι τῶν λιποθυμεόντων. Hoc loco vulg. χολώδεες ὀφθ., sed Littr. e libris χλοώδεες ὀφθ. — Equidem cum Heringa credo ἀχλυώδεες fuisse scriptum, α vero initio propter terminationem vocis antecedentis periisse, et ita χλοώδεες et χολώδεες nata esse. Quod iam sequitur loco nostro καὶ οἷοι τῶν λιποθυμεόντων quodque sine καί et χλοώδεες legitur in Ep. V., mihi videtur adnotatio lectoris alicuius ad ἀχλυώδεες.

θέρμη λεπτή τις ἐνῆν.] Ep. V. θέρμη λεπτή τις παρῆν vulg., — ἐνῆν Littr. — Hoc autem loco legi solet ἐνῆν αὐτῷ. Equidem ἐνῆν ab auctoris manu esse puto, non αὐτῷ, quo facile caremus. — Quod autem h. l. ante θέρμη infertur in vulg. πλήν, utique otiosum, Ep. V. non legitur, neque in cod. C.

34. Τῷ Ἀβδέλῳ.] Ep. V. τῷ Βίλλῳ; hic vulgo sine articulo Αὐδέλλῳ, sed cod. C. αὐδέλῳ H. ἀβδέλλω, D. G. εὐδέλλω. — Meineke Ἄβδελος hic putat nomen fuisse aegrotantis, licet Βίλλος non absonum ei videatur. Mihi solum illud nomen hic placet, potius hoc ex illo nasci potuisse videtur quam contra.

τὸ πνεῦμα πουλὺ κατὰ τὸ τρῶμα μετὰ ψόφου ἐχώρεε.] Hic vulgo μετὰ φόβου, sed Lind., Littr. iam receperunt lectionem ex Ep. V., quam Corn., Foës. item Latine expresserunt, non Calvus. Cf. cum hisce Coacam 509. θνήσκει δὲ κὴν ἐς ἀρτηρίην καὶ πνεύμονα μεγάλαι σφόδρα αἱ πληγαὶ γένωνται, ὥστε τοῦ πνεύμονος πληγέντος ἔλασσον προερχόμενον πνεῦμα κατὰ στόμα γίγνεσθαι ἢ τὸ ἐκπῖπτον ἐκ τοῦ τρώματος. — Propter hunc locum articulum ante πνεῦμα ex Ep. V. adscivi, dum hic vulgo omittitur. Inde etiam Ionice scripsi ἐχώρεε pro ἐχώρει.

καὶ ἡμορράγει.] Ep. V. καί abesse solet, sed in cod. C. legitur, nempe libri descriptor praetulit lectionem Ep. VII.

τῷ ἐναίμῳ δὲ καταδεθεὶς ὑγιὴς ἐγένετο.] In apographo Ep. V. τῷ δὲ ἐναίμῳ καταδ. ἰάθη. — In cod. Marc. ἐγένετο omittitur, et δέ abest.

ξυνέβη δὲ καὶ τῷ Δυσλύτᾳ τὠυτό.] h. l. legi solet συνέβη δὲ καὶ τῷ δυσχυτάτῳ Φιλίας παιδίῳ, unus cod. in his δυσχυτίω. Sed Ep. V. καὶ τῷ δυσλύτᾳ ξυνέβη τὠυτό. Littr. dedit h. l. ξυνέβη δὲ καὶ τῷ Δυσχύτᾳ sine τὠυτό. — Meinekius item Δυσλύτᾳ veram nominis lectionem esse opinatur.

35. Τῷ Φίλης παιδί.] Huius loci fragmentum tantum ha-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 805 sur 880

©BIUM

μετώπῳ γενομένου ἐναταίῳ πυρετός· ἐπελιάνθη τὸ ὀστέον, ἐτελεύτησε. Καὶ τῷ Φανίου καὶ τῷ Εὐέργου πελιαινομένων τῶν ὀστέων καὶ πυρεταινόντων ἀφίστατο τὸ δέρμα ἀπὸ τοῦ ὀστέου καὶ πῦον ὑπενέμετο· τούτοισι τρυπωμένοισι ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀστέου ἀνῄει ἰχὼρ λεπτὸς, ὀρρώδης, ὕπωχρος, κάκοδμος, θανάσιμος. Τῷ Θεοδώρου ἐναταίῳ ἡλιωθέντι πυρετὸς δεκαταίῳ ἐκ ψιλώματος οὐδενὸς ἀξίου, ὡς εἰπεῖν, κατὰ τὸ ὀστέον· ἐν δὲ τῷ πυρετῷ ἐμελάνθη· ἀπέστη τὸ δέρμα· ἐπὶ πουλὺ κλαγγώδης· δευτέρῃ καὶ εἰκοστῇ ἡ γαστὴρ ἐπήρθη, μάλιστα δὲ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια· τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ ἐτελεύτησε. Καὶ τῷ ἐξ Ἁρμοδίου παιδίσκῳ παραπλησίως καὶ ἄλγημα ἐς μηρὸν οὐ κατ' ἴξιν τοῦ τρώματος· καὶ ἐγεγώνει κλαγγώδης καὶ τραχήλου ὀδύνη ..... Καὶ τῷ Ποσειδοκρέοντι τρίτῃ σπασμὸς, θέρμη οὐκ ἔλιπε· ἐτελεύτησε ὀκτωκαιδεκαταῖος. Ὁ τοῦ Ἰσαγόρα ὄπισθεν

fronte nono die febris contigit; os lividum factum est; mortuus est. Et Phaniae et Euergi filio ossibus lividis factis et febre accedente, cutis ab osse abscessit et pus sub ea depascebatur. His terebra perforatis ex ipso osse tenuis sanies, serosa, aliquantulum pallida, graveolens et lethalis emersit. Theodori puerum nono die insolationem passum decimo febris prehendit ex ossis denudatione nullius paene momenti. In febre autem os est denigratum, cutis abscessit, admodum stridulam vocem edidit. Secundo et vicesimo die venter intumuit, praesertim vero ad praecordia; tertio et vicesimo obiit. Et puero ex Harmodii domo similia contigerunt et dolor ad femur non ex ipsa vulneris parte, et stridulam vocem edidit et cervicis dolor..... Et Posidocreonti tertio die convulsio contigit; calor non desiit; octavo et decimo die obiit. Isagorae filius posteriore capitis parte vulneratus est, quum os fractum esset et quinto die denigra-

bebatur Ep. V., respondens hisce usque ad καὶ πῦον ὑπενέμετο. — Inde παιδί scripsi, pro quo vulgo h. l. παιδίῳ. Nomen proprium item inde sumsi; legebatur Φιλίας h. l. — Cod. Marc. τῷ ante μετώπῳ om.

ἐπελ.] Vulgo εἶτα ἐπελ., sed in apogr. Ep. V. et Marciano εἶτα non legitur. Fateor me existimare a recentiore descriptore h. l. esse adpositum.

Εὐέργου.] Ep. V. Εὐεργέτου. In superiore nomine cod. Marc. Φανείου.

καὶ πῦον ὑπενέμετο.] Ita vulgata se habet. Littréus e libris C. F. H. K. ὑπεμένετο, cuiusmodi verbum Graeca lingua ignorat; librarii literas transposuerunt; ὑπονέμεσθαι de pure aptissime usurpatur. In Ep. V. καὶ πῦον οὐ φαίνεται legebatur; in uno cod. pro οὐ φ. habetur ὑποφαίνεται. Unice vera lect. est vulgata huius loci scriptura. Quod attinet ad praesens οὐ φαίνεται Ep. V., idem tempus paulo ante in ἀφίσταται ibidem. Sed ex eo fragmento δέ ante πελιαινομένων omisi paulo superiore loco.

τρυπωμένοισι.] Sic Littréus e cod. C., vulgo τρυπουμένοισι.

ἀνῄει.] Ita de meo scripsi pro librorum lectione ἀνήρχετο, quod imperfectum esse debebit verbi ἀνέρχεσθαι, sed cui nullam fidem tribuo et quod librarios recentiores invexisse credo, cf. §§ 45. et 59., ubi similia reieci, nempe ὑπεξήρχετο illo, ἤρχετο hoc loco.

θανάσιμον.] Sequuntur hic apud ceteros haec: ξυμβαίνει δὲ τοῖσι τοιούτοισι καὶ ἐμέτους ἐπιγίγνεσθαι καὶ τὰ σπασμώδεα ἐπὶ τελευτῇ καὶ ἐνίους κλαγγώδεας εἶναι καὶ ἐνίους ἀκρατέας καὶ ἢν μὲν ἐν τοῖσι δεξιοῖσι τὸ τρῶμα ᾖ, τὰ ἀριστερά· ἢν δ' ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι, τὰ δεξιά. — In his ξυνέβη cod. D. In καὶ ἢν μέν habetur lectio cod. C. a Littr. recepta, vulgatâ μέν omittente; tum idem liber ἐν δὲ τοῖσι ἀριστεροῖσι fert. — Locum e textu abegi, uti et infra alterum, quem item indicabo, quia nihil sunt nisi adnotationes lectoris alicuius ad casus descriptos in hac §. Hinc cod. D. descriptor ξυνέβη dare voluit, quia opinabatur esse partem historiae morbi, quam describebat, non adnotationem.

τῷ Θεοδώρου ἐναταίῳ ἡλιωθέντι πυρετὸς δεκαταίῳ ἐκ ψιλώματος κ. τ. λ.] Vulgo in his πυρετὸς ἐπῄει δεκαταίῳ, sed in cod. C. et Marc. ἐπῄει omittitur; quod consulto factum a descriptoribus, quum insiticium putarent. Nonus dies est nonus a denudatione ossis, quo die insolatio locum habuit; decimus est decimus ab osse denudato, quo die febris prehendit, i. e. altero ab insolatione facta.

οὐδενὸς ἀξίου, ὡς εἰπεῖν.] Cod. Marc. οὐδενὸς ἄξιος εἰπεῖν, quod ex illo tamen librariorum vitio ortum.

ἐτελεύτησε.] Apud ceteros hic sequuntur verba οἵσι δ' ἂν ὀστέα κατεαγῇ. τούτοισι ἑβδομαίοισι οἱ πυρετοί. ἢν δὲ θερμοτέρη ἡ ὥρη, καὶ θᾶσσον· ἢν δὲ μᾶλλον κλασθῇ, καὶ παραχρῆμα. In his vulgo καταγῇ, sed alteram formam e codd. D. Q'. Littr. — Equidem adnotationem lectoris e textu abegi.

καὶ τῷ ἐξ Ἁρμοδίου παιδίσκῳ παραπλησίως καὶ ἄλγημα ἐς μηρὸν οὐ κατ' ἴξιν τοῦ τρώματος.] Cett. καὶ ὁ Ἐξαρμοδίου παιδίσκος, sed codd. C. D. ἐξ ἁρμόδου; Meinekius emendavit ἐξ Ἁρμοδίου; ego de meo dativum dedi. Cod. C. ante κατ' ἴξιν omittit negationem, quod num consulto factum sit an fortuito non discerno.

καὶ τραχήλου ὀδύνη....] Postremum hoc καὶ ἐγεγόνει κλαγγώδης καὶ τραχήλου ὀδύνη sine lacuna notata omnes scribunt, sed inepte verbum ἐγεγόνει ad duo diversa subiecta ita refertur. Res indicio mihi esse videtur abruptam esse historiam et finem esse lacunosum, quod signo posito indicavi; tum vero ἐγεγώνει de meo scripsi.

καὶ τῷ Ποσειδοκρέοντι.] Cett. καὶ ὁ Ποσειδοκρέων; verum non nominativus hic congruit, sed dativus; Meinekius autem nomen Ποσειδοκρέων admittit et inter ea reponit, quae apud alios non occurrant.

θέρμη οὐκ ἔλιπε.] Cod. K. οὐ διέλιπε. Simplex λείπειν s. λιπεῖν saepius recurrit in his libris.

ὁ τοῦ Ἰσαγόρα.] Ἰσαγόρου D. Sub finem ὀστέον τε οὐκ ἀπέστη cod. C. et Marc.; vulgo ὀστέον δὲ οὐκ ἀπέστη.

ἐπλήγη τῆς κεφαλῆς· φλασθέντος τοῦ ὀστέου καὶ μελανθέντος πεμπταίῳ περιεγένετο, ὀστέον δὲ οὐκ ἀπέστη.

λς'. Τῷ ἐκ τοῦ μεγάλου πλοίου διόπῳ ἡ ἄγκυρα τὸν λιχανὸν δάκτυλον καὶ τὸ κάτω ὀστέον ξυνέφλασε τῆς δεξιῆς χειρός· φλεγμασίη ἐπεγένετο καὶ σφάκελος καὶ πυρετός. Ὑπεκαθάρθη πέμπτῃ μετρίως· αἱ θέρμαι ἀνῆκαν καὶ αἱ ὀδύναι· τοῦ δακτύλου τι ἀπέπεσε. Μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην ἐξῄει ἰχὼρ ἐπιεικῶς. Μετὰ ταῦτα τῇ γλώσσῃ οὐ πάντα ἔφη δύνασθαι ἑρμηνεύειν. Πρόρρησις, — ὀπισθότονος. Ξυνεφέροντο αἱ γνάθοι ξυνερειδόμεναι· ἔπειτα ἐς τράχηλον. Τριταῖος ὅλος ἐσπᾶτο ἐς τοὐπίσω ξὺν ἱδρῶτι. Ἕκταῖος ἀπὸ τῆς προρρήσιος ἀπέθανε.

λζ'. Ὁ δὲ ἐκ τῆς Ἁρπάλου ἀπελευθέρης Τηλεφάνης στρέμμα κάτωθεν τοῦ μεγάλου δακτύλου ἔλαβε· ἐπεφλέγμηνε καὶ σφόδρα ἐπώδυνος ἦν καὶ ἐπεὶ ἀνῆκε ᾤχετο ἐς ἀγρόν. Ἀναχωρέων ὀσφὺν ἤλγησε· ἐλούσατο· αἱ γένυες ξυνήγοντο ἐς νύκτα καὶ ὀπισθότονος παρῆν· τὸ σίαλον ἀφρῶδες μόλις διὰ τῶν ὀδόντων ἔξω διῄει· τριταῖος ἀπέθανε.

λη'. Ῥίνων ὁ τοῦ Δάμωνος περὶ κνήμην, ἢ σφυρὸν, ἕλκος κατὰ νεῦρον εἶχε ἤδη κα-

tum, superstes tamen fuit, os vero non abscessit.

36. Magnae navis praefecto anchora manus dextrae indicem et os infernum collisit; inflammatio, sideratio et febris supervenit. Aliquantulum purgato quinto die calores et dolores remiserunt; de digito aliquid decidit. Post septimum diem sanies moderate exibat, deinde se non posse omnia lingua explicare dixit. Praedictum est posteriorum partium distentionem fore. Maxillae ad se invicem adactae cohaeserunt, dein ad collum malum pervasit. Tertio die totius corporis in posteriora convulsione cum sudore tentabatur. Sexto a praedictione die obiit.

37. Telephanes ex Harpali liberta filius luxationem deorsum in pedis pollice habuit; ex qua inflammatio et valde vehemens dolor consecutus est. Quo remisso in agrum profectus est, unde rediens lumbis doluit; lavit; sub noctem maxillae cohaerebant et posteriorum partium distentio aderat. Sputum spumans aegre dentes pertransibat; tertio die mortuus est.

38. Rhinon Damonis filius circa tibiam ad malleolum iuxta nervum ulcus habuit iam pu-

36. διόπῳ.] Littréus διόπῳ ᾧ dedit, libris διοπώω, partim etiam magis corrupte, ferentibus; Marc. δειοπωιω. Cum vulg. et apogr. Ep. V. omisi relativum.

καὶ τὸ κάτω ὀστέον] h. l. κάτω, quod ex Ep. V. huc transtuli, pone καὶ τό perierat. Cod. Marc. συνέθλασε (sic).

ὑπεκαθάρθη πέμπτῃ.] Ep. V. ordine inverso legebatur π. ὑ.

αἱ θέρμαι ἀνῆκαν καὶ αἱ ὀδύναι.] Ep. V. θέρμαι ἤπιοι καὶ ὀδύναι. Non discerno, quae verior sit lectio.

μετὰ — ἐπιεικῶς.] Ep. V. μετὰ τὰς ἑπτὰ ἐξῄει ἰχὼρ ἐπιεικής.

μετὰ ταῦτα τῇ — ἑρμηνεύειν· πρόρρησις.] In his cod. unus G. πάντων; vulgata habet ἑρμηνεύειν τὶ προρρ. — Latetne forte in vulgata: οὐ πᾶν ἔφη δύνασθαι ἑρμηνεύειν τι? Cod. C., quem cum Littr. sequor, om. τι. Ep. V. legebatur μετὰ ταῦτα γλώσσῃ (sic certe vulg., sed Littr. e codd. et Edd. antt., γλώσσης) οὐ πάντα ἔφη δύνασθαι ἑρμηνεύειν· προρρήσιος, ὅτι ὀπισθότονος ἤξει. In quibus genitivus γλώσσης manifesto vitiosus, itemque alter ille προρρήσιος; ὅτι — ἤξει forte interpolata sunt. E Marc. excerptum est: ὀπισθότονος η εξει ξυνεφέροντο αἱ.

ἔπειτα] εἶτα Ep. V.

τριταῖος] τριταῖος δέ Ep. V.

ἀπέθανε] ἔθανε Ep. V.

37. Τηλεφάνης.] Sic Littr. e cod. D., Τελεφ. vulg., Ep. V. eodem modo atque in cod. D. nomen scribebatur, sed verba ordine alio se exceperunt: Ὁ δὲ Ἁρπάλου ἐκ τῆς ἀπελευθέρης Τηλεφάνης.

στρέμμα κάτωθεν.] Vulgo hic τύμμα κάτωθεν, sed Ep. V. στρέμμα κάτω. — Lindanus in Ep. V. loco τύμμα reposuerat, sed non dubium puto quin στρέμμα facilius in τύμμα abeat, quam contra. Forte praecedente nomine in σ exeunte primum τρέμμα legerunt, dein τύμμα emendarunt.

ἐπεφλέγμηνε.] Ep. V. simplex ἐφλέγμηνε, tum ibi σφόδρα ante ἐπώδυνος perierat.

ἀναχωρέων ὀσφὺν ἤλγησε.] Haec lectio est apographi Ep. V.; h. l. ἀναχωρέων omissum erat. Lind. iam expleverat hunc locum ex altero.

αἱ γένυες ξυνήγοντο ἐς νύκτα.] Ep. V. ξυνήπτοντο legebatur; ἐς νύκτα om. cod. C., qui liber etiam μόλις fert.

ἀπέθανε] ἔθανε Ep. V.

38. Ῥίνων.] Vulgo Ζήνων, sed sex codd. Parr. ῥίνων. aut ῥήνων. Marc. ῥίνων. Ep. V. vulgo Θρίνων, cod. C. Θρήνων, quod ortum puto ex articulo ὁ nomini adhaerente. Meinekius nomen emendavit.

περὶ κνήμην, ἢ σφυρόν.] Ep. V. περὶ κνήμης σφυρόν. Marc. in Ep. VII. π. κνήμην καὶ σφυρόν.

ἕλκος κατὰ νευρὸν εἶχε ἤδη καθαρόν.] εἶχε de meo supplevi, quum neque h. l., neque Ep. V. legeretur. Sed Ep. V. pro ἤδη vulgo δή; itaque fieri possit, ut ἤδη sit natum ex ἦν δή et ut lectio fuerit: Ῥίνωνι τῷ τοῦ Δ. περὶ κνήμην, ἢ σφυρὸν, ἕλκος κατὰ νεῦρον ἦν δὴ καθαρόν.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 807 sur 880

©BIUM

θαρόν· τούτῳ δηχθέντι ὑπὸ φαρμάκου ξυνέβη ὀπισθοτόνῳ ἀποθανεῖν.

λθ'. Δείνωνι ὑπ' ἀρκτοῦρον καὶ πρότερον ἐκ πυρετοῦ θερινοῦ καὶ διαρροίης ἀσθενέως διατεθέντι ἐκ πορείης κοπιάσαντι καὶ πλευροῦ ὀδύνη ἀριστεροῦ καὶ βὴξ, ἔχουσα μὲν ἐκ καταρρόου καὶ πρότερον, τότε δὲ ἦν κατακορής· καὶ ἄγρυπνος καὶ δυσφόρως φέρων τὸν πυρετὸν εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἀνακαθίζων. Τριταῖος ἔπτυσε ὠχρόν· ἀρτηρίη ὑπεσύριζε ῥεγχώδες. Περὶ τὴν πέμπτην πνεῦμα ἐπιεικῶς πυκνόν· ἄκρα τὰ πλεῖστα ψυχρὰ καὶ ἔξω τοῦ ἱματίου· ὑποχώρησις ἀπ' ἀρχῆς ἐπεγένετο χολώδης, οὔτε λίην ὀλίγη, οὔτε πολλή. Ἑβδομαῖος καὶ ὀγδοαῖος καὶ ἐναταῖος ῥᾷον ἐδόκει φέρειν καί τινες ὕπνοι ἐγένοντο καὶ τὰ ἀποχρεμπτόμενα ἀμεμπτότερα. Δεκάτῃ καὶ μέχρι τρισκαιδεκάτης σφόδρα λευκὰ καὶ καθαρά· καὶ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον λαπαρώτερον ἐγένετο, τὸ δὲ ἀριστερὸν ξυντεταμένον· καὶ εὐπνούστερος· πρὸς δὲ βάλανον ὑπῆλθε μετρίως. Τρισκαιδεκάτῃ πάλιν ἔπτυσε ὠχρὸν, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ δὲ μᾶλλον.... πεντεκαιδεκάτῃ δὲ πρασοειδές· κοιλίῃ δὲ κακώδεα, χολώδεα, ὑγρὰ, σὺχνὰ ὑπῆλθε· τὸ ἀριστερὸν ὑποχόνδριον ἐπῆρτο. Ἐκκαιδεκάτῃ δὲ καὶ σφόδρα ἐπῴδησε καὶ τὸ πνεῦμα ἤδη ῥεγχῶδες· ἱδρὼς περὶ μέτωπον καὶ αὐχένα, ὀλιγάκις ἐπὶ τὸ στῆθος· ἄκρα καὶ μέτωπον ἐπιεικῶς διετέλει ψυχρά· πηδηθμὸς δὲ φλε-

rum. Huic quum roderetur a medicamento ut opisthotono interimeretur accidit.

39. Dinonem sub arcturi exortum et antea ex febre aestiva et alvi profluvio imbecillum ex via delassatum et lateris sinistri dolor et tussis detinuit, quae quidem et prius ex destillatione aderat, tum vero valde intensa erat. Pervigil erat et febrem statim ab initio implacide ferebat, residens. Tertio die exspuebat materiem pallidam, arteria sibilum quemdam cum stertore edebat. Sub quintum diem fere densa spiratio aderat; extrema plerumque frigida et extra stragula erant. Ab exordio quod per alvum secedebat biliosum exsistebat, neque valde paucum, neque multum. Septimo, octavo et nono die lenius morbum ferre videbatur et somni quidam aderant; minus improbanda erant quae exscreabantur. Decimo et ad decimum tertium usque alba admodum et pura. Praecordia dextra molliora fiebant, sinistra autem intenta, faciliusque spirabat. Glande subdita alvus moderate demisit; decimo tertio rursus pallidum spuit, decimo quarto vero magis.... decimo quinto quod coloris erat porracei. Alvus vero maleolentia, biliosa, liquida, crebro demisit; praecordia sinistra sublata erant. Decimo sexto vero etiam valde intumuerant et spiratio iam cum stertore erat; sudor circa frontem et cervicem, raro pectus occupabat; frons et extrema fere frigida perseverabant; venae tem-

ἀποθανεῖν.] θανεῖν Ep. V.

39. Δείνωνι.] Vulgo Μείνωνι, sed codd. I. J. K. Littréo praebuerunt δείνωνι, quod nomen in C. D. prave scriptum legitur et a Calvo etiam datum est, qui „Dinoni" habet; Marc. δεινὸν εἰ. Paulo post ἀσθενέως Littr. e cod. C., ἀσθενῶν vulg.

καταρρόου.] Ionismum dedit Littr. ex Edd. antt. et mss.; καταρροῦ vulg. Quod codd. nonnulli, etiam Marc., habent καὶ οὐ πρ., manifesto vitiosum est.

ἄκρα τὰ πλεῖστα ψυχρά.] Vulgo πόδες αἱ κνῆμαι ἄκρεα κ. τ. λ.; in quibus καὶ κν. Lind., sed glossema πόδες καὶ κνῆμαι expellendum erat. Marc. πόδες καὶ αἱ κνῆμαι ἄκραια (sic).

ῥᾷον ἐδόκει φέρειν.] Subintelligendum τὴν νοῦσον; lectio ῥᾴων ἐγένετο codd. D. Q'. recentiori alicui deberi videtur.

τὰ ἀποχρεμπτόμενα ἀμεμπτότερα.] Littréus e pluribus libris τά adscripsit; idemque Marc. habet. Vulgo ἀπεπτότερα, sed Littr. e cod. C. lectione ἀπεμπτότερα verissime emendavit lectionem, scribens quod item exhibui.

καὶ τὸ δεξιὸν ὑποχ.] Vulgo hic τὸ δεξιόν abest, sed sequens τὸ ἀριστερόν certum reddit omissum esse a librariis, quapropter de meo addidi. Cod. C. τὸ δέ ante ἀριστερόν paulo post om., item Marcianus.

εὐπνούστερος.] Sic vere Littr. de suo pro vulg. εὐπνούστερον.

πρὸς δὲ βάλανον.] Cod. Marc. δέ non habet.

δὲ μᾶλλον....] Lacunam hic esse non viderunt interpretes; ad μᾶλλον subintelligunt ex antecedentibus, aut videntur certe subintelligere, ὠχρά. Sed sive ὠχρά subintelligas, sive ἔπτυσε, utrumque ineptum erit: pro illo exspectas nomen transitum ab ὠχρόν ad πρασοειδέα indicans; hoc ineptum est, quia μᾶλλον ἔπτυσε non potest significare πλείονα ἔπτυσε et quia in superioribus nihil est quorsum illud μᾶλλον apte referas. Equidem certum iudico lacunam esse: fortasse χλωρόν excidit. Sed non licet aliud quid reticere: πρασοειδέα dicta memini τὰ διαχωρήματα, et τὸν ἔμετον, non sputa. Nolim affirmare id fieri non posse, sed observo, ut alii videant, num quae alia forte corruptela hic lateat. — Pone πεντεκαιδεκάτῃ vulgata om. δέ, dedit vero Littr. e cod. C.

ἐπῆρτο.] Ita de meo scripsi pro vulg. ἐπήρετο.

ἐπὶ τὸ στῆθος.] Marc. τό om.

πηδηθμὸς δὲ φλεβῶν περὶ κροτάφους κατεῖχε.] In his

©BIUM

βῶν περὶ κροτάφους κατεῖχε· ὕπνοι κωματώδεες καὶ ἡμέρην καὶ νύκτα τοὺς τελευταίους χρόνους. Οὖρον ἀπ' ἀρχῆς ὠμὸν, σποδοειδές· περὶ δεκάτην καὶ μέχρι τρισκαιδεκάτης λεπτὰ καὶ οὐκ ἄχροα· ἀπὸ δὲ τῆς τρισκαιδεκάτης οἷάπερ ἀπ' ἀρχῆς.

μ'. Τῷ Κλεόχῳ πλευροῦ ἄλγημα καὶ πυρετός· ἀνῆκε ὁ πυρετός· ἵδρωσε τὸ σῶμα ὅλον· ἐν τῷ οὔρῳ πολλὰ τὰ ἐμφερόμενα ἦν· ἐθορυβήθη μετὰ ταῦτα ....

μα'. Πλῃϊάδων περὶ δύσιν τὴν Ὀλυμπιάδεω ὀκτάμηνον ἔχουσαν ἐκ πτώματος πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε. Γλῶσσα καυσώδης, ξηρὴ, τρηχεῖα, ὠχρή· ὀφθαλμοὶ ὠχροὶ καὶ τὸ χρῶμα νεκρῶδες. Διέφθειρε πεμπταίη· ῥηϊδίως ἀπήλλαξε καὶ ὕπνος ὡς ἐδόκεε κωματώδης· δείλης διεγειρόντων οὐκ ἠσθάνετο, πταρμικῷ ὑπήκουσε, πόμα κατεδέξατο καὶ χυλοῦ· ὑπέβησσε καταπίνουσα τὸ πόμα· ἡ φωνὴ οὐκ ἐλύετο, οὐδὲ αὐτή τι ἀνέφερε· τὰ ὄμματα κατηφέα· πνεῦμα μετέωρον, κατὰ ῥῖνα σπώμενον· χρῶμα πονηρόν· ἱδρὼς περὶ τοὺς πόδας καὶ σκέλεα περὶ θάνατον ἐούσῃ· ἐτελεύτησε.

μβ'. Τῇ Νικολάου ἐκ καύσου τὰ παρ' οὖς ἐγένετο μεγάλα ἐπ' ἀμφότερα, ὀλίγῳ ὕστε-

porum saliebant; somni cum sopore diem et noctem postremo tempore detinebant. Urina ab initio cinerem colore referens; ad decimum et decimum tertium usque tenues, non decolores erant; a decimo tertio autem, qualis ab initio.

40. Cleochum lateris dolor et febris corripuit, febris remisit; toto corpore sudor dimanavit; in urina multa innatabant; postea perturbabatur.....

41. Ad vergiliarum occasum Olympiadae uxorem octo mensibus utero gerentem ex casu febris acuta corripuit; lingua, qualis in febre ardente, sicca, aspera, pallida; oculi pallidi, et corporis color mortui similis. Abortu quinto die sine labore est liberata et somnus, ut videbatur, cum sopore adfuit, sub vesperum cum excitaretur, non sentiebat; sternutamentum cienti medicamento cessit. Potionem recepit et succi ptisanae nonnihil; potionem deglutiens aliquantum tussivit. Vox soluta non erat, neque ipsa quidquam melius habuit; oculi demissi erant; spiratio sublimis, quae naribus trahebatur; color pravus; sudor pedes et crura, cum morti esset proxima, occupabat; obiit.

42. Nicolai uxori ex febre ardente ad utramque aurem magna tubercula oborta sunt, paulo post

τε pro δέ plures codd. Parr.; κατεῖχεν Littr. cum Ald. plurimis libb. Parr. et Marciano; κατέσχεν vulg.

καὶ μέχρι.] Copulam om. C.

40. τῷ Κ. κ. τ. λ.] In cod. C. τῷ et dein καὶ πυρετός om.; e Marc. τῷ, non alterum, exsulat; τὰ ἐμφερ. dedit Littréus pro τὰ ἐνφ. e cod. C.; Marc. τὰ ἐνφερόμενα, idemque Calvus legit, qui „multa per urinam vagabantur." Corn. item expressit, non Foës. — Verbum ἐθορυβήθη a Corn., Foës., Littréo ad urinam refertur, — de Calvo non constat; — mihi θορυβεῖσθαι de aegris, ταράσσεσθαι de urinis notum est. Verbum ad aegrotantem spectare videtur; sed simul historiam morbi non absolvi constat, — abrupta est, quapropter lacunae signa posui in fine.

41. πλῃάδων περὶ δύσιν.] Cod. C. μετὰ πλ. δύσιν. Calvus nihil eiusmodi legisse videtur, itaque opinor correctionem esse descriptoris; in Marc. eadem atque in C. lectio est.

γλῶσσα καυσώδης, ξηρὴ, τρηχεῖα, ὠχρή· ὀφθαλμοὶ ὠχροὶ καὶ τὸ χρῶμα νεκρῶδες.] Ad ὀφθ. ὠχροί cf. quae § 25. supra leguntur: τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν ὠχρὰ καὶ νεκρώδεα. Nimirum alter locus alterum firmare videtur. Nolo reticere me aliquando dubitavisse de ὠχρή ad linguam pertinente, quum crederem ex vicino ὠχροί esse ortum; quippe mirabar ὠχρή de lingua, quae simul sit καυσώδης et ξηρή et τρηχεῖα. Contuli tamen historiam § 42. traditam, ubi lingua et τρηχεῖα, δασεῖα simul et ὑπόλευκος. et § 43. ubi τρηχύτης ὠχρόλευκος in lingua describitur.

καὶ τὸ χρῶμα νεκρῶδες.] Vulgo τὸ σῶμα, sed e cod. C. Littréus illud dedit.

καὶ ὕπνος, ὡς ἐδόκεε, κωματώδης.] Vulgo καυματώδης. Duo libri D. Q. illud praebuerunt Littréo.

ὑπέβησσε] cod. C. ὑπέσεισε.

καὶ αὐτή τι ἀνέφερε.] Dubium non est, quin ἀναφέρειν sit h. l. intransitivum eo sensu, quo *se recolligere, vires resumere*, uti Foës. reddidit, significat. Moneo ne falsa lectio αὐτῇ, quam Foës. in notulis communicat, aut ambiguum, quod in eius adn. inest et in Littr. adn., lectorem perducat, ut ἀναφέρειν h. l. sumi putet sicuti apud Gal. in glossario, de respiratione.

χρῶμα πονηρόν.] Hic quoque dubito num forte πονηρόν sit recentiorum descriptorum sive lacunam utcumque explentium, sive pro alio vocabulo hoc nostro obtrudentium. Quod supra § 17. locum habuisse in adnn. significavi, me dubium reddit. Forte totum χρ. π. eiiciendum.

περὶ θάνατον ἐούσῃ· ἐτελεύτησε.] Marc. τελευτώσης, omissis π. θ. ἐ.

42. τῇ Νικολάου.] Vulgo τῇ Νικολάου εὐνέτιδι, sed cod. C. Par. et Marcianus εὐνέτιδι omittunt.

τὰ παρ' οὖς ἐγένετο μεγάλα ἐπ' ἀμφότερα, ὀλίγῳ ὕστερον τὸ ἕτερον· ἤδη δοκέοντος χαλᾶν τοῦ πυρετοῦ, περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἀσήμως κατέστη.] Haec de coniectura ita

©BIUM

ρον τὸ ἕτερον· ἤδη δοκέοντος χαλᾶν τοῦ πυρετοῦ, περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἀσήμως κατέστη· ὑπέστρεψε· χρῶμα νεκρῶδες, γλῶσσα τρηχεῖα, δασεῖα σφόδρα, ὑπόλευκος, διψώδης· ὑποχώρησις κάτω πολλή, ὑγρή, κακώδης παρὰ πάντα τὸν χρόνον· πρὸ τῆς τελευτῆς ἐφθάρη τῷ πλήθει· ἐτελεύτησε περὶ τὰς εἴκοσι.

μγ'. Ἀνδρέᾳ πρὸ πληϊάδος φρίκη, πυρετὸς, ἔμετος· ἀπ' ἀρχῆς ἡμιτριταῖος ἐφαίνετο. Τριταῖος δ' οὖν ἐὼν πάλιν ἀγοράζων ἔφριξε· πυρετὸς ὀξύς· ἔμετος χολῆς ἀκρήτου· παραλήρησις ἐς νύκτα. Τετάρτῃ ῥᾴων πάλιν. Πέμπτῃ χαλεπῶς. Ἕκτῃ ἀπὸ λινοζώστιος εὖ ὑπῆλθε. Ἑβδόμῃ χαλεπώτερον· καὶ τὰς ἐφεξῆς ξυνεχέστερος ἤδη καὶ ἀνίδρωτος ἀπ' ἀρχῆς καὶ διψώδης· μάλιστα δὲ τὸ στόμα ὑπεξηραίνετο καὶ πόμα οὐδὲν ἡδέως προσεδέχετο, ἀηδίης πολλῆς ἐούσης περὶ τὸ στόμα· γλῶσσα ξηρὴ, ἀκρατής· τρηχύτης ἐπήνθει ὠχρόλευκος· ἄγρυπνος, ἀσώδης, ἐκλελυμένος, κεκλασμένος· χυλὸν μάλιστα προσεδέχετο. Ἐναταίῳ ἢ δεκαταίῳ

alterum; cum iam febris remittere videretur circa decimum quartum diem citra ullam significationem conquieverunt. Reversio facta est; color cadaverosus erat, lingua aspera, densa admodum, subalbicans, siticulosa. Alvi egestio copiosa, liquida, omni tempore maleolens. Ante obitum egestionis copia consumpta est; ad vigesimum diem obiit.

43. Ante vergiliarum occasum Andream horror, febris, vomitus corripuit, ab initio semitertiana apparebat. Tertio vero die cum rursus in foro negotiaretur, horrore correptus est cum febre acuta, bilem sinceram vomitione reiecit, deliravit sub noctem. Quarto die meliuscule habuit. Quinto rursus graviter habuit. Sexto ex mercuriali alvus probe deiecit. Septimo gravius habebat, ceterisque deinceps diebus iam magis continenter febris detinebat et ab initio sine sudore erat sitique torquebatur. Praecipue vero os resiccabatur nullumque potum non aversabatur, cum os admodum ingratum esset, lingua resiccata, impotens; asperitas eius cum pallore albicans, pervigilio et inquieta iactatione torque-

constitui; librorum lectio haec est: τὰ παρ' οὓς ἐγένετο ἐπ' ἀμφότερα ὀλίγον ὕστερον τὸ ἕτερον ἤδη δοκέοντος χαλᾶν τοῦ πυρετοῦ ὡς οἴδημα (ὡς οἶμαι cod. C. ὡς οἶμα Marc.) περὶ ιδ' μεγάλα ἀσήμως κατέστη. Littréus in his e pluribus libris ὀλίγῳ, quod Marc. etiam legit, dedit et cod. C. lectionem recepit; quo facto tamen perturbatum esse locum unusquisque semel admonitus videbit. Equidem puto μεγάλα de sede sua aberravisse et ad eum pertinere locum, quorsum iam retuli. Cod. C. lectio ὡς οἶμαι nihil est, nisi scribae adnotatio numerum diei non satis bene distinguentis, quales plures indicavimus ad Ep. II. p. 472. seq. in adn. Codicis vero Marciani lectio me iudice indicat, quomodo illud ὡς οἶμαι in ὡς οἴδημα abire potuerit. Nimirum librarii οιμα non intelligentes crediderunt compendium esse nominis οἴδημα; hinc ὡς οἴδημα natum est, quod hoc loco eò facilius substituerunt, quia sermo est de tumoribus.

κακώδης.] κάκοδμος ex uno cod. K. apud Littréum adnotatur.

πρὸ τῆς τελευτῆς ἐφθάρη τῷ πλήθει.] Ceteri ἐφθάρη τὸ σῶμα τῷ πλήθει, in quibus insiticium est τὸ σῶμα: vicina verba ad ipsam aegrotantem referuntur, eodem spectavit ἐφθάρη, sed sciolus aliquis τὸ σῶμα interposuit.

ἐτελεύτησε περὶ τὰς εἴκοσι.] ἐτ. ὑπὲρ τὰς εἴκοσι Marcianus.

43. Ἀνδρέᾳ.] Cett. Ἀνδρέαν, qui accusativus constare nequit, nisi velis pone πυρετός, aut ἔμετος, supplere ἔλαβε; quod tamen minus apte fiet, me iudice; ego certe dativum dare malui.

τετάρτῃ ῥᾴων πάλιν.] De Lindani coniectura τετάρτῃ adscripsi; quippe hic verum vidit: Δ numeralis omnino periit pone A finale nominis νύκτα; rerum nexus id docet.

εὖ ὑπῆλθε.] Cod. C. καλῶς ὑπῆλθε. Emendatio est descriptoris libri, sed qua non opus esse credo.

μάλιστα δὲ τὸ στόμα.] Sic plures codd. Parr.; vulgo τό omittitur. Cod. Marc. ἀπεξηραίνετο.

γλῶσσα ... ἀκρατής.] Ceteri γλῶσσα ... ἄκροπις, etiam Marcianus; de corruptis, aut coniectura invectis lectt. taceo. Nomen ἄκροπις occurrit h. l. et §§ 46. et 84.; de eo egerunt Gal. in gl.; Steph. in indic. ad Thesaurum; Schneid. in suppl. ad Lex. Foësius autem in Oecon. habet id, cui reliqui nihil addiderunt, quod sit operae pretium, neque ipse quidquam quod addam habeo. Omnibus computatis ἄκροπις mihi visum est vocabulum prave scriptum, in quo latere opinor ἀκρατής; usurpatur enim de lingua h. l., uti Aph. 40. VII. De reliquis duobus locis dein videbimus. Certum est Galenum ἄκροπις legisse; sed repugnat hoc omni analogiae: § 67. ἀκρατής apud nostrum occurrit eodem sensu, quo § 84. ἄκροπις, Aph. 40. VII. iam supra attuli. Itaque quum ΠΙϹ et ΤΗϹ facile confundantur, putavi pronunciatione confusis vocalibus ᾱ et ō monstrum ἄκροπις natum esse.

ἐκλελυμένος, κεκλασμένος.] Sequebatur h. l. apud reliquos γλῶσσα ὑπὸ ξηρότητος ἐνίοτε ὑπότραυλος, ἕως διαβρέξειεν. Haec quidem omittenda visa sunt, quum glossema referant pertinens ad γλῶσσα ξηρὴ, ἀκρατής. Statim enim mira est consecutio rerum in vulgata, in qua primum de lingua agatur, dein symptomata enumerentur ad omnem aegri habitum spectantia, tum iterum redeatur ad linguam. Et verò quod de lingua dicitur, aliis verbis et amplioribus idem denotat, quod antea iam erat dictum, maxime autem idem denotat, si reputes ad ἄκροπις partem scholii spectare et si huius vocabuli corrupti explicationem apud Galenum teneas.

ἐναταίῳ ἢ δεκαταίῳ παρ' οὓς ἀριστερὸν καὶ παρὰ τὸ

παρ' οὖς ἀριστερὸν καὶ παρὰ τὸ ἕτερον ἐπάρματα σμικρά· ἀσήμως ἠφανίσθη. οὖρα διὰ παντὸς οὐκ ἄχροα, ἄνευ δὲ ὑποστάσιος. Τεσσαρεσκαιδεκαταίῳ ἱδρώτιον περὶ τὰ ἄνω· οὐ πουλὺ μετριώτερον ἡ θέρμη· περὶ τὰς ἑπτακαίδεκα ἐμωλύνθη. Κοιλίη μετὰ τὰς δέκα ξηρὴ, οὐκ ἄνευ βαλάνων ὑποχωρέουσα. Περὶ δὲ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι ἐξανθήματα δι' ὅλου κνησμώδεα, θερμὰ, ὥσπερ πυρίκαυστα. Ὀδύνη δὲ ἦν περὶ τὰς μασχάλας καὶ τὰ πλευρά· ἐς σκέλεα δὲ ἦλθε καὶ ἀσήμως ἔληξε. Λουτρὸν ὠφέλει καὶ χρίσμα τὸ ἐν τῷ ὄξει. Μηνὶ δὲ δευτέρῳ ἴσως, ἢ τρίτῳ ἐς νεφροὺς ἡ ὀδύνη καὶ πρότερόν ποτε γενομένη κατέστη.

μδ'. Ἀριστοκράτεϊ περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς κόπος καὶ φρίκη καὶ θέρμη· μετὰ δὲ ἤρξατο τριταίῳ πλευροῦ ὀδύνη καὶ ὀσφύος καὶ οἴδημα ἐκ τῆς μασχάλης ἀρξάμενον παρ' ὅλον τὸ δεξιὸν πλευρὸν, σκληρὸν, ἐρυθρὸν, πελιδνὸν ὡς ὑπὸ πυρὸς θαλφθὲν καὶ ἐκκεκαυμένον. Ἀσώδης, σφόδρα διψώδης, γλῶσσα ὑπόλευκος, οὖρα οὐκ ἐχώρεε, σκέλεα ὑπόψυχρα· ὑποχώρησις ἀπὸ λινοζώστιος ὀλίγη· — ὑγρὰ, ὑπόλευκα, ἀφρώδεα. Ἐς νύκτα πνεῦμα ἐμετεωρίζετο· ἱδρώτιον περὶ μέτωπον· τὰ

batur, exsolutus, fractus; sorbitiunculam ex hordeo praecipue sumebat. Nono aut decimo ad sinistram aurem atque alteram parva tubercula; sine ulla indicationis significatione evanuerunt. Urinae per totum morbum non decolores, verum sine sedimento fuerunt. Decimo quarto circa superiores partes sudor; non multo moderatior calor; ad decimum septimum diem conquievit. Post decimum alvus sicca, nihilque nisi glandibus subditis deiiciens. Ad vigesimum quintum pustulae pruriginosae, calidae, velut ambusta cute, per totum corpus exortae sunt. Dolor autem axillas et latera occupabat, descendit vero ad crura et citra ullam significationem desiit. Balneum proderat et illitus cum aceto. Mense vero secundo fere aut tertio dolor ad renes, qui quandoque tenuerat, constitit.

44. Aristocratem sub brumam lassitudo, horror et calor invasit. Postea vero tertio die lateris et lumborum dolor coepit et tumor ab axilla initium sumens totum dextrum latus occupabat, durus, ruber, lividus, non secus quam si ab igne calefactus et ustulatus fuisset. Anxietate vexabatur, admodum siticulosus erat, lingua subalbicans. Urinae non prodibant, crura subfrigida; alvus ex mercurialis succo pauca deiiciebat, liquida, subalbicantia, spumosa. Sub noctem respiratio sublimis exstitit, parvus sudor

ἕτερον ἐπάρματα σμικρά.] Vulgo in his περὶ τὸ ἕτερον, sed Littr. e codd. Parr. dedit quod item exhibui. — Mirum quid est in παρ' οὖς ἀριστερὸν καὶ παρὰ τὸ ἕτερον, simplicius enim dixeris παρ' ὦτα ἀμφότερα. Sed forte primum animadvertit tumorem medicus ad aurem sinistram, forte ibi paulo maior erat tumor; certe eiusmodi quid puto verborum delectui ansam praebuisse.

ἐπάρματα σμικρά· ἀσήμως ἠφανίσθη.] Omnes uno cod. C. excepto ἐφάνη. Sine dubio est emendatio descriptoris cod. C., sed eam, quum verissima sit, lubens amplector. Bene habet ἀσήμως ἀφανισθῆναι non ἀσήμως φαίνεσθαι.

οὐ πουλὺ μετριώτερον ἡ θέρμη περὶ τὰς ἑπτακαίδεκα ἐμωλύνθη.] πουλύ Ionice Marc., unde recepi. Illud μωλυνθῆναι h. l. ad calorem febrilem refertur, sicuti § 59. sub finem ἡ θέρμη ἐντὸς τῶν εἴκοσι ἐμωλύνθη. In Epidd. I. et III. de tumoribus evanidis tantum usurpatur.

ἐξανθήματα δι' ὅλου.] Vulgo δι' ὀλίγου, Marc. solum ὀλίγου. Quod exhibeo est lectio cod. C. Emendatio mihi admodum placet; cum h. l. cf. initium Ep. II., licet non credam hist. ad catastasin, cuius descriptionis fragmentum ibi habemus, pertinere.

ἐς σκέλεα δὲ ἦλθε καὶ ἀσήμως ἔληξε.] Cett. ἐς σκέλεα δὲ ἦλθε ἀσήμως καὶ ἔληξε; de meo emendavi. Paulo superius articulum ante μασχάλας om. cod. C. et Marc., in quo etiam ante πλευρά om.

μηνὶ δὲ δευτ.] Cod. C. h. l. δέ om. — Pro χρίσμα Marc. χρῆμα, paulo ante.

44. περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινάς.] Multi codd., etiam Marc., ferunt τροπέων χειμερινέων.

καὶ οἴδημα ἐκ τῆς μασχάλης ἀρξάμενον παρ' ὅλον τὸ δεξιὸν πλευρὸν, σκληρὸν, ἐρυθρὸν, πελιδνόν.] Ita locum descripsit Littr.; vulgata lectio est: καὶ οἴδημα ἐκ τῆς μασχάλης ἀρξάμενον παρ' ὅλον τὸ δεξιὸν πλευρὸν σκληρὸν κατὰ ταύτην (δ' αὐτὴν Marc.) τὴν πλευρὴν ἐκ μασχάλης ἀρξάμενον ἐρυθρὸν (καὶ π. Marc.) πελιδνὸν κ. τ. λ. Varietas lectionis in his non magni momenti est, sed facile perspicitur, unde confusio nata sit. Habemus dittographiam: alii scripserunt quod cum Littréo in textu exhibui, alii: μετὰ δὲ ἤρξατο τριταίῳ πλευροῦ δεξιοῦ ὀδύνη καὶ ὀσφύος, καὶ οἴδημα σκληρὸν κατὰ ταύτην τὴν πλευρὴν ἐκ μασχάλης ἀρξάμενον, ἐρυθρὸν, πελιδνόν.

ἀσώδης.] Ceteri ἀσώδης, δυσφόρως ἔχων. Equidem glossam δυσφόρως ἔχων delevi. Lind. dedit [ἦν δὲ] ἀσώδης, δυσφόρως ἔχων. Additione illa non opus est, at glossam intactam reliquit. Plures libri Parr. δυσφόρως ἔχων, σφόδρα διψώδης omm. Itaque omissio est fortuita, non loci scriptio a glossa libera.

©BIUM

κάτω ψυχρά· ἀσώδης· τράχηλος ἐνεφυσᾶτο· βὴξ οὐκ ἐνῆν· ἐτελεύτησε ἔμφρων.

με'. Μνησιάνακτι περὶ φθινόπωρον ὀφθαλμίη· μετὰ δὲ τεταρταῖος πυρετός· ἀρχομένου τοῦ τεταρταίου σφόδρα ἀπόσιτος, προϊόντος δὲ ἡδέως εἶχε πρὸς σιτίον· καὶ Πολυχάρεϊ δὲ ἐν τεταρταίῳ ὁμοῖα τὰ περὶ τὴν σίτησιν. Ξυνέβη δὲ καὶ τῷ Μνησιάνακτι ὑποχώρησις ἔμπροσθεν τοῦ πυρετοῦ καὶ μετὰ ἐπὶ πουλὺν χρόνον παρηκολούθει πολλῶν, λευκῶν, μιξοπύων· καὶ ἔστι ὅτε σμικρὸν αἷμα ἄνευ πόνων καὶ ὀδύνης, ψόφοι δὲ ἐν γαστρί. Μετὰ τὸν πυρετὸν ἀπέστη παρὰ τὴν ἕδρην φῦμα σκληρὸν, πουλὺν δὲ χρόνον παρηκολούθει ἄπεπτον· ἐρράγη ἐς τὸ ἔντερον καὶ ἔξω συριγγῶδες ἐγένετο. Περιπατοῦντι δ' αὐτῷ ἐν τῇ ἀγορῇ μαρμαρυγαὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τὸν ἥλιον οὐ πάνυ καθεώρα· ἀποχωρήσας δὲ σμικρὸν ἔξω ἑωυτοῦ ἦν καὶ τράχηλον σπασμώδης. Ἐπεὶ δὲ ἐκομίσθη ἐς οἶκον μόγις ἀνέβλεψε καὶ ἐντὸς ἑωυτοῦ μόγις ἐγένετο· τὸ πρῶτον δὲ περιέβλεπε τοὺς περιεστῶτας καὶ τὸ σῶμα κατεψύχθη, μόγις δὲ ἀνεθερμάνθη ἀσκίοισι καὶ πυρίῃ ὑπὸ τῇ κλίνῃ. Ἐπεὶ δ' ἐντὸς ἑωυτοῦ ἦν καὶ ἐξανίστατο, οὐκ ἐξιέναι ἤθελε, ἀλλὰ δεδιέναι ἔφη· εἰ δέ τις περὶ νοσημάτων χαλεπῶν διαλέ-

circa frontem erupit. Partes inferiores frigidae; anxietate vexabatur; cervix intumescebat, tussis non aderat; mentis compos mortuus est.

45. Mnesianactem ad auctumnum lippitudo, postea vero febris quartana detinuit. Per quartanae exordia a cibis alieno admodum erat animo, progressu vero temporis ad cibum alacriter habebat. Quin etiam Polychari in febre quartana eadem circa cibos contigerunt. Mnesianacti quoque contigit alvi deiectio ante febrem, posteaque multo tempore comitabatur, multis albis, cum pure mixtis, prodeuntibus. Quandoque etiam paucum sanguinem citra laborem et dolorem demittebat; ventris autem strepitus aderant. Post febrem tuberculum durum ad sedem abscessum fecit; diu autem incoctum perseveravit, ad intestinum ruptum est et foris fistulosum evadebat. Cum autem in foro deambularet, ei ante oculos fulgores obversabantur, neque plane solem intueri poterat. Ubi vero paulum secessisset, extra se fuit et cervicis convulsione tentatus est. Postquam autem domum reportatus est, aegre visum recepit, vixque ad se rediit. Primum vero adstantes oculis collustrabat; corpus adeo perfrixit, ut vix utriculis et fomento sub lectulo recalesceret. Posteaquam autem sui compos fuit et surrexit, prodire noluit, sed timere se dicebat. Quodsi

τὰ κάτω ψυχρά.] Sic Littr. e codd. C. H.; vulgo τά abest.

45. Μνησιάνακτι.] Sic Littréus e mss. Parr. sex; vulgo Ὀνησιάνακτι, quod manifesto falsum et ita ortum ut spatio vacuo relicto ubi postea $\bar{\mu}$ maiusculum apponeretur, imprudens librarius $\bar{o}$ suppleverit, putans articulum scribi debere, quum ne animadverteret quidem dativum esse. Hoc modo forte plures anacoluthiae initio harum historiarum natae sunt, quas fere sustulimus.

ἀρχομένου τοῦ τεταρταίου.] ἀρχόμενος codd. 4. Parr. et Marcianus.

προϊόντος δέ.] Ita de meo scripsi pro vitioso προσιόντος δέ. Tum εἶχε paulo post de meo supplevi; ἡδέως πρὸς σιτίον aposiopesis non est, sed omissio librariorum.

Πολυχάρεϊ.] Sic Littr., πολυχάρι vulgo. Paulo post σίτησιν dedi pro vulgato σίτισιν e cod. C., ubi σιτισιν (sic) et e Marciano; πίτισιν apud Kühn. error typogr. est e Foësiana repetitus.

καὶ τῷ M.] h. l. καί om. cod. C. Quod in vulgata paulo post τοῦ π. χρ. pro ἐπὶ π. χρ. legitur, error videtur typogr.

ἄνευ πόνων καὶ ὀδύνης.] Littr. e cod. O. τόνων; idem e Marc. excerptum est, sed hoc admitti nequit; ferrem τόνου, non fero τόνων. Paulo ante μιξοπύων de coniectura scripsi pro ceterorum ridiculo μυξοποιῶν, quam vocem item emendavi in Aretaeo p. 123. vs. ult., cf. adnn. p. 124.

πουλὺν δὲ χρόνον παρηκολούθει.] Sic mss. Parr. I. K.; solet nempe abesse δέ.

μαρμαρυγαὶ πρὸ τῶν ὀμμάτων.] Vulgo πρὸ τῶν ὀφθ. ὡρῶντο, sed in cod. C. ὡρῶντο omittitur itemque in Marciano; consulto omissum est a libri descriptoribus.

τράχηλον σπασμώδης.] Cod. C. τράχηλος, quod non praeferendum, modo attendamus ad ea, quae proxime antecedunt. Paulo ante ceteri ἐξ ἑωυτοῦ; de meo reposui ἔξω ἑωυτοῦ.

ἐντὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο.] Ceteri αὐτὸς ἑωυτοῦ, sed sibi opponi solent ἐντὸς ἑωυτοῦ et ἔξω ἑωυτοῦ, quod paulo ante restitui pro ἐξ ἑωυτοῦ librorum. Marc. ἑωυτοῦ μόγις ἐντὸς ἐγένετο.

ὑπὸ τῇ κλίνῃ.] Sic Littr. e cod. C. pro vulg. ὑπὸ τῇ καινῇ. Iam Foës. de hac re monet in notulis ex Calvo.

ἀλλὰ δεδιέναι ἔφη.] Sic C., Marcianus; vulgo ἔλεγε pro ἔφη.

εἰ δέ τις περὶ νοσημάτων χαλεπῶν διαλέγοιτο, ὑπεξῄει φόβῳ.] In his διαλέγοιτο cod. C., quem Littr. sequitur, pro vulgato διελέγετο. Equidem vulgatum apud reliquos

©BIUM

γοιτο, ὑπεξῄει φόβῳ· ἔστι δ' ὅτε προσπίπτειν ἑωυτῷ πρὸς τὰ ὑποχόνδρια θερμασίην ἔφη καὶ τῶν ὀφθαλμῶν μαρμαρυγὰς παρακολουθεῖν. Καὶ ἡ ὑποχώρησις πολλὴ καὶ πολλάκις καὶ ὁμοίη χειμῶνος ξυνέβη. Φλεβοτομίη· ἐλλέβοροι· γαλακτοποσίη βοείου, πρότερον δὲ ὀνείου, ξυνήνεγκε καὶ τὰς ὑποχωρήσιας ἔπαυσε· ὑδροποσίη ἀπ' ἀρχῆς καὶ περίπατοί τε καὶ κεφαλῆς καθάρσιες.

μς'. Τῷ Ἀνεχέτου ταὐτά· χειμῶνος ἐν βαλανείῳ πρὸς πυρὶ χριόμενος ἐθερμάνθη καὶ παραχρῆμα περιέπεσε ἐπιληπτικοῖς σπασμοῖς· ἐπεὶ δ' ἀνῆκαν οἱ σπασμοὶ, περιέβλεπε· οὐ παρὰ ἑωυτῷ ἦν. Ἐπεὶ δὲ ἐντὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο πάλιν τῇ ὑστεραίῃ πρωὶ ἐλήφθη· σπασμώδης, ἀφρὸς δὲ οὐ πάνυ· καὶ τρίτῃ ἀκρατής· καὶ τετάρτῃ ἐπεσήμαινε τῇ γλώσσῃ· πεμπταῖος οὐχ οἷός τε ἦν λέγειν, ἀλλ' ἴσχετο ἐν τῇσι ἀρχῇσι τῶν ὀνομάτων ἡ γλῶσσα σφόδρα καὶ ὁ σπασμὸς ἐπεγένετο καὶ ἐκτὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο, ὅτε δὲ ἠνίει ταῦτα, ἡ γλῶσσα μόγις ἀπεκαθίστατο εἰς τὠυτό. Ἑκταῖος ἀποσχόμενος πάντων, καὶ ῥοφήματος καὶ ποτοῦ, οὐκ ἔτι ἐλαμβάνετο.

quis de gravibus morbis verba faceret, prae timore se subducebat. Interdum sibi ad praecordia calorem occurrere dicebat et oculis obversantes fulgores comitari. Alvi deiectio multa fuit et saepe et similis hieme contigit. Venae sectio facta est; veratrum exhibitum; lactis vaccini potione usus est, ac primum asinini, quod contulit et alvi egestiones sedavit. Aquae potio ab initio fuit, deambulationesque et capitis purgationes.

46. Anecheti filio eadem contigerunt. Per hiemem in balneo ad ignem cum inungeretur calefactus est et confestim in comitialibus similes convulsiones incidit. Ubi vero convulsiones desiissent, circumspexit; non erat apud se. Ubi vero ad se rediit, postridie mane iterum correptus est; convulsus est, sed spuma non admodum apparuit. Tertio die impotens et quarto linguae affectae signa apparuerunt; quinto loqui non poterat, verum in nominum principiis admodum haerebat lingua et convulsione vexabatur, atque extra se erat. Ubi vero illa remitterent, lingua aegre ad pristinum statum redibat. Sexto die cum omnibus abstinuisset, et sorbitione et potu, convulsione non amplius prehensus est.

ὑπεξήρχετο de meo mutavi in ὑπεξῄει. Non credo huius libri auctorem tali imperfecto verbi ὑπεξέρχεσθαι usum esse, licet profecto sit recentior aetate Hippocratis. Puto autem ὑπεξῄει φόβῳ latere in cod. C. lectione ὑπεξέειν φόβον. Res indicio est codicis C. descriptorem fuisse solitis scribis et linguae et rerum peritiorem, certe librum profluxisse ex alio, qui talem descriptorem nactus erat. Cf. adnn. ad § 35.

ἔστι δ' ὅτε προσπίπτειν ἑωυτῷ πρὸς τὰ ὑποχόνδρια θερμασίην ἔφη.] In his ἔστι δ' ὅτε codicis C. lectio est a Littréo recepta pro vulgato ἔστιν ὅτε. Pronomen vero ἑωυτῷ pro vulgato αὐτῷ, quod constare nequit, dc meo dedi.

Φλεβοτομίη.] Huic nomini subiungitur γέγονε in vulgata; sed verbum om. cod. C. Puto descriptorem vidisse id non ex usu esse horum scriptorum, adeoque suppressisse. Idem liber γαλακτοποσίη praebuit Littréo pro plurali γαλακτοποσίαι vulgatae.

καὶ περίπατοί τε καὶ κεφαλῆς καθάρσιες.] Sic C. K.; ceteri copulam ante περίπατοι omittunt.

46. τῷ Ἀ. ταὐτά.] Vulgo ταὐτά. Unus cod. H. ταῦτα. Illud tamen servandum arbitror, quum huius morbi signa non quidem ad amussim conveniant cum superiore casu, sed tamen ita congruant, ut analogia certe aliqua appareat.

καὶ παραχρῆμα.] h. l. copula om. in sex libris Parr.; etiam in Marc., qui ἐνθερμάνθη habet.

ἐπεὶ δ' ἀνῆκαν οἱ σπασμοί.] ἐπειδὰν δὲ ἱκανοὶ σπασμοί vulg., sed cod. C. et Marc. om. δέ. Iam vero ex ἐπειδὰν ἱκανοὶ σπασμοὶ verissime Littr. effecit quod eum secutus exhibeo.

οὐ παρὰ ἑωυτῷ ἦν] περί libri sex et Ald. et Marcianus.

ἐπεὶ δὲ ἐντὸς κ. τ. λ.] Marc.: ἐπεὶ δ' ἐντὸς ἐγένετο ἑωυτοῦ κ. τ. λ.

ἐλήφθη· σπασμ.] Cod. Marc. ἐλήμφθη σπασμώδης. Si quis ita iungere velit, nihil obstat, me iudice.

ἀκρατής.] Vulgo ἄκροπις, cod. H. ἄκροπες. Cf. adnn. ad § 43. supra. Id unum addere lubet, historiam morbi hanc sine dubio pessime corruptam esse ab hoc loco inde in vulgata, sed ultro patere codicum lectionem ἄκροπις referre debere vocabulum, quod ad ipsum spectat aegrotantem, non ad linguam, quae non dici possit quarto demum die ἐπισημαίνειν, si iam ante sui signa praebuerit.

ἐπεσήμαινε τῇ γλώσσῃ.] ἐπεσήμαινε αὐτῇ τῇ γλώσσῃ cod. C. et Marcianus.

πεμπταῖος — ἡ γλῶσσα σφόδρα.] In his vulgatam retinui, sed ita ut delerem καὶ τῇ πέμπτῃ ante ἡ γλῶσσα. Littréus pro πεμπταῖος e quatuor mss. recepit ἔπταιε, quod Marc. etiam habet, et retinuit καὶ τῇ πέμπτῃ, sed verba καὶ ἡ γλῶσσα σφόδρα in ea lectione sensu idoneo prorsus destituuntur; tum vero ipsum ἔπταιε ineptum est. Librarii alieno loco καὶ τῇ ε' denuo intulerunt; hinc perturbatio illa originem traxit. Cornarii latina fere exprimunt quod Graece nunc exhibui, quod non neglexit Foës., cuius notula docet eum Cornarii emendationem recipere noluisse; equidem ea carere nos non posse opinor propter otiosam repetitionem numeri diei.

ἑκταῖος ἀποσχόμενος πάντων, καὶ ῥοφήματος καὶ ποτοῦ,

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 813 sur 880

©BIUM

μζ'. Κλεόχῳ ἐκ κόπων καὶ γυμνασίων μέλιτι τὰς πρώτας ἡμέρας διαχρωμένῳ οἴδημα ἐς γόνυ δεξιὸν, μᾶλλον δὲ ἐς τὸ κάτω περὶ τοὺς τένοντας τοὺς ὑπὸ τῷ γούνατι· περιήει ὑποχωλαίνων καὶ ἡ γαστροκνημίη ᾠδει καὶ σκληρὴ ἦν καὶ ἐς τὸν πόδα καὶ ἐς τὸ σφυρὸν τὸ δεξιόν· καὶ ἐς τὰ οὖλα παρ' ὀδόντας φύματα μεγάλα ὡς ῥάγες πελιδνὰ, μελαινόμενα, — ἀνώδυνα, ὁπότε μὴ ἐσθίοι, — καὶ τὰ σκέλεα, εἰ μὴ ἐξανίσταιτο· ἤλθε γὰρ καὶ ἐς τὸ ἀριστερὸν τὸ οἴδημα· ἧσσον δὲ ἐπελιαίνετο τὰ οἰδήματα τὰ περὶ γούνατα καὶ πόδας, ὥσπερ ὑπόπυα. Τέλος δὲ οὐχ οἷος τε ἦν ἵστασθαι, οὐδ' ἐπὶ τὰς πτέρνας ἐπιβαίνειν, ἀλλὰ κλινοπετής. Θέρμαι δῆλοι ἐνίοτε· ἀπόσιτος, οὐ πάνυ διψώδης· ἀσώδης καὶ ἔστι ὅτε καὶ ὀλιγοψυχίη, ὅτε ἐπὶ θᾶκον ἀνίστατο. Ἐλλέβοροι· κεφαλῆς καθάρσιες. πρὸς τὸ στόμα τὸ μαννῶδες ξὺν τοῖσι μισγο-

47. Cleocho post lassitudines et exercitationes cum per primos dies melle usus esset, tumor ad genu dextrum subortum est, magis vero ad infernam partem circa tendines, qui sub genu sunt, tendebat. Obambulabat aliquantum claudicans; surae tumor cum duritie aderat et ad pedem ac malleolum dextrum pertingebat. Ad gingivas circa dentes tubercula magna, velut uvae acini, livida, nigra, sine dolore erant, ubi cibum non caperet. Quin etiam crura, nisi exsurgeret, dolore erant libera. Tumor enim etiam ad crus sinistrum pervenit; minus vero livescebat et tumoribus ad genua et pedes quasi pus suberat. Tandem autem stare non poterat, non calcibus incedere, sed lecto decumbebat. Calores interdum erant manifesti, cibum aversabatur, non admodum siticulosus erat; anxietate vexabatur; interdumque parvo animi deliquio tenebatur, quum ad sedile exsurgeret. Vera-

οὐκ ἔτι ἐλαμβάνετο.] Vulgo ἐκταίῳ ἀποσχομένῳ πάντων καὶ ἰοφήματος (ἰνφήματος Marc.) καὶ ποτοῦ καὶ (καί omm. codd. C. H. Marc.) οὐκ ἔτι (ἔστιν in marg. alia manu ἔτι C., οὐκ ἔτι libb. quinque Parr.) οὐδενὸς ἐλάμβανε. Foës. monet in notula de Cornario, qui ἐλαμβάνετο legerit. Littréus e vulgata effecit καὶ ποτοῦ οὐδέν· καὶ οὐκ ἔτι ἐλάμβανεν. Hic recte vidit cum Corn. postremum verbum non de ciborum aut potuum assumptione, sed de spasmi invasione esse intelligendum; sed illud οὐδέν pro οὐδὲν ἐγένετο mihi non arridet. Credo omnem corruptionem pendere e male intellecto a librariis verbo postremo. Itaque οὐδενός hos supplevisse puto et passivum verbum in activum mutavisse.

47. μέλιτι τὰς πρώτας ἡμέρας διαχρωμένῳ.] De meo supplevi πρώτας; vulgatum τὰς ἡμέρας constare nequit; quum qui dies fuerint non pateat. Calvus, Corn., Foës., Littr. omnes interpretantur, quasi ἡμέρας τινάς legissent, nempe coacti fuerunt lectionem pravam minus accurate reddere.

καὶ ἐς τὰ οὖλα παρ' ὀδόντας φύματα μεγάλα ὡς ῥάγες, πελιδνὰ κ. τ. λ.] h. l. de meo supplevi φύματα. Corn., Foës. in Latinis suis suppleverunt „tubercula," eosque secutus est Littréus. Infra quidem auctor commemorat secundum vulg. lectionem τὰ ἐν τῷ στόματι ἕλκεα, sed haec verba eiicienda visa sunt, uti postea dicemus. Et vero epitheta reliqua satis ostendunt non de ulceribus hic sermonem fieri, sed de prominentibus quibusdam morbi productis.

μελαινόμενα.] Est lectio cod. C. et Marciani; cett. μεμελανωμένα.

εἰ μὴ ἐξανίσταιτο.] Sic Marc., vulgo ἐξαναστάιη.

ἤλθε γὰρ καὶ ἐς τὸ ἀριστερὸν τὸ οἴδημα· ἧσσον δὲ ἐπελιαίνετο τὰ οἰδήματα τὰ περὶ γούνατα καὶ πόδας, ὥσπερ ὑπόπυα.] Littr. pro ἐπελιαίνετο dedit καὶ ἀπελειαίνετο e cod. C.; vulgata ἀπολιαίνετο habet. Calvus, Corn., Foës. interpretantur quasi legissent quod iam exhibui e tribus mss. Parr. — Littréus alio modo distinguit et mira quadam ratione interpretatur. En eius textum loci: ἤλθε γὰρ καὶ ἐς τὸ ἀριστερὸν τὸ οἴδημα ἧσσον δέ· καὶ ἀπελειαίνετο ἐν τοῖσι οἰδήμασι τοῖσι περὶ γούνατα καὶ πόδας, ὥσπερ ὑπόπυα. Gallice habet: „en effet la tumefaction avait gagné la jambe gauche, mais elle y était moindre. Les tumeurs autour des genoux et des pieds *cédaient à la pression*, comme si elles contenaient une matière purulente." Ceterum tenendum καί, quod Littréus habet, in solo cod. C. ante verbum ἀπελειαίνετο inferri. Sequentia autem apud ceteros ita se habent: ἐν τοῖσι οἰδήμασι τοῖσι περὶ γούνατα καὶ πόδας, ὥσπερ ὑπόπυα. Quae dictio incongrua, neque enim ὑπόπυα sunt ἐν οἰδήμασι, sed ipsa οἰδήματα sunt saepius ὑπόπυα. Illa praepositio ἐν ut saepius aliis locis, hic quoque otiose addita est et nominativi ad eam accommodati et in dativos mutati sunt. Uno tenore auctor dedit: ἧσσον δὲ ἐπελιαίνετο τὰ οἰδήματα — ὥσπερ ὑπόπυα.

ἀλλὰ κλινοπετής.] Vulgo κλινοπετὴς ἦν, sed ἦν om. cod. Marc. et Par. C., in quo alia manu adscriptum est.

οὐ πάνυ διψώδης, ἀσώδης, καὶ ἔστι ὅτε καὶ ὀλιγοψυχίη, ὅτε ἐπὶ θᾶκον ἀνίστατο.] Vulgo οὐ πάνυ διψώδης, οὐδὲ ἐπὶ θᾶκον (θῶκον Ald., plures codd. Parr.) ἀνίστατο, ἀσώδης καὶ ἔστιν ὅτε καὶ ὀλιγοψυχίη ἴσχετο (cod. C. καί om. et ἴσχετο.) Littréus verissime monere mihi visus est pro οὐδέ forte ὅτε δέ esse legendum. Unum quid fecit, ut aliam rationem, paulo diversam, inirem, nempe ἀσώδης pone ὅτε δὲ ἐπὶ θ. ἀνιστ. in tali emendatione illatum. Inde alio ordine verba describenda visa sunt. Tum vero ἴσχετο cum cod. C. et Marciano reieci, quum me offenderet ὀλιγοψυχίη ἔχεσθαι. Credo libri descriptorem merito verbum abundans expulisse. Quod attinet ad θᾶκον, θῶκον, Gal. in glossis habet: θράνον) δίφρον ἀφοδευτικόν. Foës. putat Galenum h. l. vocabulum in glossarium receptum legisse.

ἐλλέβοροι· κεφαλῆς καθάρσιες.] Cett. ἐλλέβοροι προσήχθησαν, κεφ. καθάρσιες. Sed cum cod. O. et Marciano προσήχθησαν omisi. Lind. καὶ κεφ. καθ., de suo copula addita.

τὸ μαννῶδες ξὺν τοῖσι μισγομένοισι ξ.] Sic cod. C. et Marcianus. Vulgo ξὺν τοῖσι ἄλλοισι μισγομένοισι: — Articulum τό de meo adposui, sicuti adscribitur § 2.

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 814 sur 880

©BIUM

μένοισι ξυνήνεγκε. Περὶ δὲ ἑξακοστὴν κατέστη τὰ οἰδήματα πρὸς τοῦ δευτέρου ἐλλεβόρου· μοῦνον ὀδύναι ἐς τὰ γούνατα κατακειμένῳ ἦλθον· ὑγρὸν δὲ καὶ χολὴ ἀπέστη ἐς τὰ γούνατα καὶ πλείους ἡμέρας πρὸ τοῦ ἐλλεβόρου.

μη'. Πεισιστράτῳ ὤμου ἄλγημα καὶ βάρος πουλυχρόνιον περιπατοῦντι καὶ τἆλλα ὑγιαίνοντι· χειμῶνος δὲ ἐπέπεσε πλευροῦ ὀδύνη καὶ θέρμη καὶ βὴξ ἀπόχρεμψίς τε αἵματος ἀφρώδεος· τοῦτο καὶ ῥεγχῶδες ἐν τῇ φάρυγγι· εὔφορος δὲ καὶ παρ' ἑωυτῷ. Καὶ ἡ θέρμη ἐχάλασε καὶ ἡ ἀπόχρεμψις καὶ τὸ κέρχνον καὶ περὶ τετάρτην ἢ πέμπτην ἡμέρην ὑγιής.

μθ'. Τῇ Σίμου ἐν τόκῳ σεισθείσῃ ἄλγημα περὶ στῆθος καὶ πλευρόν· βὴξ, πυρετοὶ, ἀποχρέμψιες πυώδεες. Φθίσις κατέστη· καὶ ἔξ μῆνας οἱ πυρετοί· καὶ διάρροιαι αἰεί· ἐπὶ τέλεϊ παῦσις τῶν πυρετῶν· κοιλίη ἔστη μετὰ τὴν παῦσιν· μεθ' ἑπτὰ ἡμέρας ἐτελεύτησε.

ν'. Καὶ τὴν Εὐξένου ἐκ πυρίης, ὡς ἐδόκει, θέρμαι οὐκ ἔλιπον οὐδένα χρόνον, μᾶλλον δὲ

trum et capitis pergationes sunt adhibitae. Ad os thuris pollen cum admistis profuit. Circa sexagesimum vero diem tumores ad exhibitum iterum veratrum subsederunt; tantum dolores ad genua decumbentem vexarunt. Humor autem et bilis ad genua abscessum fecit, pluribus etiam ante sumptum veratrum diebus.

48. Pisistratum deambulantem et ceterum sanum humeri dolor et gravitas longo tempore detinuit. Per hiemem vero incidit lateris dolor et calor et tussis; sanguinem spumosum exscreabat, qui et stertorem in faucibus excitabat; leviter autem ferebat et mentis compos erat; calorque relaxabat et exscreatio stridulaque faucium asperitas et ad quartum aut quintum diem convaluit.

49. Simi coniugi in partu concussae pectoris et lateris dolor obortus est; tussis, febres, exscreationes purulentae aderant. Tabes confirmata est; febris quoque sex mensibus detinuit et alvi profluvia semper. Ad extremum febris cessatio, ex qua alvus constitit; post septimum diem mortua est.

50. Euxeni quoque uxorem ex fotu, uti videbatur, calores numquam reliquerunt, sed ma-

ξυνήνεγκε.] Sequuntur apud ceteros haec: πρὸς τὰ ἐν τῷ στόματι ἕλκεα ῥόφημα (ῥύφημα Ald., mss. Parr., cod. Marc.) φακῆς (φακή codd. Parr. et Littréus eos secutus et Marcianus) ἐπιτήδειον. Inepte quidem ista inferuntur. Quid monitum eiusmodi universale in media casus peculiaris enarratione? Eo minus autem apte infertur, quum paulo ante πρὸς τὸ στόμα τὸ μαννῶδες ξὺν τοῖσι μισγομένοισι ξυνήνεγκε dixerat. Sed ipse auctor non adscripsit; non aliud est nisi lectoris adnotatio, quae in textum invecta est, unde eam eximere oportebat.

περὶ δὲ ἑξηκοστήν.] h. l. δέ om. Marcianus.

πρὸς τοῦ δευτέρου ἐλλεβόρου· μοῦνον ὀδύναι κ. τ. λ.] Littréus μοῦνον ad superiora traxit; ego vulgarem apud ceteros interpunctionem servandam arbitror.

ἐς τὰ γούνατα.] Articulum de meo adposui.

πρὸ τοῦ ἑλλ.] πρὸς τοῦ ἑλλ. libri quatuor Parr. et Marcianus; πρὸς τὸν ἑλλ. Cod. S. apud Foës.

48. πλευροῦ ὀδύνη.] Sic Marc. et cod. Par. C., vulgo πολλὴ ὀδύνη πλευροῦ.

καὶ ἡ ἀπόχρεμψις.] Sic cod. Par. C. et Marcianus; vulgo ἅμα δὲ καὶ ἡ ἀποχρ.

κέρχνον.] Vulg. habet κέρχον, itemque Marcianus; cod. C. κέρχρον; hinc κέρχνον dedi. Idem cod. paulo post om. καί ante περὶ τετάρτην, quod neque in Marciano habetur.

49. τῇ Σίμου.] Vulgo Σιμῶ, Littréus illud dedit; latetne forte in Σιμῶ truncatum Σιμῶνος? In Ep. V. nomen abesse solet. Littréus id ibi dedit quidem, sed e cod. C., cuius descriptor illud hinc duxisse videtur.

ἄλγημα περὶ στῆθος καὶ πλευρόν.] Ep. V. ἄλγημα περὶ στῆθος ἐγένετο καὶ πλευρόν.

βὴξ, πυρετὸς, ἀποχρέμψιες πυώδεες.] Cod. C. h. l. ὑποπυώδεες. In apographo Ep. V. βὴξ, πυρετός excidit; erat autem totum huius loci exemplar ibi peius descriptum.

φθίσις κατέστη.] Sic Littr. Cod. C. ἐς φθίσεις. Vulgo καὶ κατέστη. Littr. copulam reiecit.

καὶ ἓξ μῆνας.] In Ep. V. h. l. etiam καί om.

καὶ διάρροιαι αἰεί.] Ep. V. solum πάλιν διάρροια. Cod. C. hoc loco etiam sing. numerum habet, sed πάλιν ex Ep. V. corruptum puto.

ἐπὶ τέλεϊ παῦσις τῶν πυρετῶν.] Pro his Ep. V. solum παῦσις πυρετοῦ, quod Marc. etiam fert.

μετὰ τὴν παῦσιν.] Haec om. Ep. V.

μεθ' ἑπτὰ ἡμέρας ἐτελεύτησε.] Cett. ἡμέρας μεθ' ἑπτά; malui transponere vocabula. Ep. V. καὶ περὶ ἡμέρας ἑπτὰ ἔθανε. — Si attenta mente conferas Ep. V. apographum, vix certus sis, non hic quaedam esse interpolata et vicissim ἐγένετο ibi esse a recentiore manu additum. Nam minus explicita oratione haberes: Τῇ Σίμου ἐν τόκῳ σεισθείσῃ ἄλγημα περὶ στῆθος καὶ πλευρόν· βὴξ· πυρετός· ἀποχρέμψιες πυώδεες· φθίσις κατέστη· ἓξ μῆνας οἱ πυρετοί· διάρροια αἰεί· ἐπὶ τέλεϊ παῦσις τῶν πυρετῶν· κοιλίη ἔστη· μεθ' ἡμέρας ἑπτὰ ἐτελεύτησε.

50. καὶ τὴν Εὐξένου ἐκ πυρίης, ὡς ἐδόκει, θέρμαι οὐκ ἔλιπον.] Ceteri ἡ Ἐ.; dedi accusativum, ut cum subsequenti ἔλιπε connecterem. Vulgo dein ἐκ πυριήσιος ἐδόκει; Littréus ὡς adscripsit adnotans: „ὡς aura été omis par les copistes à

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 815 sur 880

©BIUM

πρὸς ἑσπέρην ἐπέτεινον· ἱδρῶτες ἐγίγνοντο ἐς ὅλον τὸ σῶμα· μέλλοντος ἐπιτείνειν τοῦ πυρετοῦ, ψύξιες τῶν ποδῶν, ὁτὲ δὲ καὶ κνημέων καὶ γουνάτων ἐγίγνοντο· βηχίον ξηρὸν ὀλίγον χρόνον, ἀρχομένου τοῦ πυρετοῦ παροξύνεσθαι, εἶτα ἔλῃγε· διὰ δὲ χρόνου πολλοῦ καὶ ὅλου τοῦ σώματος ῥῖγος ἐγένετο· ἄδιψος διὰ παντός. Φάρμακον πιοῦσα καὶ ὀρρὸν ἐβλάβη μᾶλλον. Ἀπ' ἀρχῆς πάντων ἀνώδυνος καὶ εὔπνοος· μεσοῦντος δὲ τοῦ χρόνου πλευροῦ δεξιοῦ ἐγένετο ἄλγημα καὶ ἡ βὴξ ἐκινήθη καὶ ἄσθμα καὶ ἀποχρέμψιες σμικραὶ, λευκαὶ, ὑπόλεπτοι· καὶ ἡ φρίκη οὐκ ἔτι ἐκ ποδῶν, ἀλλὰ ἀπὸ τραχήλου καὶ νώτου· κοιλίη ὑγροτέρη. Ἐχάλασε ὁ πυρετὸς μετὰ πολλοῦ ἱδρῶτος καὶ κατεψύχθη· ἄσθμα δὲ ἦν ποικίλον· ἐτελεύτησε μετὰ τὴν ἄφεσιν ἑβδόμῃ ἔμφρων.

να'. Καὶ ἡ Πολεμάρχου θέρεος ἤρξατο πυρεταίνειν· ἀφῆκε δὲ αὐτὴν δεκαταίην, μετὰ δὲ ὑπεφέρετο· ἐς νύκτα θέρμαι· πάλιν δὲ διαλιπὼν ἔλαβε ὁ πυρετὸς καὶ οὐκ ἀνῆκε σχεδὸν τριῶν μηνῶν. Βὴξ πολλή· ἀπόχρεμψις φλέγματος· ἐπεὶ δὲ περὶ τὰς εἴκοσι ἐγένετο, πνεῦμα αἰεὶ πυκνόν· ἐν τῷ στήθεϊ ψόφοι· ἱδρώδης τὰ πολλά· πρωΐ ἠπιώτερος ὁ πυρετός· καὶ φρῖκαι ἔστι ὅτε ἐλάμβανον· ὕπνοι ἐγίγνοντο· καὶ κοιλίη ἔστι ὅτε καθυγραίνετο καὶ πάλιν ξυνίστατο· ἐγεύετο ἐπιεικῶς. Μεσοῦντος δὲ τοῦ χρόνου ἐς γούνατα καὶ κνήμας ἄλγημα καὶ ξυγκάμπτειν καὶ ἐκτείνειν ἄλλον ἔδει· διετέλει τὰ τῶν σκελέων μέχρι τελευτῆς· ὑπογύου δὲ καὶ ἐπώ-

gis sub vesperam increscebant. Sudores toto corpore oboriebantur. Ubi febris augeretur, pedum frigus, interdum vero et tibiarum et genuum exsistebat; tussicula sicca pauco tempore detinebat, ubi febris ingravescere inciperet; deinde cessabat; multo autem tempore toto corpore rigor excitatus est; perpetuo sine siti fuit. Medicamento et sero epoto magis laesa est. Per exordia prorsus doloris expers erat et facile spirabat. Medio autem tempore dextri lateris dolor obortus est et tussis commota et creber anhelitus et parvae erant exscreationes albicantes et aliquantulum tenues, neque amplius horror ex pedibus, sed a cervice et dorso ortum ducebat; et alvus liquidior erat; febris cum sudore copioso relaxavit et perfrigerata est. Varia autem erat crebra spiratio; septimo post remissionem die mortua est mentis compos.

51. Polemarchi uxor aestate febricitare coepit; eam autem demisit decimo die, postea vero morbum trahebat; ad noctem calores tenuerunt. Rursus, ubi intermisisset, prehendit febris, neque tribus prope mensibus demisit; tussis multa aderat, pituitae exscreatio. Ubi vero ad vigesimum diem pervenisset, spiratio perpetuo crebra erat, in pectore strepitus, plerumque sudoribus diffluebat; mane febris remissior. Interdum etiam horrores prehendebant; somnus aderat et interdum alvus humecta erat, rursusque sistebatur; cibos satis bene sumebat. Medio vero interposito tempore ad genua et tibias dolor erat et si flectere aut extendere cuperet alterius indigebat opera. Crurum dolores perseverarunt ad finem usque;

cause de $\overline{\text{ος}}$, finale du mot précédent." Recte quidem ὡς requirere mihi visus est, sed in πυριήσιος latet πυρίης ὡς; nam πυρίη, non πυρίησις antiquorum est. — Littr. ἔλειπον e codd. C. D., ego aoristum vulgatae servavi.

ἐπέτεινον.] Sic Littr. e cod. C., idemque e Marciano excerptum video, ἐπετείνοντο vulgo. Equidem de meo δέ intuli pone μᾶλλον.

ψύξιες.] Vulgo ψύξις, pluralem numerum Littréo praebuerunt mss. aliquot Parr. et fert Marcianus.

ὑπόλεπτος.] Vulgo καὶ ὑπολ., sed Littr. copulam in mss. suis non vidit adscriptam, et e Marciano abest.

κοιλίη ὑγροτέρη.] Vulgo καὶ κοιλίη ὑγροτέρη, sed cod. C. et Marc. omm. καί.

51. καὶ ἡ Π.] Cod. C. καί, unde Littréus exhibuit, cod. Marc. item copulam habet; in vulg. καί om. — Cod. C. dein pro vulgato ἀφῆκε δὲ αὐτὴν ἑκταίην habet solum δεκαταίη, Marc. δεκαταίην; inde hunc numerum recepi, quia infra περὶ τὰς εἴκοσι.

θέρμαι.] θέρμη cod. C., Lind.

ἐπεὶ δὲ περὶ τάς.] Vulgata ἐπεί περ δὲ τάς, in qua latet quod exhibui; cod. C. eumque secutus Littr. ἐπεὶ περὶ τάς. Cod. Marc. ἐπεί περ τὰς εἴκοσι.

μεσοῦντος δὲ τοῦ χρ.] Littr. τοῦ adscripsit e mss. quatuor Parr.; vulgo omittitur.

καὶ ξυγκάμπτειν καὶ ἐκτείνειν ἄλλον ἔδει.] Ceteri καὶ ξυγκάμπτειν καὶ ἐκτείνειν ἄλλου ἐδεῖτο. Sed cod. C. ἔδει, ita ut eius descriptor legerit quod in textu descripsi et cui similis est formula §. 3. ψωμίζειν ἄλλον ἔδει. — Vulgata igitur corrupta est.

ὑπογύου δέ.] Ceteri ὑπόγυον δέ. Gignendi casus requi-

δησαν οἱ πόδες μέχρι κνημέων καὶ ἐφαπτομένων ἤλγει· καὶ οἱ ἱδρῶτες ἔληξαν καὶ τὰ ῥίγεα· ὁ δὲ πυρετὸς αἰεὶ ἐπέτεινε. Πρὸ δὲ τῆς τελευτῆς κοιλίη κατερράγη· ἔμφρων διετέλει· τριῶν ἡμερῶν πρὸ τῆς τελευτῆς ῥεγχώδης ἐν φάρυγγι καὶ πάλιν ἐπανίετο· ἐτελεύτησε.

νβ'. Ἡγησιπόλιος παιδίον σχεδὸν τέσσαρας μῆνας ἄλγημα περὶ ὀμφαλὸν βρωτικὸν εἶχε· προϊόντος δὲ ἐπέτεινε ἡ ὀδύνη· ἔκοπτε τὴν γαστέρα, ἐτίλλετο, θέρμαι ἐπελάμβανον· ἐτήκετο· ὀστέα ἐλείφθη· τὰ πόδια ἐπῴδει καὶ τὰ ὀσχέα· γαστρὸς τὸ περὶ ὀμφαλὸν πεφυσημένον· ἀπόσιτον ἐγένετο· γάλα μοῦνον προσεδέχετο· ὑπόγυον καὶ ἡ κοιλίη καθυγράνθη καὶ ὕφαιμος ἰχὼρ ὑπῄει κάκοδμος· ἡ κοιλίη ἐπίμπρατο. Ἐτελεύτησε ἐμέσας σμικρὸν, βραχὺ, φλεγματῶδες, ὥστε δόξαι οἷον γονὴν τῆς πλατείης. Τελευτήσαντι δ' ἡ ῥαφὴ τῆς κεφαλῆς σφόδρα ἐκοιλάνθη· ἀρρωστῶν δ' αἰεὶ τὴν χεῖρα κατῆγε κατὰ τοῦ βρέγματος, μάλιστα δ' ὑπόγυον· οὐκ ἤλγει δὲ τὴν κεφαλήν· καὶ ἐν μηρῷ ἀριστερῷ ὑπὸ βουβῶνα τὸ κάτω πελιδνόν.

qui quum iam prope instaret et pedes intumuerunt ad tibias usque et ad eorum contactum dolebat. Ac sudores et rigores cessarunt; febris autem semper increvit. Ante obitum autem alvus effusa est; mentis compos perseverabat. Tribus ante obitum diebus stertor in faucibus audiebatur et rursus desiit; obiit.

52. Hegesipolis filiolum quatuor prope menses circa umbilicum dolor erodens detinuit; processu vero temporis intendebatur dolor. Ventrem caedebat, vellicabat, calores prehendebant, contabescebat, ossa restabant, pedes intumescebant, item scrotum. Ventris partes ad umbilicum inflatae erant. Lac solum assumebat, ac sub mortem alvus effusa est, aliquantumque cruenta sanies et graveolens subiit, venter intendebatur. Ubi exiguum et paucum pituitae vomitione reiecisset, ita ut genitale semen videretur vermis lati, mortuus est. Quum obiisset, sutura capitis valde excavata est. In ipso morbo vero manu perpetuo sinciput contingebat, praecipue vero postremo tempore; capite tamen non dolebat. Et in femore sinistro sub inguine inferior pars livebat.

ritur, supplendus ὑπογύου δὲ ἐούσης τῆς τελευτῆς. Cf. supra § 10. sub finem. Foësium tale quid non animadvertisse quum oeconomiam suam componeret, miror.

τριῶν ἡμερῶν πρὸ τῆς τελευτῆς.] Cett. πρὸ τριῶν ἡμερῶν τῆς τελευτῆς, in quibus cod. C. et Marc. om. ἡμερῶν τῆς τελευτῆς. Mihi vocabula lectionis vulgatae transponenda sunt visa: genitivus temporis, qualis τριῶν ἡμερῶν in lectione, quam exhibui, habetur etiam initio huius historiae καὶ οὐκ ἀνῆκε σχεδὸν τριῶν μηνῶν.

ἐπανίετο.] Lectio est cod. C. et Marciani a Littréo recepta; ἐπανήρχετο vulgo, absurde, sed indicio est recentioribus demum temporibus illud imperfectum verbi ἔρχεσθαι esse invectum. Corn. καὶ πνεῦμα ἐπανήρχετο voluit. In fine cod. C. om. ἐτελεύτησε.

52. προϊόντος δέ.] Cod. C. et Marc. om. δέ. Hic paulo ante βρωτικός.

ἐλείφθη.] Sic Lind. emendavit vulgatum ἐλήφθη, quod Marc. etiam fert; emendationem firmat cod. C., quem Littr. etiam est secutus. Corn. tamen primus locum restituit.

τὰ πόδια.] Sic Littr. e cod. C. aliisque, in quibus idem partim corrupte legitur; τὼ πόδε vulgo.

καὶ τὰ ὀσχέα.] Vulgo pro his solum ὄρχιες, quod puto glossam esse, quae extruserit veram lectionem; nam aliis locis eadem vocabula permutata videre me memini.

γαστρὸς τὸ περὶ ὀμφαλὸν πεφυσημένον.] Vulg. τὰ περὶ ὀ. et tamen πεφυσημένον; Lind. πεφυσημένα dedit. Cod. Marc. τὰ περὶ ὀμφαλὸν πεφυσηγγωμένον (sic). Sequuntur apud ceteros verba: ἀραιὰν (ἄρ' οἷον Lind. — Corn. id voluisse videtur, aut solum οἷον legisse, quod Foës. in notulis probat, ἄρα οἷον Littr.) οἷσι μέλλουσι κοιλίαι ἐκταράσσεσθαι. Quid factum sit, in aprico est: ad πεφυσημένον lector aliquis adposuit: ἄρα οἷον οἷσι μέλλουσι κοιλίαι ἐκταράσσεσθαι; — in quibus agnoscimus solitam interrogandi formulam, de qua satis superque ad Prorrh. I. et Praenn. Coacas vidimus, et quam in aliis quoque libris subinde animadvertimus.

μοῦνον.] om. cod. C.

ὑπόγυον καὶ ἡ κοιλίη καθυγράνθη.] Cod. C. et Marc. καί om. — Haec proxime cohaerent; ὑπόγυον adverbium hic est et eo sensu, quo *nuper, postremo tempore* usurpatur; itaque *sub mortem* reddidi, cf. § 51. supra.

ἐπίμπρατο.] Sic Lind., Littr.; hic e cod. C.; ἐμπίπρατο vulg., etiam Marcianus.

οἷον γονὴν τῆς πλατείης.] Locum recte interpretatus est Littr. conferens verba e libro IV. de morbis: ἀποπατέει γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἔχων τὴν ἕλμινθα τῆν πλατεῖαν, ὁκοῖον σικύου σπέρμα ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ξὺν τῇ κόπρῳ καὶ τοῦτο εἰσὶ οἱ φήσαντες τῶν ἀνθρώπων τῆς ἕλμινθος τέκνα εἶναι. — Miror autem loco nostro τῆς πλατείης ita nude poni pro τῆς ἕλμινθος τῆς πλατείης.

τελευτήσαντι δ' ἡ ῥαφή.] Sic recte cod. C., quem Littr. sequitur, et Marcianus pro vulgato τ. δὴ ῥ.

ἀρρωστῶν δ' αἰεὶ τὴν χεῖρα κατῆγε κατὰ τοῦ βρέγματος.] Cett. τῇ χειρί, quod non ferendum putavi: —

τὸ κάτω πελιδνόν.] Vulg. τά; unus cod. H. Littréo τό praebuit Marc. τό, sed corr. a pr. m. τῶ, male! Ceteri pone πελιδνόν legunt ἴσως τῇ προτεραίῃ ὄρχιες κατισχνάνθησαν. Verba mihi eiusdem farinae videntur, cuius ἄρα οἷον οἷσι μέλλουσι κοιλίαι ἐκταράσσεσθαι; quae supra delevimus. Lector aliquis adnotationem in margine sui libri adscripsit.

©BIUM

Ὁμοῖα δὲ καὶ τῷ Ἡγητορίδεω παιδίῳ ἀπέβη, πλὴν ὅτι ἔμετοι προσεγένοντο ὑπὸ τὴν τελευτὴν πλείους.

Similia quoque Hegetoridae filio contigerunt, nisi quod sub obitum vomitiones plures adfuerunt.

νγ'. Ἡ Ἱππίου ἀδελφὴ χειμῶνος φρενιτικὴ, ἁμαρτάνουσα τῇσι χερσὶ πραγματευομένη, ἀμύσσουσα ἑωυτὴν, πέμπτῃ, ἕκτῃ ἐς νύκτα ἄφωνος, κωματώδης, ἐμφυσῶσα ἐς γνάθους καὶ χείλεα, ὡς οἱ καθεύδοντες, ἐτελεύτησε περὶ ἑβδόμην.

53. Hippiae soror per hiemem phrenitide detenta, hallucinata, quum manibus nescio quae ageret et sese lancinasset, quinto, sexto die voce defecta, sopore detenta, genas et labia, velut dormientes, inflans, circa diem septimum obiit.

νδ'. Ἄσανδρος φρίξας, πλευροῦ ὀδύνῃ, ἄλγος ἐς γούνατα καὶ μηρόν· φαγὼν παρεφρόνει· ἐτελεύτησε ταχέως.

54. *Locus corruptus cf. adnn.*

νε'. Τῷ Κλεοτίμου σκυτέϊ, κοιλίης ὑγρανθείσης πουλὺν χρόνον καὶ θέρμης γενομένης, καθ' ἥπαρ ἔπαρμα φυματῶδες ἐς ὑπογάστριον κατέβη· καὶ ἡ κοιλίη ὑγραίνετο· καὶ ἕτερον αὐτῷ καθ' ἥπαρ ἄνω πρὸς ὑποχόνδριον φῦμα· ἐτελεύτησε.

55. Cleotimi sutori cum alvus multo tempore fusa et calor exortus fuisset, circa iecoris regionem tumor tuberculo similis enatus ad imum ventrem descendit et alvus fluida erat; alterumque illi tuberculum ad hepar supra versus praecordia; obiit.

νς'. Οἵσι κεφαλῆς ὀδύνη δεινὴ ξὺν θέρμῃ, οἵσι μὲν ἐς τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς καὶ κατὰ ῥῖνάς τι ὑγρὸν ὑποχωρέει λεπτὸν ἢ πέπον, ἢ ἐς ὦτα, ἢ ἐς φάρυγγα ἐκ κεφαλῆς, ἀσφαλέστερον· οἵσι δὲ ξηρὰ ταῦτα, ὁ δὲ σφάκελος δεινὸς, ἐπικίνδυνα· ἢν δὲ προσῇ ἀσώδης ἢ χολώδης ἔμετος, ἢ κατάπληξις ὀμμάτων, ἢ ἀφωνίη, ἢ καὶ σπάνιόν τι φθέγγηται, ἢ

56. *Locus incertae lectionis cf. adnn.*

ἀπέβη.] Est Littréi emendatio vulgati *ἀπέθανε*, quod constare nequit, nisi malis scribere: *Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ Ἡγητορίδεω παιδίον ἀπέθανε, πλὴν κ. τ. λ.*

53. *ἡ Ἱππίου.*] *Ἵππειος* sine articulo cod. C. *ἡ ιππιος* Marc. Inter *πέμπτῃ, ἕκτῃ* Lind. *καί* interposuit; forte aliquid periit, — non ausim confidenter negare; — sed si quid periit, potius *ἤ* quam *καί* omissum fuerit a librariis pone *πέμπτῃ*.

περὶ ἑβδόμην.] Est lectio cod. C. et Marciani a Littréo recepta; vulgo *ἑβδομαίη*, seu potius *ἑβδομαῖα*, nam illud Lind. dedit.

54. *Ἄσανδρος — ταχέως.*] Cod. D. *Ἴσανδρις*; codd. quatuor Parr. *ὅσανδρος* et cod. C. et Marc. *ὁσάνδιος*. Illud *ὅσανδρος* manifesto ortum est ita ut primae literae spatium vacuum relinquerent et alius scriba pro *ᾱ* maiusculo *ō* maiusculum suppleret, putans articulum adpingendum esse. In cod. C. et Marciano *ὀδύνη* loco solito omittitur, sed reponitur pone *μηρόν*. — Iam vero contendo orationem huius § ita se habere ut nemo antiquorum tali modo scripserit quidquam. Existimo reliquias esse amplioris historiae morbi, quam librarius non amplius ex toto legere potuerit, sed e qua vocabula nonnulla, quae cernere adhuc illi licebat, nobis servaverit et lacunis non notatis uno tenore descripserit. Docet, me iudice, *ἀνακολουθία* historiae universae cum in oratione, tum in rebus; exspectas lateris affecti et dolentis definitionem, febris commemorationem; pone *φαγών* desideras significationem cibi, quem devoraverit, vel quodcumque aliud fuerit. Verbo boni nihil e tali fragmento discimus.

55. *τῷ Κλεοτίμου σκυτέϊ.*] Vulgo *Κλεοτίμῳ*; sed Ald., plures codd. Parr. genitivum habent, quem cum Littréo dedi; *κλεωτίμου* mss. C. F.

θέρμης γενομένης] sic codd. Parr. C. H. K. et Marcianus. Vulgatam *γινομένης* iam de meo in aor. mutaveram, antequam librorum illorum lectionem videram.

Φυματῶδες.] Unus cod. H. *Φυσῶδες*.

Φῦμα.] Forte pone *φῦμα* aliquid deficit, quale *ἐγένετο*, vel eiusmodi quid, forte etiam plura. Miro modo etiam paulo superius *καὶ ἡ κοιλίη ὑγραίνετο*, postquam initio *ὑγρανθείσης πουλὺν χρόνον* dixerat, neque tradiderat alvum forte substitisse exorto primo tuberculo. Indicio haec esse puto cavendum esse ne nimiam fidem incaute adhibeamus huius quoque loci scriptioni.

56. *καὶ κατὰ τὰς ῥῖνας ὑγρὸν ὑποχωρέει.*] In his unus tantum cod. D. *ὑποχ.*, quum vulgo *ἀποχωρέει* legitur. Recepi lectionem illius libri ad exemplum infra obviorum *κατὰ ῥῖνας ὑγροῦ ὑποχωρέοντος*.

λεπτὸν ἢ πέπον] *λεπτόν* h. l. in codd. sex septemve Parr. om.

ἢ ἐς φάρυγγα] *ἢ ἐς φάρυγγας* Marc.

ἢ καὶ σπάνιόν τι φθέγγηται.] Ceteri *καί σπάνιόν τι φθ.*, pro quo de coniectura illud dedi, quum particula disiunctiva requiratur. Subiunctivus *φθέγγηται* a Littréo est datus e

λῆρός τις, θανάσιμα καὶ σπασμώδεα. Ὁκόσοι δ' ἂν ἐκ κατάρρου τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς πονέοντες καὶ κατὰ ῥῖνας ὑγροῦ ὑποχωρέοντος, ἐπιπυρετήνωσι, ἐπιεικῶς τῇ πέμπτῃ ἢ ἕκτῃ περιψύχονται.

νζ'. Ἐχεκράτεϊ τῷ τύφλῳ κεφαλῆς ὀδύνη δεινὴ, μᾶλλον ἐς τοὔπισθεν καὶ τραχήλου ἢ ἡ πρόσφυσις, καὶ ἐς κορυφὴν ἐχώρει, προϊόντος δὲ καὶ ἐς οὖς ἀριστερόν· καὶ τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς ἐπώδυνον· μυξώδεα αἰεὶ ἐχώρει ἐπιεικῶς ξυγκεκαυμένα καὶ θέρμη παρηκολούθει λεπτή· καὶ ἀπόσιτος· τὴν ἡμέρην ῥᾴων, ἐς νύκτα δὲ ὠδυνᾶτο. Ἐπεὶ δὲ τὸ κατὰ τὸ οὖς ἐρράγη πῦον, ἔλιξε πάντα· ἐρράγη δὲ περὶ χειμῶνα.

νη'. Οἵσι βῆχες χειμῶνος, μάλιστα δ' ἐν νότοισι παχέα καὶ πολλὰ χρεμπτομένοισι, πυρετοὶ ἐπιγίγνονται, ἐπιεικῶς δὲ πεμπταῖοι παύονται· αἱ βῆχες δὲ περὶ τὰς τεσσαράκοντα οἷον Ἡγησιπόλι. Οἵσι θέρμαι λεπταὶ ἔστιν ὅτε παυομένων οὐχ ὅλον τὸ σῶμα, ἀλλ' ἢ περὶ αὐχένα καὶ ὑπὸ μασχάλας ἢ κεφαλὴν ἀφιδρώσαντες παύονται.

57. Echecratem coecum capitis vehemens dolor vexabat, posteriore praecipue parte, qua cervix capiti connectitur et ad verticem progrediebatur; progressu vero temporis et ad aurem sinistram et dimidia pars capitis dolore tentabatur; mucosa semper prodibant fere ambusta et calor tenuis comitabatur; ciborum fastidium aderat, per diem melius habebat, sub noctem vero dolore vexabatur. Posteaquam autem pus per aurem erupit, cuncta cessarunt; erupit vero ad hiemem.

58. *Locus incertae lectionis cf. adnn.*

cod. H., ceteri indicativum habent, sed Marc. etiam φύγγηται.

ὁκόσοι δ' ἂν κ. τ. λ.] In apographo Ep. V. haec leguntur ita scripta: ἐκ κατάρρου κατὰ τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς ἐπόνεον καὶ κατὰ ῥῖνας ὑγροῦ χωρέοντος ἐπυρέταινον ἐπιεικέως· ἐν τῇσι πέντε ἡμέρῃσι περιεψύχοντο. — Loco nostro ante τῇ πέμπτῃ suppressi praepositionem ἐν a librariis recentioribus ut saepe alias adpictam. — Iam vero dicam, quare locum incertae lectionis esse dixerim, nec Latine sim interpretatus: — Videmus partem loci postremam, quae etiam in apographo Ep. V. servata est, ibi forma descriptionis Epidemici fragmenti occurrere, dum hic forma praecepti universalis habetur. Iam opinor re ipsa nos hic fragmentum habere descriptionis epidemiae, quod a descriptoribus in formam monitorum universalium sit translatum et quod olim forte cohaeserit cum § 58. infra. Si in nostro fragmento pro verbis praesenti tempore descriptis supponamus imperfecto tempore vel aoristo prolata, antiquam formam fere restituerimus, uti opinor. — Id num re ipsa ita faciendum sit, videant alii quoque! — Sequens capitulum notante iam Littréo aegrotantis casum refert ad epidemiam illam pertinentem.

57. ἢ ἡ πρόσφυσις] ἢ ἡ πρόσφυσις cod. C. et Marc.; vulgo ὅκου ἡ πρ.

ὠδυνᾶτο] ὀδύνη cod. C. et Marcianus.

περὶ χειμῶνα.] Ceteri omnes his subiungunt ἦρέ γε ἐν πᾶσι τοῖς ἐμπνήμασι καὶ τοῖσι περὶ ὀφθαλμὸν ἐς νύκτα οἱ πόνοι; — Quae quidem quum sint adnotata a lectore recentiore, reieci e contextu. Occurrebant etiam in apographo Ep. V., ubi seorsim a reliquis vicinis apud Littréum describuntur, quasi sententia esset per se constans. Pertinet autem quaestio proposita omnino ad hunc casum.

58. οἵσι βῆχες — παύονται.] Οἵσι dedit Lind., vulgata εἰσί ferente; Littr. item exhibuit in sex codd. Parr. relativum legens. Equidem cum cod. C. δ' ἐν ν. scripsi, ceteris δὲ ν. ferentibus. Littr. περὶ τὰς τεσσ. e duobus mss. Parr., idem autem legit Marc.; vulgo περὶ μ'. Lind. περὶ τεσσαρακοστήν. Libri C. H. et Marc. praebuerunt θέρμαι λεπταί, vulgo θέρμαι πολλαί; cum Littréo illud recepi. Duo libri C. H. et Marc. ἀφιδρώσαντες, vulg. ἀφιδρώοντες; equidem ἐφιδρόω, non ἀφιδρόω usurpatum fuisse credo. — In apographo epidemiorum V. hic iterum rursus contigit, quod supra § 56. factum vidimus; nam ibi lego: αἱ βῆχες χειμῶνος, μάλιστα δ' ἐν νοτίοισι, παχέα καὶ πολλὰ καὶ λευκὰ χρεμπτομένοισι πυρετοὶ ἐπεγίγνοντο ἐπιεικέως καὶ πεμπταῖοι ἐπαύοντο αἱ δὲ βῆχες περὶ τὰς τεσσαράκοντα, οἷον Ἡγησιπόλι....., Descripsi locum quemadmodum ad librorum traditionem legendus videbatur. Iam vero hic puto veram loci formam periisse, quae in Ep. V. servata sit et ne longus sim, hoc modo locum probabiliter descriptum iri opinor:

.... αἱ βῆχες χειμῶνος, μάλιστα δ' ἐν νοτίοισι· καὶ πολλὰ παχέα καὶ λευκὰ χρεμπτομένοισι πυρετοὶ ἐπεγίγνοντο ἐπιεικέως· ἐπαύοντο δὲ πεμπταίοισι, αἱ δὲ βῆχες περὶ τὰς τεσσαράκοντα· οἷον Ἡγησιπόλι· καὶ οἵσι θέρμαι λεπταὶ, ἔστι ὅτε παυομένων οὐχ ὅλον τὸ σῶμα. ἀλλ' ἢ περὶ αὐχένα καὶ ὑπὸ μασχάλας, ἢ περὶ κεφαλὴν ἐφίδρωσαν....

Opinor autem, quod supra iam significavi, hoc fragmentum pertinere ad eandem epidemiae descriptionem, cuius reliquias habemus in § 56. supra.

©BIUM

νθ'. Χάρητι χειμῶνος ἐκ βηχὸς ἐπιδημίου προσγενόμενος πυρετὸς ἐπέλαβε ὀξύς· τὰ ἱμάτια ἀπέβαλε· κῶμα μετὰ πόνου ἐγένετο· οὖρα ἐρυθρὰ, οἷον ὀρόβων πλύμα· ὑπόστασις εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς πολλὴ, λευκὴ, ὕστερον δὲ καὶ ὑπέρυθρος. Ἑβδόμῃ ἀπὸ βαλάνου σμικρὰ ὑπῆλθε· τὸ κῶμα κατεῖχε ἄλυπον· νοτὶς ἐπὶ μετώπῳ· ὕπνος ἐς νύκτα καὶ θέρμη ἠπιωτέρη. Ὀγδόῃ χυλὸν προσεδέξατο· κωματώδης διετέλει μέχρι ἐνδεκάτης. Ταύτῃ δὲ καὶ ἡ θέρμη μάλιστα ἔλιξε· ὑπῆν δὲ βήξ· ἡ ἀπόχρεμψις διετέλει αἰεὶ πολλὴ ῥηϊδίως, πρῶτον γλίσχρη, λευκὴ, παχεῖα, ἐπεὶ δὲ ξυνεπεπαίνετο ὁμοίη πυώδεσι· οὖρα ἀπὸ ἐνδεκάτης καθαρώτερα· ὑπόστασις τρηχεῖα. Τρισκαιδεκάτῃ ἄλγημα ἐπὶ δεξιὰ μέχρι κενεῶνος ἐς ὑπογάστριον· οὖρον ἴσχετο· πόμα τὸ ἀπὸ τοῦ καλλιφύλλου ξυνήνεγκε. Πεντεκαιδεκάτῃ πάλιν τὸ ἄλγημα. Ἐκκαιδεκάτῃ ἐς νύκτα μᾶλλον τὸ ἄλγημα ἐξ ὑποχονδρίου ᾖει ἐς κοιλίην· λινοζώστιος ὕδωρ ὑπήγαγε. Ἡ θέρμη ἐντὸς τῶν εἴκοσι ἐμωλύνθη καὶ ἀποχρέμψιες παρηκολούθουν παχέαι· ῥηιδίως ἐς τεσσαράκοντα.

59. Charitem per hiemem ex tussicula populariter grassante febris acuta corripuit; vestem stragulam abiiciebat, sopor cum labore aderat. Urinae rubrae erant velut ervi lotura; sedimentum statim ab initio copiosum, album, postea vero etiam aliquantum rubrum. Septimo die glande supposita exigua prodierunt; sopor minime molestus detinuit; mador circa frontem adfuit; somnus ad noctem et calor levior. Octavo sorbitionem ex hordeo sumpsit; sopor ad undecimum perseveravit. Eo vero die praecipue calor desiit; tussis vero aderat et exscreatio semper multa perseverabat, facilis, primum glutinosa, alba, crassa, deinde ubi concocta fuit, purulentis similis. Urinae ab undecimo die puriores; sedimentum asperum. Decimo tertio dolor dextram partem occupavit usque ad lateris inanitatem ad imum ventrem tendens; urina detinebatur; cui decoctum adianti, quod calliphyllum nominatur, potui exhibitum, profuit. Decimo quinto rursus doluit, decimo sexto sub noctem magis praecordiorum dolor ad ventrem descendit, quem mercurialis iusculum subduxit. Calor intra vigesimum disparuit et exscreationes crassae comitabantur; ad quadragesimum melius habuit.

ξ'. [Ὑποκαθαίρειν τὰς κοιλίας ἐν τοῖσι νοσήμασι, ἐπὴν πέπονα ᾖ, τὰς μὲν κάτω ἐπὴν ἱδρύμενα ἴδῃς· σημεῖον, ἢν μὴ ἀσώδεες, μηδὲ καρηβαρικοὶ ἔωσι καὶ ὅτε αἱ θέρμαι πρηΰνηται, ἢ ὅταν λήγωσι, μετὰ τοὺς παρο-

60. [Purgare ventres in morbis oportet, cum maturi sunt, inferiores quidem postquam confirmatos videris esse, cuius rei signum est, si neque inquieta corporis iactatione, neque capitis gravitate conflictentur et cum calores mitissimi

59. Χάρητι.] Sic Littr. e codd. C. D. J. Χάριτι vulgo. Ex eodem cod. recepi ἀπέβαλε pro vulg. ἀπέβαλλε. Cum Littréo paulo post κῶμα μετὰ πόνου ἐγένετο· οὖρα ἐρυθρά scripsi, vulgata κῶμα μετὰ πόνου, οὖρα ἐγένετο ἐρυθρά ferente. — Equidem illud ἐγένετο, si abesset, non magnopere requirerem. Facile fieri possit, ut sit interpolatum.

θέρμη ἠπιωτέρη. Ὀγδόῃ.] Marc. h. l. ἠπιώτερον.

ὑπῆν δὲ βήξ· ἡ ἀποχρ. διετέλει.] Vulgo ἐπὴν δὲ ᾖν βὴξ, ἀποχρ. διετέλει. Littréus cod. C. secutus ὑπῆν δὲ βὴξ, ἀποχρ. δ.; equidem aegre desiderabam articulum ante ἀποχρ., quem in perturbata lect. vulgata forte in ᾖν latere putavi. Marc. ὑπὴν δε ᾖν βὴξ ἀπόχιεμψις.

οὖρον ἴσχετο.] Vulg. ἔσχετο. Littr. ἴσχετο.

τὸ ἄλγημα ἐξ ὑποχονδρίου ᾖει ἐς κοιλίην.] In his ἐξ de meo supplevi. Praeterea de meo ᾖει pro ἦρχετο dedi. Hocce ἦρχετο Foës. reddit „initium ducebat." Calvus, Corn. item reddunt, quasi ab ἄρχομαι ducendum esset, at est manifesto imperfectum verbi ἔρχομαι, quod quidem puto recentiore tempore quam quo hi libri scripti sint in usu fuisse, ita ut de meo ᾖει substituerim. Cf. Cobet in varr. lectt. Mnemos. vol. III. p. 104. sqq. Cf. adnn. ad §§ 35. 45. supra.

60. Ὑποκαθαίρειν — μετὰ τοὺς παροξυσμούς.] Vulgo ἐπὴν πέπονα ᾖ, πεμπταῖα, cod. vero C. ἢ πεμπταῖα, unde Littr. ἐπὴν πέπονα ᾖ ἢ πεμπταῖα. Sed Ep. V. illud πεμπταῖα non habebatur, neque vero congruit cum seqq. numerus quicumque certus, itaque puto ortum esse e πέπονα, aut e πεπεμμένα huic pro glossa adscripto; certe non pertinet huc et expellendum est. Ionismum πρηΰνηται cod. C. praebuit Littréo, vulgo πραΰνηται. Verbum λήγωσι a Lind., Littr. ex Ep. V. invectum est pro vulgato ληρῶσι; lubens item recipio, sed simul inde etiam assumpsi ᾖ pro vulgato καί. Quod ad verbum ὑποκαθαίρειν initio, id quum referatur et ad ventrem superiorem et ad inferiorem, inepte usurpatur. De inferiore solo recte poni possit. Utrum hac in re errorem auctoris sententiae interpolatae, an scribarum habeamus, non discerno.

©BIUM

ξυσμούς· τὰς δὲ ἄνω ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσι, ἐπὴν καρηβαρικοὶ καὶ ἀσώδεες καὶ ἀλύοντες ἔωσι· διὰ τοῦτο δὲ μὴ ἐν ἀρχῇσι καθαίρειν, ὅτι ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἐν τοῖσι χρόνοισι τούτοισι μετεωρίζεται.]

sint, aut desiverint post paroxysmos. Superiores vero in ipsis paroxysmis, cum capite gravantur et corporis iactatione tentantur et moleste habent. Idcirco autem morborum initio purgare non oportet, quia materies illis temporibus sponte attollitur.]

ξα'. [Ἐπὶ ὠλεκράνῳ ἐκ πτώματος τρωβέντι πῆχυς ἐπισφακελίσας πυοῦται· πεπαινομένου δὲ ἤδη γλίσχρος ἰχὼρ καὶ κολλώδης ἐκβλίβεται, ὁ δὲ πῆχυς ταχὺ προΐσταται, ὡς καὶ Κλεογενίσκῳ καὶ Δημάρχῳ τῷ Ἀγλαοτέλεος· ὁμοίως δὲ καὶ πάνυ ἐκ τοιούτων πῦον οὐδὲν, οἷον τῷ Αἰσχύλου παιδὶ ξυνέβη· πυουμένου δὲ τοῖσι πλείστοισι φρῖκαι καὶ πυρετοὶ ἐπιγίγνονται.]

61. [Quum olecranon e lapsu vulneratum sit, ulna sideratione tacta in suppurationem abit; quae cum maturuerit sanies viscida et glutinosa exprimitur; ulna vero brevi tempore foras prominet, sicuti Cleogenisco et Demarcho Aglaotelis filio contigit. Pariter vero nullum omnino inde pus, veluti Aeschyli puero contigit; suppuratione vero facta plerisque horrores et febres contingunt.]

ξβ'. Ἀλκμᾶνι ἐκ νεφριτικῶν ἀνακομιζομένῳ κάτω καθαρθέντι καὶ αἵματος ἀφαιρεθέντος, ἄνω καθ' ἥπαρ ἐτράπη καὶ πρὸς καρδίην ἄλγος δεινόν· καὶ τὸ πνεῦμα ὑπὸ τοῦ πόνου κατείχετο· καὶ ἡ κοιλίη χαλεπῶς ὑπεχώρεε σμικρὰ σπυραθώδεα· ἄση οὐκ ἐνῆν·

62. Alcmani ex renum doloribus convalescenti deorsum purgato et sanguine detracto supra ad iecur morbus se convertit et ad cor dolor ingens accessit, praeque dolore spiritus retinebatur et alvus non nisi cum molestia exigua demittebat caprinis stercoribus similia; incontinens corporis

τὰς δὲ ἄνω — μετεωρίζεται.] Hanc posteriorem capituli partem primum describam ex Ep. V. apographo, ubi sic se habet: τὰς δὲ ἄνω ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσι· τότε γὰρ καὶ αὐτόματα μετεωρίζεται, ἐπὴν ἀσώδεες καὶ καρηβαρέες καὶ ἀλύοντες ἔωσι. In textu Ep. VII. fertur: τὰς δὲ ἄνω ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσι. τότε γὰρ καὶ αὗται μετεωρίζονται, ἐπὴν ἀσώδεες καὶ βαρέες τὰ ἄνω ἔωσι. διὰ τοῦτο δὲ μὴ ἐν ἀρχῇσι καθαίρειν, ὅτι ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἐν τοῖσι χρόνοισι τούτοισι, ἡ χρόνια ἐπικίνδυνα. — In his quidem pro ἐπὴν ἀσώδεες καὶ βαρέες τὰ ἄνω ἔωσι Lind. invexit lectionem horum verborum ex Ep. V., quam supra descripsi. Littréus ἐν τοῖσι χρόνοισι τούτοισι scripsit de suo pro ἐν τοῖσι χρονίοισι τούτοισι; sententiam tamen obscuram esse affirmat. — Nemo semel admonitus non videbit locum esse turbatum. In apographo Ep. V. deficit postrema pars, quae in Ep. VII. habetur; in utroque apographo καὶ αὐτόματα μετεωρίζεται perperam in superiora invectum est ex ultima parte; — insuper tandem in Ep. VII. apographo postrema misere descripta sunt et ἡ χρόνια ἐπικίνδυνα pro coniectura librarii nihil intelligentis repudiandum est. Nolo ceterum de his longior esse; quid de emendatione censuerim e textu, quem descripsi, patet. Totam § ad interpolationes pertinere, neque cum morborum descriptione ullo modo cohaerere, omnes videmus.

61. ἐπὶ ὠλεκράνῳ — ἐπιγίγνονται.] Describam primum locum ex apographo Epid. VII., tum ex apographo Ep. V.; dein de loco, quemadmodum eum iam constitui, dicam. In Ep. VII. igitur: ἐπὶ ὠλεκράνου ἐκ τρώματος τρωβέντος, πῆχυς ἐπισφακελίσας πυοῦται (πυοῦταί τε cod. C.) πεπαινομένου δὲ γλίσχρος ἰχὼρ καὶ κολλώδης ἐκβλίβεται· ταχὺ (Lind. [καὶ] ταχὺ) προσίσταται ὡς καὶ Κλεογενίσκῳ καὶ Δημάρχῳ τῷ Ἀγλαοτέλεος· ὁμοίως δὲ καὶ πάνυ ἐκ τῶν αὐτῶν πῦον οὐδὲν, εἷον τῷ Αἰσχύλου παιδὶ ξυνέβη· πυουμένου δὲ τοῖσι πλείστοισι φρῖκαι καὶ πυρετοὶ ἐπιγίνονται. — Ab hisce differt apographum Ep. V. sic se habens: ἐκ πτώματος τρωβέντος πήχεως ἐπὶ σφακελισμῷ πυοῦται· πεπαινομένου δὲ ἤδη γλίσχρος ἰχὼρ ἐκβλίβεται, ὡς καὶ Κλεογενίσκῳ καὶ Δημάρχῳ τοῦ Ἀγλευτέλεος· ὁμοίως δὲ καὶ πάνυ ἐκ τῶν αὐτῶν πῦον οὐδὲν, οἷον τῷ Αἰσχύλου παιδὶ ξυνέβη· πυουμένοισι δὲ τοῖσι πλείστοισι φρίκη καὶ πυρετὸς ἐπεγίνετο. — Universe ut dicam, apographum Ep. VII. sum secutus: principio ἐπί cum dativo dedi de meo propter nexum verborum, coëgit me sequens ἐπισφακελίσας. — Pro τρώματος ex Ep. V. πτώματος recepi, illud manifesto librariorum errori debetur; ἤδη recepi ex Ep. V. — Iam vero sequitur in solo apographo Ep. VII. ταχὺ προσίσταται, quod intelligi nequit; sed satis patet hic sermonem esse de osse ulnae denudato et prominente, itaque certe licet προΐσταται tuto scribere. Credidi autem iam ante ταχὺ προΐσταται aliquid periisse, itaque supplevi de meo ὁ δὲ πῆχυς, sin malis τὸ ὀστέον, non adversabor, forte etiam solum καί Lindani sufficeret, sed malui dare quod certe perspicuam redderet sententiam. Licet utrumque apographum ἐκ τῶν αὐτῶν habeat, malui ἐκ τοιούτων dare, nam illud ambiguum est, neque enim ex iisdem articulis qui iam suppurati sint, pus non oriri potest. Sic, puto, locus probabiliter descriptus est. — Universale monitum autem est insiticium et licet exempla adponantur, ipsa sententia princeps aliena videtur ab epidemiorum descriptione.

62. Ἀλκμᾶνι — δεινόν.] Cod. C. in his φρενιτικῶν, quae solita est in libris alterius corruptela. Idem liber et cod. H. et Marcianus ἐτράπη pro ἐστράφη. Iam vero vulgata leetio est: Ἀλκμᾶνι ἐκ νεφριτικῶν ἀνακομιζομένῳ κάτω καὶ αἵματος ἀφαιρεθέντες, ἄνω καθ' ἥπαρ ἐστράφη. Mirum est interpretes non offendisse κάτω καὶ αἵματος ἀφαιρεθέντος, nam quid sibi hic vult καί, quod alio sensu quam *etiam* sic non ponitur? Palam est periisse aliquid; legendum est quod ego dedi, vel alio modo ad eandem sententiam

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 821 sur 880

©BIUM

ῥῖγος δ' ἔστι ὅτε καὶ πυρετὸς ἐπελάμβανε καὶ ἱδρὼς καὶ ἔμετος. Τῷ ἀλγήματι οὐ ξυνέφερε ὑποκλύσαι θαλάσσῃ· ξυνήνεγκε δ' ἀπὸ πιτύρων. Ἠσίτησε ἡμέρας ἑπτά· μελίκρητον ἀκρητέστερον ἔπιε, μετὰ δὲ χυλὸν φακοῦ, ὀτὲ δὲ λεπτὸν τὸ ἔτνος· ἐπέπιε ὕδωρ· μετὰ δὲ ἔφαγε σκυλακίου ἐφθοῦ, καὶ μάζης σμικρὸν ὅτι μάλιστα πάλαι ξυγκειμένης· προϊόντος δὲ ἡ βόεια τραχήλια, ἢ κωλῆνας ὑὸς ἄκρων ἐφθῶν. Τῇ προτεραίῃ ὑδροποσίη, ἡσυχίη, σκέπη· πρὸς τὸ νεφριτικὸν ἐκ τῆς σικύης κλυσμός.

ξγ'. Τῷ Παρμενίσκου παιδὶ κώφωσις· ξυνήνεγκε μὴ κλύζειν, διακαθαίρειν δὲ εἰρίῳ μοῦνον καὶ ἐγχέειν ἔλαιον ἢ νέτωπον· περιπατέειν, ἐγείρεσθαι πρωΐ, οἶνον πίνειν λευκὸν, λαχάνων ἀπέχεσθαι, ἄρτῳ τρέφεσθαι καὶ ἰχθύσι πετραίοισι.

ξδ'. Τῇ Ἀσπασίου ὀδόντος δεινὸν ἄλγημα καὶ γνάθου ἔπαρμα· καστόριον καὶ πέπερι διακλυζομένη καὶ κατέχουσα ἐν τῷ στόματι ὠφελέετο. Καὶ στραγγουρικὸν αὐτῇ ἀνῆκε προσθεμένη τὸ ἄλευρον τὸ ξὺν τῷ ῥοδίνῳ.

iactatio nulla erat, at interdum rigor et febris corripiebat et sudor, et vomitio; neque ad dolorem alvum aqua marina subluere conducebat, sed furfurum decocto contulit. Diebus septem cibum aversatus mulsa meraciore in potu usus est, deinde vero lentis iusculo, interdumque tenui freso; aquam superbibit, posteaque catuli cocti et mazae quam diutissime confectae exiguum sumsit. Procedente vero tempore aut cervices bubulas aut suillos petiolos coctos. Pridie aquae potione, quiete, tegumento usus ad renum dolorem cucumeris silvestris infusum per clysterem est exhibitum.

63. Parmenisci filio surditate vexato contulit aurem non eluere, verum lana tantum perpurgare et oleum aut netopum infundere, deambulare, mane surgere, vinum album bibere, oleribus abstinere, pane et piscibus saxatilibus in cibo uti.

64. Aspasii uxori ingens dentis dolor erat et maxillae tumor; castoreum et piper ore collutum et contentum profuit. Et urinae stillicidium ipsi remisit supposita farina cum rosaceo subacta.

locus explendus. Tum vero ἐτράπη potius quam ἐστράφη auctorem dedisse opinor.

καὶ πυρετὸς ἐπέλαμβανε.] Ita de meo scripseram pro vulgato κ. π. ὑπελάμβανε, quod nauci non est; emendationem firmavit cod. Marc., unde ἐπελάμβανε excerpsit Cobetus.

τῷ ἀλγήματι οὐ ξυνέφερε ὑποκλύσαι θαλάσσῃ.] Vulgo καὶ ἐν τῷ ἀλγήματι, cod. C. et Marc. om. καί, quod forte e superioribus librariorum errore invectum et quo facile caremus; sed ἐν etiam abundat hic, ut sexcentis aliis locis ab iisdem otiose invectum. Paulo post ξυνήνεγκε δ' ἀπὸ π. scripsi, opinatus Δ ante A periisse.

ἔπιε.] Cod. C. hoc verbum om., et tum χυλὸς φακῶν habet, eandemque lect. praebet Marcianus.

ἐπέπιε ὕδωρ.] Littr. ἐπέπινεν, quod mss. Parr. habere scribit et Marcianum habere video. Paulo inferius [καὶ] μάζης Lind. — Equidem item καί adscripsi; sed praeterea ἔφαγε de meo adieci, quippe hoc, aut simile quid aliud excidit.

ἢ κωλῆνας ὑὸς ἄκρων ἐφθῶν.] In his, ut constanter facere soleo, vulgatum ἀκρέων in ἄκρων mutavi. Sed Littréus ἢ κωλῆνας ὑείων κρεῶν ἐφθῶν dedit, codicem C. secutus. Ex Aristotelis definitione Hist. an. III. 7., quam lexicographi ad nomen κωλήν citare solent, unice veram lectionem esse vulgatam contendo.

τῇ προτεραίῃ — κλυσμός.] Licet Foësii Latina adscripserim, non credo tamen haec sana esse. Mihi lacunae inesse videntur et finis deficere; historia morbi mihi abrumpi, non ad finem perduci videtur. Πρὸς τὸν νεφριτικόν Marcianus.

63. διακαθαίρειν δὲ εἰρίῳ μοῦνον καὶ ἐγχέειν.] Vulgo διακαθαίρειν δὲ εἰρίῳ, μοῦνον δὲ ἐγχέειν. In cod. C. ξυνήνεγκε μὴ κλύζειν, διακαθαίρειν εἰρίῳ, μοῦνον δὲ ἐγχέειν. μοῦνον ἐγχεῖν Marc. Haec quidem emendationem referunt, sed quae mihi non placet. Recepi lectionem apographi Ep. V., nisi quod ibi ἐγχεῖν legitur. Ibid. paulo superius κωφότης, inde etiam περιπατέειν dedi pro vulg. περιπατεῖν. Sed in eo apographo λαχάνων — πετραίοισι deëst. — Vulgo h. l. ἐκχέειν, quod tamen vel sine codd. emendet unusquisque. De meo copulam ante ἰχθύσι adscripsi. — In cod. C. τρέφεσθαι omittitur et ἄρτον, ἰχθῦς πετραίους scriptum est; in Marc. eadem lectio, sed ἰχθύσι πετραίους; in eiusmodi scriptura saltem verbum requiritur, unde isti accusativi pendeant.

6d. τῇ Ἀσπασίου — ὠφελέετο.] Hic locus in apographo Ep. V. hoc modo descriptus legitur: τῇ Ἀσπασίου ὀδόντος δεινὸν ἄλγημα καὶ γνάθοι ἐπήρθησαν· καστόριον δὲ καὶ πέπερι διακλυζομένη ὠφελέετο. — Reliqua in hac § obvia ibi non leguntur. Iam vero in nostris legebatur καὶ γνάθου sine ἔπαρμα, quod nomen de meo adieci e verbis apographi Ep. V. καὶ γνάθοι ἐπήρθησαν. — In apographo Ep. V. non habentur verba καὶ κατέχουσα ἐν τῷ στόματι; utrum ibi omissa sint, an hic a recentiore manu interpretandi causa adscripta, non discerno. Ex Ep. V. recepi ὠφελέετο pro ἀνῆκε, quod ibi e sequentibus positum est a librariis, neque enim cum eo congruunt nominativi διακλυζομένη et κατέχουσα, qui in dativos mutandi sint, si ἀνῆκε servare velis; sed ex Ep. V. vera lectio apparet.

Καὶ στραγγουρικὸν — ξὺν τῷ ῥοδίνῳ.] In hisce προσθεμένη codicis C. lectio est a Littréo recepta; est autem mani-

©BIUM

[Τὰς ἀΦ' ὑστερέων κεΦαλαλγίας καστόριον παύει.]

[Τὰ πλεῖστα τῶν ὑστερικῶν αἱ Φῦσαι· σημεῖον οἱ ἐρευγμοὶ καὶ οἱ περὶ γαστέρα ψόΦοι καὶ ἐπάρματα ὀσΦύος καὶ περὶ νεΦροὺς ἀλγήματα καὶ ἰσχία . . . . . καὶ ἐκγεγλευκισμένος μέλας, ἢ ἀρωμάτων τρίτον μέρος, ἀλεύρου δύο ἐν οἴνῳ εὐώδεϊ ἑψῆσαι λευκῷ, ἐπ' ὀβόνιον ἐπιχέαντα, ἐπαλείψαντα, καταπλάσσειν ἐπὶ τῆς γαστρὸς, ἢ ἀλγήματα ὑστερικά.]

ξε'. Τῷ Καλλιμέδοντος ξυνήνεγκε πρὸς τὸ Φῦμα τὸ ἐν τῷ τραχήλῳ σκληρὸν ἐὸν καὶ μέγα καὶ ἄπεπτον καὶ ἐπώδυνον, ἀπόσχασις βραχίονος, λίνον καταπλάσσειν πεΦυρημένον ἐν οἴνῳ λευκῷ καὶ ἐλαίῳ δεύοντα ἐπιδέειν μὴ θερμὸν, μηδὲ ἐΦθὸν ἄγαν· ἢ ξὺν μελικρήτῳ ἑψεῖν ἄλευρον τήλιος, ἢ κριθῶν, ἢ πυρῶν.

ξς'. Μελησάνδρῳ τοῦ οὔλου ἐπιβαλόντος καὶ ὄντος ἐπωδύνου καὶ σΦόδρα οἰδέοντος, ἀπόσχασις βραχίονος, στυπτηρίη Αἰγυπτίη ἐν ἀκμῇ παραστέλλειν.

[Castorium capitis ab utero dolores sedat.]

Locus corruptus.

65. Callimedontis filio ad tuberculum in cervice enatum, durum, magnum, immaturum et dolorem excitans contulit vena secta in brachio et cataplasma e lini semine cum albo vino subacto et oleo madefactum illigatum non valde calens, minime coctum; vel cum mulsa decoquere oportet foeni Graeci farinam vel hordei, vel tritici.

66. *Locus corruptus.*

festo correctio descriptoris codicis. Vulgata fert προσθερμαίνει, Lind. προσθερμαίνειν. Licet locum interpretatus sim Latine, multum de scriptione dubito; vereor ne in vulgata lectione αὐτῇ ἀνῆκε sit insiticium, profectum a librario utcumque verba non cohaerentia connectere studente, ita ut hic in libro antiquo repererit καὶ στραγγουρικὸν προσθερμαίνει τὸ ἄλευρον τὸ ξὺν τῷ ῥοδίνῳ. Correctio codicis C. tum demum recte habet, ubi αὐτῇ ἀνῆκε admittas, quod num faciendum sit dubito; minime certus sum re vera ea verba pertinere ad eandem mulierem, de qua in priore parte periodi sermo est, et, ut dixi, multum vereor ne isto αὐτῇ ἀνῆκε librarius aliquis cum antecedentibus haec coniungere voluerit.

τὰς — παύει.] Haec referunt monitum medicum ad morbi historiam non pertinens, quod Lind. ex hac sede transtulit in locum sequentem, ubi pone ἰσχία interposuit. Non recte; nam est quidem eo loco lacuna, sed remedia quae dein enumerantur non ad capitis, sed ad ventris dolores valent. Est adnotatio lectoris, quae in textum irrepsit.

τὰ πλεῖστα τῶν ὑστερικῶν αἱ Φῦσαι.] Lind. e cod. S. apud Foës. ποιέουσι αἱ Φ.

. . . . καὶ ἐκγεγλευκισμένος μέλας.] Lacunam nemo hic notavit; sed certo certius adest. Marc. ἐκλευκισμένος μέλας. Pro ἑψῆσαι cod. K. ἑψήσας· — ἐπιχέαντα a Littréo e cod. H. datum est, vulgo ἐπιχέοντα. Pone ἐπαλείψαντα in vulg. additur τῷ ὀβονίῳ, quod in cod. C. omittitur adeoque a Littréo suppressum est.

καταπλάσσειν ἐπὶ τῆς γαστρὸς, ἢ ἀλγήματα ὑστερικά.] Ceteri ἢ ante ἐπί habent, transferendum erat in locum, quorsum retuli. Cod. C. et Marc. om. ἢ; est rursus correctio vulgatae lectionis, sed quae minus placet. Locum lacunosum et de cuius lectione non admodum certus sis, Latine interpretari supersedeo,

65. τῷ Καλλιμέδοντος — πυρῶν.] Solum ἐν τῷ τρ. sine τό praemisso vulgata; quatuor codd. Parr. articulum Littréo praebuerunt idemque e Marc. enotatur. In λίνον καταπλάσσειν πεΦυρημένον ἐν οἴνῳ λευκῷ dedi lectionem apographi Epid. V.; h. l. legi solet καὶ λίνου σπόρῳ καταπλάσσειν πεΦρυγμένῳ· οἴνῳ λευκῷ; Lind. dedit λίνου σπέρμα κ. πεΦρυγμένον ἐν οἴνῳ κ. τ. λ. Marc. λίνον καταπλάσσειν πεΦρυγμένον οἴνῳ λευκῷ. — Est etiam ἐπιδέειν ex Ep. V. pro vulg. ἐπιδεῖν. Contra in Ep. V. omissa eraut vocabula μὴ θερμὸν μηδ, nam solum ἐπιδέειν δὲ ἐΦθὸν ἄγαν ibi legebatur. In postremis ἢ ξὺν μελικρ. — πυρῶν apographum Ep. V. habet: ἢ ξὺν μελικρήτῳ ἕψειν καὶ ἀλεύρῳ τήλιος, ἢ κριθῶν, ἢ πυρῶν. Haec non credo veram referre lect., sed maiorem fidem tribuo solitae h. l. lectioni. — Utrum supra πεΦυρημένον an πεΦρυγμένον legere oporteat, sane dubium, praeplacuit illud, nec tamen certo quis demonstraverit alterum falsum esse. Ceterum totus locus miram rursus obfert formam; initio habemus casus peculiaris observationem; in fine monitum universale de cataplasmata administrandi, seu parandi ratione. Talia non primo loci auctori deberi, sed recentioribus lectoribus et descriptoribus, certum est. Moneo autem, quia omnis loci lectio incerta est; quippe facile fieri possit, ut huius capituli postrema, καὶ λίνου σπόρῳ s. λίνον ad finem usque, pertineant ad locum postremum § 64. pone lacunam. Licet Latina quaedam adposuerim, nolim lectorem existimare locum sine controversia integrum esse; quin abruptum esse pro certo affirmo, sed non video, quomodo apte emendari possit, licet multa fingere forte valeas.

66. Μελησάνδρῳ — παραστέλλειν.] Μελισάνδῳ vulgo; emendavit Littr., Marc. μελησανδρωι. — Pro ἐπιβαλόντος

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 823 sur 880

©BIUM

ξζ'. Εὐτυχίδῃ ἐκ χολερικῶν τὰ σκέλεα τετανώδεα· ἅμα τῇ κάτω ὑποχωρήσι κατακορέα χολὴν πολλὴν ἤμεσε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας λίην ἐρυθρήν· ὑπὸ δὲ τὸν ἔμετον ἔπινε καὶ ἀκρατὴς ἦν καὶ ἀσώδης· οὐδὲν κατέχειν ἠδύνατο, οὐδὲ τὸ ἐκ τῶν σιδίων· καὶ οὔρου πολλὴ σχέσις τῆς κάτω διόδου· διὰ τοῦ ἐμέτου τρὺξ μαλθακὴ ἦλθε καὶ κατέρρηξε κάτω .....

67. Eutychidi e cholera morbo crura tetano prehendebantur; una cum alvi inferna deiectione bilem abunde saturatam, multam, valde rubram ad tres dies et noctes vomitione reiecit. Sub vomitum bibit et totius corporis imbecillitate et incontinenti iactatione vexatus est. Neque quidquam, quin ne mali quidem punici corticem infusum continere potuit. Ac multa fuit urinae, quo minus infra exiret, retentio. Vomitione faex mollis prodiit ac deorsum erupit.....

[Ὑδρωπιώδεα δεῖ ταλαιπωρέειν, ἱδροῦν, ἄρτον ἐσθίειν θερμὸν ἐν ἐλαίῳ, πίνειν μὴ πουλὺ, λούεσθαι κατὰ κεφαλῆς πολλῷ μὴ θερμῷ, ἀλλὰ χλιερῷ· ὁ δ' οἶνος ἔστω λευκὸς καὶ λεπτὸς, καὶ ὕπνος μὴ πουλύς.]

[Hydropicum laborem peragere oportet, sudare, panem calidum ex oleo comedere, parum bibere, caput lavare aqua non calida, sed tepida, copiosa. Vinum autem sit album et tenue, neque somnus multus.]

ξη'. Καλλιγένεϊ περὶ πέντε καὶ εἴκοσι ἔτεα γεγενημένῳ κατάρροος· βὴξ πολλή· ἀνῆγε τὸ καταρρέον ὑπὸ βίης· οὐδὲν κάτω ὑπέμενε· ἔτεα τέσσαρα διετέλεσε· θέρμαι λεπταὶ ἐν

68. Calligenem quinque et viginti annos natum destillatio male afflixit; tussis multa; quod defluebat aegre educebatur, nihil eorum quae per inferiora purgant ferre potuit; quatuor an-

Ep. V. legebatur ἐπιλαβόντος; neque hoc tamen constare potest. Cod. C. om. καὶ ὄντος. Pro ἐν ἀκμῇ Ep. V. legebatur ἐν ἀρχῇ, quod Foës. h. l. etiam Latine expressit. Pro παραστέλλειν Ep. V. legebatur παραστέλλει, quod non puto datum esse ab auctore, licet paulo melius congruat quam infinitivus. Locus adeo est corruptus, ut non facile restituatur, sed forte eiusmodi quid datum fuerit:

Μελησάνδρῳ τοῦ οὔλου ἐπιληφθέντος καὶ ὄντος ἐπωδύνου καὶ σφόδρα οἰδέοντος, ἀπόσχασις βραχίονος, στυπτηρίη Αἰγυπτίη ἐν ἀρχῇ παρέστελλε.

67. Εὐτυχίδῃ ἐκ χολερικῶν τὰ σκέλεα τετανώδεα.] Librorum lectio haec est: Εὐτυχίδει (εὐτυχίδη mss. Parr. C. J. — Εὐτυχίδης Ep. V. εὐτυχείδηι Marc.) ἐκ χολερικῶν ἐπὶ τὰ (ἔπειτα vulg. ἐπί sine τά Ep. V.) τῶν σκελέων (ἐς Ep. V.) τετανώδεα ἔληξε. Inde elicio Εὐτυχίδῃ ἐκ χολερικῶν ἔπειτα ἐπὶ τὰ τῶν σκελέων τετανώδεα ἔληξε; sed mihi ita non scripsisse videtur auctor; locum interpolatum et simul casus nominum mutatos puto; itaque eum dedi, quemadmodum primus scriptor eum concinnavisse mihi visus est.

ἤμεσε.] Aor. praebuit apogr. Ep. V.; vulgo hie ἤμει.

λίην ἐρυθρήν.] Ita Ep. V. legebatur; hic vulgo σφόδρα ὑπέρυθρον, quod ita ortum puto ut sequens ὑπό e verbis ὑπὸ δὲ τὸν ἔμετον adiectivo adhaereret et σφόδρα pro λίην scriberetur. — Veram lect. esse puto, quam ex Ep. V. hausi.

ὑπὸ δὲ τὸν ἔμετον ἔπινε καὶ ἀκρατὴς ἦν.] In apogr. Ep. V. solum καὶ ἀκρατὴς ἦν legitur. Mihi mira consecutio videtur ἔπινε καὶ ἀκρατὴς ἦν. Licet nil tangam, non reticeo suspicionem forte in ἔπινε latere ἐπόνεε. Certe melius se excipiunt ἐπόνεε καὶ ἀκρατὴς ἦν quam quod nunc in textu circumfertur.

οὐδὲν κατέχειν ἠδύνατο, οὐδὲ τὸ ἐκ τῶν σιδίων.] Ep. V. legebatur οὐδὲν δὲ κατέχειν ἠδύνατο οὔτε ἐκ τῶν ποτῶν, οὔτε ἐκ τῶν σιτίων. Equidem puto lectionem Ep. V. ortam esse ex altera, postquam σιδίων in σιτίων abierat, licet ex Ep. V. 10. constet σιτία fuisse exhibita in tali morbo.

καὶ οὔρου πολλὴ σχέσις τῆς κάτω διόδου.] Hoc loco legi solet καὶ οὔρου σχέσις καὶ τῆς κάτω διόδου. In Ep. V. vero καὶ τοῦ οὔρου πολλὴ σχέσις καὶ τῆς κάτω διόδου. In utraque lectione καί ante τῆς κάτω διόδου abundat: invectum autem est, quum non viderent respici τὴν τῶν οὔρων δίοδον; urina enim retinebatur in hoc morbo, non alvus, quemadmodum cum e superioribus, tum e seqq. ultro constat.

καὶ κατέρρηξε κάτω...] In Apogr. Ep. V. καὶ κατέρριψε κάτω, quod manifesto falsum et e nostra lectione errore librariorum ortum. Lind. contra opinatus est; nam hoc loco κατέρριψε etiam scripsit; Marc. κατέρυξε. Lacunae signa in fine posui, quia truncata videtur historia morbi, non absoluta; neque enim de eius exitu quidquam dicitur, neque finis narrationis apte concludi mihi videtur.

[Ὑδρωπιώδεα — πουλύς.] Locum de coniectura constitutum ex utroque apographo hic describam. — Ep. VII.: ὑδρωπιώδεα (ἰκτερώδη plures libri Parr. ἰκτεριώδη C. ἰκτερώδει Marc.) ταλαιπωρέειν, ἱδροῦν, ἄρτον ἐσθίειν, πίνειν μὴ πουλὺ, λούεσθαι (λοῦσθαι Marc.) κατὰ κεφαλῆς πολλῷ μὴ (sic codd. καί vulg.) θερμῷ, ἀλλὰ χλιηρῷ· ὁ οἶνος λευκὸς· ὕπνῳ μὴ πολλῷ χρῆσθαι. — Ep. V. ὑδρωπιώδεα (ὑδρωπιώδει multi codd.) δέον ταλαιπωρέειν, ἱδροῦν, ἄρτον ἐσθίειν θερμὸν ἐν ἐλαίῳ, πίνειν μὴ πουλὺ, λούεσθαι καὶ κεφαλὴν χλιηρῷ· οἶνος δὲ λευκὸς λεπτὸς καὶ ὕπνος ἀρήγει. — In apogr. Ep. V. δέον ortum est e δεῖ; in Ep. VII. excidit θερμὸν ἐν ἐλαίῳ; in Ep. V. vitiatum est λούεσθαι καὶ κεφαλὴν χλιηρῷ, lectio Ep. VII. ibi recte habet, nisi quod in utraque χλιηρῷ in χλιερῷ mutandum erat. — Postrema vero ita discrepant ut in Ep. V. pone ὕπνος periisse μὴ πουλύς pateat, vel οὐ πουλύς potius. Sed neque ἀρήγει, neque χρῆσθαι mihi arrident; credidi in tali discrepantia mihi licere id dare quod melius cum toto loci habitu congruere putabam, neque sensum loci mutat. Talia ipsi antiqui iam pro lubitu descripserunt.

68. Καλλιγένεος — μαλθακῷ.] Cod. C. γενομένῳ pro γεγενημένῳ. Vulgo ἡ βήξ, cod. C. ἢ βήξ, Marc. ἢ βήξ; equidem articulum omittere malui, ἤ haud congruit. — Vulgo οὐδὲν κάτω ὑπέμενε, sed in cod. C. ὑπέμενε omittitur et alia manu restitutum est; itaque non recepit Littréus. De

©BIUM

ἀρχῇ ἐγένοντο. Ἑλλέβορος οὐκ ὠφέλησε ἀλλ' ὀλιγοσιτίη· ἐσθίειν ἄρτον· οἶνος μέλας· ὄψα, ὁποῖα ἐθέλοι· ἀπέχεσθαι δριμέων, ἁλυκῶν, λιπαρῶν, ὀποῦ σιλφίου, λαχάνων ὠμῶν· περιπατεῖν πολλά· γαλακτοποσίη οὐ ξυνήνεγκε, ἀλλὰ σήσαμον πίνειν καθαρὸν, ὠμὸν, ὅσον ὀξύβαφον ξὺν οἴνῳ μαλθακῷ.

ξθ'. Τιμοχάρεϊ χειμῶνος κατάρρους, μάλιστα ἐς τὰς ῥῖνας· ἀφροδισιάσαντι ἐξηράνθη πάντα· κόπος· θέρμη ἐπεγένετο· κεφαλὴ βαρεῖα· ἱδρὼς ἀπὸ κεφαλῆς πουλύς· κατέρρει δὲ καὶ κατὰ τοῦ σώματος ὅλου· ἦν δὲ καὶ ὑγιαίνων ἱδρώδης· τριταῖος ὑγιής.

ο'. Ὁ Κλεομένεος παῖς χειμῶνος ἀρξάμενος ἀπόσιτος ἄνευ πυρετοῦ ἐτρύχετο καὶ ἤμεε τὰ σιτία καὶ φλέγμα· μῆνας δὲ δύο ἡ ἀσιτίη παρηκολούθησε.

οα'. Τῷ μαγείρῳ ἐν Ἀκάνθῳ, ᾧ τὸ κώφωμα ἐκ φρενίτιδος ἐγένετο, φαρμακοποσίη οὐδεμία ξυνήνεγκε, οἶνος δὲ μέλας καὶ ἀρτοσιτίη καὶ λουτρῶν ἀπέχεσθαι, χρίεσθαι δὲ

nis perduravit; per initia calores tenues aderant. Veratrum non profuit, sed modicus cibus; panis in cibo, vinum nigrum, opsonia, quae vellet; abstinere acribus, salsis, pinguibus, laseris succo, oleribus crudis; multum deambulare. Lactis potus non contulit verum sesamum purum crudum acetabuli mensura ex vino leni bibere.

69. Timochari per hiemem destillatio praecipue in nares defluxit. Ubi venere usus fuit, cuncta resiccata sunt; lassitudo; calor et capitis gravitas successit; sudor ex capite multus, qui etiam ex toto corpore defluxit; erat autem etiam per sanitatem sudoribus obnoxius. Tertio die convaluerat.

70. Cleomenis puer per hiemem ciborum fastidio sine febre confici coepit, cibosque ac pituitam vomitione reiiciebat, duobusque mensibus inappetentia perseveravit.

71. Coquo Acanthi, cui e phrenitide stupor obortus fuit, nullum remedium purgans epotum opem attulit, sed vinum nigrum et panis esus et balneis abstinere, et ungi et leniter dum

ὑπέμενε monuit Foës. in adn., qui „nihil infra sustinebat" interpretandum existimat, aliis „nihil infra substitit" vertentibus. Equidem verbum non reiiciendum, sed cum Foës. interpretandum arbitror de remediis purgantibus, quae non tulerit aeger, sive clysmata, sive supposita, sive potiones spectentur purgantes. — In paulo inferius obviis, vulgo sic legi solitis ἑλλέβορος οὐκ ὠφέλησε ἀλλ' ὀλιγοσιτίη, ἀλλὰ τὸ συμπιασθῆναι· ἐσθίειν ἄρτον κ. τ. λ.; in his, inquam, delevi ἀλλὰ τὸ συμπιασθῆναι, quod verbum in Oecon. et in adn. Foësius ducit de forma συμπιάζω pro συμπιέζω, eo sensu, quo πιέζειν τῇ διαίτῃ usurpatur. Recte sine dubio! Littréus: „les traducteurs, inquit, font venir συμπιασθῆναι de συμπιάζω, forme Dorienne pour συμπιέζω et le rendent par *corpus macerare*. Il me parait impossible d'admettre ici une forme Dorienne, qui serait sans autre exemple dans les oeuvres Hippocratiques, en consequence je le fais venir de συμπιαίνω." — Dissentio! vel loci sensus retinere debuerat Littréum, nam quod Gallice dedit: „de peu manger et d'arranger son regime pour engraisser" methodus mira est. — Sed manifesto illud ἀλλὰ τὸ συμπιασθῆναι est scioli oratio pro vetere ἀλλ' ὀλιγοσιτίη, quam huic substituere voluerit et quam repudiare oportet. — Οἶνος μέλας scripsi e cod. C., ceteri οἶνον μέλανα, quod librariis debetur.

69. Τιμοχάρεϊ.] Cod. C. τιμοχάρι, unde Littr. τιμοχάρει; vulgata habet τιμοχάριτι, Marc. τιμοχαρίη. — Cum Littr. dedi formam, quae in apogr Ep. V. habetur. — Ibi quidem omissa fuere verba κατέρρει δὲ καὶ κατὰ τοῦ σώματος ὅλου. — Vulgo h. l. in fine loci ὑγιάνθη; sed Ep. V. ὑγιής, quod recepi.

70. ὁ Κλεομένεος — παρηκολούθησε.] Vulgo τοῦ Κλ.; omisi articulum cum cod. C. et Marc. et apographo Ep. V.; inde ἤμεε pro ἤμει scripsi. — Cod. C. δύο μῆνας omisso δέ, plerique autem libri Parr. δύο μῆνας δέ. Apographum Ep.V. δύο μῆνας ἀσιτίη παρείπετο, item Marc., qui tamen ἡ ἀσιτίη.

71. Τῷ μαγείρῳ ἐν Ἀκάνθῳ, ᾧ τὸ κώφωμα ἐκ φρενίτιδος ἐγένετο, φαρμακοποσίη οὐδεμία ξυνήνεγκε.] Legi solet in codd. Ep. V. τῷ μαγείρῳ ἐν ἀκάνθῳ (ἀκάνθῳ alii codd.) τὸ κύφωμα ἐκ φρενίτιδος ἐγένετο· τούτῳ φαρμακοποσίη οὐδεμίη συνήνεγκε (ξυνην. cod. C.) — In Ep. VII. eadem lectio, excepto quod τούτῳ ibi non habetur: itaque, ut sexcentis aliis locis, τούτῳ est insiticium; sed contra putavi ᾧ pone ἀκάνθῳ excidisse, quod ut oratio bene procederet de meo adposui. Verum de alia re maioris momenti videndum est: nempe Littréus de coniectura Reinesii invexit κώφωμα pro mss. lectione κύφωμα. — Primum autem tenendum Littréum in ἀκάνθῳ recte agnovisse oppidum Chalcidicae ad sinum Strymonicum; vetustiores interpretes spinam dorsi cogitarunt. Quod autem attinet ad κύφωμα, item vereor ut id recte habeat. Non ausim affirmare non posse fieri ut e phrenitide κύφωμα oriretur, sed facilius sane inde orietur κώφωμα; tum vero remedia et curandi methodus ad κύφωμα vix ita fuerint praescripta, licet etiam κωφώματος mira sit curatio, quae describitur. Sed quum veteres forte etiam ἀκάνθῳ de spina dorsi acceperint, putaverint κυφώματος mentionem fieri, ita ut re ipsa iam satis antiquo tempore κώφωμα in κύφωμα mutaverint. His reputatis opinatus sum tutissimum esse κώφωμα scribere. Et tamen sentio obiici posse κωφότης, κώφωσις esse nomina solita, non κώφωμα, licet ex analogia constare posse nomen videatur. — His propositis iam aliis haec diiudicanda relinquam. — Marcianus etiam ἐν ἀκάνθῳ τὸ κύφωμα.

οἶνος δὲ μέλας.] Ita Ep. V.; vulgo hic δέ omittitur.

καὶ λουτρῶν ἀπέχεσθαι.] καί om. in apogr. Ep. V.

χρίεσθαι δὲ καὶ ἀνατρίβεσθαι λείως χριόμενον.] Pro his in Ep. V. solum legitur καὶ ἀνατρίβεσθαι λείως. — In Ep. VII. legi solet χρίεσθαί τε καὶ ἀνατρίβεσθαι χριόμενον, sed

©BIUM

καὶ ἀνατρίβεσθαι λείως χριόμενον, θάλπεσθαί τε μὴ πολλῷ πυριήματι, ἀλλὰ πηέως.

οβ'. [Οἷσι ῥεύματα ἐς ὀφθαλμοὺς λεπτὰ καὶ χρόνια, ἢν πέπονα κατὰ ῥῖνας χωρήσῃ, ὠφελέονται.]

ογ'. [Ἧσι ἐν κυήμασι ἐκ πτώματος, ἢ σπάσματος, ἢ πληγῆς πόνοι, ἐπιεικῶς ἡ τρίτη δηλοῖ εἰ διαφθείρουσι.]

οδ'. Τῇ τῆς Σίμου κατὰ τὸ εἰκοστὸν τῆς ἡλικίης τριηκοσταῖον ἀπόφθαρμα πιούσῃ τι ἢ αὐτόματον ξυνέβη· πόνος, ἔμετος χολωδέων πολλῶν, ὠχρῶν, πρασοειδέων, μελάνων, ὅτε πίοι. Τριταίῃ σπασμός· τὴν γλῶσσαν κατεμασᾶτο. Πρὸς τεταρταίην ἐσῆλθον· ἡ γλῶσσα μέλαινα, μεγάλη· τῶν ὀφθαλμῶν τὰ λευκὰ, ἐρυθρά· ἄγρυπνος· τεταρταίῃ ἀπέθανε ἐς νύκτα.

οε'. [Πυθοκλῆς τοῖσι κάμνουσι ὕδωρ, γάλα πολλῷ τῷ ὕδατι μιγνὺς, ἐδίδου καὶ ἀνέτρεφε.]

ος'. [Χειμέτλων· — κατασχᾶν, ἀλεαίνειν,

ungebatur confricari et calefieri fomento non multo, sed blande.

72. [Quos fluxiones in oculos tenues et diuturnae vexant, si matura per nares prodierint, iuvantur.]

73. [Quibus praegnantibus ex casu, aut vulso, aut ictu labores contingunt, fere tertius dies ostendit, num obortum facturae sint.]

74. Simi coniugis ancillae vigesimo aetatis anno abortus foetus dierum triginta, sive aliquid biberat, sive sponte, contigit. Dolor, vomitus multorum biliosorum, pallidorum, porraceorum, nigrorum, ubi bibisset. Tertio die convulsio; linguam commanducaverat. Versus quartum diem ingressus sum; lingua erat nigra, magna; oculorum album, rubrum. Quarto die sub noctem mortua est.

75. [Pythocles aquam aegrotantibus, lac cum aqua multa miscens, dedit et eos enutriebat].

76. [Pernionibus medendi methodus: —

cod. C. et Marcianus χριόμενον om. — Itaque ex utraque lectione recepi, quod a prima manu esse putarem, de meo δέ pro τε scribens.

βάλπεσθαί τε μὴ πολλῷ πυριήματι, ἀλλὰ πιηέως.] Est lectio apographi Ep. V., quam recepi; hic legebatur μὴ σφόδρα θάλπειν, μὴ πολλῷ πυρὶ, ἀλλ' ἠπίῳ.

72. οἷσι ῥεύματα — ὠφελέονται.] Vulgo ἐν ὀφθαλμοῖς, Littr. e ms. uno cum Lind. ἐν ὀφθαλμοῖσι. Id quod ipse exhibui codicis C. lectio est, quam Foës. Latine expressit; Corn. vulgatam Latine reddidit; de Calvo mihi non constat.

73. ἧσι — διαφθείρουσι.] In his legi solet ἐπιεικῶς ἐν τῇσι τρίτῃσι δηλοῖ, εἰ διαφθείρει. Sunt autem ista corrupta; aut quod ipse exhibui scriptum fuerit, aut ἐπιεικῶς τῇ τρίτῃ δῆλον, εἰ διαφθείρουσι. — Haec autem § et superior ad interpolationes morborum enarrationis pertinere certum esse opinor.

74. τῇ τῆς Σίμου κατὰ τὸ εἰκοστὸν τῆς ἡλικίης τριηκοσταῖον ἀπόφθαρμα πιούσῃ τι ἢ αὐτόματον ξυνέβη.] In Ep. V. vulgata lectio est: τῇ κατὰ τὸ εἰκοστὸν τῆς ἡλικίης ἀπόφθαρμα πιούσῃ, ξυνέβη πόνος κ. τ. λ. — Littréus ibi dedit τῇ Σίμου (sic etiam Marc.) τὸ τριηκοσταῖον ἀπόφθαρμα· πιούσῃ τι ἢ (pro τι ἤ Marc. τῆι) αὐτόματον τοῦτο ξυνέβη· πόνος κ. τ. λ. Est autem lectio cod. C., quam sequitur; sed haec emendata est ad textum Ep. VII. in illo libro. Hoc loco vulgata ferebat: Τῆς τησίμου τὸ τριηκοσταῖον ἀπόφθαρμα. πιούσῃ τι αὐτόματον, ξυνέβη πόνος. — Littréus τῇ Σίμου τὸ τριηκοσταῖον ἀπόφθαρμα· πιούσῃ τι ἢ αὐτόματον· ξυνέβη πόνος, est rursus cod. C., quem sequitur. Videamus iam de singulis. — In vulgato τῆς τησίμου latere opinor τῇ τῆς Σίμου: nam quum abortus ei contigisse dicatur πιούσῃ τι, ἢ αὐτόματον, quumque illud πιούσῃ τι de remedio abortum faciente intelligere oporteat, neque constet, quare mulier viro nupta tale remedium bibisset, putavi ancillam uxoris Simi spectari. Verba κατὰ τὸ εἰκοστὸν τῆς ἡλικίης e loci Ep. V. vulgata lect. coniungenda visa sunt cum lectione τριηκοσταῖον ἀπόφθαρμα loci nostri. — Vulg. πιούσῃ τι αὐτόματον, in quibus cod. C. τῇ pro τι; verissime Littr. vidit hic latere τι ἤ. — Verbum ξυνέβη mihi non ad seq. πόνος pertinere, sed huc trahendum esse visum est.

ὅτε πίοι.] Ep. V. vulgo ὅτι πίῃ. Ep. VII. vulgo ὅτ' ἔπιε. Littr. e cod. C. ὅτε πίοι; idem latet in Marciani ὁτεπιθι. Paulo ante καὶ πρασοειδέων Ep. V.

τριταίῃ σπασμὸς, τὴν γλῶσσαν κατεμασᾶτο.] Pro his in apographo Epid. V. legebatur σπασμὸς εἶχε, γλῶσσαν κατεμασᾶτο. Solet hic quoque κατεμασσᾶτο scribi, sed e mss. Parr. correxi. Operae pretium est observasse εἶχε in Ep. V. additum; manifesto indicio est talia saepe esse interposita a descriptoribus.

ἡ γλῶσσα μέλαινα, μεγάλη.] Rursus in apogr. Ep. V. interpolationes observamus; legitur: καὶ αὐτῇ ἦν ἡ γλῶσσα μεγάλη, μέλαινα.

τῶν ὀφθ. τὰ λ.] Ep. V. τῶν ὀφθ. δὲ τὰ λ. ἐρυθρὰ ἦν.

τεταρταίῃ ἀπέθανε ἐς νύκτα.] Ep. V. τῇ τετάρτῃ δὲ ἔθανε ἐς νύκτα.

75. Πυθοκλῆς — ἀνέτρεφε.] Lind. ἢ γάλα; Calvus, Corn., Foës. reddunt, quasi καὶ γάλα legissent. Cum Littréo nihil innovandum putavi, quin Lind. sibi non constat, nam in apogr. Ep. V. nihil tentat. In Ep. V. in vulg. lectione ὕδωρ abest, etiam in ms. Voss., sed Littr. e multis codd. adscripsit. Ibidem etiam finis periodi καὶ ἀνέτρεφε deficit. Corn. et Foës. id reddunt „renutriebat." Itaque praepositioni ἀνά in ἀνέτρεφε vim tribuerunt, quod non faciunt nec Calvus, nec Littr. Optio difficilis, exspectaveris potius εἶτα ἀνέτρεφε, quod tamen non adfirmo scriptum fuisse. — Locus interpolatus est et alienus a morborum enarratione.

76. [χειμέτλων — καὶ ὕδατι.] In apogr. Ep. V. χιμέτλων lego et ὡς δὲ μάλιστα. — Puto locum diverso modo

©BIUM

τοὺς πόδας ὡς μάλιστα ἐκθερμαίνειν πυρὶ καὶ ὕδατι.

Ὀφθαλμοῖσι πονηρὸν φακή· τοῖσί γε οὕτως ἔχουσι ἡ γλυκεῖα ὀπώρη καὶ λάχανα.

Τοῖσι περὶ ὀσφὺν, ἢ ἰσχίον, ἢ σκέλεα ἀλγήμασι ἐκ πόνων· — θαλάσσῃ, ὄξεϊ θερμοῖσι καταιονᾶν καὶ σπόγγους βάπτοντα πυριᾶν, ἐπικαταδεῖν δὲ εἰρίοισι οἰσυπηροῖσι καὶ ῥηνικοῖσι.

Ὁ ὀρίγανος ὀφθαλμοῖσι κακὸν πινόμενος καὶ ὀδοῦσιν.]

οζ'. Τῇ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ κόρῃ πεσούσῃ αἷμα πουλὺ κατὰ οὖς τὸ ἀριστερὸν συχνὸν ἐρρύη· ἄφωνος· ῥιπτασμός· ἐς νύκτα ἤμεσε· μελίκρητον χαλεπῶς κατέπινε· ῥέγχος· πνεῦμα πυκνὸν, ὥσπερ τῶν ἀποθνησκόντων· αἱ φλέβες αἱ ἀμφὶ τὸ πρόσωπον τεταμέναι· κλίσις ὑπτίη· πόδες χλιεροί· πυρετὸς πουλὺς, ὁπότε δ' ὀξύτατος, μάλιστα κατεπλήσσετο. Ἑβδόμῃ φωνὴν ἔρρηξε· αἱ θέρμαι λεπτότεραι· περιεγένετο.

venam secare, in loco calido aegrum continere, pedes quam maxime calefacere igne et aqua.

Oculis nocet lens. —

Cetera corrupta sunt.

Adversus dolores circa lumbos, vel coxendicem, vel crura e laboribus ortos medendi ratio: — aqua marina, aceto calidis irrigare et spongiis intinctis fovere, dein deligare lanis succidis et agninis.

Origanum epotum oculis nocet et dentibus.]

77. Virgini, quae ad praecipitium habitabat, lapsae sanguis copiosus ex aure sinistra confertim effluxit. Vox defecit; corporis inquieta iactatio detinebat; sub noctem vomuit; mulsam difficulter deglutiebat; stertor aderat; crebra erat spiratio, velut morientium; venae in fronte distendebantur; supina decubuit; pedes tepidi; febris multa, quae cum vehementissima esset, maxime animo erat consternato. Septimo die vocem edidit; calores leviores erant; superstes evasit.

quam fieri solet, esse interpretandum: κατασχᾶν de scarificatione intelligunt Calvus, Foës., Littr.; „perniones pertundere oportet" Corn. Credemusne igitur antiquos primum perniones incidisse aut scarificavisse, dein pedes quam maxime igne et aqua calefecisse? At de ἀλεαίνειν item monendum: iungunt ἀλεαίνειν τοὺς πόδας, sed quare tunc auctor superaddit ὡς μάλιστα ἐκθερμαίνειν? — Itaque sic sentio: κατασχᾶν, ut aliis locis apud medicos (v. c. κατασχάζειν apud Aret. p. 203. vs. 16.) est *venam secare*; ἀλεαίνειν dici puto de toto corpore et pone hanc vocem distinguendum esse, ut iungantur τοὺς πόδας ὡς μάλιστα ἐκθερμαίνειν. — Non negligo in Ep. V. apographo distingui secundum solitam nostrorum acceptionem apud interpretes, sed in eiusmodi rebus mss. perparum fidei adhibendum esse opinor.

ὀφθαλμοῖσι — λάχανα.] Ep. V. ὀφθαλμοῖς ὡς ᾗ (cod. C. ὡσεί, unus cod. H. ὡσί, quod recepit Littr.) πονηρὸν ἡ φακή· ὀπώρη τὰ γλυκέα (Lind. ἡ γλυκείη ad ductum Latinorum Cornarii) καὶ (καὶ τά Lind.) λάχανα. — Quodsi iam utrumque apographum comparemus; alterum alterius lectiones mutuo illustrabit. — In Ep. VII. scriptura non intelligis quorsum respiciat τοῖσι γε οὕτως ἔχουσι. Ortum autem puto inde quod pro ὀφθαλμοῖσι alii legerint ὀφθαλμιῶσι πονηρόν φακή; tum enim apte demum inferri poterit τοῖσι γε οὕτως ἔχουσι ἡ κ. τ. λ. Sed ipsa illa lectio in dittographia posita, ita ut scriberetur ὀφθαλμοῖσι ἰῶσι ansam praebuerit lectionibus ὡς ᾗ, ὡσεί, ὡσί. Ipse auctor sine dubio scripsit ὀφθαλμοῖσι πονηρὸν ἡ φακή, — modo cf. Diosc. II. 129. ubi βιβρωσκόμενος μὲν σινεχῶς ἀμβλυωπός dicitur ὁ φακός. Ortum illius τοῖσι γε οὕτως ἔχουσι intelligimus: legit aliquis ὀφθαλμιῶσι et supplevit illa. Sed sive illa addas, sive demas, non intelligo nexum sequentis ὀπώρη ἡ γλυκεῖα (s. τὰ γλυκέα) καὶ λάχανα cum superioribus. Puto lacunam esse valde antiquam, quam additamento, de quo dixi, expleverint. Forte igitur locus edendus:

Ὀφθαλμοῖσι πονηρὸν, φακή· ..... ἡ γλυκεῖα ὀπώρη καὶ λάχανα.

τοῖσι περὶ ὀσφὺν — ῥηνικοῖσι.] Principium periodi in apogr. Ep. V. ita scriptum habetur: τοῖσι δὲ περὶ ὀσφὺν καὶ σκέλεα καὶ ἰσχίον ἀλγήμασι. — Pro σπόγγους cod. C. h. l. habet dativum et possis omnino καὶ σπόγγοις βάπτοντα πυριᾶν scribere, sed non certum puto non accusativum dedisse auctorem; e Marc. excerptum lego: σπόγγους βάπτοντα πυριῆν ἐπικαταδεῖν δὲ εἰρίοισι οἰσυπηροισειν (sic) ῥίνας. Postrema οἰσυπηροῖσι καὶ ῥηνικοῖσι h. l. omissa erant, eaque huc transtuli ex apographo Ep. V.

ὁ ὀρίγανος — καὶ ὀδοῦσι.] Dedi lectionem apographi Ep. V. — Cod. C. in ea lect. ὁ om., item Marc. — Hic legi solebat: Ὀρίγανος ὀφθαλμιῶσι κακὸν πινομένη καὶ ὀδοῦσιν. Equidem non credo ὀφθαλμιῶσι voluisse loci auctorem; docet sequens ὀδοῦσι.

77. τῇ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ ..... περιεγένετο.] Locum descripsi coniecturis emendatum ex utroque apographo Ep. V. et Ep. VII. Brevissimus esse potero, si ex utroque apogr. lectiones hic describam. Ep. V. ergo legebatur: ἡ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ κόρη πεσοῦσα. ἄφωνος ῥιπτασμὸς (sic Littr. ῥιπτασμὸν vulg.) εἶχε καὶ ἤμεσεν ἐς νύκτα αἷμα πουλύ· κατὰ τὰ (sic Littr. e cod. D.; vulg. τά om.) ἀριστερὰ πεσούσης. συχνότερον ἐρρύη· μελίκρητον χαλεπῶς κατέπινεν· ῥέγκος (ῥέγχος cod. C.) πνεῦμα πυκνὸν, ὡς τῶν θνησκόντων· φλέβες ἀμφὶ τὸ πρόσωπον τεταμέναι· κλίσις ὑπτίη· πόδες χλιηροί· πυρετὸς βληχρός· ἀφωνίη. ἑβδομαίη φωνὴν ἔρρη-

©BIUM

οη'. Ὀνησαντίδης τοῦ ὤμου τὸ ἄλγημα ἔσχε ἐν βέρεϊ γενόμενον ἐξ ἀποστάσιος· ἐν τῇ θαλάσσῃ βρέχειν τὸ σῶμα καὶ τὸν ὦμον ὡς πλεῖστον χρόνον ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας· οἶνον λευκὸν ὑδαρέα ἅμα πίνειν ἐν τῇ θαλάσσῃ κατακείμενον καὶ οὐρέειν ἐν τῇ θαλάσσῃ.

78. *Locus integer non est.*

οθ'. Ὁ γναφεὺς ὁ ἐν Σύρῳ, ὁ φρενιτικός· μετὰ δὲ καύσιος τρομώδης· σκελέων τὸ χρῶμα οἷον ὑπὸ κωνώπων ἐν καταδήγμασι· ὀφθαλμὸς μέγας· βραχεῖα κίνησις· φωνὴ κεκλασμένη, σαφὴς δέ· οὖρον καθαρὸν, ὑπόστασιν οὐκ ἔχον. Ὀκτωκαιδεκαταῖος ἀνῆκε μωλυνθεὶς ἄνευ ἱδρῶτος.

79. *Locus pessime corruptus.*

ξε· αἱ βέρμαι λεπτότερον ἔσχον (λεπτότεραι ἔσχον codd. multi) περιεγένετο. — In Ep. VII. legebatur: Ἡ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ κόρη πεσοῦσα, ἄφωνος· ῥιπτασμὸς αὐτὴν (αὐτήν om. C. et Marc.) εἶχεν· ἤμεσεν (ἤμεεν Marc.) ἐς νύκτα· αἷμα συχνὸν ἐρρύη. κατὰ τὸ οὖς τὸ ἀριστερὸν πεσούσης (αἷμα πουλὺ κ. τὸ οὖς τὸ ἀ. π. αἷμα συχνὸν ἐρρύη cod. C. et Marc.) καὶ (copulam om. C. et Marc.) μελίκρητον χλεπῶς κατέπινεν· ῥέγκος (ῥέγκος codd. quatuor Parr. et Marc.) εἶχε· (εἶχε om. Marc.) πνεῦμα πυκνὸν, ὥσπερ τῶν ἀποθνησκόντων. φλέβες αἱ περὶ τὸ μέτωπον τεταμέναι, κλίσις (κλητὶς Marc.) ὑπτίη, πόδες χλιηροί· πυρετὸς πουλύς· ὁπότε ὀξύτατος (sic Littr. e cod. C., idem fert Marc., vulgo: πολὺς, ποτὲ ὀξὺς) μάλιστα κατεπλήσσετο. ἑβδόμῃ φωνὴν ἔρρηξε· αἱ βέρμαι λεπτότεραι (εἶχον additur in cod. C. et Marciano) περιεγένετο (περιεγένοντο cod. C. et Marc.) — De loci emendatione nihil dicam, quid voluerim e textu descripto constat. De duabus tantum rebus moneo: ἡ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ κόρη πεσοῦσα accipi solet quasi virgo illa cecidisset de loco praerupto. Mihi ordo verborum potius iudicare visus est eam ad praecipitium habitavisse, sicuti infra § 97. τῇ Τερπίδεω μητρὶ, τῇ ἀπὸ Δορίσκου. Cf. Ep. II. 2. 18. ᾤκει δὲ παρὰ τὰ Ἀρχελάου πρὸς τῷ κρημνῷ; licet fatear altero illo modo omnino item explicari posse; sed lapsus ἀπὸ κρημνοῦ vix satis levis fuerit, ut superstes evaderet qui cecidisset. — Tum vero moneo incertum me prorsus esse num πυρετὸς βληχρός an πυρετὸς πουλύς sit scribendum, nexus cum seqq. fecit, ut hoc praeferrem. φωνὴν ἔρρηξε dictio est Herodotea. Cf. lib. I. 85. ὑπὸ δέους τε καὶ κακοῦ ἔρρηξε φωνήν.

78. Ὀνησαντίδης — θαλάσσῃ.] Vulgo Ὀνισαντίδης; de meo iam correxeram, antequam vidi Meinekium nomen eadem ratione emendatum cupivisse. Lind. ὁ Νισαντίδης dedit. — Ante ἐν τῇ θαλάσσῃ βρέχειν Lind. inseruit [ξυνήνεγκεν]. Una autem res certa est, eum rectissime vidisse non historiam ita descriptam haberi, qualem dedit primus eius auctor, eumque ex usu pervulgato in his historiis morborum, si libris fidem habere liceat, supplevisse verbum illud. Sed mihi plura observanda visa sunt. Statim mirum est Ὀνησαντίδης τοῦ ὤμου τὸ ἄλγημα ἔσχε ἐν βέρεϊ γενόμενον ἐξ ἀποστάσιος. Quare τὸ ἄλγημα? Quare, si unus humerus affectus fuerit, uter fuerit non indicatur. Facile fieri possit ut ἔσχε interpolatum sit. Postremum οὐρέειν ἐν τῇ θαλάσσῃ ridiculum est; credemusne medicum nostrum mictioni in aquam marinam vim medicam tribuisse? Vereor multum ne postremum ἐν τῇ θαλάσσῃ sit errore librariorum e superiore repetitum. Quod ad primum obvium ἐν τῇ θαλάσσῃ, num re vera ἐν τῇ θαλάσσῃ, i. e. *in mari*, an ἐν θαλάσσῃ i. e. *in aqua marina* esse debeat, vix certo scio. — Ut brevis sim, vellem fere:

Ὀνησαντίδης, τοῦ ὤμου ἀλγήματος βέρεος γενομένου ἐξ ἀποστάσιος, ξυνήνεγκε θαλάσσῃ βρέχειν τὸ σῶμα καὶ τὸν ὦμον ὡς πλεῖστον χρόνον ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. οἶνον λευκὸν ὑδαρέα ἅμα πίνειν ἐν τῇ θαλάσσῃ κατακείμενον καὶ οὐρέειν.

Vinum album pro diuretico hic est.

79. Ὁ γναφεὺς — ἄνευ ἱδρῶτος.] Textum loci descripsi consentienter cum Littréo, id unum si excipias, quod delevi pone ὑπόστασιν οὐκ ἔχον quaestionem, ἦρα διὰ τὴν τῆς ψαφίης ὑποχώρησιν; quae quidem corrupta est, quippe certe scriptum fuerit ἦρα διὰ τὴν ἀπὸ τῆς ψαφίης ὑποχώρησιν; vel simile quid aliud. Sed praeterea additamentum est, quod num qui adscripserit re vera ad hunc locum adposuerit, dubium, quia purgationis per thapsiam nulla hic facta est mentio; aut si facta fuerit, periit in lacuna. In ms. C. in iis, quae reiicio, praepositio διά omissa est. — Tradam iam reliquam lectionis varietatem: pro ἐν καταδήγμασι vulgo ἐγκαταδαμάσσειν, unde Littréus dedit quod cum eo exhibui, licet vitiosum sit. Lind. ἐγκαταδαμασθέν, quae coniectura apud Foës. in notulis ad hunc locum occurrit. Marcianus cod. ἐγκαταδάγμασιν (sic). Pro ὀφθαλμὸς μέγας Lind. ὁ παλμὸς μέγας; idemque recepit pro ὑποχώρησιν in quaestione illa, quam expunxi, ἐσχάρωσιν e Foësii notulis. Nempe Foësius μετὰ καύσιος de ustione intellexerat et putavit hic ἐσχάρωσιν per thapsiam memorari. Sed latet hic corruptela facile tollenda; nam in ΜΕΤΑΔΕΚΑΤΣΙΟΣ latet ΜΕΤΑΔΕΚΛΤΣΙΟΣ, quemadmodum ἔκλυσις bis in seq. § legitur. Tum vero lego ἐπὶ κωνώπων ἐγκαταδήγμασι et e vulgata ἐγκαταδαμάσσειν addam ἀμυσσόμενον. — Est autem sine dubio vitiosum ὀφθαλμὸς μέγας, nec melius quid suppeditat quam quod Lind. dedit ὁ παλμὸς μέγας. Tandem moneo de duabus lacunis: non iungendum est σκελέων τὸ χρῶμα (quod fecit Gal. comm. ad Ep. II. p. 394. Kühn.,) sed τὸ χρῶμα de corporis superficie tota ponitur; neque iungendum τρομώδης σκελέων, sed ibi excidisse videtur ἀκρατής, sive ante sive pone σκελέων. — In fine vero ἀνῆκε μωλυνθείς non dici potest, nisi de febre, cuius tamen nulla facta in superioribus mentio, itaque altera lacuna est, eaque maior, ut puto, pone ἔσχον, ubi quaestio illa irrepserat. Quin quum pone μωλυνθείς sequatur ἄνευ et in hoc libro ἡ βέρμη μωλυνθεῖσα saepius dicatur, credo α in fine participii omissum esse, quum pro febre βέρμη auctor fere usurpet in tali dictione. Ne longior sim, legam:

Ὁ γναφεὺς ὁ ἐν Σύρῳ, φρενιτικός· μετὰ δ' ἔκλυσις τρομώδης· σκελέων ἀκρατής· τὸ χρῶμα οἷον ἐπὶ κωνώπων ἐγκαταδήγμασι ἀμυσσόμενον· παλμὸς μέγας· βραχεῖα

©BIUM

π'. Καὶ ὁ ἐν Ὀλύνθῳ Νικόξενος ὁμοίως· ἑβδομαῖος ἐδόκει χαλάσειν μεθ' ἱδρῶτος· ῥοφήματα προσεφέρετο, οἶνον, βότρυν ἐξ ἡλίου. Πρὸς ἑπτακαιδεκαταῖον εἰσῆλθον. καυστικός· ἡ γλῶσσα ..... θέρμη ἔξωθεν οὐ πάνυ ἰσχυρή· ἔκλυσις σώματος δεινή· φωνὴ κεκλασμένη, ἔργον ἀκοῦσαι, σαφὴς δέ. κρόταφοι ξυμπεπτωκότες· ὀφθαλμοὶ κοῖλοι· πόδες χλιεροί· μαλθακὴ κατὰ σπλῆνα ξύντασις· τὸ κλύσμα οὐ πάνυ τι ἐδέχετο, ἀλλ' ἀνεπήδα· ἐς νύκτα ὑπῆλθε κόπρος ξυνεστηκυῖα ὀλίγη καὶ αἵματός τι· οὖρον καθαρὸν, λαμπρόν· κλίσις ὑπτίη· σκέλεα διανεψγμένα διὰ τὴν ἔκλυσιν· παράπαν ἄγρυπνος. Ἐντὸς τῶν εἴκοσι ἡ θέρμη ἐμωλύνθη. Ποτὸν τὸ ἀπὸ κρίμνου, ἄλλοτε ἀπὸ μήλων ὁμοῦ καὶ σίδης· καὶ χυλὸς φακοῦ πεφωσμένου ψυχρός· καὶ ἀλεύρου πλύμα ἐφθὸν, ψυχρὸν, λεπτὸν, ῥόφημα· περιεγένετο.

80. Ac eodem modo Nicoxeno Olynthi septimo die morbus absque sudore remittere videbatur; sorbitiones assumebat, vinum, uvam insolatam. Ad eum decimo septimo die ingressus sum; ardebat; lingua ..... calor forinsecus non admodum vehemens erat; corporis exsolutio summa; vox fracta erat adeo ut non nisi aegre exaudiretur, clara tamen; tempora collapsa; oculi concavi; pedes tepidi; mollis ad lienem contentio, Infusum per clysterem non admodum admittebat, verum resiliebat; sub noctem stercus prodiit coactum, paucum et nonnihil sanguinis. Urina pura erat, splendida. Decubitus supinus, crura diducta ob exsolutionem; nihil prorsus dormiebat. Intra vigesimum diem calor conquievit. Potus erat aqua, in qua farina crassior macerata fuerat, interdum etiam mala et malicorium; et lentis tostae succus frigidus; ac farinae lotura cocta, frigida, tenuis, pro sorbitione est exhibita. Superstes evasit.

πα'. Τῶν γναφέων οἱ βουβῶνες ἐφυματοῦντο σκληροὶ καὶ ἀνώδυνοι· καὶ περὶ ἤβην καὶ τράχηλον ὁμοῖα, μεγάλα· πυρετός·

81. Fullonibus tubercula in inguinibus dura et sine dolore exorta sunt, circaque pubem et collum magnitudine similia erant; febris; antea

κίνησις· φωνὴ κεκλασμένη, σαφὴς δέ· οὖρον καθαρὸν, ὑπόστασιν οὐκ ἔχον ..... ὀκτωκαιδεκαταίῳ ἀνῆκε μωλυνθεῖσα ἄνευ ἱδρῶτος.

80. καὶ ὁ ἐν Ὀλ. N.] Sic cod. C. et Marcianus; ceteri non habent initio copulam.

ἡ γλῶσσα ..... θέρμη ἔξωθεν κ. τ. λ.] Vulgo ἡ γλῶσσα θερμὴ ἔξωθεν κ. τ. λ. — Lind. ἡ γλῶσσα αὖα, θέρμη ἔξωθεν κ. τ. λ. Cod. C. et Marcianus τοιοῦτον ἡ γλῶσσα θερμὴ ἔξωθεν κ. τ. λ., quod recepit Littr., nisi quod cum Lind. θέρμη scripsit. Verum vidit procul dubio Lind.; profecto pone ἡ γλῶσσα aliquid, quale Lind. voluit, deficit. In cod. C. habemus omnino illius libri descriptoris correctionem, sed ineptam. Omnino αὖη, ξηρὴ, τρηχεῖα, vel eiusmodi quid, vel horum utrumque ξηρὴ καὶ τρηχεῖα interiit.

πόδες χλιεροί· μαλθακὴ κατὰ σπλῆνα ξύντασις.] Legebatur πόδες μαλθακοὶ καὶ χλιεροί· κατὰ σπλῆνα ξύντασις, in quibus cod. H. καί om. — Sed quid quaeso sunt πόδες μαλθακοί? Neminem interpretum dictionem advertisse miror. Latet in corruptis, aut πόδες χλιεροὶ καὶ μαλθακὴ κατὰ σπλ. ξυντ., aut quod ego dedi. Quum oratio sit asyndetos, fieri posse putavi ut καί post loci corruptionem demum inveheretur, ita ut omittere maluerim.

καὶ αἵματός τι.] Sequebatur h. l. οἶμαι ἀπὸ τοῦ κλυσμοῦ; quam adnotationem lectori, qui adscripserit, spero, reddidi.

κλίσις ὑπτίη.] Littr. adnotat „κλισίη codd." Vulgatam tamen, uti fas erat, servavit; simile vitium librorum sustuli supra § 26.

σκέλεα διανεψγμένα.] Vulgata fert διαγνυμένα, cod. C. διηνοιγμένα, Ald. et multi codd. Parr. et Marc. διηνυγμένα; cod. H. διηνεγμένα. Littr. cod. C. lectionem dedit. Ad vulgatam Foës. adnotat: „Suspicor vitiosam esse lectionem .... Apparet enim legendum esse διοιγνύμενα, aut διηνεψγμένα ..... διαπεπλιγμένα dicuntur in Progn. cett." — Inde διανεψγμένα scripsi, licet si quis διοιγνύμενα velit, ut ad vulgatam propius accedat, non adverser.

ποτὸν τὸ ἀπὸ κρίμνου.] Vulgata ἄποτον τὸ ἀπὸ κρίμνου. Pro ἄποτον cod. C. et Marcianus ἀπὸ τῶν omisso τό. Reliqua in his lectionis varietas nullius pretii est. Littréus dedit πρῶτον τὸ ἀπὸ κρίμνου adnotans: „Je pense que ἄποτον, mot ici inintelligible, est pour α ποτόν, $\overline{\alpha}$ étant pour πρῶτον, ce qui se voit quelquefois." Dissentio: $\overline{\alpha}$ absurdi ἄποτον natum est e sequente ἀπό et litura literae unicum remedium est, quod malum tollat.

ἄλλοτε ἀπὸ μήλων ὁμοῦ καὶ σίδης· καὶ χυλὸς φακοῦ.] In his ἄλλοτε Littr. e codd. C. H., ἀλλ' ὅγε vulg., ἄλλοτε etiam Marc. — Iam vero legebatur: ποτὸν τὸ ἀπὸ κρίμνου, ἄλλοτε μήλων ὁμοῦ καὶ σίδης χυλὸς καὶ φακοῦ πεφωσμένου ψυχρός. — Sed apparet ἄλλοτε ἀπὸ μήλων ὁμοῦ καὶ σίδης pertinere ad ποτὸν τὸ ἀπό —; itaque non licet iungere καὶ σίδης χυλός, — sed locus describendus est, quemadmodum iam feci. — Quin cod. C. cum Marciano copulam ante φακοῦ om. et tum πεφωγμένου habet uterque, quod minoris momenti, sed advertit copula l. l. omissa.

περιεγένετο.] Sic Littr. e codd. C. H. ἐπεγένετο vulgo. Marc. item ῥύφημα περιεγένετο.

81. τῶν γναφέων.] Sic unus cod. H. et apogr. Ep. V., in quo cod. C. κναφέων, quod vulgo hic legitur.

καὶ περὶ ἤβην καὶ τράχηλον ὁμοῖα, μεγάλα.] Haec est lectio vulg. apogr. Ep. VII. — Epid. V. h. l. fert καὶ περὶ ἤβην καὶ ἐν τραχήλῳ ὅμοια μεγάλα. — Littr. dedit ἀνώδυνοι περὶ ἤβην· ἐν τραχήλῳ ὅμοια μεγάλα e cod. C., quod minus placet, licet Marcianus eandem ferat lectionem. — Aut vulgata huius loci, aut Ep. V. lectio mihi recipienda videtur.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 829 sur 880

©BIUM

ἔμπροσθεν δὲ καὶ βηχώδεες ἀπὸ ῥηγμάτων. Τρίτῃ μὲν ἢ τετάρτῃ γαστὴρ ξυνετάκη, θέρμαι ἐπεγένοντο· γλῶσσα ξηρή· δίψα· ὑποχωρήσιες αἱ κάτω χαλεπαί· ἀπέθανον.

πβ'. [Τὰ χολερικὰ ἐκ κρεηφαγίης, μάλιστα δὲ χοιρείων ἐνωμοτέρων καὶ ἐρεβίνθων καὶ μέθης εὐώδεος παλαιοῦ, καὶ ἡλιώσιος, καὶ σηπίης, καὶ καράβων τε καὶ ἀστακῶν καὶ λαχανοφαγίης, μάλιστα δὲ πράσων καὶ κρομμύων, ἔτι δὲ θριδάκων ἑφθῶν, καὶ κράμβης, καὶ λαπάθων ἐνωμοτέρων καὶ ἀπὸ πεμμάτων καὶ μελιτωμάτων καὶ ὀπώρης καὶ σικύου πέπονος, καὶ οἰνογάλακτος καὶ ὀρόβων καὶ ἀλφίτων νέων. Μᾶλλον ἐν θέρεϊ τὰ χολερικὰ καὶ οἱ διαλείποντες πυρετοί.

Καὶ οἷσι φρῖκαι ἐπιγίγνονται, ἔστι ὅτε κακοήθεις γίγνονται καὶ ἐς νοσήματα ὀξέα καθίστανται· ἀλλ' εὐλαβεῖσθαι· μάλιστα δὲ ἡ πέμπτη καὶ ἡ ἑβδόμη καὶ ἡ ἐνάτη δηλοῦσι· βέλτιον δὲ μέχρι τῶν τεσσαρεσκαίδεκα φυλάσσεσθαι.]

πγ'. Φερεκύδῃ μεθ' ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς τῆς νυκτὸς πλευροῦ δεξιοῦ ἄλγημα καὶ πρότερον εἰθισμένον ἔλῃξε· ἠρίστησε· ἐξελθὼν ἔφριξε· πυρετὸς ἐς νύκτα· ἀνώδυνος· βηχίον * ῥέον τι ξηρόν. Οὖρα πολλὰ, ὑπό-

tussiculosi quoque fuerunt ex ruptionibus. Tertio aut quarto die venter contabuit; calores supervenerunt; lingua arida; sitis; ventris deiectiones molestae erant: obierunt.

82. [Cholera morbus ex carnis esu contrahitur, praecipue vero suillae crudioris, e cicere, vinique odorati veteris ebrietate, insolatu, ex sepiae esu, locustarum ac gammararum, olerum, maxime porri et ceparum. Quin etiam e lactucis coctis, brassica, lapatho crudiore et ex bellariis, dulciariis, pomis, cucumere, pepone et potione, quae ex vino et lacte mistis conficitur, ervo, polenta recenti. Aestate magis cholera morbus et febres intermittentes vigent.

Et quibus horrores accedunt, interdum in malignos morbos incidunt et ad acutos deveniunt. Sed his prudentia adhibita medendum est. Huiusmodi autem morbos praecipue quintus dies et septimus et nonus indicant; praestat vero ad decimum quartum usque cavere.]

83. *Haec morbi historia pluribus locis parum fidam, partim etiam certo certius corruptam habet lectionem.*

ἔμπροσθεν δὲ καὶ β.] Pro δὲ καί, vulgo δέκα, Ald. solum δέ, — Lind. ex toto omisit. — Littréus recte e δέκα effecit δὲ καί. In Ep. V. πρόσθεν μὲν (δέ cod. C.) βηχώδης, omisso ἀπὸ ῥηγμάτων.

τρίτῃ μὲν ἢ τετ.] vulg. τρίτῳ μηνὶ ἢ τετάρτῳ. Emendavit e Bankroftii coniectura Littr. ad Ep. V.

ὑποχωρήσιες αἱ κάτω χαλεπαί.] Haec est lectio Ep. V. hic solet legi ὑποχώρησις ἑκάστῳ χαλεπαί. — Manifesto ἑκάστῳ ex αἱ κάτω ortum est, non contra, quod tamen putavit Lind. in Ep. V. ἑκάστῳ inferens.

ἀπέθανον.] ἔθανον Ep. V. Tota § est fragmentum descriptionis epidemiae.

82. Τὰ χολερικὰ — ἀλφίτων νέων.] In Ep. V. haec ita descripta leguntur: Βίαντι τῷ πύκτῃ, φύσει πολυβόρῳ ἐόντι, ξυνέβη ἐμπεσεῖν ἐς πάθεα χολερικὰ ἐκ κρεηφαγίης, μάλιστα δὲ ἐκ χοιρείων ἐναιμοτέρων καὶ μέθης εὐώδεος, καὶ πεμμάτων, καὶ μελιτωμάτων, καὶ σικύου πέπονος, καὶ γάλακτος καὶ ἀλφίτων νέων. — Loco nostro cod. C. et Marc. καὶ οἴνου καὶ γάλακτος pro καὶ οἰνογάλακτος.

μᾶλλον — πυρετοί.] Lind. μ. [δὲ] ἐν θ.; cod. C. ἐνδιαλείποντες pro οἱ διαλ. — Ep. V. tota haec periodus ita descripta fuit: ἐν θέρει δὲ, τὰ χολερικὰ καὶ οἱ διαλείποντες πυρετοί.

καὶ οἷσι — φυλάσσεσθαι.] In his vulgo οὗτοί ἐστιν ὅτε, — equidem οὗτοι pro interpolato omisi. — Tum vulgo εὐλαβεῖσθαι χρή· et μάλιστα δὲ τὰ τοιαῦτα νοσήματα ἡ πέμπτη, in quibus exhibui codicis C. et Marciani lectionem, quorum librorum descriptores, vel alterutrum certe, χρή et τὰ τοιαῦτα νοσήματα consulto omisisse, certum est. Itaque hic quisquis est, non alio modo de talibus sensit, quam ipse multis seculis post, tum h. l., tum in multis similibus in Coacis et Prorrh. I.

83. Φερεκύδῃ.] Φερεκύδεϊ Littr. e codd. 3. Parr. Φερεκύδῃ vulgata. Marc. solum κύδῃ.

βηχίον * ῥέον τι ξηρόν.] Haec vulgata est lectio, quam quia corrupta est, asterisco notavi. Unus cod. K. ῥέον τι οὐ ξ. — Licet in adnn. interpretes sileant de vitio, antiquiores tamen locum emendatum Latine expresserunt. Calvus: „tussicula vero sicca molestavit." Corn.: „tussicula quaedam sicca." Foës.: „tussicula quadam sicca vexabatur." Littréus autem vulgatam Graece exhibens reddidit: „petite toux, *qui amène quelques matières sèches.*" Itaque verbis subnotatis ῥέον τι ξηρόν exprimere studuit. Sed ῥέον transitive sumsit, quum tamen id fieri non possit, neque quisquam Graecus βηχίον ῥέον τι scripserit, pro tussi, qua aliquid e pulmone educatur. Equidem cum vetustissimis interpretibus lego βηχίον ξηρόν, de origine probabili otiosi ῥέον τι in seq. adnotatione dicam. — Non negligo quae in fine huius historiae morbi de sputis redditis scribuntur, ubi ἀπεχρέμπτετο δὲ καὶ ἔμπροσθεν σμικρὰ, λευκὰ, γαλακτώδεα. Sed puto hoc loco βηχίον ξηρόν dici de initio morbi; καὶ ἔμπροσθεν altero illo loco referri ad dies aliquot ante exitum morbi, forte a tertio, aut quarto inde.

οὖρα πολλά.] In vulg. οὖρα οὐ πολλά legis. Foës. autem

©BIUM

στασις πολλή· * ξυσματώδεα μαδαρὰ διεσπασμένα ἀπ' ἀρχῆς, μετὰ δὲ τέσσαρας βολερὰ ὑφίστατο καὶ τὸ οὖρον οὐκ ἄχροον, ὑπόστασιν ἔχον καὶ τὸ * ξύστημα οὐκ ἐφαίνετο ἐν τῷ χερνιβίῳ, ψύξιος ἐούσης.. Τριταίῳ αὐτομάτη κοιλίη ὑπῆλθε. Τετάρτῃ πρὸς βάλανον κοπρώδεα καὶ χολώδεα διεχώρησε· ὑγρὸς περίρροος. Ὕπνος ἐς νύκτα οὐ πάνυ, ἡμέρης δέ τι ἐκοιμᾶτο· δίψα οὐ σφοδρὴ, τεταρταίῳ μάλιστα ἐς νύκτα· τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον καὶ τὸ ἄλλο μαλθακόν· ὑπεφέρετο αἰεί· πυρετὸς ἐκρατεῖτο πρὸς χεῖρα καὶ ὑπενότιζε ἄδηλος· σφυγμὸς σφόδρα ἐν

in notulis iam monet negationem omitti apud Calvum et in mss. — Corn. tamen et Foës. Latine „urinae non multae." Lind. οὐ om., itemque Littr., qui in sex mss. Parr. deësse vidit. Iam vero tenenda est lectio cod. K. Par. *βέον τι οὐ ξηρόν*, de qua in superiore adn. dixi. Nimirum quaerere mecum coepi, num forte negatio illa abundans et syllabae *βέον τι* sint fragmenta unius vocabuli, quod forte in dittographia ad hunc modum scriptum fuerit: *οὐρέοντι οὖρα πολλὰ ὑπόστασις πολλή*.

* *ξυσματώδεα, μαδαρὰ, διεσπασμένα ἀπ' ἀρχῆς.*] In his cod. C. *μακρὰ διεσπ.* — Iam Foës. adnotavit: „*μαδαρά* autem *ὑφιστάμενα* nove et insolenter admodum sedimenta dicuntur glabra, laevia, rara, cett." — Littréus silet, quum tamen vel plura advertant quam de quibus monuit Foës. — Primum *ξυσματώδεα* adiectivum est, quod nusquam de urinis, sed de alvi excrementis semper usurpatum vidi. Verum quidem est de urinis id occurrere Ep. IV. § 14., sed in verbis insiticiis et loco tali, quali fidem non adhibeo. Tum *μαδαρά* nusquam neque de urina eiusve sedimentis, neque de alvi excrementis legi, sed de ulceribus v. gr.; cf. Oecon. Hipp. Sitne *μαδαρά* ortum e *καθαρά*? — Sine dubio *διεσπασμένα* vera est lectio, cf. Coacas 578. 593. Patet igitur satis hoc loco insignem latere corruptionem, de qua dicturus sum cum ulterius progressus fuero in vicinorum exploratione.

μετὰ δὲ τέσσαρας] *μετὰ δὲ τὰς τεσσ.* cod. C., e Marciano non video excerptum, sed ibi paulo post *ἄχρων* pro *ἄχροον*.

*καὶ τὸ * ξύστημα οὐκ ἐφαίνετο ἐν τῷ χερνιβίῳ ψύξιος ἐούσης.*] Gal. in his legit *καὶ σύναγμα ἐφαίνετο ἐν τῷ χερνίβῳ* Ed. Bas. p. 480. vs. 14. cf. adnn. ad Ep. VI. 3. 7. Calvus „(sedimento) quod tamen in urina non comparuit." — Corn.: „et collectio non apparebat in matula, ubi perfriguisset." Foës.: „neque in matula collectio apparebat, ubi refrixisset." Littr.: „et le sediment n'apparaissait pas dans le vase étant exposé au froid." Foës. tum in Oecon. tum in adn. ad h. l. putat *χερνίβιον* de matula hic intelligi debere. Dubito: *ἀμίς* et *χερνίβιον* differunt; sensisse mihi visus est descriptor cod. C. et Marciani, qui *ψύχεος ἐόντος* scripsit pro *ψύξιος ἐούσης*, quemque puto *glaciem* cogitavisse, quae res congrueret cum anni tempore *μεθ' ἡλίου τροπὰς χειμερινάς*. Nolim tamen existimare re vera illud *σύναγμα* s. *σύστημα* vulgatae glaciem significare; vetat locus ex Ep. VI. Iam primum *σύστρεμμα* hic scriptum fuisse iudico, non *σύστημα*; — tum vero *ψύξιος ἐούσης* item corruptum iudico, simili quodam modo, atque infra *βαλάνου γεγονότος* scriptum fuit, ubi vide. Licet vero sentiam ineptum id hic esse, non intelligo quomodo certo emendes. Si re vera de urina sermo sit, vellem fere *καὶ τὸ σύστρεμμα οὐκ ἐφαίνετο ἐν τῷ χερνίβῳ καταψυχθέντος*. Sed nihil affirmo: scilicet ultro patet totum locum *οὖρα πολλὰ — ψύξιος ἐούσης* male habitum esse: *ξυσματώδεα* iam diximus ad urinam referri non posse. *καθαρά* legendum videri pro *μαδαρά*. Sitne iam *ξυσματώδεα* indicium lacunam esse et appositam fuisse descriptionem alvi excrementorum, e qua hoc vocabulum solum supersit; an vero forte fortuito id huc appulerit? — Non nego me maxime in hanc opinionem inclinare et forte legendum videri: *Οὐρέοντι πολλὰ ὑπόστασις πολλή· οὖρα καθαρὰ, διεσπασμένα ἀπ' ἀρχῆς, μετὰ δὲ τέσσαρας βολερά· ὑφίστατο· καὶ τὸ οὖρον οὐκ ἄχροον ὑπόστασιν ἔχον καὶ ξύστρεμμα οὐκ ἐφαίνετο ἐν τῷ χερνίβῳ καταψυχθέντος*. — In quibus iungo *ἄχροον ὑπόστασιν*. non *οὖρον — ἄχροον*. — Videant iam alii quoque, quid conferre valeant ad loci obscuri intelligentiam faciliorem reddendam.

τετάρτῃ πρὸς βάλανον κοπρώδεα καὶ χολώδεα διεχώρησε.] Vulgata *τετάρτῃ βαλάνου γεγονότος κοπρ.*; — cod. C. *πρὸς βαλάνειον* Marc. *πρὸς βαλάνιον*, uterque sine *γεγονότος*, unde *πρὸς βάλανον* dedi, uti in diei duodecimi enarratione § 84. Littréus vulgatam servavit et adnotat: „*βαλάνου* est ici masculin contre l'usage habituel des livres Hippocratiques." — Imo vero *γεγονότος* ab auctoris huius manu non est, sed scioli locum, ubi *πρός* perierat, de suo explentis. Quis credat *βάλανον γίγνεσθαι* dici pro *βάλανον ὑποτιθέναι*? In cod. C. *πρὸς βαλάνιον* voluerunt. Ceterum idem liber *εὐκοπρώδεα* omissis *καὶ χ. δ.* Marc. *εὐκοπρώδεα καὶ χολώδεα ὑγρὸς κ. τ. λ.* Latet in ea lectione *πρὸς βάλανον εὖ κοπρώδεα καὶ χολώδεα διεχώρησε*.

ἡμέρης δέ τι ἐκοιμᾶτο.] Cod. C. *ἡμέρη δ' ἔτι ἐκοιμᾶτο.*

δίψα οὐ σφοδρὴ, τεταρταίῳ μάλιστα ἐς νύκτα.] Mirum est rursus *τεταρταίῳ* inferri, quum supra iste dies iam sit indicatus. Calvus *πεμπταίῳ* legisse videtur. Modo ne numerus in vulg. supervacaneus ortum debeat lectioni *δίψα οὐ σφοδρὴ, μάλιστα δ' ἐς νύκτα*.

μαλθακόν· ὑπεφέρετο αἰεί.] In his *ὑπερφέρειν* Edd. antt. *ἐπέφερεν* cod. C. Cod. Marc. *ἐπεφερέειν* (sic), *ὑποφέρετο* Lind. — Littréi coniectura *ἀνέφερεν*, „il avait la respiration toujours entrecoupée" prorsus aliena a loci sensu et de loco, quem adfert, ut eam adstruat iam dixi ad § 41. huius libri. Foës. adnotat interpretes *ὑπέρφερον* legisse sibi videri. Calvus „praetendebatur," Corn. „semper superexcedens." Foës. „semper eminebat." Littr. „et qu'on pouvait toujours soulever." Omnes illae interpretationes nullius sunt pretii, nam corruptela latet. Equidem puto non male scripsisse Lindanum *ὑπεφέρετο αἰεί*, cf. Oecon. Foësii de significatione. Comparare licet § 51. initio.

πυρετὸς ἐκρατεῖτο πρὸς χεῖρα καὶ ὑπενότιζε ἄδηλος.]

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 831 sur 880

©BIUM

μετώπῳ φλεβῶν· βάρος ἐν τῇσι ὑποστροφῇσι καὶ ἐν τῇσι ὑποχωρήσισι πάσῃσι ὀλίγον χρόνον· διὰ παντὸς ἀνώδυνος· ἀπ' ἀρχῆς ἀσώδης καὶ κατὰ σμικρὸν ἤμει. Ἑβδόμῃ πρὸς βάλανον ὑπεχώρησε τρὶς χολώδες καὶ κοπρώδες, ὑγρὸν σφόδρα καὶ ὠχρόν· καὶ ἤδη τι ὑποπαρέκρουσε καὶ νοτὶς ἐπ' ὀλίγον ἔστι ὅτε περὶ μέτωπον· τὸ ἱμάτιον ἐπὶ τὸ πρόσωπον· τὰ ὄμματα διὰ κενῆς, ὡς εἴς τι βλέπων, ξυνέστρεφε καὶ πάλιν κατέμυε· τὸ ἱμάτιον ἀπέβαλε. Ἐναταίῳ ἱδρὼς πρωῒ ἀρξάμενος μέχρι στήθεος διετέλει, ἕως ἐτελεύτησε καὶ ὁ πυρετὸς ἐπέτεινε καὶ ἡ παραλήρησις· περὶ μέτωπον πλεῖστος ἱδρὼς καὶ * οἷον δεινὸν μὲν ἢ ἔκλευκον· τὸ δέρμα δὲ τὸ ὑπὸ τὰς τρίχας ἐστιγμένον· ὑποχόνδριον δεξιὸν ἐπηρμένον· ὑφῆκε ὑφ' ἑωυτὸν χολῶδες. Ὀγδόῃ ὡς ὑπὸ κωνώπων ἀναδήγματα. Πρὸ τῆς τελευτῆς ἀνέβηξε οἷον ἐκ μύξης, μύκητα ξυνεστηκότα

In hisce πρὸς χ. ἐκρ. cod. C. et Marc. qui καί omm. Cum ἐκρατεῖτο πρὸς χεῖρα Littr. comparat Ep. VI. l. 14. (πυρετοὶ) οἱ δ' ὀξέες μὲν, ἡσσώμενοι δὲ τῆς χειρός et οἱ δὲ πρὸς χεῖρα νοτιώδεες et ibid. 8. 21. οἱ δὲ περικαέες αὐτίκα πρὸς τὴν χεῖρα λυόμενοι αἰεί. Neque ego puto alio modo nostram dictionem esse sumendam, nisi de febre cuius calor vix sentiatur a medico. Pro ὑπενότιζε legendum censeo ὑπενοτίζετο, transitivo enim verbo hic locus incongruus.

ἐπιστροφῇσι καὶ ἐν τῇσι ὑποχωρήσισι πάσῃσι.] Vulgo ὑποστροφῇσι, sed Littr. e cod. C. et tribus aliis Parr. ἐπιστρ.; vulgata ex ὑποχωρήσισι, quod sequitur, ortum duxit praepositione ὑπό perperam ad ἐπιστροφῇσι tracta. In cod. C. πάσῃσι om., non sine causa; libri enim descriptor vidit πάσῃσι miro modo in vulgata ad ὑποχωρήσισι referri. Sitne forte legendum βάρος ἐν τῇσι ἐπιστροφῇσι πάσῃσι καὶ ἐν τῇσι ὑποχωρήσισι? Videant etiam alii.

ἑβδόμῃ πρὸς βάλανον ὑπεχώρησε.] Cf. supra obvia. Vulg. h. l. παρὰ βαλάνου, cod. C. et Marc. πρὸς βαλάνιον, cod. C. inverso ordine κοπρ. καὶ χολ.

ὑγρὸν σφόδρα καὶ ὠχρόν.] Cod. C. καί om. Sed quid de ὠχρόν existimandum, quum idem alvi excrementum etiam χολῶδες appellet? Accipiendum puto ita ut quod κοπρῶδες esset, ὠχρόν dicat, χολῶδες et ὑγρόν spectet materiem liquidam pallidis illis stercoraceis circumfusam.

ὑποπαρέκρουσε.] Vulgatam servavi. Littr. e pluribus libris imperfectum exhibet, quod Marc. etiam fert.

ὡς εἴς τι βλέπων.] Vulgo ὡς εἴ τι βλ., libri mss. εἴ τις βλ. In vulgata latet quod exhibui. — Marcianus ξυνέτρεφε.

τὸ ἱμάτιον ἀπέβαλε.] Vulgo αὐτοῦ τό, sed Littr. cum cod. C. omisit αὐτοῦ, quod in Marciano etiam abest, et ἀπέβαλλε dedit e codd. C. D. K.; Marc. ἀπέβαλεν habet. Quodsi iam respicias totum illum locum τὸ ἱμάτιον — ἀπέβαλε, sunt quae advertunt. Si τὸ ἱμάτιον ἐπὶ τὸ πρόσωπον attractum haberet, quomodo quis observare potuit, eum oculos convertere ὡς εἴς τι βλέποντα? Intelligerem: τὸ ἱμάτιον ἐπὶ τὸ πρόσωπον· ἀπέβαλε· τὰ ὄμματα διὰ κενῆς ὡς εἴς τι βλέπων περιέστρεφε καὶ πάλιν κατέμυε. Puto locum perturbatum esse et tali fere modo restitui posse.

περὶ μέτωπον πλεῖστος ἱδρὼς καὶ * οἷον δεινὸν μὲν ἢ ἔκλευκον.] Locus hic pessime corruptus est. Calvus „circa frontem sudor plurimus graveolens, odor dirus, gravis, color exalbidus." Corn.: „circa frontem sudor plurimus graveolens, color valde albus." Hi igitur aut legerunt aut, quod potius crediderim, emendarunt καὶ ὄζων δεινόν. Foës.: „plurimus circa frontem sudor ac veluti dirus quidam, coloreque admodum albo." Ad verbum vulgatam expressit, sed eius Latina non melius quam Graeca intelliguntur. Littréus: „c'était autour du front qu'il y avait le plus de sueur, la couleur était très mauvaise ou blanche." Non est fida interpretatio. Equidem opinor in οἷον latere οὖρον, in ΔΕΙΝΟΝ vero ΛΕΠΤΟΝ; itaque legere vellem καὶ οὖρον λεπτὸν καὶ ἔκλευκον. Coaca 576. οὖρον ὑδατῶδες καὶ λευκόν memoratur.

τὸ δέρμα δὲ τὸ ὑπὸ τὰς τρίχας ἐστιγμένον. ὑποχόνδριον δεξιὸν ἐπηρμένον· ὑφῆκε ὑφ' ἑωυτὸν χολῶδες. Ὀγδόῃ ὡς ὑπὸ κωνώπων ἀναδήγματα.] Vulgata ἐσμιγμένον. Cod. C. habet τὸ χρῶμα τὸ ὑπὸ τὰς τρίχας ὡς ἐσμηγμένῳ. Marc. τὸ δέρμα τὸ ὑπὸ τὰς τρίχας ὡς ἐσμιγμένωι ὑποχ. Lind. ἐστιγμένον legit sine ὡς e Foësii notula, qui in fidelioribus exemplaribus id legere se significat, et e Corn. Latinis; Littréus tamen se in mss. Parr. hanc lectionem non vidisse testatur. At Calvus eam vidit, aut ita lectionem emendavit. Littréus cod. C. partim secutus edit ἢ ἔκλευκον τὸ χρῶμα, τὸ δὲ ὑπὸ τὰς τρίχας ἐστιγμένον. Iam opinor omnino ἐστιγμένον Calvi esse retinendum; sed mirum est diei octavi fieri mentionem post nonum, itemque miror ὡς ὑπὸ κωνώπων ἀναδήγματα removeri tam longe ab ἐστιγμένον. Vitium manifesto hic latet. Puto numerum ὀγδόῃ natum esse ex ἢ, ita ut in libro aliquo antiquo ἢ ὑπὸ κωνώπων ἀναδήγματα vitiose fuerit scriptum, perperam illatis ἢ et ἀναδήγματα. Itaque legere vellem: τὸ δέρμα δὲ τὸ ὑπὸ τὰς τρίχας ἐστιγμένον, ὡς ὑπὸ κωνώπων· ὑποχόνδριον δεξιὸν ἐπηρμένον· ὑφῆκε ὑφ' ἑωυτὸν χολῶδες. — Nisi forte in his malis ἐστιγμένον ὡς ἐπὶ κωνώπων ἀναδήγμασι. Citat hunc locum Gal. comm. ad Ep. II. p. 394. Kühn. Fere praeteriissem, me ὑφ' ἑωυτόν debere Littréo, ita vere vulgatam ἐφ' ἑωυτόν emendanti.

ἀνέβηξε οἷον ἐκ μύξης μύκητα ξυνεστηκότα λευκῷ φλέ-

©BIUM

λευκῷ φλέγματι περιεχόμενον· ἀπεχρέμπτετο δὲ καὶ ἔμπροσθεν σμικρὰ, λευκὰ, γαλακτώδεα.

πδ'. ..... μετὰ τὸ δεῖπνον ἐν τῷ ὕπνῳ ἔφριξε. Πρωῒ ἐξανέστη καρηβαρικὸς, ἔφριξε, ἀπήμεσε, κεφαλὴν ἐβαρύνετο· ἐς νύκτα ἀνῆκε· μέχρι μέσου ἡμέρης ἐπιεικῶς· ἔφριξε πάλιν· νύκτα χαλεπῶς. Τὴν ἐπιοῦσαν δὲ ἡμέρην, πυρετὸς ὀξύς· κεφαλῆς σφάκελος· ἔμετος χολῆς πολλῆς; ἡ πλείστη πρασοειδής· ἔλῃξε πάντα· ὕπνος ἐς νύκτα. Πρωῒ περιέψυκτο· νοτὶς ἐπὶ πουλὺ τοῦ σώματος· κατὰ σπλῆνα τῇ χειρὶ ἐδείκνυε ὀλίγον χρόνον ξύστρεμμα ἀνώδυνον, παραχρῆμα ἐμαράνθη. Ἐς νύκτα ἄγρυπνος· περὶ ἀγορὴν παρωξύνετο ὁ πυρετός· ἄση, σκοτόδινος, στρόφος· κεφαλῆς ὀδύνη, ἔμετος πρασοειδὴς, λεῖος, γλίσχρος, ὡς φλέγμα· πρὸς δυσμὰς ἔλῃξε πάντα· ἱδρὼς κεφαλῆς, τραχήλου· ὑπεχώρησε μετὰ τὸν ἔμετον κοπρώδεα, ὑγρὰ, χολώδεα, οὔτε μέλανα, οὔτε ἐπεοικότα. Νύκτα μετρίως καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέρην· ἐς νύκτα πάλιν ἄγρυπνος· ἔμετος ὄρθρου ὁμοίως καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέρην ἄνευ ἄσης· τῆς δὲ κεφαλῆς μετὰ τὸν ἱδρῶτα ἔλῃξαν αἱ ὀδύναι· ἐς τὴν ἑσπέρην πάντα ἐχάλασε. Ἐνάτῃ οὐκέτι ἤμεσε· ἐθερμάνθη μᾶλλον· τοῖσι ἄλλοισι οὐκ ἐδόκει πυρεταίνειν· αἱ ἐν κροτάφοισι φλέβες ἐπήδων· ἀνώδυνος πάντων· δίψος ἦν αἰεί. Ἐναταῖος ἐπὶ βῶκον ἀναστὰς ἐλιποψύχει σφόδρα· ὑπεχώρησε πρὸς βάλανον ξυσμάτια μέλανα καὶ χολώδεα ὅσον ἀπέ-

84. ..... post coenam per somnum horrore corripiebatur; mane surrexit capitis gravitatem sentiens; horruit, vomuit, capitis gravitate laborabat, sub noctem remisit fere ad meridiem usque, rursus inhorruit, noctem moleste tulit. Postero vero die febris acuta invasit, capitis vehemens dolor, multae bilis vomitio, quae maxima ex parte porracea erat; cessarunt omnia, sub noctem somnus, mane perfrigerabatur, mador plurima ex corporis parte dimanavit; circa lienem exiguo tempore manu indicabat duritiem doloris expertem, quae confestim evanuit; ad noctem pervigilio torquebatur; sub concionis tempus febris ingravescebat, anxietas aderat cum tenebricosa vertigine; intestinorum et capitis dolor; vomitus porraceus, laevis, velut pituita glutinosus; sub solis occasum cuncta cessarunt cum capitis et colli sudore. Post vomitionem stercoracea, liquida, biliosa deiecit, neque nigra, neque probanda. Per noctem et posterum diem moderate habuit; sub noctem iterum pervigilio laboravit; vomitus sub crepusculum coepit, similiterque postero die tenuit; absque anxietate fuit. Capitis autem dolores post sudorem cessarunt; sub vesperum cuncta relaxarunt. Nono die non amplius vomuit, sed magis incaluit; reliquis febris expers videbatur, temporum venae pulsabant; omnino doloris expers fuit; sitis semper aderat. Nono

γματι περιεχόμενον.] Vulgatum ἐνέβηξε emendavit Littr. e Gal. ad Ep. II., itemque e codd. C. H. περιεχόμενα in numerum singularem mutavit. Cod. C. χρώματι pro φλέγματι. Sed mihi locus vitio laborare videtur, malimque alio vocabulorum ordine legere: ἀνέβηξε ἐκ μύξης ξυνεστηκότα, οἷον μύκητα, λευκῷ φλέγματι περιεχόμενον.

ἀπεχρέμπτετο.] Sic. Litt. et Cod. Marc. ἀνεχρέμπτετο vulg.

84. ..... μετὰ τὸ δεῖπνον.] Optimo suo iure Littréus lacunam notavit, animadvertens nomen aegri ac forte alia quaedam deficere, quae conditionem eius spectaverint. Vocabula πρωῒ — ἔφριξε desunt in mss. F. G., solita sane ratione a librariis omissa; κεφαλὴ ἐβαρ. cod. J., μέσης ἡμέρης K., ἐπιεικῶς in cod. C. deest.

νοτὶς ἐπιπολὺ τοῦ σώματος.] Vulgo ἱδρώτιον, νοτὶς ἐπιπολὺ (Marc. ἐπὶ πουλὺ) τοῦ σώματος; ne credas tamen auctorem id voluisse; is dedit νοτὶς ἐπιπολὺ τοῦ σώματος, alius vero ad haec adscripsit illustrandi causa ἱδρώτιον.

μω

ἐμαράνθη.] Cod. H. Par. ἐμαράνθη. — Forte iste corrector cogitavit ἐμωλύνθη.

πρὸς δυσμὰς ἔλῃξε.] Cod. Marc. πρὸ δυσμῶν ἔλῃξε.

οὔτε ἐπεοικότα.] Corn., Foës., Lind. ἀπεοικότα probarunt, aut dederunt; Littréus nulla emendatione vocabulum indigere scribit. Illi acceperunt, quasi voluisset noster οὔτε μέλανα, οὔτε ἄλλως ἀπεοικότα; sed recte vidit Littréus intermedium genus inter pravum admodum et quod bonum sit significari.

αἱ ἐν κροτάφοισι φλέβες ἐπήδων.] Φλέβες non habetur in Marciano, neque in mss. vidit Littr., nisi a correctoris manu in duobus.

ἐπὶ βῶκον ἀναστάς.] Marc. ἐπιβάκον ἀναστάς.

ὑπεχώρησε πρὸς βάλανον ξυσμάτια μέλανα καὶ χολώδεα ὅσον ἀπέσταξε· χρῶμα νεκρῶδες, ἡ φωνὴ κεκλασμένη.] Legi solet: ὑπεχώρησε πρὸς βάλανον ξυσμάτια μέλανα

©BIUM

σταξε· χρῶμα νεκρῶδες· ἡ φωνὴ κεκλασμένη· ἐν τῇσι ἐπιστροφῇσι βαρύς· ὀφθαλμοὶ κοῖλοι· δέρμα μετώπου περιτεταμένον· ἄλλως εὔπνοος, κόσμιος· πρὸς τοῖχον τὰ πλεῖστα ἀπεστραμμένος, ὑγρὸς ἐν τῇσι κλίσισι, ἐπικεκαμμένος, ἀτρεμίζων· γλῶσσα λευκὴ, λείη. Περὶ δὲ τὰς δέκα καὶ μετὰ, οὖρα ἐρυθρὰ κύκλῳ, ἐν δὲ μέσῳ σμικρὸν λευκόν. Δωδεκαταίῳ πρὸς βάλανον ὁμοῖα ἀπέσταξε χολώδεα καὶ ξυσματώδεα· μετὰ τὸ βαλάνιον λιποψυχίη· ἔπειτα τὸ στόμα ἐπεξηραίνετο· διεκλύζετο αἰεί· καὶ εἰ μὴ σφόδρα ψυχρὸν εἴη, τῇ χιόνι ἐπεοικὸς, θερμὸν ἔφασκε εἶναι· εἶτα δίψα οὐκ ἐνῆν· τὸ ἱμάτιον αἰεὶ ἀπὸ τῶν στηθέων ἀπεώθει· τὴν ἀμίδα χλιαίνειν οὐκ εἴα· τὸ πῦρ πόρρω καὶ σμικρόν· γνάθων ἀμφοτέρων ἔρευθος· μετὰ ταῦτα ἀκρατής· ἀνεθερμαίνετο μίαν ἢ δύο ἡμέρας καὶ ἔληξε.

πε'. Ἀνδροθαλεῖ ἀφωνίη, ἄγνοια, παραλήρησις· λυθέντων δὲ τούτων, περιῇει ἔτι συχνά· καὶ ὑποστροφαὶ ἐγίγνοντο. Ἡ γλῶσσα διετέλει πάντα τὸν χρόνον ξηρὴ καὶ, εἰ μὴ διακλύσαιτο, διαλέγεσθαι οὐχ οἷός τε ἦν· καὶ πικρὴ λίην ἦν τὰ πολλά· ἔστι δ' ὅτε καὶ

die ubi ad sellam surrexisset, vehementer animo deficiebat; ex immissa glande paucula strigmenta deiecit nigra et biliosi quantum stillatim prodiret; color quasi cadaveris; vox fracta, cum se converteret, gravis; oculi cavi; frontis cutis circumtensa, alioqui facile spirabat, compositus erat, ad parietem plurimum conversus, in decubitu mollis, incurvus, quietus; lingua alba laevis. Ad decimum diem posteaque urinae circumquaque rubrae, in medio vero exiguum quiddam album habentes. Duodecimo ex glande subdita similia destillabant biliosa et strigmentosa; post glandem animi defectio; postea os resiccabatur; colluebat semper, ac nisi admodum frigida esset aqua, quae prope frigore ad nivem accederet, calidam esse dicebat; postea sitis non aderat. Vestem semper a pectore repellebat; matulam calefieri nolebat; ignis procul, isque exiguus erat; mala utraque rubuit. Post haec impotens fuit, diem unum aut duos recalescebat; cessavit.

85. Androthali vocis defectio, ignorantia, et deliratio aderat, quibus sedatis dudum adhuc circumiit et in morbum relabebatur. Lingua toto tempore sicca permanebat, ac, nisi collueretur, loqui non poterat, magnaque ex parte admodum amara erat; interdumque cordis dolor

καὶ χολώδεα· χρῶμα κοπρῶδες, ὅσον ἀπέσταξεν, ἡ φωνὴ κεκλ. — Conferre autem ad haec oportet dicta de die duodecimo: πρὸς βάλανον ὁμοῖα ἀπέσταξε χολώδεα καὶ ξυσματώδεα. Quid igitur in vulgata lectione esse debeat χρῶμα κοπρῶδες, non facile quis dicat. Sed in aprico est, ut multis aliis locis in hoc libro, hic scriptum fuisse χρῶμα νεκρῶδες, quod quidem de sede sua aberravit et dein corruptum est, iungendum vero esse χολώδεα, ὅσον ἀπέσταξε.

ἐπιστροφῇσι.] lectio est cod. C. pro vulgato ὑποστροφῇσι.

οὖρα ἐρυθρὰ κύκλῳ, ἐν δὲ μέσῳ σμικρὸν λευκόν.] Ceteri: οὖρα ἐρυθρὰ τὰ κυκλώδεα (τὰ κυκλωι δια Marcianus) ἐν μέσῳ σμικρὸν λευκόν. Credat quis serio οὖρα κυκλώδεα ab auctore scriptum fuisse? Imo natum est e scriptura, quam exhibeo; δέ de sede sua aberravit et cum κύκλῳ in κυκλώδεα coaluit, sensim articulus ita additus.

μετὰ τὸ βαλάνιον.] Ita legendum est; non μετὰ τοῦ βαλανίου cum vulgata; nisi forte praestet μετὰ τὴν βάλανον dare. Nam ista deminutiva πυρέτιον, ἱδρώτιον, βαλάνιον in his libris mihi aliquantum suspecta esse profiteor.

καὶ εἰ μὴ σφόδρα ψυχρὸν εἴη, τῇ χιόνι ἐπεοικὸς, θερμὸν ἔφασκε εἶναι.] Legi solet: καὶ εἰ μὴ σφόδρα ἦν (εἴη Marc), θερμὸν ἔφασκε εἶναι· τῆς χιόνος ἐπιεικῶς. In quibus Foës. emendat: τῇ χιόνι ἐπεοικός, quod recepit Lind. — Littréus affirmat inutilem esse emendationem Foësii; prorsus dissentio, bona est et vulgata manifesto vitio laborat. Sed debemus emendata a Foësio transponere, quod num ipse etiam voluerit, non certo mihi constat; — id si feceris, omnia recte procedunt.

ἀμίδα.] Sic codd. Parr. C. I. K. H. Marc. ἀμείδα; vulgo χλαμύδα, sed fueritne aeger chlamyde indutus dubitare licet; vereor ne χλαμύς illa nata sit ex ἀμίδος cum literis binis χλ vocabuli sequentis.

καὶ σμικρόν.] καὶ σμικρά Marc.

ἀκρατής·] Ceteri ἄκροπις, etiam Marcianus, cf. adnn. ad § 43.

ἀνεθερμαίνετο.] Praefero vulgatam prae codicis C. et Marciani lectione ἀνεθερμάνθη. Idem cod. C. om. καί ante ἔληξε.

85. Ἀνδροθαλεῖ.] Ἀνδροφανεῖ apogr. Ep. V., ubi dein ἀφωνίη, λήρησις, omisso ἄγνοια.

λυθέντων.] Est lectio ex Ep. V., quam recepi pro παυθέντων, quod hic legi solet, et quae latet in Marciani αὐθέντων, quod correxerunt παυθέντων scribentes, nec videntes in maiusculis Λ et Α confusa esse.

περιῇει.] Ep. V. περιῆν, quod ex illo corruptum est. Dein vulgo h. l. ἔτεα συχνά, sed ἔτη Ep. V. in vulg., ubi tamen plures codd. ἔτι, quod cum Littréo recepi.

ἡ γλῶσσα.] ἡ δὲ γλῶσσα Ep. V.

καὶ εἰ μὴ διακλύσαιτο.] Vulgo καί abest; Lind. adscripsit et vero legis Ep. V. καὶ εἰ μὴ διακλύζοιτο.

καὶ πικρὴ λίην ἦν τὰ πολλά.] Est lectio Ep. V.; vulgo

©BIUM

πρὸς καρδίην ὀδύνη. Φλεβοτομίη ἔλυσε ταῦτα· ὑδροποσίη· μελίκρητον· ἐλλέβορον ἔπιε μέλανα, χολῶδες οὐ διήει ἀλλ' ἢ ὀλίγον. Τέλος δὲ χειμῶνος κατακλιθεὶς ἔξω ἑωυτοῦ ἐγένετο· καὶ τὰ τῆς γλώσσης ὁμοῖα· θέρμη λεπτή· ἄπονος· γλῶσσα ἄχρως περιπνευμονική· ἀπὸ τοῦ στήθεος τὸ ἱμάτιον ἀπέρριπτε καὶ ἐξάγειν ἑωυτὸν ὡς οὐρησείοντα ἐκέλευε, οὐδὲν δυνάμενος σάφα εἰπεῖν, οὐδὲ ἐὼν παρ' ἑωυτῷ· ἐξῆγον αὐτόν· ἐς νύκτα ἐτελεύτησε· ἦσι κατεκλίθη δύο ἢ τρεῖς ἡμέραι ἐγένοντο.

πς'. Τὸ Νικάνορος πάθος. Ὁπότε ἐς ποτὸν ὥρμητο, τῆς αὐλητρίδος ὅτε ἀρχομένης αὐλεῖν ἀκούσειε ἐν τῷ ξυμποσίῳ, ὑπὸ δειμάτων ὄχλοι· μόγις ὑπομένειν ἔφη, ὅτε νὺξ εἴη· ἡμέρης δὲ ἀκούων, οὐδὲν διετρέπετο· καὶ ταῦτα παρείπετο χρόνον συχνόν.

πζ'. Δημοκλέης δὲ ὁ μετ' ἐκείνου ἀμβλυώσσειν καὶ λυσισωματεῖν ἐδόκεε καὶ οὐκ ἂν παρὰ κρημνὸν ἔφη παρελθεῖν, οὐδὲ ἐπὶ γεφύρης, οὐδὲ τοὐλάχιστον βάθος τάφρου τολμῆσαι ἂν ὑπὸ δείματος μὴ πέσῃ διελθεῖν, ἀλλὰ δι' αὐτῆς τῆς τάφρου πορεύεσθαι· τοῦτο χρόνον τινὰ αὐτῷ ξυνέβη.

affligebat. Venae sectio ista sustulit, aquae potu et mulsa usus est; veratrum nigrum ebibit, neque biliosum, nisi modicum, prodiit. Demum per hiemem decumbens mente abalienata erat et lingua eodem modo afficiebatur; calor tenuis erat, dolore vacabat, lingua decolor, qualis pulmonum inflammatione laborantibus; a pectore vestem reiiciebat, seque, quippe meiere volentem, educi iubebat, cum nihil aperte proloqui posset, neque apud se esset; eum eduxerunt; sub noctem mortuus est; duo aut tres dies fuerunt, quibus decubuit.

86. Nicanoris affectio. Cum ad compotationem exisset, quando tibicinam canere tibiis incipientem in convivio audiret, metu conturbabatur. Aegre se ferre dixit, quum nox esset, interdiu vero si audiret, non curare. Ac haec quidem multo tempore eum comitabantur.

87. Damocles vero, qui cum illo erat, caligine tentari et exsoluto esse corpore sibi videbatur, neque per praeruptum locum iter facere, neque vero pontem, ac ne minime quidem profundam scrobem transmittere audere dicebat, timens ne caderet; verum per ipsam scrobem procedere; idque aliquamdiu illi contigit.

καὶ σφόδρα πικρὴ ἦν τὰ πολλά. Credidi probabilius esse Ionicum λίην esse a prima manu auctoris.

Φλεβοτομίη ἔλυσε ταῦτα.] Sic codd. Parr., unde dedit Littr., et Marcianus pro vulgato ἔρυσε. — Ep. V. ἦν φλεβοτομίη ἔλυσεν.

ὑδροποσίη· μελίκρητον· ἐλλέβορον ἔπιε μέλανα.] Ep. V. ταύτῃ ὑδροποσίη ἢ μελίκρητον ξυνήνεγκε· ἐλλ. ἔπιε μελ. — Quae lectio interpolata videtur.

χολῶδες οὐ διήει ἀλλ' ἢ ὀλίγον.] In hac lect. ἢ de meo adscripsi. Ep. V. legebatur: οὐδὲ τὸ χολῶδες διήει, ἀλλ' ὀλίγον.

ἔξω ἑωυτοῦ ἐγένετο.] Cett. ἐξ ἑωυτοῦ ἐγ.; sed Ep. V. ἔξω ἐγένετο sine ἑωυτοῦ, unde ἔξω recepi. Marc. κατακλισθεὶς ἐξ ἑωυτοῦ ἐγ.

καὶ τὰ τῆς γλώσσης ὁμοῖα.] Vulgo καὶ τὰ τῆς γλώσσης παθήματα ὁμοῖα etiam Ep. V. Eieci παθήματα pro emblemate alieno.

ἄπονος.] Vocabulum h. l. omissum erat, sed Ep. V. in vulgata habetur. Littréus ibi recepit ἄπορος e solo cod. C., sed mihi aut falsa correctio in isto libro videtur, aut error fortuitus descriptorum.

γλῶσσα ἄχρως, περιπνευμονική.] In Ep. V. apogr. ἄχροος; tum ibi, tum h. l. vulgo φωνὴ περιπνευμονική, at iungere oportet γλῶσσα — περιπνευμονική et nomen interpolatum eiicere. Videbis saepius linguam peripneumonicam in his morborum historiis memorari, nusquam vocem peripneumonicam.

ἀπὸ τοῦ στήθεος τὸ ἱμάτιον ἀπέρριπτε.] In apogr. Ep. V. miro modo corruptum et mutatum ita legitur ἀπόσταξις εἶμα ἀπεδύετο.

καὶ ἐξάγειν ἑωυτὸν, ὡς οὐρησείοντα, ἐκέλευε.] Legitur in his vulgo οὐρήσαντα, Littr. e mss. Parr. et Aldo οὐρήσοντα, idemque habet Marcianus. Sed utraque lectio coniuncta ducit ad desiderativum οὐρησείοντα, confusis ει et α. — Ep. V. male scribitur καὶ ἐξάγειν αὐτὸν ἐκέλευεν omisso verbo de quo dixi. — Tum Ep. V. reliqua sic scribuntur: οὐδὲν δὲ ἠδύνατο σάφα εἰπεῖν· ἐς νύκτα ἐτελεύτα.

κατεκλίθη.] κατέκλινε vulg., plures libri κατεκλίνει quod Marc. etiam fert, unde Littr. κατεκλίνη, sed cod. K. κατεκλίθη, quod solum probum; supra enim in eadem hac hist. κατακλιθείς.

ἐγένοντο.] In vulg. ἐγένετο τὸ N. πάθος, his ad ἐγένετο tractis, quasi hoc verbum esset principium hist. sequentis. E libris C. H. melius scripsit Littréus et ante eum Lindanus.

86. τὸ Νικάνορος — συχνόν.] In hac historia ante τῆς αὐλητρίδος legi solet φόβος, sed mihi aut h. l. φόβος, aut paulo inferius ὑπὸ δειμάτων ὄχλοι abundare videtur. Itaque retinui, quod minus interpolationis suspicionem moveret. In cod. C. in fine συχνὸν χρόνον h. l. — In apogr. Ep. V. item φόβος legitur, sed dein pone αὐλητρίδος scribitur ὁκότε φωνῆς αὐλοῦ ἀρχομένης ἀκούσειεν αὐλεῖν ἐν ξυμπ. Ibid. ὅτε εἴη νύξ et τοιαῦτα παρείπετο οἱ σ. χρ., sine καί ante τοιαῦτα.

87. Δημοκλέης.] Sic Lind., Littr., plures codd. Parr. Τιμοκλέης vulgo; in apogr. Ep. V. Δημοκλέης.

ἐδόκεε.] Ex apogr. Ep. V. ita scripsi, vulgo ἐδόκει.

οὐδὲ ἐπὶ γεφύρης — ξυνέβη.] ξυμβῆναι in loci fine vul-

©BIUM

πη'. Τὸ Φοίνικος. Ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τὰ πολλὰ τοῦ δεξιοῦ ὥσπερ ἀστραπὴν ἐκλάμπειν ἐδόκεε· οὐ πολὺ δὲ ἐπισχόντι ὀδύνη ἐς κρόταφον τὸν δεξιὸν ἐγένετο δεινή, ἔπειτα καὶ ἐς ὅλην τὴν κεφαλὴν καὶ ἐς τὸν τράχηλον, ᾗ δέδεται ἡ κεφαλὴ ὄπισθεν τῷ σπονδύλῳ καὶ ξύντασις καὶ σκληρότης ἀμφὶ τοὺς τένοντας· εἰ γοῦν ἐπειρᾶτο διακινέειν τὴν κεφαλὴν, ἢ διοίγειν τοὺς ὀδόντας, οὐκ ἠδύνατο, ὡς σφόδρα ξυντεινόμενος. Ἔμετοι ὁκότε γενοίατο, ἀπέτρεπον τὰς εἰρημένας ὀδύνας, ἢ ἠπιωτέρας ἐποίεον καὶ φλεβοτομίη ὠφέλησε καὶ ἐλλέβοροι ἦγον παντοδαπὰ, οὐχ ἥκιστα δὲ πρασοειδέα.

88. Phoenicis affectio. Ex oculo dextro plerumque velut fulgor coruscare illi videbatur, non multo vero interposito tempore ad tempus dextrum gravis dolor exoriebatur, posteaque totum caput et cervicem invadebat, qua parte caput connexum est a posteriore cum vertebra; et tensio et durities circa tendines. Quodsi caput commovere, aut dentes aperire conaretur, non poterat, utpote admodum distentus. Vomitiones si quando fierent, commemoratos dolores submovebant et lenibant; sanguinis missio auxilio fuit et veratri potiones cuiusquemodi humores eduxerunt; praecipue vero porraceos.

πθ'. Παρμενίσκῳ καὶ πρότερον ἐνέπιπτον ἀθυμίαι καὶ ἵμερος ἀπαλλαγῆς βίου, ὁτὲ δὲ πάλιν εὐθυμίη. Ἐν Ὀλύνθῳ δέ ποτε φθινοπώρου ἄφωνος κατέκειτο, ἡσυχίην ἔχων, βραχύ τι ὅσον ἄρχεσθαι ἐπιχειρέων προσειπεῖν, εἰ δέ τι καὶ διαλεχθείη, πάλιν ἄφωνος. Ὕπνοι ἐνῆσαν, ὁτὲ δὲ ἀγρυπνίη, καὶ ῥιπτασμὸς μετὰ σιγῆς, καὶ ἀλυσμὸς καὶ ἡ

89. Parmenisco etiam antea animi desperatio accidit, adeo ut vita defungi cuperet, interdum vero rursus securo erat animo. Olynthi autem aliquando per auctumnum voce defectus decumbebat quiete agens; perpusillum quid vixdum dicere aggredienti, quin etiam si quid dixisset, rursus vox deficiebat. Somni aderant, interdum vero pervigilium et tacita corporis iactatio atque

gata, sed cum Lind. hac in re apogr. Ep. V. sum secutus, ubi ceterum haec formâ paululum diversâ ad hunc modum descripta legebantur: καὶ οὐκ ἂν παρῆλθε παρὰ κρημνὸν οὐδ' ἐπὶ γεφύρης· οὐδὲ τοὐλάχιστον βάθος τάφρου διαπορεύεσθαι ἀλλὰ δι' αὐτῆς τῆς τάφρου οἷός τε ἦν· τοῦτο χρόνον τινὰ ξυνέβη αὐτῷ. In qua lectione vereor ut ἀλλά recte habeat, malim sane ἀλλ' ἤ.

88. Τὸ Φ. — ἐδόκεε.] Ep. V. legebatur: τὸ Φοίνικος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ δεξιοῦ τοιοῦτόν τι ἦν τὰ πολλὰ ὥσπερ ἀστραπὴν ἐδόκεεν ἐκλάμπειν. Inde ἐδόκεε pro ἐδόκει hic scripsi. Sed cod. C. loco nostro ἐκ τοῦ ὀφθ. τὰ πολλὰ ἐκ τοῦ δεξιοῦ, quod recepit Littr. — Inepte ita iterum infertur praepositio.

ἐς κρόταφον τὸν δεξιόν.] In his cod. C. om. τὸν δεξιόν; forte interpolatum esse credidit libri descriptor, quin si abesset, aperte tamen satis dextrum tempus significaretur; legitur tamen Ep. V., neque ausim affirmare non esse ab ipso auctore adscriptum.

ἐγένετο δεινή.] ἐνεστήκει δεινή legebatur Ep. V.

ἔπειτα.] εἶτα Ep. V.

καὶ ἐς τὸν τράχηλον, ᾗ δέδεται ἡ κεφαλὴ ὄπισθεν τῷ σπονδύλῳ.] In his τόν om. cod. C. et Marc. Vulgo καὶ ἐς τὸν τρ. οἴδετο ἡ κεφ., sed cod. C. εἴδεται, H. I. K. ᾕδεται, quod Marc. etiam legit, itaque emendavit Littréus ex Ep. V., cuius lectionem mox tradam. Sed Littréus servat ὄπισθεν τῶν σπονδύλων, quod manifesto falsum, quodque falsum esse animadvertit descriptor cod. C. cum Ep. V. describeret, nam ibi ὄπισθεν σπονδύλῳ dedit. Iam vero in Ep. V. vulgata ferebat ἐνεστήκει ἡ ὄπισθεν τῶν σπονδύλων, sed cod. C. descriptor dedit: ἐνέστη δεινὴ, εἶτα ἐς ὅλην τὴν κεφαλὴν καὶ ἐς τράχηλον, καὐὸ δέδεται ἡ κεφαλὴ ὄπισθεν σφονδύλῳ. — Itaque omnis loci ad debitam orationem restitutio huius libri descriptori debetur; — quem utrumque apographum in textus descriptione consuluisse cum ex h. l., tum ex aliis constat.

εἰ γοῦν ἐπειρᾶτο — ξυντεινόμενος.] In hisce διάγειν unus cod. H., διήγειν alii quinque; ὠδυνᾶτο Lind. dedit etLittr. pro vulg. ἠδύνατο; Foësius Latine negationem supplevit. — In apogr. Ep. V. pro hisce legis: καὶ εἰ διοίγειν ἐπειρᾶτο ξυντεινόμενος.

ἔμετοι ὁκότε γενοίατο.] Vulgo ὁπότ' ἂν γεν.; sed Littr. cum codd. C. H. om. ἄν. Marc. ὁπότε γενοίατο, idem autem mox ᾗ ante ἠπιωτέρας omittit. Equidem e cod. C. lectione in Ep. V. recepi ὁκότε.

καὶ φλεβοτ.] ἀλλὰ μὴν καὶ φλ. apogr. Ep. V., ubi cod. C., ex h. l. puto, om. ἀλλὰ μήν.

καὶ ἐλλεβ. — πρασοειδέα.] In his δέ ex Ep. V. recepi, ubi legis: καὶ ἐλλεβοροποσίη ἀνῆγε παντοδαπὰ, οὐχ ἥκιστα δὲ πρασοειδέα. Loco nostro δέ abesse solebat.

89. Παρμενίσκῳ.] Plures codd. Parr. omm. τῷ, quod nomini proprio in vulgata praemittitur. Aldi lectio ἀρμενίσκῳ eodem spectat, nam spatium vacuum pro maiusculo π relictum est. In apographo Ep. V. item articulus omittitur; et in Marciano cod.

ἵμερος ἀπαλλαγῆς βίου.] Est lectio cod. C. et Marciani; vulgo ἵμερος τῆς ἀ. β. — In apogr. Ep. V. solum initium huius hist. habetur his verbis: Παρμενίσκῳ καὶ πρότερον ἐνέπιπτον ἀθυμίαι καὶ ἀπαλλαγῆς βίου ἐπιθυμίη, ὁτὲ δὲ πάλιν εὐθυμίη.

ἄφωνος κατέκειτο.] Marc. codicis lectio est; Littr. ἄφωνος κατείχετο de suo; sed non credo nunc mutatione opus esse. Re ipsa decumbebat aeger; docet sequens ῥιπτασμός et ἀποστραφεὶς ἔκειτο.

εἰ δέ τι καὶ διαλεχθείη, πάλιν ἄφωνος.] Vulgo ᾔδη δέ τι καὶ διελέχθη καὶ πάλιν ἄφωνος. Littréus Cornarium et Foësium secutus dedit εἰ δέ τι et optativum intulit; consentio; sed καί ante πάλιν etiam delendum erat.

©BIUM

χειρ πρὸς τὰ ὑποχόνδρια ὡς ὀδυνωμένῳ· ὁτὲ δὲ ἀποστραφεὶς ἔκειτο ἡσυχίην ἄγων. Ἀπύρετος δὲ διὰ τέλεος καὶ εὔπνοος· ἔφη δὲ ὕστερον ἐπιγιγνώσκειν τοὺς ἐσιόντας· πιεῖν δὲ ὁτὲ μὲν ἡμέρης ὅλης καὶ νυκτὸς διδόντων, οὐκ ἤθελε, ὁτὲ δὲ ἐξαίφνης τὸν στάμνον ἁρπάσας τὸ ὕδωρ πᾶν ἐξέπιε· οὖρον παχὺ, ὡς ὑποζυγίου. Περὶ δὲ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἀνῆκε.

anxietas, manumque praecordiis, velut dolorem sentiens, admovebat, nonnumquam vero aversus quiete decumbebat; febre autem per totum morbum liber erat et facile spirabat. Tandem se ingredientes agnoscere dixit, interdumque tota die ac nocte cum potus illi exhiberetur, bibere nolebat, nonnumquam vero accepta repente urna, omnem hausit aquam. Urina crassa, qualis in veterinario genere. At circa decimum quartum diem remisit.

ς'. Ἡ δὲ Κόνωνος θεράπαινα ἐκ κεφαλῆς ὀδύνης ἀρξαμένη ἐκτὸς ἑωυτῆς ἐγένετο· βοὴ, κλαυθμὸς πουλὺς, ὀλιγάκις ἡσυχίη. Περὶ δὲ τὰς τεσσαράκοντα ἐτελεύτησε· τὰς δὲ ἐπὶ τελευτῆς ὡς ἓξ ἡμέρας ἄφωνος καὶ σπασμώδης ἐγένετο.

90. Cononis ancilla a capitis dolore aegrotare incipiens mente abalienabatur; clamor, eiulatus multus, raroque quiescebat, sub quadragesimum diem mortua est; fere sex diebus sub mortem voce defecta et convulsione tentata est.

ςα'. Καὶ ὁ τοῦ Τιμοχάρεος θεράπων ἐκ μελαγχολικῶν δοκεόντων εἶναι ἐτελεύτησε ὁμοίως καὶ περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας.

91. Eodem quoque modo et circa eosdem dies mortuus est Timocharis famulus, melancholicis affectibus, uti videbatur, tentatus.

ςβ'. Ὁ Νικολάου περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς ἐκ πότων ἔφριξε· ἐς νύκτα πυρετός.

92. Nicolai filium circa brumam ex compotationibus inhorrescentem sub noctem febris cor-

ἀπύρετος δὲ διὰ τέλεος.] Ἀπύρετος verissima Littréi emendatio est vulgati ὁ πυρετός. Quod autem pro vulgato διὰ τέλεος, libris nonnullis haec coniunctim scribentibus, διατελέως dedit, minus recte factum.

πιεῖν δὲ ὁτὲ μὲν ἡμέρης ὅλης καὶ νυκτὸς διδόντων, οὐκ ἤθελε.] In his δέ pone πιεῖν om. cod. C., itemque καί ante διδόντων, quod vulgata fert; eademque varietas lectionis in Marciano habetur. Mihi posterius hoc καί e superiore ante νυκτός natum videtur.

ὁτὲ δὲ ἐξαίφνης τὸν στάμνον ἁρπασας τὸ ὕδωρ πᾶν ἐξέπιε.] Vulgata τοῦ ὕδατος παντός; — cod. C. et Marcianus τοῦ ὕδατος sine παντός. Equidem casum debitum verbo restitui. Advertit στάμνον, vocabulum Aristophaneum.

περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδ.] Cod. C. et Marcianus δέ omm.

90. ἡ δὲ Κόνωνος θεράπαινα ἐκ κεφαλῆς ὀδύνης ἀρξαμένη ἐκτὸς ἑωυτῆς ἐγένετο.] Vulgata hic habet ἐν κεφαλῇ ὀδύνης ἀρξαμένη. Lind. et mss. Parr. et Marcianus ἐκ κεφαλῆς, quod sine dubio dandum et a Littréo receptum est. At minus recte hic e codd. D. E. ἀρξαμένης recepit, quod Lind. item dedit; nam manifesto nominativus ab auctore profectus est, genitivus a librariis perperam participium ad ὀδύνης referentibus. Ex Ep. V. ἐγένετο recepi, quod hic abesse solet: in isto autem apographo scriptum legis: ἡ δὲ κ. θεράπαινα ἐκ κεφ. ὀδύνης ἀρξαμένης ἔκτοσθεν ἐγένετο. Libri C. H. in ea lectione κεφαλῇ — ἀρξαμένη, sed Marcianus ἐκ κεφαλῆς ὀδύνης ἀρξαμένη ἐκτὸς ἑωυτῆς ἐγ.

βοὴ, κλαυθμὸς πουλὺς, ὀλιγάκις ἡσυχίη.] Haec est lectio Ep. V., nisi quod ibi κλαυθμοὶ πολλοί. — Hic solebat legi καὶ β. καὶ κλ. πουλὺς, ὀλιγ. δὲ ἡσ. — Inde singularem numerum illum nominis κλαυθμός retinui, quem Marc. quoque habet, sed malui copulam et particulam δέ omittere. Loco nostro καὶ βοή in multis codd. deficit.

περὶ δὲ τὰς τεσσ.] Vulgo περὶ ἔτεα τεσσ. Lind. emendavit, uti opinor ex Ep. V., quem sequitur Littr.

τὰς δὲ ἐπὶ τελευτῆς ὡς ἓξ ἡμέρας ἄφωνος καὶ σπασμώδης ἐγένετο.] In vulg. ὡς ἓξ abest, Littréus e cod. C. exhibuit, unde in cod. C. illa lectio, non liquet, sed video Calvum etiam „diesque sex fere" habere. In apogr. Ep. V. legis: τὰς (τάς om. C.) ὅτε δὲ ἔδυνησκε δέκα ἡμέρας, ἄφ. καὶ σπ. ἐγέν. Corn. in versione huius loci ex Ep. V. numerum „decem" dedisse videtur. Marc. ὡς δέχ' ἡμέρας.

91. καὶ ὁ τοῦ Τιμοχάρεος — τὰς αὐτὰς ἡμέρας.] Vulgo Τιμοχάριος, iu Ep. V. τιμοχάρηος cod. C. Putavi in his latere genitivum a recto Τιμοχάρης. — δοκεόντων cod. C. Ep. V. δοκεύντων idem liber hoc loco; vulgo utroque loco δοκῶν, sed in Ep. V. vulgata legit δοκῶν αὐτὸν εἶναι, qua in scriptura otiosum αὐτόν om. C.; itaque descriptor huius libri ex δοκέων αὐτόν effecisse videtur δοκεόντων, Marc. δοκούντων. — Pone εἶναι in Ep. V. apographo καὶ τοιούτων καὶ τοσούτων habetur; hoc loco solum καὶ τοιούτων, quod Marcianus etiam solum habet, sed tamen truncatum est. Mihi illud καὶ τοιούτων καὶ τοσούτων additamentum alienum, atque adeo reiiciendum est visum. — Pro ἐτελεύτησε Ep. V. ἔθανεν. Vulgo in Ep. VII. καὶ περὶ ἡμέρας τὰς αὐτάς; secutus sum lectionem Ep. V. in horum vocabulorum ordine mutato. — Littréus in versione adnotat hanc observationem cohaerere cum obs. 86. Ep. V. (i. e. cum postrema libri V. in nostra editione), licet etiam videri possit ad 90am huius libri referri debere. Me iudice ad hanc solam referri potest, ita ut non in Ep. V. apographo, sed in Ep. VII. debitam habeamus horum casuum consecutionem.

92. Ὁ Νικολάου — ἔφριξε.] In apographo Ep. V. habetur principium huius historiae hoc modo scriptum: τῷ Νικολάου παιδὶ (παιδί om. cod. C.) περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς ἐκ πότων ἔφριξε· ἐς νύκτα πυρετοί. τῇ ὑστεραίῃ ἔμετος χολώδης, ἄκρητος, ὀλίγος. τῇ τρίτῃ ἀγορῆς ἔτι (ἔτι om. C.) πληρέος ἐούσης, ἰδρὼς ὅλου τοῦ σώματος· ἔλαβε ... — His descriptis venio ad nostra: ceteri τῷ N.,

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 837 sur 880

©BIUM

Τῇ ὑστεραίῃ ἔμετος χολώδης, ἄκρητος, ὀλίγος. Τρίτῃ ἀγορῆς πληθούσης ἱδρὼς δι' ὅλου τοῦ σώματος· ἔλιξε καὶ ταχὺ πάλιν ἐπεθερμάνθη· περὶ μέσας νύκτας ῥῖγος, πυρετὸς ὀξύς. Ἡμέρης δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην ἱδρώς· ταχὺ πάλιν ἐπεθερμάνθη· ἔμετος ὁμοῖος. Τῇ τετάρτῃ ἀπὸ λινοζώστιος ὑπεχώρησε κοπρώδεα καὶ ὑγρὰ, ὑπομύσαρα δέ· οὖρα σποδοειδέα· ὑπόστασις οὐκ ἦν, οὐδὲ πουλὺ τὸ οὖρον· ἐναιωρήματα σμικρά· ἀλγήματα ὑποχονδρίου ἀριστεροῦ καὶ ὀσφύος, — ᾤετο ἐκ τοῦ ἐμέτου· — ἐπανέπνει ἔστι δ' ὅτε διπλόον· γλῶσσα λευκὴ, ἔχουσα ἐκ δεξιοῦ οἷον θέρμου πρόσφυσιν· ἐπὶ βραχὺ διψώδης, ἄγρυπνος, ἔμφρων. Ἐκταίῳ ὁ δεξιὸς ὀφθαλμὸς μέζων ἐν τῷ βλέπειν. Ἑβδομαῖος ἐτελεύτησε· ἡ κοιλίη πρὸ τῆς τελευτῆς ἐμετεωρίσθη καὶ ἀποθανόντι τὰ ὄπισθεν ἐφοινίχθη.

ϛγ'. Μέτωνι μετὰ πλῃάδων δύσιν πυρετὸς, πλευροῦ ἀριστεροῦ ὀδύνη μέχρι κληῖδος,

ripuit; postero die vomitus biliosus, sincerus, paucus adfuit. Tertio die frequente adhuc foro, sudore per totum corpus oborto desiit statimque rursus incaluit. Ad mediam noctem rigor, febris acuta. De die vero eadem hora sudor, rursus statim recaluit; vomitus similis. Quarto die ex mercuriali stercoracea et liquida, subolida per alvum demisit; urinae cinereae; sedimentum non inerat, neque multum urinae pauca quaedam in medio innatantia habebat; praecordiorum sinistrorum et lumborum dolores aderant, quos ex vomitu ortos esse putabat. Interdum geminata respiratione spiritum duxit. Lingua albicans erat; dextra parte lupino similis in ea excrescentia aderat; parum siticulosus erat, pervigil, mente constans. Sexto vero die oculus dexter maior cum circumspiciebat. Septimo mortuus est; ante mortem venter intumuit, mortuoque partes posteriores rubore suffusae sunt.

93. Metonem post vergiliarum occasum febris prehendit et lateris sinistri dolor ad iugulum

quemadmodum Ep. V. De meo mutavi; si vulgatum teneas, ἔφριξε est intransitivum et impersonale simul, itaque ἔφριξέ μοι, ἔφριξε αὐτῷ dici posse deberet; sed ego nusquam tale quid legere me memini. Itaque aut ὁ Νικολάου παῖς ἔφριξε, aut τῷ N. παιδὶ φρίκη scribere oportet.

τρίτῃ ἀγορῆς πλ.] Secutus sum cod. C. et Marcianum; ceteri τρίτῃ δὲ ἀγ. πλ.

ἔμετος ὁμοῖος.] Unus cod. D. ὁμοίως.

τῇ τετάρτῃ ἀπὸ λινοζώστιος ὑπεχώρησε κοπρώδεα καὶ ὑγρὰ, ὑπομύσαρα δέ.] Vulgata ἀπὸ ὕδατος λινοζώστιος; interpolatum hic est ὕδατος; tum ὑπεχώρησε εὖ κοπρ., in quibus εὖ item interpolatum; cf. adnn. ad quartum diem § 83., ubi in solo cod. C. εὐκοπρώδεα. Iam vero ὑπομύσαρα δὲ [καὶ] scripsit Lind.; quum ὑπομ. ad seqq. de urinis referret.

οὖρα σποδοειδέα· ὑπόστασις οὐκ ἦν.] Vulgata lectio haec cum superioribus coniungens, seu potius ὑπομύσαρα huc trahens habet: ὑπομύσαρα δὲ σπογγοειδέα, οἷα ὕδωρ λινοζώστιος οὐκ ἀνόμοια ὑπόστασις οὐκ ἦν. Cornarius de coniectura pro σπογγοειδέα legit σποδοειδέα, quam coniecturam in cod. C. firmatam videns recepit Littr. et ipse e Marciano excerptam video. Idem etiam οὖρα supplevit. Lind. minus recte haec constituit: ὑπομύσαρα δὲ [καὶ] σπογγοειδέα. οὖρα ὕδωρ λινοζώστιος κ. τ. λ. Ego Cornarii et descriptoris codicis C. coniecturam σποδοειδέα et Cornarii οὖρα lubens amplector, sed non intelligo οἷα ὕδωρ λινοζώστιος οὐκ ἀνόμοια. Credemusne eum urinas σποδοειδεῖς cum decocto mercurialis comparavisse? Quid erunt praeterea οὖρα οὐκ ἀνόμοια? Equidem sic iudico: οἷα ὕδωρ λινοζώστιος, alio modo scriptum ὕδατι λινοζώστιος οὐκ ἀνόμοια, glossa est, quae ne pertinet quidem ad τὰ οὖρα, sed quae adscripta fuit ad ὑπομύσαρα: nam maleolens est mercurialis et excreta per alvum ὑπομύσαρα erant propter decoctum mercurialis, quod aeger sumpserat. Itaque omnia ista e textu abigenda sunt et solum legendum est οὖρα σποδοειδέα· ὑπόστασις οὐκ ἐνῆν. Iam tandem locus perpurgatus est.

ᾤετο ἐκ τοῦ ἐμέτου· ἐπανέπνει δ' ἔστι ὅτε διπλόον·] Vulg.: ᾤετο ἐκ τοῦ ἐμέτου ἐπαναπνεῖν καὶ ἐπανέπνει. ἔστι δ' ὅτε διπλόον. In hac lect. Foës. εὖ ante ἐπαναπνεῖν supplendum putavit, quod exhibuit Lind. scribens: ᾤετο ἐκ τοῦ ἐμέτου εὖ ἀναπνεῖν. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐπανέπνει διπλόον. Descriptor cod. C. verum vidit, nam ἐπαναπνεῖν omisit; unde Littr. refecit textum, quemadmodum ipse etiam eum secutus feci. Marc. item istum infinitivum neglexit.

ἔχοντα ἐκ δεξιοῦ οἷον θέρμου πρόσφυσιν· ἐπὶ βραχὺ διψώδης, ἄγρυπνος, ἔμφρων·] Vulgo ἔχουσα ἐκ δεξιοῦ οἷον θερμοῦ πρόσφυσιν ἐπὴν βραχὺ ἦν διψώδης, ἄγρυπνος, ἔκφρων. In his θέρμου Lind., Littr., codd. C. K., cod. D. πρὸς φύσιν. C. πρόφασιν; idem liber ἐπῆν; tum codd. Littréi omm. ἦν pone βραχύ; Marc. ἐπῆν βραχῆι διψώδης, ἄγρ., ἔμφρων. Littréus dedit: ἔχουσα ἐκ δεξιοῦ οἷον θέρμου πρόσφυσιν ὑποβεγχίνη· διψώδης κ. τ. λ. At hoc constare non potest: πρόσφυσις est tumor linguae adnatus, itaque in superficie haerens, ὑποβρύχιος est *in profundo delitescens*; talia non congruunt. Sed emendatio multo facilior est ἐπήν in ἐπί mutare, ut iungamus ἐπὶ βραχὺ διψώδης. — Quod attinet ad ἔμφρων, vulgata ἔκφρων habet; illud autem a Lind. et Littr. exhibetur, quorum hic in suis codd. aliam non vidit lectionem; Calvus etiam „non delirabat."

ἐκταίῳ ὁ δ. ὀφθ.] Cett. ἐκταίῳ δὲ δεξιὸς ὀφθ.; sed cod. C. om. δέ, quo facile caremus, contra vero moleste fero articulum abesse, quem de meo adscripsi. Marc. ἐκταίῳ δεξιὸς ὁ μέζων.

ἡ κοιλίη.] Vulgo πλὴν ἡ κοιλίη, sed cod. C. et Marcianus omm. πλὴν ἡ, itaque Littréus solum κοιλίη, ego articulum saltem retineo; πλήν absurdum est.

πρὸ τῆς τελευτῆς.] πρὸς τῇ τελ. cod. C., et Marcianus, qui libri omm. καί ante ἀποθανόντι.

93. Μέτωνι — κατεῖχε.] In his πλῃάδος cod. C. et

©BIUM

οὕτω δὲ δεινὴ, ὥστε ἀτρεμίζειν οὐχ οἷός τε ἦν καὶ τὸ φλέγμα κατεῖχε· ὑποχώρησις πολλὴ, χολώδης. Ἐν τρισὶ ἡμέρῃσι σχεδὸν ἔληξε ἡ ὀδύνη, ἡ θέρμη δὲ περὶ τὰς ἑπτὰ ἢ ἐννέα. Βὴξ ἐνῆν· ἀποχρέμψιες ὑπόχολοι οὐδὲ ἐγένοντο, οὐδὲ πολλοὶ, φλεγματώδεες δέ. Αἱ βῆχες παρηκολούθεον· σιτίων ἀπεγεύετο· ἔστι ὅτε ἐξῄει ὡς ὑγιής· ὑπελάμβανον δὲ ἐνίοτε θέρμαι λεπταὶ ὀλίγον χρόνον· ἱδρώτια ἐγίγνοντο ἐς νύκτα· τὸ πνεῦμα ἐν τῇ θέρμῃ πυκνότερον· γνάθων ἔρευθος· περὶ τὸ πλευρὸν βάρος καὶ ὑπὸ τὴν μασχάλην καὶ ἐς ὦμον· αἱ βῆχες ἐπεῖχον. Φάρμακον ἄνωθεν ἤγαγε χολώδεα· τρίτῃ ἀπὸ τοῦ φαρμάκου ἐρράγη τὸ πῦον, ἀπὸ δὲ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἀρρωστήματος τεσσαρακοστῇ· ἀπεκαθάρθη δὲ περὶ πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας ἄλλας ὑγιής.

ϛδ'. Τῇ Θεοτίμου ἐν ἡμιτριταίῳ ἄσῃ καὶ ἔμετος καὶ φρίκη ἅμα ἀρχομένῳ τῷ πυρετῷ καὶ δίψα προϊόντος καὶ ἐξαίσιον τὸ θερμόν. Μελίκρητον πιούσῃ καὶ ἀπεμεύσῃ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς σίδης ὕστερον ἥ τε φρίκη καὶ ἡ ἄσῃ ἐπαύσατο.

ϛε'. Τῇ Διοπείθεος ἀδελφεῇ ἐν ἡμιτριταίῳ δεινὴ καρδιαλγίη περὶ τὴν λῆψιν καὶ ξυμπαρείπετο ὅλην τὴν ἡμέρην. Καὶ ἡ καρδιαλγίη καὶ τῇσι ἄλλῃσι παραπλησίως ὑπὸ πλῃάδος δύσιν· ἀνδράσι σπανιώτερα ἐγένετο τὰ τοιαῦτα.

pertingens, isque adeo vehemens, ut quiescere nequiret et sputum mucosum retineret; deiectio copiosa erat biliosa; tribus fere diebus dolor cessavit, calor vero sub septimum aut nonum. Tussis aderat, exscreationes neque aliquantulum biliosae, neque copiosae fiebant, sed pituitosae. Tusses comitabantur; cibos sumebat; interdumque tanquam sanus exibat. Nonnumquam tamen tenues calores exiguo tempore prehendebant; sub noctem parvi sudores oboriebantur. In calore spiratio crebrior erat, malarum rubor, lateris gravitas sub axillam et ad humerum pertingebat, tusses aderant. Medicamentum per superiora biliosa eduxit; tertio post medicamentum epotum pus erupit, quadragesimo vero a morbi initio die. Per alios autem quinque et triginta dies repurgatus est; convaluit.

94. Theotimi coniugem in semitertiana febre anxietas et vomitus cepit, simulque horror per febris exordia et sitis progressu temporis et calor immoderatus. Mulsa epota et vomitione reiecta ac postea potione de mali punici corticibus sumta horror et anxietas cessavit.

95. Diopithis sororem in semitertiana febre sub accessionem vehemens oris ventriculi dolor prehendit et totum diem tenuit. Et oris ventriculi dolor similiter sub vergiliarum occasum etiam reliquis mulieribus contigit; viris autem talia rarius acciderunt.

Marcianus. Lind. [καὶ] supplevit ante πλευροῦ. Cod. C. et Marc. μέχρι ἐς κληῖδα; vulgo οἷός τε, sed plenum οἷός τε ἦν legitur apud Ald. et in 7 libris Parr. — Littr. οἷός τ' ἦν cum cod. C. — Marc. οὕτω δεινὴ ὡ. ἀ. οὐχ οἷός τ' ἦν.

ἀποχρέμψιες ὑπόχολοι.] Lind. inter utramque vocem [δέ] inseruit. Cod. C. om. δέ pone φλεγματώδεες et eandem voculam om. ante ἐνίοτε.

ἐπελάμβανον.] Cod. Marc. ὑπελάμβανον ἐνίοτε θέρμαι. — Itaque δέ om., sed licet vulgo ὑπελάμβ. ferant libri, de meo ἐπελάμβανον dedi.

τὸ πνεῦμα.] Articulum h. l. omm. cod. C. et Marc. — Item τήν ante μασχάλην. Lind. contra ἐς [τὸν] ὦμον scripsit.

αἱ βῆχες ἐπεῖχον.] Vulgo ἀπεῖχον, sed Lind. Cornarium, ut putant, secutus κατεῖχον. Littréus recte vidit eodem sensu lenius ἐπεῖχον emendari.

τεσσαρακοστῇ· ἀπεκαθάρθη δὲ — ὑγιής.] ἀποκαθῆραι vulg., ἀπεκάθηρε Lind., ἀπεκαθάρθη recte Littr. — Vulgo καὶ ὑγιής; cum libris quinque Parr. omisi καί, quod si servatum velis, me iudice etiam καὶ ὑγιὴς ἐγένετο scribendum est, uti aliis locis.

94. τῇ Θεοτίμου — ἐπαύσατο.] Edi solet: τῇ Θ. ἐν ἡμιτριταίῳ ἄσῃ καὶ ἔμετος καὶ φρίκη ἅμα ἀρχομένῳ τῷ πυρετῷ καὶ δίψα προϊόντος καὶ (καί h. l. Littr. e C. H., in vulg. om., Marc. contra etiam habet) ἀρχομένῳ ἐξαίσιον τὸ θερμόν· μελίκρητον πιούσῃ καὶ ἀπεμεύσῃ (sic Littr. e C. idemque fert Marc., ἀπεμούσῃ vulg.) ἥ τε φρίκη καὶ ἡ ἄσῃ ἐπαύσατο καὶ τὸ ὑπὸ τῆς σίδης ὕστερον. Animadvertendum in hac lect. miro modo poni καὶ ἀρχομένῳ ἐξαίσιον τὸ θερμόν, postquam auctor dixerat καὶ φρίκη ἅμα ἀρχομένῳ; patet satis ἀρχομένῳ in illis eiiciendum esse, utpote otiose ac perperam e superioribus repetitum; sed praeterea καὶ τὸ ἀπὸ τῆς σίδης ὕστερον de sede sua aberravit. Iam intelligitur, quare textum, eo modo, quo feci, describendum putaverim.

95. τῇ Διοπείθεος ἀδελφεῇ κ. τ. λ.] ἀδελφεῇ a Littr. tum h. l. tum Ep. V. datum est e cod. C., qui utroque loco fert pro vulgato ἀδελφῇ. In apogr. Ep. V. pro δεινὴ καρδιαλγίη περὶ τὴν λῆψιν legitur καὶ ἡ καρδίη περὶ τὴν λῆψιν vitiose sine dubio; ibidem ὅλῃ τῇ ἡμέρῃ, quod minus

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 839 sur 880

©BIUM

ϛϛ'. Τῇ Ἀπομότου ἐν ἡμιτριταίῳ περὶ ἀρκτοῦρον δεινὴ καρδιαλγίη περὶ τὴν λῆψιν καὶ ἔμετοι καὶ πνῖγες προσίσταντο ἅμα ὑστερικαὶ καὶ ἐς τὸ μετάφρενον ὀδύναι κατὰ ῥάχιν· ὅτε δὲ ἐνταῦθα οἱ ἴοι, ἔληγον αἱ καρδιαλγίαι.

ϛζ'. Τῇ Τερπίδεω μητρὶ, τῇ ἀπὸ Δορίσκου, διαφθορῆς γενομένης μηνὶ πέμπτῳ διδύμων ἐκ πτώματος τοῦ μὲν ἑτέρου αὐτίκα ὡς ἐν χιτῶνί τινι ἀπηλλάγη, τοῦ δὲ ἑτέρου ἢ πρότερον, ἢ ὕστερον τεσσαράκοντα ἡμερέων· ὕστερον δὲ ἔλαβε ἐν γαστρί. Ἔτεϊ δὲ ἐνάτῳ ὀδύναι δειναὶ κατὰ γαστέρα ἐπὶ πουλὺν χρόνον· ἤρχοντο ἔστι μὲν ὅτε ἐκ τοῦ τραχήλου καὶ ῥάχιος, καθίσταντο δὲ ἐς ὑπογάστριον καὶ βουβῶνας· ἔστι δ' ὅτε ἐκ γούνατος τοῦ δεξιοῦ· καθίσταντο δὲ ἐς τωὐτό· καὶ ὅτε μὲν κατὰ τὴν γαστέρα αἱ ὀδύναι εἶεν, ἐμετεωρίζετο ἡ κοιλίη· ὅτε δὲ ἐπαύσατο, ξυνέπιπτε ἡ καρδιαλγίη· πνιγμοὶ οὐκ ἐνῆσαν· ψύξις δὲ τοῦ σώματος ὡς ἐν ὕδατι κειμένῳ, κατὰ τὸν χρόνον ἤνικα ἡ ὀδύνη ἐγίγνετο. Ὑπέστρεφε δι' ὅλου τὰ ἀλγήματα ἠπιώτερα τῶν κατ' ἀρχάς. Σκόροδα, σίλφιον, τὰ δριμέα ξύμπαντα οὐ ξυνέφερε οὐδὲ τὰ γλυκέα, οὐδὲ τὰ ὀξέα, οὐδὲ οἱ λευκοὶ οἶνοι· οἱ μέλανες δὲ καὶ λουτρὰ ὀλιγάκις. Ἀρχομένῃ καὶ ἔμετοι

96. Sub arcturum in febre semitertiana Apomoti coniugem circa accessionis tempus vehemens oris ventriculi dolor et vomitus tenuit, simulque uteri strangulatus male afficiebant et ad dorsum dolores iuxta spinam erant; qui quum eo illi cessissent, oris ventriculi dolores cessarunt.

97. Terpidae mater a Dorisco mense quinto ex casu per abortionem gemellos enixa est, altero quidem velut tunica incluso statim liberata est, altero vero paulo ante vel post quadragesimum diem; postea autem utero gestavit. At anno nono vehementes ventris dolores diu tenuerunt, interdumque ex cervice et spina ortum sumebant, in imo autem ventre et inguinibus consistebant; quandoque vero ex genu dextro exorti eodem loco consistebant. Et cum quidem ad ventrem dolores essent, alvus intumescebat; cum vero cessarent, oris ventriculi dolor contingebat; strangulatus non aderant. Corpus peraeque frigebat, ac si in aqua iaceret, quo tempore dolor aderat. Toto corpore recursabant dolores leviores quam per exordia. Nihil allia, laserpitium, aut acria omnia conferebant, neque dulcia, neque acida, neque vero vina alba, verum nigra et balnea pauca. Per initia vomitiones vehementes accedebant et cibi intercludebantur; neque per dolores menses apparebant.

placet quam accusativus, qui h. l. vulgo fertur. Marc. περὶ τὴν λήμψιν legit. Καὶ ἡ καρδιαλγίη — τὰ τοιαῦτα descripsi ad hunc modum ex apogr. Ep. V., nisi quod ibi vulgo πλὴν ἀλλ' inseritur ante ὑπὸ πληϊάδος δύσιν; omittitur autem in cod. C., quod puto consulto factum esse a descriptore libri ad exemplum lectionis vulgatae in Ep. VII. eiusdem loci, qui ibi vitiose partim, partim alio modo scribitur; nam habentur haec: καὶ κεφαλαλγίη καὶ τῇσι ἄλλῃσι ὡσαύτως ὑπὸ πληϊάδος δύσιν· ἀνδράσι κ. τ. λ. — Iam vero non possum certo demonstrare πλὴν ἀλλ' esse insiticium; coniicio autem esse cum propter apogr. Ep. VII., tum quia tam saepe alias illud πλήν solum, aut πλὴν ἀλλά falso illatum in periodos vidi. — Cod. Marc. σπανιαίτερα legit.

96. τῇ Ἀπομότου.] Unus cod. Par. D. ἀπὸ μότου, unde nihil discimus. Non video Meinekium de hoc nomine proprio monuisse et tamen corruptum mihi videtur. Lateatne in eo re ipsa nomen viri, an vero cum cod. illo dissecare id oporteat, sicuti § seq. τῇ ἀπὸ Δορίσκου scribitur, nescio. Nihil sane muto, sed vereor ut bene habeat.

περὶ τὴν λῆψιν.] περὶ τὴν λήμψιν Marc.

προσίσταντο.] Cod. C. προΐσταντο, quod minus recte habet.

ὅτε δὲ ἐνταῦθα οἱ ἴοι.] In his vulg. ἴῃ, cod. C. ᾖεῖ, sed plures libri Parr. ἴοι, quod etiam Foës. vidit in libris, sed sine οἱ praemisso. Littréus ὅτε δὲ ἐνταῦθα εἴη dedit; mihi aut οἱ ἴοι, aut solum ἴοι praeplacet: nempe non certus sum, nam fortasse οἱ ab auctore usurpatum est, fortasse natum

οι

est e dittographia ἴῃ. — Marcianus ὅτε ἐνταῦθα οἱ ἤιει ἔληγον.

97. διαφθορῆς γενομένης.] Sic Littr. e pluribus codd. Parr., γινομένης vulgo.

ἡμερέων.] Cod. C. et Marc. ἡμέρῃσι. Miror hanc mutationem textus in deteriorem partem. Si quid in tota hac dictione mutatum vellem, τι pone ὕστερον exspectaveram, ut ἢ πρότερον ἢ ὕστερόν τι τεσσαράκοντα ἡμερέων esset forte magis perspicuum, quam si τι non adscribatur; nolim tamen affirmare textum non referre scripturam auctoris. Id unum feci, ut pone ἡμερέων delerem ἀπηλλάγη, quod ibi otiose e superioribus a librariis repetitum videtur; Marc. habet ἀπαλλαγῆι.

βουβῶνας.] Multi libri scripti Parr. et Ald. βουβῶνες.

ξυνέπιπτε ἡ καρδιαλγίη.] Cod. Marc. ξυνέπιπτεν καρδ.

ὡς ἐν ὕδατι κειμένῳ.] Vulg. ἐν om., Lind. adscripsit et Littr., quorum hic in codd. duobus reperit.

ἤνικα ἡ ὀδύνη ἐγίγνετο.] Vulgo ἐγίνετο; unus cod. D. ἐγένετο.

ἠπιώτερα.] ἢ ἠπιώτερα Marc.

οἱ λευκοὶ οἶνοι.] Articulum omm. cod. C. et Marc.

©BIUM

δεινοὶ ἐπεγίγνοντο καὶ τῶν σιτίων ἀποκλείσιες· καὶ περὶ τὰς ὀδύνας τὰ γυναικεῖα οὐκ ἐφαίνετο.

ϛη'. Τῇ Κλεομένεος περὶ Ζεφύρου πνοὰς ἐκ ναυσίης καὶ κόπου πλευροῦ ἀριστεροῦ ὀδύνη ἐκ τραχήλου ἀρξαμένη καὶ τοῦ ὤμου· πυρετὸς καὶ φρίκη καὶ ἱδρώς. Ἤρξατο δὲ ὁ πυρετὸς καὶ οὐκ ἔληγε, ἀλλ' ἐπέτεινε· καὶ ἡ ὀδύνη δεινή· βὴξ, ἀπόχρεμψις ὤφαιμος, ὠχρὴ, πολλή· γλῶσσα λευκή· διαχωρήματα μέτρια, ὑγρά· οὖρα χολώδεα. Τετάρτῃ ἐς νύκτα τὰ γυναικεῖα ἦλθε πολλά· ἔληξε ἥ τε βὴξ καὶ ἡ ἀπόχρεμψις καὶ ἡ ὀδύνη, ἡ δὲ θέρμη λεπτή.....

ϛθ'. Τῇ Ἐπιχάρμου πρὸ τόκου δυσεντερίη, πόνος, ὑποχωρήματα ὤφαιμα, μυξώδεα· τεκοῦσα παραχρῆμα ὑγιής.

ρ'. Τῇ Πολεμάρχου ἐν ἀρθριτικοῖσι ἰσχίου ἄλγημά τι δεινὸν ἐξαίφνης γυναικείων μὴ γενομένων· ἡ φωνὴ ἴσχετο νύκτα ὅλην καὶ μέχρι ἐς μέσον ἡμέρης· ἤκουε δὲ καὶ ἐφρόνεε, καὶ ἐσήμαινε τῇ χειρὶ, ὅτι περὶ τὸ ἰσχίον εἴη τὸ ἄλγημα.

ρα'. Τῇ Κλεινίου ἀδελφῇ τῇ ἀφηλικεστέρῃ ἔμετος ὅ τι προσδέξαιτο τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας ἄνευ πυρετοῦ καὶ ἐρευγμοί· καὶ τῶν ἐμεσμάτων ξυνεσταλμένων ἐχώρει πρὸς καρ-

98. Cleomenis uxorem flante favonio ex nausea et lassitudine lateris sinistri dolor corripuit ex cervice et humero initium ducens; febris aderat et horror et sudor. Coeperat autem febris, neque desinebat, verum intendebatur et vehemens dolor erat; tussis, exscreatio aliquantulum cruenta, pallida, multa; lingua albicans, deiectiones moderatae, liquidae, urinae biliosae. Quarto die sub noctem menstrua copiosa prodierunt, tussisque desiit et dolor, calor vero tenuis.....

99. Uxor Epicharmi ante partum intestinorum difficultate laborabat, dolor aderat, deiectiones aliquantulum cruentae, mucosae. Ubi peperisset, confestim convaluit.

100. Polemarchi uxorem articulorum doloribus vexatam minime fluentibus mensibus, vehemens coxendicis dolor derepente corripuit. Vox per noctem et ad meridiem usque intercepta fuit; audivit autem et mentis compos erat, manuque indicabat dolorem circa coxendicem esse.

101. Cliniae sororem, quae iam florentes annos exegerat, vomitus cepit sine febre, quidquid quatuordecim diebus assumpserat, eructationesque; vomitionibusque sedatis ad os ventri-

καὶ περὶ τὰς ὀδύνας τὰ γυναικεῖα.] Cod. C. non ante περί, sed ante τὰ γυν. infert καί; item Marc., qui ἀποκλήσιες habet.

98. καὶ οὐκ ἔληγε.] Copulam hic omm. cod. C. et Marc. τὰ γυν. ἦλθε πολλά.] cod. K. om. ἦλθε.

ἡ δὲ θέρμη λεπτή.....] Haec vulgata lectio est, exceptis lacunae signis, quae nusquam in libris leguntur. Cod. C. et Marc. καὶ ἡ θέρμη λεπτή, quae descriptoris libri est emendatio, quum in superioribus non θέρμης λεπτῆς, sed febris haud contemnendae mentio facta sit. At in vulgata periodus non absolvitur, sed abrumpitur, adeo ut necesse fuerit lacunam notare. Videtur significare voluisse, superfuisse θέρμην λεπτήν; — quin facile fieri potest, ut non nisi principium historiae morbi in hisce relictum habeamus, quae multo amplior fuerit.

99. τῇ Ἐπιχ. κ. τ. λ.] In his πρωτοτόκῳ cod. D., πρωτοτούκου cod. F. — Vulg. τεκούσῃ, Marc. τεκούσῃι; Littr. emendavit. Idem casus in apogr. Ep. V. his verbis descriptum est: τῇ Ἐπιχάρμου πρὸ τοῦ τεκεῖν δυσεντερίη ἦν· ὁ πόνος σφοδρός· ὑποχωρήματα ὤφαιμα, μυξώδεα· τεκοῦσα παραχρῆμα ἰάθη.

100. Τῇ Πολεμάρχου — ἄλγημα.] In loci descriptione maxime usus sum apographo Ep. V. — In vulgata Ep. VII. lectione τι δεινόν omissum est; contra in Ep. V. ἐξαίφνης abierat in ἐξ αἰτίης, quod procul dubio vitiosum. In Ep. VII. οὐ γενομένων, Ep. V. μὴ γινομένων, itaque hinc μή, illinc aoristum participii dedi. — In verbis ἡ φωνὴ — μέχρι ἐς μέσον ἡμέρης id solum mihi sumsi ut ἐς inferrem, quod exciderat, ceterum lectio est Ep. V. Sed Ep. VII. legebatur: Τὸ ἐν τῷ σεύτλῳ πιούσῃ. ἴσχετο ἡ φωνὴ νύκτα καὶ ἐς μέσον ἡμέρης. Malui sequi lectionem, in qua τὸ ἐν τῷ σεύτλῳ πιούσῃ non legeretur; non memini me usquam tale quid legere, quale τὸ ἐν τῷ σεύτλῳ et multum vereor ne verba cum corrupta sint, tum non ad hunc locum pertineant. — Pro ἐφρόνεε, Ep. VII. legi solet ἐφρόνει, sed Marc. ἤκουσε δὲ καὶ ἐφρόνεε. — Tum Ep. VII.: καὶ τῇ χειρὶ ἐσήμαινε ἀμφὶ τὸ ἰσχίον εἶναι τὸ ἄλγημα.

101. Κλεινίου.] Vulgo Λικινίου. Lind. Κλινίου. Cod. C. Κλεινίου, quod recepit Littr., idemque Marc. habet. — Vulgata a descriptore non Graece, sed Latine docto profecta est.

ἔμετος ὅ τι προσδέξαιτο τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας ἄνευ πυρετοῦ καὶ ἐρευγμοί· καὶ τῶν ἐμεσμάτων ξυνεσταλμένων ἐχώρει πρὸς καρδίην πνιγμός.] Vulgata: ἔμ. ὅ τι προσδ. τεσσ. ἡμέρας ἄνευ πυρετοῦ, αἱματωδέων τῶν ἐμεσμάτων,

©BIUM

δίην πνίγμα. Καστόριον, σέσελι πάντα ἔπαυσε καὶ τὸ ἀπὸ τῆς σίδης· ἀπέστη δὲ ἄλγημα μέτριον ἐς κενεῶνα. Βολβοῦ χυλὸς καὶ οἶνος γαλακτώδης αὐστηρός· καὶ ἄρτοι ὡς ἐλάχιστοι ξὺν ἐλαίῳ.

ρβ'. Τῇ Παυσανίου κούρῃ μύκητα ὠμὸν φαγούσῃ ἄση, πνιγμὸς, ὀδύνη γαστρός. Μελίκρητον θερμὸν πίνειν καὶ ἐμέειν ξυνήνεγκε καὶ λουτρὸν θερμόν· ἐν τῷ λουτρῷ ἐξήμεσε τὸν μύκητα καὶ, ἐπεὶ λήξειν ἔμελλε, ἐξίδρωσε.

ργ'. Ἐπιχάρμῳ περὶ πληϊάδων δύσιν ὦμου ὀδύνη καὶ βάρος δεινὸν ἐς βραχίονα, ἄση, ἔμετοι συχνοί· ὑδροποσίη.

ρδ'. Τῷ Εὐφράνορος παιδὶ ἐξανθήματα, οἷα τὰ τῶν κωνώπων δήγματα, ὀλίγον δὲ χρόνον· τῇ ὑστεραίῃ ἐπυρέτηνε .....

ρε'. Μετὰ ζέφυρον αὐχμοὶ ἐγένοντο μέχρις ἰσημερίης μετοπωρινῆς· ὑπὸ κύνα δεινὰ πνίγεα καὶ πνεύματα θερμὰ καὶ πυρετοὶ ἰδρώδεες καὶ πάλιν εὐθὺς ἐπεθερμαίνοντο· φύματα δὲ παρ' οὓς πολλοῖσι ἐγένετο· τῇ γραίῃ τῇ Βησσιακῇ περὶ ἐνάτην· τῷ μειρακίῳ τῷ σπλη-

culi strangulatio procedebat. Castorium, seseli et corticis mali punici succus exhibitus cuncta sedarunt; modicus tamen dolor in lateris inanitatem concessit. Bulbi succus et vinum austerum cum lacte et quam paucissimi panes oleo intincti.

102. Pausaniae puellam ex fungi crudi esu anxietas corripiebat, suffocatio, ventriculi dolor. Mulsa calida epota et vomitio profuit, balneumque calidum. In balneo fungum vomitione reiecit et ubi ista cessatura essent, sudore detenta est.

103. Epicharmo sub vergiliarum occasum humeri dolor et ad brachium vehemens gravitas contigit, anxietas aderat, crebrae vomitiones. Aqua in potu exhibita est.

104. Euphranoris puero pustulae, quales culicum morsus, sed brevi tempore; postridie febricitavit.....

105. Post favonium ad auctumnale aequinoctium squalores contingebant. Sub canem aestus vehementes, febres, in quibus aegri sudoribus diffluebant; statim rursus incalescebant. Aurium vero tubercula multis enascebantur: vetulae Bessiacae sub nonum diem; eodemque

ἐρυγμοὶ καὶ ξυνεσταλμένον ἐχώρει πρὸς καρδίην πνίγμα. In his cod. C. et Marc. τῶν ἐμεσμάτων om. καὶ ἐρ. iidem libri; ἐρευγμοί vero Lind. cod. K., Marc., Littr. — ξυνεσταλμένων Littréi est emendatio, cod. C. ξυνεσταμμένον. — Ego id unum vidi, locum perturbatum esse, neque difficulter restitui. In vulgata coniungi debent καὶ ξυνεσταλμένων τῶν ἐμεσμάτων; quod ad αἱματωδέων, id non aliud esse mihi videtur quam ἐμετωδέων, quod in dittographia positum fuerit ἐμετωδέων.
una cum eo, quod retinui, τῶν ἐμεσμάτων. Nimirum τὰ ἐμετώδεα pertinet ad neutra illa pluralia recentiorum, de quibus abunde in adnn. ad Prorrh I. et in prolegomenis ad illum librum dixi. Copulam ante ἐρευγμοί e cod. C. et Marc. recepi.

σέσελι] [καὶ] σέσελι Lind., πάντας cod. Marc.

βολβοῦ.] Littr. in adn. *Hyacinthum comosum* spectari putat.

102. τῇ Π. — ἐξίδρωσε.] Vulgata ἄση ἔσχε, sed cum Littréo, codicis C. fide, omisi ἔσχε; quod neque Marc. fert. Unus cod. D. ἐξέμεσε. — Cod. C. in postremis καὶ ἐπιλήξειν ἔμελλε καὶ ἐξίδρωσε. — Codicis C. descriptor ἔσχε reiecit pro interpolato: dubito an non ξυνήνεγκε item sit additamentum recentius.

103. Ἐπιχάρμῳ — ὑδροποσίη.] cf. § 48. huius libri. Codd. plures: ἐς βραχίονα ὁμοῦ ὀδύνη καὶ βάρος δεινόν. — In apographo Ep. V. locus sic se habet: Ἐπιχάρμῳ περὶ πληϊάδων δύσιν, ὁμοῦ (ὦμου Lind., Littr. emendarunt) ὀδύνη, καὶ βάρος ἐς βραχίονα, νάρκη, ἔμετοι συχνοὶ, ὑδροποσίη. — Atque ὦμου legendum esse quivis videt; νάρκη pro ἄση vi-

tiosum est, puto glossam esse ad βάρος ἐς βραχίονα, quae extruserit ἄση. — In lectione Ep. V. dubium videri possit forte, num ἔμετοι συχνοί memorentur, tanquam signum morbi, an tanquam methodus curandi; sed e lect. Ep. VII. satis constat symptoma morbi esse.

104. Τῷ Εὐφράνορος — ἐπυρέτηνε....] Locum descripsi ex apogr. Ep. V. duo tantum mutans: primum τὰ ἐξανθ. ibi legitur, malui tamen τά omittere; tum vero lacunae signum in fine posui, quia credo fragmentum loci amplioris esse. — In apogr. Ep. VII. solum habetur: τῷ Εὐφρονος παιδὶ ἐξανθήματα, οἷα ἀπὸ κωνώπων. — In Marc. etiam τῷ Εὐφρονος παιδί.

105. μέχρις ἰσημερίης μετοπωρινῆς.] Vulgata ἡμέρας, Marc. ἡμέρης, quod tamen interpretes non fefellit; Lind. ἰσημερίας; Littr. ἰσημερίης e correctione in cod. C. — Quod autem hic codex et Marc. φθινοπωρινῆς habent, ductum videtur ex apographo Ep. V., ubi principium huius capituli his verbis describitur:

Αὐχμοὶ πολλοὶ περὶ ζέφυρον ἐγένοντο μέχρις ἰσημερίης φθινοπωρινῆς· ὑπὸ κύνα πνίγεα μεγάλα, πνεύματα θερμά· πυρετοὶ ἰδρώδεες· φύματα παρ' οὓς συχνοῖς ἐγένοντο.

ἐπεθερμαίνοντο.] Vulgo ὑπεθέρμαινον, sed Littr. ex pluribus mss. Parr. ἐπεθέρμαινον, quod quidem praepositionis ratione bene habet, sed tamen in passivam formam mutandum erat.

φύματα δὲ παρ' οὓς.] h. l. δέ om. cod. C. et Marc., qui συχνοῖσιν ἐγ.; cf. apogr. Ep. V. in prima notula ad hanc §.

τῇ Βησσιακῇ.] Vulgo τῇ γραίῃ βηχικῇ. Sed Gal. in Gl.

©BIUM

νώδεϊ τῷ τῆς παιδίσκης κοιλίης ὑγρανθείσης περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον· Κτησιφῶντι ὑπ' ἀρκτοῦρον σχεδὸν περὶ τὰς ἑπτά· τῷ παιδὶ μοῦνον ἐπυήθη· τῷ Ἐρατύλλῳ ἀπεμωλύνθη παρὰ ἀμφότερα· ἀνιδρώσιες, — γλῶσσαν ὑπὸ ξηρότητος ψελλοί. Οἱ ὀρνιθίαι ἔπνευσαν πολλοὶ καὶ ψυχροί· καὶ χιόνες ἐξ εὐδίων ἔστι ὅτε ἐγένοντο καὶ μετὰ ἰσημερίην νότια διαμισγόμενα βορείοισι, ὕδατα συχνά· ἐπεδήμησαν βῆχες πολλαὶ, μᾶλλον δὲ παιδίοισι· παρὰ τὰ ὦτα πολλοῖσι [οἷα τοῖσι σατύροισι]· ὁ δὲ πρὸ τούτου τοῦ χρόνου χειμὼν σφόδρα χειμερινὸς ἐγένετο καὶ χιόνι καὶ ὄμβροισι βορείοισι.

ρς'. Τῷ Τιμώνακτος παιδίῳ ὡς διμηνιαίῳ ἐξανθήματα ἐν σκέλεσι καὶ ἐν ἰσχίοισι, ὀσφύϊ, ὑπογαστρίῳ, καὶ οἰδήματα σφόδρα ἐνερευθῆ. Καταστάντων δὲ τούτων σπασμοὶ καὶ ἐπιληπτικὰ ἐγένοντο ἄνευ πυρετῶν ἡμέρας πολλὰς καὶ ἐτελεύτησε.

ρζ'. Τῷ τοῦ Πολεμάρχου ξυνέβη μὲν ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ἐμπυηθῆναί τε καὶ ἀπο-

tempore adolescentulo lienis tumore laboranti, ancillae filio, alvo liquidiore; Ctesiphonti ad arcturum fere circa septimum diem; soli puero ad suppurationem pervenerunt; Eratylli puero ad utramque aurem exorta evanuerunt; sudores; prae linguae siccitate blaesi erant. Ornithiae spiraverunt multi et frigidi; post tranquillitates interdum nives aderant; et post aequinoctium austrina aquilonaribus permista erant; frequentes pluviae; tusses multae; praecipue vero in pueros vulgariter grassatae sunt; multis tumores ad aures; quae vero praecesserat hiems admodum hiberna exstiterat nivibus et imbribus aquilonaribus infesta.

106. Timonactis infanti fere bimestri pustulae in cruribus, coxis, lumbis et imo ventre, tumoresque admodum rubicundi exstiterunt. Quibus conquiescentibus convulsiones et comitiales exoriebantur multis diebus sine febre atque obiit.

107. Polemarchi puerum, qui antea quidem pus intro collegerat et exscreaverat, tandem

Βησσιακῇ) τῇ ἀπὸ Βησσῶν ἐν Θράκῃ, ubi hunc locum exponi putat Foës. Recepi igitur cum Littr. Βησσιακῇ.

τῷ παιδὶ μοῦνον ἐπυήθη· τῷ Ἐρατύλλου ἀπεμωλύνθη.] Vulgata ἐπωήθη. Lind. ἐπυώθη, quale quid iam Corn., Foës. Latine expresserunt. Dedi, quod proxime ad vulgatam accedere opinor, quae ipsa forte e dittographia ἐπυήθη nata est. — Codicis C. descriptor e corrupta forma effecit ἐπωοῦντο, quod Littr. defendit reiiciens Cornarii rationem: „on le voit, inquit, par μοῦνον, qui prouve justement que les tumeurs ne suppurèrent pas." Fallitur, me iudice, μοῦνον eò non spectat, sed indicat hunc solum fuisse, in quo suppurarunt; quod si obiicias tunc μούνῳ scribendum fuisse, dicam id non requiri, sed insuper quod perhibeo verum esse patere e seq. ἀπεμωλύνθη. Praeterea ἐπωοῦσθαι eo sensu sumi, quo codicis C. descriptor velle videtur, certe exemplis erat probandum; quod ut fieri possit, vereor. Cod. Marc. τῶι παιδὶ μοῦνον ἐπωηθυ τοῦ ἐρατύλλου ἀπεμ. κ. τ. λ.

ἀνιδρώσιες.] Interpretes hoc nomen sumere videntur, quasi cum α privativo esset compositum; sed compositum est cum ἀνά, ut ἀνιδρῶντες, quod in Prorrh. I. et Coacis frequens. Marc. loco nostro ἀνιδρῶτες. Παρὰ ἀμφότερα scripsi paulo ante pro παρὰ ἀμφοτέρων, quod Littr. exhibuit, nempe vulgata περὶ ἀμφότερα, quod tamen παρὰ ἀμφότερα in multis codd. scribitur, duobus tantum D. Q. ἀμφοτέρων habentibus. Littréus inde scripsit παρὰ ἀμφοτέρων ἀνιδρώσιες; sed rectius antiquiores interpretes παρὰ ἀμφ. ad ἀπεμωλύνθη retulerunt.

γλῶσσαν ὑπὸ ξ. ψ.] Sic Marc., vulgo γλώσσης ὑπὸ ξ. ψ.

ἐξ εὐδίων.] Sic Littr. e mss. Parr. pro vulg. εὐδείων.

διαμισγόμενα.] Ceteri διαμίσγοντα, at passivum requiritur.

βῆχες πολλαὶ, μᾶλλον δὲ π.] πολλαί om. Marc.

παρὰ τὰ ὦτα πολλοῖσι.] Pone πολλοῖσι apud ceteros sequitur οἷα τοῖσι σατύροισι; emblema alienum est, quod reiiciendum. Cf. adnot. ad Aph. III. 26., quam quum describerem, nondum mihi suspicio oborta erat esse additamentum alienum. Propter hanc adnotationem non delevi, sed uncis intercepi.

ὁ δὲ πρὸ τούτου] ὅτε δὲ ὁ πρὸ τούτου vulg.; in quibus ὁτέ Lind., Littr., ὅτε codd. 4. Parr., ὅτε δὲ χ. πρὸ τ. cod. C., ὅτε δὲ χειμὼν ὁ πρὸ τούτου Marc. Omnes hae lectt. ex ὁ δέ, quod in ὅ τε abierat, natae sunt.

καὶ χιόνι.] Sic Marc. ἐν χιόνι vulgo.

106. Τιμώνακτος.] Sic Littr. e codd. C. H. Τιμόνακτος vulg.

ὀσφύϊ.] Vulg. καὶ ὀσφύϊ; cod. C., quem Littr. sequitur, copulam om.; Lind. contra etiam [καὶ] ὑπογαστρίῳ dedit.

ἐνερευθῆ.] Sic cod. K., quem cum Littréo sequor, vulgatum ἐνευρέθη non fefellit superioris temporis interpretes Corn., Foës., Lind. ἐνερεύθη dedit. In cod. C. male emendavit libri descriptor ἀνευρέθη.

καὶ ἐπιληπτικὰ ἐγένοντο] ἐπιληπτικοί Ald., ἐπεγένοντο ἄνευ πυρετοῦ cod. C. Nolim affirmare plurale πυρετῶν non esse natum e pluralibus vicinis, quamquam ferri posse sentio. Marc. ἐπιλημπτικὰ ἐπεγένοντο, — de πυρετοῦ nihil annotatur a Cobeto, ita ut illum πυρετῶν legisse pateat.

107. μὲν ἐν τῷ ἔμπρ. χρ.] ἐν de meo adscripsi pone μέν periisse opinatus. Cod. C. om. χρόνῳ, itemque paulo post pone βέρμαι om. αὐτῷ ἦσαν; utrumque in marg. restituitur, ut ait Littréus; αὐτῷ ἦσαν in Marc. etiam omissum est et abiiciendum mihi visum. Libri, unde illi codd. fluxerunt, descriptor interpolata esse credidit et voluit forte solum ἔμπροσθεν et ὕστερον δὲ βέρμαι. De meo scripsi ἐμπυηθῆναι pro ceterorum ἐμπυωθῆναι; equidem formae ἐμπυόω s. ἐμπυόομαι fidem non tribuo; semper ἐμπύημα, ἐκπύησις legis, similia

©BIUM

χρέμψασθαι· ὕστερον δὲ θέρμαι καὶ ὑδρωπιώδης τε ἦν καὶ ἐπίσπληνος καὶ ἀσθματώδης πρὸς αἶπος εἴ ποτε ἴοι, καὶ ἀδύνατος καὶ διψώδης καὶ ἀπόσιτος ἐπιεικῶς ἔστι ὅτε, καὶ βηχία ξηρὰ ἐπὶ πουλὺν χρόνον ἐγένετο· οὕτως ὑπεφέρετο καὶ εἰ μή τι εὔλυτος γένοιτο ἡ κοιλίη κάτω, πλήρης ἐγένετο ἄνω καὶ ἆσθμα καὶ πνίγμα ἐγένετο μᾶλλον. Τέλος δὲ κατάρροος καὶ ἀπόχρεμψις ἐπικατῆλθε καὶ βήξ· ἡ δὲ ἀπόχρεμψις παχέα καὶ ὠχρὰ πυώδεα καὶ πυρετὸς σφοδρός· καὶ ἐδόκει λῆξαι καὶ ἡ βὴξ πρηϋτέρη καὶ ἡ ἀπόχρεμψις καθαρή. Ὑπέστρεψε· πάλιν ὀξὺς πυρετός· πνεῦμα πυκνόν· προσερρίγωσε πόδας καὶ κατεψύχθη· μετὰ ταῦτα πνεῦμα μᾶλλον ἐγκατελήφθη· ἡ οὔρησις ἔστη· τὰ ἄκρα κατεψύχθη· ἔμφρων ἐτελεύτησε, τριταῖος δὲ ἀπὸ τῆς ὑποστροφῆς.

ρη'. Τῷ τοῦ Θυνοῦ, ὃς σφόδρα ἐν πυρετῷ καυσώδεϊ ἐλιμοκτονήθη, ὑποχώρησις συχνὴ χολῆς μετὰ ἀψυχίης καὶ ἱδρῶτος πολλοῦ· κατεψύχθη σφόδρα· ἄφωνος ἦν ἡμέρην ὅλην

calores corripuerunt, aqua inter cutem vexabatur, lienis tumore et crebro anhelitu, si quando ad locum accessu difficilem contenderet et imbecillus et siticulosus ac interdum cibum fere aversabatur; itemque tussicula sicca multo tempore detinebat; sic morbum traxit ac nisi soluta esset alvus inferior, implebatur superioribus partibus et creber anhelitus suffocatioque magis vexabat. Tandem vero destillatio et exscreatio supervenit et tussis; exscreatio autem crassa erat, pallida, purulenta, febrisque vehemens erat, quae desiisse visa est et tussis esse mitior et exscreatio pura. Reversus est morbus; febris rursus acuta, spiratio crebra; pedes insuper riguerunt, toto corpore refrixit, posteaque spiratio magis intercepta fuit; urina suppressa est; extrema perfrixerunt; mentis compos mortuus est, idque tertio a recidiva die.

108. Thyni puero in febre ardente vehementer inedia confecto copiosa alvi deiectio cum bile aderat et animi deliquio multoque sudore; toto corpore admodum perfrixit, dieque integro

plura; formae in ω̄ raro occurrunt in verbo ipso et a librariis sunt profectae.

καὶ ἀδύνατος.] Sic cod. C., eumque secutus Littr.; cett. copulam omm.

καὶ βηχία ξηρὰ ἐπὶ πουλὺν χρόνον ἐγένετο· οὕτως ὑπεφέρετο.] Vulg. ἐγίνετο; unus cod. Par. D. ἐγένετο. Sed de meo ἐγένετο· οὕτως scripsi, ceteris οὕτως ἐγένετο habentibus, in quo verborum ordine quorsum spectet et quid sibi velit οὕτως, nemo perspicit. Lind. h. l. longe diversam, sed sine dubio haud probandam rationem iniit scribens: καὶ εἰ μή τοι εὔλυτος κοιλίη ὑπεφέρετο κάτω, πλήρης ἐγένετο. Hic quidem in interpretatione verbi ὑποφέρεσθαι haesit, atque ideo male emendavit.

εἰ μή τι εὔλυτος γένοιτο ἡ κοιλίη κάτω.] τι h. l. Littréus e codd. C. D., idemque habet Marc.; τοι cett. γένοιτο cod. C. et Marc., quod recepi pro vulg. γίνοιτο; ante κοιλίη articulum de meo adscripsi. Cod. C. in seqq. Littréo ἄνω praebuit, quod vulgo abest, sed quod Marc. item habet.

καὶ ἆσθμα καὶ πνίγμα.] Omnes πνίγμα; modo ne hic terminatio antecedentis ἆσθμα ad πνιγμός translata sit a librariis.

τέλος.] Sic Littr. e cod. C.; vulgo τέλεος, quod Marc. etiam habet.

ἡ δὲ ἀπόχρεμψις παχέα καὶ ὠχρὰ καὶ πυώδεα.] Pro ἡ δέ cod. C. et Marc. καί. Pone ὠχρά Littr. πῦα, sed huic plurali fidem denego. Vulgo ὠχρά πῦα δὲ καί; in cod. C. et Marciano δέ omissum est, sed male; in πῦα δέ latet πυώδεα; quod ipsum tamen num glossematis in παχέα καὶ ὠχρά suspicionem effugere possit, videat L. B.

καὶ ἡ βὴξ πρηϋτέρη] ἡ om. Marc.

πνεῦμα πυκνόν· προσερρίγωσε πόδας.] Cett. πνεῦμα πυκνὸν ἐτελεύτησε, πλὴν προσερρίγωσε πόδας, in quibus προερρίγωσε desiderat Foës. Falsum esse opinor virum egregium; vel solum πλήν, quod saepius interpolatum est, eum advertere

debuerat; ridiculam enim facit sententiam. — Librarius aliquis errore ἐτελεύτησε scripsit, erroremque animadvertens et quod scripserat delere nolens πλήν adposuit. Quodsi iam aliena illa eiicias, omnia bene procedunt. In cod. C. et Marciano descriptores adeo πλήν omiserunt, quo tamen solo omisso totum vitium non tollitur, Marc. legit: ὑπέστρεψεν ὀξὺς πυρετὸς πν. π. ἦν ἐτελεύτησε προσερρίγωσε πόδας. Lind. e πλήν effecit πρίν, sed ex hac vocula illa non est nata.

πνεῦμα μᾶλλον ἐγκατελήφθη.] Unus cod. K. h. l. ἐγκατελείφθη. Nota sunt sane τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα, sed h. l. τὸ ἐγκαταλαμβάνεσθαι τοῦ πνεύματος spectatur.

τριταῖος δὲ ἀπὸ τῆς ὑπ.] Vulgata τριταῖος δέ, sed cod. C., quem Littr. sequitur, δέ om. Nempe non vidit corrector in isto libro distinguendum esse pone ἐτελεύτησε, et licet non mala sit lectio, quam δέ delens praebuit, vulgatam tamen veram scripturam referre opinor. — In Marc. etiam δέ abest, et in isto libro etiam articulus ante ἄκρα deest.

108. Τῷ τοῦ Θυνοῦ, ὃς σφόδρα.] Libri scripti Θύνου, θύννου; emendavit Littr., qui vere monuit glossam Galeni ex h. l. esse restituendam, ubi Θύμου) τοῦ ἀπὸ Θύμων· ἔθνος δέ ἐστι τοῦτο Θρᾳκικόν. Cf. Steph. Byz. Θυνία. ἡ χώρα τῶν Θυνῶν. τὸ ἐθνικὸν Θυνός κ. τ. λ. — Pronomen ὅς de meo adscripsi, ut sententia sibi constare posset; quod nisi velis, λιμοκτονηθέντι dandum est.

ὑποχώρησις συχνὴ χολῆς μετὰ ἀψυχίης καὶ ἱδρῶτος πολλοῦ.] Vulgo μετὰ χολῆς δὲ ἐγένετο καὶ μετὰ ἀψ. καὶ ἱδρ. π. Codicis C. et Marciani descriptores omiserunt μετά ante χολῆς, omiserunt δέ, itemque καί ante μετά. Eam autem lect. secutus est Littr.; itemque ego sequor, sed insuper sustuli otiosum ἐγένετο, quo facto pristinus loci color emergit. Unus cod. K. ἱδρῶτες πολλοί.

ἄφωνος ἦν.] καὶ ἄφ. ἦν vulgata. Littr. cum cod. C. copulam omisit.

©BIUM

καὶ νύκτα· ἐγχεόμενος χυλὸς πτισάνης κατείχετο, ἐφρόνεε, εὔπνοος ἦν.

ρθ'. Τῷ Ἐπιχάρμου ξυνέβη ἐκ περιόδου καὶ ποτοῦ ἀπεψίη. Τῇ ὑστεραίῃ δὲ πρωΐ ἄσης γενομένης, πιὼν ὕδωρ, ὄξος, ἅλας ἐξήμεσε φλέγμα· μετὰ δὲ ῥῖγος ἔλαβε· ἐλούσατο πυρεταίνων· τὸ στῆθος ἤλγει. Τῇ τρίτῃ εὐθὺς πρωΐ κῶμα ὀλίγον χρόνον ἐπεῖχε καὶ ὑπελήρει· πυρετὸς ὀξύς· βαρέως ἔφερε τὴν νοῦσον. Τῇ τετάρτῃ ἄγρυπνος ἀπέθανε.

ρι'. Ἀρίστωνι, δακτύλου ποδὸς ἡλκωμένου ξὺν πυρετῷ ἀσαφεῖ, τῇ τετάρτῃ τὸ γαγγραινῶδες ἀνέδραμε ἄχρι πρὸς γόνυ, ἦν δὲ μέλαν, ὑπόξηρον, δυσῶδες· ἀπώλετο.

ρια'. Ὁ τὸ καρκίνωμα τὸ ἐν τῇ φάρυγγι καυθεὶς ὑφ' ἡμέων ὑγιὴς ἐγένετο.

ριβ'. Πολυφάντης ἐν Ἀβδήροισι κεφαλὴν ὠδυνᾶτο ἐν πυρετῷ σφόδρα· οὖρα λεπτὰ, πολλά· ὑποστάσιες δασέαι καὶ ἀνατεταραγμέναι· μὴ παυομένου δὲ τοῦ ἀλγήματος τῆς κεφαλῆς, πταρμικὸν προσετέθη ἐόντι δεκαταίῳ. Μετὰ δὲ ἐς τράχηλον ὀδύνη ἰσχυρή· οὖρον ἦλθε ἐρυθρὸν, ἀνατεταραγμένον, οἷον ὑποζυγίου· παρέκρουσε τρόπον φρενιτικόν· ἀπέθανε σπασμοῖσι ἰσχυροῖσι. Παρα-

et nocte vox defecerat. Infusum ptisanae cremorem continuit; mentis compos erat; facile spirabat.

109. Epicharmi puero ex deambulatione et potu cruditas contigit. Postridie autem mane suborta anxietate, epota aqua cum aceto et sale pituitam vomitione reiecit, posteaque rigor prehendit; in febre lavit, pectus dolebat. Tertio die sub ipsum crepusculum sopor exiguo tempore detinebat, aliquantum delirabat et febre acuta vexabatur; morbum gravate ferebat. Quarto die pervigil mortuus est.

110. Aristoni digito pedis ulcerato cum febre obscura quarto die gangraena usque ad genu adscendit, erat autem nigra, subsicca, graveolens; obiit.

111. Qui cancrum in faucibus habebat a nobis ustus convaluit.

112. Abderis Polyphantes capitis dolore in febre vehementer vexabatur. Urinae tenues, copiosae, sedimenta crassa et returbata. Cum vero capitis dolor minime conquiesceret, sternutamentum est naribus admotum decimo die. Post haec autem dolor vehemens cervicem invasit; urina rubra prodiit, returbida, qualis veterini generis. Velut phrenitide captus mente motus est, obiit cum vehementibus convulsio-

ἐγχεόμενος χυλὸς πτισάνης κατείχετο.] In his non χυλός, sed χυλὸν legi solet; qui vero ita scribunt sumunt κατείχετο transitive et ἐγχέομαι χυλόν pro ἐγχεῖταί μοι χυλός, quod tamen ut recte fiat vereor. Puto duplicem scripturam rei ansam praebuisse: alius liber habuerit quod iam exhibeo, alius ἐγχεόμενον χυλὸν πτισάνης κατεῖχε.

109. τῇ ὑστεραίῃ δέ.] Cod. C. om. δέ.

τὸ στῆθος ἤλγει.] Vulgo καὶ στ. ἤλγει; articulum e libris scriptis revocavit Littr. et e Marc. excerptus est.

ὑπελήρει.] Libri 5. Parr. non ex optimis ὑπελήρει, quod Marc. etiam habet; vulgo ἐπελήρει; mihi quidem hoc ex ὑπελήρει natum esse visum est, translata ad hoc compositum praepositione verbi ἐπεῖχε. Initio huius periodi Marc. εὐθὺ πρωΐ.

πυρετὸς ὀξύς.] Cett. καὶ πυρετὸς ὀξύς. Sed reieci copulam h. l., quum ex antecedente nata videretur. Asyndeton hic praestat, copula apte usurpatur inter soporis et delirii commemorationem.

110. Ἀρίστωνι — ἀπώλετο.] Lind. Ἀριστίωνι, nescio unde; δακτύλου τοῦ ποδός vulg., cod. C. om. τοῦ, sequitur eum Littr., item in Marc. τοῦ abest. In ἄχρι πρός unus cod. K. πρός om. Ex his varr. lectt. non multum discimus. Sed miror vulgatum ξὺν πυρετῷ ἀσάφειαι: Foës. ex h. l. in Oecon. exponit ἀσάφεια; Calvus „cum latente febre," itaque ἀσαφεῖ legit aut legendum esse arbitrabatur, quod iam exhibui; simul adscripsi τῇ δ' putans numerale latere in α̅ nominis ἀσάφεια. Corn., Foës., Littr., ἀσάφειαι servant et de loquela obscura, male articulata accipiunt. Est autem unicus hic locus, e quo ἀσάφειαι nude poni docent pro loquelae obscuritate; ego non credo fieri posse, exspectaveram certe γλώσσης, vel φωνῆς ἀσάφειαι, sicuti γλῶσσαι ἀσαφής frequenter usurpatur. Quod attinet ad ἀπώλετο, id vulgo legitur pone γόνυ, sed miro modo isto verbo abrumpitur gangraenae descriptio; itaque relegavi ad locum, quem olim tenuisse credebam.

111. ὁ τὸ καρκίν. κ. τ. λ.] Ceteri ὑγιὴς ἐγένετο ὑφ' ἡμέων; sed iungendum est καυθεὶς ὑφ' ἡμέων, itaque voces transposui

112. κεφαλὴν ὠδυνᾶτο ἐν πυρετῷ σφόδρα.] Ita cod. C. et Marc.; vulgo σφοδρῷ. Credo veteris libri, unde hi codd. fluxerunt, descriptorem recte vidisse hic potius de gravissimo capitis dolore quam de vehementi febre sermonem esse. Rerum nexus me iudice docet eum non fuisse falsum. — Marcianus in his ὀδυνᾶτο.

μὴ παυομένου.] Libri scripti et editi in οὐ παυομένου consentire videntur; de meo μή scripsi.

πταρμικόν.] Tres libri Parr. et Marc. πταρμικόν; vulgo πταρμικά.

οἷον ὑποζυγίου.] Codicis C. lectio est, quam cum Littr. dedi et quam Marc. etiam habet; vulgo οἷον τὸ τοῦ ὑποζ.

ἀπέθανε σπασμοῖσι ἰσχυροῖσι.] Edi solet ἀπέθ. ἐν σπα-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 845 sur 880

©BIUM

πλησίως δὲ καὶ ἡ Εὐαλκίδου οἰκέτις ἐν Θάσῳ, ᾗ πουλὺν χρόνον δασέα ἐχώρει τὰ οὖρα καὶ κεφαλαλγίαι ἐνῆσαν· φρενιτικὴ γενομένη ἀπέθανε σπασμοῖσι ἰσχυροῖσι. Ὁ δ' Ἁλικαρνησσεὺς ὁ ἐν τῇ Ξανθίππου οἰκίῃ καταλύων οὗς ἐν χειμῶνι ὠδυνᾶτο καὶ κεφαλὴν οὐ μετρίως· ἦν δὲ περὶ ἔτεα πεντήκοντα· φλέβα ἐτμήθη κατὰ Μνησίμαχον· ἐβλάβη ἡ κεφαλὴ κενωθεῖσα καὶ ψυχθεῖσα· οὐ γὰρ ἐξεπύησε, φρενιτικὸς ἐγένετο, ἀπέθανε· οὖρα καὶ τούτῳ δασέα.

ριγ'. Ἐν Καρδίῃ τῷ Μητροδώρου παιδὶ ἐξ ὀδόντων ὀδύνης σφακελισμὸς σιηγόνος καὶ οὐλων ὑπερσάρκωσις· μετρίως ἐξεπύησε· ἐξέπεσον οἵ τε γόμφιοι καὶ ἡ σιηγών ....

ριδ'. Ἀναξήνωρ ἐν Ἀβδήροισι ἦν μὲν σπληνώδης καὶ κακόχρους· ξυνέβη δὲ αὐτῷ οἰδήματος γενομένου περὶ μηρὸν τὸν ἀριστερὸν ἐξαπίνης τοῦτο ἀφανισθῆναι· οὐ πολλῇσι δὲ ὕστερον ἡμέρῃσι ἐγενήθη αὐτῷ κατὰ τὸν σπλῆνα οἷον ἐπινυκτὶς ἐξ ἀρχῆς, ἔτι δὲ οἴδημα καὶ ἐρύθημα σκληρόν· μετὰ δὲ ἡμέρην τετάρτην πυρετὸς ἐγένετο καυσώδης καὶ ἐπελιδνώθη πάντα κύκλῳ καὶ σαπρὰ ἐδόκει· ἀπέθανε· ὑπεκαθάρθη δὲ πρότερον καὶ κατενόει.

nibus. Ad eundem quoque modum Eualcidae famula in Thaso, cum ei multo tempore urinae densae prodirent et capitis dolores adessent, phrenitide correpta et vehementibus convulsionibus vexata mortua est. Halicarnassensis autem, qui ad Xanthippi domum divertebat, per hiemem auris et capitis dolore non mediocri tenebatur. Erat autem annorum prope quinquaginta. Vena secundum Mnesimachi sententiam pertusa est. Caput vacuatum et refrigeratum noxiam sensit. Neque enim pus ortum est; phreniticus evasit, mortuus est. Huic quoque urinae spissae erant.

113. Cardiae Metrodori puero ex dentium dolore maxillae sideratio et supercrescens in gingivis caro ac moderata suppuratio contigit, molares deciderunt et maxilla .....

114. Abderae Anaxenor lienosus quidem erat et vitiato colore. Contigit autem ut obortus ad femur sinistrum tumor derepente evanesceret. Neque multis post diebus ad lienis regionem exorta est per initia velut pustula *epinyctis* dicta, insuperque tumor cum rubore et duritie. Post diem autem quartum febris ardens suborta est et in ambitu omnia livorem contraxerunt et computruisse visa sunt. Mortuus est, cum tamen antea aliquantulum purgatus et mentis compos fuisset.

σμοῖσι ἰσχ., sed infra eadem dictio legitur sine praepositione, quapropter putavi ἐν hic ortum esse e verbi terminatione cum ν̄ ἐφελκυστικῷ, forte tamen, ut aliis locis, ε͞ν otiose invectum est a scribis. Postea saltem vidi Marcianum ἐν non habere.

ἡ Εὐαλκίδου κ. τ. λ.] Vulgo τοῦ Εὐαλκ., sed τοῦ omm. cod. C. et Marc. In vulgata sequitur οἰκέτις, ἔνθα οἱ πολὺν χρόνον, sed cod. C. ἐν Θάσῳ ᾗ Marc. ἔνθα ᾗσι. — In δασέα ἐχώρει τὰ οὖρα transposui vocabula, quae edi solent τὰ δασέα ἐχώρει οὖρα, quod ineptum. In hac lect. plures libri inter quos Marc. οὖρα ἐχ., inverso ordine.

ἀπέθανε σπασμοῖσι ἰσχ.] Inseri solet ὡσαύτως pone ἀπέθανε; at omittit cod. C. et Marc., quorum descriptorem recte vidisse puto ὡσαύτως, quum παραπλησίως initio ponatur', esse otiosum emblema recentiorum. Iam vero pone ἰσχυροῖσι sequitur apud omnes: πάνυ γὰρ τὰ δασέα οὖρα καὶ ἀνατεταραγμένα σημεῖον ἀκριβὲς κεφαλαλγίης καὶ σπασμοῦ (καὶ σπασμῶν Marc.) καὶ θανάτου. Non est nisi recentioris scioli putida adnotatio, qua quam pulchre intelligere sibi videretur auctorem significaverit. Tales sordes sane eluendae sunt.

ὁ δ' Ἁλικαρνησσεύς.] Sic Marc.; vulgo ὁ δὲ Ἁλικαρνασσεύς.

Μνησιμάχου.] Sic codd. Parr.; Calvus, Corn., Foës. Latine; Littr. in textu. Unde μνησιμάρχου in vulgata ortum sit, non liquet; nam Edd. veteres item nomen rite scriptum ferunt.

ἦν δὲ περὶ ἔτεα πεντ.] In his δέ om. Marc.

113. ἐν Καρδίῃ — σιηγών.] Locus in apogr. Ep. V. ita se habet: ἐν Καρδίῃ (hoc legitur in Edd. antt. et mss. et ibi a Littr. revocatum est: Calvus et Corn. ad superiorem § utcumque retulerunt) τῷ M. παιδὶ ἐξ ὀδόντος ὀδύνης σφακ. τῆς γνάθου καὶ οὔλων ὑπερσάρκωσις μετρίως ἐξεπύησεν· ἐξέπεσον οἱ γόμφιοι καὶ ἡ σιηγών. — Hinc factum ut loco nostro δεινή pone ὑπερσάρκωσις omitterem. Cod. Marc. pro παιδί habet παιδίωι, et pro οὔλων legit οὐραων, in quo non intelligo quo modo ρ sit ortum, nisi e nomine ὑπερσάρκωσις. In cod. C. consentienter cum apogr. Ep. V. οἱ γόμφιοι sine τε, — quod Marc. etiam om. In fine primus et de meo lacunae signum posui. Voluitne noster totam maxillam excidisse? Non credo; lacunam esse in fine opiñor, in qua aliquid perierit quod ad abscessum partis ossis spectaverit. — Advertit maxime Marciani lectio postremorum: οἱ γόμφιοι ᾗ ἡ σιηγών, quae utrum vera sit, non discerno propter lacunam.

114. ἔτι δὲ οἴδημα.] Cod. C. ἔτ' οἰδ. et tum ὀλίσθημα pro ἐρύθημα. — Quod paulo ante legitur ἐγενήθη, forma est

©BIUM

ριε'. Κλόνηγος ἐν Ἀβδήροισι ἦν μὲν νεφριτικὸς, οὖρει δὲ αἷμα κατὰ σμικρὸν πουλὺ, χαλεπῶς· ἠνώχλει δὲ καὶ κοιλίη δυσεντερική. Τούτῳ πρωὶ μὲν ἐδίδοτο γάλα αἴγειον καὶ ὕδατος πέμπτη μερὶς, ἀνεζεσμένον, τὸ πᾶν κοτύλαι τρεῖς· ἐσπέρην δὲ ἄρτος μὲν ἔξοπτος· ὄψα δὲ σεῦτλα, ἢ σίκυος, οἶνος μέλας, λεπτός· ἐδίδοτο δὲ καὶ σίκυος πέπων· οὕτω δὲ διαιτωμένῳ καὶ ἡ κοιλίη ξυνέστη καὶ τὰ οὖρα καθαρὰ ἐφοίτα· ἐγαλακτοπότησε δὲ ἕως τὰ οὖρα ἀποκατέστη.

115. Abderae Clonagus cum renum quidem doloribus vexaretur, sanguinis paulatim multum meiebat cum molestia et alvus intestinorum difficultate laborabat. Huic mane quidem lac caprillum cum quinta aquae parte coctum est exhibitum, ita ut tota mixtura heminarum trium esset. Ad vesperum autem cum pane quidem exassato pro opsonio beta aut cucumis, vinum nigrum tenue. Exhibebatur etiam cucumis pepo. Hac autem victus ratione et alvus substitit et purae urinae prodibant. In lactis autem potu perseveravit, donec urinae restitutae sunt.

ριϛ'. Γυναικὶ ἐν Ἀβδήροισι καρκίνωμα ἐγένετο περὶ τὸ στῆθος καὶ διὰ τῆς θηλῆς ἔρρεε ἰχὼρ ὕφαιμος· ἐπιληφθείσης δὲ τῆς ῥύσιος ἀπέθανε.

116. Abderae mulieri cuidam circa pectus carcinoma exortum est et per papillam sanies subcruenta effluebat; intercepta vero fluxione mortua est.

ριζ'. Τῷ Δεινίου παιδίῳ ἐν Ἀβδήροισι μετρίως ὀμφαλὸν τμηθέντι συρίγγιον κατελείφθη καί ποτε καὶ ἔλμινς δι' αὐτοῦ διῆλθε ἀδρὰ, καὶ ἔφη, ὅτε πυρέξειε, χολώδεα ὅτι καὶ ταύτῃ διήει· καὶ ἐπανερρήγνυτο καὶ βηχία ἐκώλυε διαμένειν.

117. Abderae Diniae puerulo ad umbilicum mediocriter secto fistula parva relicta est et aliquando lumbricus crassus per eam pervasit; aiebatque cum puerulus febricitaret etiam biliosa secedere per istam viam; et rursus eruperat, tussiculaeque quo minus in statu suo remaneret prohibuerunt.

de qua nescio an librariis, an auctori debeatur. Exspectaveram, ut semper fere noster ἐγένετο.

καὶ σαπιὰ ἐδόκει.] Hic ἄμεινον pone ἐδόκει adscribitur in cod. C. et Marciano.

115. Κλόνηγος.] Vulgo Κλόνιγος; cod. C. Κλόνηγος, quod hic legendum esse iam Meinekius monuit. Calvus „Clonagus."

κατὰ σμικρὸν πουλὺ χαλεπῶς.] Vulgo κατὰ πουλύ, quod Marc. etiam legit, sed Littr. cum cod. C. ibi κατά omisit; unus cod. κᾶτα, quae forte emendatio est praepositionis κατά, sed minus tamen vera.

ἀνεζεσμένον.] Calvus „lactis decocti." Itaque hic eandem lect. vidit, quam Littr. e ms. C. dedit, vel lectionem emendavit. Vulgo enim corrupte ἀνεζευγμένον. Marc. κοτύλας τρεῖς.

ἄρτος μὲν ἔξοπτος.] μέν h. l. om. cod. C., Marc. cum μέν tum δέ om.

σίκυος πέπων.] Sic Littr. e codd. pro accusativo vulgatae. Pro ἐφοίτα, quod paulo post legitur, codd. D. Q'. ὑπεφώρεε. E cod. C. Littr. recepit ἀποκατέστη pro vulgato ἀπεκατίστη. Marc. ἐγαλακτοπότησε δ' ἕως τὰ οὖρα ἀπεκατέστη.

116. γυναικὶ — ἀπέθανε.] Exhibeo lectionem apographi Ep. V.; una tamen in re tantum differt utrumque, nempe pro καὶ διὰ τῆς θήλης hic legi solet ἦν δὲ τοιοῦτον· διὰ τῆς θήλης. — Ceterum vulgata in Ep. VII. ferebat ἐπιλημφθείσης, sed Littr. e mss. tribus solitam formam dedit; duo libri κατασχεθείσης, quod glossema esse videtur. Causa cur maluerim apogr. Ep. V. hic sequi est, quod puto illud ἦν δὲ τοιοῦτον recens emblema esse.

117. μετρίως ὀμφαλὸν τμηθέντι συρίγγιον κατελείφθη.] Libri hic variant inter τρωθέντι et τμηθέντι, qua de re iam Foës. in adn. monuit. Multi libri Parr. etiam cod. C. et Marcianus hanc lectionem habent; Calvus, vulgata, Corn. illam. Littréus etiam τμηθέντι. Equidem fateor mihi, licet id item amplexus sim, miram aliquantulum dictionem videri τμηθέντι μετρίως; est sane τὸ τμηθῆναι τὸν ὀμφαλὸν recens natis res solita, sed quid sit μετρίως τάμνειν τὸν ὀμφαλόν, non satis capio, nisi id significet non ruditer factum esse; μετρίως τρωθῆναι facilius intelligitur, nec tamen credo veram scripturam esse.

ἔλμινς.] Sic Lind., Littr.; hic e codd. paucis Parr.; ἕλμις vulgo.

δι' αὐτοῦ.] Ita Littr. pro vulgato δι' ἑωυτοῦ, pro quo cod. C. δι' ὠυτοῦ. Marc. διωϋτοῦ.

καὶ ἔφη, ὅτε πυρέξειε, χολώδεα ὅτι καὶ ταύτῃ διήει.] In his καὶ αὐτὰ ταύτῃ διήει legi solet, sed mihi αὐτά prorsus otiosum videtur, fortasse e ταύτῃ natum. Lind. καὶ ἤμει ὅτε πυρέξειε, χολώδεα ὁτὲ δὲ αὐτὰ ταύτῃ διήει, partim cum Corn., qui Latine: „vomebat biliosa; quandoque vero et haec ipsa per fistulam prodibant." Cf. Foësii adn. ad h. l. Minus recte illi! Si locum rite intellexissent, eiusmodi quid non tentassent, puto.

ταύτῃ διήει· καὶ ἐπανερρήγνυτο.] Pone διήει legi solet: προσεπεπτώκει τούτῳ τὸ ἔντερον πρὸς τῷ συριγγίῳ καὶ διεβέβρωτο ὡς τὸ συρίγγιον. In quibus Foës., Corn. ὡς interpretantur *velut*, Littréus *comme*; mihi vero in istis ὡς pro εἰς vel πρός poni videtur, licet sciam apud probatos auctores non nisi de personis eo sensu usurpari. At ego hanc periodum e textu expuli, quia adnotatio est medici recentioris, qua is anatomicam observationis rationem exponere voluerit, quam ipsum auctorem historiae morbi latuisse e tota morbi descriptione patere dixerim.

καὶ βηχία ἐκώλυε διαμένειν.] Vulgo διεκώλυε, sed puto

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 847 sur 880

©BIUM

ριη'. Τῷ παιδίῳ τῷ Πύθωνος ἐν Πέλλῃ πυρετὸς αὐτίκα ἤρξατο πουλὺς καὶ καταφορὴ πολλὴ μετὰ ἀφωνίης· ὕπνοι ἐγένοντο καὶ κοιλίη σκληρὴ παρὰ πάντα τὸν χρόνον. Προστιθεμένου δὲ τοῦ ἐκ τῆς χολῆς πολλὰ διεχώρει καὶ αὐτίκα ἐνεδίδου· ταχὺ δὲ πάλιν ἡ κοιλίη ἐπήρετο καὶ ὁ πυρετὸς παρωξύνετο καὶ ἡ καταφορὴ διὰ τῶν αὐτῶν. Τῆς δ' αὐτῆς ἀγωγῆς ἐούσης ἐδόθη τι τῶν ξὺν κνήκῳ καὶ σικύου καὶ μηκωνίου· χολώδεα κατέρρηξε καὶ αὐτίκα τὸ κῶμα ἐπέπαυτο καὶ ὁ πυρετὸς ἐπρηΰνετο καὶ τὰ ὅλα ἐκουφίσθη· ἐκρίθη τεσσαρεσκαιδεκαταῖος.

118. Pellae Pythonis filius confestim multum febricitare coepit cum magna in somnum propensione et vocis defectione; somni fiebant, alvusque toto tempore dura erat. Glande vero ex felle supposita multa deiiciebat statimque remittebat. Celeriter autem alvus rursus intumescebat, febris ingravescebat, eademque in somnum propensio perseverabat. Eodem autem rei statu exhibitum est aliquid medicamenti ex his, quae carthamum et cucumerem agrestem et peplum recipiunt; biliosa eruperunt, confestimque sopor cessavit, febris mitescebat cunctaque allevata sunt. Decimo quarto die iudicio est absolutus.

ριθ'. Εὔδημος σπλῆνα ἐπόνει ἰσχυρῶς· προσετάσσετο ὑπὸ τῶν ἰητρῶν ἐσθίειν πολλὰ, πίνειν οἶνον μὴ ὀλίγον, λεπτὸν, περιπατεῖν συχνά· οὐ μετέβαλε· ἐφλεβοτομήθη· σιτία καὶ ποτὰ πεφεισμένως· περίπατοι ἐκ προσαγωγῆς· οἶνος μέλας λεπτός· ὑγιάνθη.

119. Eudemo lienis dolore vehementer conflictato a medicis est imperatum ut multa comederet, vinum non paucum tenue biberet, frequenter deambularet, ex qua victus ratione non mutabatur eius conditio. Vena ei secta est, cibos et potum parce sumsit; deambulationes sensim auctae sunt; vinum nigrum tenue est exhibitum, convaluit.

ρκ'. Φιλιστίδι τῇ Ἡρακλείδου γυναικὶ ἤρξατο πυρετὸς ὀξὺς, ἔρευθος προσώπου ἐξ οὐδεμιῆς προφάσιος· ὀλίγον δ' ὕστερον τῆς ἡμέρης ἐρρίγωσε· οὐκ ἀναθερμανθείσῃ σπασμὸς ἐγένετο ἐν τοῖσι δακτύλοισι τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν· σμικρὸν δὲ μετὰ ταῦτα ἐπε-

120. Philistidem Heraclidae coniugem febris acuta invasit, faciei rubor, nulla ex evidenti causa. Paulo vero post procedente die rigore correpta cum non recalesceret, convulsio in manuum digitis et pedum oborta est, paulumque postea incaluit. Urinas reddidit compacta quae-

διά eo devenisse e sequenti διαμένειν. Nempe huc pertinet quod Ep. VI. 8. 27. legitur: ᾧ τὸ συρίγγιον ἐπανερρήγνυτο, βηχίαι ἐκώλυε διαμένειν. — Ad horum exemplum simplex ἐκώλυε dederam, quod postea etiam Marcianum habere vidi.

118. πυρετὸς αὐτίκα ἤρξατο πουλύς.] Dubito num veram habeamus loci scripturam; exspectaveram πυρετὸς αὐτίκα ἤρξατο ὀξύς. Facile propter sequens πολλή hic πουλύς pro ὀξύς inferre potuerunt librarii.

προστιθεμένου δὲ τοῦ ἐκ τῆς χολῆς πολλὰ διεχώρει.] Varietas lectionis hic nulla, quae memoratu digna sit. Calvus tamen τοῦ ἐκ τῆς χολῆς non expressit Latine. Ceteri interpretes iungunt τοῦ ἐκ τῆς χολῆς et *glandem e bile* memorari putant. De hoc loco dubius fui, donec contulissem locum e lib. III. de morbis p. 134., ubi haec: καὶ βάλανον μέλιτος μόνου ποιέων ὡς δεκαδάκτυλον, ἐξ ἄκρου χολὴν ταύρου ἐς τὸ πρόσθεν ἐπιπλάσσων προσθές. Iam opinor utroque loco idem remedium spectari, qua de re vid. prolegomena.

κνήκῳ.] Sic Littr. pro vulg. κνίκου. Etiam Marc. habet τῶν συνκνηκωι.

χολώδεα κατέρρηξε.] Vulgo καὶ χ. κατερρ.; sed cod. C. om. copulam, eumque sequendum opinor.

τὸ κῶμα ἐπέπαυτο.] Vulgata τὸ σῶμα habet, sed Foës. iam monuit hanc lect. interpretes non fefellisse; κῶμα Lind. dedit et Littréus, hic quidem e libris 4. Parr.

ἐπρηΰνετο.] Sic codd. plures, vulgo ἐπραΰνετο, Marc. ἐπεπρηΰνετο.

ἐκρίθη τεσσ.] Sic cod. C. et Marc., cett. καὶ ἐκρ. τεσσ.; malui cum illis codd. καί omittere.

119. προσετάσσετο.] Sic Littr. e libris Parr., vulgo προσετάττετο.

πίνειν οἶνον μὴ ὀλίγον.] Sic cod. C., quem Littr. etiam sequitur et Marc. Libri antiqui, unde hi codd. fluxerunt, descriptor vidit in hac methodo, quam prius sequebantur, contrarium factum esse eius, quod in posteriore fiebat, itaque propter σιτία καὶ ποτὰ πεφεισμένως in seqq., hic μή ante ὀλίγον adscripsit. Puto autem eum verum vidisse.

μετέβαλε.] Aor. dedi e pluribus mss. Parr., inter quos cod. C.; μετέβαλλε cett. — Cod. C. in fine καὶ ὑγιάνθη.

120. οὐκ ἀναθερμανθείσῃ σπασμὸς ἐγένετο.] Cett. ἀναθερμανθείσης; credo dativum praestare; loco, qualis hic, ubi nomen a σ incipiens sequitur, non potest in hac re fides tribui codicum scripturae. Paulo post codd. inverso ordine quam vulgatam τῶν ποδῶν καὶ τῶν χειρῶν habere adnotat Littréus, idemque e Marc. adnotatum video.

©BIUM

θερμάνθη· οὖρησε τροφιώδεα, νεφελώδεα, διεσπασμένα, νύκτα ἐκοιμήθη. Δευτέρῃ ἐπερρίγωσε· ἡμέρης σμικρῷ μᾶλλον ἐθερμάνθη καὶ τὸ ἔρευθος ἧσσον καὶ οἱ σπασμοὶ ἐγένοντο μετριώτεροι· οὖρα διὰ τῶν αὐτῶν· νύκτα ἐκοιμήθη σμικρὰ διαγρυπνεῦσα, οὐδεμιῆς δυσφορίης ἐνεούσης. Τριταίῃ οὖρησε εὐχροώτερα, σμικρὰ ὑφεστηκότα· τὴν δ' αὐτὴν ὥρην ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· ἱδρὼς ἐς νύκτα δι' ὅλου· ὀψὲ δὲ τῆς ἡμέρης τὸ χρῶμα ἀνετράπη ἐς τὸν ἰκτερώδεα τρόπον· νύκτα ὕπνωσε. Τεταρταίῃ αἷμα ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ ἐρρύη καλῶς καὶ γυναικεῖα σμικρὰ ἐπεφάνη ἐν τάξι· πάλιν δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην τὸ πυρέτιον παρωξύνθη· οὖρα τροφιώδεα σμικρά· ἡ κοιλίη δὲ φύσι μὲν σκληρὴ πουλὺ ἔτι μᾶλλον ξυνεστήκει καὶ οὐδὲν διῄει, εἰ μὴ βάλανον πρόσθοιτο· νύκτα ὕπνωσε. Πεμπταίῃ τό τε πυρέτιον πρηΰτερον καὶ πρὸς τὴν ἑσπέρην δι' ὅλου ἵδρου· καὶ γυναικείων χώρησις· καὶ νύκτα ὕπνωσε. Ἑκταίη οὖρησε ἀθρόον πουλὺ τροφιῶδες, σμικρὴν ὑπόστασιν ἔχον ὁμόχροον· περὶ δὲ μέσον ἡμέρης σμικρὰ ἐρρίγωσε, ὑπεθερμάνθη, ἵδρωσε δι' ὅλου· νύκτα ἐκοιμήθη. Ἑβδομαίῃ σμικρὰ ἐπεθερμάνθη, εὐφόρως ἤνεγκε· ἵδρωσε δι' ὅλου· οὖρα εὔχροα· ἐκρίθη πάντα.

dam innatantia, nebulosa divulsa habentes, per noctem dormivit. Secundo die insuper riguit, per diem paulo magis incaluit et rubor minor erat et convulsiones moderatiores succedebant; urinae eaedem; noctem dormivit, parum pervigil fuit cum nulla aegre tolerabili molestia. Tertio die urinas coloratas magis reddidit, parum subsidentes, sub idem tempus rigor prehendit, febris acuta, sudor per noctem toto corpore dimanavit; sub vesperum autem diei color in regii morbi modum versus est; noctu dormivit. Quarto die sanguis ex nare sinistra probe effluxit et menstrua pauca suo ordine comparuerunt. Rursus autem eodem tempore febricula ingravescebat, urinae paucae, densata quaedam innatantia habentes. Alvus vero cum natura dura esset, multo magis etiam substitit, nihilque nisi subdita glande dimittebat, noctu dormivit. Quinto die tum febricula mitior visa est, tum sub vesperum sudor toto corpore effusus est et menstrua profluxerunt noctuque dormivit. Sexto die urinam confertam, multam, densata quaedam innatantia et paucam subsidentiam concolorem habentem reddidit. Circa meridiem autem paulum insuper riguit, aliquantum incaluit, sudor toto corpore dimanavit, noctu dormivit. Septimo die parum recaluit, facile tulit, toto corpore sudavit, urinae probe coloratae erant; cuncta iudicatione sunt absoluta.

δευτέρῃ ἐπερρίγωσε· ἡμέρης σμικρῷ μᾶλλον ἐθερμάνθη.] Vulgo ἡμέρῃ; unus cod. K. ἡμέρης. Hunc quidem veram scripturam referre puto, quae in ceteris libris obscurata sequente vocabulo a σ incipiente contrario modo quam supra in ἀναθερμανθείσῃ. Cf. § 92. ἡμέρης δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην ἱδρώς, ubi ἡμέρης opponitur antecedenti περὶ μέσας νύκτας, sicuti loco nostro sequenti νύκτα.

καὶ οἱ σπασμοὶ ἐγένοντο μετριώτεροι.] Codd. C. K. et Marcianus ἐγένοντο, quod etiam Littr. exhibuit. Vulgo ἐπεγένοντο quod h. l. minus congruum.

νύκτα ἐκοιμήθη — οὐδεμιῆς.] Marc. ν. ἐκ. σμικρὰ διαγρυπνεῦσα, οὐδεμιῆς κ. τ. λ. Vulgo: ἐκ. σμ. διαγρυπνήσασα, μηδεμιῆς. Mihi Marciani lectio praestare in hisce videtur vulgatae.

δυσφορίης ἐνεούσης.] Littr. ἐούσης e codd. Parr. exhibuit, vulgata ἐνεούσης ferente. Vix scio quid praestet, satis frequens βὴξ οὐκ ἐνῆν, ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν. Itaque vulgata non deterior videtur altera, quin forte praestare.

ὑφεστηκότα.] συνεστηκότα cod. C. Paulo ante Marc. εὐχρωότερα.

ἐπερρίγωσε.] Marc. ὑπερρίγωσε, quod non praeferendum videtur.

πυρετὸς ὀξύς· ἱδρὼς ἐς νύκτα δι' ὅλου· ὀψὲ δὲ τῆς ἡμέρης τὸ χρῶμα ἀνετράπη ἐς τὸν ἰκτερώδεα τρόπον· νύκτα ὕπνωσε.] Apud ceteros in his νύκτα ὕπνωσε δι' ὅλου. In cod. C. in marg. adeo alia manu corrigitur ἵδρωσε pro ὕπνωσε. Quin Calvus: „nocte dormivit et per totum sudavit." Simili Latine Corn., Foës.; Littr. „elle dormit toute la nuit." Iam vero νύκτα ὕπνωσε, ἵδρωσε δι' ὅλου, quod illi Latine exprimunt, auctorem scripsisse non credo, qui paulo superius ἱδρὼς ἐς νύκτα δι' ὅλου dedit. Itaque δι' ὅλου, si respicias eius usum repetitum in hac historia, hoc loco abundat; nam δι' ὅλου hic non esse *per totam noctem*, quod voluit Littréus, ultro constat. Est tamen forte alius vitii indicium, quum facile fieri possit, ut scriptum fuerit: πυρετὸς ὀξύς· ὀψὲ δὲ τῆς ἡμέρης τὸ χρῶμα ἀνετράπη ἐς τὸν ἰκτερώδεα τρόπον· ἱδρὼς ἐς νύκτα δι' ὅλου· νύκτα ὕπνωσε. — Marc. τό ante χρῶμα om.

ἔτι μᾶλλον.] δέ τι μᾶλλον Marc.

εἰ μὴ βάλανον πρόσθοιτο.] Vulgo πρόσθοιτο cod. D. πρόσθετο. Marc. πρόσθειτο. Notandum βάλανον obiectum esse.

πεμπταίῳ τό τε πυρέτιον] τε om. cod. C.

ἑβδομαίῃ σμικρὰ ἐπεθερμάνθη.] Edd. antt., multi codd.

©BIUM

ρκα'. Τύχων ἐν τῇ πολιορκίῃ τῇ περὶ Δάτον ἐπλήγη καταπέλτῃ ἐς τὸ στῆθος καὶ μετ' ὀλίγον γέλως ἦν περὶ αὐτὸν θορυβώδης· ἐδόκεε δέ μοι ὁ ἰητρὸς ἐξαίρων τὸ ξύλον ἐγκαταλιπεῖν τὸν σίδηρον κατὰ τὸ διάφραγμα. Ἀλγέοντος δὲ αὐτοῦ περὶ τὴν ἑσπέρην ἔκλυσέ τε καὶ ἐφαρμάκευσε κάτω· νύκτα διήγαγε τὴν πρώτην δυσφόρως· ἅμα δὲ τῇ ἡμέρῃ ἐδόκεε καὶ τῷ ἰητρῷ καὶ τοῖσι ἄλλοισι βέλτιον ἔχειν· ἦν γὰρ ἡσυχαῖος. Πρόρρησις ὅτι σπασμοῦ γενομένου οὐ βραδέως ἀπολεῖται. Ἐς τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα δύσφορος, ἄγρυπνος, ἐπὶ γαστέρα τὰ πολλὰ κείμενος. Τρίτῃ πρωὶ ἐσπᾶτο· περὶ μέσον ἡμέρης ἐτελεύτησε.

ρκβ'. [Εὐνοῦχος ἐκ κυνηγεσίης καὶ διαδρομῆς ὑδραγωγὸς γίγνεται.

Ὁ παρὰ τὴν Ἐλεαλκέος κρήνην, ὁ περὶ τὰ ἓξ ἔτεα ἔσχε ἵππουρίν τε καὶ βουβῶνα καὶ ἴξιν καὶ κέδματα.

Ὁ τὸν αἰῶνα φθινήσας ἑβδομαῖος ἀπέθανε.

Προπιούντων ἄπεπτον ἁλμυρὰ μετὰ μέλιτος.

121. In oppugnatione circa Datum Tychon catapulta vulnus in pectus accepit, parvoque post intervallo risus cum perturbatione ei aderat. Videbatur autem medicus cum lignum eximeret, ferrum circa septum transversum reliquisse. Cumque sub vesperam ei dolor commotus esset, infusum per clysterem et medicamentum purgans exhibuit. Primam noctem implacide transegit. Sub diluculum vero et medico et reliquis melius habere visus est, placidus quippe erat. Praedictum est accedente convulsione celeriter periturum. Postera nocte implacidus, pervigil, in ventrem plerumque decumbens, tertio die mane convulsione tentabatur; sub meridiem mortuus est.

122. *Loci sunt desperati.*

Parr. ἐπεθερμάνθη: Littr. ὑπεθ. e cod. J. — In vulgata hic nonnulla exciderant, quae Littr. revocavit. — Marc. dein εὔχρῳ pro εὔχροα.

121. τῇ περὶ Δάτον] τῇ om. in apogr. Ep. V., tum ibi ὑπὸ καταπέλτου pro καταπέλτῃ.

ἐδόκεε.] Ita scripsi ex Ep. V., vulgo ἐδόκει; item infra Ionice eadem auctoritate idem verbum dedi.

ὁ ἰητρὸς ἐξαίρων τὸ ξ. κ. τ. λ.] Vulgo ἐξαίρων, sed scriptum est ἐξαιρέων in apogr. Ep. V. — Ibi dein ἐγκαταλιπεῖν τι τοῦ δόρατος κατὰ τὸ διάφραγμα legimus.

ἅμα δὲ ἡμέρῃ] ἅμ' ἡμέρῃ δέ Ep. V.

ἦν γὰρ ἡσυχαῖος.] Haec omittuntur Ep. V.

οὐ βραδέως] ταχέως Ep. V.

ἐς τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα] τῇ γοῦν ἐπιούσῃ νυκτί Ep. V.

κείμενος] κλινόμενος Ep. V.

τρίτῃ — ἐτελεύτησε.] Ep. V. τῇ τρίτῃ ἅμ' ἡμέρῃ ἐσπᾶτο καὶ τηνικαῦτα ἐτελεύτησε.

122. εὐνοῦχος — γίγνεται] Cod. C. in his κυνηγέσης; ceterum varietas lectionis nulla. Reddunt Calvus, Corn., Foës., Littréus, omnes ὑδραγωγὸς γίγνεται, *hydropicus fit.* — Sed ὑδραγωγός id non significat: φάρμακα ὑδραγωγά nota sunt, ὑδραγωγός de homine erit *qui aquam ducit*, numquam hydropicus. Itaque ne certum quidem haec non nexum aliquem habuisse cum seq. periodo, in qua κρήνης mentio facta. Sed hi loci omnes fere desperati sunt.

ὁ παρὰ τὴν — κέδματα.] In his τὴν τοῦ Ἐ. Edd. antt. et codd. tres Parr. Lind. ὁ ante περί om., ἔτη cod. C., — ἔσχε e vulgata excidit errore aliquo, sed revocatum est a Littréo. Pro ἴξιν Lind. ἴξιας. Calvus autem interpretatur: „quique apud Helealcis fontem degebat, quique sex annos cutem corruptam Hippurinve coxendicis dolorem humida loca ulcerata habuit." Corn.: „quidam circa Elealcis fontem ad sex annos habuit ex equitatione, inguinum tumorem, varices et coxendicum dolores." Foës. de Cornario in adn. scribens monet: „Cornarius ἵππουριν, ἱππασίαν aut ἱππείαν sumsit et equitationem vertit." Ipse Foës. ἵππουριν se non intelligere fatetur. Egit de hoc loco Rosenbaum die Lustseuche im Altherthume p. 215. seqq., qui ὕπουλον βουβῶνα voluit. Quod ad ἴξιν, interpretes ἰξύας voluerunt, Rosenbaum vult κατ' ἴξιν, quod sane usitatissimum scriptoribus hisce. De loco hocce egit etiam Coraës ad Hipp. de aëre, aq. l, vol. II. p. 342. — Equidem nolo frustra operam consumere in interpretatione loci, qui meras tenebras obfert.

ὁ τὸν αἰῶνα φθίνησας ἑβδομαῖος ἀπέθανε.] Vulgo κενεῶνα, sed codd. 7. Parr., inter quos C. αἰῶνα, de qua lect. iam Foës. in notulis monuit. Unus cod. D. ἀενναφθινήσας, alia manus vulgatam reposuit. Marc. ὁ τὸν αἰῶνα φθινίσας. Cf. Erot. gloss. αἰὼν, ὁ νωτιαῖος μυελός. Φησὶ γὰρ ἐσφακελίσθη τὸν αἰῶνα, κἂν τῷ περὶ βελῶν καὶ τραυμάτων φησὶ τὸν αἰῶνα νοσήσας τις ἑβδομαῖος ἀπέθανε. Καὶ Πίνδαρος ἐν ὑπορχήματι λέγων ἐνέπισε κεκραμένα ἐν αἵματι, πολλὰ δ' ἕλκεα πλευρὰς ἔμβαλον ὦμον τραχὺ ῥόπαλον· τέλος δὲ ἀείρας πρὸς στιβαρὰς ἐσπάραξε πλευράς· αἰὼν δὲ δι' ὀστέων ἐρραίσθη. Locum, quem ex libro περὶ βελῶν καὶ τραυμάτων citat Erot., eundem esse, quem in Ep. VII. fine legimus, certum est; itaque νοσήσας varietas lectionis est huc pertinens; nihil tamen facit ad loci meliorem intelligentiam. Forte is lacunosus est: si tabes dorsalis, quod volunt, spectetur, vellem doceri qua ratione ex eiusmodi morbo quis intra septem dies pereat. — Αἰῶνα esse medullam spinalem probat, puto, locus ex hymno in Mercurium vs. 119. δι' αἰῶνάς τε τορήσας. — Locus ceterum noster mihi desperatus videtur.

προπιούντων ἄπεπτον ἁλμυρὰ μετὰ μέλιτος.] ποοποιούντων codd. Parr. C. H. K., ποιοποιούντων cod Marcianus, προπνούντων Lind., ὑπνοποιούντων H., alia manu vero vulg. in isto libro adscripta est. — Locus desperatus est: nemo

©BIUM

Πορνείη ἄχρωμος δυσεντερίης ἄκος.

Scortatio impudens intestinorum difficultatis remedium est.

ρκγ'. Τῇ Λεωνίδεω θυγατρὶ ἡ Φύσις ὁρμήσασα ἀπεστράφη· ἀποστραφεῖσα ἐμυκτήρισε· μυκτερίσασα διηλλάγη· ὁ ἰητρὸς οὐ ξυνεῖδε· ἡ παῖς ἀπέθανε.

123. *Locus sensu cassus.*

ρκδ'. Ὁ Φιλοτίμου παῖς ἔφηβος ἦλθε εἰς μὲ εὐρὼν κρανίον ὀστέον ἔρημον ἰητρικῆς ἐς ἰηχῖνα τὰ κρύφημα οὐκ ὁρῶν ἑστῶτα.]

124. *Locus maximam partem prave scriptus.*

interpretum sensum expressit, quia nullus inest. Littréus πυοποιούντων recepit et reddit: „parmi les moyens, qui amènent à suppuration les tumeurs crues, sont les substances salées conjointement avec le miel." Sed ne haec quidem interpretatio accurata est, nam ἄπεπτον non est *tumor crudus*, neque vero πυοποιεῖν ἄπεπτον dictio Graeca est pro ἄπεπτόν τι ἐς διαπύησιν ἄγειν. — Locus omni modo vitiosus est.

πορνείη — ἄκος.] In his ἄχρομος cod. C., non Marcianus. δυσεντερικοῖς et δυσεντερικοῖσι nonnullorum librorum Parr. lectio est, δυσεντερικῆς Marcianus. Si Suidam consulamus, in voce ἄχρωμος, adpositam legimus glossam τουτέστιν ἀναιδής, quo modo hunc etiam locum explicuerunt interpretes, neque vero alio modo accipiendus videtur.

123. τῇ Λεωνίδεω — ἀπέθανε.] Variae lectt. nihil quod operae pretium sit notare habent. Foësius μυκτηρίζειν de sanguinis e naribus fluxu acceptum voluit. Sed verbi significationem aliam esse, qualem quivis novit, ipse fatetur. — Neque vero video quid διηλλάγη significare debeat. — Neque magis perspicio quid sibi velint postrema; licet enim per se satis intelligantur, non capio eorum cum superioribus nexum.

124. Ὁ Φιλοτίμου — ἑστῶτα.] Φιλοτιμέω aliquot libri, εἰς ἐμέ plures libri, πρὸς ἐμέ C. et Marcianus, κρανίου cod. K., ὀστέων cod. C., idem ἐσικχίνα, alius J. ἰηχῆνα. — Cod. C., κρύφιμα. codd. C. H. οὐχ. Marc. εὑρὸν κρανίον ἔρημον ἰητρικῆς ἐς ἰηχινα τὰ κρύφημα οὐχ ὁρῶν ἑστῶτα. Pro εὑρών scriptum fuisse εὗρον probabile est; cetera pro desperatis sibi relinquo. — Mihi § 122—124. aliena additamenta visa sunt ad calcem libri adscripta, uti saepius fiebat. Locum unum iam vidimus ad alium librum pertinere. Postrema periodus § 123. profecto non ad Epidemiorum morborum descriptionem pertinet. Si forte reliqua ad hunc librum pertinuerint, qua de re propter locorum corruptionem iudicium ferre difficile est, eorum praesens conditio sane talis est, ut demonstrari non possit re vera ista ad hunc librum esse referenda et ut praestet nunc certe ea a reliquis seiungere. Hac de causa ista uncis intercepi.

©BIUM.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ ΑΡΡΩΣΤΩΝ ΝΕΩΤΕΡΑΙ ΤΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ, ΣΥΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΙ Δ' ΥΦ' ΕΤΕΡΟΥ ΤΙΝΟΣ Η ΥΦ' ΟΥ ΤΟ ΕΒΔΟΜΟΝ ΤΩΝ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ.

EPIDEMIORUM LIBER QUINTUS.

HISTORIAE AEGROTANTIUM HIPPOCRATEIS RECENTIORES, CONSCRIPTAE AB ALIO QUAM A QUO SEPTIMUS LIBER EPIDEMIORUM.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ ΑΡΡΩΣΤΩΝ ΝΕΩΤΕΡΑΙ ΤΩΝ ΥΠΟΚΡΑΤΟΥΣ, ΣΥΓΓΡΑΦΑΙ
ΓΡΑΜΜΕΝΑΙ Δ' ΤΦ' ΕΤΕΡΟΥ ΤΙΝΟΣ Η ΤΦ' ΟΥ ΤΟ
ΕΒΔΟΜΟΝ ΤΩΝ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ.

EPIDEMIORUM LIBER QUINTUS.

HISTORIAE AEGROTANTIUM HIPPOCRATIS RECENTIORES, CONSCRIPTAE AB
ALIO QUAM A QUO SEPTIMUS LIBER EPIDEMIORUM.

©BIUM

ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ

ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ.

α'. Ἐν Ἤλιδι τὴν τοῦ κηπωροῦ γυναῖκα πυρετὸς εἶχε ξυνεχής· καὶ φάρμακα πίνουσα οὐδὲν ὠφελέετο· ἐν δὲ τῇ γαστρὶ κάτωθεν τοῦ ὀμφαλοῦ ἦν τι σκληρὸν καὶ ὑψηλότερον τοῦ ἑτέρου [1] καὶ ὀδύνας παρεῖχε ἰσχυράς· τοῦτο ἐβλιμάσθη ἰσχυρῶς τῇσι χερσὶ ξὺν ἐλαίῳ καὶ μετὰ τοῦτο ἐχώρησε αἷμά οἱ συχνὸν κάτω καὶ ἐγένετο ὑγιὴς καὶ ἐβίω.

β'. Ἐν Ἤλιδι Τιμοκράτης ἔπιε πλέον· μαινόμενος δὲ ὑπὸ χολῆς μελαίνης [2] ἔπιέ τι φάρμακον· οὗτος ἐκαθάρθη τὸ κάθαρμα πουλὺ καὶ φλέγμα τε καὶ χολὴ μέλαινα διῄει δι' ἡμέρης, καὶ πρὸς δείλην ἐπαύσατο τῆς καθάρσιος, καὶ πόνον ἐπόνησε ἐν τῇ καθάρσι πουλύν· [3] καὶ ἄλφιτον πιόντα ὕπνος ἔλαβε καὶ εἶχε τὴν νύκτα μέχρις ἥλιος [4] ἀνεκὰς ἐγένετο· ἐν δὲ τῷ ὕπνῳ οὐκ ἐδόκεε τοῖς

[1] καὶ ὀδύνας ἰσχυρὰς εἶχε. — [2] ἔπιε τὸ φ. οὗτος ἐκαθάρθη τὸ κάθαρμα πολὺ φλέγμα τε καὶ χολὴν μέλαιναν (sic) διῄει. — [3] καὶ πιὼν ἄλφ. ὕπνος ἐλ. αὐτὸν καὶ εἶχε. — [4] ἀνεκάς om.

EPIDEMIORUM

LIBER QUINTUS.

1. Olitoris uxorem in Elide febris assidua detinuit, neque epota medicamenta quicquam profuerunt. Infra vero umbilicum in ventre quiddam durum erat et intumescens ac vehementes dolores faciens, quod manibus oleo inunctis valide est expressum et emollitum; quo facto dein plurimus ei sanguis deorsum profluxit ac convaluit et superstes fuit.

2. In Elide Timocrates nimium bibit; in furorem autem adductus ab atra bile remedium aliquod purgans sumsit. A multa materie sordida purgatus hic est et pituita et bilis atra de die ex alvo prodiit et sub vesperum purgatio cessavit et in purgatione ipsa multum laboravit. Quumque polentam ebibisset somnus eum prehendit et per noctem eum detinuit donec sol alte in coelo consisteret. Per somnum vero ad-

1. Ἐν Ἤλιδι τὴν τοῦ κηπωροῦ γ.] Vulgo ἐν Ἤλιδι ἡ τοῦ κηπωροῦ γυνὴ, πυρετὸς εἶχε αὐτὴν ξυνεχής; verum ita sane harum historiarum morborum auctor non scripsit; itaque de meo orationem emendavi. In sequentibus enarrationibus morborum non reperiuntur tam male scripta earum principia, neque hoc loco talis oratio ferenda.

ἦν τι σκληρόν.] De meo τι interposui.

παρεῖχε.] Sic libri scripti, παρέσχε vulgo.

ἐβλιμάσθη.] Verbum ex Aristoph. Avibus notum, cf. schol. ad vs. 530. ἐμαλάχθη cod. unus Par.; recepit Lindanus, sed glossa est; ψηλαφᾶν exponitur apud schol. Aristoph. l. l. Cod. C. ἰσχυρῶς om. et τῇσι σὺν ἐλαίῳ χερσί habet.

καὶ ἐβίω.] Ad introitum huius libri statim animadvertamus, nos hic scriptum habere longe diversum a septimo Epidemiorum. In eo quidem et in hoc libro eminet Cnidiorum curandi ratio, sed dictiones in hoc occurrunt, quae in illo nusquam apparent. Βλιμάζειν nova medendi methodus est, καὶ ἐβίω nova dicendi formula est; nihil horum, — et vero plura eiusmodi deinceps animadvertemus, — in Ep. II. IV. VI. VII. legis.

2. ἔπιέ τι φάρμακον.] Ceteri τὸ φάρμακον; sed in his historiis certi alicuius φαρμάκου non fit mentio, nisi ubi nomen addatur; itaque, quia saepius τό et τι confusa vidi, hoc revocavi.

οὗτος ἐκαθάρθη τὸ κάθαρμα πουλὺ καὶ φλέγμα τε καὶ χολὴ μ. διῄει δι' ἡμέρης καὶ πρὸς δείλην.] In his ceteri καί ante φλέγμα non habent, sed χολὴν μ. legunt: iungendum est φλέγμα καὶ χολὴ διῄει; itaque καί ante φλ. de meo adscripsi. Littréus καί ante πρὸς δείλην cod. C. fide omisit. Mihi eo modo, quo scripsi, locus restituendus visus est. — Rursus hic animadvertimus novam formulam καθαίρεσθαι τὸ κάθαρμα πουλύ.

καὶ ἄλφιτον πιόντα ὕπνος ἔλαβε καὶ κ. τ. λ.] Ceteri vulgatam sequuntur, quam e cod. V. enotavi; mihi non magis vulgata ab auctore profecta videtur, quam initium historiae primae in hoc libro, ubi similis absurda anacoluthia in libris circumfertur, quam ibi, uti hic quoque, ad solitam redegi linguae normam.

μέχρις ἥλιος ἀνεκὰς ἐγένετο.] Illud ἀνεκάς Littréus e cod. C., ubi ἂν ἐκάς scribitur, interposuit. Erotianus citat in Glossario, in quo sequitur αἱμόκερχνα ex Ep. IV. 37.; citat autem e Daedal. Aristophanis, citat Steph. ex Eupoli, Cra-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 855 sur 880

©BIUM

παρεοῦσι ἀναπνέειν οὐδὲν, ἀλλὰ τεθνάναι, [1]οὐδ' ἠσθάνετο οὐδενὸς, οὔτε λόγου, οὔτε ἔργου· ἐτάθη δὲ τὸ σῶμα καὶ ἐπάγη, ἐβίω δὲ καὶ ἐξήγρετο.

γ'. [2]Σκόμφος ἐν Οἰνειάδῃσι πλευρίτιδι ἐχόμενος, ἀπέθανε ἑβδομαῖος παρακόπτων· φάρμακον δὲ ἔπιε κατωτερικὸν τῇ πρόσθεν κατανοέων καὶ ἐκαθάρθη οὐ πολλά· καθαιρόμενος δὲ παρέκοψε.

δ'. [3]Φοίνικι ἐν Οἰνειάδῃσι καὶ Ἀνδρέᾳ ἀδελφεοῖσι ἐοῦσι ἡ γνάθος ᾤδησε ἡ ἑτέρη καὶ τὸ χεῖλος τὸ πρὸς [4]τῆς γνάθου καὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ καὶ οὔτε [5]ἔνδοθι σκοπέοντι οὐδὲν ἐφαίνετο, οὔτε θύραζε ἀπεπύει, ἀλλ' οἰδέουσα σαπρὴ ἐγένετο ξηρῇ σηπεδόνι καὶ ἀπέθανε. Καὶ [6]ὁ ἕτερος τὰ αὐτά· ἀπέθανε δὲ ὁ μὲν ἑβδομαῖος καὶ ἔπιε φάρμακον καὶ οὐδὲν ὠφελήθη. Τῷ δὲ Φοίνικι ἐξετμήθη κύκλος σαπρὸς καὶ τὸ ἕλκος [7]ἐκαθάρθη μὲν τὸ πλέον· [8]ὅμως δὲ ἀπέθανε καὶ οὗτος πλείονα χρόνον βιούς.

ε'. [9]Εὐρύδαμας ἐν Οἰνειάδῃσι ἐν περι-

stantibus minime respirare videbatur, sed mortuus esse, nec quidquam sensit, neque sermonem, nec quod ageretur; sed corpus extensum erat et rigidum. Superstes tamen fuit et expergefactus est.

3. In Oeneadis Scomphus lateris dolore detentus septimo die mortuus est cum delirio. Pridie autem cum probe mente constaret remedium purgans sumsit, neque multum purgatus est; sed post purgationem delirare coepit.

4. Oeneadis Phoenici et Andreae fratribus mala altera intumuit et labrum malae et oculo respondens; neque quidquam intro spectanti comparebat, neque foris ullam puris significationem edebat, sed arida putredine intumescens marcescebat et mortuus est. Eadem quoque alteri contigerunt. Mortuus est autem hic quidem septimo die, neque epotum medicamentum quidquam profuit. Phoenici vero putredo in circulum exsecta est et ulcus magna ex parte repurgatum fuit, sed tamen et hic mortuus est, cum diu vitam traxisset.

5. Oeneadis Eurydamas pulmonis inflamma-

[1] οὐδ' ἐσθάνετο. — [2] Ὁ Σκ. ἐν Οἰνιάδῃσι. — [3] ὁ Φοίνικι. — [4] τῇ γνάθῳ καὶ τῷ ὀφθαλμῷ. — [5] ἔδοθεν (sic). — [6] ἕτερος. — [7] ἐκαθαρίσθη. — [8] πρὶν αὐτὸν ἀποθανεῖν· ἀπέθανε δὲ καὶ οὗτος. — [9] Εὐρίδαμος.

tino. Pertinet omnino dictio ad orationem comicorum. Vid. Iacobi indicem Comicae dictionis Meinekii fragmentis Comicorum subiectum p. 179. — Operae pretium autem est id tenuisse, quia tum in hoc libro, tum in aliis spuriis manifesto apparet eorum auctores arripuisse vocabula e comoedia.

παρεοῦσι.] Ionismum e cod. C. hausit Littréus.

3. ἐν Οἰνειάδῃσι.] Littréus: „Οἰνειάδεσι C. Οἰνιάδῃσι vulg. Οἰνειάδαι est une ville de Thessalie; Οἰνιάδαι est une ville d'Acarnanie. Comme l'auteur du cinquième livre a pratiqué a Larisse et a Phères, villes de Thessalie, c'est à cette contrée qu'appartient l'Oeniades dont il s'agit ici. Cela est d'autant plus probable que οἰνειάδαι est la leçon constante du bon ms. C. — Erotien s'est mépris ici, et au mot Οἰνεάδα, qui est notre Οἰνειάδαι, il dit que c'est une ville d'Etolie." Equidem non credo oppida ista ita fuisse distincta ut alterum Οἰνειάδαι, alterum Οἰνιάδαι appellaretur, sed idem nomen utrique commune fuit, scriptionis diversitas nullius momenti est, nam est solita in codd. permutatio ῑ longi et diphthongi ει. cf. Steph. Byz. in voce Οἰνειάδαι et Ἐρυσίχη. Utrum Thessaliae oppidum spectetur, an Acarnaniae incertum; § 6. Athenarum adeo fit mentio, et sine dubio liber hic alii cuidam debetur, quam cui reliqui Epidemiorum spuriorum.

τῇ πρόσθεν.] Legi solet: ταύτῃ τῇ ἡμέρῃ τῇ πρόσθεν. Lindanus ταύτῃ τῇ πρόσθεν, parum apte sane; delendum est ταύτῃ τῇ ἡμέρῃ et solum τῇ πρόσθεν servandum est: errore commisso a librario, nec deleto quod per errorem scripserat, ortum est illud, quod eieci.

4. καὶ Ἀνδρέᾳ ἀδελφεοῖσι ἐοῦσι.] Vulgata non habet ἐοῦσι, sed e cod. C. adscripsit Littréus; equidem h. l. facile fero, forteque in vulg. pone ἀδελφεοῖσι periit; non tamen certo sciri potest an cod. C. descriptor de suo addiderit, nec ne. Minus consentio cum Littréo, quum Ἀνδρέᾳ in Ἀνδρεῖ mutat, quia Ἄνδρυ et Ἀνδρυι in codd. reperit; nempe ᾱ finale nominis proprii ante ᾱ initio substantivi sequentis in mss. illis periit, atque ita nomen corruptum est.

πρὸς τῆς γνάθου καὶ τοῦ ὀφθ.] Articulum ante ὀφθ. e codd. Parr. Littréus adscribit, ceteri omm.; πρό, quod Lind. dedit, et in pluribus libris habetur, hic ineptum est. Paulo post ἔνδοθι codicis C. lectio est a Littréo recepta pro vulg. ἔνδοθεν; non certus sum quid auctor dederit. Θύραζε item e cod. C. Littréus pro vulg. θύραθεν.

καὶ τὸ ἕλκος ἐκαθάρθη μὲν τό πλέον· ὅμως δὲ ἀπέθανε καὶ οὗτος πλείονα χρόνον βιούς.] Vulgo καὶ τὸ ἕλκος ἐκαθαρίσθη μὲν τὸ πλέον πρὶν αὐτὸν ἀποθανεῖν· ἀπέθανε δὲ καὶ οὗτος πλείονα χρόνον βιούς. In quibus cod. C. ἐκαθάρθη legit et pone ἀποθανεῖν fert ὅμως δὲ ἀπέθανε καὶ οὗτος πλ. χρ. β. Sed inepte infertur illud ὅμως δὲ ἀπέθανε, vel e vulg. lectione ἀπέθανε δὲ καὶ οὗτος, postquam dixerat πρὶν αὐτὸν ἀποθανεῖν. Mihi res sic se habere videtur: duplicem rursus habemus periodi conclusionem, alteram πρὶν αὐτὸν ἀποθανεῖν, alteram, quam servavi et in qua cum Littréo codicem C. sequor, sive autem huius, sive vulgatam lectionem sequaris, quod attinet ad duplicem sententiae conclusionem, res eodem redit.

5. Εὐρύδαμας.] Vulgo Πυρίδαμος. Calvus „Eurydamos,"

©BIUM

πνευμονίῃ δεκαταῖος ἤρχετο παρακόπτειν· ἰητρευόμενος δὲ κατενόησέ τε καὶ [1]τὰ πτύελα ἐγένετο καθαρώτερα καὶ, προχωρεούσης τῆς νούσου ἐπὶ τὸ βέλτιον, ὕπνος τε αὐτῷ [2]κατεχύθη πουλὺς καὶ τὰ ὄμματα ἰκτερώδεα [3]ἐγένετο καὶ ἀπέθανε πρὸς τὰς εἴκοσι ἡμέρας.

ς'. Ἐν Οἰνειάδῃσι ἀνὴρ νούσῳ εἶχετο· [4]ὁκότε ἄσιτος εἴη, ἔμυζε αὐτοῦ ἐν τῇ γαστρὶ ἰσχυρῶς καὶ ὠδυνᾶτο· καὶ ὅτε φαγόντι τὰ σιτία τριφθείη καὶ χρόνος ἐπιγένοιτο μετὰ τὴν βρῶσιν τοῦ σιτίου, μετ' οὐ πολὺ ταὐτὸ τοῦτο ἔπασχε. Καὶ ἔφθινε [5]τὸ σῶμα καὶ τροφὴ οὐχὶ ἐγένετό οἱ ἀπὸ τῶν σιτίων ἐσθίοντι καὶ ὑπεχώρεε ὁ σῖτος πονηρὸς καὶ ξυγκεκαυμένος. [6]Ὁκότε δὲ νεωστὶ βεβρωκὼς εἴη, αὐτὸν τοῦτον τὸν χρόνον ἥκιστα [7]ἔμυζε καὶ τὸ ἄλγος εἶχε αὐτόν. Οὗτος φάρμακα πίνων παντοδαπὰ καὶ ἄνω καὶ κάτω, οὐδὲν ὠφελέετο· φλεβοτομούμενος δὲ ἐν μέρεϊ ἑκατέρην τὴν χεῖρα, [8]ἕως ἔξαιμος ἐγένετο, ἔπειτα ὠφελήθη καὶ ἀπηλλάγη τοῦ κακοῦ.

ζ'. Εὐπόλεμος ἐν [9]Οἰνειάδῃσι ὠδυνᾶτο [10]ἰσχυρῶς ἰσχίον τὸ δεξιὸν καὶ τὸν βουβῶνα καὶ τὴν πλησίον ξυμβολὴν πρὸς τοῦ ἰσχίου ἀπὸ τοῦ βουβῶνος καὶ τοῦ ἰσχίου τὸ πρόσθεν. Τούτῳ αἷμα ἀφῃρέθη ἀπὸ τοῦ σφυροῦ πουλὺ πάνυ καὶ μέλαν καὶ παχύ· καὶ φάρμακον ἔπιε ἐλατήριον καὶ ἐκαθάρθη πολλά· καὶ ῥηΐων μέν τι ἐγένετο, αἱ δὲ ὀδύναι οὐκ

tione laborans decimo die delirare coepit, curatus vero ad se rediit et sputa puriora reddebantur, et morbo in melius tendente somnus ei multus affusus est et oculi aurigine tincti sunt et circa vigesimum diem mortuus est.

6. Vir quidam Oeneadis morbo tenebatur: quoties ieiunus erat, strepitus sensum in ventre vehementem sentiebat et dolorem; ciboque sumpto et contrito, ubi post cibi sumptionem tempus aliquod intercessisset, non longe postea idem sentiebat, corpusque contabescebat neque alimentum ex cibis sumptis percipiebatur, et per alvum demittebantur ciborum reliquiae pravae et exustae. At cum cibum recens devorasset, tum minime strepitum sentiebat, et dolor detinebat. Hic sumptis omne genus medicamentis tum sursum tum deorsum purgantibus, nihil allevabatur. Secta vero per vices utriusque manus vena, donec exsanguis fieret, tum demum allevationem et a malo liberationem sensit.

7. Oeneadis Eupolemus coxendicis dextrae dolore vehemente conflictabatur atque inguinis et propinquae coxendicis iuncturae, quae est ab inguine et anteriore coxendicis parte. Huic sanguis ex malleolo detractus est admodum multus, niger et crassus, epotoque medicamento alvum deorsum purgante, multum purgatus est, et melius quidem ei aliqua ex parte fuit. Dolores

[1] τά om. — [2] κατενίχθη. — [3] ἐγένοντο. — [4] ἱκέτην. — [5] τὸ σῶμα καὶ ἐτήκετο καὶ τρ. — [6] ἱκέτην. — [7] ἤμυζε. — [8] τέως. — [9] Οἰνιάδῃσι. — [10] ἰσχυρῶς om.

quod plures libri Parr. habent. Littréus e cod. C. veram nominis formam dedisse mihi visus est. Paulo post δέ pone κατενόησε in multis codd. Parr. omittitur.

τὰ πτύελα.] vulgo τά abest; e codd. revocavit Littréus.

προχωρεούσης τῆς νούσου.] Ceteri προχωρέουσα ἡ νοῦσος. — de meo debitum casum restitui. — Ad ὕπνος τε αὐτῷ κατεχύθη πουλύς cf. adnn. ad § 23. infra.

6. ἔμυζε αὐτοῦ ἐν τῇ γαστρί.] Vulgata h. l. ἔμυσε et infra, ubi iterum hoc verbum occurrit ἔμυζε. Lind., Littr. utroque loco ἔμυζε; codd. fluctuant inter ἔμυζε, ἔμυσσε, ἔμυξε altero loco. Calvus altero loco „murmur ventris" habet; Corn. „sugebat" reddit; Foës. „strepitum percipiebat;" Littréus „éprouvait de violents gargouillements." — Licet aor. ἔμυσα sit tum a μύειν, tum a μύζειν, in Oecon. Foës. tantam exemplorum vim collegit, quibus μύζειν eodem sensu, quo βοιβορύζειν alias usurpatur, occurrere docetur, ut hic etiam μύζειν auctorem nostrum velle et eodem sensu, satis constet. Citatur autem verbum illud apud Foës. e libris manifesto Cnidiae originis; quod autem infra in hac § legitur φάρμακα παντοδαπὰ καὶ ἄνω καὶ κάτω item Cnidiorum rationem et orationem sapit, cf. adnn. ad lib. de V. A., qualem edidi anno 1841. p. 105.

ὅτε φαγόντι τὰ σιτία τριφθείη.] Codd. plures τρεφθείη, sed inde nihil boni discis, τριφθείη unice verum est. Est autem τρίβεσθαι non accipiendum de comminutione ciborum, quae dentium ope fiat, sed de ea, quae in ventriculo contingat.

καὶ ἔφθινε τὸ σῶμα.] Delevi quod hic sequebatur καὶ ἐτήκετο, quippe manifesto glossema est in ἔφθινε τὸ σῶμα.

οὐχὶ ἐγένετο.] Sic. codd. plurimi Parr., ceteri οὐκ.

7. ἰσχυρῶς.] A Littréo e cod. C. additum est; ceteri non habent, nisi Calvus, qui „valde doluit."

μέν τι ἐγένετο.] Pro τι libri tres Parr. τοι, inter quos C.

©BIUM

ἐξέλιπον, ἀλλ' ἔμπυον [1] ἔσχε τό τε ἰσχίον καὶ τὴν κοχώνην καὶ τὸ ἀμφὶ τὸν βουβῶνα, ἅπερ ὠδυνᾶτο καὶ ἐπὶ πλέον· τὸ δὲ πῦον ἐγένετο πρὸς τὸ ὀστέον μᾶλλον ἢ [2] πρὸς τῆς σαρκὸς, κατὰ βάθος· καὶ ἐλελήθει χρόνον οὕτως ἔχων, ἕως πάνυ ἀσθενὴς ἐγένετο. Ἔπειτα ἐκαύθη [3] ἐσχάρας πάνυ πολλὰς, καὶ μεγάλαι ἐγένοντο καὶ πλησίαι ἀλλήλων καὶ πῦον ἐρρύη πουλὺ καὶ παχύ· καὶ ἔθανε ὀλίγῃσι ἡμέρῃσι μετὰ ταῦτα καὶ ὑπὸ μεγέθεος τῶν ἑλκέων καὶ πλήθεος καὶ ἀσθενείης τοῦ σώματος.

vero non cessabant, sed tum coxendicem, tum clunem, tum etiam inguinis loca suppuratio occupabat, ibique dolor erat intensior. Pus autem magis colligebatur ad os quam a parte carnis, in profundo; et aliquamdiu sic se habere ignoratus est, donec admodum debilis exstitit. Tandem crustis valde multis iisque magnis et densis inustus est, pusque multum et crassum effluxit, ac paucis diebus post interiit tum ex ulcerum magnitudine et multitudine, tum ex corporis debilitate.

Οὗτος ἐδόκεε ἂν, εἰ ἐτμήθη εὖρουν μίαν τομὴν καὶ [4] πρόστομον, καὶ ἀφίετο τὸ πῦον, καὶ, εἰ προσέδει τομῆς [5] ἑτέρης, πάλιν τομὴν εὖρουν, — ταῦτα παθὼν ἐν τῇ ὥρῃ ἐδόκεε ἂν ὑγιὴς γενέσθαι.

Hic, si ampla una sectione et acuto instrumento sectus fuisset et pus emissum et, si opus fuisset altera sectione, larga iterum sectus, haec si tempestive passus fuisset, videtur sanatus futurus fuisse.

η'. [6] Λύκων ἐν Οἰνειάδῃσι τὰ μὲν ἄλλα ταὐτὰ ἔπασχε, αἱ δὲ ὀδύναι καὶ ἐς τὸ σκέλος οὐ πάνυ διεφοίτων καὶ οὐκ ἐγένετο ἔμπυος, ὑγιὴς δὲ πολλῷ χρόνῳ· φάρμακα δὲ ἔπινε καὶ σικύας προσεβάλλετο καὶ ἐφλεβοτομεῖτο καὶ ἐδόκεε ῥᾴων [7] γίγνεσθαι ταῦτα πάσχοντι.

8. Lyconi Oeneadis in reliquis quidem eadem contigerunt, dolores tamen ad crus non admodum pervadebant, neque purulentus evasit, verum sanus longo intervallo. Medicamenta autem ebibit et cucurbitulae illi admotae sunt et vena secta, quae quum pateretur, melius habere videbatur.

θ'. Ἀθήνῃσι ἄνθρωπος ξυσμῷ εἴχετο πᾶν τὸ σῶμα, μάλιστα δὲ τοὺς ὄρχιας καὶ τὸ μέτωπον· εἴχετο δὲ πάνυ σφόδρα, καὶ τὸ δέρμα παχὺ ἦν καθ' ἅπαν τὸ σῶμα καὶ οἷόν

9. Athenis quidam pruritu totius corporis, praecipue tamen testium et frontis detinebatur. Vexabatur autem vehementer, cutisque crassa erat, ac qualis in lepra videri assolet, neque

[1] ἴσχει — [2] πρὸς τὸ τῆς σ. — [3] ἐσχάρας π. πολλαῖς. — [4] πρὸς τόμον ἀφίετο. — [5] ἑτέρης πάλιν. — [6] Λεύκων. — [7] γίνεσθαι.

καὶ τὴν κοχώνην.] κογχώνην cod. I. Littréus adnotat ad ξυμβολήν paulo ante obvium: „ἡ πλησίον ξυμβολὴ me parait ici synonyme de κοχώνη, qui se trouve un peu plus bas et qui signifie *la partie interne et superieure de la cuisse*." Daremberg edidit scholion Erotiani huc pertinens et quod olim mihi descripserat Cobetus, unde excerpo haec: οὐ γὰρ αἱ ὑπογλουτίδες εἰσὶ κοχῶναι, ἀλλὰ τὰ σφαιρώματα καλούμενα. σάρκες δέ εἰσιν αὗται περιφερεῖς, ἐφ' αἷς καθήμεθα. Itaque αἱ κοχῶναι sunt *nates*.

ἐκαύθη ἐσχάρας πάνυ πολλάς.] Est lectio cod. C., a Littréo recepta pro vulgata, quam e cod. V. enotavi. Operae pretium est conferre fragmentum Platonis Comici apud Gal. in Aph. 44. VII., ubi Cinesias proponitur

φθόης προφήτης ἐσχάρας κεκαυμένος
πλείστας ὑπ' Εὐρυφῶντος ἐν τῷ σώματι.

Notissimus est Euryphon Cnidius, itaque multus ille cauterii usus familiaris fuit medicis ex ea schola.

οὗτος — γενέσθαι.] Vulgata fert οὗτος ἐδόκεεν ἂν εἰ ἐτμήθη εὖρουν μίην τομὴν καὶ πρὸς τόμον ἀφίκετο (ἀφίετο Edd. antt. et multi libri scripti et Calvus) τὸ πῦον καὶ εἰ προσίδει τομῆς ἑτέρης ταμεῖν (πάλιν ταμεῖν cod. Voss.) εὖρουν ταῦτα παθὼν ἐν τῇ ὥρῃ ἐδόκεεν ἂν ὑγιὴς γενέσθαι. Littréus: „cette phrase parait, inquit, appartenir aux constructions nommées anacoluthes." Imo vero πρὸς τόμον, nam de singulis videndum erit, nihil est; sed una voce πρόστομον legere oportet: πρόστομος vulgo est *praeacutus*, sed a στόμα ductum et cum τομή iunctum erit *incisio larga, acuto instrumento facta*, unde pus facile effluat, ita ut fere idem quod εὖρουν valeat. Ante ἀφίετο, nam haec vera lectio est, copula καί periit. E lectione cod. Voss., quam Littréum e nullo Paris. enotare miror, coniicio pro πάλιν ταμεῖν εὖρουν legendum esse πάλιν τομὴν εὖρουν, qui accusativus pendebit ab ἐτμήθη initio periodi. Quod iam attinet ad ἐδόκεε ἄν in fine periodi e principio repetitum, id si non factum esset, non desideraremus, sed una cum ταῦτα παθὼν ἐν τῇ ὥρῃ tamen ab auctore profectum est, qui perspicuus esse volens periodum parum eleganter descripsit.

8. Φάρμακα δὲ ἔπινε.] Unus cod. ἔπιε. — et mox προσεβάλετο codd. Parr. 2. et Edd. antt.

καὶ ἐδόκεε κ. τ. λ.] Vulgata fert καὶ ἐδόκεε ῥᾴων γίνεσθαι ταῦτα πάσχοντι. Littr. ῥᾴων dedit et e cod. C. γενέσθαι, sed mihi aor. non praeplacet propter participium prae-

περ λέπρη τὴν πρόσοψιν· καὶ οὐκ ἂν ἐπέλαβες οὐδαμόθεν τοῦ δέρματος ὑπὸ τῆς παχύτητος· τοῦτον [1] οὐδὲν ἠδύνατο ὠφελῆσαι· ὑποβὰς γὰρ ἐς Μῆλον, ἢ τὰ θερμὰ [2] λοετρὰ, τοῦ μὲν κνησμοῦ ἐπαύσατο καὶ τῆς παχυδερμίης· ὑδρωπιήσας δὲ ἔθανε.

ι'. Ἀθήνῃσι ἄνδρα χολέρη ἔλαβε· ἤμει τε καὶ κάτω διήει καὶ ὠδυνᾶτο· καὶ στῆναι οὐκ ἠδύνατο οὔτε ὁ ἔμετος, οὔτε ἡ ὑποχώρησις· καὶ ἥ τε φωνὴ [3] ὑπελελοίπει· καὶ κινέεσθαι ἐκ τῆς κλίνης οὐκ ἠδύνατο· καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἀχλυώδεες καὶ ἔγκοιλοι ἦσαν· καὶ σπασμοὶ εἶχον [4] καὶ λύγξ· ἡ δ' ὑποχώρησις ἀπὸ τῆς κοιλίης πολλῷ [5] πλείων ἦν τοῦ ἐμέτου. Οὗτος ἔπιε ἐλλέβορον ἐπὶ φακῶν χυλῷ καὶ ἐπέπιε φακῶν χυλὸν ἕτερον ὅσον ἠδύνατο· καὶ ἔπειτα [6] ἀπήμεσε καὶ προσηναγκάσθη καὶ ἔστη αὐτῷ ἄμφω· ψυχρὸς δὲ ἐγένετο· ἐλούετο δὲ μέχρι τῶν αἰδοίων κάτω πάνυ πολλῷ, ἕως καὶ τὰ ἄνω διεθερμάνθη καὶ ἐβίω· τῇ δ' ὑστεραίῃ ἄλφιτα ἔπιε [7] λεπτὰ ἐφ' ὕδατι.

ια'. Ἐν Λαρίσσῃ γυναικὶ Γοργίου τὰ ἐπιμή-

ulla ex parte prae crassitudine apprehendi poterat. Hunc nihil iuvare potuit. In Melum enim, ubi balnea sunt calida, profectus, prurigine et cutis crassitudine liberatus est; hydrope tamen periit.

10. Quidam Athenis cholera correptus tum vomebat, tum infra demittebat et doloribus conflictabatur, ac neque vomitio, neque alvi deiectio sisti poterat, voxque defecerat, nec lecto moveri poterat. Oculi caligine obducti et cavi; convulsiones detinebant et singultus. Quod autem ex alvo secedebat, vomitione longe copiosius erat. Hic epoto veratro cum lenticulae succo, etiam insuper alterum lenticulae succum pro viribus ebibit, ac tandem post vomitum cibos comedere cogebatur et utraque evacuatio illi substitit. Perfriguit autem, sed calida multa admodum lotus est a pudendis deorsum, in tantum ut etiam superiora incalescerent, et superstes fuit. Postridie vero polentam sumpsit.

11. Gorgiae uxori Larissae menstruae purga-

[1] οὐδὲν ἐδύνατο. — [2] λουτρά. — [3] ἐπιλελείπει (sic). — [4] καί om. — [5] πλέον. — [6] ἐπήμησε. — [7] λεπτά.

sens πάσχοντι. Ceterum et ἐδόκεε ἧσσον γίγνεσθαι ταῦτα πάσχων et ἐδόκεε ἧσσον γίγνεσθαι ταῦτα πάσχοντι dici poterat, nec facile distinguimus, quid verum sit.

9. καὶ οὐκ ἂν ἐπέλαβες.] Ἀπέλαβες Littr. e codd. C. H.; vulg. ἀπέλαβεν, quod in Voss. etiam lego. Calvus etiam „prehendisses." — Sed non solum persona verbi in vulgata est emendanda, sed etiam praepositio; nam ἐπέλαβες, non ἀπέλαβες dedit auctor.

οὐδὲν ἠδύνατο ὠφελῆσαι.] Vulgo οὐδείς, sed Voss. mihi οὐδέν praebet, quod, licet e nullo Parr. adnotet Littréus, praefero.

λοετρά.] Hanc formam multi codd. Littréo praebuerunt et eadem habetur apud Erot. voce ξυσμῷ, ubi citatur ὑποβὰς γὰρ ἐς Μῆλον ἐς θερμὰ λοετρὰ, τοῦ μὲν κνησμοῦ ἐπαύσατο καὶ τῆς παχυδερμίας. κεῖται ὁ ξυσμὸς καὶ ἐν ἀφορισμοῖς. Cf. Aph. ult. sect. III. Ex Erotiani loco scripsi ὑποβὰς γάρ pro codicum lect. διελθὼν δέ. Puto Erotiani lectionem auctoris manum referre; sed simul patet ex eiusmodi locis non verum esse, quod nonnulli putare videntur, librarios semper pedetentim secutos esse libros, quos describerent.

ἥ τε φωνὴ ὑπελελοίπει.] Littréus ad vulgatum ὑπολελοίπει adnotat: „remarquez ὑπολελοίπει sans l'augment, aucun ms. ne le donne." Si melioribus codicibus scriptorem nostrum servatum haberemus, formae eiusmodi fidem haberem, nunc emendare praestat me iudice. Praeterea codicis Voss. lectio docet non omnia mss. eodem modo verbum legere.

10. καὶ σπασμοὶ εἶχον καὶ λύγξ· ἡ δ' ὑποχώρησις πολλῷ πλείων ἦν τοῦ ἐμέτου.] Vulgata lectio est καὶ σπασμοὶ εἶχον ὑπὸ τῆς κοιλίης, ἀπὸ τοῦ ἐντέρου λύγξ· ἡ δ' ὑποχ. κ. τ. λ. — Lind. in vulgata [καὶ] ἀπὸ τοῦ ἐντέρου. Cod. C. habet καὶ σπασμοὶ εἶχον ἐκ τῆς κοιλίης ἀπὸ τοῦ ἐντέρου ὁμοίως λυγγί. Littréus maximam partem codicem C. secutus καὶ σπασμοὶ εἶχον ἐκ τῆς κοιλίης· ἀπὸ τοῦ ἐντέρου ὁμοίως, λύγξ· κ. τ. λ. — Me iudice in cod. C. habemus lectionis vulgatae emendationem a descriptore aliquo illatam, sed quae fidem sibi non vindicet. In vulgata ὑπὸ τῆς κοιλίης ortum est ex ἀπὸ τῆς κοιλίης et ἀπὸ τοῦ ἐντέρου nihil est nisi glossema ad ἀπὸ τῆς κοιλίης adscriptum; ipsum vero illud ἀπὸ τῆς κοιλίης de sede sua aberravit et pone ἡ δ' ὑποχώρησις positum fuit ab auctore, qui simpliciter καὶ σπασμοὶ εἶχον καὶ λύγξ scripsit et addidit ἡ δ' ὑποχώρησις ἀπὸ τῆς κοιλίης πολλῷ πλείων ἦν τοῦ ἐμέτου. — Ego istis convulsionibus scilicet a ventre et singultui ab intestino nihil fidei adhibeo.

καὶ ἔπειτα ἀπήμεσε.] Vulgo ἐπήμεσε, unus liber ἤμεσε, cod. C. ἔπειτ' ἐξήμεσε. Me iudice ἀπήμεσε scripsit auctor, praecedens autem ἔπειτα fecit, ut ἐπήμεσε inferrent librarii. Quum ἔπειτα adponatur ἐπήμεσε minus congruum est.

καὶ προσηναγκάσθη.] Littréus ad h. l. adnotat: „Corn. et Foës. rendent προσηναγκάσθη par *et coacta sunt et adstricta ei ambo*. Ce mot signifie je pense, qu'on força le malade de prendre quelque chose, soit boisson, soit aliment. Voyez ἀναγκάζειν avec ce sens Aph. I. 19." Prorsus consentio, neque unquam alio modo hic accepi.

11. ἐν Λαρίσσῃ γυναικὶ Γοργίου κ. τ. λ.] Textus huius historiae in summa satis bene servatus est: in verbis διὰ τεσσάρων ἐτέων codicis C. fide διά om. Littréus. Non consentio: praepositio facile interire potuit ante numerum δ', neque abundat. Paulo inferius ἐπεκύησε Lind., Littr., pro ἀπεκύησε, quae plerorumque codd. est lectio, licet Foës.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 859 sur 880

©BIUM

νια[1] διὰ τεσσάρων ἐτέων ἴσχετο, πλὴν ὀλίγων πάνυ. ἐν δὲ τῇ μήτρῃ ἐφ' ὁκότερα ἂν κλιθῇ, σφυγμὸν παρεῖχε καὶ βάρος. Αὕτη ἡ γυνὴ ἐκύησε καὶ [2]ἐπεκύησε καὶ ἀπελύθη τὸ παιδίον ἐνάτῳ μηνί, ζῶον, θῆλυ, ἕλκος ἔχον ἐν τῷ ἰσχίῳ· καὶ τῶν ὑστέρων ἑπομένων καὶ αἵματος ῥεῦμα πουλὺ πάνυ [3]ἐπεγένετο καὶ τῇ ὑστεραίῃ καὶ τῇ τρίτῃ καὶ [4]τῇ τετάρτῃ καὶ θρόμβοι πεπηγότες καὶ πυρετὸς [5]εἶχε μέχρις ἡμερέων δέκα τῶν πρώτων· καὶ ὑπεχώρεε τὸ λοιπὸν αὐτῇ αἷμα ἐρυθρόν· καὶ ᾤδεε τὸ πρόσωπον ἰσχυρῶς καὶ τὰς κνήμας καὶ τὼ πόδε καὶ τὸν ἕτερον μηρόν· καὶ σιτία οὐ προσίετο· δίψος δὲ εἶχε ἰσχυρόν· καὶ τὸ ψυχρότατον ὕδωρ ξυνέφερε, οἶνος δὲ οὐδαμῶς· ἡ δὲ γαστὴρ μετὰ τὸ πρῶτον παιδίον ὀλίγῳ μέν τινι ἐλαπάχθη, πάνυ δὲ [6]οὐ ξυνέπεσε, ἀλλὰ σκληροτέρη ἦν, ὀδύνη δὲ οὐ προσῆν. Τεσσαρακοστῇ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς πρώτης ἐξέπεσε τὸ ἐπικύημα, σάρξ· καὶ ἡ γαστὴρ ξυνέπεσε καὶ τὰ οἰδήματα πάντα καὶ [7]τὸ ῥεῦμα τὸ λεπτὸν καὶ τὸ αἷμα τὸ ὄζον, καὶ ὑγιὴς ἐγένετο.

tiones quatuor annis suppressae erant, praeter valde paucas. Utero autem, quamcumque in partem se inclinasset, pulsus atque gravitatis sensum praebebant. Foetum concepit haec mulier et supra alterum, emissaque est in lucem nono mense puella viva in coxendice ulcus habens, ac secundarum exitu consequente copiosus admodum sanguinis fluxus item successit, postridieque et tertio et quarto etiam sanguinis grumi coacti. Febris eam decem primis diebus detinuit, ac in posterum ei sanguis ruber prodiit. Facies, tibiae, pedes ambo et femur alterum vehementer tumescebant. Cibos aversabatur, siti vero vehementi torquebatur, ac maxime frigida conferebat, vinum autem nullo modo. Venter excluso primo foetu exiguo quidem momento remollitus est, plane autem non concidit, sed durior perseverabat, verum citra dolorem. Quadragesimo vero a primo die, quod postea conceptum erat excidit, caro quaedam: et venter concidit tumoresque omnes, fluxusque tenuis et sanguis olens prodiit, ac convaluit.

ιβ'. Γυνὴ ἐν Φερῇσι περιωδύνεε κεφαλὴν πουλὺν χρόνον καὶ οὐδεὶς οὐδὲν ἠδύνατο ὠφελῆσαι, οὔτε καθαιρομένη τὴν κεφαλήν, ῥῆϊστη δὲ ἐγένετο, ὁκότε τὰ ἐπιμήνια εὐχερῶς οἱ [8]ἴοι. Αὕτη ὁκότε [9]περιωδυνοῖ τὴν κεφαλήν, προστιθέμενα προσθετὰ εὐώδεα πρὸς τὴν μήτρην ὠφέλει καὶ ἀπεκαθάρθη ὀλίγον τι· καὶ ὅκοτε ἐκύησε, ἐξέλιπον αἱ ὀδύναι τὴν κεφαλήν.

12. Pheris mulierem ingens capitis dolor diu tenuit, quem neque quisquam quidquam levare potuit, neque purgato capite optime habebat, sed cum menstrua ei expedite prodibant. Haec in intenso capitis dolore pessis odoratis ad uterum appositis allevabatur et aliqua ex parte purgata est, cumque concepisset, caput doloribus levatum est.

ιγ'. [10]Γυναικὶ ἐν Λαρίσσῃ κυούσῃ τῷ δεκάτῳ

13. Larissae mulier praegnans decimo mense

[1] δι' ἐτέων. — [2] ἀπεκύησε, ut cett. mss. — [3] ἐγένετο. — [4] τῇ h. l. om. — [5] εἶχε δέκα ἡμερέων τῶν πρ. — [6] καὶ οὐκ ἐξενέτεισε (sic). — [7] τὸ ῥεῦμα λευκόν. — [8] ἧει. — [9] περιοδύνη. — [10] γυνὴ ἐν Λ. κύουσα τῷ δ. μ. αἷμα ἐχώρεεν αὐτῇ πουλύ.

adnotet se in quibusdam exemplaribus ἐπικύησε legisse: „quod, inquit, postea scribatur ἐξέπεσε τὸ ἐπικύημα." Certum est ἐπεκύησε propter sequens ἀπελύθη a librariis in ἀπεκύησε mutatum esse. Ante ὑπεχώρει Littréus καί adscripsit e libris pluribus Pariss. et Aldo. De suo Littr. τὸ ῥεῦμα τὸ λεπτόν, libris tantum τὸ ῥεῦμα λεπτόν ferentibus; — consentio.

καὶ τῶν ὑστέρων ἑπομένων.] De meo genitivum dedi; ceteri omnes τὰ ὕστερα ἑπόμενα.

12. οὔτε καθαιρομένη τὴν κεφαλήν.] In vulgata hic τήν om., sed habetur in edd. antt.; sed nemo interpretum, neque Corn., Foës., Littr. structuram loci recte cepit. Vertunt omnes, quasi scriptum esset καὶ οὐδεὶς οὐδὲν ἠδύνατο ὠφελῆσαι, οὔτε καθαιρομένη ἡ κεφαλή, aut καθαιρομένην τὴν κεφαλήν. Sed in loci scriptura, qualem libri nobis tradunt, alio modo est interpungendum quam illi fecerunt: iungendum est οὔτε καθαιρομένη τὴν κεφαλήν, ῥῆϊστη δὲ ἐγένετο ὁκότε κ. τ. λ. Nimirum explenda est ellipsis hoc modo οὔτε καθαιρομένη τὴν κεφαλὴν ῥῆϊον ἐγένετο, ῥῆϊστη δὲ ἐγένετο, ὁκότε κ. τ. λ. Pro optativis, quos unde dederit, non adnotat Littréus, sed qui omnino praestant, vulg. ἧει et περιωδύνει. Lindanus προστιθεμένη προσθετὰ εὐώδεα πρὸς τὴν μήτρην ὠφέλει. Itaque participium de suo ita scripsit; puto autem eum sibi visum esse ὠφελεῖτο pro ὠφέλει legere, nam ceteroquin non intelligo, qui femininum singulare dare potuerit.

13. γυναικὶ — ἐχώρεε πουλύ.] Ceteri γυνὴ ἐν Λ. κύουσα

©BIUM

μηνὶ αἷμα ἐχώρεε πουλὺ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας, [1] πλεῖστον δὲ τὰς τρεῖς, τὰς πρὸ τοῦ παιδίου τῆς ἀπολύσιος. Τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ [2] ἐξέπεσε ἐκ τῆς γαστρὸς τὸ παιδίον τεθνεὸς, ἔχον τὸν δεξιὸν βραχίονα προσπεφυκότα τῇ πλευρῇ· καὶ τὸ χορίον τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ τῆς νυκτὸς τὴν αὐτὴν ὥρην ὡς ὅτε τὸ παιδίον· καὶ τὰ λευκὰ [3] ἔπειτα μετὰ ταῦτα ἐχώρεε τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας μετρίως τι πολλά· μετὰ δὲ τοῦτο πυρετὸς ἔλαβε δύο ἡμέρας καὶ [4] δύο νύκτας καὶ ὠδυνᾶτο τὴν γαστέρα πᾶσαν καὶ τὰ ἰσχία, τὸ δὲ ἧτρον μάλιστα .....

copiosum sanguinem quatuordecim diebus demisit, plurimum tamen tribus potissimum diebus, antequam puer in lucem ederetur. Decimoquarto puer mortuus utero excidit, cuius brachium dextrum lateri adhaerescebat. Tertio die noctu eadem hora cum puer prodiit secundae et purgamenta alba deciderunt, ac deinceps tribus diebus et noctibus multa quodammodo prodierunt. Posthaec febris duobus diebus ac totidem noctibus tenuit, dolorque totum ventrem et coxendices, maximeque imum ventrem vexavit ....

ιδ'. Ἐν Λαρίσσῃ Ἱπποσθένης περιπνευμονίῃ ἐδόκεε τοῖσι ἰητροῖσι ἔχεσθαι, ἦν δὲ οὐδαμῶς· [5] ἀρχὴ μὲν, παλαίων ἔπεσε σκληρῷ χωρίῳ ὕπτιος καὶ ἐπενέπεσε αὐτῷ [6] ὁ ἀντίπαλος· καὶ [7] ἐλούσατο ψυχρῷ καὶ ἐδείπνησε καὶ ἐδόκεε βαρύτερος [8] γενέσθαι. Τῇ δ' ὑστεραίῃ ἐπύρεξε καὶ βὴξ ἔσχε ξηροτέρη καὶ τὸ πνεῦμα πυκνὸν [9] ἦν. Πεμπταῖος δὲ αἱματῶδες ἐχρέμψατο, οὐ πουλύ· καὶ παρακόπτειν ἤρχετο· ὀκότε βήσσοι τότε, ὠδυνᾶτο τὰ στήθεα καὶ τὸν νῶτον. Ἑκταίῳ δὲ αἷμα ἐρρύη ἐκ τῶν ῥινῶν πταρέντι, ὅσον τέσσαρες κοτύλαι πρὸς τὴν ἑσπέρην, οὔτε ἐφθέγγετο, οὔτε ἠσθάνετο οὔτε ἔργου, οὔτε λόγου. Ἑνδεκαταῖος δὲ ἔθανε. Τὰς δὲ πέντε ἡμέρας, τοτὲ μὲν [10] ἔμφρων ἦν, τοτὲ δὲ οὔ· ἐγένετο καὶ ἀπύ-

14. Larissae Hipposthenes pulmonis inflammatione medicis detineri, falso tamen, videbatur. Principium quidem hoc erat: lucta se exercens duro in loco supinus cecidit, superincidente ei adversario, et lavit se frigido, coenam sumpsit et gravior sibi videbatur. Postridie vero febris et tussis siccior eum tenebat et spiratio erat crebra. Quinto autem die cruentum paucum screavit et delirare coepit. Cum tussis eo tempore urgeret, pectus et dorsum dolor infestabat. Sexto postquam sternutasset, sanguis ex naribus effluxit ad quatuor fere heminas sub vesperam, neque loquebatur, neque quid fieret, aut quid diceretur sentiebat. Undecimo mortuus est. Quinque autem diebus quandoque bene sentiebat, quandoque vero minime, febre liber

[1] ἐλεῖπον (sic). — [2] ἐξέπνευσε (sic) τὸ π. ἐκ τῆς γ. τεθν. — [3] ἔπειτα — πολλά om. — [4] ν. δύο. — [5] ἀρχῇ. — [6] ὁ ἀντιπ. non habent cett. — [7] ἐλοῦσα τῷ. — [8] sic etiam V. — [9] ἦν om. cett. — [10] εὔφρων ἦν ὅτε δὲ οὔ.

τῷ δεκάτῳ μηνὶ αἷμα ἐχώρεεν αὐτῇ πουλύ. Iam saepius in hoc libro tum etiam in ceteris libris Epidd. talem structuram vidimus, quae orta est e principiis historiarum confusis cum inscriptionibus earum, ita ut monstrum periodi nasceretur. In cod. C. adeo αὕτη scriptum, ita ut librarius iungeret ἐχώρεε αὕτη αἷμα πουλύ, quasi ἐχώρεε hic esset transitivum.

μετρίως τι πολλά.] Littréus τι πολλά omisit cod. Par. D. auctoritate; ibi tamen potius a librario omissum, quam in reliquis libris ab iis additum videtur, neque non Graecum est μετρίως τι πολλά. In fine huius historiae lacunae signa notavi, quia enarratio non absolvitur; de exitu morbi nihil dicitur.

14. ἀρχὴ μὲν, παλαίων κ. τ. λ.] Edi solet ἀρχῇ, quod auctorem voluisse non credo, neque enim initio morbi lucta illa fiebat, sed ipsa principium erat casus totius, itaque ἀρχὴ μέν scripsisse mihi videtur. Gal. lib. de Dyspn. ἀρχὴν δέ excitat.

καὶ ἐπενέπεσε αὐτῷ ὁ ἀντίπαλος.] Cett. non habent ὁ ἀντίπαλος, quod de meo supplevi. Licet enim interpretes non sint falsi in loci expositione, non credo ellipsin, qualis in vulgato textu habetur, admitti posse; potius periisse opinor quod supplevi.

καὶ ἐδόκεε βαρύτερος γενέσθαι.] Vulgo γίνεσθαι; aoristus vero ita requiri mihi videbatur, ut eum inferrem, vel antequam videram plerosque codd. Parr. et Galenum l. l. et cod. Voss. eum re ipsa ferre.

καὶ τὸ πνεῦμα πυκνὸν ἦν.] De meo ἦν adscripsi; ceteri referunt τὸ πνεῦμα ad ἔσχε, sed non memini alicubi dici πνεῦμα πυκνὸν ἔχει αὐτόν.

ὀκότε βήσσοι τότε, ὠδυνᾶτο τὰ στ. κ. τ. λ.] Gal. citat ὀκότε δὲ βήσσοι, ὠδυνᾶτο τὰ στ. καὶ τὰ νῶτα. Quodsi iam solitam interpunctionem loci conferas, ὀκότε βήσσοι, τότε ὠδυνᾶτο κ. τ. λ., Galeni lectio utique praestaret. Sed mihi interpungendum videtur pone τότε, ut haec particula indicet morbi tempus, quo cum dolore tussiret; ceteroquin abundat et inepte infertur, sed τότε hic est τῇ πέμπτῃ.

τοτὲ μὲν ἔμφρων ἦν, τοτὲ δὲ οὔ.] Littr. ἔμφρων e cod

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 861 sur 880

©BIUM

ρετος· σίαλον δὲ οὐδὲν ἀπεχώρεε, οὐδὲ [1]ῥέγχος εἶχε, οὐ γὰρ ἦν σίαλον.

ιε'. [2]Σκαμάνδρῳ ἐν Λαρίσσῃ ἰσχίον ἐσφακέλισε καὶ ὀστέον [3]ἀφεστηκὸς ἦν χρόνιον· ὁ δὲ ἐτμήθη τομὴν μεγάλην καὶ πρὸς [4]τοῦ ὀστέου καὶ ἔπειτα ἑκάῃ. Τότε [5]δὲ, ἡμέρῃ δωδεκάτῃ μετὰ τὴν τομὴν, ἤρξατο σπασμὸς καὶ εἶχε μᾶλλον ..... [6]ἐσπᾶτο δὲ τὸ σκέλος [7]τοῦτο μέχρι τῶν πλευρῶν· διεφοίτα δὲ καὶ ἐπὶ [8]θάτερα ὁ σπασμός· ξυνεκάμπτετο δὲ τὸ σκέλος καὶ ἐξετείνετο καὶ τἆλλα μέλεα ἐκίνει καὶ αἱ γνάθοι ἐπάγησαν· οὗτος ἔθανε σπώμενος ὀγδόῃ μετὰ τὴν τοῦ σπασμοῦ ἐπίληψιν. Ἐθεραπεύετο δὲ χλιάσμασι ἀσκίοισι καὶ πυρίῃσι ὀρόβων ὅλον τὸ σῶμα καὶ ὑπεκλύσθη καὶ ὑπῆλθε [9]παλαιὴ κόπρος ὀλίγη· καὶ τὸ κατακορὲς φάρμακον ἔπιε καὶ προσκατέπιε ..... καὶ [10]ὑπῆλθε μὲν ..... οὐδὲν [11]δὲ ἀπὸ τοῦ καταπότου ὠφελήθη καὶ ὕπνος ὀλίγος ἦλθε· καὶ αὖθις πιὼν τὸ κατακορὲς ἑσπερινὸς ἡλίου ἀνιόντος ἔθανε. Ἐδόκεε δ' ἂν πλείονα χρόνον διενεγκεῖν, εἰ μὴ κατὰ τοῦ Φαρμάκου τὴν ἰσχύν.

erat. Sputum vero nullum excernebatur, neque stertor detinuit, quoniam sputum non aderat.

15. Larissae Scamander coxendicem sideratam habuit et os longo tempore ei abscessit. Hic post magnam sectionem etiam ad os ipsum denique inustus est. Ac tum duodecimo post sectionem die convulsio coepit, ac magis detinuit..... convulsione autem tentabatur crus illud ad latera usque, quae ad alteram etiam partem perveniebat. Crus autem contrahebatur et extendebatur ceteraque membra movebat et maxillae riguerunt. Hic octavo post convulsionis insultum die, convulsione periit. Utriculis vero concalefactis ex ervo ad curationem totum corpus fovebatur et ex infuso per clysterem nonnihil veteris stercoris prodibat. Ac medicamentum purgans quod *saturatum* dicitur ebibit et superdeglutivit..... Ac per alvum secessit quidem....., sed ex bolo nihil levamenti sensit et somnus parvus venit. Rursusque epoto sub vesperam remedio *saturato* sub ortum solis mortuus est. Atque diutius morbum sufferre potuisse videbatur, ni vis medicamenti obstitisset.

[1] ῥίγος. — [2] Σκάμανδρος. — [3] ἀφεστηκὸς sine ἦν. — [4] τὸ ὀστέον. — [5] δὲ abest. — [6] ἐσπάσθη. — [7] τοῦτο abest. — [8] θάτερον. — [9] πάλιν ἡ. — [10] ὑπῆλθε. — [11] δὲ om.

C. pro vulgato εὔφρων; etiam cod. Marcianus ἔμφρων. Ceterum τότε — τότε vulgata, quod in Kühniana et Littréi editione scriptum, uti item exhibeo. Alii codd. posteriore loco idem legunt, quod codex Voss.

15. Σκαμάνδρῳ — καὶ ὀστέον ἀφεστηκὸς ἦν χρόνιον.] In his de meo nomen proprium, quod in libris cett. nominativo legitur, dandi casu descripsi, tum de meo ἀφέστηκε effeceram e librorum lect. ἀφεστηκός, neque enim participium apte per se ponitur, sed postea malui ἀφεστηκὸς ἦν cum Lindano dare, quum iam aliis locis ἦν periisse animadvertimus. Sed operae pretium est tenere vulgatam habere καὶ ἰσχίον, Lindanum τὸ ἰσχίον; illud καί ante ἰσχίον non paucorum librorum fide omisit Littréus, quem secutus sum, sed non licet negligere forte in hac historia, quae aliis quoque locis lacunas habet, καί esse posse indicium lacunae, quae hic adsit, et facile fieri posse, ut edere oporteat Σκάμανδρος ἐν Λαρίσσῃ ..... καὶ ἰσχίον κ. τ. λ.

τότε δὲ, ἡμέρῃ κ. τ. λ.] De meo δέ adscripsi; rerum nexus postulat et pone τότε facile interire potuit.

καὶ εἶχε μᾶλλον.....] Sine dubio hic deëst significatio partis, quam convulsio tetigerit; fuit autem σκέλος alterutrum, quod seqq. docent.

ἐσπᾶτο.] Hoc latet in vulgato ἐσπάσατο, quod absurdum est. Mirum ni in libris Parr. ἐσπάσθη occurrat, uti in Voss., qui cum pluribus Parisinis congruere solet. Esset autem ἐσπάσθη prae coniectura praeferendum, nisi tot imperfecta essent vicina; certum est aoristum medii constare hic non posse. Pro τὸ σκέλος, quod sequitur, Marcianus cod. τὸ σκέλεος legit.

καὶ προσκατέπιε....] Lind. hic dedit καὶ [κατάποτον] προσκατέπιε .... Littréus id adnotans sequitur cod. C., qui προσκατέπιε omittit. Iam vero ad h. l. nihil eiusmodi mihi annotavit Cobetus e cod. Marciano, quem diligenter contulit et qui utplurimum cum Parisino C. consentit. Certum autem lacunae indicium est illud καὶ προσκατέπιε, eamque notare malui, quam cum Lindano κατάποτον supplere, quum forte etiam quodnam κατάποτον devoraverit aeger, auctor annotaverit. Quin pone ὑπῆλθε μέν, quod Marc. etiam legit pro ἐπῆλθε μέν vulgatae, deëst significatio eius, quod per alvum decesserit, ita ut ibi quoque lacunam notaverim. At e verbis οὐδὲν δὲ ἀπὸ τοῦ καταπότου ὠφελήθη καὶ ὕπνος ὀλίγος ἦλθε efficio. illud κατάποτον fuisse saltem remedium ὑπνικόν. Id ipsum autem forte nomine proprio indicatum fuit, sicuti τὸ κατακορές, quod manifesto est, ut ita dicam, nomen proprium remedii purgantis. Id certe efficio e sequentibus αὖθις πιὼν τὸ κατακορὲς ἑσπερινός, ubi ἰσχυρόν pone κατακορές pro glossa delevi. Nisi certe τὸ κατακορές sit nomen proprium remedii, exspectaveram καί τι κατακορὲς φάρμακον ἔπιε. — Advertit me δέ pone οὐδέν in multis libri Parr. omitti, etiam in C. et Marciano. Sitne forte haec res indicio aliarum corruptelarum, non satis discerno; videant alii quoque! Ἐδόκεε pro vulgato ἐδόκει initio postremae periodi huius capituli e Marciano scripsi.

ις'. Ἱπποκόμος [1] Παλαμήδεος ἐν Λαρίσσῃ ἐνδεκαετὴς, ἐπλήγη κατὰ τοῦ μετώπου ὑπὲρ τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιὸν ὑφ' ἵππου, καὶ [2] ἐδόκεε τὸ ὀστέον οὐχ ὑγιὲς εἶναι καὶ [3] ἐπίδυε ἐξ αὐτοῦ ὀλίγον αἷμα. Οὗτος ἐπρίσθη μέγα [4] μέχρι τῆς διπλόης καὶ ἰητρεύετο οὕτως [5] ἔχον τὸ ὀστέον, ὃ καὶ πρισθὲν [6] αὐτίκα ἐξεπύεε ἐπιεικέως. Οἴδημα παρὰ τὸ οὖς ἤρξατο καὶ πυρετὸς καὶ ῥῖγος· [7] καὶ ἡμέρῃ .... μᾶλλον ᾠδίσκετό τε καὶ ὠδυνᾶτο τὸ οἴδημα καὶ ἐπύρεσσε ἀρχόμενος ἐκ ῥίγεος· καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ᾠδησαν καὶ τὸ μέτωπον καὶ ἅπαν τὸ πρόσωπον. ἔπασχε δὲ ταῦτα ἐπὶ δεξιὰ μᾶλλον τῆς κεφαλῆς, παρῆλθε δὲ καὶ ἐς τὰ ἀριστερὰ τὸ οἴδημα· οὐδὲν οὖν τοῦτο ἔβλαπτε· τελευτῶν δὲ πυρετὸς ξυνεχὴς ἔσχε ἧσσον· ταῦτα ἦν μέχρις ἡμερέων ὀκτώ. Ἐβίω δὲ καυθεὶς καὶ καθηράμενος διὰ καταπότου καὶ περιπλασσόμενος τὸ οἴδημα· τὸ δὲ ἕλκος τῶν κακῶν οὐδὲν αἴτιον ἦν.

16. Larissae Palamedis equiso undecim annos natus ab equo in fronte supra oculum dextrum feriebatur et ad os vitium pervenisse videbatur ex eoque modicus sanguis prosiliebat. Hic magnam sectionem ad diploën usque pertulit, osque ita se habens curabatur, quod etiam postquam sectum erat statim modice suppuravit. Circum aurem tumor fieri coeptus est et febris et rigor accessit; dieque..... tumor magis auctus est et doluit; et febricitavit a rigore orsus et oculi tumuerunt et frons ac facies tota. Haec autem dextra capitis parte fere contigerunt; pervasit tamen tumor etiam ad sinistram, sed hic nullam noxiam attulit. Tandem vero febris continua remittebat. Ista acciderunt usque ad diem octavum. Post inustionem autem et medicamenti devorati ope factam purgationem et illitum tumori medicamentum superstes fuit. At vero malorum causa nullo modo ad ulcus referenda erat.

[1] ἐπαλαμήδεος. — [2] sic V. — [3] ἐπήδα. — [4] μέχρι om. — [5] ἴχων. — [6] αὐτίκα τὸ ὀστέον ἔσκυεν (sic). — [7] καὶ ἡμέρῃ μᾶλλον.

16. καὶ ἐπίδυε ἐξ αὐτοῦ ὀλίγον αἷμα.] Codd. h. l. ἐπήδα. Heringa p. 112. recte huc retulit glossam Erotiani ἐπέδυεν· ἐπεδιέρρει καὶ διεπήδα. Minus feliciter ἐπέδυεν h. l. illatum, s. potius ἐπέδυ legere voluit. Recte Littréus ἐπίδυεν intulit in textum; id enim latet in Erotiani ἐπέδυεν.

οὗτος ἐπρίσθη μέγα μέχρι τῆς διπλόης καὶ ἰητρεύετο οὕτως ἔχον τὸ ὀστέον, ὃ καὶ πρισθὲν αὐτίκα ἐξεπύεε ἐπιεικέως. Οἴδημα παρὰ τὸ οὖς ἤρξατο καὶ πυρετὸς καὶ ῥῖγος· καὶ ἡμέρῃ .... μᾶλλον ᾠδίσκετό τε καί ὠδυνᾶτο τὸ οἴδημα κ. τ. λ.] Vulgata in hisce habet ὃ καὶ πρόσθεν αὐτίκα τὸ ὀστέον ἔκνεν ἐπὶ εἴκοσι οἴδημα κ. τ. λ. In paulo superioribus codd. fluctuant inter ἔχον, quod vulgata, et ἔχων, quod alii libri ferunt. Ad ἔκνεν Littréus ex uno cod. K. ἔκηεν adnotat, ego e cod. Voss. ἔσκυεν hausi. Littréus locum sic constituit: οὗτος ἐπρίσθη μέγα μέχρι τῆς διπλόης καὶ ἰητρεύετο οὕτως ἔχων τὸ ὀστέον, ὅ καὶ πρισθὲν αὐτίκα τὸ ὀστέον ἔκηεν. Ἐπὶ εἴκοσι κ. τ. λ. Adnotat autem: „le texte de vulg. est altéré, Corn. traduit: *quod etiam antea statim os peperit;* Foës.: *quod etiam antea illico os utero gestabat.* Ces deux traductions sont inintelligibles. C'est αὐτίκα, qui m'a mis sur la voie de la correction, que je propose: αὐτίκα indiquait quelque chose, qui s'était passé immédiatement, sans doute, après l'accident; l'individu avait été trépané; des lors il fut facile de lire πρισθέν au lieu de πρόσθεν. Quant à ἔκηεν, il est employé ici dans un sens analogue à celui qu'a κατακαίει dans le livre *des Plaies de tête:* καὶ τὸ ὀστέον ἐκθερμαίνων καὶ ἀναξηραίνων κατακαίει, le trépan, échauffant et dessechant l'os, le brule t. III. p. 259. J'ai indiqué t. III. avertissement p. XXIII. les rapports que cette observation de Ep. V. a avec le traité *des Plaies de tête.* L'os contus fut trépané jusqu'au diploé; il fut traité, c'est à dire desséché par les médicaments (ἀναξηραίνεται ὑπὸ φαρμάκων τῶν πλείστων, *des Plaies de tête* t. III. p. 246.); la table supérieure de l'os, ἡ ἄνωθεν μοῖρα (ib. p. 250) se détacha, la plaie ayant passé par la suppuration et s'étant mondifiée (εἴ τις τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα διάπυον ποιήσας καθαρὸν ποιήσεται, ib.) c'est là le sens qu'a ici ἔκηεν." — Contra hanc adnotationem, in qua vere dixit Littréus textum vulgatum esse corruptum, neque intelligere quemquam posse Cornarii et Foësii interpretationes, obiiciam, eum, licet verissime πρισθέν pro πρόσθεν legat, textum tamen ita constituisse, ut sanum sensum ex eo elicere nequeas, quod non pauca eorum, quae in adnotatione sunt tradita, subvertit. Quis, quaeso, intelligit καὶ ἰητρεύετο οὕτως ἔχων τὸ ὀστέον, ὃ καὶ πρισθὲν αὐτίκα τὸ ὀστέον ἔκηεν? Quid erit subiectum transitivi ἔκηεν? Vides sententiam claudicare et ineptam esse! Nolo diutius his insistere, videamus num alio modo corruptis succurrere liceat! In vulgata lectione καὶ ἰητρεύετο οὕτως ἔχον τὸ ὀστέον, ὃ καὶ πρόσθεν αὐτίκα τὸ ὀστέον ἔκυεν primum quidem τὸ ὀστέον pone αὐτίκα otiose invectum est a librariis; tum cod. K. lectio ἔκηε pro ceterorum ἔκυε correctio forte est, sed si est, prava est. Latet in ἔκυε non aliud quid quam ἐπύεε, cuius verbi $\overline{\pi}$ in $\overline{\kappa}$ abiit, ita ut e toto ἔκυε efficerent; quin codicis Voss. lectio ἔσκυε me potius ad compositum ἐξέπυεε perducit. De πρισθέν pro πρόσθεν legendo me cum Littréo consentire iam supra significavi; sed neque ἐπὶ εἴκοσι congruum est h. l.: si eiusmodi temporis definitionem auctor voluisset, περὶ τὰς εἴκοσι, aut περὶ τὴν εἰκοστήν scripsisset, sed ἐπὶ εἴκοσι nihil est, nisi ἐπιεικῶς, forte Ionicum ἐπιεικέως. In sequentibus pone ἡμέρῃ notavi lacunam, quia diei, quo tumor augeretur, numerus interiit. In postremis loci citati vulgo ᾠδίσκετο καί, sed Marc. solus ᾠδίσκετο δὲ καί; inde τε καὶ scripsi.

τελευτῶν δὲ πυρετὸς ξυνεχὴς ἔσχε ἧσσον.] Sic recte Littréus interpunxit; reliqui nescio quo modo ἧσσον ad seqq. inferunt, unde Lindani ἧσσον [δὲ] ταῦτα et Cornarii et Foësii falsae interpretationes.

καὶ καθηράμενος διὰ καταπότου] καὶ καθηράμενος αὐτὸ καταποτου Marcianus.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 863 sur 880

©BIUM

ιζ'. Ἐν Λαρίσσῃ Θεοφόρβου παῖς ἐλέπρα τὴν κύστιν καὶ διούρει γλίσχρον καὶ ὠδυνᾶτο καὶ ἀρχόμενος [1] καὶ τελευτῶν τῆς οὐρήσιος καὶ ἔτριβε τὸ πόσθιον. Οὗτος [2] πιών τι διουρητικὸν δριμὺ ἐς μὲν τὴν κύστιν οὐδὲν ἐχώρησε, ἐξήμεσε δὲ συχνὸν πυῶδες καὶ χολὴν καὶ κάτω ἕτερα τοιαῦτα διεχώρεε καὶ ὠδυνᾶτο τὴν γαστέρα καὶ ἐκαίετο ἔνδοθεν, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ψυχρὸν ἐγένετο καὶ παρελύθη [3] ὅλος καὶ προσδέχεσθαι οὐδὲν ἤθελε. Τούτῳ ἠλκώθη [4] ἡ κοιλίη ἰσχυρῶς ὑπὸ ἰσχύος τοῦ φαρμάκου ἄγαν· [5] ἀπέθνησκε δὲ μετὰ τὴν πόσιν τριταῖος.

17. Theophorbi filio Larissae vesica foeda scabie, lepram vocant, laboravit et glutinosam urinam reddebat, in eaque reddenda circa initium et finem dolore divexabatur et mentulam confricabat. Hic quum acre medicamentum urinam promovens bibisset, ad vesicam nihil quidem secessit, sed vomitione pus multum et bilem reddidit, ceteraque eiusdem generis per alvum demittebat. Venter dolore conflictabatur et intus ardoris sensus percipiebatur. Reliquo vero toto corpore perfrixit et exsolutus est, neque quidquam assumere voluit. Huic medicamenti vis nimia ventriculum vehementer admodum exulceravit, quo epoto tertio postea die exstinctus est.

ιη'. Γυνὴ Ἀντιμάχου ἐν Λαρίσσῃ ἐκυΐσκετο ἡμέρας ὡς πεντήκοντα καὶ ἠσίτεε τόν τ' ἄλλον χρόνον καὶ ἡμέρας [6] ἑπτὰ τὰς ὑστέρας καὶ ὠδυνᾶτο τὴν καρδίην καὶ πυρετὸς [7] ἐπελάμβανε. Οὐχ ὑπεκεχωρήκει τοῦ χρόνου τούτου· ταύτῃ ἐδόθη ἐλατήριον κατάποτον ἰσχυρότερον τοῦ δέοντος καὶ ἀπήμεσε χολὴν ξυγκεκαυμένην ὑπό τε τῆς ἀσιτίης καὶ τοῦ πυρετοῦ, — καὶ γὰρ οὐδὲ ποτῷ ἐχρῆτο οὐδενὶ, — ὀλίγην δέ. καὶ ἀπήμεσε [8] βιαίως καὶ θρομβώδεα· κἄπειτα ἠσᾶτο καὶ .... ἠφίει

18. Larissae Antimachi uxor fere quinquaginta dies uterum gestabat et reliquo tempore cibos fastidiebat, septemque diebus postremis et oris ventriculi dolore conflictabatur, et febris prehendebat. Ex quo tempore nihil per alvum secessit. Huic medicamentum deorsum purgans valentius quam par erat deglutiendum est exhibitum et bilem prae inedia et febre exustam vomitione reiecit, — neque enim ullo potu utebatur, — paucam tamen. Et vomuit cum violenta intentione et grumosam materiem. Ac dein

[1] καὶ τελ. om. — [2] πιὼν τὸ δ. — [3] ὅλως. — [4] ἡ om. — [5] ἀποθνήσκει. — [6] ἤγει τὰς ὑστ. — [7] sic etiam V. — [8] καὶ βιαίως.

17. ἐλέπρα.] Unus cod. λιβιᾷ, nempe Sever. apud Foës. Paulo post πόσθιον cod. H., unde Littréus exhibuit, ceteris πρόσθιον legentibus.

πιών τι διουρητικὸν δριμύ.] Codd. τὸ δ. δρ.: quod possis defendere si sumas τὸ δριμὺ διουρητικόν certam fuisse formulam, qua semper uti soliti fuerint hi medici. Potius tamen credo τό e τι ortum esse, quapropter exhibui.

ὑπὸ ἰσχύος τοῦ φαρμάκου ἄγαν.] Mihi idem significare videtur, quod ὑπὸ τῆς ἄγαν ἰσχύος τοῦ φαρμάκου. Nisi ita accipiendum sit, ἰσχυρῶς abundat; sed me iudice ἰσχυρῶς ad ἠλκώθη referri oportet, alterum ἄγαν, uti dixi, ad ἰσχύος τοῦ φαρμάκου. — Videant alii quoque!

18. ἡμέρας ὡς πεντήκοντα καὶ ἠσίτεε τόν τ' ἄλλον χρόνον κ. τ. λ.] Haec est lectio codicis Marciani, nisi quod corrupte εισιτε habet. Eandem fere lect. cod. C. praebet, sed hic ἤσιτε, non τ' ante ἄλλον. Vulgo ἡμέρας ὡσεὶ πεντήκοντα καὶ ἠσιτέετο τὸν ἄλλον χρόνον.

καὶ ἡμέρας ἑπτὰ τὰς ὑστέρας καὶ ὠδυνᾶτο τὴν καρδίην.] In vulgata pone ἑπτά legitur ἤλγει, quod cod. Marc et Par. C., quem Littréus iam secutus est, non habent. Iam vero Littréus καί ante ὠδυνᾶτο tanquam supervacaneum uncis includit. Mihi καί non abundare videtur. Qui lectionem vulgatam sequuntur ὑστέρας de utero accipiunt; sed potius credo cum Marciani et Parisini C. descriptore ἤλγει esse supervacaneum et ὑστέρας esse adiectivum.

καὶ πυρετὸς ἐπελάμβανε.] Ceteri ὑπελάμβανε, quae lectio manifesto falsa; ita ut ἐπελάμβανε corrigerem, vel antequam videram codicem Voss. id re ipsa ferre. Rursus miror Littréum e codd. Parr. nihil eiusmodi enotare, quum tamen ista lectio, quam sequor, vix in solo Voss. reperiri posse videatur.

ταύτῃ ἐδόθη ἐλατήριον κατάποτον ἰσχυρότερον.] Cod. C. ἐλ. ἰσχυρὸν κατατ. ἰσχυρότερον, quod puto Littréum recte non recepisse. Error esse videtur librarii. Idem cod. καί pro οὐχ in οὐχ ὑπεκεχωρήκει.

καὶ ἀπήμεσε χολήν.] καὶ ἀπήμεσέ τε χολήν cod. Marc.

χολὴν ξυγκεκαυμένην ὑπό τε τῆς ἀσιτίης.] Haec opinio de bile exusta propter abstinentiam a cibis cohaeret cum iis, quae in libro de V. A. § 30. legimus de iis, qui praeter consuetudinem semel tantum de die cibum sumunt: καὶ οὐρέουσι θερμὸν καὶ χλωρὸν καὶ ἡ ἄφοδος ξυγκαίεται.

ὀλίγην δέ.] Cod. C. ὀλίγον δέ.

κἄπειτα ἠσᾶτο.] Sic recte Littr. et cod. Marc., qui καὶ ἔπειτα ησατο καί. Vulgo ἀήσατο, cod. C. ἰήσατο; H. proxime ad verum accedens ἠσσᾶτο.

καὶ ..... ἠφίει αὐτήν.] Lacunae signum ceteri non habent: est autem in varietate lectionis nihil, quod ad rem faciat. Calvus: „seseque demisit," itaque αὐτὴν legisse videtur. Corn.: „ac ipsam demisisset." Foës.: „eam demittebat." Littréus: „qui (les soulèvements du coeur) la quittaient." — Confer § 28. verba ὁ δὲ πυρετὸς αὖθις οὐκ ἠφίει et videbis locum in vulgata lacunosum esse: subiectum verbi ἠφίει certe

αὐτὴν καὶ ἐδόκεε ἀσθενέειν καὶ οὐκ ἤθελε πίνουσα ὕδωρ ἐξεμεῖν. Μετὰ [1] δὲ τοῦτο, ὀδύνη [2] ἔσχε ἰσχυρὴ τὴν κάτω κοιλίην, — [3] ἤλκωτο γὰρ ὑπὸ τοῦ φαρμάκου, — καὶ ἐχώρεε αὐτῇ μετὰ τὴν κόπρον [4] αὐτίκα ὕφαιμον ξυσματῶδες· αἰεὶ δέ [5] πλέων ἐγίγνετο καὶ ἡ ἀσθένεια καὶ ἡ ἄση· καὶ τοῦ καθάρματος ἦσαν πέντε κοτύλαι. Ἔστη δὲ [6] ἡ κοιλίη, ὕδατος καταχεομένου πολλοῦ κατὰ τῆς γαστρός· ἄλλο δὲ οὐδὲν ἠδυνήθη προσδέξασθαι· ἔθανε περὶ μέσας νύκτας. Ἐδόκεε δ' ἂν βιῶναι, εἰ ἠδύνατο [7] πίνειν τὸ ὕδωρ καὶ ἐμεῖν αὐτίκα, πρὶν [8] ὑπιέναι.

ιθ'. Οἰκέτις [9] Αἰνησιδήμου ἐν Λαρίσσῃ, ἠλκώθη κοιλίην καὶ τὸ ἔντερον ὑπὸ χολῆς αὐτομάτως κινηθείσης καὶ ἐξεχώρεε καὶ ἄνω καὶ κάτω χολὴ καὶ αἷμα καὶ πυρετὸς εἶχε. Ταύτῃ ἐδόθη ἀσθενεούσῃ ἐλατήριον ἀσθενὲς, ποτὸν, ὑδαρὲς καὶ ὀλίγον καὶ ἤμεσέ τε ἀπ' αὐτοῦ πουλὺ καὶ κάτω [10] διῆλθε πλέον καὶ τῆς ἐσπέρης ἐπανῆλθε. Τῇ δ' ὑστεραίῃ πυρετὸς ἦν, ἀσθενὴς δέ· [11] ἡ δὲ κοιλίη ἤλκωτό τε καὶ ἔτι ὑπεχώρεε ταὐτά. Τρίτῃ δὲ ἔθανε δείλης, πυρετοῦ ἐπιλαβόντος πάνυ ἰσχυροῦ. Αὕτη ἐδόκεε ἀποθανεῖσθαι πάντως, ἥκιστα δ' ἂν ὕδωρ πίνουσα ψυχρὸν ἕως ἔμετος εἶχε, ἐπεὶ δὲ ἐψύχθη ἡ ἄνω κοιλίη ἀποκαθαρθεῖσα τῷ ὕδατι χυλὸν μεταπιοῦσα ψυχρὸν, οὕτω μετεκλύσθη.

anxietate vexabatur et..... eam demisit et debilitari videbatur et aquam bibens vomere noluit. Post haec autem dolor vehemens inferiorem alvum detinebat, quae a medicamento exulcerata erat, eique statim post stercus ramentum subcruentum ex alvo secessit. Perpetuo vero increscebat imbecillitas et incontinens corporis iactatio, et purgatio ad quinque heminas processerat. Aqua multa ventri affusa restitit alvus, aliud quippe nihil assumere poterat. Circa mediam noctem mortua est. Videbatur autem superstes esse potuisse, si aquam bibere potuisset et statim evomere antequam per alvum descenderet.

19. Larissae Aenesidemi ancillae exulcerata est alvus et intestinum a bile per se commota, ac sursum et deorsum bilis et sanguis prodibant; febrisque detinuit. Huic imbecilla quum esset in potu est exhibitum medicamentum deorsum purgans imbecillum, aquosum et paucum, ex quo copiosa vomitione sunt reddita et plura per inferna subierunt, ac sub vesperam repetiverunt. Postero vero die febris aderat, verum debilis. Alvus etiam exulcerabatur et eaedem adhuc deiectiones erant. Tertio autem die vehementi admodum febre correpta sub vesperam obiit. Haec prorsus peritura fuisse existimata est, minime vero quando aquam biberet donec vomitus adforet; postquam vero venter superior perfrixisset aquae ope perpurgata, si post epotum ptisanae succum frigidum, sic ex infuso subluta esset.

[1] δέ om. — [2] ἔχει. — [3] ἤλκωτο. — [4] αὐτίκα om. — [5] πλέον ἐγίνετο. — [6] οἱ. — [7] πιεῖν. — [8] ἢ πιεῖν. — [9] ἀνησιδήμου. — [10] ὑπῆλθε. — [11] ἡ δὲ κοιλίη ὑπεχώρει τότε ταῦτα. καὶ ἤλκω (sic).

periit, forte etiam plus excidit. Forte καὶ ὁ πυρετὸς οὐκ ἤφίει αὐτήν scriptum fuit, forte aliud quid; neque enim certum est non aliud fuisse subiectum verbi, neque ideo certum negationem item periisse.

οὐκ ἤθελε] οὐκ ἔθελε Marc.

ὀδύνη ἔσχε ἰσχυρὴ τὴν κάτω κοιλίην.] Libri omnes ἴσχει: iam supra in hoc libro eiusmodi praesens reieci; hic item facio, repono ἔσχε. Sequens ἰσχυρή facere potuit, ut librarius ἴσχει scriberet. Praesens tempus alienum est a tota historiae morbi ratione et oratione.

ἤλκωτο.] Praebuerunt libri Parr. Littréo, idemque in Voss. reperi pro vulgato εἵλκωτο.

πλέων ἐγένετο.] πλείων Littr. e cod. C. pro vulgato πλέον. Cod. Marc. πλέων praebuit. Idem liber legit ὕφαιμον καὶ ξυσματῶδες.

πρὶν ὑπιέναι.] Sic libri tres Paris. et Marcianus. Lindani πιέειν e lectione, qualis est cod. Vossiani, profluxit, sed sensu idoneo caret. Aquam vomitu eiici debuisse statuit, antequam ad ventrem inferiorem descenderet, aut infra foras eiiceretur.

19. Αἰνησιδήμου.] Sic recte Littr. e codd., in quibus fere ἐνισηδήμου, quod Marcianus etiam legit; vulgo Ὀνησιδήμου, quod Calvus quoque vidit, sed ortum est quia spatio vacuo relicto pro maiuscula et articulo suppleto nomen corruptum est.

αὐτομάτως.] Praebuit Littréo cod. C.; vulgo αὐτομάτης.

αὕτη ἐδόκεε.] αὕτη δὲ ἐδόκεε vulg. — Littréus adnotat: „post αὕτη addit δέ vulg. — δέ om. codd. Aldus." — Al-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 865 sur 880

©BIUM

κ'. [1]Εὐδήμῳ ἐν Λαρίσσῃ αἱμορροΐδας ἔχοντι ἰσχυρὰς πάνυ καὶ [2]χρονίας ἐξαίμῳ ὄντι χολὴ ἐκινήθη, ἀλλ' ἠπίωσε τῷ σώματι καὶ ἡ κοιλίη ἐταράχθη κάτω [3]καὶ ὑπεχώρεε χολώδεα καὶ αἱ [4]αἱμορρόϊδες ἀνεῖχον. Φάρμακον κατωτερικὸν πιὼν ὑπεκαθάρθη καλῶς καὶ αὖθις μετέπιε χυλὸν καὶ ἔτι ἐτετάρακτο καὶ ὀδύνη πρὸς τὰ ὑποχόνδρια προσίστατο. Τούτῳ ἐπεχειρήθη τῇσι αἱμορροΐσι τὴν κοιλίην οὐ καλῶς πως ἔχοντι, ἀλλὰ δεομένῳ θεραπείης ἔτι καὶ [5]ἀπεμέσαι· ἔπειτα δὲ ὑπολειφθέντος καρκίνου πυρετὸς [6]ἐπέλαβε καὶ οὐκ ἀφῆκε πρὶν ἀπέκτεινε· ὅτε δὲ καὶ ἀφῆκε ῥῖγος, ὑπολαβὼν ἦκε ὁ πυρετὸς, καὶ [7]ὑπεχώρεε αὐτῷ χολὴ καὶ φῦσα μὲν διεξῄει, ἐνῆν δὲ καὶ ὀδύνη ἐν τῇ κοιλίῃ. Αἱ δὲ αἱμορροΐδες ἔξω ἦσαν τοῦ

20. Eudemo Larissae haemorrhoidas habenti valde magnas et diuturnas et exsangui bilis movebatur; sed leniter habebat toto corpore et alvus deorsum conturbabatur et biliosa per eam secesserunt et haemorrhoïdes prominebant. Post epotum medicamentum deorsum purgans probe repurgatus est, ac insuper ptisanae succum ebibit et amplius alvus turbabatur, dolorque ad praecordia aderat. In hoc haemorrhoïdibus manus est admota, cum male quodammodo affectus esset venter, et curatione huic adhuc opus esset et vomitu. Postea vero, carcinomate relicto, febris insuper prehendit, neque demisit, priusquam necaverat. Cum vero rigor eum demisit hunc excipiens febris accessit. Et secessit bilis et flatus quidem emittebatur atque in ven-

[1] εὔδημος cett. cf. adn. — [2] χρονίσας. — [3] καί om. — [4] αἱμόρροιαι ἀνεῖχον. — [5] ἀπήμεσεν. — [6] ἐπίβαλλε. — [7] ὑπεχώρησε.

dus ταύτῃ ἐδόκεε habet; sed non omnes codd. omittunt δέ: in Marciano non legitur, sed in Vossiano adscriptum est.

20. Εὐδήμῳ — χολὴ ἐκινήθη.] Vulgata lectio ita se habet: Εὔδημος ἐν Λαρίσσῃ, αἱμορροΐδας ἔχων ἰσχυρὰς πάνυ καὶ χρονίσας ἔξαιμος ὢν, χολὴ ἐκινήθη κ. τ. λ. Si ad seqq. mentem attendas, apparet χολὴ ἐκινήθη recte habere; sed iam Εὔδημος — ἔχων — ἔξαιμος ὤν — in dativos mutare oportet, nam tam incongrua oratio, quam vulgata, non est auctoris huius libri epidemiorum. Etiam χρονίσας esset mutandum in χρονίσαντι, nisi longe probabilius esset auctorem dedisse ἰσχυρὰς πάνυ καὶ χρονίας, quod igitur recepi.

ἠπίωσε τῷ σώματι.] Haec dictio ex unico h. l. citatur apud Foës. in Oecon.; modo ne orta sit ex ἠπίως εἶχε τῷ σώματι; certe idem valet.

καὶ ὑπεχώρεε.] Hic cum Lind. καί, quod libri scripti non habent, de coniectura inferendum mihi est visum.

καὶ αἱ αἱμορροΐδες ἀνεῖχον.] Αἱμόρροιαι libri permulti Parr. et Voss., quod nomen saepius in Prorrh. I., Praenn. Coacis habetur, omnino vero advertit literarum similitudo, adeo ut formae, qualis αἱμόρροια vix magnam tribuam fidem, ubi certe αἱμορροΐδες spectantur. Quod attinet ad sequens verbum, ἐπεῖχον est lectio codicis C. a Littréo recepta pro vulgato ἀνεῖχον, alii libri ἀνεῖλον legunt. Ni fallor rursus habemus praeposteram correctionem in codicis C. ἐπεῖχον; nam ἀνέχειν hic dicitur de intumescentibus et extra anum prominentibus haemorrhoïdibus. Ita accepit Corn., non Foës., qui „haemorrhoïdes remittebant" reddit et Cornarii interpretationem reiicit in adn. ad h. l. Equidem cum Cornario consentio, vel propter postrema in hac historia: αἱ δὲ αἱμορροΐδες ἔξω ἦσαν τοῦ ἀρχοῦ ἀπὸ τῶν καθαρσίων ἀρξάμεναι. Quum haec significatio ita firmata mihi videatur αἱ ante αἱμορροΐδες interposui; articulum eo loco facile perire potuisse, quivis videt. Ceterum puto me intelligere cur ἐπεῖχον daret descriptor codicis C. et cur Foësius reiiceret Cornarii interpretationem. Hi nempe in adlatis verbis illud ἀπὸ τῶν καθαρσίων ἀρξάμεναι acceperunt de haemorrhoïdibus prominere incipientibus post purgationem per remedia; quum mihi contra respici videatur spontanea illa evacuatio, de qua initio loquitur noster. Neque vero tam facile credo Foësio quod affirmat, ἀνέχειν hic *remittere* significare. — Tandem moneo codicem Marcianum h. l. non consentire cum Paris. C.; ille enim habet αἱμορρόας ἀνεῖχον φάρμακον.

ἐπεχειρήθη.] Vulgo ἐπεχειρίσθη, sed plures codd. Parr. alteram formam praebuerunt Littréo, mihi Marc. et Voss. Paulo ante de meo ὑπεκαθάρθη dedi pro vulg. ἀπεκαθ.

ἀλλὰ δεομένῳ θεραπείης ἔτι καὶ ἀπεμέσαι.] Cod. C. ἀπεμέσαι, unde recepit Littr.; vulgo ἀπήμεσεν, alii libri ἀπέμεσεν, item Ald. In qua lect. latet quod Littréus e cod. C. dedit, et unde vulgata nata est.

ἔπειτα δὲ ὑπολειφθέντος καρκίνου πυρετὸς ἐπέλαβε.] In vulgata pone ἔπειτα δέ sequitur ἐπαλειφθέντος τοῦ καρκίνου. Lind. ὑπολειφθέντος καρκίνου e Foësii notula. Littréus vulgatam servans: „il ne faut pas, inquit, prendre καρκῖνος, *carcinome*, dans le sens de l'anatomie pathologique des modernes, il signifie toute ulceration ne marchant pas à la guérison." Ceterum Gallice interpretatur: „une onction ayant été pratiquée sur le carcinome." — Equidem ἐπαλειφθέντος τοῦ καρκίνου corruptum esse existimo. Foësii adnotationem legi, sed non mihi persuadet; operae pretium est tenuisse hanc adnotationis partem: „interpretes ἐπιλειφθέντος legisse videntur, quae est codd. mss. lectio; ὑπολειφθέντος etiam non male legeretur." Itaque inde duxit Lindanus lectionem, quam cum illo sequor. Ἐπαλειφθέντος pro διεγερθέντος hic poni non credo, neque hac in re fidem illi adhibeo. Sin cum Littréo accipias de unctione, inepte infertur τοῦ καρκίνου, de quo in superioribus altum silentium. Superest ut emendationem Foësii cum Lindano amplectamur.

ἐπέλαβε καὶ οὐκ ἀφῆκε.] Ἐπέλαβε de meo scripsi pro codd. lectione ἐπέβαλλε, ἐπέβαλε, quae ex illa nata est; etiam cod. Marc. hic ἐπέβαλε.

καὶ ὑπεχώρεε αὐτῷ χολὴ καὶ φῦσα μὲν διεξῄει, ἐνῆν δὲ καὶ ὀδύνη ἐν τῇ κοιλίῃ.] Vulgo: καὶ ὑπεχώρεε αὐτῷ χολὴ καὶ φῦσα ἡ μὲν διεξῄει, ἡ δ' ἐνῆν καὶ ὀδύνη ἐν τῇ κοιλίῃ. Cod. C. καὶ χολὴ καὶ φῦσα. Sed manifesto prava lectio orta est e dittographia φῦσα μὲν διεξῄει et e transpositione vocularum ἐνῆν δέ. Itaque locum ad debitam scripturam revocavi.

Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 866 sur 880

ἀρχοῦ, ἀπὸ τῶν [1] καθαρσίων ἀρξάμεναι τὸν ἄλλον χρόνον καὶ ἡ φῦσα διὰ ταύτας [2] ὑπεγένετο καὶ πρὸς πταρμὸν [3] ἔξω ἐγένετο ὁ ἀρχός.

κα'. Ἐν Λαρίσσῃ ἀνὴρ ἐτρώθη ἐκ χειρὸς λόγχῃ πλατείῃ ὄπισθεν καὶ τὸ ἄκρον διήνεγκε κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, καὶ διῆλθε χωρίον πουλὺ πέλιον, ἐποιδέον. Ἐπεὶ δὲ ἐτρώθη, ὀδύνη ἔσχε τὰ πρῶτα ἰσχυρή· καὶ ἐπῳδίσκετο ἡ γαστήρ. Τούτῳ ἐδόθη τῇ ὑστεραίῃ κατωτερικὸν καὶ διεχώρησε ὀλίγον ὕφαιμον καὶ ἔθανε. Ἐδόκεε τούτου τὰ ἔντερα εἶναι οὐχ ὑγιέα καὶ αἵματος ἡ κοιλίη πλέη τυγχάνειν.

κβ'. Ἀπελλαῖος Λαρισσαῖος εἶχε μὲν ἡλικίην ὡς ἐτέων τριήκοντα, ἢ ὀλίγον ἀπέλιπε, εἴχετο δὲ τῇ νούσῳ· ἐλαμβάνετο δὲ τὰς νύκτας μᾶλλον τῶν ἡμερέων ἐν τῷ ὕπνῳ. Ἐνόσει δὲ ὡς δύο ἔτεα πρὸ τοῦ θανάτου· [4] ἤμεε δὲ χολὴν πικρὴν [5] ἐνίοτε, ἐπεὶ διεγείροιτο, ἤμεε δὲ [6] καὶ μέλαιναν. Οὗτος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καθάρσιος ἰσχυρῆς πάνυ καὶ ἐπὶ πουλὺν χρόνον καθαιρόμενος καὶ φάρμακον δὶς πιὼν, ἐξ μῆνας διέσχε. Ἦν δὲ πουλυφάγος· ἔχων δὲ τὸ σῶμα ἐπίχολον, παλαίσας πολλὰ, μάλα ἐρρίγωσε καὶ πυρετὸς ἐπέλαβε καὶ ἡ νοῦσος ἐς νύκτα· τῇ δ' ὑστε-

tre dolor erat. Haemorrhoïdes vero deinceps a purgationibus extra anum eminere coeperunt et flatus per ipsas prodibat, et ad sternutationes anus procidit.

21. Larissae quidam hasta lata percussus a tergo vulnus accepit, cuius acies infra umbilicum penetravit et amplum spatium livore ac tumore pervasit. Post acceptum vulnus deinceps dolor primo vehemens tenebat et venter intumescebat. Postridie exhibito medicamento deorsum purgante quiddam subcruentum deiecit et mortuus est. Huius intestina non esse sana, venterque sanguine redundare videbatur.

22. Apellaeus Larissaeus annos attingens propemodum triginta aut paulo minus morbo (comitiali) detinebatur, quo nocte magis inter dormiendum quam interdiu corripiebatur et duobus fere annis laborabat ante mortem. Bilem autem flavam interdum vomitione reiiciebat, ubi excitabatur, quandoque etiam atram. Huic vehementi admodum capitis purgatione et longo intervallo uso, atque etiam bis epoto medicamento sex menses morbus intermisit. Edax autem erat et corpore bilioso ac post multam luctam vehementi rigore correptus est et febris invasit, morbusque noctu afflixit. Postridie vero rursusque

[1] καθαρσίων etiam V. — [2] ἐπεγίνετο. — [3] ἐπεγίνετο. — [4] ὕπειτα ὀδύνη. — [5] sic V. sine δέ. — [6] ἐνίοτε om. — [7] χολὴν καί.

ἀπὸ τῶν καθαρσίων ἀρξάμεναι.] Vulgo ἀποκαθαρσίων; cod. C. ὑποκαθ., D. ἀκαθαρσίων. Malui cum Voss. καθαρσίων dare; in vulgata error scripturae est natus ex articulo omisso, ἀπὸ τῶν καθαρσίων et ἀπὸ καθαρσίων; emendatio sane facilis.

καὶ ἡ φῦσα διὰ ταύτας ὑπεγένετο καὶ πρὸς πταρμὸν ἔξω ἐγένετο ὁ ἀρχός.] Vulgo ὑπεγίνετο, e codd. Parr. aoristum dedi. Tum vero ceteri καὶ πρὸς πταρμὸν ἐπεγίνετο (ἐπεγένετο C.) ἡ ἀρχή. Mendose sane haec scripta sunt; equidem interpretes cum suo „initio" facessere iubeo. Habemus frequentem apud medicos permutationem nominum ὁ ἀρχός et ἡ ἀρχή, quod si semel perspexeris, consenties ἐπεγένετο in ἔξω ἐγένετο mutandum esse. Sermo est de ani procidentia ex sternutatione: vulgata sensu cassa est.

21. καὶ διῆλθε — ἐποιδέον.] Vulgo: πέλιον, ἀποιδέον καὶ διῆλθε χωρίον πουλύ. Primum ἀποιδέον in his natum est ex ἐποιδέον; tum vero in vulgato vocabulorum ordine πέλιον et ἐποιδέον referenda erunt ad τὸ ἄκρον in superioribus, quod incongruum est. Itaque sic transposui, ut certe aptius ad χωρίον referri possent. Ad τὸ ἄκρον διήνεγκε κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ cf. Thes. Steph., ubi adfertur: „διαφέρει a schol. Aeschyli διασπαράσσει expositum," et ubi διαφέρω interpretantur „*distraho*, ut qui discerpunt et laniant."

ἐπεὶ δὲ ἐτρώθη, ὀδύνη ἔσχε κ. τ. λ.] Ceteri ἐπεὶ δὲ ἐτρώθη, ἔπειτα ὀδύνη ἔσχε κ. τ. λ. Verum aut scribendum est, quod iam exhibui, aut solum ἔπειτα ὀδύνη ἔσχε. In vulgata ἔπειτα omni modo est otiosum et tribuendum videtur dittographiae, qualem indicavi.

ἡ κοιλίη πλέη τυγχάνειν.] κοιλίη πλέης εἶναι Marcianus. In Par. C. item εἶναι pro τυγχάνειν; forte e superiore εἶναι huc devenit.

22. Ἀπελλαῖος Λαρισσαῖος.] Est nomen proprium Graecum Ἀπελλαῖος, sed num h. l. revera scriptum fuerit, an vero natum sit e confusione terminationum nominum sibi subsequentium, ita ut forte Ἀπελλῆς Λαρισσαῖος fuerit, quis definiverit? Suspicionem autem movet similis utriusque nominis terminatio.

ὡς ἐτέων.] Sic cod. Marc. et Paris. C.; vulgo ὡσεὶ ἐτέων.

εἴχετο δὲ τῇ νούσῳ.] Manifesto τῇ νούσῳ de uno aliquo certo morbo dicitur, quem comitialem fuisse sponte intelligimus et ex morbi historia patet.

ἐπεὶ διεγείροιτο.] Marcianus ἐπιδιέγειροιτο.

ἓξ μῆνας διέσχε.] Ceteri omnes ἐξ μῆνας αὐτὸν διέσχε; in quo pronomen pessime est adiectum ab imperito homine, qui non intelligeret διέχειν h. l. esse intransitivum. Nihil aliud spectatur quam intermissio morbi; διέσχε hic omnino

©BIUM

ραίῃ ἐδόκεε ὑγιὴς εἶναι [1] καὶ τῇ ἑτέρῃ· τῇ [2] δ' ἐπιούσῃ νυκτὶ ἡ νοῦσος ἐπέλαβε δεδειπνηκότα [3] ἀπὸ τοῦ πρώτου ὕπνου καὶ εἶχε τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέρην [4] μέχρι δορπηστοῦ. ἔθανε πρὶν ἐμφρονῆσαι. [5] Ἔσπᾶτο ἐπὶ τὰ δεξιὰ πρῶτον τό τε πρόσωπον καὶ τὸ ἄλλο σῶμα, ἔπειτα ἐπὶ τὰ ἀριστερά· καὶ ὅτε [6] δοκέοι διαναπεπαῦσθαι, κῶμα εἶχε καὶ ἔρρεγχε καὶ αὖτις ἐξεδέχετο ἡ νοῦσος.

κγ'. Εὔμηλος Λαρισσαῖος ἐπάγη τὰ σκέλεα καὶ χεῖρας καὶ γνάθους καὶ οὐκ ἠδύνατο οὔτε ἐκτείνειν, οὔτε ξυγκάμπτειν, εἰ μὴ ἕτερος ξυγκάμπτοι καὶ ἐκτείνοι, οὔτε τὰς γνάθους διαίρειν, εἰ μὴ ἕτερος διαίροι· ἄλλο δὲ οὐδὲν ὠδυνᾶτο· οὔτε ἤσθιε εἰ μὴ μάζαν, καὶ μελίκρητον ἔπινε. Εἰκοσταῖος ὕπτιος πίπτει καθήμενος καὶ τύπτει τὴν κεφαλὴν πρὸς λίθον σφόδρα καὶ αὐτοῦ σκότος κατεχύθη· καὶ ὀλίγον ὕστερον [7] ἀναστὰς ὑγιὴς ἦν καὶ ἐλέλυτο πάντα, πλὴν μετὰ τὸν ὕπνον ὅτε ἐξέγροιτο, ὀλίγον τι ξυνεδέδετο τὰ ἄρθρα· [8] ἔτεα δὲ ἦν ἤδη δώδεκα ἢ τρισκαίδεκα· ἔκαμε δὲ μῆνας τρεῖς ἢ τέσσαρας.

κδ'. Ἐν Λαρίσσῃ πάρθενος αἷμα ἐμέσασα οὐ πουλὺ, ἔμπυος γενομένη πυρετῶν [9] ἐπιλαβόντων οὐκ ἀπηλλάσσετο πρὶν τελευτῶσα ἀπέθανε τρίτῳ μηνί· πρὸ δὲ τοῦ θανάτου ἐκωφώθη τὰ οὔατα καὶ οὐκ [10] εἰσήκουε, εἰ μή τις

altero die sanus esse videbatur. Subsequente autem nocte, ubi coenasset, a primo somno morbus corripuit, qui noctu et interdiu ad coenae tempus usque tenebat. Mortuus est antequam ad se rediret. Primum corporis dextra ac facies reliquumque corpus convulsione tentabatur, deinde sinistra pervadebat, cumque quietus esse videbatur, sopore et stertore detinebatur, rursusque morbus excipiebat.

23. Eumelo Larissaeo crura, manus et maxillae riguerunt, neque extendere, neque flectere poterat, nisi quis extenderet aut flecteret, ut nec maxillas diducere, nisi quis diduceret. Neque vero alia corporis parte dolorem sentiebat, neque quidquam comedebat praeter mazam et mulsam potabat. Vigesimo die sedens supinus decidit et a lapide vehementer in caput percussus est, eique oculorum caligo obfusa est, neque longe postea sanus surrexit et omnibus erat liberatus, nisi quod e somno cum excitaretur, articuli aliquantum colligati esse videbantur. Aetatis autem erat iam duodecim annorum aut tredecim. Mensibus vero tribus aut quatuor laboravit.

24. Larissae virgo post paucum sanguinem vomitione reiectum purulenta evasit, febribusque correpta non ante liberata est quam vitam cum morte commutasset, quae tertio mense contigit. Ante mortem autem aures obsurduerunt, neque

[1] αὐτῷ καί — [2] δέ. — [3] ἀπὸ τοῦ πρ. ὑ. — [4] καὶ μέχρι. — [5] ἐς πάτον περὶ τὰ δ. — [6] δοκέει διαπαυσθαι. — [7] ἂν αὐτός. — [8] ἔτεα — τέσσαρας omm. — [9] ἐπιλαμβανόντων. — [10] ἤκοε.

subiectum sibi habet ipsum aegrotantem, sed possit etiam subiectum habere morbum in alia periodi forma: v. c. si scriptum fuisset τούτῳ φάρμακον πιόντι ἓξ μῆνας διέσχε.

ἐδόκεε ὑγιὴς εἶναι.] Vulgo ἐδόκεε ὑγιὴς εἶναι αὖ, sed plerique libri, etiam cod. Marcianus αὐτῷ; alii pauci αὐτῷ pro isto αὖ. Monuit de varietate lectionis iam Foësius. Vulgatae αὖ miro modo eo loco infertur, quo legi solet; quod si ante ὑγιὴς illatum fuisset, forte ferrem, hoc loco vitii suspicionem movet. Itaque non aliud quid esse existimo quam truncatum pronomen, quod alii illi libri praebent; sed hoc pronomen, quod αὐτῷ esse debebit, insiticium est, neque alius naturae aut originis est quam αὐτόν, quod paulo ante reiecimus.

ἀπὸ τοῦ πρώτου ὕπνου.] Vulgo articulus abest; unus liber Paris. habet et cod. Voss.

μέχρι δορπηστοῦ.] Vulgo καὶ μέχρι δορπηστοῦ, in quibus codicis C. fide καί omisit Littréus; sed δορπιστοῦ edi solet, pro quo iam δορπηστοῦ Foës. legendum esse monuit in adn.; Kusterus ad Hesych. in voce voluit δορπηστύς. Apud Aristoph. vesp. 103. ἀπὸ δορπηστοῦ. Cod. Marcianus loco nostro item sine praemisso καί habet μέχρι δορπηστοῦ.

23. ἄλλο δὲ οὐδὲν ὠδυνᾶτο.] Ceteri in his οὔτε οὐδέν, quo modo si scribatur, mire coniunguntur οὔτε ὠδυνᾶτο, οὔτε ἤσθιε, quippe quod ineptum hoc loco. Puto librarium otiose οὔτε de suo intulisse, quapropter expunxi.

αὐτοῦ σκότος κατεχύθη.] In aegro 6° huius libri: ὕπνος τε αὐτῷ κατεχύθη. Est in his imitatio Homerici ἡ ῥά οἱ ἀχλὺν θεσπεσίην κατέχευε.

δώδεκα, ἢ τρισκαίδεκα.] δώδεκα ἢ δεκατρία cod. Marcianus.

ἔκαμε.] Sic. Littr. e cod. C.; vulgo ἔκαμνε.

24. πρὶν τελευτῶσα ἀπέθανε.] Haec continuo iungenda sunt; moneo quia Littréus pone τελευτῶσα distinxit, quod fieri non debet.

εἰσήκουε.] Haec vulgata lectio est. Littréus „ἤκουε codd." adnotat; etiam Marcianus simplex habet. Mihi εἰσακούειν omnino huius loci esse videtur: ἀκούειν vero aliud quid est quam auctor voluit. Sed Marcianus, perinde ac Paris. C., pro vulgato βοήσειε paulo post habet βοᾶν, in quo latet optativus βοᾷη; quem recepi.

πάνυ μέγα βοῴη· πρὸ δὲ τοῦ ἐμέτου τοῦ αἵματος προησθένει.

κε'. [1] Ἐν Λαρίσσῃ ἀμφίπολος Δυσήριδος, νέη ἐοῦσα, ὁκότε λαγνεύοιτο, περιωδύνεε ἰσχυρῶς, ἄλλως δὲ ἀνώδυνος ἦν. Ἐκύησε δὲ οὐδέποτε. Ἑξακονταέτης δὲ γενομένη ὠδυνᾶτο ἀπὸ μέσου ἡμέρης, ὡς ὠδίνουσα ἰσχυρῶς· [2] πρὸ δὲ μέσου ἡμέρης πράσα τρώγουσα πολλὰ, ἐπειδὴ ὀδύνη ἔλαβε [3] ἰσχυροτέρη τῶν πρόσθεν, ἀναστᾶσα ἐπέψαυσέ τινος τριχέος ἐν τῷ στόματι τῆς μήτρης. [4] Ἔπειτα ἤδη λιποψυχούσης ἑτέρη γυνὴ καθεῖσα τὴν χεῖρα, ἐξεπίεσε λίθον ὅσον σπόνδυλον ἀτράκτου, [5] τριχύν· καὶ ὑγιὴς τότε αὐτίκα καὶ ἔπειτα ἦν.

κς'. [6] Τῷ Μαλιεῖ ἅμαξα ἐπῆλθε ἄχθος ἔχουσα ἐπὶ τὰς πλευρὰς καὶ κατῆξε τῶν πλευρέων καὶ χρόνον ὑπέστη πῦον κάτωθεν τῶν πλευρέων. Ὑπὸ τὸν σπλῆνα καυθεὶς, ἔμμοτος ὢν, [7] ἀφίκετο ἐς δέκα μῆνας. [8] Ἀνατμηθέντος τοῦ δέρματος ὀπὴ ἐφάνη ἐς τὸ δέρτρον ἐπὶ θάτερα [9] ἐφήκουσα, καὶ πρὸς τὸν νεφρὸν καὶ πρὸς τὰ ὀστέα [10] ἐπῆλθε σαπρά. Τούτου ἥ τε σχέσις τοῦ σώματος παρέλαθε ἐπίχολος [11] ἐοῦσα καὶ ἐν τῷ σώματι ἡ σηπε-

exaudiebat, nisi quis valde acclamaret. Ante vero quam sanguinem vomitione reiiceret, iam debilis erat.

25. Larissae Dyseridis ancilla iuvencula, cum venere uteretur, vehementer affligebatur doloribus, alias vero dolorem non sentiebat, neque concepit unquam. At cum annum sexagesimum attigisset, post meridiem vehementibus velut partus doloribus conflictabatur. Post multum vero ante meridiem porri esum, ubi dolore correpta est, omnibus qui antea tenuerunt vehementiore, exsurgens asperum quiddam in ore uteri contrectavit. Deinde cum iam animo linqueretur, ab alia muliere manu immissa expressus est calculus asper, fusi verticillum propemodum aequans. Ac tunc statim sanitati est restituta et deinceps perseveravit.

26. Maliensem plaustrum onustum, qua parte costae sunt, calcavit, easque confregit et ei aliquanto tempore pus infra costas substitit. Subter lienem inustus et curatione per linamenta concerpta adhibita ad decem menses pervenit. Secta cute in omento foramen visum est utrimque penetrans, et ad renem ossaque putrescentia tendit. Latebat huius corporis habitus biliosus, et quae in corpore inerat multa omenti putredo sicca aliarumque carnium, quas statim oportu-

[1] ἀμφ. ἐν Λ. νέη ἐοῦσα Δ. — [2] πρὸς δὲ μέσου ἡμ. — [3] ἰσχυροτάτη. — [4] Ἔπειτα ἤδη. — [5] τριχύν. — [6] ὁ Μαλιεὺς ἅμαξα αὐτῷ ἐπῆλθε. — [7] ἀφήκετο. — [8] ἀνατμηθὲν τὸ δέρμα ὕστη. — [9] ἀφίουσα. — [10] ἐπῆλθέσα πρὸς τούτου. — [11] οὖσα.

25. ἐν Λαρίσσῃ ἀμφίπολος Δυσήριδος.] Haec verborum consecutio est in cod. C., quam Littr. exhibuit: vulgata habet ἀμφ. ἐν Λ. Δ.

πρὸ δὲ μέσου ἡμέρης πράσα τρώγουσα πολλὰ, ἐπειδὴ ὀδύνη ἔλαβε κ. τ. λ.] Ceteri αὕτη ante πράσα et αὐτήν ante ἔλαβε habent; utrumque pronomen abundat et librariis debetur. Neque alio modo sentiendum de αὐτῆς paulo inferius pone λιποψυχούσης apud reliquos obvio, quod item descriptoribus reddendum visum est; cf. adnn. ad § 22.

ὀδύνη ἰσχυροτέρη τῶν πρόσθεν.] De meo hic comparativum dedi, libris superlativum ferentibus, qui h. l. prorsus incongruus.

λίθον ὅσον σπόνδυλον ἀτράκτου.] Cod. Marcianus λίθῳ ὅσον in his legit. Steph.: „Σπόνδυλος dicitur etiam Verticulum, s. Verticillum, i. e. pondusculum, quod mulieres nentes imae fusi parti appendunt, ut facilius eum contorqueant." Paulo post cod. C. καὶ αὐτίκα καὶ ἔπειτα ἦν.

26. τῷ Μαλιεῖ ἅμαξα ἐπῆλθε ἄχθος ἔχουσα ἐπὶ τὰς πλευράς.] Ita de meo haec descripsi; ceteri omnes anacolutham habent structuram, quam e cod. Voss. excerpsi et de qua aliis locis item obvia in vulgata iam plus semel monui. Cf. § 13. 15. 20.

καὶ κατῆξε τῶν πλευρέων.] Genitivus in huius verbi usu familiaris, sicuti in κατέαγα τῆς κεφαλῆς, ξυνετρίβην τῆς κεφαλῆς, de quibus cf. v. c. Matth. in Gr. Gr., ubi exempla collecta sunt. Ceteri paulo post καὶ χρόνον αὐτῷ ὑπέστη πῦον κάτωθεν τῶν πλευρέων, sed αὐτῷ a recentiore manu est additum, postquam principio ὁ Μαλιεύς scribere coeperant.

ἀνατμηθέντος τοῦ δέρματος, ὀπὴ ἐφάνη.] Ceteri ἀνατμηθὲν τὸ δέρμα ὀπὴ ἐφ., nemo mihi persuadebit ita scripsisse historiae morbi auctorem.

ἐφήκουσα, καὶ πρὸς τὸν νεφρὸν καὶ πρὸς τὰ ὀστέα ἐπῆλθε σαπρά.] ἐφήκουσα de meo dedi pro ceterorum ἐφίκουσα; in reliquis vulgatam retinui. Littréus codicis C. lectionem σαπρή recepit, qua ad ὀπή refertur hoc adiectivum. Corn. quorsum σαπρά retulerit incertum est; Foës. neutrum plurale esse credidit et per se sumendum; nam „ad renem ossaque putredo perveniebat" reddidit. Equidem opinor σαπρά ad τὰ ὀστέα spectare, quod forte etiam Corn. voluit; Calvus aperte eò retulit „quae putrescebant" reddens.

Τούτου ἥ τε σχέσις τοῦ σώματος παρέλαθε — ἐσήπετο.] In his de vulgata non deflexi, nisi quod ἐκβάλλειν pro ἐμβάλλειν exhibui, quod Littréus etiam fecit. Monuit au-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 869 sur 880

©BIUM

δὼν ξηρὴ τοῦ δέρτρου πολλὴ καὶ ἄλλων σαρκῶν, ἃς ἔδει αὐτίκα [1] ἐκβάλλειν, εἴ τις [2] ἠδύνατο, ξηρῷ φαρμάκῳ, ἕως ἰσχύν τινα εἶχε ὁ ἄνθρωπος· ὑπὸ γὰρ τῶν ὑγρῶν οὐδὲν ἐπεδίδου, ἀλλ' ἐσήπετο. Ἀπὸ δὲ τῶν μότων ἰσχομένου τοῦ ὑγροῦ ῥῖγός τε ἔλαβε καὶ πυρετὸς ἐπελάμβανε καὶ ἐσήπετο μᾶλλον. ἐπέρρει δὲ [3] αὐτῷ σαπρόν τι ὑπόμελαν δυσῶδες. πρὶν δὲ ἐπιχειρέειν ἰητρεύεσθαι, ἑκάστης ἡμέρης συχνὸν διεπέρα ἔξω· ἦν δ' οὐκ εὔροον. Ἐγνώσθη τὸ εἶναι πορρωτέρω τὴν φύσιν τοῦ νοσήματος ἢ ὑπὸ τὸ δέρμα· πάντα δὲ ὀρθῶς πάσχων, ὅμως οὐκ ἂν ἐδόκεε σωθῆναι κἂν διάρροια [5] ἐπιλάβῃ.

κζ'. Αὐτόνομος [6] ἐν Ὁμίλῳ ἐκ κεφαλῆς τρώματος ἔθανε ἐξκαιδεκάτῃ ἡμέρῃ, θέρεος μέσου, λίθῳ ἐκ χειρὸς βληθεὶς κατὰ τὰς ῥαφὰς [7] ἐν μέσῳ τῷ βρέγματι. Τοῦτο παρέλαθέ με δεόμενον πρισθῆναι· ἔκλεψαν γάρ μευ τὴν γνώμην αἱ ῥαφαὶ ἔχουσαι ἐν σφίσι [8] ἑωυτῇσι

erat, quoad eius fieri potuisset, medicamenti sicci ope eliminare, quamdiu vir aliquid virium habebat; humidis enim nihil proficiebatur, sed putredo invalescebat. Sub linamentis vero subsistente humore, rigor corripiebat ac dein febris, putredoque augebatur. Illuc autem putridum quiddam, subnigrum et graveolens affluebat. Antequam vero ad curationem aggrederemur, quotidie multum foras traiiciebat, quod non facile fluebat. Cognita est morbi natura altius defixa esse quam subter cutem. Omnibus vero rite administratis, servari tamen non posse videbatur, etiamsi ventris profluvium prehendisset.

27. Autonomus Omili ex capitis vulnere obiit decimo sexto die aestate media, lapide ad suturas in medium sinciput cominus immisso. In quo non animadverti eum sectione indigere, opinionem enim meam fefellerunt suturae in se teli noxam continentes. Postea enim id con-

[1] ἐμβάλλειν. — [2] ἐδύνατο. — [3] αὐτοῦ. — [4] πάντως ἂν ὀ. — [5] καὶ διάρροια κἂν ἐπέλαβεν. — [6] ἐνομίλῳ ἐκεφαλῆς. — [7] ἐν μέσῳ etiam V. — [8] αὐτοῖσι.

tem de hac Cornarii lectione iam Foës. in adn.; cod. H. eam scripturam praebuit Littréo. Foësius vero *ἐμβάλλειν* defendit, sed modo tamen eo, qui prorsus displicet. Editor Paris. codicem C. magnam partem secutus ita locum constituit: *Τούτου ἥ τε σχέσις τοῦ σώματος παρέλαβε ἐπίχολος ἐοῦσα καὶ ἐν τῷ σώματι καὶ ἐν τῷ νοσήματι ἦν σηπεδών· σηπεδὼν τοῦ δέρτρου πουλλὴ καὶ ἄλλων σαρκῶν, ἃς ἔδει αὐτίκα ἐκβάλλειν — ἐσήπετο.* Adnotat autem haec: „Le texte de vulg. me parait altéré: d'abord que fait dans ce texte *ἐν τῷ σώματι*, *in corpore* putredo sicca *tenuis intestini*? *In corpore* est inutile; secondement *ξηρή* est malencontreux, car la suite de l'observation montre que cette plaie fistuleuse fournissait beaucoup d'humeur et que les chairs auraient eu besoin d'être consumées par un medicament siccatif, *ξηρῷ φαρμάκῳ*. Par ces raisons je me suis reporté vers le texte de C., qui me parait acceptable, pourvu qu'on ajoute un second *σηπεδών*, facilement omis par le copiste." — Mihi quidem in codice C. *καὶ ἐν τῷ νοσήματι* nihil aliud est, nisi ineptum additamentum forte lapsu calami ortum. Additio nominis *σηπεδών*, quam Littréus voluit, otiosa est; et argumenta, quibus vulgatam lect. subvertere conatur, leviora mihi videntur, quam quibus movear ut probam lectionem dimittam. Explicabo autem, quomodo eam accipiam: in habitu corporis aegrotantis latebat medicum biliosum, quod inerat, cum qua re cf. § 20. huius libri; sed latebat in corpore ex eius opinione etiam *σηπεδὼν ξηρὴ τοῦ δέρτρου πολλή*, nempe quae extus conspici non potuit per vulnus. Ut iam ineptum sit *σηπεδὼν ξηρή*, cum postea *σαπρόν τι*, quod *ἐπέρρει*, memoratur, constare deberet auctorem hic *σηπεδόνα ξηρήν* eo sumere sensu, quo nos *gangraenam siccam* hodie; sed mihi secus videtur et facile potuit *σηπεδόνα ξηρήν* vocare partes, quae adhuc solidae nondum in putrilaginem humidam abierant, sed tamen erant abiturae, et ichorem, quem nos vocamus, appellare *τὸ ἐπιῤῥέον σαπρόν*. Quin id voluisse auctorem docent verba *ὑπὸ γὰρ τῶν ὑγρῶν οὐδὲν ἐπεδίδου, ἀλλ' ἐσήπετο*. Latina vocabula, quae in notula Littréi citantur, sunt e Cornarii versione, quam si recte intelligere velis, relegas adn. Foësii ad *ὑπὴ ἐφάνη* p. 1150.

εἴ τις ἠδύνατο.] Sic cod. C., *ἐδύνατο* vulgo. Illud etiam recepit Littréus.

ῥῖγός τε ἔλαβε καὶ πυρετὸς ἐπελάμβανε καὶ ἐσήπετο μᾶλλον.] Haec est lectio cod. Marciani, quam e Paris. C. item adnotat Littréus, nisi quod *τε* non scriptum est. Vulgo: *ῥῖγος ἐλάμβανε καὶ πυρετὸς καὶ ἐσήπετο μᾶλλον.*

ἐπέρρει δὲ αὐτῷ.] Est id quoque a Littréo ex eodem cod. receptum pro vulg. *αὐτοῦ*.

ἑκάστης ἡμέρης.] Ceteri *οἷον ἑκάστης ἡμέρης*; abieci otiosum *οἷον*.

κἂν διάρροια ἐπιλάβῃ.] Vulgata fert *καὶ διάρροια κἂν ἐπέλαβε*. Cod. C. *καὶ διάρροια ἐπέλαβε*, quod Littréus dedit. — Calvus, Corn., Foësius Latine vulgatam expresserunt; Littréus codicis C. lectionem. Aut ego fallor, aut vulgata indicio est olim duplicem fuisse lectionem: alteram *καὶ διάρροια ἐπέλαβε*, alteram *κἂν διάρροια ἐπιλάβῃ*. Hanc quidem Latine interpretes exprimunt, eamque credo solam veram esse. Mirum esset in fine epicrisios historiae morbi adhuc symptoma adiici; magis mirum unicum hoc signum, nec plura subiungi; tum vero potuit auctor exspectare morbi in meliorem partem conversionem ex alvi fluxu, quum antea dixerat *ἥ τε σχέσις τοῦ σώματος παρέλαβε ἐπίχολος ἐοῦσα.*

27. *ἐξκαιδεκάτῃ.*] Sic Cod. C.. *ἑκκαιδ.* Littr., *ις'* vulg.

ἐν μέσῳ τῷ βρέγματι.] Vulgo *ἐν μέσῳ τῷ βρ.* Littréus *ἐν* omisit et adnotat „*ἐν* omm. codd., Ald." Ego *ἐν* adscriptum vidi in Vossiano; sed in Marciano omittitur.

γάρ μευ.] Vulgo *δέ μου*, formam *μεῦ* praebent Marcianus et Paris. C. De meo vero *γάρ* pro *δέ* scripsi, particulae confusae sunt.

τοῦ βέλεος τὸ σῖνος· ὕστερον γὰρ καταφανὲς γίγνεται. Πρῶτον μὲν ἐς τὴν κληῖδα, ὕστερον δὲ ἐς τὴν πλευρὴν ὀδύνη ἰσχυρὴ πάνυ καὶ σπασμὸς ἐς ἄμφω τὼ χεῖρε ἦλθε· ἐν μέσῳ γαρ εἶχε τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ βρέγματος τὸ ἕλκος. Ἐπρίσθη δὲ πεντεκαιδεκάτῃ καὶ πῦον [1] ὑπῆλθε οὐ πουλύ· ἡ δὲ μῆνιγξ ἀσαπὴς ἐφαίνετο.

κη'. Παιδίσκη [2] ἐν Ὁμίλῳ ἐκ τρώματος κεφαλῆς ὡς δωδεκέτις θνήσκει ἐν μέσῳ θέρεϊ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρῃ· θύρην τις αὐτῇ ἐνέβαλε καὶ τό τ' ὀστέον φλᾷ καὶ ῥήγνυσι· αἱ δὲ ῥαφαὶ ἐν τῷ ἕλκεϊ ἦσαν. Τοῦτο ἐγνώσθη ὀρθῶς πρίσιος δεόμενον· ἐπρίσθη δὲ οὐκ εἰς τὸ δέον, ἀλλ' ὅσον ὑπελείφθη, πῦον ἐν αὐτῷ ἐγένετο. Ὀγδόῃ ῥῖγος· [3] πυρετὸς ἐπέλαβε· εἶχε δὲ καὶ τῶν πρόσθεν ἡμερέων, ὅτε πυρετὸς οὐκ εἶχε. Ἐνάτῃ δὲ τὸ λοιπὸν ἐξεπρίσθη, καὶ ὑπεφάνη ὀλίγον πάνυ πῦον ξὺν αἵματι καὶ ἡ μῆνιγξ καθαρὴ ἦν. Καὶ ὕπνος μὲν ἐπέλαβε, ὁ δὲ πυρετὸς αὖτις οὐκ ἠφίει· σπασμὸς δὲ χεῖρα τὴν ἀριστερὴν [4] ἐπελάμβανε· ἐν γὰρ τοῖσι δεξιοῖσι μᾶλλον εἶχε τὸ ἕλκος.

κθ'. Κυρήνιος [5] ἐν Ὁμίλῳ, ἔμπυος γενόμενος τὴν κάτω κοιλίην ἐκαύθη ὕστερον τοῦ δέοντος καὶ ἔσχε ἐπιεικέως καὶ ἐξηράνθη τὸ πῦον ἐν τῇ κοιλίῃ. Ἐν δὲ τῇ θερμοτάτῃ ὥρῃ ἐσθίων ὀπώρην καὶ ἄλλα σιτία ἀξύμφορα, πυρετὸς ἐπέλαβε καὶ διάρροια καὶ ἔθανε.

spicuum fit. Primum certe ad claviculam, deinde vero ad latus dolor admodum vehemens ortus est et convulsio ad utramque manum pervenit. Ulcus enim medium caput et sinciput occupabat. Ad sectionem ventum est decimo quinto die, neque pus multum subiit. Cerebri vero membrana sine putredine apparebat.

28. Omili famula duodecim fere annos nata ex capitis vulnere moritur decimo quarto die aestate media, ubi impacta a quodam ianua os collisum et fissum fecit. Ad suturas vero vulnus erat, quod certe sectione egere est animadversum. Sectum est autem non quantum oportuit, verum quod in ipso relictum est in pus versum fuit. Octavo die rigor et febris prehendit. Tenebat etiam prioribus diebus cum febre vacabat. Nono autem die quod reliquum erat exsectum est et pus valde exiguum cum sanguine subesse visum est, membranaque pura erat, ac somnus quidem cepit, febris vero posthac non dimittebat. Convulsio autem manum sinistram occupabat, quod dextra potius parte ulcus habebat.

29. Omili Cyrenius, pure collecto in alvo inferiore, serius quam oportebat est inustus et moderate habebat et pus in ventre resiccatum est. Calidissimo vero anni tempore ex pomorum aliorumque inutilium eduliorum esu febris prehendit et alvi profluvium, ac mortuus est.

[1] ἀπῆλθε. — [2] ἐν Ομ. om. — [3] καὶ π. ἐπίλ. — [4] ὑπελάμβανε. — [5] ἐνομίλην.

καὶ πῦον ὑπῆλθε οὐ πουλύ.] Littréus hic e cod. C. ἐπῆλθε scripsit, quod mihi non praestare videtur prae vulgata lectione ὑπῆλθε, quam retinui.

28. δωδεκέτις.] Vulgo δωδεκαέτης, sed δωδεκέτις cod. C., non Marcianus, qui δωδεκέτης. Cod. Par. D. δωδεκαέτις.

καὶ τό τ' ὀστέον φλᾷ.] Sic Marcianus; vulgo τ' abest.

αἱ δὲ ῥαφαὶ ἐν τῷ ἕλκεϊ ἦσαν.] Cod. C. καὶ ἐν τῷ ἕλκει αἱ ῥαφαὶ ἦσαν. Marcianus: καὶ αἱ ῥαφαὶ ἐν τῷ ἕλκει ἦσαν.

τοῦτο ἐγνώσθη.] τοῦτ' ἐγνώσθη Marcianus.

ὀγδόῃ ῥῖγος· πυρετὸς ἐπέλαβε· εἶχε δὲ καὶ τῶν πρόσθεν ἡμερέων, ὅτε πυρετὸς οὐκ εἶχε.] In vulgata pone εἶχε δέ rursus leguntur verba οὐκ εἰς τὸ δέον, ἀλλ' ὅσον, quae paulo ante occurrunt. Iam vero quomodo dici possit sive febris, sive rigor ἔχειν εἰς τὸ δέον? Sed sine dubio ista eiicienda sunt et legendum εἶχε δὲ καὶ τῶν πρόσθεν ἡμερέων. Quodsi quaeras quodnam subiectum ad εἶχε sit cogitandum, est ῥῖγος: prioribus illis diebus rigor adfuit sine febre, octava demum die febris emicuit. Cod. Marcianus in hisce ῥῖγος καὶ πυρετὸς ἐπέλαβε.

αὖτις.] Sic cod. C. et Marcianus, vulgo αὖθις.

ἐπελάμβανε.] Sic cod. C., unde Littréus dedit; vulgatum ὑπελάμβανε falsa lectio est.

29. Κυρήνιος.] Κυρῖνος, κυρίνιος sunt varr. lectt.; nomen autem corruptum esse et ipse sum opinatus et postea etiam Meinekium existimavisse vidi; sed quid in eo lateat, nec mihi cognitum est. Num forte Κυμηναῖος?

ἐκαύθη ὕστερον τοῦ δέοντος.] Quae pone ὕστερον inseri solent verba ἐν ἡμέρῃσι τριάκοντα, et in quibus cod. C. et Marcianus ἐν omm., non pertinent, me iudice, ad hanc historiam morbi, ita ut eiecerim. Auctor ita ad amussim exigere numerum dierum in hac re non potuit.

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 871 sur 880

©BIUM

λ'. [1] Ἑκάσων ἐν Ὁμίλῳ ὥσπερ χἄτερος ὕστερον ἐκαύθη· ὅμως δὲ ἐξηράνθη πλὴν ὀλίγου ἡ κοιλίη· δυσεντερίῃ δὲ ἐπέλαβε καὶ αὐτὴν ἀποφυγὼν ἤσθιε τὸ πᾶν, ἕως ὅλος ᾤδησε καὶ ἐρράγη αὐτῷ πῦον κάτω καὶ ἔθανε.

λα'. [2] Ἑκάσωνι ἐν Ὁμίλῳ ἀπὸ ἀκαθαρσίης καὶ πονηρῆς καθάρσιος ἐς τὸ ἰσχίον [3] ἀπέστη ὀδύνη ὀξεῖα, καὶ [4] ταύτης μὲν ἀπηλλάχθη, πυρετοὶ δὲ [5] ἐπέλαβον· καὶ χρόνον πουλὺν κλινοπετὴς [6] ἦν, οὔτε πίνων οὐδὲν, οὔτε διψῶν, ἀσθενὴς [7] δ' ἐὼν καὶ φρικώδης. Τούτῳ ἀφῃρέθη μὲν, ὡς ἔδει· [8] ὠφελεῖτο δὲ ἀπὸ τῶν προσφερομένων. τελευτῶντι δὲ ἐρράγη κάτω πολλὴ χολὴ καὶ παρέκοψε καὶ ἔθανε· ἐδόκεε δ' ἂν ἐκφυγεῖν.

λβ'. Ἐν [9] Σαλαμῖνι ὁ περὶ τὴν ἀγκύρην περιπεσὼν, — ἐπὶ γαστέρα [10] δὲ ἐτρώθη, — περιωδύνεε· φάρμακον δὲ ἔπιε καὶ οὐ διεχώρησε κάτω, οὐδ' ἀνήμεσε.

30. Hecason Omili perinde ac alter serius inustus est, fere tamen totus venter resiccatus est. Difficultate autem intestinorum correptus, ubi eam evasisset, quidvis edebat, donec totus intumuit, eique pus per inferiora erupit et obiit.

31. Hecasoni Omili ex corporis impuritate et prava purgatione gravis in coxendicem dolor incubuit. Quo quidem demittente febribus correptus est, diuque lectulo decumbens, neque bibebat quidquam, neque sitiebat, debilis autem erat et crebro horrores sentiebat. Huic de cibi quantitate detractum est, quantum oportebat; profecit autem ex iis, quae offerebantur. Tandem per inferiora multa bilis erupit et deliravit et obiit; videbatur autem evasurus esse e morbo.

32. Salamine qui in anchoram delapsus est, — in ventre autem vulnus accepit, — vehementissimis doloribus conflictabatur; — epotum autem medicamentum neque deorsum demisit, neque vomitione reiecit.

[1] Tota haec historia morbi om. — [2] ὁ Ἑκάσων. — [3] ἐπέστη αὐτῷ. — [4] αὐτήν. — [5] ὑπέλαβον. — [6] ὤν. — [7] τε. — [8] ὠφελει (sic). — [9] σαλμήνη περί. — [10] διετρώθη περιωδύνεε δέ.

30. Ἑκάσων.] ὁ Ἑκάσων cod. unus Paris. Meinekius hic desiderat Ἑκάτων, itemque initio § 31. Equidem nihil mutare audeo.

ὥσπερ χἄτερος.] hoc e cod. C. recepit Littr. et praebuit Marcianus; vulgo καὶ ὅ γε ἕτερος.

δυσεντερίῃ δὲ ἐπέλαβε.] Ceteri ὑπέλαβε; emendavi e Marciani lectione.

ἤσθιε τὸ πᾶν.] Hoc conferendum est cum detractione ciborum, de qua sermo est in fine sequentis historiae morbi τούτῳ ἀφῃρέθη μὲν ὡς ἔδει.

καὶ ἐρράγη αὐτῷ πῦον κάτω καὶ ἔθανε.] Vulgo καὶ ἐρράγη αὐτῷ πῦον κάτω καὶ διάρροια καὶ ἀπέθανε; puto vero auctorem dedisse quod exhibui. Nimirum recte animadvertit Littréus ad principium § 31. probabile esse nomen confusum esse cum nomine huius § 30., sed idem existimo factum esse in verbis postremis utriusque historiae morbi, ita ut finis § 29. huc quoque translatus sit. Solent corruptelae eiusmodi sibi vicinae esse et habuimus iam plures historias, in quibus errores eiusmodi deteximus. Quin si ad orationem recte mentem attendas καὶ διάρροια subiectum erit verbi ἐρράγη in vulgata lectione, — iam vero κοιλίη ἐρράγη s. potius καταρράγη frequens est; διάρροια ἐρράγη nusquam legi; frequens vero est διάρροια ἐπέλαβε, εἶχε, similia alia.

31. Ἑκάσωνι.] Uti aliis locis supra, de meo emendavi ineptam structuram Ἑκάσωνι ἐν Ὁ — ἐπέστη αὐτῷ, quam libri habent omnes. Simul de meo ἐπέστη in ἀπέστη mutavi; has praepositiones tam frequenter permutatas vidi, ut facile exhibeam, quod auctor dedisse videtur.

καὶ ταύτης μὲν ἀπηλλάχθη.] Vulgo καὶ αὐτὴ μὲν ἀπηλλάγη, sed Marcianus ἀπηλλάχθη, unus codex αὐτῇ, alius αὐτῆς; hic ad veram lect. ταύτης ducit; nempe seq. αὐτὸν docet ἀπηλλάχθη ipsum aegrum pro subiecto habere. Paulo post ceteri πυρετοὶ δὲ αὐτὸν ὑπέλαβον, etiam Marc. ὑπέλαβον, equidem reiicio pronomen otiose invectum; et solita formula est πυρετὸς ἐπέλαβε, non ὑπέλαβε.

κλινοπετὴς ἦν.] Rectissime Lind. ἦν pro librorum lect. ὤν.

ἀσθενὴς δ' ἐών.] Ceteri τε ὤν, sed in antithesi δέ requiritur, itaque et hoc et simul Ionismum participii revocavi.

τούτῳ ἀφῃρέθη μὲν, ὡς ἔδει· ὠφελεῖτο δὲ ἀπὸ τῶν προσφερομένων. τελευτῶντι δὲ ἐρράγη κάτω πολλὴ χολὴ καὶ παρέκοψε καὶ ἔθανε· ἐδόκεε δ' ἂν ἐκφυγεῖν.] Locum, quem de coniectura ita constitui, e librorum lectione hic repetam: τούτῳ ἀφῃρέθη μὲν τὸ νόσημα χρηστῶς, ὡς ἔδει· ὠφελεῖτο δὲ τὸ σῶμα (Marc. τὸ σῶμα ὠφελεῖτο δ') ἀπὸ τῶν προσφερομένων· τελευτῶντι δὲ ἐρράγη τὸ νόσημα κάτω καὶ ἐχώρεε πᾶν ὑπὸ πουλλὴ χολὴ καὶ παρέκοψε καὶ ἔθανε· ἐδόκεε δ' ἂν διαφυγεῖν. Haec vulgatam referunt lectionem nisi quod cum Littréo e multis codd. Parr. dedi δὲ ἐρράγη pro διερράγη. Littréus ipse edidit: τούτῳ ἀφῃρέθη μὲν τὸ νούσημα χρηστῶς, ὡς ἔδει, τὸ σῶμα· ὠφελεῖτο δὲ ἀπὸ τῶν προσφερομένων. Adnotat autem: „ὡς ἔδει τὸ σῶμα ὠφ. δε (δ' C. ἀπό codd. Ald.)" — Quam tamen lectionem non omnes codd. habent; nam vulgatam in Vossiano reperi. Insuper observandum pone ἐκφυγεῖν in fine vulgo τὸ νόσημα legi, quod tamen quum in pluribus codd. Pariss., tum in Voss. omittitur. Et ab isto νόσημα ut ordiar, hoc quidem tam saepe repetitum statim corruptelae indicium est. Tum vero ἀφῃρέϊη τὸ νόσημα χρηστῶς et per se ineptum est et magis etiam ineptum, quum paulo post ἐρράγη τὸ νόσημα κάτω dicatur. Nempe locus absurde est interpolatus, alienisque demtis sensus planus emergit et facilis. In loci scriptione, quam protuli, ἀφῃρέθη ὡς ἔδει accipio de ciborum detractione, quo sensu usurpatur libro de V. A. v. c. § 38. ὥστε ἀφαιρεθῆναι, cf. quod de ἤσθιε τὸ πᾶν ad superiorem § dixi; scilicet haec sibi opponuntur.

32. ἐπὶ γαστέρα δὲ ἐτρώθη.] Id quidem latet in vulgato

λγ'. Ἡ γυνὴ, ἣ ἀπέσφαξε [1]ἑωυτὴν, ἐπνίγετο καὶ ἐδόθη αὐτῇ ὕστερον πολλῷ [2]κατάποτον ἐλατήριον καὶ ἐξεχώρησε αὐτῇ.

33. Quae se ipsa iugulaverat suffocabatur; cui longe postea medicamentum deorsum purgans devorandum exhibitum per alvum demissum est.

λδ'. Ὁ ἐξ Εὐβοίης ἐλθὼν [3]νεηνίσκος, πολὺ κάτω κεκαθαρμένος [4]διαλιπὼν ἐπύρεσσε· εἶτα δοκέων ἄνω δέεσθαι ἔπιε [5]ἀσθενὲς ἐλατήριον καὶ μετὰ τὴν πόσιν τεταρταῖος ἔθανε ἐκκαθαρθεὶς οὐδέν· ἀλλ' ὕπνος εἶχε καὶ οὐκ ἠδύνατο παύσασθαι ἡ δίψα.

34. Adolescens Euboea veniens, ubi post multas infernas purgationes ab his quievisset, febre correptus est. Deinde cum sibi videretur per superiora purgandus, medicamentum deorsum purgans imbecillum ebibit et quarto post potionem die mortuus est, cum nihil perpurgatus esset, sed somnus tenuisset, neque sitis sedari potuisset.

λε'. [6]Δούλῃ ἀπὸ καταπότου ἄνω μὲν ἐχώρησε ὀλίγα καὶ [7]ἐπνίγετο, κάτω δὲ πολλά· τῆς νυκτὸς δὲ ἔθανε· βάρβαρος δὲ ἦν.

35. Servae a medicamento devorato pauca quaedam per superiora prodierunt et suffocabatur, per inferiora vero multa. Nocte mortua est; erat autem barbara.

λς'. Ὁ [8]Εὐβίου πιὼν ἐλατήριον τρεῖς ἡμέρας ἐκαθαίρετο καὶ ἔθανε· τὴν δὲ χεῖρα ἔμπυον εἶχε μέχρι τοῦ ἀγκῶνος.

36. Eubii filius medicamento deorsum purgante ebibito tribus diebus purgabatur ac mortuus est. Manum autem purulentam ad cubitum usque habebat.

λζ'. Ὁ [9]Ξυμμάχου παῖς ὑπὸ χολῆς ἀπεπνίγη νύκτωρ καταδαρθὼν καὶ πυρετοῦ [10]ἐπισχόντος· φάρμακον δὲ πιὼν οὐ κατέσχε, [11]οὐδ' ἐκαθήρατο ἡμερῶν πρὶν ἀποθανέειν ἕξ.

37. Symmachi puer de bile praefocabatur noctu inter dormiendum et cum febris eum detineret. Epotum autem medicamentum non continuit, neque purgatus est sex ante mortem diebus.

λη'. Ὁ παρὰ τὸν δρόμον οἰκέων τῆς νυκτὸς αἷμα ἐμέσας τῇ ὑστεραίῃ ἔθανε αἷμα ἐμέων πουλὺ καὶ πνιγόμενος· [12]ἐς σπλῆνα

38. Qui prope curriculum habitabat, ubi noctu sanguinem vomitione refudisset, postridie cum multa sanguinis vomitione et suffocatione mor-

[1] ἑαυτήν. — [2] καταπότιον. — [3] νεανίσκος πολλήν. — [4] ἰδιὰ λιπών. — [5] ἀσθενῆ βίζαν ἐλατηρίου. — [6] ἡ δούλη ᾗ ἀπό. — [7] ἔπνιγε. — [8] ὁ εὐβίου ὕιος. — [9] συμμάχου. — [10] sic V. — [11] οὐδὲ καθήρατο ἡμερῶν. — [12] ὡς σπλ.

διετρώθη; iam vero δέ pone περιωδύνεε delendum erat. Pro διεχώρησε cod. C. διεχώρεε. Utrum hist. haec integra sit, nec ne, non satis discerno, de exitu morbi neque hic, neque in sqq. aliquot quidquam legis.

33. ἑωυτήν.] Vulgo αὐτήν, plures libri αὐτήν; cod. Voss. ἑαυτήν; hinc cum Lind. ἑωυτήν dedi. In sequentibus κατάποτον est lectio, quam e Paris. C. Littréus exhibet et quam e Marciano notatam video, pro vulgato κατα-πότιον.

34. πολὺ κάτω κεκαθαρμένος διαλιπὼν ἐπύρεσσε.] Pone διαλιπών ceteri πεπαυμένος legunt, videtur autem glossema esse in διαλιπών, adeo ut deleam. Cod. Marc. habet: πολλὴν κάτω κεκαθαρμένος διαλιπὼν πεπαυμένος πυρέσσων εἶτα κ. τ. λ.

ἔπιε ἀσθενὲς ἐλατήριον.] Quod in mss. et edd. pone ἀσθενές infertur, βίζαν, ineptum est glossema ad ἐλατήριον adscriptum. Hoc autem adscripto in textu ipso librarii etiam ἀσθενῆ dare coeperant. Marcianus: ἔπιεν ἀσθενῆ βίζην ἐλατήριον μετά κ. τ. λ. Solum ἀσθενὲς ἐλατήριον ἔπιε scripsisse auctorem docet comparatio huius § cum § 19. verbis ταύτῃ ἐδόθη ἀσθενεούσῃ ἐλατήριον ἀσθενὲς, ποτὸν, ὑδαρὲς καὶ ὀλίγον.

35. Δούλῃ.] Ceteri ἡ δούλη, ᾗ κ. τ. λ., licet vulgo ἡ pro ᾗ ponatur.

ἐπνίγετο.] Ita de meo scripseram; postea vidi unum cod. Paris. id re ipsa ferre. Sine dubio vulgatum ἔπνιγε non est, nisi truncatum ἐπνίγετο.

βάρβαρος δὲ ἦν.] β. δ' ἦν Marcianus.

36. ὁ Εὐβίου.] Ceteri omnes ὁ Εὐβίου ἄνθρωπος. Miraris neminem animadvertisse foedum glossema esse ἄνθρωπος, nec delevisse quemquam. Quod cod. unus Paris. πρὸς pro τρεῖς habet, nullius momenti est.

37. ὁ Ξυμμάχου παῖς — ἕξ.] Ceteri ὁ Συμμ.; tum vulgo ἐπέχοντος; at in solo Voss. legi ἐπισχόντος, quod propter καταδαρθών praefero. Οὐδ' ἐκαθήρατο unus cod. praebuit Littréo pro vulgato, quod e cod. Voss. enotavi. Vulgo ἡμερῶν καὶ πρὶν ἀποθανέειν ἕξ; in Voss. ἡμερῶν quidem legitur, sed non καί. Littréus exhibuit ἡμέρῃσι e cod. C., in quo solo e libris, quos vidit, καί deësse adnotat. Marcianus: ἡμέρης καὶ πρὶν ἀποθανέειν ἕξ.

©BIUM

δὲ καὶ κάτω αἱματῶδες αὐτῷ ἐχώρεε πουλύ.

λθ'. Παιδίον ὑπὸ [1]ὀρέος [2]πληγὲν τὴν γαστέρα καὶ τὸ ἧπαρ ἀπέθανε τῇ τετάρτῃ· τὸ δὲ πνεῦμα πυκινὸν εἶχε καὶ οὐ κατενόεε καὶ [3]πυρετὸς εἶχε.

μ'. Ὁ Ἑρμοφίλου υἱὸς ἔκαμε ἡμέρας ἑνδεκα· πυρετὸς δὲ εἶχε [4]καὶ ἠσίτεε καὶ οὐχ ὑπῄει τὰ σιτία· καὶ πρῶτον μὲν παρενόησε, τῆς δὲ νυκτὸς ἐπαύσατο. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρῃ ἄφωνος ἔκειτο ῥέγχων, διεστραμμένα ἔχων τὰ ὄμματα, πυρέσσων· πτεροῦ δὲ καθιεμένου ἤμεσε χολὴν μέλαιναν καὶ [5]κλυσθέντι κόπρος ὑπῆλθε πολλή.

μα'. Ἀριστίωνος δούλης αὐτόματος ὁ ποῦς ἐσφακέλισε [6]κατὰ μέσον ἔνδοθεν ἐκ πλαγίου· καὶ τὰ ὀστέα σαπρὰ [7]γενόμενα ἀπέστη καὶ ἐξῄει κατὰ μικρὸν σηραγγώδεα· καὶ διάρροια ἐπεγένετο [8]καὶ ἔθανε.

μβ'. Γυνὴ ὑγιαίνουσα, παχεῖα, κυήσιος ἕνεκεν ἀπὸ [9]καταπότου ὀδύνῃ [10]εἴχετο τὴν γαστέρα· καὶ [11]στρόφος ἐς τὸ ἔντερον, καὶ [12]ᾤδεε, — πνεῦμα δὲ προΐστατο· καὶ [13]ἀπορίη ξὺν ὀδύνῃ· καὶ [14]ἐμημέκεε οὐ πουλύ· καὶ [15]ἐξέθανε πεντάκις ὡς τεθνάναι δοκέειν· καὶ

tuus est. Ad lienem vero et infra copiosus ei sanguis secedebat.

39. Puer in ventrem et iecur a mulo ictus obiit quarto die. Spirationem autem crebram habebat, neque intelligentia valebat, et febris detinebat.

40. Hermophili filius diebus undecim laboravit. Febris autem detinebat, cibos aversabatur, neque ciborum reliquiae subierant. Ac inprimis quidem delirio correptus est, quod noctu desiit. Postero vero die voce defectus iacuit cum stertore, distortis oculis, febricitans. In os autem immissa penna bilem atram vomitione reiecit et ex infuso per clysterem stercus multum prodiit.

41. Aristionis servae pes suapte sponte sideratione tentatus est ad mediam partem internam ex obliquo; et ossa putrilagine concepta discessionem fecerunt, ac paulatim cavernosa foras prodibant. Accessit autem alvi profluvium, quo mortua est.

42. Mulier sana et obesa ex medicamento conceptus gratia deglutito ventris dolore et intestinorum torminibus conflictabatur et intumuit, — spiritus autem antea restitit, — et anxia erat cum dolore, nec multum vomuerat, et quinquies animo linquebatur ita ut mortua

[1] συός. — [2] πλαγείς. — [3] πυρετόν. — [4] καὶ ἠσίτεε om. — [5] κλυσθέντος. — [6] κατὰ μέσον τοῦ ποδὸς ἔδοθεν (sic). — [7] γινόμενα. — [8] καί om. — [9] ἀποπάτου. — [10] ἡ εἴχετο. — [11] στρέφοι. — [12] ᾖδησε. — [13] ἀπορίη. — [14] αἷμα ἔμεε. — [15] ἐξέφανε.

39. ὑπὸ ὀρέος.] In libris se reperisse testatur Littréus, quod ipse etiam in Voss. et Marciano reperi ὑπὸ συός. Apud Gal. de Dyspnoea III. 12. p. 956. Kühn. lego vulgatum ὀρέος, quod retinui, quum animal significetur in civitatibus perfamiliare et a quo πληγὴν εἰς τὴν γαστέρα καὶ τὸ ἧπαρ exspectare licet. — Gal. l. l. ἀπέθανε τεταρταῖον, quod si malis, eo utaris. Vulgo ἀπέθανε τῇ τετάρτῃ. Marcianus ἀπέθανε τετάρτῃ.

40. ὁ Ἑρμοφίλου υἱός.] Marc. ὁ om.

πυρετὸς δὲ εἶχε καὶ ἠσίτεε καὶ οὐχ ὑπῄει τὰ σιτία.] Cod. C. pone εἶχε habet καὶ ἠσίτεε, itemque Marcianus, neque apud Calvum reperio, neque apud reliquos; cum Littréo recepi; neque enim de suo addidisse credo librarios, sed potius in aliis mss. omissum esse.

κλυσθέντι.] Sic Littréus e libris aliquot Paris.; vulgo, uti in Voss., genitivus participii legitur.

41. ὁ ποῦς ἐσφακέλισε κατὰ μέσον ἔνδοθεν ἐκ πλαγίου.] Pone κατὰ μέσον vulgata habet τοῦ ποδός. quod quum nimis perspicuam faciat sententiam abieci. Credo autem natum esse ex altera lectione loci, Ἀρ. δούλη αὐτόματος ἐσφακέλισε κατὰ μέσον τοῦ ποδὸς ἔνδοθεν ἐκ πλαγίου. In vulgata sine dubio illud τοῦ ποδός abundat.

καὶ τὰ ὀστέα σαπρὰ γενόμενα ἀπέστη καὶ ἐξῄει κατὰ μικρὸν σηραγγώδεα.] Legi solet συριγγώδεα, sed quis necrosi abscedentia fragmenta ossea συριγγώδεα esse affirmabit? Foësius coniecit σηραγγώδεα, quae emendatio mihi tam certa est visa, ut recipiendam arbitrarer. Ducta autem est e Galeni glossa σηριγγώδη) χαῦνα κ. τ. λ., ubi vide: credo tamen glossae auctorem non recte σύριγγες, sic enim legendum pro σήριγγες, idem esse perhibere quod σήραγγες; et quin Erotiani συριγγῶδες) κατατετρημένον e σηραγγῶδες sit ortum, vix dubito.

42. πνεῦμα δὲ προΐστατο.] Πνεῦμα de spiritu in corpore maximeque in intestinis accipio. Nempe antequam intumesceret, spiritus προΐστατο, qui ipse ἱστάμενος in causa esse putatur τῆς οἰδήσεως. Infra πνοή idem fere, quod hic πνεῦμα, nisi quod ibi πνοή forte magis de solo flatu in intestinis dicitur. Interpretes Calvus, Corn., Foës., Littréus spirandi difficultatem hic cogitant, certe de Foësio et Littréo id constat, de Calvo, Corn. forte minus confidenter affirmaveris; sed rerum nexus me in eam, quam protuli, opinionem adducit.

καὶ ἀπορίη ξὺν ὀδύνῃ.] Ante καὶ ἀπορίη puncto distinxi, ne haec ad προΐστατο pertinere videantur.

ἐμημέκεε.] Hoc plusquamperfectum, de quo iam Foës. monuit, recte e libris restituit Littr. pro vulg., αἷμα ἤμεσε. In multis codd. in αἱμημέκεε abierat.

πεντάκις.] πολλάκις Calvum legisse iam Foës. adnotat,

οὔτε ἐμέσασα ἀπὸ [1] ὕδατος ψυχροῦ ἐχάλα, οὔτε τῆς ὀδύνης ἐπιούσης, τὴν πνοήν. Ὕδατος δὲ κατεχύθησαν ψυχροῦ ἀμφορέες ὡς τριάκοντα κατὰ τοῦ σώματος καὶ [2] ἐδόκεε τοῦτο μόνον ὠφελέειν· καὶ ὕστερον κάτω ἐχώρησε χολὴ συχνή· ὅτε δὲ ἡ ὀδύνη εἶχε, οὐδὲν ἠδύνατο χωρῆσαι· [3] καὶ ἐβίω.

μγ'. Ἀνταν̓δρος ἀπὸ καταπότου, ἐξαντὴς ἐὼν τἄλλα, περὶ δὲ τὴν κύστιν ἐδόκεε ἄλγος ἔχειν· ἐκαθήρατο [4] αὐτίκα ὀξέως πουλὺ κάθαρμα· καὶ ἀπὸ μέσου ἡμέρης ὀδύνη ἔσχε ἰσχυρὴ πάνυ [5] ἐς τὴν γαστέρα, καὶ πνίγμα καὶ ἀπορίη καὶ ῥιπτασμός· καὶ ἤμει, καὶ ἐχώρεε οὐδὲν, καὶ τὴν νύκτα ἔπασχε καὶ ὕπνος οὐκ ἐπῆει. Τῇ δ' ὑστεραίῃ ἐχώρεε πολλὸν [6] αἷμα καὶ ἔθανε.

μδ'. Τῷ Ἀθηνάδεω παιδὶ ἄρρενι, τῷ φαγεδαινωθέντι, [7] ὀδὼν ὁ ἐν ἀριστερᾷ κάτω, ἄνω δὲ ὁ ἐν δεξιᾷ ..... τὸ οὖς τὸ δεξιὸν ἐνεπύησε οὐκ ἔτι ἀλγέοντος.

με'. [8] Σκυτεὺς [9] κάσσυμα κεντῶν ὀπητίῳ ἐκέντησε [10] ἑαυτὸν ἐπάνω τοῦ γούνατος ἐς τὸν μηρὸν καὶ ἔβαψε ὡς δάκτυλον. Τούτῳ αἷμα μὲν οὐδὲν ἐρρύη, τὸ δὲ τρῶμα ταχὺ ἔμυσε· ὁ δὲ μηρὸς ὅλος ἐμετεωρίζετο καὶ διέτεινε

esse videretur et neque quum ab aqua frigida vomuisset, neque quum dolor invasisset, transmisit flatum. Frigidae vero fere amphorae triginta corpori affusae sunt, quod sane unicum opem ferre videbatur, ac postea bilis copiosa infra demissa est. Urgente vero dolore nihil secedere poterat; at vixit tamen.

43. Antander ex deglutito medicamento alioqui nullam noxam sensit, at circa vesicam dolor tenere visus est; statim multae sordes eiectae sunt et a meridie inde dolor eum vexavit admodum gravis ad ventrem et suffocatio et anxietas et corporis iactatio. Ac vomuit, neque infra quidquam prodiit, et noctu male habebat, neque somnus invasit. Postridie vero multus sanguis prodiit et mortuus est.

44. Athenadae puero masculo, ulcere exedente, phagedaenam vocant, laboranti dens ex sinistra parte inferior, ex dextra vero superior..... in aure dextra pus collectum est, non amplius urgente dolore.

45. Cerdo corium durum subula perforans se ipse supra genu in femur pupugit et fere ad digiti longitudinem subulam immisit. Huic ne sanguis quidem ullus effluxit et vulnus celeriter coiit. Totum autem femur intumescebat

[1] τοῦ ὕδ. — [2] ἐδόκεε ἄρα τοῦτο. — [3] καὶ ἐβίω abest. — [4] αὐτήν. — [5] ἐς τὴν ὑστέρην πνίγμα. — [6] ἕτερον ἀ. — [7] ὀδὼν ὃν ἀριστερῇ κάτω ἄνω δὲ τοὺν δεξιῇ ἦσαν, τὸ δεξιὸν κ. τ. λ. — [8] ὁ σκ. — [9] κἀπυκακεντῶν ἐν τῷ ὀσπητίῳ. — [10] αὐτόν.

Lind. vero dedit; Littréus in cod. Q' legit et in D. οὐ πολλάκις.

καὶ οὔτε ἐμέσασα ἀπὸ ὕδατος ψυχροῦ ἐχάλα, — οὔτε τῆς ὀδύνης ἐπιούσης, — τὴν πνοήν.] Ceteri in his οὔτε τὴν πνοήν, — me iudice οὔτε ibi abundat et lapsu aliquo librarii invectum est. Iungo καὶ οὔτε ἐμέσασα ἀπὸ ὕδατος ψυχροῦ ἐχάλα τὴν πνοήν, οὔτε τῆς ὀδύνης ἐπιούσης (ἐχάλα αὐτήν.) — Itaque οὔτε eo loco, quem dixi, est supervacaneum. Re vera autem, quemadmodum significavi, locum esse accipiendum docent sub finem obvia ὅτε δὲ ἡ ὀδύνη εἶχε, οὐδὲν ἠδύνατο χωρῆσαι. Ita quoque haec congruunt cum superiore πνεῦμα δὲ προΐστατο. — Memorat Littréus Goulini coniecturam: „Goulin, inquit, (mémoires p. 1775. p, 41.) propose de lire ἀπιούσης et au lieu de τὴν πνοήν, — οὔτ' εὔπνοος ἦν." — Ita vero locus turbari, non restitui mihi videtur.

καὶ ἐδόκεε τοῦτο μόνον ὠφελέειν.] Vulgo ἄρα τοῦτο, sed in cod. Marc. et Par. C. ἄρα omittitur; huiusque fide omisit Littréus.

ἠδύνατο.] Sic Littr. e cod. C.; ceteri ἐδύνατο legunt.

43. ἐξαντὴς ἐών.] Notandum vocabulum esse familiare Cnidiorum libris, certe in quibus originem e schola Cnidia agnoscimus; modo cf. Foës. in Oecon.

ἐκαθήρατο αὐτίκα.] Sic Littréus e libris duobus Pariss., eandemque lect. habet Marcianus; vulgo ἐκαθήρατο αὐτήν. Si Calvi Latina consulas, fere dicas eum utrumque et αὐτήν et αὐτίκα legisse.

ἀπὸ μέσου ἡμέρης.] Ita libri aliquot Parr. et Marcianus, vulgo ἀπὸ μέσης ἡμέρης.

ἐς τὴν γαστέρα καὶ πνίγμα.] Vulgata habet καὶ ἐς τὴν ὑστέρην πνίγμα; iam vero codd. multi ibi copulam omittunt, quam ego de sede sua aberravisse credo et ante πνίγμα inferendam esse. Pro vulgato ὑστέραν cum Littréo dedi γαστέρα e cod. Par. C. et Marciano.

ἐχώρεε πολλὸν αἷμα.] Vulgo ἐχώρεε πολλὸν ὕστερον αἷμα. quod interpungendo pone πολλόν ita explicare student, ut primum multas faeces, dein sanguinem exiisse doceant. Merae nugae! ὕστερον otiose repetitum ὑστεραίη est, quod si deleas, omnia bene habent; seu forte potius est dittographia ἐχώρεε πολλὸν ὕστερον αἷμα.

44. τῷ Ἀθηνάδεω — ἀλγέοντος.] cf. Ep. IV. § 19. Hic quoque lacunam notavi. Varr. lectt. excerpo ex Ed. Littréi, ne in loco lacunoso aliquid negligere videar. Ὀδόντων D. pro ὀδών. — Ὁ ἐν δεξιᾷ Lind. τὸ ἐν δ. vulgo; — τὸ οὖς Littr. e C., vulgo articulus omittitur; Lind. [καὶ τὸ] inseruit.

45. Σκυτεὺς κασσ. κ.] Ceteri ὁ σκυτεύς. Hic articulus

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 875 sur 880

©BIUM

ὁ μετεωρισμὸς ἔς τε τὸν βουβῶνα καὶ τὸν κενεῶνα· οὗτος τῇ τρίτῃ [1] ἀπέθανε.

μς'. [2] Ἄνθρωπός τις παρὰ τὸν βουβῶνα πληγεὶς τοξεύματι, ὃν ἡμεῖς ἑωράκαμεν, παραδοξότατα ἐσώθη· οὔτε γὰρ ἀκὶς ἐξηρέθη, — ἦν γὰρ ἐν βάθει λίην, — οὔτε αἱμορραγίη οὐδεμία ἐγένετο ἀξίη λόγου, οὔτε φλεγμονὴ, οὔτε ἐχώλευσε. Τὴν δὲ ἀκίδα ἔστε καὶ ἡμεῖς ἀπηλλασσόμεθα, ἐτέων ἐόντων ἓξ, εἶχε· ὑπενοεῖτο δὲ τούτῳ μεσηγὺ τῶν νεύρων [3] κατακεκρύφθαι τὴν ἀκίδα, φλέβα τε καὶ ἀρτηρίην οὐδεμίαν διαιρεθῆναι.

μζ'. Ὁ πληγεὶς ὀξέϊ βέλεϊ ἐς τοὔπισθεν μικρὸν κάτω τοῦ τραχήλου τὸ μὲν τρῶμα ἔλαβε οὐκ ἄξιον λόγου ἐσιδεῖν· οὐ γὰρ ἐν βάθεϊ ἐγένετο. Μετὰ δὲ οὐ [4] πολλὸν χρόνον, ἐξαιρεθέντος τοῦ βέλεος, ἐτιταίνετο ἐς τοὔπισθεν ἐρυσθείς, ὡς οἱ ὀπισθοτονικοί· καὶ αἱ γενύες ἐδέδεντο καὶ εἴ τι ὑγρὸν ἐς τὸ στόμα λάβοι [5] καὶ ἐγχειρίῃ καταπίνειν, πάλιν ἀνέκυπτε ἐς τὰς ῥῖνας καὶ τὰ λοιπὰ αὐτίκα ἐκακοῦτο καὶ [6] τῇ δευτέρῃ ἡμέρῃ ἔθανε.

μη'. Νεηνίσκος ὁδὸν τρηχεῖαν τροχάσας ἤλγεε τὴν πτέρνην μάλιστα τὸ κάτω μέρος· ἀπόστασιν δὲ ὁ τόπος οὐκ ἐλάμβανε οὐδεμίαν ὡς ξυνάγων ὑγρόν· ἀλλὰ τεταρταίῳ

et tumor ad inguen et lateris inanitatem extendebatur. Hic tertio die mortuus est.

46. Homo quidam quem nos vidimus, accepto in inguine a sagitta vulnere praeter omnem fere exspectationem servatus est. Neque enim spiculum, quod nimis alte descenderat, eductum fuit, neque ulla memoratu digna sanguinis eruptio aut inflammatio aderat, neque claudicavit. Spiculum autem donec nos abivimus, anno sexto, secum habuit. Supponebant autem huic inter nervos delituisse spiculum, nullamque neque venam, neque arteriam discissam fuisse.

47. Qui iaculo acuto in posteriorem partem paulo infra cervicem sauciatus est, vulnus quidem accepit aspectu minime effatu dignum; neque enim alte penetrabat. Non longe autem postea sublato iaculo distendebatur in posteriora contractus, velut qui in scapulas rigescunt et posteriorum partium distentione tentantur, maxillaeque constrictae erant. Si quid autem humidi ore contineret et devorare tentaret, in nares regerebatur, ac in reliquis statim deterius habebat, alteroque die mortuus est.

48. Adolescentem ex maturato per asperam viam cursu calcis dolor cepit inferiore praecipue parte. In quem locum abscessus nullus est factus, ita ut humorem in se colligeret. Quarto

[1] ἔθανε V. — [2] sic V.; sed παρά om. — [3] κεκρύφθαι κατά. — [4] πολύν. — [5] καὶ τοῦτο ἐγχειρίη. — [6] τῇ om.

profluxit ab inscriptione marginali; cf. § 42. ubi item γυνή, non ἡ γυνή. In seqq. vulgata ferebat κάσσυμα κεντῶν ὁ ἐπὶ τῷ πιτύῳ, pro quo Foës. in libris legerat ἐν τῷ ὀπιτίῳ, quod Marcianus etiam habet. Hinc Heringae emendatio κεντῶν τῷ ὀπητίῳ. — Paulo post ἑαυτόν Littr. e cod. C., idemque habet Marcianus; αὐτόν vulgo, αὑτόν alii libri.

Τῇ τρίτῃ ἀπέθανε.] Vulgo ἀπέβανε, sed in cod. C. Littréus, ego in Voss. simplex ἔβανε vidimus, quod satis frequens in hoc libro.

46. Ἄνθρωπός τις παρὰ τὸν βουβῶνα πληγείς.] Sic cod. Voss. sine παρά. — In vulg. ἄνθρωπος excidit. Cod. C. habet ὁ δὲ παρά. κ. τ. λ., quod recepit Littréus. In Marciano ἄνθρωπός τις non legitur. Mihi cod. Voss. probabilem lectionem referre videtur, quam in nullo Parisiensium vidit Littr. Ἄνθρωπος quum h. l. ad superioris historiae finem etiam referri possit, periisse in nostrae initio non miror; Calvus item non legit. Forte etiam nomen proprium periit et lacunam utcumque expletam habemus in libris scriptis.

ἑωράκαμεν.] ἑωράκειμεν, quod e tribus codd. in varr. lectt. adnotat Littréus, non nisi confusioni ᾱ et diphthongi ᾰι debetur.

τὴν δὲ ἀκίδα ἔστε καὶ ἡμεῖς ἀπηλλασσόμεθα, ἐτέων ἐόντων ἓξ, εἶχε.] Haec est lectio codicis Par. C., quam recepit Littréus et quae mihi item enotata est e cod. Marciano. Vulgo τὴν δὲ ἀκίδα μὴ εὑρίσκοντες ἡμεῖς ἀπηλλασσόμεθα, ἐτέων ἐόντων ἓξ, ἀφ' οὗπερ ἐτρώθη.

τούτῳ.] Sic Littréus e codd. Parr. pro vulgato τοῦτο.

κατακεκρύφθαι.] Vulgo κεκρύφθαι κατά, quod quum Littréus non animadverteret e κατακεκρύφθαι ortum esse, suppressit κατά et simplex κεκρύφθαι dedit.

47. καὶ εἴ τι ὑγρὸν ἐς τὸ στόμα λάβοι καὶ ἐγχειρίῃ καταπίνειν.] Ceteri ante ἐγχειρίῃ habent τοῦτο, quod in Marciano τοῦτ' scribitur. Mihi narrationis impetum restinguere et a recentiore manu interpositum videtur, ita ut eximam.

τῇ δευτέρῃ ἡμέρῃ.] De meo articulum adscripsi.

48. νεηνίσκος ὁδὸν τρηχεῖαν τροχάσας ἤλγεε τὴν πτέρνην.] Πορευόμενος, quod hic abesse solet, Littréus vidit in multis codd., et adnotat: „Ante τροχ. addunt πορευόμενος D. F. G. H. I. J. K. L. Q. Glose passée dans le texte." Si re vera πορευόμενος ad τροχάσας interpretandi causa adscriptum fuit, non recte est interpretatus, qui adposuit; sed facile careo isto participio praesente. Hesych. τροχάσας· σπεύσας, δραμών, προλαβών.

ἀπόστασιν δὲ ὁ τόπος οὐκ ἐλάμβανε οὐδεμίαν ὡς ξυνάγων ὑγρόν.] Pro ὡς ξυνάγων ὑγρόν Littréus de suo ὡς στε-

©BIUM

[1]γε ἐόντι αὐτῷ ἐμελαίνετο πᾶς ὁ τόπος καὶ ἄχρι τοῦ ἀστραγάλου καλεομένου καὶ τοῦ κοίλου τοῦ κατὰ [2]τὸ στῆθος τοῦ ποδός· καὶ τὸ μελανθὲν οὐ περιερράγη, ἀλλὰ πρότερον ἐτελεύτα· τὰς πάσας δὲ ἐβίου ἡμέρας ἀπὸ τοῦ δρόμου εἴκοσι.

μθ'. Ὁ δὲ ἐς τὸν ὀφθαλμὸν πληγεὶς ἐπλήγη μὲν κατὰ τοῦ βλεφάρου· ἔδυ δὲ ἡ ἀκὶς ἱκανῶς· ὁ δὲ [3]ἀβὴρ προσυπερεῖχε. Τμηθέντος τοῦ βλεφάρου ἤρθη πάντα· οὐδὲν φλαῦρον· ὁ γὰρ ὀφθαλμὸς διέμεινε καὶ ὑγιὴς ἐγένετο ξυντόμως· αἷμα δὲ ἐρρύη [4]λάβρον.

ν'. Ἡ παρθένος ἡ καλὴ ἡ τοῦ [5]Λερίου ἦν μὲν εἰκοσαετὶς, ὑπὸ δὲ [6]γυναικὸς φίλης παιζούσης πλατέῃ τῇ χειρὶ ἐπλήγη κατὰ τὸ βρέγμα, καὶ τότε μὲν ἐσκοτώθη καὶ ἄπνοος ἐγένετο καὶ, ὅτε ἐς οἶκον ἦλθε, αὐτίκα [7]τὸ πῦρ εἶχε καὶ ἤλγει τὴν κεφαλὴν καὶ ἔρευθος ἀμφὶ τὸ πρόσωπον ἦν. Ἑβδομαίῃ δὲ ἐούσῃ ἀμφὶ τὸ οὖς τὸ δεξιὸν πῦον ἐχώρησε δυσώδες ὑπέρυθρον, πλεῖον κυάθου καὶ ἔδοξε ἄμεινον ἔχειν καὶ ἐκουφίσθη. Πάλιν ἐπετείνετο [8]ὁ πυρετὸς καὶ κατεφέρετο καὶ ἄναυδος ἦν καὶ τοῦ προσώπου τὸ δεξιὸν μέρος εἵλκετο καὶ δύσπνοος ἦν, καὶ σπασμὸς καὶ [9]τρόμος

tamen die locus universus nigricabat et ad talum usque, qui astragalus dicitur, et cavitatem illam, quae est ad planum pedis, quod στῆθος vocatur. Quod denigratum fuit non disruptum erat, sed prius e medio est sublatus. In totum vero post cursum vixit viginti diebus.

49. Qui ad oculum sauciatus fuit, vulnus quidem in palpebra accepit, cuspis vero abunde demersa fuit, spiculum autem extremum ulterius exstabat. Accisa palpebra cuncta exempta sunt: mali nihil accidit, oculus namque remansit et cito convaluit; sanguis autem liberaliter profluxit.

50. Pulchra virgo, Lerii filia, annos viginti nata erat; a muliere autem amica ludente lata manu sinciput pertusum est; ac tunc quidem oculorum caligo corripuit et sine respiratione erat, cumque domum pervenisset illico febris vehemens cepit et capitis dolore tentata est cum faciei rubore. Septimo autem die ad aurem dextram pus graveolens, aliquantulum rubrum cyatho amplius prodiit, meliusque habere visa est et allevabatur. Rursus invalescente febre in somnum propensa erat, neque loqui poterat; faciei pars dextra contrahebatur, difficultas spirandi ac convulsio cum tremore aderat et lin-

[1] τε. — [2] τοῦ. — [3] αἰβήρ. — [4] λαῦρον. — [5] νερίου. — [6] γυναίου. — [7] πῦρ εἶρχε (sic) sine τό. — [8] τῷ πυρετῷ. — [9] τρομώδης.

νυγρὸς ὤν. Adscribit autem: „le texte ne me donnant pas de sens, j'y ai substitué une conjecture." Prorsus dissentio: locus inflammatus omnino ὑγρὸν ξυνάγει, cum tumescit; id ipsum autem non contigisse, sed gangraenam factam esse docet. Itaque vulgata lectio plana est et perspicua, neque indiget emendatione. Praeterea στενυγρὸς recte στενὸς accipitur a Littréo, sed quare ἐν τόπῳ στενυγρῷ s. στενῷ pus nasci non possit, non satis capio; neque eiusmodi quid voluisse scriptorem certo mihi persuasum est.

πᾶς ὁ τόπος καὶ ἄχρι τοῦ ἀστραγάλου.] Apud ceteros καί non legitur: recepi e cod. Marciano. Idem liber sub finem historiae πάσας δ' ἐβίου ἡμέρας καὶ εἴκοσι ἀπὸ τοῦ δρόμου.

49. ἔδυ δὲ ἡ ἀκὶς ἱκανῶς.] ἔδυ δ' ἡ ἀκὶς ἱκ. cod. Marcianus.

ἀβήρ.] Ita iam alii pro vulgato αἰβήρ. In gloss. Galeni ex h. l. ἀβήρ exponitur τοῦ ἐν τῇ ἀκίδι πώγωνος τὸ ἄκρον.

τοῦ βλεφάρου.] In vulgata articulus abest; adscripsit Littr. e multis codicibus; lego etiam in Voss.

αἷμα δὲ ἐρρύη λάβρον.] In his δ' ἐρρύη cod. Marc. λάβρον unus Paris. cod. H. et Marc.; λαῦρον cett. — Addi solet ἱκανὸν τῷ πλήθει, quod pro glossemate ad λάβρον adscripto reiicio. Operae pretium videtur notare auctorem huic sanguinis effluxioni e vulneribus magnam vim tribuere ad eorum sanationem obtinendam. Cf. cum hac historia § 45. locum τούτῳ αἷμα μὲν οὐδὲν ἐρρύη et verba § 46. οὔτε αἱμορραγίη οὐδεμία ἐγένετο ἀξίη λόγου.

50. ἡ παρθένος ἡ καλὴ ἡ τοῦ Λερίου.] Ceteri ἡ τοῦ Νερίου. Fuit Meinekius, qui Λερίου coniecit, cum quia articulus cum nomine proprio personae in hoc libro vix, aut ne vix quidem usurpetur, tum quia saepe personis a civitatibus nomina dantur. Itaque putat h. l. virum ex insula Lero spectari. Ceterum operae pretium est h. l. tenere quod Littréus adnotat: „D'après Galien *de diebus critt.* II. 4. *in fine* le nombre total des malades dans le cinquième livre est de cinquante. Il y en a beaucoup plus dans ce livre, tel que nous l'avons. A la verité les malades suivants figurent tous dans le septième livre, excepté le § 85." Cf. vol. IX. p. 860. ed. Kühn. Ceteri dein εἰκοσαέτης.

ὑπὸ δὲ γυναικὸς φίλης.] Sic cod. K.; sed vulgata ὑπὸ δὲ γυναίου φίλης, quod retinere non audeo: τὸ γύναιον apud alios et ipsum neutrum est et epitheta neutra coniuncta habet.

κατὰ τὸ βρέγμα.] Vulgo τὸ κατὰ τὸ βρέγμα; plures tamen libri mss., inter quos Marcianus, priorem articulum omittunt.

ἑβδομαίῃ.] „codd. ἑβδόμῃ" inquit Littréus; idem in Voss. reperi et Marcianus habet.

εἵλκετο.] ἠλκοῦτο cod. C.; minus bene.

καὶ σπασμὸς καὶ τρόμος ἦν.] In his vulgo καὶ τρομώδης, sed cod. C. et Marcianus copulam omm., ita ut legant καὶ σμασμὸς τρομώδης ἦν. Puto in his libris esse corre-

Hippocratis et aliorurum medicorum veterum reliquiae, volumen primum - page 877 sur 880

©BIUM

ἦν, καὶ ἡ γλῶσσα [1] εἶχετο καὶ ὁ ὀφθαλμὸς καταπλήξ. ἐνάτῃ ἔθανε.

να'· Νεηνίσκος δέ τις πουλὺν ἄκρητον πεπωκὼς ὕπτιος ἐκάθευδε ἔν τινι σκηνῇ· τούτῳ ὄφις ἐς τὸ στόμα παρεισεδύετο [2] ἀργῆς. καὶ δὴ, [3] ὅτε ᾔσθετο, οὐ δυνάμενος [4] Φράσαι ἔβρυξε τοὺς ὀδόντας καὶ [5] παρέτραγε τοῦ ὄφιος καὶ ἀλγηδόνι μεγάλῃ εἶχετο καὶ τὰς χεῖρας προσέφερε ὡς ἀγχόμενος καὶ ἔρριπτε ἑωυτὸν καὶ σπασθεὶς ἔθανε.

gua et oculus stupefactus est. Nono mortua est.

51. Adolescens quidam post multi meri potum in tentorio supinus dormiebat, cuius in os serpens *arges* dictus subiit. Quod sane cum sensisset, neque loqui posset, stridere dentibus coepit et serpentem devoravit, summoque dolore detentus, velut strangulatus manus praetendebat seseque iactabat et convulsione mortuus est.

[1] πείχετο (sic.) — [2] ἀργης. — [3] ὅτε. — [4] φράσαι V. — [5] sic etiam V.

ctionem alicuius, auctorem vero in vulgata non τρομώδης, sed τρόμος scripsisse, quod ideo dedi.

εἶχετο.] Vulgo κατείχετο, cod. C. ἐπείχετο, quod etiam in Vossiani lectione latet; Marcianus simplex εἶχετο habet, quod exhibeo. In C. et Marciano copula ante ὁ ὀφθαλμός deficit. Iungendum est εἶχετο καταπλήξ.

51. Νεηνίσκος κ. τ. λ.] Νεανίσκος vulgo: Ionismum e pluribus libris dedit Littr.; praebet etiam Voss. Ἀργῆς de meo scripsi pro ἀργής, quod candidus significat. Vulgo καὶ δὴ ὅτε ᾔσθετο οὐ δυνάμενος φράσασθαι, in quibus Littréus ὅτε in ὅ τι mutavit adnotans: „φράζεσθαι au moyen signifie non pas *parler*, mais *comprendre*, il faut donc ὅ τι." — Opportune cod. Voss. φράσαι praebet, quod e nullo alio libro in varr. lectt. ad h. l. adnotatur. Vulgo παρέτρωγε; aoristi formam praebuerunt libri, eaque melius congruit cum ἔβρυξε. Licet autem Foësii Latina servaverim, non credo hunc satis diligenter auctoris mentem expressisse: nam ἔβρυξε τοὺς ὀδόντας καὶ παρέτραγε τοῦ ὄφιος significat illum dum dentes ad se adducebat partem serpentis dentibus collisis praecidisse, ita ut eam deglutiret, vel certe intus contineret. Cod. C. τὸν ὄφιν pro τοῦ ὄφιος; mihi illud prae hoc non praestare videtur.

Iam vero hanc historiam huc transtuli de meo; solet sedem suam habere in altera libri Ep. V. parte inter Cononis ancillae et Timocharidis ministri morborum historias, i. e. inter § 85. et 87. in Ed. Littréi. Dicam de hac re in prolegomenis; breviter tantum hic moneo interrumpi hac historia seriem casuum morborum mentalium eo loco, quo apud ceteros legitur. Est autem unica historia e posteriore libri Ep. V. parte, quae in Epid. VII. non legatur. Cnidiorum orationem audio in ἔβρυξε τοὺς ὀδόντας. Pertinet ergo me iudice haec historia ad primam seriem in hoc quinto Epidemiorum, non ad postremam apud reliquos partem, quam quia cum Ep. VII. convenit, repetere nolui.

©BIUM

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 31. In not. 156. vs. 4. lege: et ex Ep. IV. 45. διαχωρημάτων ὑδατώδων — ὑπόστασιν ἔχον.

p. 43. Coaca 62. καταβροχθίζοντες. — Legitur καταβροχθίζειν apud Aristoph., cf. Cobetus Varr. lectt. in Mnemosynes vol. IV. p. 191. In prolegomenis monui de vocabulis apud Comicos Atticos obviis et in Hipp. libris spuriis usurpatis. § 11.

p. 45. Coaca 82. Quod glossema esse existimo κίνησις adscriptum ad ῥιπτασμός, cf. Ep. VII. § 32. οὐδ' ἠτρέμιζε, ἀλλ' ἐκινέετο: haec enim est illa κίνησις, quae idem est quod ῥιπτασμός, et quod in Ep. I. et III. ἀσώδης dici solet. Alio sensu κίνησις de solito motu corporis sanorum ponitur Coaca 481., quam ipsi Hippocrati tribuendam arbitror.

p. 108. Not. 556. Non reiicere debueram ἀκρητέστερος; in errorem inductus fui perpetua positivorum ἄκρατος et ἀκρατής confusione, nec memineram ἄκρατος habere illum comparativum, licet alter, quem dedi, item occurrat.

p. 141. Quod in not. ad § 24. dixi ἰσχυρῶς pro σφόδρα me non videre meminisse in vere Hippocrateis, eatenus falsum est, quatenus Coaca 497. legitur ξυγκεκαμμένα ἰσχυρῶς. Sed verum est hoc adverbium aptius eo loco et consentiente in Prognostico legi, quam aliis illis, quos in notula citavi.

p. 185. In not. penult. lege: πλαταμών.

p. 360. In not. ad § 61. sub finem legis: „seqq. ἀνατείνας τὰ ῥάμματα ῥάψον, significant *pilos* ulterius esse *attrahendos* per vulnusculum." — Lege *fila* et *attrahenda*.

p. 444. In not. 37. vs. 7. lege: extruserit.

p. 451. In not. 38. vs. penult. lege: catarrhis.

p. 452. In not. 40. vs. 6. lege: ἦν φόβος κ. τ. λ.

p. 486. In not. 4. vs. penult. lege: ita se habentem.

p. 503. In not. penult. vs. 15. lege: nec maiore fide digna sunt quam Ep. IV. 7.

p. 563. Not. ult. Στενυγρῶσαι. Licet analoga forma non succurrat, στενυγμός cum simplex vocabulum est, tum στενός significat. Ipsa antithesis inter εὐρῦναι et στενυγρῶσαι me a falsa opinione retinere debuerat.

p. 585. In not. 10. vs. 1. et vs. penult. pro ἤ lege ἦν.

ibid. § 15. Puto iam paene certum esse ὕπνος ἑδραίῳ esse legendum. Fieri autem possit, ut § 14. et 15. non nisi diversi somnum capiendi modi, quos imperet medicus, describantur; aut § 15. ὕπνος ἑδραίῳ, ὀρθῷ νυσταγμός debet significare duo haec inter se componi et similia haberi.

p. 595. not. 4. vs. 11. et p. 602. sub finem notulae primae ad § 2. lege: ῥινονυχογραφηθεῖσα.

p. 605. not. ad § 6. vs. antepenult. lege: pro ἐς τοιοῦτον νόσημα ἐμπεσεῖται.

Legas denique:

In textu Graeco p. 11. vs. 21. ὀμφαλὸν, — 18. 14. ἐπ' ὀμμάτων διαστρ. — 57. 21. ἀρχῆς, — 77. 20. ἔλθῃ, — 89. 19. κοιλίῃ τε, — 133. 4. τὴν, — 176. 20. ἐκ ῥινῶν οὐδενὶ, — 188. 12. Ἑκταίῃ, — 316. 8. ἐντέρου et ibid. 31. ὠφελείης, — 326. 9. ἑνὸς, — 389. 27. μῆνιγξ, — 474. 16. ἐπεχλιαίνετο, — 640. 13. ἔκειτο.

In Latinis p. 345. § 32. vs. 2. lege: offerre oportet. — p. 587. vs. 3. lege: frigidas.

Ceteris minoris momenti ignoscat LB.

©BIUM

CONTINENTUR HOC PRIMO VOLUMINE

IUS IURANDUM. . . . . p. 3.

PRORRHETICUS PRIMUS. . . . . „ 7.

PRAENOTIONES COACAE. . . . . „ 37.

PROGNOSTICUM. . . . . „ 127.

EPIDEMIORUM LIBER PRIMUS. . . . . „ 159.

EPIDEMIORUM LIBER TERTIUS. . . . . „ 201.

DE AËRE, AQUIS ET LOCIS. . . . . „ 241.

DE RATIONE VICTUS IN MORBIS ACUTIS. . . . . „ 287.

DE CAPITIS VULNERIBUS. . . . . „ 369.

APHORISMI. . . . . „ 397.

EPIDEMIORUM LIBER SECUNDUS. . . . . „ 463.

EPIDEMIORUM LIBER QUARTUS. . . . . „ 513.

EPIDEMIORUM LIBER SEXTUS. . . . . „ 557.

DE HUMORIBUS. . . . . „ 617.

EPIDEMIORUM LIBER SEPTIMUS. . . . . „ 639.

EPIDEMIORUM LIBER QUINTUS. . . . . „ 715.